
Plutarchi vitae : secundum codices parisinos recognovit Theod. Doehner. Graece et latine





J

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI

SCRIPTA MORALIA.

EXCUDEBANT BETHUNE ET PLON, VIA DICTA DE VAUGIRARD, 36.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΤΑ ΗΘΙΚΑ.


PLUTARCHI

CHÆRONENSIS

SCRIPTA MORALIA.

GRÆCE ET LATINE.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT;

SUMPTIBUS ET TYPIS

FIRMIN DIDOT FRATRUM, VIA JACOB, 56. | BETHUNE ET DUCKETT, VIA VAUGIRARD, 36.

M DCCC XXXIX.

PRÆFATIO.

PERPAUCA reperies in universa rerum antiquarum disciplina, quæ memorata non fuerint a Plutarcho in scriptis moralibus; plurima autem, quæ copiose et plene tractata : philosophiam ibi habes fere totam, habes innumera ad vitam Græcorum, Romanorum, Ægyptiorum aliarumque gentium pertinentia, innumera quæ historiam civitatium illustrent; hominum ingeniosissimorum dicta, fortissimorum facta; denique ex rerum natura thesaurum sane observationum : ne de ingenio Plutarcheo loquar, quod præteritorum temporum flores generosissimos iterum aperit, ut denuo fragrent et renatis coloribus luceant. Sed pretiosissima illa scripta male habita et lacunis fœdata ad nostram ætatem pervenerunt. Cujus rei causa præcipua in eo posita est, quod plurimorum archetypon non paucis in locis situ deletum vel vermibus exesum erat. Id quum criticum latere non possit, tum testantur etiam glossæ manuscriptorum, velut hæc codicis A (1671 Reg., sæc. XIII) ad p. 412, A : Τὸ χωρίον τοῦτο ἀσαφέστατόν ἐστι, διὰ τὸ πολλαχοῦ διαφθαρέντα τὰ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων μὴ δύνασθαι σώζειν τὴν συνέχειαν τοῦ λόγου· καὶ εἶδον ἐγὼ παλαιὰν βίβλον, ἐν ᾗ πολλαχοῦ διαλείμματα ἦν, καὶ μὴ δυνηθέντος τοῦ γράφοντος εὑρεῖν τὰ λείποντα, ἐλπίσαντος ἴσως εὑρήσειν ἀλλαχοῦ. Ἐνταῦθα μέντοι κατὰ συνέχειαν ἐγράφη τὰ διαλείποντα, τῷ μηκέτι ἐλπίδας εἶναι τὰ λείποντα εὑρεθήσεσθαι. Τοῦτ᾽ αὐτὸ τοίνυν χρὴ νοεῖν καὶ πανταχοῦ τοῦ βιβλίου ἔνθα τις τοιαύτη ἀσάφεια εὑρίσκεται. Hinc, præter ceteram bonitatem, summo loco habendus est codex 1672, sæculi XIII (Wyttenbachio E), non ipsas modo lacunas indicans (id quod ceteri codices negligunt, exceptis aliquot partibus codicum B et G), sed spatiorum adeo mensuram repræsentans. Ceterum poetarum præcipue versus et aliorum scriptorum locos non raro vel lacunis illis interceptos vel depravatissime scriptos animadvertens, in eam opinionem incidi, fuisse in vetusto archetypo verba peregrina, quibus utitur Plutarchus, diverso colore picta, eoque (ut ita dicam) delebiliore et magis perituro. Patrum codices vidi, uncialibus literis scriptos, septimi sæculi, et alios subsequentium sæculorum, in quibus S. Scripturæ loci minio picti sunt, atramento reliqua. Quid quod in eo codice quem Plutarcheorum scriptorum vetustissimum possidet Bibliotheca Regia, n. 1956, sæculi XII (Wytten-

bachio D), multi poetarum versus omittuntur, qui in ceteris exstant, ex alio libro, ut videtur, suppleti. Sic in recenti G (2076), sed qui partim ex ipsis D et F (1957, sæc. XII), partim ex eorum simillimis ductus est, poetarum loci aliquoties in serie omissi, in margine adjecti sunt. Hæc memorari debebant ut ad Plutarchum proprie spectantia : de ceteris corrumpendi modis, quos cum plurimis scriptoribus expertus est communes, et inutile foret dici nec potest nisi in editione codicum variationibus instructa.

De lacunis implendis si desperata fere res erat, in reliquis tamen emendandis nos eximie adjuvit Bibliotheca Regia et Præfectorum ejus per orbem literatum celebrata humanitas. Codices enim Plutarchei, quos thesaurus ille condit magno numero, a Græco homine cum Reiskiana editione collati fuerunt omnes, non perfecta quidem accuratione, sed multo certe melius ille rem administravit, quam ii quibus Wyttenbachii amici Parisienses idem negotium demandaverant. Hujus operis, tribus voluminibus comprehensi et in Bibliotheca Regia servati, quum nobis pateret aditus, committendum non erat ut hac felicitate ad ornandam editionem nostram haud uteremur. Qua in re hoc modo sumus versati.

Primum quandocumque sententia, historia, grammatica lex vel rhetorica vis ea præcipiebant quæ in melioribus libris vel in omnibus legebantur, horum scripturam haud cunctanter recepimus, mutata vulgari : cui quidem non magis fere pepercimus, quando, per se licet bona aut tolerabilis, codicum tamen recta et indubitata præbentium auctoritate damnabatur. Sed in talibus res ipsa loquitur nec quicquam est difficultatis.

Alterum vero genus locorum, quod constituimus, nobis sæpe scrupulum injecit et magnam dubitationem. Sunt illi numerosissimi, quos tam codices quam editiones ita corruptos præbent, ut vel vitia apertissima monstrent vel adeo intelligi non possint. Tales Wyttenbachius partim de conjectura correxit, at multo plures in orationis serie intactos manere sivit, probabili emendatione in margine subjecta, quam profecto lector, ubi hæsitat, corruptis illico substituere potest, et perexiguum in legendo impedimentum passus ad sequentia pergere. Sed ejusmodi monstrationis in ima pagina commoditatem excludebat ratio hujus editionis. Quare, perpensis omnibus, hanc denique nobis legem scripsimus, ut ubi corruptorum locorum exstarent emendationes, quæ et veritatis speciem præ se ferrent *et probabilem originem corruptionis simul patefacerent*, eas reciperemus; verum ubi correctio, sententiam quidem restituens, ejusmodi tamen esset, ut qua ratione in vulgarem vel codicum scripturam abiisset,

non satis appareret, neque agnosceretur ibi solitus fere in codicibus aberrandi modus, tales ut repudiaremus ubique. Ita nonnunquam etiam pro vulgari textu, quem non mutaverat Wyttenbachius, nos codicum corruptam scripturam posuimus, quando infelicem ejus sanandæ conatum vulgo legi nobis persuaseramus. Sic igitur nodum illum solvendum esse judicavimus, qui nobis in tali conditione nectebatur. Hoc modo lector neque nimis sæpe offendet, neque rursus editioni nostræ diffidet ut audacius vel levius interpolatæ. Similem fere modum a pag. 242 tenuerat Schæferus, sed is, ut nos judicamus, sæpe justo liberiorem se præbuit, aliquoties etiam indiligentem. Ceterum magnorum criticorum, ut Meziriaci, Reiskii, Wyttenbachii, emendationes plurimæ codicibus Parisinis confirmantur, quas eo confidentius recipere poteramus.

Jam dicendum est de iis locis, in quibus nos oportuit ἐπέχειν. Quod aliquoties fecimus inviti : nam erat ubi exquisita præberent manuscripti, sed difficiliora explicatu, dum vulgata cuivis esset plana. Hæc arriperent censores : obscurasse nos perspicuitatem, classici scriptoris, classicæ linguæ γνώρισμα. In aliis locis vera difficultate premi visa est codicum scriptura, vel incommodi quiddam periodo inferens, vel vicinis verbis non sat apte se accommodans, ut incerta esset vera vitii sedes. Non raro, corrupta quidem ipsa, viam tamen emendandi monstrabat plane diversam ab recepta antiquitus lectione, quam deserere vel non poteramus, melioribus nondum repertis, vel religio erat, dum subitariis inventis diffideremus et, instantibus operis, ad eundem locum alio tempore redire non liceret. Est etiam ubi vulgata manifesto ex præstantioribus libris fluxerit. Denique (quod maxime circumspectum reddere debebat) in antiquissimis codicum nostrorum apertissima deprehendimus audacis interpolationis specimina, plurima in D, qui nihilominus æque multas servavit sinceras scripturas et sine dubio a Plutarcho profectas : pauciora sunt in F, ejusdem sæculi codice. Interpolationis igitur ubi suspicio erat, vel aliquid dubitationis aut incommodi in codicum lectione, non movimus vulgatam.

Duæ res supersunt in quibus nostro judicio minime indulsimus. Quæcumque in codicibus Parisinis vel omnibus vel bonis quibuscumque non leguntur, ea ubique uncis [ ] includenda curavimus : proinde hæc signa, licet plurimis in locis pessima adsumenta notent, pro critici alicujus de νοθείᾳ ejusmodi vocabulorum judicio habere noli : nam ob hoc institutum iisdem circumdari oportuit quæ editores et veteres et novi sententia summopere flagitante de conjectura adjecerunt.

Eandem diligentiam adhibuimus lacunis ubique ex codicum præscripto

indicandis, etiam ubi nihil deesse censuerant critici. Jam diximus nos longe ceteris exactiorem in hac re expertos esse codicem E. Mensuram tamen lacunarum non indicat ille, cujus collatione utimur. Denique lacunæ semper ex *pluribus asteriscis* noscuntur : *uni asterisci* significant initia paginarum Wechelianarum.

Hæc ne sine rei specimine ullo simus locuti, pauca certe ex plurimis excerpemus.

P. 5, F, ὁ πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων. Codd. undecim, præter unum recentissimum 2126, πάντα φέρων. P. 8, C, omnes θεμέλιος, non θεμέλιον. P. 18, D, Δημωνίδου codd. prope omnes pro Δημονίδου, quod falsum judicavit L. Dindorfius. Optimi fere codicum, C habet Δημονίδα, E, Δαμωνίδου, ut scribendum fortasse fuerit Δαμωνίδα. P. 23, C, codex E, in versu Homerico, ἀμφὶ Κάμανδρον (et p. 39, F, omnes νεφέεσσι κεδάσθη), et in F, idem cum aliis τέτλαθ'. P. 33, C, in versu Euripideo, codd. omnes, Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ; pro vulgato ἢν ... δοκῇ. P. 34, C, meliores ὀξυηκοΐας. P. 35, C, in versu Homerico omnes λαβρεύεαι, pro λαβρεύεο. P. 54, F, γέλωτι καὶ φλυάρῳ codd. omnes pro φλυαρίᾳ. P. 57, F, ὡς δὴ φρονήσει περιττοτέρῳ συμβουλευσόμενος. Codd. φρονῆσαι περιττοτέρῳ. P. 60, D, οὔτε μεθ' ἡμέραν, οὔτε νύκτωρ. Omnes νυκτός. P. 63, C, συναποφαινόμενον correxit Reiskius, et p. 75, D, ἅμα. Utrumque habet codex D. P. 89, A, ad unum omnes σμυραίνης. P. 96, D, codex D, ἄλλοτε ἄλλοις συνδέοντας. Male edebatur ἄλλοις συνδ. In versibus Sophoclis, p. 98, A,

Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
ζητῶ· τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην,

optimi codices A, E et F veram scripturam servarunt, τὰ δ' ἕτερα παρὰ θ., quæ jam restitui debet Sophocli fr. 723. Recte item in incerti Tragici loco, p. 102, F, codices septem :

Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
ὅ σ' ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν,

pro vulg. ὅ σ' ἐξεπαίρῃ. P. 108, A, νόσοι ... ἐμποδίζουσιν ἡμῖν τὴν τοῦ ὄντος θήραν, ubi θέαν codd. omnes (i. e. decem), Wyttenbachio nihil quicquam varietatis annotante; unus C θήραν habet in margine. P. 163, B, notanda scriptura codicum A et E, μητέρα Σμινθέως, pro θυγατέρα. P. 170, A, scripsi ἢ μὴ προσείπῃς, pro εἰ μὴ πρ.

In Apophthegmatibus recentes modo codices Parisinos conferendos curavit Wyttenbachius, neglectis antiquioribus A et E : hinc factum est ut

dictis aliquot nunc demum sua fuerit acies reddita. P. 174, E : « ἀνθρώπων] Sic omnes libri : attamen corrigendum ἀνθρώποις. » *Wytt.* Dativum habent A, E, et ille ipse Wyttenbachii J (2078). P. 176, C, ex iisdem posuimus ἠργμένον χρῆσθαι τῷ πλούτῳ, quod legenti apparebit quantum præstet edito κεχρημένον τῷ πλ. P. 180, D, ἐπιστολὴν ... ἀποῤῥήτους λόγους κατ' Ἀντιπάτρου καὶ διαβολὰς ἔχουσαν, codices αἰτίας ἀποῤῥήτους κατ'. P. 195, A, τὸν μέγιστον ἐλέφαντα τοῦ Πύῤῥου παρακελεύσαντος ἐξόπισθεν ἀγνοοῦντι ... ἐπιφανῆναι. Immo παρασκευάσαντος, ut codd. P. 196, B, omittitur languidum illud καὶ μὴ ἄρχων. Catonis quod fertur, p. 199, A, Τὰς καλὰς πράξεις δεῖν καταλαμβάνειν καλοὺς λόγους, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀποῤῥέωσιν, ab illius viri ingenio esse alienissimum apparet. Codices sanum præstant, Τὰς καλὰς πράξεις δεῖν καταλαμβάνειν π ρ ά ξ ε σ ι κ α λ α ῖ ς, ἵνα κτλ. P. 212, C, εὐδαιμονοῦσιν. Immo εὐδοκιμοῦσιν, ut codd. Ib. D, ex iisdem sic scripsimus : διαπραττόμενος δ' ἕπεσθαι, τινὰς ἀεὶ (hoc deerat) στρατηγοὺς καὶ ἄρχοντας ἐξ αὐτῶν ἀπεδείκνυε γενομένους (edebatur γιν.) ἐν ταῖς ἐξουσίαις πονηροὺς καὶ πλεονέκτας· εἶτα κρινομένοις πάλιν αὖ (edebatur οὖν) βοηθῶν καὶ συναγωνιζόμενος, οἰκείους ἐποιεῖτο καὶ μεθίστη πρὸς ἑαυτὸν, ὥστε οὐδένα (edebatur μηδένα, sed effectus narratur, non consilium hominis) ἀντίπαλον εἶναι. — Probl. Rom. 32, p. 272, B : Διὰ τί τοῦ Μαΐου μηνὸς π ε ρ ὶ τ ὴ ν π α ν σ έ λ η ν ο ν ἀπὸ κτλ. Tria verba latius scripta ex codd. accessere. Probl. 42, p. 275, B, recipere debebam ex codice E, Πρῶτος δὲ (Valerius Poplicola) ταμεῖον ἀπέδειξε τὸ Κρόνιον τῶν β α σ ι λ ε ί ω ν καταλυθέντων. Editur βασιλέων. Idem codex p. 277, F, δεκαρχίας pro vulg. δεκαδαρχίας. P. 284, C, ἢ πράξεως μὲν ἀρχὴν (hoc voc. accessit e codd.) ἐποιοῦντο τὴν ἀνατολήν.

Sed piget ex plurimis hinc illinc paucula arripere : ex uno potius aliquo scripto diligenter excerpemus quicquid ibi emendationis facere nobis fuerit concessum.

In eximio libro περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου codicibus usi sumus iisdem quibus olim Wyttenbachius : alios non præstabat Bibliotheca Regia : sunt autem E et B. Jam sigillatim persequamur quantum et quale spicilegium nobis reliquerit ille qui viro egregio suam in excutiendis illis codicibus operam locarat. Pag. 576, A, ἀπὸ τῆς δίκης περὶ αὐτοῦ γενομένης. Codd. δίκης τ ῆ ς περί. Ib. B, εἴ του δεήσει. Codd. δεήσειε· Ib. E, post lacunam, τοῦτον ἅ τινα βελτίονα καιρὸν αὐτῷ ... χρησόμενος. Codd. τοῦτον ἤ τινα βελτ. P. 577, A, τῶν διαφερόντων. Codd. τῶν ἰ δ ί ᾳ διαφερόντων. Ib. B, ἔσκωπτε τὰ γυμνάσια. Codd. ἔσκωπτεν ε ἰ ς τὰ γ. P. 578, A, κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πολλὰ τοῖς ἱερεῦσι διὰ φιλοσοφίαν συγγενόμενος. Codd. κατ' ἐκ. τὸν χρ. ἐν Α ἰ γ ύ π τ ῳ πολλὰ κτλ., quod additur melius quam abest. Ibidem, καὶ νῦν ἄπεισιν ... χοὰς ποιησάμενος Ἀλκμήνης καὶ Ἀλέου ... ἐπανελθὼν δέ. Codd. κ. νῦν μ ὲ ν ἄπεισιν ... Ἀλκμήνῃ καὶ Ἄλεου (sic), quod Ἀλέῳ scri-

psimus : error ex sequenti versu natus, ἀγνοῶν τὸν Ἄλεον ὅστις ἦν. Ib. C, ἀποβλέψας τε. Codd. δέ. P. 579, C, οὐ γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης. Codd. φαύλης. P. 580, D, ἅμα τε διερωτῶν καὶ διασείων τὸν Εὐθύφρονα μετὰ παιδιᾶς. Codd. ἅμα τι διερ. Ib. F, τά τε σκέλη καὶ ἱμάτια. Codd. καὶ τὰ ἱμ. Ibid., θαυμάζοντος εἰ μηδαμοῦ προλείποι τὸν ἄνδρα μηδ' ἀμελεῖ κτλ. Cod. E, προλείπει. P. 581, E, πολλὰ δὲ φίλων τινὰς καὶ λοχίτας, οἷς συνέβη μετ' αὐτοῦ παρὰ τὸν Πάρνηθα φεύγουσι παρὰ τῶν ἡμετέρων ἵππων ἀποθανεῖν. Cod. E, φίλους τινὰς et φεύγουσιν ὑπὸ τῶν, sine repetitione ejusdem præpositionis, hoc quidem loco molestissima. Ibid. F, καὶ κυβερνήτῃ πελάγους φθόγγος ἢ ὄρνιθος, ἢ διαδρομὴ κηκίδος ἀραιᾶς, πνεῦμα σημαίνει. Recte prius illud ἢ codices prorsus ignorant, quod non uncis de more nostro circumdare, sed plane ejicere debebamus. Πέλαγος immensum opponitur signorum parvitati : *Et in ponto gubernatori sonus aviculæ et raræ discursus nubeculæ venientem tempestatem monstrant.* Ib. B, codex E φάσκων αὐτός, quod Wyttenbachius e conj. ediderat « sensu flagitante. » P. 582, C, Πρότερον, ἔφη. Codd. πρότερόν γε, ἔφη. Ib. D et alibi, ubi oportebat, ἀγεννῆ pro ἀγενῆ. Ib. E, Θεάνωρ ... ὄνομα μὲν, γένος δὲ Κροτωνιάτης. Cod. E, ὄνομα μὲν τῷ ἀνδρί, γ. P. 583, A, ἐκεῖθεν ἐσώθη. Cod. E, ἐκ. ἀνεσώθη. Ib. B, Ἐπέσκηψε μάλιστα μὲν ζῶντα κομίσαι τὸν Λύσιν εἰς Ἰταλίαν, εἰ δὲ μή, τὰ λείψανα τεθνηκότος. Wyttenbachius : « δὲ μή sumsi a Xylandro. A reliquis abest. » Codd. ἢ τὰ λείψανα τ., quæ variatio structuræ nonnihil etiam gratiæ habet. Ib. C codices hoc ordine, πατὴρ τῶν υἱέων, E τῶν σῶν υἱέων. Paullo post pro χρήματα uterque γράμματα, quod non recepimus. Ib. F, Ἰάσονι μὲν τῷ Θετταλῷ ταγῷ. Recte E, Θετταλῶν. P. 584, B, πρότερον γὰρ ἢ τῷ Θετταλῷ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ἐνδίδου σαυτὸν ὑπὲρ τούτων. Codd. πρ. γὰρ ἡμῖν ἢ τῷ, quod sententia postulat, sicut πρῳότερον, quomodo Wyttenbachius correxit illud πρότερον. Ib. D, uterque codex θάτερον (pro θατέρῳ) δήπου ληπτέον, non receptum a nobis. Quæ sequuntur, τὸν εὖ βάλλοντα, recte scripta in codd. Calamo lapsus erat qui Wyttenbachio hæc excerpsit. Ib. F, διαφορὰν ὁρᾷς ἀσκήσεως καὶ τοῦ πρὸς ἃ ἄσκησις ἔργον. Cod. E, ut oportebat, πρὸς ὃ ἡ ἄσκ. P. 585, A, codd. εἶναι νομίζειν, vitiose, ut videtur : sed totus ille locus laborat. Ib. D, in fine § 15, recte habere putavimus perfectum ἐγγεγυμνάσθαι, quanquam codicum scriptura ἐγγυμνάσθαι videri poterat favere conjecturæ Wyttenbachianæ ἐγγυμνάσασθαι. Paullo post codex E, τούτου δ' αἴτιος οὑτοσὶ Πόλυμνις, ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀρίστην τροφὴν ἐν φιλοσοφίᾳ τοῖς παισὶ παρασκευασάμενος. Verba ἐξ ἀρχῆς vulgo leguntur post voc. αἴτιος. P. 586, A, codd. οἷον ἐξ ὑπαρχῆς ἀναθέμενος αὐτοῦ τὴν φύσιν, quod explicatum valde dubium habet. Reliquimus ἀναθεώμενος. Ib. C, σήμερον, ὅτι τῶν κτλ. Cod. E, ὅτε. Idem paullo post, D, εἰ ἀνεὶς τὴν τραχύτητα ..., ἀνδρὸς ἡλικιώτου ... λογισμῶν μετάσχῃς, cum altero B, ἐὰν ἀνείς. Ibidem uterque ἀπο-

κτιννύωμεν pro ἀποκτείνωμεν, et in E, παρεσκεύακε Φυλλίδας, melius vulgato παρεσκεύασε, præbent. Ibidem uterque Κριππίδας (i. e. Ἡριππίδας) pro Κριπίδας. Ib. F, Ἀμφίθεον ... μέλλουσιν, ἀνακρίνοντες ὅταν Ἀρχίας ἐπανέλθῃ, διαφθερεῖν. Codd. ἀνακρίναντες. P. 587, D, κἀγὼ κατιδὼν τὸν ἄνθρωπον, Ἆρ' οὐ Χλίδωνα λέγεις, εἶπον, ὦ Ἱπποσθενείδα (Ἀντισθ. E et B), ex cod. B adjeci εἶπον. Ib. E, uterque εὗρον pro εὑρών : sed frequentissima in libris Plutarcheis est permutatio literarum ο et ω. Ib. F, αἰτησαμένης αὐτοῦ γυναικός. Codd. αὐτοῦ τῆς γυν. Paullo post male codex E, δυσθυμίας pro δυσφημίας. Sed idem recte, p. 588, B, principio § 20, Οἱ δ' ἦσαν ἤδη πρόσω ζητήσεως οὐκ ἀγεννοῦς, ἀλλ' ἧς κτλ. Vulgo οὐκ ἀγεννοῦς ἤδη, ἀλλ'. Ib. C, uterque Σωκράτη, et vitiose ἀλαζόνας ἡγούμενον ... φωνῆς φασκούσης, et in D, αἴσθησις ἀλόγου νόησις. Sed iidem egregie in E, Σωκράτει δὲ ὁ νοῦς ... εὐαφὴς ἦν καὶ λεπτὸς ὑπὸ τοῦ προσπεσόντος ὀξέως μεταβαλεῖν. Edebatur καὶ ληπτός. P. 589, F, codd. μύθοις, non μύθους, ante lacunam. P. 590, C, τεινομένην τέως καὶ πλείονα γίνεσθαι τῆς πρότερον, ὥσπερ ἱστίον ἐκτετανύμενον. Veteres edd. ἐκπετανύμενον. Cod. E, ἐκτετανυμμένην. Concinnius est genus femininum, ἐκπετανυμένην. Ibidem, φερομένας, Leonici emendationem confirmat codex E. Ib. D, corrector codicis B ἐπιμιγνυμένης. P. 591, B, codd. τέσσαρες δέ εἰσιν ἀρχαί· πάσης ζωῆς μὲν κτλ., quod non recepi. Ib. C, πολλὰς γὰρ ὁ ᾅδης ἀφαρπάζει περιολισθαινούσας. Recte cod. E περιολισθανούσας. Ib. D, ψυχὴ πᾶσα νοῦ μετέχει. Codd. μετέσχεν. Ib. E, in his, ἀστέρας, ὦ Τίμαρχε, φάναι, vocativum subministrarunt codices. P. 592, A, οὐκ ἄγαν πήλινον καὶ ἄγριον παρεχομέναις τὸ ἄλογον. Immo, οὐκ ἄγαν σκληρὸν καὶ ἄγριον, quod debuisse dici monstrant sequentia. Sic nostri codices, ceterum in verbis οὐκ ἄγαν cum aliis corrupti. Ib. B, uterque, ἐπιστομιζομένης. Ib. C, ὑπὸ συμβόλων ὀξέων καὶ σημείων αἰσθανομένη τοῦ δαίμονος. Optime cod. E, ὀξέως. Ibidem uterque, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπλανᾶτο. Edebatur καθ' ἡμέραν. Ib. F, μηδενί που τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐντετυχέναι. Codex E, μηδενί πη τῶν ... ἐντετυχηκέναι, vitiosam formam expellens. P. 593, F, ἅμα δὲ χειρὶ καὶ φωνῇ βοηθοῦντες. Melius E, ἅμα καὶ χειρί. P. 594, C, καὶ μᾶλλον. Καί, quod in οἵ mutabat Wyttenbachius, ignoratur codicibus. Ib. F, κελεύοντες ὡς τάχιστα ἥκειν πρὸς αὐτούς. Codex E, ὡς τάχιστά σε ἥκ. Deinde, Ἐρομένου δὲ τοῦ Χάρωνος. Codices δὲ αὐτοῦ. Scripsimus δ' αὖ τοῦ. Paullo post cod. E, Οὕτως, ἔφη, ποίει. P. 595, B, uterque πεντεκαιδεκέτη, pro —δεκαέτη. Ib. E, iidem προελθόντας et ἐξαιρεθησομένους, pro male editis προσελθόντας et ἐξαιρηθ. P. 596, C, καλὸν δὲ ἡ πρόνοια. Cod. E, κ. γὰρ ἡ πρ. Idem paullo post, οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τὸν Λεοντίδην καὶ τὸν Ὑπάτην ταχθέντες. Deerat vulgo prior articulus. Ib. D, mire E, ὁ δὲ χείρων, et B, ὁ δὲ χ. P. 597, C, μὴ γὰρ ἐλευθέραις στεφανώσαιο ταῖς Θήβαις. Recte cod. E, γὰρ ἐν ἐλ. Idem in D, γράμματα τῷ Λεοντίδῃ, ubi vulgo sine artic. Idem in E, Σαμείδαν. Ib. F, ἐπέσφαξε

θερμῷ Κηφισοδώρῳ. Immo θερμῷ τῷ Κηφ., quod est in codicibus. Iidem, φεύγοντα τὸν Ἱππάτην (sic), melius quam sine articulo. P. 598, A, ὑπειδόμενος τὸ πάλαισμα. Recepi ex cod. B, τὸ πλάσμα, quod res postulat. Idem codex paullo ante κελεύουσι, quod de conjectura ediderat Wyttenbachius pro futuro. Ib. C, articulum τά præbet etiam cod. E : ex quo, ut ubique alias, lacunam notavimus in D, inter vocabula μαχαιροποιῶν et ἧκε.

Verum ne ostentationis gratia usi esse hujus potissimum libri exemplo perhibeamur, ultro fatemur, in multis scriptis pauciora nobis emendanda reliquisse illum Wyttenbachii socium : neque enim Wyttenbachium ipsum, affirmantem licet p. XIII.

Paucis ut absolvam, sic habeto : tradimus Tibi Plutarchi Moralia *in tribus fere millibus locorum ex codicibus manuscriptis emendata.* Quod Te demerendi studium beati erimus si ita velis rependere, ut quæ peccata fuerint judices humaniter. Illud non veremur, ne vitii quiddam per nos in Plutarchum immigraverit : latius tamen in majore otio extendi potuisse emendationis negotium, ultro concedimus.

De translatione latina, quam multis in locis correximus, hoc tenendum est, Xylandrum et Wyttenbachium in corruptis partibus non raro suas aut aliorum conjecturas expressisse, quas in græca quidem, ob rationes supra expositas, recipere non poteramus.

Parisiis, idib. Jul. MDCCCXXXIX.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

PLUTARCHI

DE EDUCATIONE PUERORUM LIBELLUS.

(1, A—D.)

Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, καὶ τίνι χρώμενοι σπουδαῖοι ἂν τοῖς τρόποις ἀποβαῖεν, φέρε σκεψώμεθα.

2. Βέλτιον δ' ἴσως ἀπὸ τῆς γενέσεως ἄρξασθαι πρῶτον. Τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων τέκνων γενέσθαι πατράσιν, ὑποθείμην ἂν ἔγωγε μὴ ταῖς τυχούσαις γυναιξὶ συνοικεῖν· λέγω δὲ, οἷον ἑταίραις, ἢ παλλακαῖς. Τοῖς γὰρ μητρόθεν ἢ πατρόθεν οὐκ εὖ γεγονόσιν ἀνεξάλειπτα παρακολουθεῖ τὰ τῆς δυσγενείας ὀνείδη παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις. Καὶ σοφὸς ἦν ἄρα ὁ ποιητὴς, ὅς φησιν,

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

Καλὸς οὖν παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, ἧς δὴ πλεῖστον λόγον ποιητέον τοῖς νομίμου παιδοποιίας γλιχομένοις. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον ἐχόντων τὸ γένος, σφάλλεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι πέφυκε· καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι,

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχός τις ᾖ,
ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά.

Ὥσπερ ἀμέλει τοὐναντίον μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων διασήμων. Διόφαντον γοῦν τὸν Θεμιστοκλέους πολλάκις λέγουσι φάναι καὶ πρὸς πολλοὺς, ὡς, ὅ τι ἂν αὐτὸς βούληται, τοῦτο καὶ τῷ δήμῳ συνδοκεῖ τῷ τῶν Ἀθηναίων· ἃ μὲν γὰρ αὐτὸς ἐθέλει, καὶ ἡ μήτηρ· ἃ δ' ἂν ἡ μήτηρ, καὶ Θεμιστοκλῆς· ἃ δ' ἂν Θεμιστοκλῆς, καὶ πάντες Ἀθηναῖοι. Πάνυ δὲ ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ Λακεδαιμονίους τῆς μεγαλοφροσύνης· οἵτινες Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα ἑαυ-

I. Quid dici possit de ingenuorum puerorum institutione, et quanam usi ratione, bene morati evadere possint, age consideremus.

II. Præstat autem, initium ab ipsa ducere procreatione. Ergo qui parentes fieri cupiunt laude dignorum liberorum, iis ego quidem hoc consulam, ne cum quibusvis mulieribus rem habeant : veluti sunt meretrices et pellices. Quorum enim vel a patre, vel a matre aliquid vitii habent natales, eos per omnem vitam opprobria comitantur, quæ elui nullo modo possunt : suntque in promptu vitia ista, si qui afficere eos ignominia volunt. Ac sapienter dictum est a poeta,

Nisi fundamenta stirpis jacta sint probe,
miseros necesse est esse deinceps posteros.

Est itaque præclarus libertatis thesaurus ingenuitas, cujus plurimam habere debent rationem qui legitimam liberorum consectantur procreationem. Etenim eorum quibus genus est subdititium et adulterinum, animi spiritus ponere, humique repere solent; rectissimeque hoc cecinit poeta,

Non duritate tanta est quisquam pectoris,
obnoxio, qui non animo et servo fuat,
culpæ patris matrisve conscius sibi.

Sicut contra arrogantia quadam animique exsultatione implentur illustribus nati parentibus. Quo modo Diophantum Themistoclis filium frequenter aiunt et ad multos dixisse, *quidquid ipsi placuisset, id populo quoque Atheniensi probari : suæ enim sententiæ matrem suffragari : hujus, Themistoclem, cujus universi Athenienses ratum habeant decretum.* Omnino autem laude digni sunt Lacedæmonii ob altitudinem animi, qui

τῶν ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμεινεν, ὑπειπόντες, ὡς οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους παρασχεῖν αὐτοῖς διανοοῖτο.

3. Ἐχόμενον δ' ἂν εἴη τούτων εἰπεῖν ὅπερ οὐδὲ τοῖς πρὸ ἡμῶν παρεωρᾶτο· τὸ ποῖον; ὅτι τοὺς ἕνεκα παιδοποιίας πλησιάζοντας ταῖς γυναιξὶν ἤτοι τοπαράπαν ἀοίνους, ἢ μετρίως γοῦν οἰνωμένους ποιεῖσθαι προσήκει τὸν συνουσιασμόν. Φίλοινοι γὰρ καὶ μεθυστικοὶ γίνεσθαι φιλοῦσιν, ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν τῆς σπορᾶς οἱ πατέρες ἐν μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν*. Ἧι καὶ Διογένης μειράκιον ἐκστατικὸν ἰδὼν καὶ παραφρονοῦν, Νεανίσκε, ἔφησεν, ὁ πατήρ σε μεθύων ἔσπειρε. Καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως τοσαῦτα εἰρήσθω μοι. Περὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς καὶ δὴ λεκτέον.

4. Καθόλου μὲν εἰπεῖν, ὃ κατὰ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ταὐτὸν καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς φατέον ἐστίν· ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν, καὶ λόγον, καὶ ἔθος. Καλῶ δὲ λόγον μὲν, τὴν μάθησιν· ἔθος δὲ, τὴν ἄσκησιν. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ, τῆς μαθήσεως· αἱ δὲ χρήσεις, τῆς μελέτης· αἱ δ' ἀκρότητες, πάντων. Καθ' ὃ δ' ἂν λειφθῇ τούτων, κατὰ τοῦτ' ἀνάγκη χωλὴν γίνεσθαι τὴν ἀρετήν. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλόν· ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπές· ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς γεωργίας πρῶτον μὲν ἀγαθὴν ὑπάρξαι δεῖ τὴν γῆν, εἶτα δὲ φυτουργὸν ἐπιστήμονα, εἶτα τὰ σπέρματα σπουδαῖα· τὸν αὐτὸν τρόπον γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δὲ ὁ παιδεύων, σπέρματι δὲ αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι, καὶ τὰ παραγγέλματα. Ταῦτα πάντα διατεινάμενος εἴποιμι ὅτι συνῆλθε καὶ συνέπνευσεν εἰς τὰς τῶν παρ' ἅπασιν ᾀδομένων ψυχὰς, Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν ὅσοι δόξης ἀειμνήστου τετυχήκασιν. Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεοφιλὴς, εἴ τῳ ταῦτα πάντα θεῶν τις ἀπέδωκεν. Εἰ δέ τις οἴεται, τοὺς οὐκ εὖ πεφυκότας μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετὴν οὐκ ἂν τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν εἰς τοὐνδεχόμενον ἀναδραμεῖν, ἴστω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς διαμαρτάνων. Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται. Καταμάθοις δ' ἂν, ὡς ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιουργὸν ἐπιμέλεια καὶ πόνος ἐστὶν, ἐπὶ πολλὰ τῶν γιγνομένων ἐπιβλέψας. Σταγόνες μὲν γὰρ ὕδατος πέτρας κοιλαίνουσι· σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκτρίβονται· οἱ δ' ἁρμάτειοι τροχοὶ τόνῳ καμφθέντες οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἀναλαβεῖν εὐθυωρίαν · τάς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βοκτηρίας ἀπευθύνειν, ἀμήχανον· ἀλλὰ τὸ παρὰ φύσιν τῷ πόνῳ τῶν κατὰ φύσιν ἐγένετο κρεῖττον. Καὶ μόνα ἆρα ταῦτα τὴν ἐπιμελείας ἰσχὺν διαδείκνυσιν; Οὔκ· ἀλλὰ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις. Ἀγαθὴ γῆ πέφυκεν· ἀλλ' ἀμεληθεῖσα χερσεύεται, καὶ ὅσῳ τῇ

Archidamum regem suum pecunia mulctaverunt, quod pusillam uxorem ducere non esset veritus; causa exposita, quod is non reges, sed regulos ipsis statuisset generare.

III. His continuo subjungendum est, quod ne eos quidem fefellit qui ante nos hoc argumentum tractaverunt. Quid, inquies, illud? Quod qui rem habere cum mulieribus prolis gignendæ causa volunt, aut omnino vini vacuos, aut certe mediocriter eo usos, hoc convenit facere. Assolent enim vinosi et ebriosi fieri quos patres ebrii severunt. Quamobrem etiam Diogenes adolescentulum videns animo abalienatum, et mentis male compotem, dixit : *Adolescens, pater te ebrius genuit.* Atque hæc quidem de procreatione dicta sunto. Nunc de institutione dicendum.

IV. Ut igitur summa rem totam complectar, quod de artibus et scientiis solemus, idem et de virtute pronuntiandum est : scilicet ad ejus perfectionem tria oportere concurrere : naturam, rationem, et assuefactionem. Rationem vero intelligi volo doctrinam, et assuefactionis nomine exercitationem. Initia debentur [naturæ, progressus] disciplinæ, usus exercitationi, perfectio omnibus. Quacumque autem in parte his caruerit, ab ea parte mancam fieri virtutem necesse est. Natura quippe, sine disciplina si sit, cæca est : disciplina si a natura destituatur, mutila : exercitatio his duobus demptis imperfecta est. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bonum solum, deinde peritus colonus, denique semina proba : ita plane hic natura solo, agricolæ magister, semini præcepta atque instituta respondent. Hæc ego omnia contendere ausim convenisse atque conspirasse in animas omnium ore decantatorum hominum, Pythagoræ, Socratis, Platonis, atque aliorum qui nulla unquam oblivione delendam gloriam sunt consequuti. Sane beatus diisque carus est ille, cui deus ista omnia tribuit. Si tamen aliquis ita putat, eos qui ingenio non sunt felici, ubi ad virtutem recte instituuntur atque exercentur, non posse naturæ defectum mediocriter exsarcire : sciat se aberrare non solum a magna rei parte, sed a tota omnino re. Naturæ enim bonitatem socordia corrumpit : vitium doctrina corrigit : et quum facilia negligentes nos fugiunt, tum difficilia consequimur accuratione. Et vero multarum rerum contemplatione addiscere possis, quantum efficacitatis atque ad perficiendas res virium habeant industria atque labor. Nam et aquæ guttæ lapidem cavant : et ferrum atque æs manuum contrectatione atteruntur : et rotas curruum labore magno curvatas nullo possis conatu in pristinam restituere directionem : et incurvos histrionum lituos in rectum dirigere nulla vis queat. Adeo quod contra naturam est, labore efficitur ipsa naturali facultate validius. Quid? an hæc duntaxat sunt, quibus diligentiæ vis demonstretur? Immo vero sunt innumera porro alia.

φύσει βελτίων ἐστὶ, τοσούτῳ μᾶλλον, ἐξαργηθεῖσα, δι' ἀμέλειαν ἐξαπόλλυται. Ἀλλ' ἔστι τις ἀπόκροτος καὶ τραχυτέρα τοῦ δέοντος· ἀλλὰ γεωργηθεῖσα παραυτίκα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε. Ποῖα δὲ δένδρα οὐκ, ὀλιγωρηθέντα μὲν, στρεβλὰ φύεται καὶ ἄκαρπα καθίσταται, τυχόντα δὲ ὀρθῆς παιδαγωγίας, ἔγκαρπα γίνονται καὶ τελεσφόρα; Ποία δὲ σώματος ἰσχὺς οὐκ ἐξαμβλοῦται καὶ καταφθίνει, δι' ἀμέλειαν καὶ τρυφὴν καὶ καχεξίαν; τίς δ' ἀσθενὴς φύσις οὐ τοῖς γυμνασαμένοις καὶ καταθλήσασι πλεῖστον εἰς ἰσχὺν ἐπέδωκε; Τίνες δ' ἵπποι καλῶς πωλοδαμνηθέντες, οὐκ εὐπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς ἀναβάταις; τίνες δὲ ἀδάμαστοι μείναντες, οὐ σκληραύχενες καὶ θυμοειδεῖς ἀπέβησαν; Καὶ τί δεῖ τἄλλα θαυμάζειν, ὅπου γε τῶν θηρίων τῶν ἀγριωτάτων ὁρῶμεν πολλὰ καὶ τιθασσευόμενα καὶ χειροήθη γιγνόμενα τοῖς πόνοις; Εὖ δὲ καὶ ὁ Θετταλὸς, ἐρωτηθεὶς τίνες εἰσὶν οἱ ἠπιώτατοι Θετταλῶν, ἔφη, Οἱ παυόμενοι πολεμεῖν. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; καὶ γὰρ τὸ ἦθος ἔθος ἐστὶ πολυχρόνιον *· καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ἐθικὰς ἄν τις λέγῃ, οὐκ ἄν τι πλημμελεῖν δόξειεν. Ἑνὶ δὲ περὶ τούτων ἔτι παραδείγματι χρησάμενος, ἀπαλλάξομαι τοῦ ἔτι περὶ αὐτῶν μηκύνειν. Λυκοῦργος γὰρ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων νομοθέτης δύο σκύλακας τῶν αὐτῶν γονέων λαβὼν, οὐδὲν ὁμοίως ἀλλήλοις ἤγαγεν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἀπέφηνε λίχνον καὶ σινάμορον, τὸν δὲ ἐξιχνεύειν καὶ θηρᾶν δυνατόν. Εἶτά ποτε τῶν Λακεδαιμονίων εἰς ταὐτὸ συνειλεγμένων· Μεγάλη τοι ῥοπὴ πρὸς ἀρετῆς κύησίν ἐστιν, ἄνδρες, ἔφησε, Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἔθη, καὶ παιδεῖαι, καὶ διδασκαλίαι, καὶ βίων ἀγωγαὶ, καὶ ἐγὼ ταῦτα ὑμῖν αὐτίκα δὴ μάλα ποιήσω φανερά· εἶτα προσαγαγὼν τοὺς δύο σκύλακας διαφῆκε, καταθεὶς εἰς μέσον λοπάδα καὶ λαγωὸν κατευθὺ τῶν σκυλάκων· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὸν λαγωὸν ᾖξεν· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν λοπάδα ὥρμησε. Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐδέπω συμβαλεῖν ἐχόντων, τί ποτε αὐτῷ τοῦτο δύναται, καὶ τί βουλόμενος τοὺς σκύλακας ἐπεδείκνυεν, Οὗτοι γονέων, ἔφη, τῶν αὐτῶν ἀμφότεροι, διαφόρου δὲ τυχόντες ἀγωγῆς, ὁ μὲν λίχνος, ὁ δὲ θηρευτὴς ἀποβέβηκε. Καὶ περὶ μὲν ἐθῶν καὶ βίων ἀρκείτω ταῦτα.

5. Περὶ δὲ τροφῆς ἐχόμενον ἂν εἴη λέγειν. Δεῖ δὲ, ὡς ἐγὼ ἂν φαίην, αὐτὰς τὰς μητέρας τὰ τέκνα τρέφειν, καὶ τούτοις ὑπέχειν τοὺς μαστούς. Συμπαθέστερόν τε γὰρ θρέψουσι, καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας, ὡς ἂν ἔνδοθεν, καὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν ἀγαπῶσαι τὰ τέκνα. Αἱ τίτθαι δὲ καὶ αἱ τροφοὶ τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγγραπτον ἔχουσιν, ἅτε μισθοῦ φιλοῦσαι. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ φύσις, ὅτι δεῖ τὰς μητέρας, ἃ γεγεννήκασιν, αὐτὰς τιτθεύειν καὶ τρέφειν. Διὰ γὰρ τοῦτο παντὶ ζώῳ τεκόντι τὴν ἐκ τοῦ γάλακτος τροφὴν ἐχορήγησεν. Σοφὸν δὲ ἄρα καὶ ἡ πρόνοια διττοὺς ἐνέθηκε ταῖς γυναιξὶ τοὺς μαστοὺς, ἵνα, καὶ εἰ δίδυμα τέκοιεν, διττὰς ἔχοιεν τὰς τῆς τροφῆς πηγάς. Χωρὶς δὲ τούτων εὐνούστεραι τοῖς τέκνοις γίγνοιντ' ἂν, καὶ φιλητικώτεραι. Καὶ μὰ Δί' οὐκ ἀπεικότως. Ἡ συντροφία γὰρ ὥσπερ ἐπιτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας. Καὶ γὰρ τὰ θηρία

Solum telluris bonum fuit : cultura cessante sterilescit : quantoque melius fuit natura, tanto deterius fit neglectu. Alia contra est tellus dura atque asperior æquo; ea tamen culta præclaros illico edit fructus. Jam quæ arbores non tortuosæ fiunt atque infrugiferæ, si per incuriam habeantur? quæ non frugiferæ fiunt atque fecundæ, si recte educantur? Aut quorum corporum robur non hebescit atque dissipatur socordia, luxu, pravaque habitudine? quis contra ita fuit invalida natura, ut non exercitationibus et certaminum studio maxima fecerit ad robur incrementa? Qui vero equi a prima ætate recte domiti non parent sessoribus? qui mature non subacti, duræ cervicis et feroces non evaserunt? Et quid attinet alia nos admirari, quando de bestiis ferissimis multas videmus cicures mansuetasque labore redditas? Recte etiam Thessalus ille, qui percontanti quinam Thessalorum essent placidissimi, respondit: *Qui militandi finem fecissent.* Cur vero insistam pluribus recensendis? quum mores ipsi Græco sermone nihil sint quam assuefactio diuturna : neque abs re morales virtutes dixeris *virtutes consuetudinis* eorum lingua. Uno adhuc hujus rei exemplo proposito, desinam pluribus verbis ista declarare. Lycurgus, is qui Lacedæmoniis leges posuit, duos catulos iisdem prognatos canibus diversa omnino ratione educavit : alterum, delicatum et luxuriosum; alterum indagini et venationibus aptum reddens. Quodam inde tempore quum frequentes in concionem Lacedæmonii coivissent: Magnum, inquit, Spartani, ad virtutem adipiscendam momentum adferunt assuefactio, educatio, doctrina, atque vitæ ratio; quod ego vobis jam nunc commonstrabo : simulque duos istos catulos productos, posita in medio patina et lepore, dimisit. Quorum quum alter illico leporem, alter patinam peteret, neque etiamnum assequerentur Lacedæmonii quid sibi catulis illis ostendendis vellet: *Hi*, inquit, *iisdem nati parentibus, diversa educati ratione, ventri alter deditus, alter venaticus evaserunt.* Dictum satis de assuefactione et vitæ institutione.

V. Consequens est ut de nutritione disseramus. Mea quidem sententia matres ipsæ nutrire infantes atque lactare debent. Majore enim cum affectu animi alent eos, majoreque studio, utpote intime et a teneris, quod aiunt, unguiculis diligentes. Nutricum enim amor subdititius atque adscitus est, utpote mercedis gratia diligentium. Sed et ipsa natura docet, ipsis matribus lactandam esse atque alendam suam prolem. Ideo enim cuivis animali parienti alimentum lactis suppeditavit. Ac plane sapiens est providentia, quæ bina mulieribus ubera dedit, ut etiam si qua gemellos partu edidisset, uterque haberet alimenti sui fontem. Præterea etiam illo quem dixi nutritionis modo matres erga liberos reddantur benevolentiores, amoremque eorum majorem concipiant. Neque id injuria. Convictus enim, quasi intentio quædam est benevolentiæ : quando etiam a

τῶν συντρεφομένων ἀποσπώμενα, ταῦτα ποθοῦντα φαίνεται. Μάλιστα μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, αὐτὰς πειρατέον τὰ τέκνα τρέφειν τὰς μητέρας· εἰ δ' ἄρ' ἀδυνάτως ἔχοιεν, ἢ διὰ σώματος ἀσθένειαν (γένοιτο γὰρ ἄν τι καὶ τοιοῦτον), ἢ πρὸς ἑτέρων τέκνων σπεύδουσαι γένεσιν· ἀλλὰ τάς γε τίτθας καὶ τροφοὺς, οὐ τὰς τυχούσας, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα σπουδαίας δοκιμαστέον ἐστί. Πρῶτον μὲν τοῖς ἤθεσιν Ἑλληνίδας. Ὥσπερ γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος εὐθὺς ἀπὸ γενέσεως πλάττειν τῶν τέκνων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ταῦτα ὀρθὰ καὶ ἀστραβῆ φύηται· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τὰ τῶν τέκνων ἤθη ῥυθμίζειν προσήκει. Εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης, καὶ ταῖς τούτων ψυχαῖς ἁπαλαῖς ἔτι τὰ μαθήματα ἐντήκεται· πᾶν δὲ τὸ σκληρὸν χαλεπῶς μαλάττεται. Καθάπερ γὰρ σφραγῖδες τοῖς ἁπαλοῖς ἐναπομάττονται κηροῖς· οὕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς ἐναποτυποῦνται. Καί μοι δοκεῖ Πλάτων ὁ δαιμόνιος ἐμμελῶς παραινεῖν ταῖς τίτθαις, μὴ τοὺς τυχόντας μύθους τοῖς παιδίοις λέγειν, ἵνα μὴ τὰς τούτων ψυχὰς ἐξ ἀρχῆς ἀνοίας καὶ διαφθορᾶς ἀναπίμπλασθαι συμβαίνῃ. Κινδυνεύει δὲ καὶ Φωκυλίδης ὁ ποιητὴς καλῶς παραινεῖν, λέγων,

Παῖδ' ἔτ' ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.

6. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅτι καὶ τὰ παιδία τὰ μέλλοντα τοῖς τροφίμοις ὑπηρετεῖν, καὶ τούτοις σύντροφα γίνεσθαι, ζητητέον, πρώτιστα μὲν, * σπουδαῖα τοὺς τρόπους· ἔτι μέντοι Ἑλληνικὰ καὶ περίτρανα λαλεῖν, ἵνα μὴ, συναναχρωννύμενοι βαρβάροις καὶ τὸ ἦθος μοχθηροῖς, ἀποφέρωνταί τι τῆς ἐκείνων φαυλότητος. Καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι δέ φασιν, οὐκ ἀπὸ τρόπου λέγοντες, ὅτι, ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ.

7. Ἐπειδὰν τοίνυν ἡλικίαν λάβωσιν ὑπὸ παιδαγωγοῖς τετάχθαι, ἐνταῦθα δὴ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἑκτέον ἐστὶ τῆς τούτων καταστάσεως, ὡς μὴ λάθωσιν ἀνδραπόδοις ἢ βαρβάροις ἢ παλιμβόλοις τὰ τέκνα παραδόντες. Ἐπεὶ νῦν γε τὸ γινόμενον πολλοῖς ὑπερκαταγέλαστόν ἐστι. Τῶν γὰρ δούλων τῶν σπουδαίων τοὺς μὲν γεωργοὺς ἀποδεικνύουσι, τοὺς δὲ ναυκλήρους, τοὺς δὲ ἐμπόρους, τοὺς δὲ οἰκονόμους, τοὺς δὲ δανειστάς· ὅ τι δ' ἂν εὕρωσιν ἀνδράποδον οἰνόληπτον καὶ λίχνον, πρὸς πᾶσαν πραγματείαν ἄχρηστον, τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. Δεῖ δὲ τὸν σπουδαῖον παιδαγωγὸν τοιοῦτον εἶναι τὴν φύσιν, οἷόσπερ ἦν ὁ Φοῖνιξ ὁ Ἀχιλλέως παιδαγωγός. Τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ κυριώτατον [τῶν εἰρημένων] ἔρχομαι φράσων. Διδασκάλους γὰρ ζητητέον τοῖς τέκνοις, οἳ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι. Πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας, τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας. Καὶ καθάπερ τὰς χάρακας οἱ γεωργοὶ τοῖς φυτοῖς παρατιθέασιν, οὕτως οἱ νόμιμοι τῶν διδασκάλων ἐπιμελεῖς τὰς ὑποθήκας καὶ παραινέσεις παραπηγνύουσι τοῖς νέοις, ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαστάνοι τὰ ἤθη. Νῦν δέ τις καὶ καταπτύσειε τῶν πατέρων ἐνίων, οἵτινες, πρὶν

bestiis ademptas alias quarum usæ erant convictu, desiderari videmus. Maxime igitur, ut dixi, tentandum hoc est, ut ipsæ matres mammam suis præbeant infantibus. Sin id præstare nequeant, vel ob corporis invaletudinem (usu enim hoc venire potest), vel quia ad novæ sobolis festinant procreationem; saltem nutrices non quasvis, sed quam fieri potest maxime probas deligamus. Primum in hac re sit, ut moribus eæ sint Græcanicis. Sicut enim membra corporis statim ab ipsis natalibus infantis sunt fingenda, ut recta adolescant, neque distorqueantur : ita et jam inde ab initio indoles ejus informanda est. Est namque pueritia ob mollitiem effictu facilis, animisque puerorum teneris etiamnum facile insidet quod discunt : sicut contra quæ dura sunt, ea difficulter molliuntur. Et sicuti sigilla mollibus imprimuntur ceris, sic disciplinæ puerilibus adhuc animis infiguntur. Ac mihi videtur divinus Plato nutricibus prudenter præcepisse ne quasvis fabulas pueris recitent, ne horum animi a principio stoliditate ac pravitate occupentur. Sed et Phocylides videtur bene hortari hoc versu,

Instituenda bonis ipsa est pueritia rebus.

VI. Cæterum ne id quidem prætermittendum est, debere pueros qui alumnis inservient unaque alentur, quæri, primum qui bonis sint moribus : deinde Græci sint, et in pronuntiando diserti; ne cum barbaris et pravos habentibus mores si consuescant, inde aliquid vitii ducant. Proverbio enim sententia minime absurda jactatur, *Si cum claudo habites, fore ut subclaudicare discas.*

VII. Postquam eo ætatis puer pervenit, ut jam sit pædagogo subdendus, ibi tum adhibenda est accuratio, ne filios nostros per imprudentiam mancipiis aut barbaris, aut levibus hominibus tradamus. Nam plusquam deridiculum est quod hodie plerisque usuvenit, qui quum servorum quos habent probos, alios agriculturæ, alios rei nauticæ, alios mercaturæ, alios administrationi rei familiaris, alios usuræ exercendæ adhibeant : si quod inveniunt mancipium ebriosum ac gulæ deditum, et ad omnia inutile negotia, id liberis præficiunt. Oportet autem bonum pædagogum eo esse ingenio, quo fuit Phœnix Achillis pædagogus. Nunc, quod omnium est eorum, quæ hactenus dixi, maximum atque summum, dicere aggrediar. Quærendi sunt liberis magistri quorum et inculpata sit vita, et mores justæ reprehensioni non obnoxii, et peritia minime vulgaris. Fons enim et radix virtutis atque honestatis vitæ, est institutio proba. Utque agricolæ stirpibus pedamenta apponunt, sic probi magistri accuratis præceptis admonitionibusque adolescentes suffulciunt, ut mores recti inde germinent. Nunc vero etiam despuas in contumeliam quorumdam pa-

δοκιμάσαι τοὺς μέλλοντας διδάσκειν, δι' ἄγνοιαν, ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ἀπειρίαν, ἀνθρώποις ἀδοκίμοις καὶ παρασήμοις ἐγχειρίζουσι τοὺς παῖδας. Καὶ οὔπω τοῦτό ἐστι καταγέλαστον, εἰ καὶ δι' ἀπειρίαν αὐτὸ πράττουσιν· ἐκεῖνο δὲ ἐσχάτως ἄτοπον· τὸ ποῖον; ἐνίοτε γὰρ εἰδότες, αἰσθομένων μᾶλλον αὐτοῖς τοῦτο λεγόντων, τὴν ἐνίων τῶν παιδευτῶν ἀπειρίαν ἅμα καὶ μοχθηρίαν, ὅμως τούτοις ἐπιτρέπουσι τοὺς παῖδας· οἱ μὲν ταῖς τῶν ἀρεσκομένων ἡττώμενοι κολακείαις· εἰσὶ δὲ οἳ δεομένοις χαριζόμενοι φίλοις· παρόμοιον ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις τῷ σώματι κάμνων, τὸν σὺν ἐπιστήμῃ δυνηθέντα ἂν σῶσαι παραλιπὼν, φίλῳ χαριζόμενος, τὸν δι' ἀπειρίαν ἀπολέσοντα ἂν αὐτὸν προέλοιτο· ἢ ναύκληρον τὸν ἄριστον ἀφεὶς, τὸν χείριστον δοκιμάσειε, φίλου δεηθέντος. Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, πατήρ τις καλούμενος, πλείω λόγον τῆς τῶν δεομένων ποιεῖται χάριτος ἢ τῆς τῶν τέκνων παιδεύσεως; Εἶτ' οὐκ εἰκότα Σωκράτης ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς ἔλεγεν, ὅτι, εἴπερ ἄρα δυνατὸν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ἀνακραγεῖν μέρος, Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, οἵτινες χρημάτων μὲν κτήσεως πέρι πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδὴν, τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε; Τούτοις δ' ἂν ἔγωγε προσθείην, ὅτι οἱ τοιοῦτοι πατέρες παραπλήσιον ποιοῦσιν, οἷον εἴ τις τοῦ μὲν ὑποδήματος φροντίζοι, τοῦ δὲ ποδὸς ὀλιγώρως ἔχοι. Πολλοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον τῶν πατέρων προβαίνουσι φιλαργυρίας ἅμα καὶ μισοτεκνίας, ὥσθ', ἵνα μὴ πλείονα μισθὸν τελέσειαν, ἀνθρώπους τοὺς μηδενὸς τιμίους αἱροῦνται τοῖς τέκνοις [παιδευτὰς], εὐώνον ἀμαθίαν διώκοντες. Ἣ καὶ Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀστείως ἀπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ἐρωτήσαντος γάρ τινος αὐτὸν, πόσον αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως, Χιλίας, ἔφη, δραχμάς. Τοῦ δὲ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπέρπολυ τὸ αἴτημα· δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι·* Τοιγαροῦν, εἶπε, δύο ἕξεις ἀνδράποδα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ὃν ἂν πρίῃ. Τὸ δ' ὅλον πῶς οὐκ ἄτοπον, τῇ μὲν δεξιᾷ συνεθίζειν τὰ παιδία δέχεσθαι τὰς τροφὰς, κἂν προτείνειε τὴν ἀριστερὰν, ἐπιτιμᾶν, μηδεμίαν δὲ ποιεῖσθαι πρόνοιαν τοῦ λόγων ἐπιδεξίων καὶ νομίμων ἀκούειν; Τί οὖν συμβαίνει τοῖς θαυμαστοῖς πατράσιν, ἐπειδὰν κακῶς μὲν θρέψωσι, κακῶς δὲ παιδεύσωσι τοὺς υἱεῖς, ἐγὼ φράσω· ὅταν γὰρ εἰς ἄνδρας ἐγγραφέντες, τοῦ μὲν ὑγιαίνοντος καὶ τεταγμένου βίου καταφρονήσωσιν, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτάκτους καὶ ἀνδραποδώδεις ἡδονὰς ἑαυτοὺς κρημνίσωσι, τότε δὴ μεταμέλονται τὴν τῶν τέκνων [προδεδωκότες] παιδείαν, ὅτε οὐδὲν ὄφελος, τοῖς ἐκείνων ἀδικήμασιν ἀδημονοῦντες. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κόλακας καὶ παρασίτους ἀναλαμβάνουσιν, ἀνθρώπους ἀσήμους καὶ καταράτους, καὶ τῆς νεότητος ἀνατροπέας καὶ λυμεῶνας· οἱ δέ τινες ἑταίρας καὶ χαμαιτύπας μισθοῦνται, σοβαρὰς καὶ πολυτελεῖς· οἱ δὲ κατοψοφαγοῦσιν· οἱ δὲ εἰς κύβους καὶ κώμους ἐξοκέλλουσιν· ἤδη δέ τινες καὶ τῶν νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν, μοιχεύοντες καὶ κιττοφοροῦντες, καὶ μίαν ἡδο-

rentum, qui prius quam futuri magistri ullum fecerint periculum, ignoratione aliquando aut etiam imperitia decepti, non spectatis adeoque etiam malæ notæ hominibus filios suos committunt. Quanquam non hoc est usque adeo ridiculum, siquidem imprudentia peccatur. Illud extreme absurdum, quod aliquando, monentibus qui id melius norunt, scientes quanta sit magistrorum quorumdam imperitia juxta atque pravitas, iis tamen suos mandant liberos, vel adulationibus blandientium victi, vel rogantibus eam amicis gratiam dantes : quod perinde est ac si quis ægrotans, omisso qui arte mederi possit medico, in amici gratiam deligat a quo ob ejus inscitiam necetur : aut repudiato navis optimo rectore, amico petente pessimum deligat. Proh deum atque hominum fidem! patris nomen gerit aliquis, et majorem habet rationem gratiæ petentium, quam liberorum institutionis? Nonne consentaneum est quod antiquus ille Socrates dixit? se, si fieri posset, altissimo urbis loco conscenso proclamaturum, *Quo tenditis homines, qui rei faciundæ omne impenditis studium : filiis, quibus opes vestras relinquetis, curam perparvam?* Quibus ego adderem, tales patres perinde agere ac si quis de calceo sit sollicitus, pedem nihil curet. Multi etiam parentes eo progrediuntur et avaritiæ et in liberos suos odii, ut, ne majorem opus habeant mercedem pendere, magistros filiis conducant homines nullius pretii : inscitiam sectantes vilem. Quamobrem Aristippus patrem excordem neque inelegante et perurbano sermone pupugit : a quo interrogatus quantum mercedis pro filii sui institutione posceret, Mille denarios, respondit; eoque exclamante, Hercules, ut valde nimium exigis, quum possim mille denariis servum emere! *Proinde*, dixit, *duo habebis mancipia*, filium scilicet tuum, et id quod emeris. Denique qui non sit absurdum, quum assuefacias puerum ut alimentum dextra sumat manu, increpesque si lævam porrigat; nullam interim te curam adhibere ut dextros probosque is sermones audiat? Jam quid eveniat mirificis istis parentibus, postquam liberos male enutritos male instituerunt, audi. Postquam hi sumpta jam virili toga, contempta sana et composita vitæ ratione, in incompositas atque serviles voluptates sese præcipitaverunt; tum demum eos pœnitet neglectæ liberorum institutionis, mœrorem ex eorum sceleribus percipientes, quem nulla subsequitur utilitas. Alii enim adulatores sibi adjungunt ac parasitos, hominum genus pravum et exsecrabile, perniciem, pestemque juventutis : alii scorta et meretrices redimunt, protervas atque sumptuosas : alii abliguriunt sua : alii in aleam et comessationes a recto vitæ cursu efferuntur : sunt qui et majora audent flagitia, adulterantes, orgia Bacchi

νὴν θανάτου τιμώμενοι. Φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλήσαντες οὗτοι, οὐ τοῖς ἴσοις πράγμασιν ἑαυτοὺς ἂν καταπειθεῖς παρέσχοντο· καὶ τό γε παράγγελμα τοῦ Διογένους ἔμαθον ἄν, ὃς φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν, ἀληθῶς δὲ τοῖς πράγμασι παραινεῖ, καί φησιν, Εἴσελθε εἰς πορνεῖόν που, ἵνα μάθῃς, ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει.

8. Συνελὼν τοίνυν ἐγώ φημι, καὶ χρησμολογεῖν μᾶλλον ἢ παραινεῖν δόξαιμ' ἂν εἰκότως, ὅτι ἐν πρῶτον καὶ μέσον καὶ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον ἀγωγὴ σπουδαία καὶ παιδεία νόμιμός ἐστι· καὶ ταῦτα φορὰ καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν φημί. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπινα καὶ μικρά, καὶ οὐκ ἀξιοσπούδαστα καθέστηκεν. Εὐγένεια καλὸν μέν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν. Πλοῦτος δὲ τίμιον μέν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα· ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο, τοῖς δ' οὐκ ἐλπίσασι φέρουσα προσήνεγκε· καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἔκκειται τοῖς βουλομένοις βαλλάντια τοξεύειν, κακούργοις οἰκέταις καὶ συκοφάνταις· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι καὶ τοῖς πονηροτάτοις μέτεστι. Δόξα γε μὴν σεμνόν, ἀλλ' ἀβέβαιον. Κάλλος δὲ περιμάχητον μέν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον. Ὑγίεια δὲ τίμιον μέν, ἀλλ' εὐμετάστατον. Ἰσχὺς δὲ ζηλωτὸν μέν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον καὶ γήρᾳ. Τὸ δὲ ὅλον, εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Πόστον γάρ ἐστιν ἰσχὺς ἀνθρωπίνη τῆς τῶν ἄλλων ζώων δυνάμεως; λέγω δέ, οἷον ἐλεφάντων καὶ ταύρων καὶ λεόντων. Παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. Καὶ δύο τὰ πάντων ἐστὶ κυριώτατα ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, νοῦς καὶ λόγος. Καὶ ὁ μὲν νοῦς ἀρχικός ἐστι τοῦ λόγου· ὁ δὲ λόγος ὑπηρετικὸς τοῦ νοῦ· τύχῃ μὲν ἀνάλωτος, συκοφαντίᾳ δὲ ἀναφαίρετος, νόσῳ δ' ἀδιάφθορος, γήρᾳ δ' ἀλύμαντος. Μόνος γὰρ ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ· καὶ ὁ χρόνος τἆλλα πάντ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προστίθησι τὴν ἐπιστήμην. Ὅ γε μὴν πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα φέρων, μόνην οὐ δύναται παιδείαν παρελέσθαι. Καί μοι δοκεῖ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος ἀξιομνημόνευτον ποιῆσαι ἀπόκρισιν, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν, εἰς ἔδαφος κατέβαλε, καὶ τὸν Στίλπωνα ἤρετο, μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη· καὶ ὅς, Οὐ δῆτα, εἶπε, πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.* Σύμφωνος δὲ καὶ συνῳδὸς [καὶ] ἡ Σωκράτους ἀπόκρισις ταύτῃ φαίνεται. Καὶ γὰρ οὗτος, ἐρωτήσαντος αὐτόν, μοὶ δοκεῖ, Γοργίου, ἣν ἔχει περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπόληψιν, καὶ εἰ νομίζοι τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι, Οὐκ οἶδα, ἔφησε, πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει· ὡς τῆς εὐδαιμονίας ἐν τούτοις, οὐκ ἐν τοῖς τυχηροῖς ἀγαθοῖς κειμένης.

9. Ὥσπερ δὲ παραινῶ τῆς παιδείας τῶν τέκνων μηδὲν ποιεῖσθαι προὐργιαίτερον, οὕτως αὖ πάλιν φημὶ δεῖν τῆς ἀδιαφθόρου καὶ ὑγιαινούσης ἔχεσθαι· τῶν δὴ πανηγυρικῶν λήρων ὡς ποῤῥωτάτω τοὺς υἱεῖς ἀπάγειν. Τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπα-

obeuntes, et vel unam voluptatem morte redimendam putantes. Qui si versati cum philosopho aliquo fuissent, nunquam profecto talibus sese emancipassent rebus : sed Diogenis saltem præceptum didicissent : qui verbis quidem insolentibus, vere tamen, quod ad res ipsas attinet, monuit, *Ingredere lupanar aliquando, ut discas nihil res honestas ab indignis differre.*

VIII. Ut autem una summa rem totam explicem, etsi haud injuria vaticinari potius quam præcipere videri possum, ita pronuntio : unum esse primum, idemque et medium et ultimum in hac re caput, educationem rectam, legitimamque institutionem : atque hæc ego conducere et adjumentum ad parandam virtutem afferre aio, et ad felicitatem. Nam reliqua quidem bona, humana sunt, exigua neque digna in quæ operam impendas. Natalium splendor res est præclara sane : sed bonum a majoribus profectum. Divitiæ in pretio sunt : verum earum possessio a fortuna pendet : quæ eas sæpenumero ademit habentibus, et non sperantibus obtulit : magnæ opes tanquam scopus propositæ sunt iis qui cupiunt loculos exhaurire, servis maleficis, ac calumniatoribus : et, quod maximum est, etiam pessimis adsunt divitiæ. Gloria res est ut venerabilis, ita instabilis. Pulchritudo optabilis, sed parvo durans tempore. Sanitas pretiosa res est, eademque facile mutatur. Robur digna res laude ac voto, sed morbo ac senectute facile aboletur. Quanquam, ut uno verbo dicam, qui ob vires corporis sibi plaudit, scire debet se a vero aberrare. Quantum enim est hominis robur cum aliorum animalium robore comparatum? elephantorum, puta, taurorum, leonum. Doctrina omnium quæ nobis adsunt bonorum sola immortalis est et divina. Sunt enim duo in hominis natura principatum facile obtinentia, Mens et Ratio : quorum Mens rationi præest, Ratio Mentis imperia exsequitur : hæc fortunæ non obnoxia, nulla calumnia auferri, nullo morbo corrumpi, senectute lædi non possunt. Sola enim mens senescens juvenescit, et tempus, quum adimat alia, senectuti apponit scientiam. Et bellum quum torrentis in morem omnia proruat, solam doctrinam auferre nequit. Ac mihi quidem videtur dignum memoratu Stilponis Megarensis philosophi dictum : qui a Demetrio, quo is tempore Megaram civibus in servitutem abductis solo æquavit, interrogatus ecquid suarum rerum amisisset? *Nihil se amisisse*, respondit : *neque enim bellum virtutem inter spolia capere.* Cui concinit atque consonat Socratis illud; qui Gorgiæ, nisi fallor, quærenti quid de Persarum rege sentiret, et an eum felicem esse putaret, *Ignoro*, respondit, *quippe nescio virtute et doctrina præditus sit, necne :* scilicet in his felicitatem, non in fortunæ obnoxiis bonis, ponebat Socrates.

IX. Porro quemadmodum hortor, ut institutione liberorum nihil habeamus antiquius : ita rursum moneo, sectandam esse eam, quæ corruptelarum vacua et sana sit, rationem : et a nugis istis ad populares cœtus comparatis quam longissime abducendum filios. Vulgo

ρέσκειν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης, λέγων,

Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
εἰς ἥλικας δὲ κὠλίγους σοφώτερος.
— — — Οἱ δ' ἐν σοφοῖς
φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

Ὁρῶ δ' ἔγωγε τοὺς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρεστῶς καὶ κεχαρισμένως ἐπιτηδεύοντας λέγειν, καὶ τὸν βίον ὡς τὰ πολλὰ ἀσώτους καὶ φιληδόνους ἀποβαίνοντας. Καὶ νὴ Δί' εἰκότως. Εἰ γὰρ ἄλλοις ἡδονὰς παρασκευάζοντες ἀμελοῦσι τοῦ καλοῦ, σχολῇ γ' ἂν τῆς ἰδίας ἡδυπαθείας καὶ τρυφῆς ὑπεράνω τὸ ὀρθὸν καὶ ὑγιὲς ποιήσαιντο, ἢ τὸ σῶφρον ἀντὶ τοῦ τερπνοῦ διώξαιεν. Πρὸς δὲ τούτοις, τί ἂν τοὺς παῖδας χρηστὸν ἕτερον διδάξαιμεν, καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι παραινέσαιμεν; καλὸν γάρ τοι, μηδὲν εἰκῇ μήτε λέγειν μήτε πράττειν, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, Χαλεπὰ τὰ καλά. Οἱ δ' αὐτοσχέδιοι τῶν λόγων πολλῆς εὐχερείας καὶ ῥᾳδιουργίας εἰσὶ πλήρεις, οὔθ', ὅθεν ἀρκτέον, οὔθ', ὅποι παυστέον ἐστὶν, εἰδότων. Χωρὶς δὲ τῶν ἄλλων πλημμελημάτων, οἳ ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγωσιν, εἰς ἀμετρίαν δεινὴν ἐμπίπτουσι καὶ πολυλογίαν. Σκέψις δ' οὐκ ἐᾷ τῆς ἱκνουμένης συμμετρίας τὸν λόγον ἐκπίπτειν. Ὁ Περικλῆς, ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται, καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου, πολλάκις οὐχ ὑπήκουσε, λέγων ἀσύντακτος εἶναι. Ὡσαύτως δὲ καὶ Δημοσθένης ζηλωτὴς τῆς τούτου πολιτείας γενόμενος, καλούντων αὐτὸν τῶν Ἀθηναίων σύμβουλον, ἀντέβαινεν, Οὐ συντέταγμαι, λέγων. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἀδέσποτός ἐστι καὶ πεπλασμένη παράδοσις. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου τὴν τῆς σκέψεως ὠφέλειαν ἐναργῶς παρίστησι. Φησὶ γοῦν, Ἐγὼ δ' ἐσκέφθαι μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, φημὶ, κοὐκ ἂν ἀρνηθείην καταμεμελετηκέναι γε ὡς ἐνῆν μάλιστα ἐμοί· καὶ γὰρ ἂν ἄθλιος ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων ἠμέλουν, ὧν περὶ τούτων ἐρεῖν ἔμελλον. Τὸ δὲ δὴ παντάπασιν ἀποδοκιμάζειν τῶν λόγων τὴν ἑτοιμότητα, ἢ πάλιν αὖ ταύτην οὐκ ἐπ' ἀξίοις ἀσκεῖν, οὐ φαίην ἂν ἔγωγε· ἀλλ' ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ τοῦτο ποιητέον ἐστί. Μέχρι δὲ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἡλικίας οὐδὲν ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἀξιῶ λέγειν· ἀλλ' ὅταν τις ῥιζώσῃ τὴν δύναμιν, τότε τῶν καιρῶν καλούντων, ἐλευθεριάζειν τοῖς λόγοις προσῆκον. Ὥσπερ γὰρ οἱ πολὺν χρόνον δεθέντες, κἂν λυθεῖεν ὕστερον, ὑπὸ τῆς πολυχρονίου τῶν δεσμῶν συνηθείας οὐ δυνάμενοι βαδίζειν, ὑποσκελίζονται; τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ πολλῷ χρόνῳ τὸν λόγον σφίγξαντες, κἂν εἴ ποτε ἐκ τοῦ παραχρῆμα δεήσειεν εἰπεῖν, οὐδὲν ἧττον τὸν αὐτὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτῆρα φυλάσσουσι. Τὸ δὲ ἔτι παῖδας ὄντας ἐᾶν ἐπὶ καιροῦ λέγειν ματαιολογίας τῆς ἐσχάτης αἴτιον καθίσταται. Ζωγράφος, φασὶν, ἄθλιος Ἀπελλῇ δείξας εἰκόνα, Ταύτην, ἔφη, νῦν γέγραφα· ὁ δὲ, * Καὶ ἢν μὴ λέγῃς, εἶπεν, οἶδα, ὅτι ταχὺ γέγραπται· θαυμάζω δὲ, πῶς οὐχὶ τοιαύτας πλείους γέγραφας. Ὥσπερ τοίνυν (ἐπανάγω γὰρ πρὸς

enim placere, sapientibus est displicere. Testimonium mihi perhibet Euripides his verbis,

Ad turbam ego verba facere sum imperitior,
inter sed æquales paucosque doctior.
(Habet hoc locum :) nam qui inter doctos nil valent,
gratior apud vulgum est eorum oratio.

Equidem animadverti, qui in eo studium suum ponunt, ut dicendo placere promiscuis turbis hominum, eorumque reportare possint gratiam, eorum vitam fere intemperantem voluptatibusque deditam existere. Idque optimo, mehercle, jure. Qui enim ita se comparant, ut hominibus nullam honestatis rationem ducentibus voluptates concilient, multum abest ii ut propriæ oblectationi atque luxuriæ prælaturi sint ea quæ recta sunt atque sana, aut pro dulcibus moderata sectaturi. Ad hæc, quid pueros utile docebimus aliud, aut quibus eos bonis inhærere jubebimus? Pulchrum est profecto nihil frustra neque dici, neque agi : et in proverbio est, *Difficilia esse ea quæ sint pulchra.* Verum orationes ex tempore habitæ, plenæ sunt multæ levitatis atque vanitatis, neque initium habentes aptum neque finem. Ac præter alia delicta, qui subito dicunt, in periculosam incidunt verborum redundantiam atque loquacitatem ; quum meditatio non sinat orationem modi proportionem finesque transilire. Narrant, Periclem sæpenumero vocatum a populo, non obtemperasse, quod *se negaret esse præmeditatum.* Eodemque modo Demosthenes, æmulus ejus in republica gerenda rationis, quum ab Atheniensibus ad consilium dandum vocaretur, recusavit, *Se non esse commentatum secum rem*, inquiens. Verum hæc fortassis nullo auctore tradita sunt, et conficta. In oratione quidem Midiana evidenter commendat meditationis utilitatem. Sunt enim hæc ejus verba: *Ego vero, Athenienses, meditatum me esse profiteor : neque inficiabor, me, quantum omnino in me fuit, studiose commentatum esse orationem; profecto enim miser essem, si talia perpessus, atque etiamnum sustinens, ea neglexissem quæ in mea mihi causa erant dicenda.* Interim ego subitam orationem neque improbandam prorsus, neque rebus non dignis adhibendam aio : sed instar medicamenti usurpandam censeo. Tamen ante virilem ætatem non permitto ad subito oblatum argumentum orare. Ubi facultas disserendi radices egerit, tunc invitante occasione libere uti oratione licebit. Nam, quemadmodum qui diu fuerunt vincti, postmodo soluti, ob diuturnam vinculorum consuetudinem ambulare nescientes, titubant : ita qui orationem multo a tempore constructam tenuerunt, ii etiamsi aliquando oporteat subito dicere, nihilominus eamdem tamen interpretationis formam retinent. Adhuc pueritiam agentibus vero permittere ut ex tempore dicant, causam præbet extremæ vaniloquentiæ. Ferunt, quemdam ineptum pictorem Apelli imaginem ostendisse, quam subito a se pictam diceret : tulisseque id ab Apelle responsi, *Video vel te tacente eam esse festinanter pictam; sed id miror,*

τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου ὑπόθεσιν) τὴν θεατρικὴν καὶ παρατράγῳδον, οὕτως αὖ πάλιν καὶ τὴν σμικρολογίαν τῆς λέξεως καὶ ταπείνωσιν παραινῶ διευλαβεῖσθαι καὶ φεύγειν· ἡ μὲν γὰρ ὑπέρογκος ἀπολίτευτός ἐστιν· ἡ δὲ ἰσχνὴ λίαν ἀνέκπληκτος. Καθάπερ δὲ τὸ σῶμα οὐ μόνον ὑγιεινὸν, ἀλλὰ καὶ εὐεκτικὸν εἶναι χρή· καὶ τὸν λόγον ὡσαύτως οὐκ ἄνοσον μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔρωστον εἶναι δεῖ. Τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς ἐπαινεῖται μόνον, τὸ δὲ ἐπικίνδυνον καὶ θαυμάζεται. Τὴν δὲ τυγχάνω γνώμην ἔχων καὶ περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ διαθέσεως· οὔτε γὰρ θρασὺν, οὔτ' ἄτολμον καὶ καταπλῆγα προσῆκεν εἶναι· τὸ μὲν γὰρ εἰς ἀναισχυντίαν, τὸ δὲ εἰς ἀνδραποδωδίαν περίσταται· ἔντεχνον δὲ, τὸ τὴν μέσην ἐν ἅπασι τέμνειν ἐμμελές τε. Βούλομαι δ', ἕως ἔτι μέμνημαι τῆς παιδείας, ὡς ἔχω δόξης περὶ αὐτῆς, εἰπεῖν, ὅτι τὸν μονόκωλον λόγον πρῶτον μὲν ἀμουσίας οὐ μικρὸν ποιοῦμαι τεκμήριον· ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν ἀψίκορον, καὶ πάντη ἀνεπίμονον εἶναι νομίζω. Μονῳδία γὰρ ἐν ἅπασίν ἐστι πλήσμιόν τε καὶ πρόσαντες· ἡ δὲ ποικιλία τερπνόν· καθάπερ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷον ἀκούσμασιν ἢ θεάμασιν.

10. Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἐᾷν εἶναι, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ παραδρομῆς μαθεῖν, ὡσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν (ἐν ἅπασι γὰρ τὸ τέλειον ἀδύνατον), τὴν δὲ φιλοσοφίαν πρεσβεύειν. Ἔχω δὲ δι' εἰκόνος παραστῆσαι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην· ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι μὲν πολλὰς πόλεις καλὸν, ἐνοικῆσαι δὲ τῇ κρατίστῃ χρήσιμον. Ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι, ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις, οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι. Διὸ δεῖ τῆς ἄλλης παιδείας ὥσπερ κεφάλαιον ποιεῖν τὴν φιλοσοφίαν. Περὶ μὲν γὰρ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν διττὰς εὗρον ἐπιστήμας οἱ ἄνθρωποι, τὴν ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικήν· ὧν ἡ μὲν τὴν ὑγείαν, ἡ δὲ τὴν εὐεξίαν ἐντίθησι. Τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. Διὰ γὰρ ταύτην ἔστι καὶ μετὰ ταύτης γνῶναι, τί τὸ καλὸν, τί τὸ αἰσχρόν· τί τὸ δίκαιον, τί τὸ ἄδικον· τί τὸ συλλήβδην αἱρετὸν, τί φευκτόν· πῶς θεοῖς, πῶς γονεῦσι, πῶς πρεσβυτέροις, πῶς νόμοις, πῶς ἀλλοτρίοις, πῶς ἄρχουσι, πῶς φίλοις, πῶς γυναιξὶ, πῶς τέκνοις, πῶς οἰκέταις χρηστέον ἐστί· ὅτι δεῖ θεοὺς μὲν σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾷν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πειθαρχεῖν, ἄρχουσιν ὑπείκειν, φίλους ἀγαπᾷν, πρὸς γυναῖκας σωφρονεῖν, τέκνων στερκτικοὺς εἶναι, δούλους μὴ περιυβρίζειν· τὸ δὲ μέγιστον, μήτε ἐν ταῖς εὐπραγίαις περιχαρεῖς, μήτε ἐν ταῖς συμφοραῖς περιλύπους ὑπάρχειν, μήτε ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἐκλύτους εἶναι, μήτε ἐν ταῖς ὀργαῖς ἐκπαθεῖς καὶ θηριώδεις. Ἅπερ ἐγὼ πάντων τῶν ἐκ φιλοσοφίας περιγινομένων ἀγαθῶν

quod non plures tales eo spatio temporis pinxeris. Sicut igitur (redeo enim ad institutum) orationis formam theatralem nimisque tragicam jussi, ita rursum jubeo nimiam dictionis humilitatem atque exilitatem attente vitare atque fugere : nam et nimio turgens fastu, ad res civiles inepta est; et nimis gracilis, nihil habet ad percellendum roboris. Ac sicuti corpus non sanum modo, sed et firmo habitu esse : sic oratio non morbo tantum carere, sed et vires habere debet. Tuta enim laudantur duntaxat : quæ etiam cum periculo sunt conjuncta, porro et in admiratione sunt. Eademque est mea de animi affectione sententia : quem neque ferocem, neque inaudacem dejectumque esse convenit; quorum illud impudentiæ, hoc servili cuidam submissioni mentis ansam præbet; artificiosum vero est, atque accuratum, in omnibus medium tenere. Ac dum adhuc institutionis hujus memini, volo meam de oratione sententiam exponere. Orationem ego prorsus uniformem primum pro signo inelegantis ingenii non parvo reputo : deinde eam et in exercitatione statuo fastidium gignere, et plane non posse diu placere. Ubique enim unius tenoris cantilena satietatem affert, et offendit : varietas delectat et hic et ubique, ut in auditionibus et spectaculis.

X. Oportet ergo puerum ingenuum ne eas quidem disciplinas, quæ ob vulgarem usum Encyclia dicuntur, inauditas incognitasque præterire : verum eas in transcursu, veluti gustus percipiendi gratia, discere (nam in omnibus perfectionem consequi nemo potest) : philosophiam vero serio colere. Possum meam sententiam hac similitudine exponere; nam pulchrum quidem est circa multas urbes navigare, utile autem præstantissimam inhabitare. Urbanum est etiam Bionis philosophi dictum, qui aiebat, *sicut Penelopes proci, quum non possent cum Penelopa concumbere, rem cum ejus ancillis habuissent : ita qui philosophiam nequeunt apprehendere, eos in aliis nullius pretii disciplinis sese conterere.* Itaque reliquorum studiorum quasi caput et summa constituenda est philosophia. Etenim ad corporis curationem duæ inventæ sunt ab hominibus scientiæ, Medicina et Gymnastice : quarum altera sanitatem, altera firmam sani corporis constitutionem conciliet. Animi autem ægritudinibus atque motibus sola medetur philosophia. Hac duce et comite cognoscere datur quid honestum sit, quid turpe, quid justum, quid injustum, quid universe expetendum, quid fugiendum, quomodo nos erga deos, erga parentes, seniores, leges, alienos, magistratus, amicos, uxores, liberos, servos, gerere debeamus : scilicet ut veneremur deos, parentes honore afficiamus, seniores revereamur, legibus obtemperemus, amicos diligamus, uxores caste amemus, liberos animi interno quodam amore complectamur, servos injuriose non tractemus : et, quod summum est, neque rebus secundis efferamur gaudio, neque adversis nimio luctu dejiciamur : ac neque voluptatibus diffluamus, neque ira ad sævitiam nos abripi sinamus. Quæ ego omnium nobis a philosophia obtingentium bonorum

πρεσβύτατα κρίνω. Τὸ μὲν γὰρ εὐγενῶς εὐτυχεῖν, ἀνδρός· τὸ δ' ἀνεπιφθόνως, εὐηνίου ἀνθρώπου· τὸ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεῖναι τῶν ἡδονῶν, σοφῶν· τὸ δὲ ὀργῆς κατακρατεῖν, ἀνδρὸς οὐ τοῦ τυχόντος ἐστί. Τελείους δὲ ἀνθρώπους ἡγοῦμαι τοὺς δυναμένους τὴν πολιτικὴν * δύναμιν μίξαι καὶ κεράσαι τῇ φιλοσοφίᾳ· καὶ δυοῖν ὄντοιν μεγίστοιν ἀγαθοῖν ἐπηβόλους ὑπάρχειν ὑπολαμβάνω, τοῦ τε κοινωφελοῦς βίου, πολιτευομένους, τοῦ τε ἀκύμονος καὶ γαληνοῦ, διατρίβοντας περὶ φιλοσοφίαν. Τριῶν γὰρ ὄντων βίων, ὧν ὁ μέν ἐστι πρακτικὸς, ὁ δὲ θεωρητικὸς, ὁ δὲ ἀπολαυστικός· ὁ μὲν ἔκδοτος καὶ δοῦλος τῶν ἡδονῶν, ζῳώδης καὶ μικροπρεπής ἐστιν· ὁ δὲ θεωρητικὸς τοῦ πρακτικοῦ διαμαρτάνων, ἀνωφελής· ὁ δὲ πρακτικὸς ἀμοιρήσας φιλοσοφίας, ἄμουσος καὶ πλημμελής. Πειρατέον οὖν εἰς δύναμιν καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸ παρεῖκον τῶν καιρῶν. Οὕτως ἐπολιτεύσατο Περικλῆς, οὕτως Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, οὕτω Δίων ὁ Συρακούσιος, οὕτως Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος· ὧν ἑκάτερος Πλάτωνος ἐγένετο συνουσιαστής. Καὶ περὶ μὲν παιδείας οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείονα λέγοντα διατρίβειν. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις χρήσιμον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι, μηδὲ τῆς τῶν παλαιῶν συγγραμμάτων κτήσεως ὀλιγώρως ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τούτων ποιεῖσθαι συλλογὴν κατὰ τὸ γεωργῶδες· τὸν [γὰρ] αὐτὸν τρόπον ὄργανον τῆς παιδείας ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστὶ, καὶ ἀπὸ πηγῆς τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν συμβέβηκεν.

11. Οὐ τοίνυν ἄξιον οὐδὲ τὴν τῶν σωμάτων ἀγωνίαν παρορᾶν, ἀλλὰ πέμποντας ἐς παιδοτρίβου τοὺς παῖδας ἱκανῶς ταῦτα διαπονεῖν, ἅμα μὲν τῆς τῶν σωμάτων εὐρυθμίας ἕνεκεν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ῥώμην. Καλοῦ γὰρ γήρως θεμέλιος ἐν παισὶν ἡ τῶν σωμάτων εὐεξία. Καθάπερ οὖν ἐν εὐδίᾳ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα προσῆκε παρασκευάζειν, οὕτως ἐν νεότητι τὴν εὐταξίαν καὶ τὴν σωφροσύνην ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι. Οὕτω δὲ ταμιεύεσθαι τὸν τοῦ σώματος πόνον, ὡς μὴ καταξήρους γινομένους πρὸς τὴν τῆς παιδείας ἐπιμέλειαν ἀπαγορεύειν. Κατὰ γὰρ Πλάτωνα ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι. Καὶ τί ταῦτα; ἀλλ' ὃ πάντων ἐστὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων, σπεύδω λέγειν. Πρὸς γὰρ τοὺς στρατιωτικοὺς ἀγῶνας τοὺς παῖδας ἀσκητέον, ἐν ἀκοντισμοῖς αὐτοὺς καταθλοῦντας, καὶ τοξείαις καὶ θήραις. Τὰ γὰρ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀγαθὰ τοῖς νικῶσιν ἆθλα πρόκειται· πόλεμος δὲ ἐσκιατραφημένην σωμάτων ἕξιν οὐ δέχεται· ἰσχνὸς δὲ στρατιώτης πολεμικῶν ἀγώνων ἐθὰς, ἀθλητῶν καὶ πολεμίων φάλαγγας διωθεῖ. Τί οὖν ἄν τις εἴποι; σὺ δὲ δὴ περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς ὑποσχόμενος παραγγέλματα δώσειν, ἔπειτα φαίνῃ τῆς μὲν τῶν πενήτων καὶ δημοτικῶν παραμελῶν ἀγωγῆς, μόνοις δὲ τοῖς πλουσίοις ὁμονοεῖς τὰς ὑποθήκας διδόναι. Πρὸς οὓς οὐ χαλεπὸν ἀπαντῆσαι. Ἐγὼ γὰρ μάλιστα ἂν βουλοίμην πᾶσι κοινῇ χρήσιμον εἶναι τὴν ἀγωγήν· εἰ δέ τινες ἐνδεῶς τοῖς ἰδίοις πράττοντες ἀδυ-

antiquissima judico. Fortuna enim prospera ingenue uti, viri est officium : citra invidiam, hominis moderati : ratione vincere voluptates, sapientis : iram compescere, non vulgaris viri. Perfectos autem viros ego eos censeo, qui norunt facultatem civilem permiscere et temperare cum philosophia : duoque illos summa bona existimo adipisci, ut et in republica versando communis vitæ usum augeant, et philosophiam tractando vita fruantur tranquilla ac sedata. Quum enim tria sint vivendi genera, unum in agendo, alterum in contemplando, tertium in perfruendis voluptatibus occupatum : qui tertium hoc sequitur, libidini deditus et voluptatum servus, belluarum similis abjectusque est : comtemplator, si actionibus abstineat, inutilis : rebus gerendis deditus, philosophiæ ignarus, rudis est et facile errat. Pro viribus igitur enitendum est, ut et publica tractemus, et quantum ratio temporis sinit, philosophiæ nos demus. Sic in republica versati sunt Pericles, Archytas Tarentinus, Dio Syracusanus, et Epaminondas Thebanus : de quibus posteriores duo Platonis fuerunt familiares. Neque jam puto verbosius immorandum disputationi de recta eruditione. Præter autem ea quæ diximus, utile est etiam, aut necessarium potius, vetustorum commentariorum coemptionem non negligere, sed et ista colligere secundum agriculturæ rationem : eodem modo instrumentum doctrinæ est usus librorum, et a fontibus conservare scientiam usu venit.

XI. Verum ne corporum quidem exercitatio est prætermittenda, sed mittendi in ludum ejus rei pueri, ut in eo genere quantum est satis elaborent, cum propter corporis concinnam conformationem, tum roboris gratia. Nam bonæ senectuti fundamentum in pueritia jacitur, firma nimirum corporis ad sanitatem constitutio. Quemadmodum igitur tranquillo cœlo adornanda sunt quæ adversus tempestates faciunt : ita in adolescentia moderationem et temperantiam ad viaticum senectuti parandum adhiberi par est. Sic autem labori moderandum est, ne eo exsiccati ad litterarum studia animum despondeant. Nam ut ait Plato, *Somni et defatigationes, disciplinarum sunt hostes.* Sed quorsum hæc? quin id propero dicere potius quod præcipuam dictorum jam vim continet. Exercendi sunt adolescentes ad militaria opera, jaculorum et sagittarum missionibus, ac venationibus. Eorum enim, qui in præliis succumbunt, bona victoribus proposita sunt præmia : bello vero corporis habitus in umbra educati non convenit : gracilis autem miles bellicis assuetus certaminibus, athletarum hostium vel phalanges disjicit. Enimvero objiciat aliquis, me, qui de ingenuorum puerorum educatione præcepta daturum promiserim, pauperum et plebeiorum prætermissa institutione, solis profiteri divitibus me rationem præscribere. Cui respondere non est difficile. Nihil enim ego mallem, quam meam doctrinam omnibus in universum esse utilem : quod si tamen quidam ob suam

νατήσουσι τοῖς ἐμοῖς χρήσασθαι παραγγέλμασι, τὴν τύχην αἰτιάσθωσαν, οὐ τὸν ταῦτα συμβουλεύοντα. Πειρατέον μὲν οὖν εἰς δύναμιν, τὴν κρατίστην ἀγωγὴν ποιεῖσθαι τῶν παίδων, καὶ τοῖς πένησιν· εἰ δὲ μὴ, τῇ γε δυνατῇ χρηστέον. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ λόγῳ παρεφορτισάμην, ἵν' ἐφεξῆς καὶ τἄλλα τὰ φέροντα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν νέων ἀγωγὴν συνάψω.

12. Κἀκεῖνό φημι, δεῖν τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἄγειν παραινέσεσι καὶ λόγοις, μὴ μὰ Δία πληγαῖς μηδ' αἰκισμοῖς. Δοκεῖ γάρ που ταῦτα τοῖς δούλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐλευθέροις πρέπειν· ἀποναρκῶσι γὰρ καὶ φρίττουσι πρὸς τοὺς πόνους, τὰ μὲν διὰ τὰς ἀλγηδόνας τῶν πληγῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ τὰς ὕβρεις. Ἔπαινοι δὲ καὶ ψόγοι πάσης εἰσὶ ναἰκίας ὠφελιμώτεροι τοῖς ἐλευθέροις, * οἱ μὲν ἐπὶ τὰ καλὰ παρορμῶντες, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν ἀνείργοντες. Δεῖ δὲ ἐναλλὰξ καὶ ποικίλως χρῆσθαι ταῖς ἐπιπλήξεσι καὶ τοῖς ἐπαίνοις· κἀπειδάν ποτε εὐφρανῶνται, ταῖς ἐπιπλήξεσιν ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι· καὶ πάλιν ἀνακαλεῖσθαι τοῖς ἐπαίνοις· καὶ μιμεῖσθαι τὰς τίτθας, αἵτινες, ἐπειδὰν τὰ παιδία κλαυθμυρίσωσιν, εἰς παρηγορίαν πάλιν τὸν μαστὸν ὑπέχουσι. Δεῖ δὲ αὐτοὺς μηδὲ τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν καὶ φυσᾶν· χαυνοῦνται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπαίνων καὶ θρύπτονται.

13. Ἤδη δέ τινας ἐγὼ εἶδον πατέρας, οἷς τὸ λίαν φιλεῖν τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη. Τί οὖν ἐστιν, ὃ βούλομαι λέγειν; ἵνα τῷ παραδείγματι φωτεινότερον ποιήσω τὸν λόγον. Σπεύδοντες γὰρ τοὺς παῖδας ἐν πᾶσι τάχιον πρωτεῦσαι, πόνους αὐτοῖς ὑπερμέτρους ἐπιβάλλουσιν, οἷς ἀπαυδῶντες ἐκπίπτουσι, καὶ ἄλλως βαρυνόμενοι ταῖς κακοπαθείαις οὐ δέχονται τὴν μάθησιν εὐηνίως. Ὥσπερ γὰρ τὰ φυτὰ τοῖς μὲν μετρίοις ὕδασι τρέφεται, τοῖς δὲ πολλοῖς πνίγεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται. Δοτέον οὖν τοῖς παισὶν ἀναπνοὴν τῶν συνεχῶν πόνων, ἐνθυμουμένους, ὅτι πᾶς ὁ βίος ἡμῶν εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν διῄρηται· καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἐγρήγορσις, ἀλλὰ καὶ ὕπνος εὑρέθη· οὐδὲ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ εἰρήνη· οὐδὲ χειμὼν, ἀλλὰ καὶ εὐδία· οὐδὲ ἐνεργοὶ πράξεις, ἀλλὰ καὶ ἑορταί. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἡ ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμά ἐστι. Καὶ οὐχ ἐπὶ τῶν ζώων μόνων τοῦτο ἴδοι τις γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων· καὶ γὰρ τὰ τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν, ἵνα ἐπιτεῖναι δυνηθῶμεν. Καθόλου δὲ σώζεται, σῶμα μὲν, ἐνδείᾳ καὶ πληρώσει· ψυχὴ δὲ, ἀνέσει καὶ πόνῳ. Ἄξιον δ' ἐπιτιμᾷν τῶν πατέρων ἐνίοις, οἵτινες παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις ἐπιτρέψαντες τοὺς υἱεῖς, αὐτοὶ τῆς τούτων μαθήσεως οὔτε αὐτόπται γίνονται τοπαράπαν, οὔτε αὐτήκοοι, πλεῖστον τοῦ δέοντος ἁμαρτάνοντες. Αὐτοὺς γὰρ παρ' ὀλίγας ἡμέρας δεῖ δοκιμασίαν λαμβάνειν τῶν παίδων, ἀλλὰ μὴ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐν μισθωτοῦ διαθέσει· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πλείονα ποιήσονται τὴν ἐπιμέλειαν τῶν παίδων, μέλλοντες ἑκάστοτε διδόναι τὰς εὐθύνας. Κἀνταῦθα δὴ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἱπποκόμου

inopiam uti meis præceptis non poterunt, fortunam ii culpent, non me talia præcipientem. Verumtamen pro virili etiam pauperibus annitendum, ut quam optime suos educent liberos : sin id non datur, ea utantur qua datur ratione. Atque hæc ego orationis cursui inserui, ut deinceps reliqua etiam ad rectam adolescentum institutionem conducentia attexere possim.

XII. Sic itaque dico, ad liberalia studia adducendos esse pueros verbis adhortationibusque, non mehercle verberibus, aut contumeliosa tractatione. Hæc enim servis magis quam liberis convenire videntur : torpentque et abhorrent sic tractati a laboribus, partim ob dolores plagarum, partim ob contumelias. Laudationes autem et vituperationes quavis contumeliosa tractatione plus valent apud ingenuos : illæ, ad pulchra incitantes ; hæ, a turpibus arcentes. Alternis porro vicibus increpationes et collaudationes sunt adhibendæ; ut et quum exsultant animi, reprehensionibus ad pudorem redigantur : et quum dejecti sunt, rursus laudibus erigantur : imitandæque in hoc genere nutrices, quæ infantes quum ad fletum provocarunt, rursum ut consolentur mammam præbent. Est vero ex usu, eos non inflare et ad superbiam extollere nimiis laudibus; nam harum excessum vanitas quædam et luxuria animorum comitari solet.

XIII. Ac vidi ipse patres quibus nimius amor causa fuit ne amarent vere. Utque intelligi possit quod dico, exemplo rem faciam dilucidiorem. Dum festinant eo ut filii ipsorum primas in omnibus rebus ferant, immodicos eis imponunt labores : ad quos ii animo elanguescente deficiunt, ærumnisque alioquin oppressi, doctrinam æqua mente non admittunt. Quo enim modo stirpes mediocribus aquis aluntur, abundantibus suffocantur : eodem animus etiam moderatis crescit laboribus, nimiis obruitur. Danda est ergo pueris a continentibus laboribus respiratio : idque in animo habendum, totam nostram vitam in remissionem esse seriumque studium divisam : quam ob causam non vigilia modo, sed et somnus inventus est : neque bellum duntaxat, sed et pax : neque tempestas, sed et tranquillitas : neque seria negotia tantum, sed et feriæ. Utque unam in summam contrahamus, Requies laborum est condimentum. Neque in animalibus solis, sed et rebus anima carentibus, id deprehendas : nam et arcus et lyras remittimus, ut intendere possimus. Atque in universum servatur corpus impletione atque vacuatione, animus autem remissione et labore. Culpandi autem sunt parentes nonnulli, qui postquam filios suos pædagogis magistrisque commendaverunt, ipsi quid discatur neque inspiciunt unquam, neque inaudiunt : magno sane cum errore. Oportebat enim ipsos intervallo paucorum dierum subinde explorare puerorum profectus, neque in mercenarii voluntate omnem spem collocare : qui et ipse majorem diligentiam pueris instituendis erat impensurus, si identidem sui sibi muneris rationem reddendam fore sentiret. Atque huic loco eleganter conve-

χάριεν, ὡς οὐδὲν οὕτω πιαίνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως ὀφθαλμός. Πάντων δὲ μάλιστα τὴν μνήμην τῶν παίδων ἀσκεῖν καὶ συνεθίζειν· αὕτη γὰρ ὥσπερ τῆς παιδείας ἐστὶ ταμεῖον· καὶ διὰ τοῦτο μητέρα τῶν Μουσῶν ἐμυθολόγησαν εἶναι τὴν Μνημοσύνην, αἰνιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες, ὅτι οὕτως οὐδὲν γεννᾶν καὶ τρέφειν, ὡς ἡ μνήμη, πέφυκε. Καὶ τοίνυν ταύτην κατ' ἀμφότερα ἀσκητέον, εἴτε ἐκ φύσεως μνήμονες εἶεν οἱ παῖδες, εἴτε καὶ τοὐναντίον ἐπιλήσμονες. Τὴν γὰρ πλεονεξίαν τῆς φύσεως ἐπιῤῥώσομεν, τὴν δ' ἔλλειψιν ἀναπληρώσομεν· καὶ οἱ μὲν τῶν ἄλλων ἔσονται βελτίους, οἱ δ' ἑαυτῶν. Τὸ γὰρ Ἡσιόδειον καλῶς εἴρηται,

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ κάταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦθ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

Μὴ λανθανέτω τοίνυν μηδὲ τοῦτο τοὺς πατέρας, ὅτι τὸ μνημονικὸν τῆς μαθήσεως μέρος οὐ μόνον πρὸς τὴν παιδείαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ βίου πράξεις οὐκ ἐλαχίστην συμβάλλεται μοῖραν. Ἡ γὰρ τῶν γεγενημένων πράξεων μνήμη τῆς περὶ τῶν μελλόντων εὐβουλίας γίνεται παράδειγμα.

14. Καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰσχρολογίας ἀπακτέον τοὺς υἱεῖς. Λόγος γὰρ ἔργου σκιή, κατὰ Δημόκριτον. * Εἶτά γε μὴν ἐντευκτικοὺς αὐτοὺς εἶναι παρασκευαστέον καὶ φιλοπροσηγόρους· οὐδὲν γάρ, ὡς τὰ ἀνέντευκτα τῶν ἠθῶν, ἔστιν οὕτως ἀξιομίσητον. Ἔτι τοίνυν οἱ παῖδες ἀμισεῖς γίγνοιντ' ἂν τοῖς συνοῦσι, μὴ παντελῶς ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἀπαραχώρητοι γιγνόμενοι. Οὐ γὰρ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλόν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν· ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία. Ἔχω δὲ μάρτυρα τούτων Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα,

Δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου,
ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Ἃ τοίνυν τῶν εἰρημένων οὐδενὸς ἧττόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτηδευτέα τοῖς νέοις, καὶ δὴ λεκτέον. Ταῦτα δέ ἐστι, τὸν βίον ἀτρύφητον ἀσκεῖν, τὸ τὴν γλῶτταν κατέχειν, τὸ τῆς ὀργῆς ὑπεράνω γίγνεσθαι, τὸ τῶν χειρῶν κρατεῖν. Τούτων ἕκαστον ἡλίκον ἐστί, σκεπτέον· ἔσται δὲ ἐπὶ παραδειγμάτων γνωριμώτερα. Οἷον, ἵνα ἀπὸ τοῦ τελευταίου πρῶτον ἄρξωμαι, τὰς χεῖράς τινες ὑποσχόντες λήμμασιν ἀδίκοις, τὴν δόξαν τῶν προβεβιωμένων ἐξέχεαν· ὡς Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, τὰ σακκία τῶν χρημάτων παραλύσας, φυγὰς ἀπηλάθη τῆς Σπάρτης. Τό γε μὴν ἀόργητον ἀνδρός ἐστι σοφοῦ. Σωκράτης μὲν γάρ, λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφαδάζοντας, ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν, Ἆρα, ἔφησε, καὶ εἴ με ὄνος ἐλάκτισεν, ἀντιλακτίσαι τοῦτον ἠξιώσατε ἄν; Οὐ μὴν ἐκεῖνός γε παντελῶς κατεπροίξατο· πάντων δὲ αὐτὸν ὀνειδιζόντων καὶ λακτιστὴν ἀποκαλούντων, ἀπήγξατο. Ἀριστοφάνους δέ, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, παντοίως πᾶσαν ὕβριν αὐτοῦ κατασκεδαννύντος, καί

nit equisonis illius dictum, qui aiebat, *Nihil esse quod perinde saginaret equum, atque oculus regis.* In primis porro puerorum memoria est exercenda atque assuefactione roboranda : ea enim est veluti penus eruditionis : eamque ob causam Mnemosynen, hoc est *Memoriam*, fabulati sunt esse Musarum matrem, significantes nihil ita et gignere et alere eruditionem, ut facit memoria. Quapropter utroque modo exercenda ea est, sive naturæ beneficio valeant memoria pueri, sive obliviosi sint. Sic enim et copiam naturalem confirmabimus, et quod ei deest implebimus : atque ut illi alios, ita hi seipsos vincent. Est enim præclare ab Hesiodo dictum,

Nam si vel parvum pergas superaddere parvo,
et crebro id facias, ingens existet acervus.

Ne id quidem ignorent parentes, memoriæ vim in discendo exercitatam non ad eruditionem modo conducere, sed et ad civiles actiones non modicum afferre adjumentum. Nam præteritarum actionum memoria exemplar præbet bene consultaturo de futuris.

XIV. Præterea abducendi sunt filii a turpitudine sermonis. Nam, auctore Democrito, *Sermo actionis est umbra.* Deinde opera est danda ut affabiles fiant, inque colloquio comes : nihil enim ita dignum est odio, ut eorum mores qui compellantibus se difficiles præbent. Jam in colloquiis pueri invisi aliis non fient, si non omnino in disputationibus victoriam semper obtinere laborent. Non enim tantum egregium est scire vincere, sed etiam posse vinci pulchrum est, ubi victoria est damnosa; quum sit revera etiam Cadmea quædam victoria. Possumque hujus sententiæ testem laudare Euripidem illum sapientem, cujus hæc sunt verba,

Dicentibus duobus, irato altero,
qui non repugnat dictis, est sapientior.

Addamus his ea ad quæ non minore quam dicta hactenus, immo et majore studio est contendendum. Sunt autem hæc. Vita degenda est sine luxu, lingua coercenda, ira superanda, manus continendæ. Quæ quanti sint momenti singula, exemplis propositis melius innotescet. Utque a postremo ordiamur, nonnulli dum injustis pecuniæ capturis manus adjiciunt, omnem actæ vitæ gloriam fecerunt irritam : ut Gylippus Spartanus, qui nummorum publicorum sacculos quum aperuisset, actus est in exsilium. Ira autem superiorem esse, sapientis est. Socrates calce impetitus ab adolescentulo admodum feroce et impuro, quum suos videret indigne id ferre, ac fremere, adeo ut illum in jus quoque trahere cogitarent : *Quid ergo*, inquit, *an si me asinus calce feriisset, jussuri eratis ut contra calcem ei impingerem?* Neque tamen inultum plane id adolescens tulit, sed omnibus ei facinus hoc exprobantibus, calcitronemque appellantibus, suspendio vita sese exuit. Idem Socrates, quando Nebulis fabula edita Aristopha-

τινος τῶν παρόντων, τὰ τοιαῦτα ἀνακωμῳδοῦντος, Οὐκ ἀγανακτεῖς, εἰπόντος, ὦ Σώκρατες; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφησεν, ὡς γὰρ ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι. Ἀδελφὰ τούτοις καὶ σύζυγα φανήσονται πεποιηκότες Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος καὶ Πλάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἐπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πολέμου (στρατηγῶν δὲ ἐτύγχανε) γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, τὸν ἐπίτροπον καλέσας αὐτῆς, Ὤμωξας ἄν, ἔφησεν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην. Πλάτων δὲ δούλῳ λίχνῳ καὶ βδελυρῷ θυμωθεὶς, τὸν τῆς ἀδελφῆς υἱὸν Σπεύσιππον καλέσας, Τοῦτον, ἔφησεν, ἀπελθὼν κρότησον· ἐγὼ γὰρ πάνυ θυμοῦμαι. Χαλεπὰ δὲ ταῦτα καὶ δυσμίμητα, φαίη τις ἄν. Οἶδα κἀγώ. Πειρατέον οὖν εἰς ὅσον οἷόν τέ ἐστι, τούτοις παραδείγμασι χρωμένους, τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς. Οὐδὲ γὰρ ἐς τἄλλα ἐνάμιλλοι ταῖς ἐκείνων ἐσμὲν οὔτ' ἐμπειρίαις, οὔτε καλοκἀγαθίαις· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐκείνων, ὥσπερ θεῶν ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι τῆς σοφίας ὄντες, ὅσα πέρ ἐστιν ἐν δυνατῷ, ταῦτα μιμεῖσθαι καὶ περικνίζειν ἐπιχειροῦμεν. Τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν· περὶ τούτου γὰρ, ὥσπερ ὑπεθέμην, εἰπεῖν λοιπόν· εἴ τις μικρὸν καὶ φαῦλον ὑπείληφε, πλεῖστον διαμαρτάνει τοῦ δέοντος. Σοφὸν γὰρ εὔκαιρος σιγὴ, καὶ παντὸς λόγου κρείττων. Καὶ διὰ τοῦτο, μοὶ δοκεῖ, τὰς μυστηριώδεις τελετὰς οἱ παλαιοὶ κατέδειξαν, ἵνα ἐν ταύταις σιωπᾷν ἐθισθέντες, ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν μεταφέρωμεν φόβον. Καὶ γὰρ αὖ σιωπήσας μὲν οὐδεὶς μετενόησε, λαλήσαντες δὲ παμπληθεῖς. Καὶ τὸ μὲν σιγηθὲν ἐξειπεῖν ῥᾴδιον, τὸ δὲ ῥηθὲν ἀναλαβεῖν ἀδύνατον. Μυρίους δ' ἔγωγε οἶδα ἀκούσας ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσόντας διὰ τὴν τῆς γλώττης ἀκρασίαν. * Ὧν τοὺς ἄλλους παραλιπὼν, ἑνὸς ἢ δυοῖν, τύπου ἕνεκεν, ἐπιμνησθήσομαι. Τοῦ γὰρ Φιλαδέλφου γήμαντος τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην, Σωτάδης εἰπὼν,

Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς,

ἐν δεσμωτηρίῳ πολλοὺς κατεσάπη χρόνους, καὶ τῆς ἀκαίρου λαλιᾶς οὐ μεμπτὴν ἔδωκε δίκην· ἵνα δὲ γέλωτα παράσχῃ τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς πολὺν χρόνον ἔκλαυσεν. Ἐνάμιλλα δὲ τούτοις καὶ σύζυγα καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστὴς εἶπέ τε καὶ ἔπαθε, καὶ πολὺ δεινότερα. Ἀλεξάνδρου γὰρ πορφυρᾶς ἐσθῆτας κελεύσαντος κατασκευάζειν τοὺς Ἕλληνας, ἵνα ἐπανελθὼν τὰ ἐπινίκια τοῦ πολέμου τοῦ κατὰ τῶν Βαρβάρων θύσειε, καὶ τῶν ἐθνῶν κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόντων ἄργυρον, Πρότερον μὲν, ἔφησεν, ἠμφισβήτουν, νῦν δὲ ᾔσθημαι σαφῶς, ὅτι ὁ πορφύρεος Ὁμήρου θάνατος οὗτός ἐστιν. Ἐξ ὧν ἐχθρὸν ἐκτήσατο τὸν Ἀλέξανδρον. Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων ἑτερόφθαλμον ὄντα, τὴν πήρωσιν προφέρων, εἰς οὐ μετρίαν ὀργὴν κατέστησε. Τὸν γὰρ ἀρχιμάγειρον Εὐτροπίωνα γεγενημένον ἐν τάξει [ἐκπέμψας], παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν ἠξίου, καὶ λόγον δοῦναι καὶ λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἀπαγγέλλοντος ἐκείνου πρὸς αὐτὸν, καὶ πολλάκις προσιόντος,

nes in ipsûm omnis generis convicia jaciebat, iisque in scena recitatis amicorum quidam dicebat, Non ista moleste fers, Socrates? *Nequaquam vero*, inquit, *nam in theatro veluti in magno convivio verbis vexor.* Horum germana sunt atque iis conjuncta Archytæ Tarentini et Platonis facta. Ille quum a bello, in quo exercitum duxerat, reversus, agrum offendisset ob incuriam vitium contraxisse, arcessito colono, *Male*, inquit, *tecum ageretur, nisi ego admodum ira exarsissem.* Plato servo guloso et impuro iratus, vocato filio sororis suæ Speusippo, *Hunc tu*, inquit, *verbera: ego enim animo sum valde commotus.* Diceres, difficilia sunt hæc, neque ad imitandum proclivia. Fateor. Sed tamen his exemplis utendum est, summisque conandum viribus ut abundantiam intemperatæ insanientisque iræ aboleamus. Nam neque aliis in rebus eorum æquamus vel peritiam vel virtutem: nihilominus veluti deorum quorumdam sacerdotes ac facigeri sapientiæ, facta eorum, ubi fieri potest, imitari sectarique nitimur. De frenanda lingua restat ut dicamus: quam rem qui exigui momenti aut vilem putat, plurimum a vero aberrat. Tempestivum enim silentium res est sapiens, ac quavis oratione potior. Eaque, opinor, de causa prisci mystica sacra instituerunt, ut in his taciturnitati assuescentes, ad fidem humanorum arcanorum metum deorum transferremus. Et quidem tacuisse neminem pœnituit, dixisse permultos. Ac quod tacitum fuit, facile datur eloqui: quod dictum est, indictum fieri nullo pacto potest. Sexcenta auditu me percepisse memini exempla eorum, qui ob linguæ licentiam in gravissimas inciderunt calamitates. Quorum reliquis omissis unum duntaxat atque alterum pro specimine adducam. Quum Ptolemæus Philadelphus sororem suam Arsinoen in matrimonium duxisset, Sotades, quod ei dixisset:

In nequaquam licitum foramen intrudis aculeum,

in carcere per longum tempus contabuit: pœnamque dedit importunæ loquacitatis non indignam, qui ut aliis risum moveret, multum ipse flevit temporis. His æqualia et consentanea, immo graviora multo passus est Theocritus sophista. Quum enim Alexander Græcis mandaret ut purpureas sibi vestes pararent, quippe domum reversus e bello, sacrificium de parta e Barbaris victoria peracturus, eoque nomine gentes pecuniam viritim contribuerent: aiebat Theocritus, *se aliquando dubitasse, nunc autem liquido sentire, hoc ipsum esse Purpuream, quam Homerus dixisset, mortem.* Qua voce Alexandrum sibi inimicum reddidit. Idem Antigonum Macedoniæ regem altero carentem oculo, quum vitium hoc ei exprobrasset, ad iram non mediocrem provocavit. Jubebat is per Eutropionem coquorum principem, qui munus aliquod gesserat, ad se venire Theocritum ac rationes secum conferre: quod quum hic ei renuntiaret, ac sæpius accederet, *Scio*, inquit

Εὖ οἶδα, ἔφησεν, ὅτι ὠμόν με θέλεις τῷ Κύκλωπι παραθεῖναι· ὀνειδίζων, τῷ μὲν, ὅτι πηρὸς, τῷ δὲ, ὅτι μάγειρος ἦν· κἀκεῖνος, Τοιγαροῦν, εἰπὼν, τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις, ἀλλὰ τῆς ἀθυροστομίας ταύτης καὶ μανίας δώσεις δίκην, ἀπήγγειλε τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ· καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ὅπερ ἐστὶν ἱεροπρεπέστατον, συνεθιστέον τοὺς παῖδας τἀληθῆ λέγειν· τὸ γὰρ ψεύδεσθαι δουλοπρεπὲς, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, καὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν.

15. Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἐνδοιάσας οὐδὲ μελλήσας περὶ τῆς τῶν παίδων εὐκοσμίας καὶ σωφροσύνης διείλεγμαι· περὶ δὲ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος ἀμφίδοξός εἰμι καὶ διχογνώμων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε κλίνων ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς οὐδέτερον ῥέψαι δύναμαι· πολὺς δ' ὄκνος ἔχει με καὶ τῆς εἰσηγήσεως καὶ τῆς ἀποτροπῆς τοῦ πράγματος. Ἀποτολμητέον οὖν ὅμως εἰπεῖν αὐτό. Τί οὖν τοῦτό ἐστι; πότερα δεῖ τοὺς ἐρῶντας τῶν παίδων ἐᾶν τούτοις συνεῖναι καὶ συνδιατρίβειν, ἢ τοὐναντίον εἴργειν αὐτοὺς καὶ ἀποσοβεῖν τῆς πρὸς τούτους ὁμιλίας προσῆκεν. Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψω πρὸς τοὺς πατέρας αὐθεκάστους καὶ τὸν τρόπον ὀμφακίας καὶ στρυφνοὺς, οἳ διὰ τὴν τῶν τέκνων ὕβριν οὐκ ἀνεκτὴν νομίζουσι τὴν τῶν ἐρώντων ὁμιλίαν, εὐλαβοῦμαι ταύτης εἰσηγητὴς γενέσθαι καὶ σύμβουλος. Ὅταν δ' αὖ πάλιν ἐνθυμηθῶ τὸν Σωκράτην, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ξενοφῶντα, τὸν Αἰσχίνην, τὸν Κέβητα, τὸν πάντα χορὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ τοὺς ἄῤῥενας ἐδοκίμασαν ἔρωτας, καὶ τὰ μειράκια προήγαγον ἐπί τε παιδείαν καὶ δημαγωγίαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν τρόπων, πάλιν ἕτερος γίνομαι, καὶ κάμπτομαι πρὸς τὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ζῆλον. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις Εὐριπίδης οὕτω λέγων,

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.

Τὸ δὴ τοῦ Πλάτωνος σπουδῇ καὶ χαριεντισμῷ μεμιγμένον οὐ παραλειπτέον· ἐξεῖναι γάρ φησι δεῖν τοῖς ἀριστεύσασιν, ὃν ἂν βούλωνται τῶν καλῶν, φιλῆσαι. Τοὺς μὲν οὖν τῆς ὥρας ἐπιθυμοῦντας ἀπελαύνειν προσῆκε· τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ἐραστὰς ἐγκρίνειν κατὰ τὸ σύνολον. Καὶ τοὺς μὲν Θήβησι καὶ τοὺς Ἤλιδι φευκτέον ἔρωτας,* καὶ τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπαγμόν· τοὺς δὲ Ἀθήνησι καὶ τοὺς ἐν Λακεδαίμονι ζηλωτέον. καὶ τῶν παίδων μιμητέον.

16. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ὅπως ἕκαστος αὐτὸς ἑαυτὸν πέπεικεν, οὕτως ὑπολαμβανέτω· ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴ περὶ τῆς τῶν παίδων εὐταξίας εἴρηκα καὶ κοσμιότητος, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἤδη μεταβήσομαι, μικρὰ παντάπασιν εἰπών. Πολλάκις γὰρ κατεμεμψάμην τοὺς μοχθηρῶν ἐθῶν γεγονότας εἰσηγητὰς, οἵτινες τοῖς μὲν παισὶ παιδαγωγοὺς καὶ διδασκάλους ἐπέστησαν, τὴν δὲ τῶν μειρακίων ὁρμὴν ἄφετον εἴασαν νέμεσθαι· δέον αὖ τοὐναντίον πλείω ποεῖσθαι τούτων εὐλάβειαν

Theocritus, *te hoc agere, ut me crudum Cyclopi apponas :* huic, quod coquus; illi, quod unoculus esset exprobrans : et Eutropio, *Ergo*, ait, *tu capite mulctaberis, eoque dabis loquacitatis istius tuæ atque insaniæ pœnas :* ac regi rem renuntiavit, qui et misit qui Theocritum interficerent. Præter hæc omnia, assuefaciendi sunt pueri ut vera dicant : qua in re summa est sanctimonia. Mentiri enim servile est, dignumque apud omnes homines odio, ac ne mediocribus quidem servis ignoscendum.

XV. Atque hæc quidem de pueris decore et ad modestiam instituendis hactenus nihil dubitans aut ambigens disserui. Quod restat dicendum, dubium me tenet, ancipitemque in deliberando adfert curam : ac, quasi in trutina positus, in utramque partem momentis impellor, neutris insistere valeo; valdeque cunctor rei hujus vel auctor fieri, vel dissuasor. Audendum tamen est, et eloquenda res. Est autem hæc quæstio, an amatores puerorum sinere debeamus uti eorum consuetudine, an vero potius ab iis arcere ac depellere. Quum enim intueor in patres suo sensu omnia metientes, moribusque crudos et austeros, qui consuetudinem amatorum ob contumeliam liberorum intolerabilem putant : vereor ejus auctor esse atque suasor. Rursus quum in mentem venit Socratis, Platonis, Xenophontis, Æschinis, Cebetis, totiusque chori istorum virorum qui masculos approbaverunt amores, adolescentulosque produxerunt ad doctrinam, reipublicæ administrationem, morumque honestatem, sententiam muto, flectorque admiratione et æmulatione istorum virorum. Atque his quidem etiam Euripides testimonio hoc favet,

Sed est et alter inter mortales amor,
Justique castique animi scilicet, ac probi.

Non tamen omittenda est Platonis sententia, quæ seriæ rei admixtam habet urbanitatem : ait enim, *permissum debere esse iis qui rem præclare gesserint, ut quemcunque velint osculentur.* Etenim arcendi sunt qui pulchritudinem corporis spectant : animæ autem amatores omnino deligendi. Et amores quidem, quales Thebis sunt et Elide, et quæ in Creta vocatur raptio, fugiendi : æmulandi autem qui Athenis sunt et Spartæ.

XVI. Sed hac de re quisque suam sequatur sententiam. Ego de puerorum moderatione et decoro hactenus loquutus, de adolescentia porro pauca omnino subjiciam. Sæpenumero enim vituperavi malarum consuetudinum introductores, qui quum pueris pædagogos et magistros præfecissent, adolescentum impetus passi sunt libere ferri : quum contra hi majore quam pueri cura atque custodia fuerint regendi. Quis enim nescit

καὶ φυλακὴν ἢ τῶν παίδων. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι τὰ μὲν τῶν παίδων πλημμελήματα μικρὰ καὶ παντελῶς εἰσιν ἴασιμα, παιδαγωγῶν ἴσως ὀλιγωρία, καὶ διδασκάλων παρ' ἀγωγὴν ἀνηκουστία· τὰ δὲ τῶν ἤδη νεανισκευομένων ἀδικήματα πολλάκις ὑπερφυᾶ γίνεται καὶ σχέτλια, ἀμετρία γαστρὸς, καὶ κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων, καὶ κύβοι, καὶ κῶμοι, καὶ πότοι, καὶ παρθένων ἔρωτες, καὶ γυναικῶν οἰκοφθορίαι γαμετῶν. Οὐκοῦν τὰς τούτων ὁρμὰς ταῖς ἐπιμελείαις δεσμεύειν καὶ κατέχειν προσῆκεν. Ἀταμίευτον γὰρ τῶν ἡδονῶν ἡ ἀκμὴ, καὶ σκιρτητικὸν, καὶ χαλινοῦ δεόμενον· ὥσθ' οἱ μὴ τῆς ἡλικίας ταύτης ἐῤῥωμένως ἀντιλαμβανόμενοι τῇ δὴ ἀνοίᾳ διδόντες ἐξουσίαν ἐπὶ τὰ ἀδικήματα λανθάνουσι. Δεῖ τοίνυν τοὺς ἔμφρονας πατέρας παρὰ τοῦτον μάλιστα τὸν καιρὸν φυλάττειν, ἐγρηγορέναι, σωφρονίζειν τοὺς μειρακίσκους, διδάσκοντας, ἀπειλοῦντας, δεομένους, συμβουλεύοντας, ὑπισχνουμένους, παραδείγματα δεικνύντας, τῶν μὲν διὰ φιληδονίαν συμφοραῖς περιπεσόντων, διὰ δὲ καρτερίαν ἔπαινον καὶ δόξαν ἀγαθὴν περιποιησαμένων. Δύο γὰρ ταῦτα ὡσπερεὶ στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς εἰσιν, ἐλπίς τε τιμῆς, καὶ φόβος τιμωρίας· ἡ μὲν γὰρ ὁρμητικωτέρους πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὁ δὲ ὀκνηροὺς πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων ἀπεργάζεται.

17. Καὶ καθόλου δὲ ἀπείργειν προσήκει τοὺς παῖδας τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους συνουσίας. Ἀποφέρονται γάρ τι τῆς τούτων κακίας. Τοῦτο δὲ παρήγγελλε καὶ Πυθαγόρας αἰνίγμασιν, ἅπερ ἐγὼ παραθεὶς ἐξηγήσομαι· καὶ γὰρ ταῦτα πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν συμβάλλεται ῥοπὴν οὐκ ἐλαχίστην· οἷον, Μὴ γεύεσθαι μελανούρων· τουτέστι, μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. Μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν· ὅτι δεῖ τῆς δικαιοσύνης πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν. Μηδὲ ἐπὶ χοίνικα καθίσαι· φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν, ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν· ἀντὶ τοῦ, προχείρως οὐ δεῖ συναλλάσσειν. Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον· ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεῖν δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν. Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν· ἀντὶ τοῦ, θυμούμενον μὴ ἐρεθίζειν, οὐ γὰρ προσῆκεν, ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. Μὴ ἐσθίειν καρδίαν· μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρύχοντα. Κυάμων ἀπέχεσθαι· ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι· κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν γέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν· ἐπισημαίνει γὰρ, ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσῆκεν· ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστί· τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων. Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας· τουτέστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθυμεῖν. Ἀνακάμψω δὲ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου πρόθεσιν· ἁπάντων μὲν γὰρ, ὅπερ ἔφην, τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπάγειν δεῖ τοὺς παῖδας, μάλιστα

puerorum peccata exigua, planeque emendabilia esse? profecta scilicet a pædagogorum contemptu, aut quod magistrorum institutioni aliquando non obtemperarent: at adolescentium peccata sæpenumero ingentia esse et atrocia : ingluviem ventris, furta pecuniæ paternæ, aleam, comessationes, potationes, virginum amores, adulteria. Quapropter juveniles impetus accuratis rationibus vinciri ac compesci convenit. Est enim vigor illius ætatis incontinens voluptatum, lascivitque, et freno opus habet : et qui ætatem istam non magno opere regendam suscipiunt, imprudentes animo licentiam qua ad flagitia feratur concedunt. Ergo cordatis parentibus sub id temporis maxime vigilandum est ut custodiant adolescentes, et intra modestiæ fines contineant, docendo, minando, rogando, consulendo, pollicendo, exempla demonstrando, cum eorum quos voluptatum studium in miseriam conjecit, tum qui abstinentia laudem sibi gloriamque paraverunt. Hæc enim duo quasi elementa sunt virtutis, Spes honoris, et Metus pœnæ : quorum illa incitatiores ad pulcherrima studia, hic segniores ad vitia reddit.

XVII. In universum vero malorum consuetudine hominum prohibendi sunt pueri. Nam affricatur illis aliquid inde vitii. Atque hoc etiam Pythagoras suis monuit præceptorum involucris : quæ ego adducam atque evolvam; momentum enim ad virtutem conferunt non minimum. Tale est, *Non gusta quibus nigra est cauda :* significat enim non consuescendum cum hominibus ob malitiam nigris. *Stateram ne transgrediaris :* summam docet habendam esse rationem justitiæ, neque ejus fines exeundum. *Chœnici non inside :* fugere jubet ignaviam ac prospicere de necessario victu. *Non cuivis injice dextram :* hoc vult, non temere esse cum quoquam contrahendum. *Angustum annulum non gesta :* id est, vitæ genus liberum sectare, nec vinculo temetipsum obstringe. *Ignem gladio non scrutare :* hoc dicit, iratos non esse irritandos, (est enim hoc indecorum) sed iis concedendum. *Cor ne edas :* vult animam curis non esse affligendam. *Fabis abstine :* hoc est, reipublicæ administrationem vita; nam olim magistratus per suffragia fabis lata constituebant. *Cibum in matulam non injice :* præcipit pravo animo non esse elegantem orationem committendam; est enim oratio cibus animi, quem cibum immundum humana reddit perversitas. *Ad fines ubi perveneris, non revertito :* monet, quod moriendum est, et finem vitæ instare videmus, æquo id animo esse ferendum, ac citra mœrorem. Sed eo unde digressa fuit nostra se referat oratio. Sunt itaque pueri ab omnibus, ut dixi, malis hominibus abstinendi : maxime autem ab

δὲ τῶν κολάκων. Ὅπερ γὰρ πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς * τῶν πατέρων διατελῶ λέγων, καὶ νῦν ἂν εἴποιμι· γένος οὐδέν ἐστιν ἐξωλέστερον, οὐδὲ μᾶλλον καὶ θᾶττον ἐκτραχηλίζον τὴν νεότητα, ὡς τῶν κολάκων, οἳ καὶ τοὺς πατέρας καὶ τοὺς παῖδας προῤῥίζους ἐκτρίβουσι, τῶν μὲν τὸ γῆρας ἐπίλυπον, τῶν δὲ τὴν νεότητα ποιοῦντες, τῶν δὲ συμβουλευμάτων δέλεαρ ἀφύλακτον προτείνοντες τὴν ἡδονήν. Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες νήφειν παραινοῦσιν, οἱ δὲ μεθύειν· σωφρονεῖν, οἱ δὲ ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, οἱ δὲ δαπανᾷν· φιλεργεῖν, οἱ δὲ ῥαθυμεῖν· Στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστὶ, λέγοντες· ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσήκει· τί δὲ φροντιστέον ὑμῖν τῶν τοῦ πατρὸς ἀπειλῶν; κρονόληρος καὶ σοροδαίμων ἐστί· καὶ μετέωρον [αὐτὸν ἀράμενοι], τὴν ταχίστην ἐξοίσομεν. Καθῆκε δέ τις καὶ χαμαιτύπην, καὶ προηγώγευσε γαμετὴν, καὶ τὰ τῶν πατέρων ἐφόδια τοῦ γήρως περικέκοφε καὶ σεσύληκε. Μιαρὸν τὸ φῦλον, ὑποκριταὶ φιλίας, ἄγευστοι παῤῥησίας, πλουσίων μὲν κόλακες, πενήτων δὲ ὑπερόπται, ὡς ἐκ λυρικῆς τέχνης ἐπὶ τοὺς νέους ἀγόμενοι, σεσηρότες, ὅθ' οἱ τρέφοντες γελῶσι, καὶ τύχης ὑποβολιμαῖα καὶ νόθα μέρη βίου· πρὸς δὲ τὸ τῶν πλουσίων νεῦμα ζῶντες, τῇ τύχῃ μὲν ἐλεύθεροι, τῇ προαιρέσει δὲ δοῦλοι· ὅταν δὲ μὴ ὑβρίζωνται, τότε ὑβρίζεσθαι δοκοῦντες, ὅτι μάτην παρατρέφονται. Ὥστε, εἴ τῳ μέλει τῶν πατέρων τῆς τῶν τέκνων εὐαγωγίας, ἐκδιωκτέον τὰ μυσαρὰ ταῦτα θρέμματα. Ἐκδιωκτέον δὲ καὶ τὰς τῶν συμφοιτητῶν μοχθηρίας. Καὶ γὰρ οὗτοι τὰς ἐπιεικεστάτας φύσεις ἱκανοὶ διαφθείρειν εἰσί.

18. Ταῦτα μὲν οὖν καλὰ καὶ συμφέροντα· ἃ δὲ μέλλω λέγειν, ἀνθρώπινα. Οὐδὲ γὰρ αὖ πάλιν τοὺς πατέρας ἔγωγε ἀξιῶ τελέως σκληροὺς καὶ τραχεῖς εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ συγχωρῆσαί τινα τῷ νεωτέρῳ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἑαυτοὺς ἀναμιμνήσκειν, ὅτι ἐγένοντο νέοι. Καὶ καθάπερ ἰατροὶ τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων τοῖς γλυκέσι χυμοῖς καταμιγνύντες τὴν τέρψιν ἐπὶ τὸ συμφέρον πάροδον εὗρον, οὕτω δεῖ τοὺς πατέρας τὴν τῶν ἐπιτιμημάτων ἀποτομίαν τῇ πρᾳότητι μιγνύναι· καὶ τοτὲ μὲν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν παίδων ἀφιέναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας, τοτὲ δ' αὖ πάλιν ἀντιτεῖναι· καὶ μάλιστα μὲν, εὐκόλως φέρειν τὰς ἁμαρτίας· εἰ δὲ μή γε, προσοργισθέντας, ταχέως ἀποφλεγμῆναι. Μᾶλλον γὰρ ὀξύθυμον εἶναι δεῖ τὸν πατέρα ἢ βαρύθυμον· ὡς τό γε δυσμενὲς καὶ δυσκατάλλακτον μισοτεκνίας οὐ μικρὸν τεκμήριόν ἐστι. Καλὸν δὲ ἔνια τῶν ἁμαρτημάτων μηδὲ εἰδέναι δοκεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ γήρως ἀμβλυωττον καὶ δύσκωφον ἐπὶ τὰ γιγνόμενα μεταφέρειν, ὡς ἔνια τῶν πραττομένων ὁρῶντας μὴ ὁρᾷν, καὶ μὴ ἀκούειν ἀκούοντας. Φίλων ἁμαρτήματα φέρομεν· τί θαυμαστὸν, εἰ τέκνων; δούλων πολλάκις κραιπαλώντων μέθην οὐκ ἐξηλέγξαμεν· ἐφείσω ποτὲ, ἀλλὰ καὶ χορήγησον· ἠγανάκτησάς ποτε, ἀλλὰ καὶ σύγγνωθι· ἐβουκόλησέ ποτε δι' οἰκέτου, τὴν ὀργὴν κατάσχε· ἐξ ἀγροῦ ποτε ζεῦγος ἀφείλετο, ἦλθέ ποτε χθιζῆς μέθης

adulatoribus. Quod enim identidem et multis dicere parentibus consuevi, nunc quoque affirmo. Genus hominum adulatoribus pestilentius nullum est, neque quod magis ac celerius juvenes in perniciem præcipitet. Illi enim et parentes et natos radicitus perdunt, et consilia blanda escam inevitabilem objicientes, parentum senectutem juxta et filiorum juventutem dolorum plenam reddunt. Divitibus liberis parentes sobrietatem commendant, adulatores ebrietatem : illi continentiam, hi libidinem : illi parcimoniam, hi profusionem : industriam illi, hi ignaviam. Punctum (aiunt assentatores) temporis est tota nostra vita : vivere oportet, non alienæ interesse vitæ : quid attinet nos minas patris curare? delirus est, capularis, silicernius, mox illum sublimem arreptum efferemus. Non desunt ex iis qui et scorta submittant, et nuptas prostituant : et, quæ parentibus erant senii viatica, intervertant atque rapiant. Impuri sunt isti homines, amicitiæ simulatores, libertatis imperiti, divitum adulatores, pauperum contemptores, veluti musica quadam arte ad adolescentes decipiendos instructi, ad risum eorum qui ipsos alunt labia in risum diducentes, subditiiæ fortunæ, ac spuriæ vitæ partes : ad nutum divitum viventes, conditione liberi, sua voluntate servi, se contumelia affici putantes si non tractentur contumeliose, quasi frustra alantur. Quare si quis est pater sollicitus de bene educandis liberis, fœdum hoc pecus domo ejiciat. Amoliatur etiam condiscipulorum pravos mores, qui satis habent virium ad corrumpendum vel optima ingenia.

XVIII. Atque hæc quidem præclara sunt, et utilia : quæ subdam, humana sunt. Nam et parentes vicissim ego nolim usquequaque duro esse et aspero ingenio, sed sæpenumero quorumdam peccatorum gratiam facere adolescentibus, sibique ipsis suam adolescentiam revocare in memoriam. Ac quemadmodum medici amara medicamenta dulcibus succis permiscentes, oblectatione ad utilitatem sibi aditum aperiunt : ita convenit parentes reprehensionum severitatem lenitate temperare : et interdum habenas cupiditatibus filiorum laxare, interdum adstringere : et maxime quidem peccata æquo animo ferre : sin minus, et certe animo obiratos statim defervescere. Præstat enim patris iras subitas esse, quam graves; quia infensus et implacabilis animus patris, non leve est argumentum odii erga liberos. Nec dedecet, nonnulla peccata liberorum simulare parentes se non animadvertere : quumque sub senectutem visus soleat auditusque hebescere, eo istam sensuum imbecillitatem transferre, ut videntes quædam quæ aguntur, non videant, audientesque non audiant. Amicorum delicta toleramus : quid mirum si etiam filiorum? quando etiam servorum crapulam ebrietatemque sæpe non reprehendimus. Parcus aliquando fuisti, fac etiam impensas : indignatus es aliquando, ignosce vicissim : delusit te aliquando servi usus opera, iram cohibe : par boum ex agro abduxit, venit ali-

ἀποπνέων, ἀγνόησον· μύρων ἀπόζων, σίγησον· οὕτω σκιρτῶσα νεότης πωλοδαμνεῖται.

19. Πειρατέον δὲ τοὺς τῶν ἡδονῶν ἥττους καὶ πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις δυσηκόους γάμῳ καταζεῦξαι· δεσμὸς γὰρ οὗτος τῆς νεότητος ἀσφαλέστατος. Ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς υἱοῖς γυναῖκας μήτε εὐγενεστέρας πολλῷ, μήτε πλουσιωτέρας· τὸ γὰρ, Τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα, σοφόν· ὡς οἵ γε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες οὐ τῶν * γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γιγνόμενοι.

20. Βραχέα δὲ προσθεὶς αὐτοῖς, περιγράψω τὰς ὑποθήκας. Πρὸ πάντων γὰρ δεῖ τοὺς πατέρας τῷ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ πάντα, ἃ δεῖ, πράττειν, ἐναργὲς ἑαυτοὺς παράδειγμα τοῖς τέκνοις παρέχειν, ἵνα πρὸς τὸν τούτων βίον ὥσπερ κάτοπτρον ἀποβλέποντες ἀποτρέπωνται τῶν αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. Ὡς οἵτινες, τοῖς ἁμαρτάνουσιν υἱοῖς ἐπιτιμῶντες, τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτουσιν, ἐπὶ τῷ ἐκείνων ὀνόματι λανθάνουσιν ἑαυτῶν κατήγοροι γιγνόμενοι. Οἱ δ' ὅλως φαύλως ζῶντες οὐδὲ τοῖς δούλοις παῤῥησίαν ἄγουσιν ἐπιτιμᾶν, μήτοι γε δὴ τοῖς υἱοῖς. Χωρὶς δὲ τούτων γένοιντο ἂν αὐτοῖς τῶν ἀδικημάτων σύμβουλοι καὶ διδάσκαλοι· ὅπου γὰρ γέροντές εἰσιν ἀναίσχυντοι, ἐνταῦθ' ἀνάγκη καὶ νέους ἀναιδεστάτους εἶναι. Πειρατέον οὖν εἰς τὸν τῶν τέκνων σωφρονισμὸν πάνθ', ὅσα προσῆκεν, ἐπιτηδεύειν, ζηλώσαντας [τὴν] Εὐρυδίκην, ἥτις Ἰλλυρὶς οὖσα καὶ τριβάρβαρος, ὅμως ἐπὶ τῇ μαθήσει τῶν τέκνων, ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἥψατο παιδείας· ἱκανῶς δὲ αὐτῆς τὴν φιλοτεκνίαν σημαίνει τοὐπίγραμμα, ὅπερ ἀνέθηκε ταῖς Μούσαις,

Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε
Μούσαις, εὔιστον ψυχῇ ἑλοῦσα πόθον.
Γράμματα γὰρ, μνημεῖα λόγων, μήτηρ γεγαυῖα
παίδων ἡβώντων, ἐξεπόνησε μαθεῖν.

Τὸ μὲν οὖν πάσας τὰς προειρημένας συμπεριλαβεῖν παραινέσεις, εὐχῆς ἴσως ἔργον ἐστί· τὸ δὲ τὰς πλείους ζηλῶσαι, καὶ αὐτὸ μὲν εὐμοιρίας δεόμενόν ἐστι καὶ πολλῆς ἐπιμελείας· ἄνυστὸν δ' οὖν ἀνθρωπίνῃ φύσει καθέστηκεν.

quando hesternam olens crapulam, dissimula : unguentum redolet, tace : sic lasciviens domatur adolescentia.

XIX. Danda porro est opera ut qui voluptatibus nimis dediti sunt, et reprehensionibus minus obtemperantes, matrimonio devinciantur : quod est tutissimum juventutis vinculum. Uxores autem filiis collocari decet quæ neque nobilitate generis, neque divitiis multum eos superent : sapienter enim dictum est, *Tibi parem age :* et qui multo se præstantiores ducunt uxores, non mariti earum, sed dotis servi sua imprudentia fiunt.

XX. His pauca quædam si adjecero, finem præceptis imponam. Ante omnia debent parentes nihil peccando, omniaque pro officii rationibus agendo, clarum sese liberis exemplum præbere : ut in istorum ii vitam tanquam in speculum intuentes, a turpibus dictis factisque avertantur. Etenim qui peccata filiorum increpantes, ipsi in eadem prolabuntur vitia, ii se non sentiunt sub illorum nomine semetipsos accusare. Quorum vero tota vita turpis est, ii ne servos quidem objurgandi libertatem sibi relinquunt, nedum filios. Quo accedit, quod tales patres scelerum consultores ac doctores suis sunt filiis : ubi enim senes sunt impudentes, necesse est ibi adolescentes quoque inverecundissimos esse. Ergo ad decoram liberorum educationem quæcumque conducere possunt, in iis elaborandum est : æmulatione Eurydices : quæ quum Illyrica esset et plus quam barbara mulier, tamen ut filios docere posset, provecta jam ætate disciplinis animum studiumque applicuit. Cujus quantus fuerit erga liberos suos amor, satis declarat hæc inscriptio ab ea Musis consecrata :

Eurydice, Musis, Hierapolietis, amorem
pectore quem fovit testificata, dicat.
Sermonum monimenta, parens ætatis adultæ
gnatos, quas didicit, literulas docuit.

Enimvero omnia quæ præcepimus, ut consequi liceat, optabile fortasse sit. Pleraque vero sequi et imitari quamquam felicitatis est, multæque diligentiæ : potest tamen ab humana præstari natura.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ.

Εἰ μὲν, ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν, ὦ Μάρκε Σήδατε, τῶν κρεῶν τὰ μὴ κρέα ἥδιστά ἐστι, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες, ἐκείνοις ἀποφαίνεσθαι παρῶμεν, οἷς ὁ Κάτων ἔφη τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ὑπάρχειν. Ὅτι δὲ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λεγομένων οἱ σφόδρα νέοι τοῖς μὴ δοκοῦσι φιλοσόφως μηδὲ ἀπὸ σπουδῆς λέγεσθαι χαίρουσι μᾶλλον καὶ παρέχουσιν ὑπηκόους ἑαυτοὺς καὶ χειροήθεις, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν.

QUOMODO ADOLESCENS POETAS AUDIRE DEBEAT.

I. Quod Philoxenus poeta dixit, M. Sedate, eas carnes suavissimas esse quæ carnes non sint, itemque pisces qui pisces non sint : de eo pronuntiare sinemus istos quos palato plus sapere, quam corde, Cato aiebat. De hoc autem nobis constat, adolescentulos magis gaudere, libentiusque obsequi, ac mansuetiores se præbere iis philosophiæ præceptis quæ philosophice et serio dicta non videntur. Non enim Æsopicas tantum fabellas, et poetica argu-

Οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Διὸ δεῖ μὴ μόνον ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς διαφυλάττειν εὐσχήμονας αὐτοὺς, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν καὶ ἀναγνώσεσιν ἐθίζειν, ὥσπερ ὄψῳ χρωμένους μετρίως τῷ τέρποντι, τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ σωτήριον διώκειν. Οὔτε γὰρ πόλιν αἱ κεκλεισμέναι πύλαι τηροῦσιν ἀνάλωτον, ἂν διὰ μιᾶς παραδέξηται τοὺς πολεμίους· οὔτε νέον αἱ περὶ τὰς ἄλλας ἡδονὰς ἐγκράτειαι σώζουσιν *, ἄν γε δι' ἀκοῆς λάθῃ προέμενος αὑτόν· ἀλλ' ὅσον μᾶλλον αὕτη τοῦ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι πεφυκότος ἅπτεται, τοσοῦτον μᾶλλον ἀμεληθεῖσα βλάπτει καὶ διαφθείρει τὸν παραδεξάμενον. Ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἴσως δυνατόν ἐστιν, οὔτε ὠφέλιμον, ποιημάτων ἀπείργειν τὸν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὑμός τε νῦν Σώκλαρός ἐστι καὶ ὁ σὸς Κλέανδρος, εὖ μάλα παραφυλάττωμεν αὐτοὺς, ὡς ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς ὁδοῖς παιδαγωγίας δεομένους. Ἅπερ οὖν ἐμοὶ περὶ ποιημάτων εἰπεῖν πρώην ἐπῆλθε, νῦν πρὸς σὲ γεγραμμένα πέμψαι διενοήθην. Καὶ λαβὼν ταῦτα δίελθε· κἂν δοκῇ σοι μηδὲν εἶναι φαυλότερα τῶν ἀμεθύστων καλουμένων, ἅ τινες ἐν τοῖς πότοις περιάπτονται καὶ προλαμβάνουσι, μεταδίδου τῷ Κλεάνδρῳ, καὶ προκαταλάμβανε τὴν φύσιν αὐτοῦ διὰ τὸ μηδαμοῦ νωθρὸν, ἀλλὰ πανταχοῦ σφοδρὸν καὶ δεδορκὸς, εὐαγωγοτέραν ὑπὸ τῶν τοιούτων οὖσαν.

Πουλύποδος κεφαλῇ ἓν μὲν κακὸν, ἓν δὲ καὶ ἐσθλόν·

ὅτι τῷ βρωθῆναι μέν ἐστιν ἥδιστος, δυσόνειρον δὲ ὕπνον ποιεῖ, φαντασίας ταραχώδεις καὶ ἀλλοκότους δεχόμενον, ὡς λέγουσιν. Οὕτω δὴ καὶ ποιητικῇ πολὺ μὲν τὸ ἡδὺ καὶ τρόφιμον νέου ψυχῆς ἔνεστιν, οὐκ ἔλαττον δὲ τὸ ταρακτικὸν καὶ παράφορον, ἂν μὴ τυγχάνῃ παιδαγωγίας ὀρθῆς ἡ ἀκρόασις. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ποιητικῆς ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ

τοῖς χρωμένοις ἀναδίδωσιν.

Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Οὐ γὰρ ἅπτεται τὸ ἀπατηλὸν αὐτῆς ἀβελτέρων κομιδῇ καὶ ἀνοήτων. Διὸ καὶ Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν εἰπόντα, Τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλοὺς, Ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Γοργίας δὲ τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην, ἣν ὅ τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Πότερον οὖν τῶν νέων, ὥσπερ τῶν Ἰθακησίων, κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένους, ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν; ἢ μᾶλλον ὀρθῷ τινι λογισμῷ πε-

menta, et Heraclidis Abarin, et Aristonis Lyconem; sed etiam sententias de anima fabulis permixtas legentes, quasi cœlesti quodam instinctu non sine voluptate excitantur. Quare non id modo curandum est, ut in voluptatibus quæ ex cibo et potu percipiuntur, modestiam servent: sed magis etiam ad hoc sunt assuefaciendi, ut in lectionibus et auditionibus delectatione tanquam opsonio modice fruantur, utiliaque et salubria ex iis captent. Nam neque urbi portæ cæteræ clausæ id præstabunt ut non capiatur, si per unam aliquam hostes recipiantur: neque adolescentem continentia adversus reliquas voluptates adhibita conservabit, sicubi imprudens per auditum se illis capiendum dederit: quinimo auditus quo mentem ac rationem propius attingit, eo plus damni ac corruptelæ affert ei homini qui per negligentiam admiserit illecebram. Quoniam itaque neque fortassis licet, neque etiam expedit, poematis arceri eo natu adolescentem quo Soclarus meus est et tuus Cleander: peraccurate hi nobis observandi sunt, quippe qui in legendo magis quam in ambulando custodis egeant. Proinde quem nuper de poetis sermonem habui, cum mihi subiit in præsentia conscriptum ad te mittere. Quem ubi perlegeris; siquidem tibi videbitur non minorem vim iis habere medicamentis quæ nonnulli ad convivia, ebrietatis arcendæ causa, appensa gestant, adhibentque antequam potent; Cleandro imperti, iisque ingenium ipsius, quod ob vigorem et alacritatem acumenque facile ducatur, præmuni.

Polypodis capiti perhibent bonum inesse malumque;

nam suavissimum esu quum sit, insomniosum somnum facere, ac turbulenta et absurda visa excitare creditur. Eodem sane modo poesis quoque multa jucunda et adolescentium animis alendis accommoda in se habet: non pauciora vero quæ conturbent eum, et de sanitate mentis dimoveant, ubi lectioni recta institutio defuerit. Neque enim de Ægypto tantum, sed de poetica etiam licet dicere,

Illam noxia multa, et multa salubria ferre

ipsa utentibus medicamenta. Etenim

Hic amor, hic desiderium latet, hic quoque blandum
alloquium, quamvis sapientem fallere solers.

Quippe illecebræ ejus fatuos plane et stupidos non attingunt. Quare Simonides quoque interrogatus cur solos Thessalos non deciperet: *rudiores esse* respondit, *quam qui ab ipso decipi possent.* Et Gorgias, *tragœdiam* dixit *esse imposturam, quam et qui adhiberet, non adhibente justior, et qui passus esset, non passo esset sapientior.* Utrum igitur adolescentum, ut ille Ithacensium, aures velut cera solida obturantes, cogemus lintre Epicurea poesin prætervehi atque fugere? an vero potius circum-

ριστάντες καὶ καταδέοντες τὴν κρισιν, ὅπως μὴ παραφέρηται τῷ τέρποντι πρὸς τὸ βλάπτον, ἀπευθύνωμεν καὶ παραφυλάττωμεν;

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος

ὑγιαίνοντα νοῦν εἶχεν, ὅτι πολλῶν μεθυσκομένων καὶ παροινούντων, τὰς ἀμπέλους περιιὼν ἐξέκοπτεν, ἀντὶ τοῦ τὰς κρήνας ἐγγυτέρω προσαγαγεῖν, καὶ μαινόμενον θεὸν, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι κολαζόμενον σωφρονίζειν. Ἀφαιρεῖ γὰρ ἡ κρᾶσις τοῦ οἴνου τὸ βλάπτον, οὐ συναιροῦσα τὸ χρήσιμον. Μηδὲ ἡμεῖς οὖν τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα τῶν Μουσῶν ἐκκόπτωμεν μηδ' ἀφανίζωμεν· ἀλλ' ὅπου μὲν ὑφ' ἡδονῆς ἀκράτου πρὸς δόξαν αὐθαδῶς θρασυνόμενον ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες αὐτῆς καὶ θεατρικὸν, ἐπιλαμβανόμενοι κολούωμεν καὶ πιέζωμεν· ὅπου δὲ ἅπτεταί τινος μούσης τῇ χάριτι, καὶ τὸ γλυκὺ τοῦ λόγου καὶ ἀγωγὸν οὐκ ἄκαρπόν ἐστιν, οὐδὲ κενὸν, ἐνταῦθα φιλοσοφίαν εἰσάγωμεν, καὶ καταμιγνύωμεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, καὶ διαδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον, μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν, οὕτω τοὺς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὰν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν. Ὅθεν οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, ἀλλ' ἐν ποιήμασι* προφιλοσοφητέον· ἐθιζομένους ἐν τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ζητεῖν καὶ ἀγαπᾶν· εἰ δὲ μὴ, διαμάχεσθαι καὶ δυσχεραίνειν. Ἀρχὴ γὰρ αὕτη παιδεύσεως·

Ἔργου δὲ παντὸς ἥν τις ἄρχηται καλῶς,
καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ' οὕτως ἔχειν,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

2. Πρῶτον οὖν εἰσάγωμεν εἰς τὰ ποιήματα μηδὲν οὕτω μεμελετημένον ἔχοντα καὶ πρόχειρον, ὡς τὸ,

— Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί,

τὰ μὲν ἑκόντες, τὰ δὲ ἄκοντες. Ἑκόντες μὲν, ὅτι πρὸς ἡδονὴν ἀκοῆς καὶ χάριν, ἣν οἱ πλεῖστοι διώκουσιν, αὐστηροτέραν ἡγοῦνται τὴν ἀλήθειαν τοῦ ψεύδους. Ἡ μὲν γὰρ ἔργῳ γινομένη, κἂν ἀτερπὲς ἔχῃ τέλος, οὐκ ἐξίσταται· τὸ δὲ πλαττόμενον λόγῳ ῥᾷστα παραχωρεῖ καὶ τρέπεται πρὸς τὸ ἥδιον ἐκ τοῦ λυποῦντος. Οὔτε γὰρ μέτρον, οὔτε τρόπος, οὔτε λέξεως ὄγκος, οὔτ' εὐκαιρία μεταφορᾶς, οὔτε ἁρμονία καὶ σύνθεσις ἔχει τοσοῦτον αἱμυλίας καὶ χάριτος, ὅσον εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς, διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλὸν, οὕτως ἐν ποιήμασι μεμιγμένον πιθανότητι ψεῦδος ἐκπλήττει καὶ ἀγαπᾶται μᾶλλον τῆς ἀμύθου καὶ ἀπλάστου περὶ μέτρον καὶ λέξιν κατασκευῆς. Ὅθεν ὁ Σωκράτης ἔκ τινων ἐνυπνίων ποιητικῆς ἁψάμενος, αὐτὸς μὲν, ἅτε δὴ γεγονὼς ἀληθείας ἀγωνιστὴς τὸν ἅπαντα βίον, οὐ πιθανὸς ἦν οὐδ' εὐφυὴς ψευδῶν δημιουργός· τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνό-

stantes et recta quadam ratione vincientes judicium ita dirigemus, ut ne delectatione ad noxia deferantur?

Nam neque atrox, natus genitore Dryante, Lycurgus

sana est usus mente, quod, multis vino captis ac per temulentiam peccantibus, vites passim excidit : quum debuisset potius fontes propius adducere, insanumque, ut ait Plato, deum alio sobrio repressum castigare. Nam id quod noxium est, de vino aufert aqua admixta; at, quod bonum, non aufert. Neque nos sane poeticam Musarum vitem exscindamus aut aboleamus : sed ubi præ mera voluptate fabulosa ejus et theatralis pars contumaciter se jactat et effert, nimiaque ubertate luxuriat, hanc injecta manu inhibeamus; ubi vero erudita est venustas, et suavis atque alliciens animum oratio vana fructusve expers non est, eo philosophiam introducamus atque admisceamus. Quemadmodum enim mandragora juxta vites nascens, suamque in vinum vim diffundens, efficit ut suavius dormiant qui id biberunt : sic poesis e philosophia doctrinam desumens, eamque fabulis permiscens, facilem ejus et gratam adolescentibus perceptionem præbet. Non ergo fugienda sunt poemata philosophaturis : sed per poemata ingenium ad philosophiam præparandum, assuescendumque ut in jucundo utilitatem quærat, et eam amplectatur : repugnet, et succenseat jucundo, quod non conjunctum sit cum utilitate. Hoc enim eruditionis principium est. Atqui secundum Sophoclem,

Quodcumque recte et ordine incipies opus,
huic et futurum prosperum finem, puta.

II. Primum ergo introducamus in poemata eum cui nihil ita meditatum in promptuque sit atque illud,

— Permulta canunt mendacia vates :

id quod partim coacti, partim sponte faciunt. Sponte, quia ad delectationem auditionis, et gratiam, quam plurimi captant, austeriorem veritatem putant mendacio. Veritas enim quia re et facto fit, tametsi exitum habet tristem, non mutatur : mendacium, quia fingitur, facillime cedit, et de tristi in jucundum mutatur. Nam neque numeri, neque verborum mutatio, neque dictionis majestas, neque translationis opportunitas, neque concinnitas et compositio, tantum habet blanditiæ atque gratiæ, quantum fabulæ apte connexa dispositio. Enimvero sicut in picturis color plus afficit quam linea, propter similitudinem corporis, et fallendi dotem : ita in poematis mendacium probabilitate temperatum magis percellit, et gratius est apparatu carminis et dictionis fabula et figmento carente. Itaque Socrates quibusdam somniis ad scribendum carmen compulsus, ipse, ut qui per omnem vitam pro veritate decertasset, facultate probabilia mendacia fabricandi destituebatur : quare Æsopi fabellas in carminis modos

μιζεν, ὡς ποίησιν οὐκ οὖσαν, ᾗ ψεῦδος μὴ πρόσεστι. Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους καὶ ἀναύλους ἴσμεν, οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν. Τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος, λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν. Ὅταν οὖν ἄτοπόν τι καὶ δυσχερὲς ἐν τοῖς ποιήμασι λέγηται περὶ θεῶν, ἢ δαιμόνων, ἢ ἀρετῆς, ὑπ' ἀνδρὸς ἐλλογίμου καὶ δόξαν ἔχοντος, ὁ μὲν ὡς ἀληθῆ προσδεξάμενος λόγον, οἴχεται φερόμενος, καὶ διέφθαρται τὴν δόξαν· ὁ δὲ μεμνημένος ἀεὶ καὶ κατέχων ἐναργῶς τῆς ποιητικῆς τὴν περὶ τὸ ψεῦδος γοητείαν, καὶ δυνάμενος λέγειν ἑκάστοτε πρὸς αὐτὴν,

Ὦ μηχάνημα σφιγγὸς αἰολώτερον,

τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; τί δ' ἐξαπατῶσα προσποιῇ διδάσκειν; οὐδὲν πείσεται δεινὸν, οὐδὲ πιστεύσει φαῦλον. Ἀλλ' ἐπιλήψεται μὲν αὐτοῦ φοβουμένου τὸν Ποσειδῶνα, καὶ ταρβοῦντος, μὴ τὴν γῆν ἀναρρήξῃ, καὶ ἀπογυμνώσῃ τὸν ᾅδην· ἐπιλήψεται δὲ τῷ Ἀπόλλωνι χαλεπαίνοντος ὑπὲρ τοῦ πρώτου τῶν Ἀχαιῶν,

Ὃν αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν δαίτῃ παρὼν,
αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών.

Παύσεται δὲ τὸν φθιτὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τὸν καθ' ᾅδου δακρύων, ἀδυνάτους καὶ ἀσθενεῖς χεῖρας ἐπιθυμίᾳ τοῦ ζῆν ὀρέγοντας. Ἂν δέ που συνταράττηται τοῖς πάθεσι καὶ κρατῆται φαρμασσόμενος, οὐκ ὀκνήσει πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν,

Ἀλλὰ φόωσδε τάχιστα λιλαίεο, ταῦτα δὲ πάντα
ἴσθ', ἵνα καὶ μετόπισθε τεῇ εἴπῃσθα γυναικί.

Καὶ γὰρ τοῦτο χαριέντως Ὅμηρος εἰς τὴν νεκυίαν εἶπεν, ὡς γυναικὸς ἀκρόασιν οὖσαν διὰ δὴ τὸ μυθῶδες. Τοιαῦτα γάρ ἐστιν, ἃ πλάττουσιν ἑκόντες οἱ ποιηταί. Πλείονα δὲ, ἃ μὴ πλάττοντες, ἀλλ' οἰόμενοι καὶ δοξάζοντες αὐτοὶ, προσαναχρώννυνται τὸ ψεῦδος ἡμῖν. Οἷον, ἐπὶ τοῦ Διὸς εἰρηκότος Ὁμήρου,

*Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ
ᾤχετο δ' εἰς ἀίδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας Ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. Τοῦτο δὲ παντὶ δῆλον, ὅτι μυθοποίημα καὶ πλάσμα πρὸς ἡδονὴν ἢ ἔκπληξιν ἀκροατοῦ γέγονε. Τὸ δὲ,

Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται,

καὶ τὸ,

— Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ,

redegit : poesin non putans eam a qua abesset mendacium. Etenim sacrificia quædam novimus choris et tibiis carentia : poesin fabularum et figmentorum expertem non novimus. Nam Empedoclis et Parmenidis versus, Theriaca Nicandri, ac sententiæ Theognidis, orationes sunt, ut pedestris incessus humilitatem effugerent, granditatem et mensuram a poetica pro vehiculo mutuatæ. Proinde ubi absurdum aliquid aut durum in poematis dicitur ab aliquo præstanti viro de diis, dæmonibus, aut virtute; is qui eum ut verum amplectitur sermonem, in errorem incidit, falsaque opinione animum corrumpit. At, qui nunquam immemor est poeticarum in mentiendo præstigiarum, quique eas perspicuas semper habet, et identidem poesin sic compellare potest,

O machinatrix sphinge vel versutior,

quid ludens, supercilia adducis? quid fallens, docere te simulas? is, inquam, mali nihil feret, neque quicquam absurdi credet. Nimirum is se revocabit ac reprehendet metuentem ne Neptunus terram eruat, et inferos detegat : reprehendet se porro Apollini irascentem ob principem Achivorum,

Qui laudat ipse, qui interest convivio,
qui hæc fatus ipse est, ipse eum leto dedit.

Quin et exstinctos jam et apud Orcum sitos deflere desinet Achillem ac Agamemnonem cupiditate vivendi manus viribus cassas protendentes. Quod sicubi a perturbationibus superatus victusque his venenis erit, nulla interposita mora ita se ipsum alloquetur :

Affecta reditum, superas repete ocyus auras
atque hæc uxori quondam narrare memento.

Venuste enim hoc in suam Necyiam dixit Homerus, quasi ea auditio propter fabulas mulieribus congruat. Ac talia quidem sunt quæ poetæ sua sponte fingunt. Plura sunt quæ non fingentes, sed ita esse opinantes, falsitatem eam nobis pigmentis fucatam affricant. Ut, quum de Jove Homerus dixerit,

In trutina fata imponit diversa duorum,
Pelidæ huic magni, pugnacis at Hectoris illi.
Sustentat mediam : letali pondere fatum
Hectoris ad manes vergit : tunc Hectora Phœbus
deseruit : —

totam tragœdiam huic fabulæ aptavit Æschylus, titulo Psychostasiæ : assistere enim facit lancibus Jovis, alteri Thetidem, alteri Auroram, deprecantes pro filiis suis Achille et Memnone manum conserentibus. Hoc vero nemo non videt, fabulam esse hanc delectandi aut perterrendi auditoris causa confictam. Hæc autem,

Juppiter humanæ dispensans prælia genti;

et,

Mortalibus nam Juppiter causam serit,
quum clade statuit vertere invisam domum,

ταῦτα δὲ ἤδη κατὰ δόξαν εἴρηται καὶ πίστιν αὐτῶν, ἣν ἔχουσιν ἀπάτην περὶ θεῶν καὶ ἄγνοιαν, εἰς ἡμᾶς ἐκφερόντων καὶ μεταδιδόντων. Πάλιν αἱ περὶ τὰς νεκυίας τερατουργίαι καὶ διαθέσεις ὀνόμασι φοβεροῖς ἐνδημιουργοῦσαι φάσματα καὶ εἴδωλα ποταμῶν φλεγομένων, καὶ τόπων ἀγρίων, καὶ κολασμάτων σκυθρωπῶν, οὐ πάνυ πολλοὺς διαλανθάνουσιν, ὅτι τὸ μυθῶδες αὐτοῖς πολὺ, καὶ τὸ ψεῦδος, ὥσπερ τροφαῖς τὸ φαρμακῶδες, ἐγκέκραται· καὶ οὔτε Ὅμηρος, οὔτε Πίνδαρος, οὔτε Σοφοκλῆς πεπεισμένοι ταῦτα ἔχειν οὕτως, ἔγραψαν,

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί·

καὶ,

Πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην·

καὶ,

Στενωπὸς ᾅδου καὶ παλιῤῥοία βυθοῦ.

ὅσοι μέντοι τὸν θάνατον ὡς οἰκτρὸν, ἢ τὴν ἀταφίαν ὡς δεινὸν ὀλοφυρόμενοι καὶ δεδιότες φωνὰς ἐξενηνόχασι,

Μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπῃς·

καὶ,

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδ' ἐβεβήκει,
ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην·

καὶ,

Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆν μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς·

αὗται πεπονθότων εἰσὶ καὶ προσεαλωκότων ὑπὸ δόξης καὶ ἀπάτης. Διὸ μᾶλλον ἅπτονται καὶ διαταράττουσιν ἡμᾶς, ἀναπιμπλαμένους τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀσθενείας, ἀφ' ἧς λέγονται. Πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν παρασκευάζωμεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔχειν ἔναυλον, ὅτι ποιητικῇ μὲν οὐ πάνυ μέλον ἐστὶ τῆς ἀληθείας· ἡ δὲ περὶ ταῦτα ἀλήθεια, καὶ τοῖς μηδὲν ἄλλο πεποιημένοις ἔργον ἢ γνῶσιν καὶ μάθησιν τοῦ ὄντος, εὖ μάλα δυσθήρατός ἐστι, καὶ δύσληπτος, ὡς ὁμολογοῦσιν αὐτοί. Καὶ τὰ Ἐμπεδοκλέους [ἔπη] ἔστω πρόχειρα ταυτὶ,

Οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστὰ,
οὔτε νόῳ περιληπτά·

καὶ τὰ Ξενοφάνους,

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ', οὐδέ τις ἔσται
εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε καὶ ὅσσα λέγω περὶ πάντων·

καὶ νὴ Δία τὰ Σωκράτους ἐξομνυμένου παρὰ Πλάτωνι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν. Ἧττον γὰρ ὡς εἰδόσι τι περὶ τούτων προσέξουσι τοῖς ποιηταῖς, ἐν οἷς τοὺς φιλοσόφους ἰλιγγιῶντας ὁρῶσιν.

3. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστήσωμεν αὐτὸν, ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν ὑπογράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμίς ἐστιν ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ. Καὶ μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἀκη-

hæc jam ex ipsorum sunt dicta opinione, qui suum de diis errorem et ignorationem nobis tradunt. Jam illæ apud inferos portentorum fictiones et dispositiones, quæ terribilibus nominibus spectra et simulacra fabricantur ardentium fluminum, locorum horribilium, ac terribilium suppliciorum : fere ab omnibus deprehenduntur esse fabulosæ admodum, et in quibus tanquam in alimentis venenum, ita mendacium sit admixtum : sed neque Homerus, neque Pindarus, neque Sophocles, quasi sic esse persuasum haberent, ita scripserunt :

Ubi immensas ructant tenebras
validi umbrosæ noctis fluvii;

item,

Oceani fluctus legêre, et Candida saxa;

item,

Orcique fauces, æstus et voraginis.

Itaque quotquot mortem veluti miserabilem, et sepulturæ privationem tanquam miseram rem deplorantes, hujusmodi voces ejecerunt :

Ne me abiens, inhumatum indefletumque relinquas;

item,

Tunc anima ad manes de membris mœsta volavit,
interitumque suum lugens, et robur, et annos;

item,

Ah! ne me acerbam perime : conspicere hunc diem
dulce est. Videre ne adige, quæ tellus tegit :

hæ, inquam, voces sunt ita sentientium, et erroris morbo captorum. Quo magis nos attingunt, et perturbatione ista atque imbecillitate implent, a qua proficiscuntur. Adversum hæc ergo rursus prompte id aures nostras personet, poesi non admodum curæ esse veritatem : quod autem verum sit de his rebus, id ne ab iis quidem qui in aliam nullam quam hujus ipsius rei discendæ cognoscendæque curam incubuerint, omnino percipi aut investigari potuisse : quod ipsi etiam fatentur. Atque hic ad manum sint Empedoclea hæc :

Non oculis possunt homines, non auribus ista,
non comprendere mente;

et illa Xenophanis,

De superis, sed et hæc quæ cœpi dicere cunctis,
nullus homo fuit, aut qui possit certa docere,
existet;

sed et Socratis verba apud Platonem ejurantis istarum rerum notitiam. Minus enim poetis tanquam istorum aliquid scientibus animum advertent, qui videbunt de iis rebus philosophis quoque pronuntiaturis veluti vertiginem quamdam obortam.

III. Magis quoque adhuc cautum eum reddemus, si simul atque eum ad poemata applicamus, ipsam poeticam ei describamus : artem nimirum eam esse imitatricem, pingendique arti quasi ex altera parte responden-

κοὼς ἔστω, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, * ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ διδάσκωμεν αὐτὸν ὅτι γεγραμμένην σαῦραν ἢ πίθηκον, ἢ Θερσίτου πρόσωπον ἰδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον. Οὐσίᾳ μὲν γὰρ οὐ δύναται καλὸν γενέσθαι τὸ αἰσχρόν· ἡ δὲ μίμησις, ἄν τε περὶ φαῦλον, ἄν τε περὶ χρηστὸν ἐφίκηται τῆς ὁμοιότητος, ἐπαινεῖται. Καὶ τοὐναντίον ἂν αἰσχροῦ σώματος εἰκόνα καλὴν παράσχῃ, τὸ πρέπον καὶ τὸ εἰκὸς οὐκ ἀπέδωκεν. Γράφουσι δὲ καὶ πράξεις ἀτόπους ἔνιοι, καθάπερ Τιμόμαχος τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν, καὶ Θέων τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ Παῤῥάσιος τὴν Ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν, καὶ Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας. Ἐν οἷς μάλιστα δεῖ τὸν νέον ἐθίζεσθαι, διδασκόμενον, ὅτι τὴν πρᾶξιν οὐκ ἐπαινοῦμεν, ἧς γέγονεν ἡ μίμησις, ἀλλὰ τὴν τέχνην, εἰ μεμίμηται προσηκόντως τὸ ὑποκείμενον. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ποιητικὴ πολλάκις ἔργα φαῦλα καὶ πάθη μοχθηρὰ, καὶ ἤθη μιμητικῶς ἀπαγγέλλει, δεῖ τὸ θαυμαζόμενον ἐν τούτοις, καὶ κατορθούμενον μήτε ἀποδέχεσθαι τὸν νέον, ὡς ἀληθὲς, μήτε δοκιμάζειν ὡς καλὸν, ἀλλ' ἐπαινεῖν μόνον ὡς ἐναρμόττον τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ καὶ οἰκεῖον. Ὥσπερ γὰρ ὑὸς βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἐνοχλούμεθα καὶ δυσχεραίνομεν· ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὴν ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα· καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ ὕπουλον, ὡς ἀτερπὲς θέαμα, φεύγομεν· τὸν δὲ Ἀριστοφῶντος Φιλοκτήτην, καὶ τὴν Σιλανίωνος Ἰοκάστην ὁμοίως φθίνουσι καὶ ἀποθνήσκουσι πεποιημένους ὁρῶντες χαίρομεν· οὕτως ὁ νέος ἀναγινώσκων, ἃ Θερσίτης ὁ γελωτοποιὸς, ἢ Σίσυφος ὁ φθορεὺς, ἢ Βάτραχος ὁ πορνοβοσκὸς λέγων ἢ πράττων πεποίηται, διδασκέσθω τὴν μιμουμένην ταῦτα δύναμιν καὶ τέχνην ἐπαινεῖν, ἃς δὲ μιμεῖται διαθέσεις, καὶ πράξεις, προβάλλεσθαι καὶ κακίζειν. Οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸ, τὸ καλὸν καὶ καλῶς τι μιμεῖσθαι. Καλῶς γάρ ἐστι τὸ πρεπόντως καὶ οἰκείως· οἰκεῖα δὲ καὶ πρέποντα τοῖς αἰσχροῖς τὰ αἰσχρά. Καὶ γὰρ αἱ Δημωνίδου τοῦ χωλοῦ κρηπῖδες, ἃς ἀπολέσας εὔχετο τοῖς τοῦ κλέψαντος ἐναρμόσαι ποσὶν, φαῦλαι μὲν ἦσαν, ἐκείνῳ δὲ ἥρμοττον. Καὶ τὸ,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν,

καὶ τὸ,

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς,

καὶ,

Τάλαντον ἡ προίξ· μὴ λαβῶ; ζῆν δ' ἐστί μοι
τάλαντον ὑπεριδόντι; τεύξομαι δ' ὕπνου,
προέμενος; οὐ δώσω δὲ κἂν ᾅδου δίκην,
ὡς ἠσεβηκὼς εἰς τάλαντον ἀργυροῦν;

μοχθηροὶ μέν εἰσι λόγοι καὶ ψευδεῖς, Ἐτεοκλεῖ δὲ καὶ

tem. Neque id modo auditum habeat omnium sermone tritum, quo *loquentem picturam poesin*, *picturam mutam poesin esse*, aiunt : sed præterea quoque eum doceamus, nos pictam lacertam aut simiam, aut Thersitæ faciem videntes delectari ac mirari : non pulchritudinis, sed similitudinis causa. In se enim pulchrum fieri non potest id quod turpe est : imitatio, sive pulchræ sive turpis rei similitudinem exprimat, laudatur. Eademque rursus, si pulchram turpis corporis imaginem effingat, decorum non servaverit. Pingunt etiam quidam res absurdas et nefarias, ut Timomachus Medeam liberos necantem ; Orestem matri necem inferentem, Theo ; Parrhasius, Ulyssis simulatam insaniam ; Chærephanes, mulierum cum viris impudicam consuetudinem. In his adolescens maxime est assuefaciendus, ut discat rem quæ imitatione est expressa, non laudari ; sed artem, quæ id quod propositum erat, recte repræsentaverit. Quando igitur poetica etiam ars sæpenumero turpes actiones et pravas affectiones moresque imitando exponit : adolescentis est, id quod in his præclare elaboratum admirationem meretur, neque probare ut verum, neque amplecti ut pulchrum : sed eatenus laudare quatenus personæ et argumento congruit. Quomodo enim porci grunnitum, et trochleæ stridorem, et venti fremitum, et maris strepitum, non sine molestia audimus : si quis vero commode ea imitetur, ut suem Parmeno, trochleas Theodorus, delectamur. Et morbo captum hominem, aut intus purulentum, tanquam spectaculum injucundum fugimus : Aristophontis vero Philoctetam, et Silanionis Iocastam, ad similitudinem contabescentium et morientium effictos, cum gaudio videmus. Sic adolescens, ubi leget quæ Thersites scurra, aut Sisyphus corruptor, aut Batrachus leno, agens vel loquens in poemate introducitur, sciat artem imitatricem laudandam : quæ vero ista imitatione affectiones et facta exprimuntur, rejicienda esse atque vituperanda. Non enim idem est, esse pulchrum, et imitari pulchre. Hoc enim in decoro et convenientia consistit, turpibus autem turpia conveniunt. Quippe Demonidis etiam claudi illius crepidæ, quæ ut ejus qui furto eas subtraxisset pedibus congruerent optavit, malæ quidem erant, sed Demonidi aptæ. Jam hæc,

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
violandum est;

et,

Opinionem fac viri justi pares,
tum nihil omitte quod futurum sit lucro,

et,

Dotis talentum negligam, et vitam traham ?
somnum videbo, qui talentum amiserim ?
quodque in talentum fecerim impie, haud luam
etiam apud Orcum ?

hæ quidem improbæ sunt et falsæ orationes : sed qua-

Ἰξίονι καὶ τοκογλύφῳ πρεσβύτῃ πρέποντες. Ἂν οὖν ὑπομιμνήσκωμεν τοὺς παῖδας, ὅτι ταῦτα οὐκ ἐπαινοῦντες οὐδὲ δοκιμάζοντες, ἀλλ' ὡς ἄτοπα καὶ φαῦλα φαύλοις καὶ ἀτόποις ἤθεσι καὶ προσώποις περιτιθέντες γράφουσιν, οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς δόξης βλάπτοιντο τῶν ποιητῶν. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἡ πρὸς τὸ πρόσωπον ὑποψία διαβάλλει καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸν λόγον, ὡς φαῦλον ὑπὸ φαύλου καὶ λεγόμενον καὶ πραττόμενον. Οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς συγκοιμήσεως τοῦ Πάριδος ἐκ τῆς μάχης ἀποδράντος. Οὐδένα γὰρ ἄλλον ἀνθρώπων ἡμέρας συγκοιμώμενον γυναικὶ ποιήσας ἢ τὸν ἀκόλαστον καὶ μοιχικὸν, ἐν αἰσχύνῃ δῆλός ἐστι καὶ ψόγῳ τιθέμενος τὴν τοιαύτην ἀκρασίαν.

4. * Ἐν δὲ τούτοις εὖ μάλα προσεκτέον, εἴ τινας ὁ ποιητὴς αὐτὸς ἐμφάσεις δίδωσι κατὰ τῶν λεγομένων, ὡς δυσχεραινομένων ὑπ' αὐτοῦ. Καθάπερ ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν,

Ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην θεὰ,
θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ, καὶ πιθανὴν ἅμα,
ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνὰ,
μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

Ἄριστα δὲ Ὅμηρος τῷ γένει τούτῳ κέχρηται· καὶ γὰρ προδιαβάλλει τὰ φαῦλα, καὶ προσυνίστησι τὰ χρηστὰ τῶν λεγομένων. Προσυνίστησι μὲν οὕτως,

Αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον·

καὶ,

Τόνδ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.

Ἐν δὲ τῷ προδιαβάλλειν μονονοὺ μαρτύρεται καὶ διαγορεύει μήτε χρῆσθαι μήτε προσέχειν, ὡς οὖσιν ἀτόποις καὶ φαύλοις. Οἷον τόν τε Ἀγαμέμνονα μέλλων διηγεῖσθαι τῷ ἱερεῖ χρώμενον ἀφειδῶς, προείρηκεν,

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
ἀλλὰ κακῶς ἀφίει,

τουτέστιν ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ προσῆκον. Τῷ τε Ἀχιλλεῖ τοὺς θρασεῖς λόγους περιτίθησιν,

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,

τὴν αὐτοῦ κρίσιν ὑπειπὼν,

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο.

Καλὸν γὰρ εἰκὸς οὐδὲν εἶναι μετ' ὀργῆς καὶ αὐστηρῶς λεγόμενον. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων,

Ἦ ῥα· καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα,
πρηνέα πὰρ λεχέεσσι Μενοιτιάδαο τανύσσας.

Εὖ δὲ καὶ ταῖς ἐπιῤῥήσεσι χρῆται, καθάπερ τινὰ ψῆφον ἰδίαν ἐπιφέρων τοῖς πραττομένοις ἢ λεγομένοις· ἐπὶ μὲν τῆς μοιχείας τοῦ Ἄρεος τοὺς θεοὺς ποιῶν λέγοντας,

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν·

ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Ἕκτορος ὑπερφροσύνης καὶ μεγαλαυχίας,

Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος· νεμέσησε δὲ πότνια Ἥρη·

les Eteoclem, Ixionem, et senem feneratorem deceant. Ergo si adolescentulos moneamus, hæc non poetas ut quæ laudi vertant atque probent, sed ita scribere ut absurda et improba absurdis et improbis, moribus et personis attributa : nunquam ii opinione de poetis concepta decipientur. Quinimo personæ suspicio, et factum et orationem suspectam reddit, ut malam et a malis profectam. Tale est quod Homerus Paridem e prælio profugum, cum Helena concumbere facit. Nam quum neminem alium interdiu cum uxore rem habere commemoret, præter unum intemperantem hunc et adulterum; satis evidenter docet se hoc de eo, opprobrii et reprehensionis causa, referre.

IV. Quo in genere magnopere advertendus est animus, sicubi poeta ipse contra ea quæ dicentur, indicium suæ improbationis edit. Quod in prologo Thaidis suæ Menander fecit,

Talem ergo, talem, Diva, concines mihi,
pulchram, procacem, blandiloquentulam quoque,
petacem, iniquam, quæque amatores foras
extrudat, et amans neminem, simulet tamen.

Optime omnium Homerus hoc est usus genere, male dictis reprehensionem, bene dictis commendationem præmittens. Hæc ita :

Mox ille hæc blanda est astute verba loquutus;

item,

Hunc ille assistens pulchro sermone tenebat.

Illud vero agens, tantum non protestatur ea se non dicere aut probare, quippe inepta et prava. Exempli gratia, narraturus quomodo sacerdotem Agamemno inhumaniter tractaverit, hæc præmisit :

Non hæc Atrides Agamemno dicta probavit;
sed male rejecit,

id est, sæve et superbe, ac præter decorum. Achilli etiam ferocem hanc tribuens orationem,

Ebrie, cui cervi est pectus, vultusque caninus;

suum de ea judicium subjungit,

Rursum Pelides fœdis Agamemnona regem
impetiit dictis, neque adhuc dimiserat iram.

Consentaneum quippe est, nihil per iram et acerbitatem recte dici. Sic et de factis :

Sic fatus, facinus concepit in Hectora dium
immane : extendens hunc pronum ad strata Patrocli, etc.

Præclare etiam in fine dictum quoddam, quasi calculum dictis factisve adjungit. Quale est, quum deos facit de adulterio Martis ac Veneris dicentes :

Successu mala facta carent, celerem quoque tardus assequitur;

et de Hectoris superbia atque jactantia :

Talia jactanti Juno succensuit alma;

ἐπὶ δὲ τῆς Πανδάρου τοξείας,

Ὣς φάτ' Ἀθηναίη, τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθεν.

Αὗται μὲν οὖν αἱ τῶν λόγων ἀποφάσεις καὶ δόξαι παντός εἰσι κατιδεῖν τοῦ προσέχοντος. Ἑτέρας δ' ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παρέχουσι μαθήσεις, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν, Οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι. Παρὰ δὲ Ὁμήρῳ σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας, ἔχον δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων. Οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, παραβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι, μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεος μηνύειν τὸν Ἥλιον, ὅτι τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Ἄρεος μοιχικὰς ἀποτελεῖ γενέσεις· ἡλίου δὲ ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος οὐ λανθάνουσιν. Τὸν δὲ τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία καὶ τὴν περὶ τὸν κεστὸν γοητείαν ἀέρος τινὸς κάθαρσιν εἶναι βούλονται, τῷ πυρώδει πλησιάζοντος· ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ τὰς λύσεις τοῦ ποιητοῦ διδόντος. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς περὶ τῆς Ἀφροδίτης διδάσκει τοὺς προσέχοντας, ὅτι μουσικὴ φαύλη καὶ ᾄσματα πονηρὰ καὶ λόγοι μοχθηρὰς ὑποθέσεις λαμβάνοντες * ἀκόλαστα ποιοῦσιν ἤθη, καὶ βίους ἀνάνδρους, καὶ ἀνθρώπους τρυφὴν καὶ μαλακίαν καὶ γυναικοκρασίαν ἀγαπῶντας,

Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνάς.

Διὸ καὶ τὸν Ὀδυσσέα τῷ κιθαρῳδῷ προστάττοντα πεποίηκεν,

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον,

καλῶς ὑφηγούμενος τὸ παρὰ τῶν φρονίμων καὶ νοῦν ἐχόντων χρῆναι λαμβάνειν τοὺς μουσικοὺς καὶ ποιητικοὺς τὰς ὑποθέσεις. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς Ἥρας ἄριστα τὴν ἀπὸ τῶν φαρμάκων καὶ γοητείας καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν ἔδειξεν οὐ μόνον ἐφήμερον καὶ ἀψίκορον καὶ ἀβέβαιον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλουσαν εἰς ἔχθραν καὶ ὀργὴν, ὅταν τὰ τῆς ἡδονῆς ἀπομαρανθῇ. Τοιαῦτα γὰρ ὁ Ζεὺς ἀπειλεῖ καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν,

Ὄφρα ἴδῃς, ἤν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνὴ,
ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.

Ἡ γὰρ τῶν φαύλων διάθεσις ἔργων καὶ μίμησις, ἂν προσαποδῷ τὴν συμβαίνουσαν αἰσχύνην καὶ βλάβην τοῖς ἐργασαμένοις, ὠφέλησεν, οὐκ ἔβλαψε τὸν ἀκροώμενον. Οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. Ὁ μὲν οὖν Μελάνθιος εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων ἔλεγε, διασώζεσθαι τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὑπὸ τῆς τῶν ῥητόρων διχοστασίας καὶ ταραχῆς· οὐ γὰρ ἀποκλίνειν ἅπαντας εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον, ἀλλὰ γίνεσθαί τινα τοῦ βλάπτοντος ἀνθολκὴν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν πο-

et de Pandari sagittæ jactu :

Hoc animum stulti Pallas sermone fefellit.

Hujusmodi enuntiationes et sententias quivis sane deprehenderit, modo animum animadvertat. Alia vero in ipsis rebus documenta exhibent : quemadmodum Euripides fertur Ixionem ejus ut impium flagitiosumque criminantibus dixisse, *Enimvero non ante eum e scena eduxi, quam rotæ affixissem.* Apud Homerum tacitum id doctrinæ genus exstat, considerationem habens utilem iis in fabulis etiam quæ maxime vituperantur. Quas *allegoriis* (ita enim nunc vocant, quum aliud dicitur, intelligitur aliud : antiqui *hyponœam*, ab occulto qui subesset sensu nominabant) nonnulli alio detorquentes ac pervertentes, indicium de Venere a Marte adulterata Solem detulisse aiunt hoc sensu, quod Veneris sideri sidus Martis congressum, adulterio obnoxias nativitates reddat : sole autem rursus elato et deprehendente non lateant. Ita quod se Juno ornavit, Jovem aggressura, et veneficium cesti, volunt esse aeris quamdam purgationem, ad igneam accedentis naturam. Quasi vero non ipse interpretationem poeta addiderit. Nam in Veneris fabula, eos qui animum advertunt, docet, musicam pravam et improbas cantilenas sermonesque de rebus nefariis mores depravare, ac turpificare, efficereque vitam effeminatam, et homines luxum, mollitiem, consuetudinemque mulierum amantes, ac

Mutatas vestes, lectos, calidæque lavacra.

Idcirco Ulyssem etiam facit citharœdo præcipientem,

Quin transi ad fatalis equi molemque decusque,

pulchre docens, musicos et poetas argumenta a prudentibus et cordatis repetere debere. In Junonis autem fabula optime demonstravit consuetudinem mulierum cum viris gratiamque, quam eæ veneficio et præstigiis ac dolo sibi conciliant, non modo in diem durare, ac fastidiosam esse et instabilem, sed in odium præterea inimicitiamque mutari postquam voluptas evanuerit. Sic enim ei Jupiter in hanc sententiam minatur :

Ut videas, juvet an venus hæc te concubitusque,
quo fraudem mihi clam superis commixta parabas.

Malorum nempe facinorum descriptio evidens, atque effictio, si dedecus et damnum, quod inde ad auctores redit, apposuerit, non incommodum, sed utilitatem affert auditori. Philosophi quidem exempla ad cohortandum et instituendum sumunt ex rebus veris aut cognitis : at poetæ idem hoc agunt, exempla ipsi fingentes, ac fabulas proponentes. Sane Melanthius, sive serio id, sive joco, Atheniensium civitatem conservatam fuisse dixit oratorum dissidiis atque turbis; ita enim non in unum universos parietem inclinasse, sed eorum qui rempublicam tractabant in dissidio quippiam fuisse quod in alteram partem retraheret. Poetarum quoque

λιτευομένων. Αἱ δὲ τῶν ποιητῶν ὑπεναντιώσεις πρὸς αὑτοὺς ἀνταναφέρουσαι τὴν πίστιν οὐκ ἐῶσιν ἰσχυρὰν ῥοπὴν γενέσθαι πρὸς τὸ βλάπτον. Ὅπου μὲν οὖν αὐτοῖς τὸ τιθέναι σύνεγγυς ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας, δεῖ τῷ βελτίονι συνηγορεῖν· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Πόλλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.
Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

Καὶ πάλιν,

Χρυσοῦ σε πλήθει, τούσδε δ' οὐ χαίρειν χρεών;
Σκαιόν γε πλουτεῖν κἄλλο μηδὲν εἰδέναι.

Καὶ,

— — Τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν; κατθανεῖν
ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Τὰ γὰρ τοιαῦτα τὰς λύσεις ἔχει προχείρους, ἐὰν, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὰ βελτίονα [τῇ κρίσει] τοὺς νέους κατευθύνωμεν. Ὅσα δὲ εἴρηται μὲν ἀτόπως, εὐθὺς δὲ οὐ λέλυται, ταῦτα δεῖ τοῖς ἀλλαχόθι πρὸς τοὐναντίον εἰρημένοις ὑπ' αὐτῶν ἀνταναιρεῖν, μὴ ἀχθομένους τῷ ποιητῇ μηδὲ χαλεπαίνοντας, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις. Εὐθὺς, εἰ βούλει, πρὸς τὰς Ὁμηρικὰς τῶν θεῶν ῥίψεις ὑπ' ἀλλήλων, καὶ τρώσεις ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ διαφορὰς καὶ χαλεπότητας,

Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι·

καὶ νοεῖς νὴ Δία καὶ λέγεις κρεῖττον ἀλλαχόθι καὶ βέλτιον τὰ τοιαῦτα,

— Θεοὶ ῥεῖα ζώοντες·

καὶ,

Τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα·

καὶ,

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένοις, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσίν.

Αὗται γάρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς· ἐκεῖνα δὲ πέπλασται πρὸς ἔκπληξιν ἀνθρώπων. Πάλιν Εὐριπίδου λέγοντος,

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
*σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεφυκότες,

οὐ χεῖρόν ἐστιν ὑπενεγκεῖν τὸ,

Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶν θεοὶ,

βέλτιον εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ τοῦ Πινδάρου σφόδρα πικρῶς καὶ παροξυντικῶς εἰρηκότος,

— Χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν·

ἀλλ' αὐτός γε σὺ λέγεις, ὅτι

— Τῷ πὰρ δίκαν
γλυκεῖ πικροτάτα μένει τελευτά.

Καὶ τοῦ Σοφοκλέους,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ᾖ·

καὶ μὴν σοῦ γε ἀκηκόαμεν, ὡς

repugnantiæ inter se ex contrariis partibus fidem extollentes, satis ad nocendum momenti esse non sinunt. Ubi ergo juxta se positis eorum dictis, pugnantia loqui deprehenduntur, meliori parti astipulandum est : ut in his,

A. Multa, mea proles, hominibus nocent dii.
B. Dixti quod est facillimum, incusans deos.

Item,

A. Auri te acervis affici, non hos, decet?
B. Ditem esse nilque scire præterea, ferum est.

Item,

— Quid opus est labores? nam mori
præstat, nec ullus est labor colere deos.

Hæc et horum similia dubii solutionem habent promptam : siquidem, uti dictum est, adolescentes ad meliora judicio dirigimus. Quod si qua absurde dicta sunt, neque statim soluta : ea refutanda sunt iis quæ in contrariam partem ab iisdem alibi dicta sunt : neque poetæ succensendum aut irascendum est, sed iis quæ moribus personisve accommoda, et per jocum dicta sunt. Statim adversus ea, quæ Homerus de diis ab aliis dejectis, et sauciatis ab hominibus, deque illorum inter se discordiis et odiis fabulatur, ita occines,

Rectius hoc aliquid poteras sentire, poeta,

ac sentis profecto melius, et loqueris alibi rectius hæc ipsa videlicet,

Dii felix ævum ducentes;

et,

Hic sese oblectant superi, sine fine beati;

et,

Ærumnas tribuere dii mortalibus ægris,
felices ipsi.

Hæ enim sanæ sunt et veræ de diis opiniones : ista ad animos hominum percellendos conficta. Rursum Euripide dicente,

Multiplice forma nos dii sophismatum,
potentiores quippe sunt, in fraudem agunt,

subjicere expedit, quod rectius idem dixit,

Non sunt dei, si quid dei faciunt male.

Et quum Pindarus acerbe admodum et ad irritandum accommodate dixerit,

— Cuncta moli-
ri decet, dum hostis dometur :

ipsius verbis ei respondebimus, cum dixit,

— Quidquid vetitum placet
miserabilis exitus huic est.

Ac Sophocli dicenti,

Suave est lucrum, profectum etiam a mendacio,

respondebimus : *At vero ex te ipso audivimus,*

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

Πρὸς δὲ ἐκεῖνα τὰ περὶ τοῦ πλούτου,

Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος πρός τε τἄβατα
καὶ πρὸς τὰ βατά· καὶ ὁπόθεν πένης ἀνὴρ
οὐδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν, ὧν ἐρᾷ, τυχεῖν·
καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον
γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν·

ἀντιπαραθήσει πολλὰ τῶν Σοφοκλέους, ὧν καὶ ταῦτά ἐστι,

Γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ·

καὶ,

Οὐδὲν κακίων πτωχὸς, εἰ καλῶς φρονοῖ·

καὶ,

— Ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος
φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

Ὁ δὲ Μένανδρος ἐπῆρε μὲν ἀμέλει τὴν φιληδονίαν καὶ ὑπεχαύνωσε τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ διαπύροις ἐκείνοις,

Ἅπανθ', ὅσα ζῇ καὶ τὸν ἥλιον βλέπει
τὸν κοινὸν ἡμῖν, δοῦλα ταῦτ' ἔσθ' ἡδονῆς.

Πάλιν δ' ἐπέστρεψε καὶ περιέσπασε πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς, καὶ τὴν θρασύτητα τῆς ἀκολασίας ἐξέκοψεν, εἰπὼν,

Ὄνειδος αἰσχρὸς βίος ὅμως, κἂν ἡδὺς ᾖ.

Ταῦτα γὰρ ἐκείνοις μέν ἐστιν ὑπεναντία, βελτίω δὲ ὅμως καὶ χρησιμώτερα. Δυοῖν οὖν θάτερον ἡ τοιαύτη τῶν ἐναντίων ποιήσει παράθεσις καὶ κατανόησις, ἢ παράξει πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ καὶ τοῦ χείρονος ἀποστήσει τὴν πίστιν. Ἂν δὲ αὐτοὶ μὲν μὴ διδῶσι τῶν ἀτόπως εἰρημένων λύσεις, οὐ χεῖρόν ἐστιν ἑτέρων ἐνδόξων ἀποφάσεις ἀντιτάττοντας, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ῥέπειν πρὸς τὸ βέλτιον. Οἷον, τοῦ Ἀλέξιδος κινοῦντος ἐνίους, ὅταν λέγῃ,

Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα·
τρεῖς δ' εἰσὶν αἵ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι
τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ,
τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν·
τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν,

ὑπομνηστέον, ὅτι Σωκράτης τοὐναντίον ἔλεγε, Τοὺς μὲν φαύλους ζῆν τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν, τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν τοῦ ζῆν. Πρὸς δὲ τὸν γράψαντα, Ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία, τρόπον τινὰ συνεξομοιοῦσθαι κελεύοντα τοῖς πονηροῖς, τὸ τοῦ Διογένους παραβαλεῖν ἔστιν· ἐρωτηθεὶς γὰρ, ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρὸν, Αὐτὸς, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. Δεῖ δὲ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι· πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας·

— Ὡς τρισόλβιοι

Mendaciorum nullus adhuc fructus fuit.

Et ad illa quæ de opibus protulit,

Ad invia adque pervia obrepunt opes.
Voti sui pauper, neque compos maxime
quum fit, potitur; namque turpe quamlibet
fœdumque corpus, quodque nomines male,
pulchrum et politum reddit eloquii decus.

his multa opponet lector Sophoclea : de quibus et hæc sunt :

Honoris, etiam pauper, ascendat gradum;

et,

Deterior haud est, rite si pauper sapit;

atque,

Nam multorum bonorum quæ gratia,
si male cogitans cura vitæ amabiles
divitias alit?

Menander quidem voluptatis studium amatoriis et fervidis istis inflavit,

Quæcumque vivunt atque nobiscum jubar
solis vident, voluptati omnia serviunt.

At idem nos rursus reflexit, et ad honestatem retraxit, luxuriæque ferocitatem atque audaciam repressit, ita fatus,

Probrosa, vita turpis, ut jucunda sit.

Hæc prioribus adversantur, meliora sunt autem et utiliora. Ergo alterum horum necesse est, ista contrariorum dictorum juxta se collocatio et consideratio efficiat : aut enim ad meliorem partem traducet, aut fidem quoque deteriori abrogabit. Sin autem Poetæ ipsi, eorum quæ absurde dicta sunt, refutationem non præbeant; nihil obstat quin aliorum probatorum auctorum contrariis dictis velut in trutina cum his comparatis et appensis, in id quod rectius est inclinemus. Veluti quum Alexis aliquos movet his verbis,

Sapientis est voluptates sectarier.
Tres inter has potentia sunt præditæ,
apprima quæ sit utilis mortalibus:
edere, bibere, Venerisque muneribus frui:
accessionis omnia reliqua sunt loco,

memoria repetendum est Socratem contra dixisse, *Malos, ut edant et bibant, vivere : bonos, ut vivant, edere et bibere.* Adversus eum qui scripsit, *Contra improbum malitia non inutile armorum genus :* quum is jubeat nos quodammodo assimilari malis, Diogenis illud objiciendum est, qui interrogatus qua quis ratione ulcisci inimicum posset, respondit, *Si ipse quam optimus fiat.* Eodem Diogene etiam contra Sophoclem utendum, qui multa hominum millia animi ægritudine afflixit, de mysteriis hæc scribens :

— Ter beati et amplius,

κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνον ἐκεῖ
ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Διογένης δὲ ἀκούσας τι τοιοῦτον, Τί λέγεις; ἔφη, κρείττονα μοῖραν ἕξει Παταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανὼν, ἢ Ἐπαμεινώνδας, ὅτι μεμύηται; * Τιμοθέῳ μὲν γὰρ ᾄδοντι τὴν Ἄρτεμιν ἐν τῷ θεάτρῳ, Μαινάδα, θυάδα, φοιβάδα, λυσσάδα, Κινησίας εὐθὺς ἀντεφώνησε, Τοιαύτη σοι θυγάτηρ γένοιτο. Χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν,
οὔθ' ἕρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται,

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν;

5. Δεῖ δὴ μηδὲ τὰς ἐκ τῶν παρακειμένων ἢ συμφραζομένων παραλιπεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς κανθαρίδος οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται, καὶ ἀναλύειν τὴν δύναμιν· οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα παρακείμενον ἀμβλυτέραν ποιῇ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγὴν, ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ προςδιασαφεῖν, ὡς ἐπὶ τούτων ἔνιοι ποιοῦσι,

Τοῦτο νύ που γέρας ἐστὶν ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν,

καὶ,

Ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένοις.

Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἐπικεκλῶσθαι λυπηρὸν βίον, ἀλλὰ τοῖς ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις, οὓς δειλαίους καὶ οἰκτροὺς διὰ μοχθηρίαν ὄντας εἴωθε δειλοὺς καὶ ὀϊζυροὺς προσαγορεύειν.

6. Ἄλλος τοίνυν τρόπος ἐστὶ τὰς ἐν τοῖς ποιήμασιν ὑποψίας πρὸς τὸ βέλτιον ἐκ τοῦ χείρονος μεθιστὰς, ὁ διὰ τῶν ὀνομάτων τῆς συνηθείας, περὶ ὃν χρὴ τὸν νέον γεγυμνάσθαι μᾶλλον ἢ περὶ τὰς λεγομένας γλώττας. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ φιλόλογον καὶ οὐκ ἀηδὲς, ὅτι Ῥιγεδανὴ κακοθάνατός ἐστιν, εἰδέναι· Δάνον γὰρ Μακεδόνες τὸν θάνατον καλοῦσι· Καμμονίην δὲ νίκην Αἰολεῖς, τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας· Δρύοπες δὲ Πόπους τοὺς δαίμονας. Τουτὶ δὲ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον, εἰ μέλλοιμεν ἐκ τῶν ποιημάτων ὠφεληθήσεσθαι καὶ μὴ βλαβήσεσθαι, τὸ γινώσκειν, πῶς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ χρῶνται, καὶ πάλιν τοῖς τῶν κακῶν καὶ ἀγαθῶν· καὶ τί τὴν Τύχην καὶ τὴν Μοῖραν νοοῦντες ὀνομάζουσι· καὶ πότερον ταῦτα τῶν ἁπλῶς ἢ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστὶ παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἄλλα πολλά. Καὶ γὰρ Οἶκον ποτὲ μὲν τὴν οἰκίαν καλοῦσιν,

Οἶκον ἐς ὑψόροφον·

ποτὲ δὲ τὴν οὐσίαν,

Ἐσθίεταί μοι οἶκος·

καὶ τὸν Βίοτον ποτὲ μὲν τὸ ζῆν,

homines, quibus videre sacra hæc contigit,
priusquam ad Orcum venerint: solis ubi
hic vivere datur, cæteris mala omnia.

At vero Diogenes quum tale aliquid inaudivisset, *Quid ais?* inquit, *numnam melior conditio erit Patæcionis furis, eo quod sacris est initiatus, quam Epaminondæ?* Timotheo sane in theatro Dianam canenti, *Insanam*, *furiosam*, *Phœbi stimulis concitam*, *rabiosam*: Cinesias statim occinuit, *Talis tibi contingat filia.* Elegans et illud Bionis ad Theognidem; quum enim Theognis diceret:

Pauperies quemcumque domat, nil dixerit apte,
aut faxit, vox huic, linguaque vincta silet;

Bion contra: *Quomodo*, ait, *ergo tu, pauper quum sis, tam multa nugando et garriendo nos obtundis?*

V. Neque vero eæ quæ ad corrigendum dictum præbentur ex adjectis et una pronuntiatis sententiis, occasiones sunt prætermittendæ: sed quemadmodum medici pedes et alas cantharidis, quum quidem ipsa sit mortifera, prodesse et veneni ejus dissolvendi vim habere putant: sic in poematis quoque si quod est nomen aut verbum appositum, quod efficiat quo minus ad deteriorem sententiam abducamur, arripiendum id est, adque explicationem adhibendum. Sicut quidam in his Homericis versibus faciunt,

Scilicet hæc sors est miseris mortalibus una,
ut lacrimis malasque rigent, ponantque capillos;

et,

Decrevere dii miseris mortalibus ævum
flebile.

Non enim simpliciter omnibus hominibus miseram vitam a diis fatali necessitate destinatam dicit, sed stultis ac imprudentibus: quos, pravitatis suæ causa miserabiles quum sint, miseros solet appellare et ærumnosos.

VI. Alius porro modus est, quo, quæ in poematis suspecta sunt, in meliorem partem vertuntur, qui ex usu vocabulorum pendet: in quo magis decet exerceri adolescentem, quam in iis quæ glossæ dicuntur. Nam neque inelegans quidem est, et eruditum, scire verbo ῥιγεδανὴ, *malam mortem afferens* significari: quia Macedones δάνος *mortem* nominant. Sic Æoles victoriam καμμονίην, *permanendo* nimirum et *tolerando* partam. Et πόπους Dryopes, quos alii Dæmonas. At illud necessarium juxta atque utile, si non damnum volumus sed utilitatem ex poematis percipere, ut cognitum habeamus quomodo deorum nominibus poetæ utantur, itemque bonorum et malorum: et quid fortunæ aut fati vocabulo intelligi velint: utrum scilicet hæc apud eos uno tantum modo, an vero pluribus sumantur: cujus generis sunt multa alia. Nam οἶκος aliquando significat *domum*, ut Οἶκον ἐς ὑψόροφον, — aliquando *rem familiarem*, Ἐσθίεταί μοι οἶκος. Et βίοτος alias *vitam*,

— Ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας·

ποτὲ δὲ τὰ χρήματα,

— Βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσι.

Καὶ τῷ Ἀλύειν ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι κέχρηται·

Ὣς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς·

ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν καὶ χαίρειν,

Ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

καὶ τῷ Θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός·

ἢ τὸ καθέζεσθαι καὶ θαάσσειν, ὡς Σοφοκλῆς,

Τίνας πόθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε
ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;

Χάριεν δὲ καὶ τὸ τὴν χρείαν τὴν τῶν ὀνομάτων συνοικειοῦν τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν, ὡς οἱ γραμματικοὶ διδάσκουσιν, ἄλλην πρὸς ἄλλα δύναμιν λαμβανόντων· οἷόν ἐστι,

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι·

τῷ μὲν γὰρ Αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν· αὐτῷ δὲ τῷ Ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν *, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. Οὕτω δὲ καὶ τὴν Ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοί φασιν, ὡς παραιτητὴν, εἰρῆσθαι. Ταύτην δὴ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν διάκρισιν τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς μείζοσι καὶ σπουδαιοτέροις παραφυλάττοντες, ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχώμεθα διδάσκειν τοὺς νέους, ὅτι χρῶνται τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ, ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς, ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως προσαγορεύοντες. Οἷον εὐθὺς ὁ Ἀρχίλοχος, ὅταν μὲν εὐχόμενος λέγῃ,

Κλῦθι, ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ
ἵλαος γενοῦ, χαρίζευ δ', οἷά περ χαρίζεαι,

αὐτὸν τὸν θεὸν ἐπικαλούμενος δῆλός ἐστιν· ὅταν δὲ τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάττῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγῃ [θρηνῶν], μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν,

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλη
ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη,

τὸ πῦρ οὕτως, οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσε. Πάλιν δὲ ὁ μὲν Εὐριπίδης εἰπὼν ἐν ὅρκῳ,

Μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν' Ἄρη τε φοίνιον,

αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ὠνόμακε. Τοῦ δὲ Σοφοκλέους λέγοντος,

Τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν ἄρης
συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά,

— Ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας·

alias, *facultates*,

— Βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσιν.

Et ἀλύειν est ubi pro *morderi* et *animo æstuare* sumitur:

Ὣς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς·

alio loco pro *gestire* et *lætitia exsultare:* ut hic,

Ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

Et θοάζειν, vel *moveri* significat: ut apud Euripidem,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός·

vel *sedere*, id est θαάσσειν: ut quum Sophocles scribit,

Τίνας πόθ' ἕδρας τάσδε μοί θοάζετε,

etc.

Scitum etiam et lepidum est, usum vocabulorum rebus subjectis aptare, quemadmodum Grammatici docent, alibi aliud significantium. Quale est,

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι·

αἰνεῖν enim ἐπαινεῖν significat, id est *laudare: laudare* autem pro *recusare* ponitur hoc loco: sicut usitatum nobis est dicere, *Bene habet*, et *Valeat*, quum aliquid nolumus et non accipimus. Atque sic quidam aiunt Proserpinam vocari Ἐπαινὴν, quasi formidabilem. Hanc ergo vocum distinctionem majoribus in rebus et magis seriis observantes, a diis incipiamus docere adolescentulos, deorum nominibus poetas uti aliquando quum de ipsis iis intelligi volunt; aliquando commune vocabulum facultatibus iis tribuentes quæ ab iis proficiscuntur. In promptu est Archilochi exemplum, quo satis liquet ipsum deum invocari his versibus:

Rex mulciber, largire quam soles opem;
dexter volensque, supplici auxilio veni.

Quum autem sororis maritum qui in mari perierat, neque legitimam sepulturam consequutus erat, deplorans, æquiore ait animo se eam calamitatem laturum fuisse,

Si caput illius pulchraque membra simul,
vulcanus puris tunicis velata cremasset:

de *igne*, non de *deo* hæc loquitur. Rursum Euripides his verbis in jurejurando utens,

Non, per cruenta sidera et Martem et Jovem!

ipsos deos nominavit. Sophocle autem dicente,

Mars cæcus est, o feminæ, nihil videt,
confundit omne, ut trux aper, mali genus,

τὸν πόλεμόν ἐστιν ὑπακοῦσαι· καθάπερ αὖ τὸν χαλκὸν, Ὁμήρου λέγοντος,

Τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐΰῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον
ἐσκέδασ' ὀξὺς ἄρης.

Πολλῶν οὖν οὕτω λεγομένων, εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν, ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι ποτὲ μὲν τὸν θεὸν, ποτὲ δὲ τὴν τύχην, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσιν· ὅταν μὲν γὰρ λέγωσι,

Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων,

καὶ,

Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναί φησι σοῦ σοφώτερος;

τὸν θεὸν αὐτὸν λέγουσιν· ὅταν δὲ ταῖς αἰτίαις τῶν γινομένων πάντων ἐπονομάζωσι τὸν Δία, καὶ λέγωσι,

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψε·
— — Διὸς δὲ ἐτελείετο βουλὴ,

τὴν εἱμαρμένην. Οὐ γὰρ τὸν θεὸν ὁ ποιητὴς οἴεται κακὰ μηχανᾶσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀνάγκην ὀρθῶς ὑποδείκνυσιν, ὅτι καὶ πόλεσι καὶ στρατοπέδοις καὶ ἡγεμόσιν, ἂν μὲν σωφρονῶσιν, εὖ πράττειν πέπρωται καὶ κρατεῖν τῶν πολεμίων, ἂν δὲ εἰς πάθη καὶ ἁμαρτίας ἐμπεσόντες, ὥσπερ οὗτοι, διαφέρωνται πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιάζωσιν, ἀσχημονεῖν καὶ ἐκταράττεσθαι καὶ κακῶς ἀπαλλάττειν.

Εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

Καὶ μὴν ὁ Ἡσίοδος τὸν Προμηθέα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελευόμενον,

— Μή ποτε δῶρον
δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν,

ἐπὶ τῇ τῆς τύχης δυνάμει τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται· τὰ γὰρ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν Διὸς δῶρα κέκληκε, πλούτους καὶ γάμους καὶ ἀρχὰς, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτὸς, ὧν ἡ κτῆσις ἀνόνητός ἐστι τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις. Διὸ καὶ τὸν Ἐπιμηθέα φαῦλον ὄντα καὶ ἀνόητον, οἴεται δεῖν φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὰς εὐτυχίας, ὡς βλαβησόμενον καὶ διαφθαρησόμενον ὑπ' αὐτῶν. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ,

Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων,

θεόσδοτον νῦν τὸ τυχηρὸν εἴρηκεν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν τοῖς διὰ τὴν τύχην πενομένοις, ἀλλὰ τὴν μετ' ἀργίας καὶ ῥᾳθυμίας * καὶ μαλακίας καὶ πολυτελείας ἀπορίαν, αἰσχρὰν καὶ ἐπονείδιστον οὖσαν. Οὔπω γὰρ αὐτὸ τοὔνομα τῆς Τύχης λέγοντες, εἰδότες δὲ τὴν τῆς ἀτάκτως καὶ ἀορίστως περιφερομένης αἰτίας δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ ἀφύλακτον οὖσαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν ἐξέφραζον; ὥσπερ ἡμεῖς καὶ πράγματα, καὶ ἤθη, καὶ νὴ Δία λόγους καὶ ἄνδρας εἰώθαμεν δαιμονίους καὶ θείους προσαγορεύειν. Τούτῳ δὴ τὰ πολλὰ τῶν ἀτόπως περὶ τοῦ Διὸς λέγεσθαι δοκούντων ἐπανορθωτέον· ὧν ἐστι καὶ ταῦτα,

intelligendum est nomine *Martis* bellum; eodemque *æs* in illis Homeri:

Quorum atrum, pulcher, juxta te, Xanthe, cruorem
Mars effudit acutus.

Quum vero talia multa dicantur, sciendum est, memoriaque tenendum, ipso etiam Jovis nomine aliquando ipsum Deum, nonnunquam *fortunam*, sæpe etiam *fatum* nuncupari. Quum enim dicunt,

Juppiter, e celsa genitor qui consulis Ida;

et,

Quis sapere plus te speret, o rex Juppiter?

ipsum Deum vocant. Quum vero in causis eventorum Jovem nominant, et dicunt,

Et multas fortes animas detrusit ad orcum,
sic peragebantur magni decreta tonantis,

fatum intelligunt. Non enim putat deum poeta hominibus mala struere: sed rerum necessitudinem recte indicat, quod scilicet fato prosperitas et de hostibus victoria destinata sit civitatibus, exercitibus et ducibus, si modestiam servent: sin vero in motus animi perturbatos et peccata impulsi (sicut isti) inter se dissideant et tumultuentur, his itidem fatum esse ut perturbentur, in probra corruant, misere denique intereant:

Fatale quippe est, et malas, mortalium,
fructum, malis redire consiliis, vices.

Hesodius vero ubi Prometheum inducit fratri Epimetheo suadentem,

— ne Jovis ulla
accipiat, sed enim votis ea dona repellat;

Jovis nomen de potentia fortunæ usurpavit. Bonis enim fortunæ tribuit appellationem donorum Jovis, opibus, conjugiis, imperiis, et omnibus in universum externis bonis, quorum possessio inutilis est, recte uti iis nescienti. Itaque etiam Epimetheum, hominem vitiosum et fatuum, cavere sibi jubet et metuere a rebus secundis damno nimirum ei et exitio futuris. Iterum ubi ait:

Pauperiem, pestemque animi, vitæque laborem,
cœlicolum est munus, cuiquam exprobrare caveto;

divinitus datum vocat id quod fortuna obtigit: significans, non esse eos culpandos qui fortunæ injuria pauperes sint: inopiam cum ignavia, socordia, mollitie et luxu conjunctam, eam vero turpem ac probrosam esse. Quum enim *fortunæ* nomen nondum usurparetur, scirent autem illi vim ejus causæ, quæ nullo ordine nullisque finibus contenta vagatur, validam esse, humanoque consilio evitari non posse, deorum nominibus eam appellarunt. Quomodo nos etiam res, mores, adeoque orationes, hominesque solemus divinos appellare. Hac ratione corrigi debent multa ista quæ absurde dicta de Jove videntur: ut hoc,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν ;

καὶ,

Ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν,
ἀλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι·

καὶ,

— Τότε γάρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ
Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,

ὡς περὶ τῆς Τύχης ἢ τῆς Εἱμαρμένης λεγομένων, ἐν αἷς τὸ ἀσυλλόγιστον ἡμῖν τῆς αἰτίας, καὶ ὅλως οὐ καθ' ἡμᾶς. Ὅπου δὲ τὸ προσῆκον καὶ κατὰ λόγον καὶ εἰκός ἐστιν, ἐνταῦθα κυρίως ὀνομάζεσθαι τὸν Θεὸν νομίζωμεν· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Αὐτὰρ τῶν ἄλλων ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν,
Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο·
Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσα, [ἂν ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο·]

καὶ,

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

Σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι προσέχειν, κατὰ πολλὰ πράγματα κινουμένοις καὶ μεθισταμένοις ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς Ἀρετῆς. Ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνον ἔμφρονας παρέχεται καὶ δικαίους καὶ ἀγαθοὺς ἐν πράξεσι, καὶ λόγοις, ἀλλὰ καὶ δόξας ἐπιεικῶς καὶ δυνάμεις περιποιεῖ, παρὰ τοῦτο ποιοῦνται καὶ τὴν εὐδοξίαν ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες, ὥσπερ Ἐλαίαν τὸν ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ Φηγὸν τὸν ἀπὸ τῆς φηγοῦ καρπὸν ὁμωνύμως τοῖς φέρουσιν. Οὐκοῦν ὁ νέος ἡμῖν, ὅταν μὲν λέγωσι,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,

καὶ,

Τῆμος σφῇ ἀρετῇ Δαναοὶ ῥήξαντο φάλαγγα,

καὶ,

Εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλὸν,
εἰς ἀρετὴν καταδυσαμένους βίον,

εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν. Ὅταν δὲ ἀναγινώσκῃ πάλιν τό τε,

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,

καὶ τὸ,

— Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

μὴ καθήσθω τοὺς πλουσίους ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπώς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίου τὴν ἀρετὴν ἔχοντας, μηδ' ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτοῦ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν νομίζων· ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἢ δυνάμεως ἢ εὐτυχίας ἤ τινος ὁμοίου τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι τὸν ποιητὴν ἡγείσθω. Καὶ γὰρ τῇ κακότητι ποτὲ μὲν ἰδίως σημαίνουσι κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς, ὡς Ἡσίοδος,

Dolia namque Jovis duo sunt sita limine in ipso,
hoc adversa, illud sed prospera fata replerunt;

item,

Hæc illis jurata, sed hæc rata noluit esse
Juppiter, ambobus monstrans, se dira parare;

item,

Hinc Danais Teucrisque, ita digerit omnia, magnus
Juppiter, exitii, se prima erupit origo :

hæc, inquam, de *fortuna* et *fato* interpretabimur : quas causas neque ratiocinando possumus assequi, neque omnino in nostra sunt potestate. Ubi vero consentaneum, decorum et probabile est, ibi proprie poni nomen dei judicabimus : ut,

Priamides cuneos aliorum victor obibat,
Ajacem tantum vitans Telamone creatum.
Nam pugnare vetat meliori Juppiter ipsum;

et,

Mortalium res has curat Juppiter;
minuta divis missa cæteris facit.

Magnopere etiam alia sunt animadvertenda vocabula, multas ad res accommodata, et varie usurpata a poetis. Quo ex genere est Virtutis nomen. Quia enim non prudentes modo, justosque et bonos, virtus præstat in verbis et factis, sed existimationem etiam fere et potentiam conciliat : idcirco nullo discrimine utuntur gloriam et potentiam virtutis nomine appellantes : quomodo oleæ fructum *oleam*, et nucis *nucem*, communicato nomine dicimus. Noster proinde adolescentulus, ubi apud poetas legerit,

Sudorem posuere Dii virtutis ad arcem;

et,

Ruperunt Danai jam tum virtute phalangem;

item,

Nos si fata jubent nunc morti occumbere, mors est
pulchra quidem sanctæ virtuti immergere vitam;

hæc legens, statim cogitet dici hæc de præstantissimo et divinissimo habitu nostro, quo rectam rationem, et naturæ ratione præditæ perfectionem, animique constantem et convenientem affectionem intelligimus. Rursum hæc legens,

Juppiter ipse virûm virtutem exhaurit, et auget;

et,

— Divitias virtus et fama sequuntur :

non desideat divites cum stupore admirans atque suspiciens, quasi vero ii pecunia emere virtutem possint, aut suæ prudentiæ incrementum decrementumve in fortunæ sit potestate. Verum hoc judicet, virtutis voce pro gloria, potentia, felicitate, aut simili aliqua re, poetam usum fuisse. Nam κακότητος etiam verbo aliquando malitiam et pravitatem animi designant : ut Hesiodus,

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι·

ποτὲ δὲ ἄλλην τινὰ κάκωσιν ἢ δυστυχίαν, ὡς Ὅμηρος,

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Ἐπεὶ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐξαπατηθείη τις ἂν οὕτω τοὺς ποιητὰς οἰόμενος λέγειν, ὡς οἱ φιλόσοφοι λέγουσι τὴν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἕξιν, ἢ κτῆσιν ἢ καὶ τελειότητα* βίου κατὰ φύσιν εὐροοῦντος, ἀλλ' οὐχὶ καταχρωμένους πολλάκις, τὸν πλούσιον εὐδαίμονα καλεῖν ἢ μακάριον, καὶ τὴν δύναμιν ἢ τὴν δόξαν εὐδαιμονίαν. Ὅμηρος μὲν γὰρ ὀρθῶς κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν,

Ὣς οὔτοι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.

Καὶ Μένανδρος,

Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν, καὶ πλούσιος
καλοῦμ' ὑπὸ πάντων, μακάριος δ' ὑπ' οὐδενός.

Εὐριπίδης δὲ πολλὴν ἀπεργάζεται ταραχὴν καὶ σύγχυσιν, ὅταν λέγῃ,

Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος·

καὶ,

Τί τὴν τυραννίδ' ἀδικίαν εὐδαίμονα
τιμᾷς;

ἂν μή τις, ὥσπερ εἴρηται, ταῖς μεταφοραῖς καὶ καταχρήσεσι τῶν ὀνομάτων ἕπηται. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς περὶ τούτων.

7. Ἐκεῖνο δ' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις ὑπομνηστέον ἐστὶ τοὺς νέους ἐνδεικνύμενον αὐτοῖς, ὅτι μιμητικὴν ἡ ποίησις ὑπόθεσιν ἔχουσα, κόσμῳ μὲν καὶ λαμπρότητι χρῆται περὶ τὰς ὑποκειμένας πράξεις καὶ τὰ ἤθη, τὴν δὲ ὁμοιότητα τοῦ ἀληθοῦς οὐ προλείπει, τῆς μιμήσεως ἐν τῷ πιθανῷ τὸ ἀγωγὸν ἐχούσης. Διὸ καὶ κακίας καὶ ἀρετῆς σημεῖα μεμιγμένα ταῖς πράξεσιν ἡ μὴ παντάπασι τῆς ἀληθείας ὀλιγωροῦσα μίμησις συνεκφέρει, ὥσπερ ἡ Ὁμήρου πολλὰ πάνυ τοῖς Στωϊκοῖς χαίρειν φράζουσα, μήτε τι φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι, μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ πάντως μὲν ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶναι τὸν ἀμαθῆ, περὶ πάντα δ' αὖ κατορθοῦν τον ἀστεῖον. Ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς ἀκούομεν. Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ βίῳ τῶν πολλῶν κατ' Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις.

Ἄνευ δὲ τοῦ ἀληθοῦς μάλιστα μὲν ἡ ποιητικὴ τῷ ποικίλῳ χρῆται καὶ πολυτρόπῳ. Τὸ γὰρ ἐμπαθὲς καὶ παράλογον καὶ ἀπροσδόκητον, ᾧ πλείστη μὲν ἔκπληξις ἕπεται, πλείστη δὲ χάρις, αἱ μεταβολαὶ παρέχουσι τοῖς μύθοις· τὸ δ' ἁπλοῦν ἀπαθὲς καὶ ἄμυθον. Ὅθεν οὔτε νικῶντας ἀεὶ πάντα ποιοῦσι τοὺς αὐτοὺς, οὔτ' εὐημεροῦντας, οὔτε κατορθοῦντας. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀνθρωπίνας ἐμπέσωσι πράξεις, ἀπαθέσι χρῶνται καὶ ἀναμαρτήτοις, ἵνα μηδαμοῦ τό τε ταράττον καὶ τὸ ἐκπλῆττον ἀργῇ τῆς ποιήσεως ἀκίνδυνον καὶ ἀνανταγώνιστον γινόμενον.

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι·

aliquando calamitatem et miseriam, ut apud Homerum,

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Quomodo is quoque falleretur qui felicitatem eo modo apud poetas accipi putaret, quo philosophis significat perfectum bonorum omnium habitum, seu possessionem et perfectionem vitæ secundum naturam prospero cursu euntis : non sentiens abuti eos sæpe nomine, et qui dives sit, *felicem* ab iis appellari, aut beatum, potentiamque et famam bonam *felicitatis* vocabulo insigniri. Nam Homerus quidem recte utitur appellationibus,

Non me equidem tantis opibus juvat ire potentem.

Et Menander :

Opibus abundo, dives omnibus vocor,
nulli beatus. —

Euripides multum confusionis et turbarum infert, hæc scribens :

Vitam beatam nolo, quæ molesta sit;

et,

Quid, nate, regnum, quæ beata injuria est,
laudas?

nisi, ut dixi, translationem et abusum vocum spectes.

Ac de iis quidem satis.

VII. Hoc non semel, sed sæpenumero monendi sunt adolescentes, poesin, quum argumentum ei sit ad imitandum propositum, adhibere quidem eum ornatum et splendorem rebus moribusque, quæ pro argumento sumpsit, illustrandis : interim tamen veritatis similitudinem non dimittere, quippe imitationis illecebra in verisimili posita est. Itaque imitatio quæ non plane veritatem negligit, actionibus virtutum et vitiorum permixta indicia simul profert, qualis est Homeri poesis, quæ longum vale dixit Stoicis, *neque virtuti vitium, neque vitio virtutem unquam adesse*, consentibus; *sed omnino usquequaque insipientem peccare, sapientem recte agere*. Hæc sane in scholis audiuntur. At in rebus ipsis vitaque communi, sicut Euripides sensit,

Mixtura quædam est, sine malo nullum est bonum.

Præterquam vero quod poesis utitur veritate, maxime varietate utitur multiplicique vicissitudine. Nam et affectus, et inopinata inexspectataque, quæ et ad animos percellendos magnam habent vim et ad gratiam ac jucunditatem, fabulis mutationes conciliant : quod simplex est, id a fabula est et a motibus alienum. Itaque neque vincentes semper eosdem, neque perpetuo rebus secundis utentes faciunt, neque rem recte gerentes. Adde, quod ne deos quidem, quum ii in humana incidunt negotia, affectuum vacuos et errorum sinunt esse, ut ne alicubi quod in poesi perturbat ac percellit animos, periculo et adversario de rebus sublato, otiosum sit et vacuum.

8. Οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων, ἐπάγωμεν τοῖς ποιήμασι τὸν νέον μὴ τοιαύτας ἔχοντα τὰς δόξας περὶ τῶν καλῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων ὀνομάτων, ὡς ἄρα σοφοὶ καὶ δίκαιοι ἄνδρες ἦσαν, ἄκροι τε βασιλεῖς καὶ κανόνες ἀρετῆς ἁπάσης καὶ ὀρθότητος. Ἐπεὶ βλαβήσεται μεγάλα δοκιμάζων πάντα καὶ τεθηπὼς, μηδὲν δυσχεραίνων, μηδὲ ἀκούων, μηδὲ ἀποδεχόμενος τοῦ ψέγοντος αὐτοὺς τοιαῦτα πράττοντας καὶ λέγοντας,

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
μήτε τις οὖν Τρώων θάνατον φύγοι, ὅσσοι ἔασι,
μήτε τις Ἀργείων· νῶϊν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον,
ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν.

Καὶ,

Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς
Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
ἀμφ' ἐμοί.

Καὶ,

Παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα·
τῇ πιθόμην, καὶ ἔρεξα.

Καὶ,

Ζεῦ πάτερ, οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος.

* Μηδὲν οὖν ἐπαινεῖν ἐθιζέσθω τοιοῦτον ὁ νέος, μηδὲ προφάσεις λέγων, μηδὲ παραγωγάς τινας εὐπρεπεῖς ἐπὶ πράγμασι φαύλοις μηχανώμενος, πιθανὸς ἔστω καὶ πανοῦργος. Ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον οἰέσθω, μίμησιν εἶναι τὴν ποίησιν ἠθῶν καὶ βίων, καὶ ἀνθρώπων οὐ τελείων οὐδὲ καθαρῶν, οὐδ' ἀνεπιλήπτων παντάπασιν, ἀλλὰ μεμιγμένων πάθεσι καὶ δόξαις ψευδέσι καὶ ἀγνοίαις, διὰ δ' εὐφυΐαν αὐτοὺς πολλάκις μετατιθέντων πρὸς τὸ κρεῖττον. Ἡ γὰρ τοιαύτη παρασκευὴ τοῦ νέου καὶ διάνοια, τοῖς μὲν εὖ λεγομένοις καὶ πραττομένοις ἐπαιρομένου καὶ συνενθουσιῶντος, τὰ δὲ φαῦλα μὴ προσιεμένου καὶ δυσχεραίνοντος, ἀβλαβῆ παρέξει τὴν ἀκρόασιν. Ὁ δὲ πάντα θαυμάζων καὶ πᾶσιν ἐξοικειούμενος, καὶ καταδεδουλωμένος τῇ δόξῃ τὴν κρίσιν ὑπὸ τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομάτων, ὥσπερ οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα, λήσεται πρὸς πολλὰ τῶν φαύλων εὐχερὴς γενόμενος. Δεῖ δὲ μὴ δειλῶς, μηδὲ ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν, ἀλλὰ θαρσαλέως ἐθιζόμενον ἐπιφωνεῖν, μηδὲν ἧττον τοῦ Ὀρθῶς καὶ Πρεπόντως, τὸ Οὐκ ὀρθῶς καὶ Οὐ προσηκόντως. Οἷον, ὁ Ἀχιλλεὺς ἐκκλησίαν συνάγει τῶν στρατιωτῶν νοσούντων, ἀσχάλλων μὲν ἀργοῦντι τῷ πολέμῳ, καὶ μάλιστα [πάντων] διὰ τὴν ἐν ταῖς στρατείαις ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ δόξαν· ἰατρικὸς δὲ ὢν, καὶ μετὰ ἡμέραν ἐνάτην, ᾗ ταῦτα κρίνεσθαι πέφυκεν, αἰσθόμενος οὐκ οὖσαν συνήθη τὴν νόσον, οὐδὲ συνεστῶσαν ἀπὸ κοινῶν αἰτιῶν, ἀναστὰς οὐ δημαγωγεῖ πρὸς τὸν ὄχλον, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ γίνεται σύμβουλος,

Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω,
ἂψ ἀπονοστήσειν,

VIII. His ad hunc modum habentibus, adducemus ad poemata adolescentem, non illam secum opinionem de claris illis et magnis nominibus afferentem, quasi sapientes illi et justi fuerint homines, præstantissimique reges, et omnis virtutis atque rectitudinis normæ. Damnum enim caperet, omnia illa magna putans, et cum stupore admirans, at non improbans, neque audiens, neque admittens, qui eos reprehendat, quum talia dicunt aut faciunt quale hoc :

Sic pater ipse deûm facito, tuque inclyta Pallas,
sic Phœbe, ut ne quis Troum Danaumve supersit,
at liceat nobis letum effugisse duobus,
et solis Troiæ sacros evertere muros.

Item,

Vox mihi Cassandræ est audita, miserrima vocum,
impia quam nostro suspectam nomine conjux
occidit.

Et,

Ut lectum sociem cum pellice, quo senis illa
sic odium indueret : facio persuasus.

Item,

Juppiter ! estne deûm te perniciosior alter?

Condocefaciamus vero adolescentem, ut nihil tale laudet, neque versutus esse velit, et probabiles sectari prætextus, aut rebus malis speciosas præscriptiones excogitare. Id potius judicet, poesin esse imitationem morum et vitarum hominum non perfectorum aut sincerorum, aut ab omni reprehensione immunium : sed qui sint ad perturbationes, opiniones, mendacia ignorationemque implicati : quæ tamen ii ob naturæ bonitatem sæpenumero corrigant. Hoc enim modo instructus adolescentis animus, nullum ex auditione damnum sentiet, elatus atque concitatus ad ea quæ recte dicuntur aut aguntur, contraria indigne ferens ac repudians. Qui vero omnia admiratur, omniaque familiariter amplectitur, judicio per heroica nomina opinioni mancipato : is imprudens multis se vitiis facile obnoxium præbebit : quemadmodum iis evenit qui curvitatem Platonis et balbutiem Aristotelis imitantur. Oportet autem eum non timide, neque ut in templo superstitiose ad omnia horrere omniaque adorare : sed assuetum audacter acclamare suo loco non minus, *Male hoc*, et, *Non decet;* quam, *Recte hoc*, et, *Decore.* Verbi gratia : Militibus morbo correptis, Achilles concionem cogit, tam lentum bellum ægre ferens, maximeque ob suam in bello gloriam et præstantiam : atque, ut erat rei medicæ peritus, post nonum diem, quo judicari talia natura fert, sentiens morbum non esse vulgarem, aut ab usitata aliqua causa profectum, surgensque ad dicendum, non populo se accommodat, sed consiliarium regi se præbet :

Nunc credo, rursum errantes remeasse juvabit,
Atrida.

ὀρθῶς ταῦτα καὶ μετρίως καὶ πρεπόντως. Τοῦ δὲ μάντεως δεδιέναι φήσαντος τὴν ὀργὴν τοῦ δυνατωτάτου τῶν Ἑλλήνων, οὐκ ἔτ' ὀρθῶς οὐδὲ μετρίως, ἐπομόσας, μηδένα προσοίσειν χεῖρας αὐτῷ ζῶντος αὐτοῦ, προστίθησιν,

— Οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς,

ἐνδεικνύμενος ὀλιγωρίαν καὶ περιφρόνησιν τοῦ ἄρχοντος. Ἐκ δὲ τούτου μᾶλλον παροξυνθεὶς, ἐπὶ τὸ ξίφος φέρεται, σφάττειν διανοούμενος, οὔτε πρὸς τὸ καλὸν ὀρθῶς, οὔτε πρὸς συμφέρον. Εἶτ' αὖθις μετανοήσας,

Ἂψ ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε
μύθῳ Ἀθηναίης·

ὀρθῶς πάλιν καὶ καλῶς, ὅτι τὸν θυμὸν ἐκκόψαι παντάπασι μὴ δυνηθεὶς, ὅμως, πρὶν ἀνήκεστόν τι δρᾶσαι, μετέστησε καὶ κατέσχεν, εὐπειθῆ τῷ λογισμῷ γενόμενον. Πάλιν ὁ Ἀγαμέμνων ἐν μὲν τοῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν γενομένοις καὶ λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ καταγέλαστός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς περὶ Χρυσηΐδα σεμνότερος καὶ βασιλικώτερος. Ὁ μὲν γὰρ Ἀχιλλεὺς, ἀγομένης τῆς Βρισηΐδος,

Δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθείς·

οὗτος δὲ, αὐτὸς εἰς τὴν ναῦν ἐμβιβάζων καὶ παραδιδοὺς καὶ ἀποπέμπων τὴν ἄνθρωπον, ἣν ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηκε τῆς γαμετῆς τῇ εὐνοίᾳ προκρίνειν, οὐδὲν αἰσχρὸν οὐδὲ ἐρωτικὸν ἐποίησε. Καὶ μὴν ὁ Φοῖνιξ διὰ τὴν παλλακίδα κατάρατος ὑπὸ τοῦ πατρὸς γενόμενος,

Τὸν μὲν ἐγὼ (φησὶ) βούλευσα κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσεν χόλον, ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ
δήμου θῆκε φάτιν, καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἀνθρώπων,
ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην.

Ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη φοβηθείς· ἔχει δὲ πρὸς τὸν καιρὸν ὀρθῶς, τοῦ Φοίνικος τὸν Ἀχιλλέα διδάσκοντος, οἷόν ἐστιν ὀργὴ, καὶ ὅσα διὰ θυμὸν * ἄνθρωποι τολμῶσι, μὴ χρώμενοι λογισμῷ, μηδὲ πειθόμενοι τοῖς παρηγοροῦσι. Καὶ γὰρ τὸν Μελέαγρον ἐπεισάγει τοῖς πολίταις ὀργιζόμενον, εἶτα πραϋνόμενον· ὀρθῶς τὰ πάθη ψέγων· τὸ δὲ μὴ συνακολουθεῖν, ἀλλ' ἀντιτάττεσθαι, καὶ κρατεῖν καὶ μετανοεῖν, ἐπαινῶν ὡς καλὸν καὶ συμφέρον. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἡ διαφορὰ πρόδηλος· ὅπου δὲ ἀσάφεια τῆς γνώμης, διοριστέον οὕτω πως ἐφιστάντας τὸν νέον. Εἰ μὲν ἡ Ναυσικάα ξένον ἄνδρα τὸν Ὀδυσσέα θεασαμένη, καὶ παθοῦσα τὸ τῆς Καλυψοῦς πάθος πρὸς αὐτὸν ἅτε δὴ τρυφῶσα καὶ γάμων ὥραν ἔχουσα, τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας,

Αἲ γὰρ ἐμεῦ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη
ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν·

ψεκτέον τὸ θράσος αὐτῆς καὶ τὴν ἀκολασίαν. Εἰ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδοῦσα, καὶ θαυμάσασα τὴν ἔντευξιν αὐτοῦ πολὺν νοῦν ἔχουσαν, εὔχεται τοιούτῳ συνοικεῖν μᾶλλον ἢ πλωτικῷ τινι καὶ ὀρχηστικῷ

Recte hæc, moderate et decore. Quum autem vates dixisset se potentissimi Græcorum iram metuere, jurans se vivo neminem illi manus illaturum, non recte jam neque moderate hoc adjicit,

— Non si ipsum Agamemnona dicas;

ostendens pro nihilo se ducere principem, ac despicere. Magis deinde irritatus, gladium arripit trucidandi regis cupiditate, neque recte neque utiliter. Mox pœnitentia ductus,

Ingentem rursum vagina condidit ensem,
consilio parens Tritonidis. —

Rursum hoc recte et præclare, quod non animum plane exscindere non potuisset, cum tamen convertit et cohibuit rationi subjunctum, priusquam ad flagitium erumperet. Rursum Agamemno ridiculus est in iis quæ in concione dicit atque gerit : gravitatis plus adhibet et regii decori in Chryseidis negotio, quam in simili causa Achilles. Hic enim, quum Briseis abduceretur,

Consedit lacrimans, sociis procul inde relictis:

Agamemno ipse in navem imponens, tradens et amandans eam, quam ante sibi uxore sua cariorem dixerat, turpe aut amatorium nihil agit. Jam Phœnix a patre ob pellicem diris devotus, ait :

Hunc gladio superare, animus jam suaserat ardens;
verum aliquis superûm rabidam compescuit iram,
et famæ admonuit popularis dura vereri
tunc animo subiit varii convicia vulgi :
Ne patris occisor Græcos ego dicerer inter.

Sane Aristarchus sustulit hos versus, metuens : sed tempestive positi sunt, Phœnice Achillem docente quid rei sit ira, et quæ per iram homines audeant, ratione non utentes, neque lenientibus obtemperantes. Nam et Meleagrum inducit civibus iratum, et deinde placatum: recte perturbationes animi vituperans : utque rem bonam et utilem laudans, iis non obsequi, sed resistere, eas superare ac pœnitentia earum duci. Et in his quidem manifestum est discrimen : ubi vero obscura est sententia, sic distinguendum est iis, qui attentum reddunt juvenem. Si quidem Nausicaa peregrinum virum Ulyssem conspicata, eodemque quo Calypso erga eum modo affecta, (quippe gestiens, et nuptiis matura) hæc ad ancillas stulte loquitur,

O utinam tali me jungant fata marito,
hicque illi lubeat nobiscum ducere vitam!

reprehensionem audacia ejus meretur, et impudicitia. Sin ex sermone viri ingenium perspiciens, admirataque alloquium ejus ita prudens, optat talem sibi potius

τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἄγασθαι. Πάλιν τῆς Πηνελόπης τοῖς μνηστῆρσι προσδιαλεγομένης οὐκ ἀπανθρώπως, ἐκείνων δὲ αὐτῇ χαριζομένων ἱμάτια καὶ κόσμον ἄλλον, ἡδόμενος Ὀδυσσεὺς

Οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο, θέλγε δὲ θυμὸν,

εἰ μὲν ἐπὶ τῇ δωροδοκίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χαίρει, τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον·

Εὐδαίμων Πολίαγρος οὐράνιον αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.

Εἰ δὲ μᾶλλον οἰόμενος ὑποχειρίους ἕξειν διὰ τὴν ἐλπίδα, καὶ τὸ μέλλον οὐ προσδοκῶντας, λόγον ἔχει τὸ ἡδόμενον αὐτῷ καὶ θαῤῥοῦν. Ὁμοίως ἐπὶ τῇ διαριθμήσει τῶν χρημάτων, ἃ συνεξέθηκαν οἱ Φαίακες αὐτῷ καὶ ἀπέπλευσαν, εἰ μὲν ἀληθῶς ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καὶ τῶν καθ' αὑτὸν ἀσαφείᾳ καὶ ἀδηλότητι γεγονὼς, περὶ τῶν χρημάτων φοβεῖται,

Μήτι οἱ οἴχωνται κοίλης ἐκ νηὸς ἔχοντες,

οἰκτείρειν ἄξιον ἢ βδελύττεσθαι νὴ Δία τὴν φιλοπλουτίαν· εἰ δ', ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, περὶ τῆς Ἰθάκης ἀμφιδοξῶν, οἴεται τὴν τῶν χρημάτων σωτηρίαν ἀπόδειξιν εἶναι τῆς τῶν Φαιάκων ὁσιότητος (οὐ γὰρ ἂν ἀκερδῶς φέροντας αὐτὸν εἰς ἀλλοτρίαν ἐκβάλλειν χώραν, καὶ καταλιπεῖν, ἀποσχομένους τῶν χρημάτων), οὔτε φαύλῳ τεκμηρίῳ χρῆται, καὶ τὴν πρόνοιαν ἄξιον ἐπαινεῖν. Ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ἔκθεσιν αὐτὴν, εἰ μὲν ἀληθῶς ἐγένετο καθεύδοντος, ψέγουσι, καὶ Τυῤῥηνοὺς ἱστορίαν τινά φασι διαφυλάττειν ὡς ὑπνώδους φύσει τοῦ Ὀδυσσέως γενομένου, καὶ δυσεντεύκτου διὰ τοῦτο πολλοῖς ὄντος. Εἰ δ' οὐκ ἦν ἀληθὴς ὁ ὕπνος, ἀλλ' αἰδούμενος μὲν ἀποπέμψαι τοὺς Φαίακας ἄνευ ξενίων καὶ φιλοφροσύνης, μὴ δυνάμενος δὲ τοὺς ἐχθροὺς λαθεῖν ἐκείνων συμπαρόντων, ἐχρήσατο τῆς ἀπορίας παρακαλύμματι, κοιμωμένῳ ποιήσας ὅμοιον ἑαυτὸν, ἀποδέχονται. Καὶ ταῦτα δὴ τοῖς νέοις ὑποδεικνύοντες, οὐκ ἐάσομεν φορὰν πρὸς τὰ φαῦλα γίνεσθαι τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ τῶν βελτιόνων ζῆλον καὶ προαίρεσιν, εὐθὺς τοῖς μὲν τὸ ψέγειν, τοῖς δὲ τὸ ἐπαινεῖν ἀποδιδόντες. Μάλιστα δὲ τοῦτο ποιεῖν δεῖ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ὅσαι λόγους ἔχουσι πιθανοὺς καὶ πανούργους ἐν πράξεσιν ἀδόξοις καὶ πονηραῖς. Οὐ πάνυ γὰρ ἀληθὲς τὸ τοῦ Σοφοκλέους, λέγοντος,

Οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά·

καὶ γὰρ οὗτος εἴωθεν ἤθεσι φαύλοις καὶ ἀτόποις πράγμασι λόγους ἐπιγελῶντας καὶ φιλανθρώπους αἰτίας πορίζειν. Καὶ ὁ σύσκηνος αὐτοῦ πάλιν, ὁρᾷς, ὅτι* τήν τε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου. Τοιαύτην δὲ καὶ τῇ Ἑλένῃ παῤῥησίαν κατὰ τῆς Ἑκάβης ἐν ταῖς Τρῳάσι δίδωσιν, οἰομένῃ δεῖν ἐκείνην κολάζεσθαι μᾶλλον, ὅτι μοιχὸν αὐτῆς ἔτεκε. Μηδὲν οὖν τούτων κομψὸν ἡγεῖσθαι καὶ πανοῦργον ὁ νέος ἐθιζέσθω, μηδὲ προσμειδιάτω ταῖς τοιαύταις εὑρεσιλογίαις, ἀλλὰ

maritum, quam navicularium aliquem, et saltatorem civem : admirationem meretur. Item Penelopa cum procis comiter colloquente, iisque vestimenta et alium mundum donantibus, Ulysses lætatur :

Illorum quod dona aufert, spe pectora lactans,

Hic si Ulysses muneribus et lucro gaudet, Poliagrum quoque in comœdiis, uxoris lenocinio infamem superat : de quo est illud :

Felix Poliagrus qui domi Amaltheam alit.

Sin eos magis in sua potestate fore ob spem arbitratur, et quia nihil sibi in posterum metuerent : delectatio ejus et animi confirmatio rationem habet. Rursum in numerandis donis, quæ Phæaces una cum ipso exposuerunt, indeque avecti sunt, si quidem hoc modo in solitudine constitutus, et adeo ignarus incertusque quid de se factum esset, de iis tamen vere solicitus est,

Ne, parte e navi ablata, Phœnices abirent,

miseranda est, immo abominanda mehercle hominis avaritia. Quod si, ut nonnullorum fert opinio, an in Ithaca esset, ambigens, quod salva essent dona, id pro argumento integritatis Phæacum accipit (non enim sine lucro deportaturos eum fuisse in alienam terram, intactisque bonis istis relicturos), neque inepto utitur argumento, et prudentiam par est laudari. Sunt qui hanc ipsam expositionem, si quidem re vera dormiens est e navi expositus, reprehendunt, et aiunt apud Etruscos etiamnum narrari, somniculosum fuisse Ulyssem, ideoque a multis difficulter adiri potuisse. Quod si is non fuit reipsa somnus : sed quum et puderet cum Phæaces sine xeniis, nec domi suæ humanissime acceptos dimittere, et ipsis tamen præsentibus latere hostes non posset, somno simulato hac se difficultate expedivit, probant. Hæc ergo adolescentibus demonstrantes, non sinemus inclinationem ad pravos mores fieri, sed meliorum æmulationem et studium, statim singulis suam laudem suumque vituperium reddentes. Maxime id in tragœdiis adhibendum est, ubi turpibus ac pravis factis, sermones accommodantur probabiles et astuti. Non enim verum prorsus est Sophocleum illud,

Non verba factis a malis veniunt bona,

nam et ipse solet moribus perversis, et factis pravis, orationes quæ arrideant, atque benignas excusationes comparare. Et in eadem scena versatus Euripides, vides ut faciat a Phædra porro etiam ipsum incusari Theseum, cujus scilicet injuriis ad amorem Hippolyti fuisset adacta. Eandemque dicendi libertatem in Troadibus Helenæ tribuit, quæ Hecubam, ut adulteri sui genitricem, quam se, digniorem pœna affirmet. Horum ergo nihil scitum aut callidum arbitrari adolescens adsuescat, neque hujusmodi verborum commentis arri-

βδελυττέσθω τοὺς λόγους μᾶλλον ἢ τὰ ἔργα τῆς ἀκολασίας.

9. Ἐπὶ πᾶσι τοίνυν καὶ τὸ τὴν αἰτίαν ἑκάστου τῶν λεγομένων ἐπιζητεῖν χρήσιμόν ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ Κάτων ἔτι παιδάριον ὢν ἔπραττε μὲν, ὃ προστάξειεν ὁ παιδαγωγὸς, αἰτίαν δὲ καὶ λόγον ἀπῄτει τοῦ προστάγματος. Τοῖς δὲ ποιηταῖς οὐ πειστέον ὥσπερ παιδαγωγοῖς ἢ νομοθέταις, ἂν μὴ λόγον ἔχῃ τὸ ὑποκείμενον. Ἕξει δὲ, ἄνπερ χρηστὸν ᾖ· ἂν δὲ μοχθηρὸν, ὀφθήσεται κενὸν καὶ μάταιον. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν μὲν τοιούτων τὰς αἰτίας πικρῶς ἀπαιτοῦσι, καὶ διαπυνθάνονται πῶς λέλεκται,

Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
πινόντων·

καὶ,

Ὅς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται,
ἔγχει ὀρεξάσθω·

τῶν δὲ μειζόνων ἀβασανίστως παραδέχονται τὴν πίστιν· οἷα καὶ ταῦτ' ἐστιν,

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν συνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά·

καὶ,

Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραχότα.

Καίτοι ταῦτα τῶν ἠθῶν ἅπτεται, καὶ τοὺς βίους διαταράττει, κρίσεις ἐμποιοῦντα φαύλας καὶ δόξας ἀγεννεῖς, ἂν μὴ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν εἰθισμένοι λέγωμεν, Διὰ τί σμικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραχότα, καὶ μὴ μᾶλλον ἀνταίρειν τῇ τύχῃ, καὶ ποιεῖν ὑψηλὸν ἑαυτὸν καὶ ἀταπείνωτον; διὰ τί δὲ, ἐὰν ἐκ πατρὸς φαύλου καὶ ἀνοήτου γεγονὼς, αὐτὸς ὦ χρηστὸς καὶ φρόνιμος, οὐ προσήκει μοι διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καταπεπλῆχθαι καὶ ταπεινὸν εἶναι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀμαθίαν; Ὁ γὰρ οὕτως ἀπαντῶν μὲν καὶ ἀντερείδων, καὶ μὴ παντὶ λόγῳ πλάγιον ὥσπερ πνεύματι παραδιδοὺς ἑαυτὸν, ἀλλ' ὀρθῶς ἔχειν νομίζων τὸ, Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι, πολλὰ διακρούσεται τῶν οὐκ ἀληθῶς οὐδὲ ὠφελίμως λεγομένων. Ταῦτα μὲν οὖν ἀβλαβῆ παρέξει τὴν τῶν ποιημάτων ἀκρόασιν.

10. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ ἐν ἀμπέλου φύλλοις καὶ κλήμασιν εὐθαλοῦσι πολλάκις ὁ καρπὸς ἀποκρύπτεται καὶ λανθάνει κατασκιαζόμενος, οὕτως ἐν ποιητικῇ λέξει καὶ μυθεύμασι περικεχυμένοις πολλὰ διαφεύγει τὸν νέον ὠφέλιμα καὶ χρήσιμα (δεῖ δὲ τοῦτο μὴ πάσχειν, μηδὲ ἀποπλανᾶσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐμφύεσθαι μάλιστα τοῖς πρὸς ἀρετὴν φέρουσι καὶ δυναμένοις πλάττειν τὸ ἦθος)· οὐ χεῖρόν ἐστι καὶ περὶ τούτων διελθεῖν ἐν βραχέσιν, ἁψάμενον τύπῳ τῶν πραγμάτων, μήκη δὲ καὶ παρασκευὰς καὶ παραδειγμάτων ὄχλον ἐῶντα τοῖς ἐπιδεικτικώτερον γράφουσι. Πρῶτον μὲν οὖν τὰ χρηστὰ καὶ τὰ φαῦλα γινώσκων ὁ νέος ἤθη καὶ πρόσωπα, τοῖς λόγοις προσεχέτω καὶ ταῖς πράξεσιν, ἃς ὁ ποιητὴς ἑκα-

deat : sed magis quam ipsa impudica facta, orationes hujusmodi abominetur.

IX. Expedit etiam ubique causam eorum quæ dicuntur quærere. Ac Cato quidem puer etiamnum, facere quod jussisset pædagogus solebat : mandati tamen causam et rationem postulabat. Cæterum poetis non ita ut pædagogis aut legislatoribus parendum est, nisi rationem habeat, quod proponunt. Habebit autem, si sit rectum : sin pravum, inane et vacuum esse apparebit. Sed plerique acerbe causas postulant, inquiruntque quomodo et cur dictum sit :

Nec pateram superimpones crateri bibentum ;

et,

In currum alterius, proprio qui exscenderit, hastam
porrigat, —

gravioribus vero sine ullo examine assentiuntur, cujus generis est :

Quasi servitute, quamlibet fortem, premit
culpæ patris matrisve conscientia ;

et,

Animo esse parvo calamitosos convenit.

Atqui talia mores attingunt, vitamque turbant, judicio absurdis opinionibus depravato, nisi adsuefacti ad singula dicamus, Cur abjecto animo esse debet qui passus est infortunium? Cur non potius reluctari fortunæ, seque ipsum erigere, et non dejectum præstare? Cur, si patre malo et stolido genitus, ipse bonus et prudens sim, non deceat me propter meam virtutem alto et excelso animo esse, potius quam demissum et humilem ob patris inscitiam? Qui enim hoc modo obviam it et obsistit, neque cuivis orationi tanquam vento latus dat, sed recte dictum putat, *Stultus quovis verbo percellitur :* is multa neque vere neque utiliter dicta excutiet ac propulsabit. Hæc ergo sunt quæ poesis auditionem innoxiam præstabunt.

X. Jam sicut inter vitis folia ac palmites copiosos sæpe fructus occultatur, subque umbra latet : in dictione quoque poetica et fabulis circumfusis, commoda multa et utilia adolescentem prætereunt. Cæterum id ferendum non est, neque a rebus aberrandum : sed inhærendum iis maxime quæ ad virtutem ferunt, et formandis moribus apta sunt. Itaque ex re est de his quoque breviter tractare, ita ut delineatis modo rebus, longitudinem apparatumque et multitudinem exemplorum iis relinquamus quorum ad doctrinæ ostentationem scriptio instituitur. Principio bonas malasque personas indolesque cognitas habens adolescens, sermonibus animum factisque advertat, quæ utrique generi poeta

τέρῳ προσηκόντως ἀποδίδωσιν. Οἷον ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα λέγει, καίπερ λέγων μετ' ὀργῆς,

Οὐ γάρ σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

Ὁ δὲ Θερσίτης τῷ αὐτῷ λοιδορούμενος λέγει,

Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃ ἐξαίρετοι, ἅς τοι Ἀχαιοὶ
*πρωτίστῳ δίδομεν, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν.

Καὶ πάλιν ὁ Ἀχιλλεύς,

— Αἴ κέ ποθι Ζεὺς
δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι·

ὁ δὲ Θερσίτης,

Ὅν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν.

Πάλιν τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐν τῇ ἐπιπολήσει τὸν Διομήδην λοιδορήσαντος, ὁ μὲν οὐδὲν ἀντεῖπεν,

Αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο·

ὁ δὲ Σθένελος, οὗ μηδεὶς λόγος,

Ἀτρείδη (φησὶ), μὴ ψεύδε', ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν·
ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Ἡ γὰρ τοιαύτη διαφορὰ μὴ παρορωμένη, διδάξει τὸν νέον ἀστεῖον ἡγεῖσθαι τὴν ἀτυφίαν καὶ μετριότητα, τὴν δὲ μεγαλαυχίαν, καὶ περιαυτολογίαν ὡς φαῦλον εὐλαβεῖσθαι. Χρήσιμον δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος κατανοεῖν ἐνταῦθα. Τὸν μὲν γὰρ Σθένελον ἀπροσαύδητον παρῆλθε· τοῦ δὲ Ὀδυσσέως οὐκ ἠμέλησεν δηχθέντος, ἀλλ' ἠμείψατο καὶ προσηγόρευσεν,

Ὡς γνῶ χωομένοιο· πάλιν δ' ὅγε λάζετο μῦθον.

Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀπολογεῖσθαι θεραπευτικὸν καὶ οὐκ ἀξιωματικόν· τὸ δὲ πάντων καταφρονεῖν ὑπερήφανον καὶ ἀνόητον. Ἄριστα δὲ ὁ Διομήδης ἐν μὲν τῇ μάχῃ σιωπᾷ, κακῶς ἀκούων ὑπὸ τοῦ βασιλέως· μετὰ δὲ τὴν μάχην παῤῥησίᾳ χρῆται πρὸς αὐτὸν,

Ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας ἐν Δαναοῖσιν.

Εὖ δὲ ἔχει καὶ φρονίμου ἀνδρὸς καὶ μάντεως διαφορὰν πανηγυρικοῦ μὴ καταλιπεῖν. Ὁ μὲν γὰρ Κάλχας οὐ συνεῖδε τὸν καιρὸν, ἀλλ' ἐν πλήθει παρ' οὐδὲν ἐποιήσατο κατηγορῆσαι τοῦ βασιλέως ὡς τὸν λοιμὸν αὐτοῖς ἐπάγοντος. Ὁ δὲ Νέστωρ βουλόμενος ἐμβαλεῖν λόγον ὑπὲρ τῶν πρὸς τὸν Ἀχιλλέα διαλλαγῶν, ἵνα μὴ διαβάλλειν δοκῇ τὸν Ἀγαμέμνονα πρὸς τὸ πλῆθος, ὡς ἁμαρτόντα καὶ χρησάμενον ὀργῇ,

Δαίνυ δαῖτα γέρουσιν· ἔοικέ τοι, οὔτοι ἀεικές·
πολλῶν δ' ἀγρομένων, τῷ πείσεαι, ὅς κεν ἀρίστην
βουλὴν βουλεύσῃ.

Καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐξαποστέλλει τοὺς πρέσβεις. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐπανόρθωσις ἁμαρτίας, ἐκεῖνο δὲ κατηγορία καὶ προπηλακισμός. Ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐν τοῖς γένεσι διαφορὰς σκεπτέον, ὧν τοιοῦτός ἐστιν ὁ τρόπος. Οἱ μὲν Τρῶες ἐπίασι μετὰ κραυγῆς καὶ θράσους, οἱ δ' Ἀχαιοὶ,

decenter attribuit. Verbi gratia, Achilles ad Agamemnonem, quantumvis iratus hæc dicit :

Non Troja excisa, tecum exæquabor honore.

Thersites vero eidem convicium faciens, sic loquitur,

Ære tibi tua sunt multo tentoria plena,
captivarum ingens numerus, quas urbe potiti
eximias damus ante omnes tibi munus Achivi.

Iterum Achilles,

— si Jupiter olim
concedet muris munitam evertere Trojam :

at Thersites,

Quem vel ego, vinctum, vel quisquam ducat Achæus.

Rursum Diomedes, ad Agamemnonis exercitum obeuntis convicium nihil ipse respondet,

Nimirum reverens venerandi jurgia regis :

Sthenelus autem, nullius homo nominis, hæc regerit :

Atride, quum vera scias, ne falsa loquaris;
nos patribus longe meliores dicimus esse.

Hoc enim discrimen observatum, docebit adolescentem fastus vacuitatem et moderationem animi rem esse præclaram : contra jactantiam et sui laudationem ut vitium esse vitandam. Atque hic utile est etiam in Agamemnonem intueri. Sthenelum non alloquutus præteriit : Ulyssem autem non neglexit irritatum, sed respondit, ac compellavit,

Iratum cernens, rursusque ita farier infit.

Blanditiæ enim est, non dignitatis, omnibus se velle purgare : omnes autem despicere superbiæ et stultitiæ. Optime vero Diomedes in pugna tacet, a rege convicio affectus : a pugna autem, libere adversus eum loquitur,

Ante mihi, culpam virtutis, probra canebas.

Expedit etiam non prætermittere discrimen viri prudentis, et vatis in populi conventu multitudinis applausum captantis. Etenim Calchas, temporis nulla ducta ratione, pro nihilo putavit in ipsa multitudine regem accusare, ut qui pestem populo intulisset. At Nestor de reconciliando Achillis animo sermonem illaturus, ne videretur Agamemnonem apud populum traducere, ut qui per iram peccasset, ita ei suadet :

Præbe epulum senibus, decet, et te principe dignum est,
Tum magno e cœtu, potior sententia vincat.

atque a cœna legatos emittit. Nimirum hoc erat peccati correctio, illud, criminatio et contumelia. Quin et nationum discrimina sunt consideranda : quæ sunt hujusmodi. Trojani ad prælium eunt cum clamore et ferocia, Achivi autem

Σιγῇ δειδιότες σημάντορας. —

Τὸ γὰρ ἐν χερσὶ τῶν πολεμίων ὄντων φοβεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας ἀνδρείας ἅμα καὶ πειθαρχίας σημεῖον. Ὅθεν ὁ μὲν Πλάτων ἐθίζει τοὺς ψόγους φοβεῖσθαι καὶ τὰ αἰσχρὰ μᾶλλον ἢ τοὺς πόνους καὶ τοὺς κινδύνους· ὁ δὲ Κάτων ἔλεγε φιλεῖν τοὺς ἐρυθριῶντας μᾶλλον ἢ τοὺς ὠχριῶντας. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἴδιος χαρακτήρ. Ὁ μὲν γὰρ Δόλων ἐπαγγέλλεται,

Τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι διαμπερὲς, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
νῆ' Ἀγαμεμνονέην·

ὁ δὲ Διομήδης ἐπαγγέλλεται μὲν οὐδὲν, ἧττον δ' ἂν φησι φοβηθῆναι μεθ' ἑτέρου πεμπόμενος. Ἑλληνικὸν οὖν καὶ ἀστεῖον ἡ πρόνοια, βαρβαρικὸν δὲ καὶ φαῦλον ἡ θρασύτης· καὶ δεῖ τὸ μὲν ζηλοῦν, τὸ δὲ δυσχεραίνειν. Ἔχεται δέ τινος οὐκ ἀχρήστου θεωρίας καὶ τὸ περὶ τοὺς Τρῶας καὶ τὸν Ἕκτορα πάθος, τοῦ Αἴαντος αὐτῷ μονομαχεῖν μέλλοντος. Ὁ μὲν γὰρ Αἰσχύλος, Ἰσθμοῖ πύκτου πληγέντος εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ κραυγῆς γενομένης, Οἷον, εἶπεν, ἡ ἄσκησίς ἐστιν· οἱ θεώμενοι βοῶσιν, ὁ δὲ πληγεὶς σιωπᾷ. Τοῦ δὲ ποιητοῦ λέγοντος, ὅτι τὸν Αἴαντα μετὰ τῶν ὅπλων φανέντα λαμπρὸν οἱ μὲν Ἕλληνες ἔχαιρον ὁρῶντες,

*Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ἐπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν,

τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τὴν διαφοράν; τοῦ μὲν κινδυνεύοντος ἡ καρδία πηδᾷ μόνον, ὥσπερ παλαίειν νὴ Δί', ἢ σταδιοδρομεῖν μέλλοντος· τῶν δὲ θεωμένων τρέμει καὶ πάλλεται τὸ σῶμα, δι' εὔνοιαν καὶ φόβον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν τοῦ κρατίστου πρὸς τὸν κάκιστον διαφορὰν ἀποθεωρητέον. Ὁ μὲν γὰρ Θερσίτης

Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ·

ὁ δὲ Αἴας ἀεί τε τῷ Ἀχιλλεῖ προσφιλὴς, καὶ πρὸς τὸν Ἕκτορα λέγει περὶ αὐτοῦ,

— Νῦν μὲν δὴ σάφα εἴσεαι οἰόθεν οἶος,
οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασι,
καὶ μετ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα θυμολέοντα.

Καὶ τοῦτο μὲν Ἀχιλλέως τὸ ἐγκώμιόν ἐστι· τὰ ἑξῆς ὑπὲρ ἁπάντων εἴρηται χρησίμως,

Ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι, οἳ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν,
καὶ πολέες·

οὔτε μόνον, οὔτε ἄριστον ἀποφαίνων ἑαυτὸν, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν ὁμοίως δυναμένων ἀμύνασθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ περὶ διαφορᾶς· ἂν μὴ κἀκεῖνο βουλώμεθα προσλαβεῖν, ὅτι τῶν Τρώων ἑαλώκασι καὶ πολλοὶ ζῶντες, οὐδεὶς δὲ τῶν Ἀχαιῶν· καὶ τῶν μὲν ὑποπεπτώκασιν ἔνιοι τοῖς πολεμίοις, ὥσπερ ὁ Ἄδραστος, οἱ Ἀντιμάχου παῖδες, ὁ Λυκάων, αὐτὸς ὁ Ἕκτωρ δεόμενος περὶ ταφῆς τοῦ Ἀχιλλέως· ἐκείνων δὲ οὐδείς· ὡς βαρβαρικοῦ τοῦ ἱκετεύειν καὶ ὑποπίπτειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὄντος, Ἑλληνικοῦ δὲ τοῦ νικᾷν μαχόμενον ἢ ἀποθνήσκειν.

Ductorum taciti formidine. —

Nam quod jam congressuri cum hoste duces suos metuunt, id signum est cum fortitudinis, tum obedientiæ. Atque idcirco et Plato adsuefacere nos vult, reprehensiones et turpitudinem magis metuere quam labores et pericula : et Cato, rubentes sibi pallidioribus chariores esse dicebat. Sua est etiam promissionibus nota. Dolon enim sic pollicetur,

Nam penitus castris, ad navim Agamemnonis ibo.

At Diomedes nihil promittit : in minore tamen metu se fore ait, altero sibi adjuncto aliquo. Græcanicum proinde est, et scitum, prudentia : barbaricum vero et vitiosum, audacia : et imitandum illud est, hoc respuendum. Contemplationem quoque non inutilem habet affectio animi Troum, et Hectoris cum Ajace singulari prælio congressuri. Nam Æschylus sane, quum Isthmico certamine pugil in faciem ictum accepisset, essetque exclamatum : *Quanta*, inquit, *res est consuetudo : spectatores vociferantur, ictus tacet*. Et quum poeta dicat, Ajace in armis cum splendore viso gavisos esse Græcos, at

Troum cuique gravi quatiuntur membra tremore,
Hectoris ipsiusque micant pavitantia corda :

quis hic non miretur discrimen? quum ejus qui adibat periculum, cor tantum saliret, tanquam lucta aut cursu decertaturi : spectatorum autem quaterentur et tremerent corpora, ob benevolentiam et metum quem gerebant pro rege. Hic deprehendas etiam quo optimus a deterrimo distet. Thersites enim

Oderat ante alios Ithacum tamen Æacidamque :

at Ajax, cum semper Achilli amicus fuit, tum ita ad Hectorem, de eo dicit :

Nunc solus, mecum collato Marte, videbis,
quales et Danaum fortes sint, præter Achillem
perrumpentem acies, cuique ignea corda leonis.

In his, Achillis est laudatio : quæ sequuntur, commode sunt de omnibus dicta :

Nos multi, et pro se, tecum contendere fortes :

se, neque solum, neque præstantissimum dicit : sed qui cum multis hoc habeat quod Hectori subsistere queat. De discrimine hæc satis, nisi id quoque assumimus, quod Trojanorum multi sane in potestatem hostium vivi pervenerunt, nemo Græcorum. Et quod illorum multi supplices facti sunt hostibus, ut Adrastus, Antimachi filii, Lycaon, ipseque Hector pro sepultura Achillem deprecans : horum nullus : quasi barbaricum sit, in pugna supplicare, Græcanicum, pugnando vincere aut mori.

11. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ ἐν ταῖς νομαῖς, ἡ μὲν μέλιττα διώκει τὸ ἄνθος, ἡ δὲ αἶξ τὸν θαλλὸν, ἡ δὲ ὗς τὴν ῥίζαν, ἄλλα δὲ ζῶα τὸ σπέρμα καὶ τὸν καρπόν· οὕτως ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν ποιημάτων ὁ μὲν ἀπανθίζεται τὴν ἱστορίαν, ὁ δὲ ἐμφύεται τῷ κάλλει καὶ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων, καθάπερ ὁ Ἀριστοφάνης περὶ τοῦ Εὐριπίδου φησὶ,

Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ·

οἱ δὲ τῶν πρὸς τὸ ἦθος εἰρημένων ὠφελίμως ἔχονται, πρὸς οὓς δὴ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν, ὑπομιμνήσκωμεν αὐτοὺς, ὅτι δεινόν ἐστι, τὸν μὲν φιλόμυθον μὴ λανθάνειν τὰ καινῶς ἱστορούμενα καὶ περιττῶς, μηδὲ τὸν φιλολόγον ἐκφεύγειν τὰ καθαρῶς πεφρασμένα καὶ ῥητορικῶς· τὸν δὲ φιλότιμον καὶ φιλόκαλον, καὶ μὴ παιγνίας, ἀλλὰ παιδείας ἕνεκα, ποιημάτων ἁπτόμενον, ἀργῶς καὶ ἀμελῶς ἀκούειν τῶν πρὸς ἀνδρίαν ἢ σωφροσύνην ἢ δικαιοσύνην ἀναπεφωνημένων· οἷα καὶ ταῦτ' ἐστὶ,

Τυδείδη, τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς;
Ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον, παρ' ἔμ' ἵστασο· δὴ γὰρ ἔλεγχος
ἔσσεται, εἴ κεν νῆας ἕλῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Τὸ γὰρ ἐν κινδύνῳ τοῦ διαφθαρῆναι καὶ ἀπολέσθαι μετὰ πάντων ὄντα τὸν φρονιμώτατον ὁρᾷν, τὸ αἰσχρὸν δεδοικότα καὶ τὸ ἐπονείδιστον, ἀλλὰ μὴ θάνατον, ἐμπαθῆ ποιήσει πρὸς ἀρετὴν τὸν νέον. Καὶ τῷ,

Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ,

τοιοῦτον ἐπιλογισμὸν δίδωσι, μήτε πλουσίῳ τινὶ, μήτε καλῷ τὸ σῶμα, μήτε ἰσχυρῷ τὴν θεὸν χαίρουσαν, ἀλλὰ φρονίμῳ καὶ δικαίῳ ποιήσας. Καὶ πάλιν τὸν Ὀδυσσέα φάσκουσα μὴ περιορᾷν μηδὲ προλείπειν,

Οὕνεκ' ἐπήτης ἐστὶ, καὶ ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων,

ἐνδείκνυται μόνον εἶναι τῶν ἡμετέρων θεοφιλὲς [καὶ θεῖον] ἀρετὴν, εἴ γε δὴ τὰ ὅμοια χαίρειν τοῖς ὁμοίοις πέφυκεν. * Ἐπεὶ δὲ μεγάλου δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος τοῦ κρατεῖν ὀργῆς, μεῖζόν ἐστιν ἡ φυλακὴ καὶ ἡ πρόνοια τοῦ μὴ περιπεσεῖν ὀργῇ, μηδὲ ἁλῶναι, καὶ ταῦτα δεῖ τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὑποδεικνύειν μὴ παρέργως, ὅτι τὸν Πρίαμον ὁ Ἀχιλλεὺς, οὐκ ἀνασχετικὸς ὢν οὐδὲ πρᾷος, ἡσυχίαν ἄγειν κελεύει καὶ μὴ παροξύνειν αὐτὸν, οὕτως,

Μηκέτι νῦν μ' ἐρέθιζε, γέρον· νοέω δὲ καὶ αὐτὸς
Ἕκτορά τοι λῦσαι, διόθεν δέ μοι ἄγγελος ἦλθε·
μή σε, γέρων, οὐδ' αὐτὸν ἐνὶ κλισίῃσιν ἐάσω,
καὶ ἱκέτην περ ἐόντα, Διὸς δ' ἀλίτωμαι ἐφετμάς·

καὶ τὸν Ἕκτορα λούσας καὶ περιστείλας αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἀπήνην τίθησιν, πρὶν ᾐκισμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὀφθῆναι,

Μὴ ὁ μὲν ἀχνυμένῃ κραδίῃ χόλον οὐκ ἐρύσαιτο,
παῖδα ἰδών· Ἀχιλῆϊ δ' ὀρινθείη φίλον ἦτορ,
καί ἑ κατακτείνειε, Διὸς δ' ἀλίτηται ἐφετμάς.

Τὸ γὰρ ἐπισφαλῶς πρὸς ὀργὴν ἔχοντα, καὶ φύσει τραχὺν ὄντα καὶ θυμοειδῆ, μὴ λανθάνειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐξευλα-

XI. Cæterum sicut inter pascendum, apis florem, capra germen, sus radicem, aliæ bestiæ semen fructumve captant : ita legendis poematis alius historiam decerpit, alius elegantiæ et apparatui verborum inhæret, quomodo Aristophanes de Euripide ait,

Ejus rotunditate namque oris fruor;

alii vero ea quæ de moribus utiliter dicta sunt, consectantur, ad quos hic noster sermo pertinet, admonebimus hos indignum esse, cum eum qui fabulas sequitur, nihil eorum fugiat, quæ nove et curiose narrantur : qui loquendi elegantiam interioresque litteras amat, pure ornateque dictum nihil prætereat; honesti et pulchri studiosum, quique non joci sed doctrinæ causa, poemata legat, perfunctorie, negligenterque audire, quæ in iis, ad fortitudinem, temperantiam aut justitiam sunt enunciata : qualia et hæc sunt :

Quo nobis casu, Diomedes, vivida virtus
excidit? huc assiste meus, nam dedecus ingens
fiet, si naves galeatus ceperit Hector.

Videre enim hominem prudentissimum, in mortis periculo cum tota multitudine communi constitutum, non mortis, sed turpitudinis metu duci, animo adolescentis ad virtutis studium motum afferet. Et hoc,

Gaudebat sapiente viro justoque Minerva :

idem ratiocinari docet, quum dea non divite aut formoso aliquo, aut robusto, sed prudente et justo delectari fingitur. Rursum ubi eadem dicit se Ulyssem non destituere aut negligere,

Quod prudens animoque sagax, cordatus et esset :

indicat nihil de rebus nostris diis esse charum et divinum præter virtutem : siquidem similia gaudere similibus solent. Porro quum et videatur et sit magnum, iræ posse moderari : majus est, cavere prudenter ne ad iram delabamur ; ac talia auditoribus non obiter sunt demonstranda. Verbi gratia, quod Priamum Achilles, homo minime lenis aut patiens, quiescere jubet, ne ab eo irritetur :

Ne me ultra jam incesse, senex, et pectore verso
Hectora uti solvam! et mater mihi nuncia venit,
ne, senior, ne ipsum te, intra tentoria linquam,
sis supplex licet, et frangam mandata Tonantis;

lotumque et velatum Hectorem ipse currui imponit, priusquam eum pater videret turpiter tractatum :

Ne non ille iram turbato in corde teneret,
natum ut vidisset, corque inflammaret Achillis,
isque illum, Jovis offendens mandata, necaret.

Admirandæ est enim prudentiæ, hominem ad iram proclivem, naturaque asperum et iracundum, seipsum

δεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὰς αἰτίας, καὶ προκαταλαμβάνειν τῷ λογισμῷ πόῤῥωθεν, ὅπως οὐδὲ ἄκων τῷ πάθει περιπεσεῖται, θαυμαστῆς ἐστι προνοίας. Οὕτω δὲ δεῖ καὶ πρὸς μέθην τὸν φίλοινον ἔχειν, καὶ πρὸς ἔρωτα τὸν ἐρωτικόν· ὥσπερ ὁ Ἀγησίλαος οὐχ ὑπέμεινεν ὑπὸ τοῦ καλοῦ φιληθῆναι προσιόντος· ὁ δὲ Κῦρος οὐδὲ ἰδεῖν τὴν Πάνθειαν ἐτόλμησε· τῶν ἀπαιδεύτων τοὐναντίον ὑπεκκαύματα τοῖς πάθεσι συλλεγόντων, καὶ πρὸς ἃ μάλιστα κακῶς καὶ ὀλισθηρῶς ἔχουσιν, αὑτοὺς προϊεμένων. Ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς οὐ μόνον ἑαυτὸν ἀνέχει θυμούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν Τηλέμαχον ἐκ τοῦ λόγου συνιδὼν χαλεπὸν ὄντα καὶ μισοπόνηρον, ἀμβλύνει καὶ παρασκευάζει πόῤῥωθεν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ ἀνέχεσθαι, κελεύων,

Εἰ δέ μ' ἀτιμήσουσι δόμον κάτα, σὸν δὲ φίλον κῆρ
τετλάτω ἐν στήθεσσι, κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο,
ἤνπερ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι θύραζε,
ἢ βέλεσιν βάλλωσι, σὺ δ' εἰσορόων ἀνέχεσθαι.

Ὥσπερ γὰρ τοὺς ἵππους οὐκ ἐν τοῖς δρόμοις χαλινοῦσιν, ἀλλὰ πρὸ τῶν δρόμων, οὕτω τοὺς δυσκαθέκτους πρὸς τὰ δεινὰ καὶ θυμοειδεῖς προκαταλαμβάνοντες τοῖς λογισμοῖς καὶ προκαταρτύοντες, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγουσιν. Δεῖ δὲ μηδὲ τῶν ὀνομάτων ἀμελῶς ἀκούειν, ἀλλὰ τὴν μὲν Κλεάνθους παιδιὰν παραιτεῖσθαι· κατειρωνεύεται γὰρ ἔστιν ὅτε προσποιούμενος ἐξηγεῖσθαι τὸ,

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων·

καὶ τὸ,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε·

κελεύων ἀναγινώσκειν ὑφὲν, ὡς τὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιώμενον ἀέρα διὰ τὴν ἀνάδοσιν Ἀναδωδωναῖον ὄντα. Καὶ Χρύσιππος δὲ πολλαχοῦ γλίσχρος ἐστὶν, οὐ παίζων, ἀλλ' εὑρεσιλογῶν ἀπιθάνως, καὶ παραβιαζόμενος Εὐρύοπα Κρονίδην εἶναι τὸν δεινὸν ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ διαβεβηκότα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου. Βέλτιον δὲ, ταῦτα τοῖς γραμματικοῖς παρέντας, ἐκεῖνα μᾶλλον πιέζειν, οἷς ἅμα τὸ χρήσιμον καὶ πιθανόν ἐστιν·

Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός·

καὶ,

— Πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι·

τήν τε γὰρ ἀνδρείαν ἀποφαίνων μάθημα, καὶ τὸ προσφιλῶς ἅμα καὶ κεχαρισμένως ἀνθρώποις ὁμιλεῖν ἀπὸ ἐπιστήμης καὶ κατὰ λόγον γίνεσθαι νομίζων, προτρέπει μὴ ἀμελεῖν ἑαυτῶν, ἀλλὰ μανθάνειν τὰ καλὰ, καὶ προσέχειν τοῖς διδάσκουσιν, ὡς τὴν σκαιότητα καὶ τὴν δειλίαν ἀμαθίαν οὖσαν καὶ ἄγνοιαν. Σφόδρα δὲ τούτοις κἀκεῖνα σύμφωνά ἐστιν, ἃ λέγει περὶ τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος,

* Ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη·
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη.

Θειότατον γὰρ ἀποφαίνει τὴν φρόνησιν καὶ βασιλικώτατον, ἐν ᾗ τίθεται τὴν μεγίστην ὑπεροχὴν τοῦ Διὸς,

non ignorare : sed cavere sibi, et declinare causas irascendi, eminusque se ratione præmunire, ne vel invitus in eam perturbationem delabatur. Hoc modo et vinosus contra ebrietatem, et adversus amorem amatorius, se præparare debet. Quomodo et Agesilaus non passus est osculum sibi dari a formoso ad se accedente : et Cyrus ne videre quidem Pantheam sustinuit : quum contra male instituti, materiam suis affectibus, ac tanquam fomites conquirant, ad eaque ultro se dent mala ad quæ periculose sunt propensi. At vero Ulysses non seipsum modo iratum compescit : sed et Telemachum colligens asperum esse, et odio malorum occupatum, multo ante retundit, continere se jubens et tolerare ; ita monens :

Turpibus at si me verbis factisque per ædes
incessent : firmo tu nostra opprobria perfer
pectore, seu pedibus tractum me, nate, per aulam
ejicient, seu missilibus manus improba adactis
forte petent : hæc tu cernens, tolerare memento.

Sicut enim equos non in cursu, sed ante cursum frænant ; sic eos qui difficulter continentur, indignitate rerum objecta, et iracundos, ratione occupare et temperare, atque ita demum ad certamina adducere convenit. Ne nomina quidem negligenter sunt adolescenti inaudienda. Ac Cleanthis quidem ludicra missa faciet, qui nonnunquam dum se interpretem fert, cavillatur, ut in his,

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων·

et,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε·

hoc ille legi vult uno vocabulo ἀναδωδωναῖε : scilicet ita appellari exspirantem aerem, qui a terra exhalando effertur. Chrysippus quoque sæpenumero jejunus est, non ludens, sed nulla cum probabilitate comminiscens, detorquensque verba hæc, Εὐρύοπα Κρονίδην, eo, ut sit *vi dicendi præditus, eaque excellat*. Præstat, his ad grammaticos ablegatis, iis insistere quæ et utilia sunt et juxta vero consentanea :

Nec mi cor suasit, fortis didici esse ferendo ;

et,

— Comis nam cunctis esse sciebat.

Fortitudinem enim discendo parari pronuntians, comitatemque, et in consuetudine cum hominibus gratiam, a scientia et ratione proficisci statuens, hortatur ne nos ipsos negligamus : sed discamus quæ honesta sunt, et animum docentibus advertamus ; quippe perversitatem et timiditatem esse inscitiæ et ignorationis. Admodum his consentanea sunt, quæ de Jove et Neptuno dicuntur,

Unum utrique genus, certe, patria una duobus,
Jupiter amborum prior ortus, pluraque norat.

Pronunciat enim, prudentiam esse divinissimam rem et maxime regiam : in qua Jovis summam ponit excel-

ἅτε δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἕπεσθαι ταύτῃ νομίζων. Ἐθιστέον ἅμα καὶ τούτων ἐγρηγορότως τὸν νέον ἀκούειν,

Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί·

καὶ,

Ἀντίλοχε, πρόσθεν πεπνυμένε, ποῖον ἔρεξας;
ᾔσχυνας μὲν ἐμὴν ἀρετήν, βλάψας δέ μοι ἵππους·

καὶ,

Γλαῦκε, τίη δὲ σὺ τοῖος ἐὼν ὑπέροπλον ἔειπας;
Ὢ πέπον, ἦτ' ἐφάμην σε περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων·

ὡς οὔτε ψευδομένων τῶν φρονίμων, οὔτε κακομαχούντων ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οὔτε παρ' ἀξίαν ἑτέροις ἐγκαλούντων. Καὶ τὸν Πάνδαρον δὲ πεισθῆναι λέγων διὰ τὴν ἀφροσύνην τὰ ὅρκια συγχέαι, δῆλός ἐστιν οὐκ ἂν ἀδικῆσαι τὸν φρόνιμον ἡγούμενος. Ὅμοια δ' ἔστι καὶ περὶ σωφροσύνης ὑποδεικνύειν, ἐφιστάντα τοῖς οὕτω λεγομένοις,

Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' Ἄντεια
κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι· ἀλλὰ τὸν οὔτοι
πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην·

καὶ,

Ἡ δ' ἤτοι τὸ πρὶν μὲν ἀναίνετο ἔργον ἀεικὲς,
δῖα Κλυταιμνήστρη· φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν.

Ἐν μὲν οὖν τούτοις τῇ φρονήσει τὴν τοῦ σωφρονεῖν αἰτίαν ἀποδίδωσιν. Ἐν δὲ ταῖς παρὰ τὰς μάχας κελεύσεσιν ἑκάστοτε λέγων,

Αἰδὼς, ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετε; νῦν θοοί ἐστε·

καὶ,

— Ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος
αἰδῶ καὶ νέμεσιν· δὴ γὰρ μέγα νεῖκος ὄρωρεν,

ἀνδρείους ἔοικε ποιεῖν τοὺς σώφρονας, διὰ τὸ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ, καὶ τὰς ἡδονὰς δυναμένους ὑπερβαίνειν, καὶ τοὺς κινδύνους ὑφίστασθαι. Ἀφ' ὧν καὶ Τιμόθεος ὁρμηθεὶς, οὐ κακῶς ἐν τοῖς Πέρσαις τοὺς Ἕλληνας παρεκάλει,

Σέβεσθ' αἰδῶ συνεργὸν ἀρετᾶς δορυμάχου.

Αἰσχύλος δὲ καὶ τὸ πρὸς δόξαν ἔχειν ἀτύφως, καὶ μὴ διασοβεῖσθαι, μηδὲ ἐπαίρεσθαι τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνοις, ἐν τῷ φρονεῖν τίθεται, περὶ τοῦ Ἀμφιαράου γράφων,

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

τὸ γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ τῇ διαθέσει τῇ περὶ αὐτὸν οὔσῃ κρατίστῃ μέγα φρονεῖν νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστι. Πάντων οὖν ἀναγομένων εἰς τὴν φρόνησιν, ἀποδείκνυται πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἐπιγιγνόμενον ἑκάστῳ διὰ διδασκαλίας.

12. Ἡ μὲν οὖν μέλιττα φυσικῶς ἐν τοῖς δριμυτάτοις

lentiam; nimirum, huic virtuti reliquas quoque comites ire, sentiens. Adsuefacere quoque adolescentem debemus ut et ista vigili animo audiat:

Nil falsi, quippe est sapiens, effabitur ore;

et,

Antiloche, ante quidem prudens, jam quale patrasti?
virtutemque meam maculans, lædensque jugales;

et,

Cur, talis, voces rupisti, Glauce, superbas?
quem præ aliis equidem rebar sapere omnibus unum:

nimirum docent hæc, neque mentiri homines prudentes, neque dolo in certaminibus uti, neque alios injuste culpare. Idem dicens Pandaro stultitiam jam persuasisse ut fœdus confunderet, injustitiam abesse a prudentibus, liquido ostendit se sentire. Eadem de pudicitia licet ostendere, his insistentem:

Deperiit Prœti hunc conjux Antea, potiri
furtivo amplexu cupiens, sed vincere castam
non potuit mentem prudentis Bellerophontæ;

item,

Principio sane probrum tam turpe refugit,
dia Clytæmnestre, vincens ratione furorem.

In his prudentiam pudicitiæ causam facit. In exhortationibus porro ad prælium identidem hæc ponens,

Sit pudor, o Lycii! quorsum fugietis? an estis
jam celeres? ———

item,

Cuique pudor moveat, sed et indignatio pectus,
namque ingens ortum est certamen —

hæc ostendunt, eum moderatis tribuere fortitudinem, qui turpitudinis metu et voluptates vincere et periculis subsistere possint. Qua caussa motus etiam Timotheus in Persis non male hortatur Græcos,

Colite pudorem; quippe virtutem adjuvat.

Æschylus hoc quoque prudentiæ imputat, nullo fastu ad gloriam ferri, neque insolescere aut efferri multitudinis laudationibus, sic de Amphiarao scribens:

Nec enim videri is optimus, sed esse vult,
sulcum profundum mente carpens intima,
unde veneranda consilia progerminant.

Cordati enim est hominis, sibi ipsi animoque suo optime affecto multum tribuere. Quum ergo omnia ad prudentiam revocentur, ostenditur doctrina omne virtutis genus parari.

XII. Jam quemadmodum apis a natura hoc habet ut ex

ἄνθεσι καὶ ταῖς τραχυτάταις ἀκάνθαις ἐξανευρίσκει τὸ λειότατον μέλι καὶ χρηστικώτατον· οἱ δὲ παῖδες, ἂν ὀρθῶς ἐκτρέφωνται τοῖς ποιήμασιν, καὶ ἀπὸ τῶν φαύλους καὶ ἀτόπους ὑποψίας ἐχόντων ἕλκειν τι χρήσιμον ἀμωσγέπως μαθήσονται καὶ ὠφέλιμον. Αὐτίκα γοῦν ὕποπτός ἐστιν ὁ Ἀγαμέμνων, ὡς διὰ δωροδοκίαν, ἀφεὶς τῆς στρατείας τὸν πλούσιον ἐκεῖνον, καὶ τὴν Αἴθην χαρισάμενον αὐτῷ,

Δῶρ', ἵνα μή οἱ ἕποιθ' ὑπὸ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
ἀλλ' αὐτοῦ τέρποιτο μένων· μέγα γάρ οἱ ἔδωκεν
Ζεὺς ἄφενος.

Ὀρθῶς δέ γε ἐποίησεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἵππον ἀγαθὴν ἀνθρώπου τοιούτου προτιμήσας· οὐδὲ γὰρ κυνὸς ἀντάξιος οὐδ' ὄνου, μὰ Δία, δειλὸς ἀνὴρ καὶ ἄναλκις, ὑπὸ πλούτου καὶ μαλακίας διεῤῥυηκώς. Πάλιν αἴσχιστα δοκεῖ * τὸν υἱὸν ἡ Θέτις ἐφ' ἡδονὰς παρακαλεῖν, καὶ ἀναμιμνήσκειν ἀφροδισίων. Ἀλλὰ κἀνταῦθα δεῖ παραθεωρεῖν τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ἐγκράτειαν, ὅτι τῆς Βρισηΐδος ἐρῶν, ἡκούσης πρὸς αὐτὸν, εἰδὼς τὴν τοῦ βίου τελευτὴν ἐγγὺς οὖσαν, οὐ σπεύδει τῶν ἡδονῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, οὐδ', ὥσπερ οἱ πολλοὶ, πενθεῖ τὸν φίλον ἀπραξίᾳ καὶ παραλείψει τῶν καθηκόντων, ἀλλὰ τῶν μὲν ἡδονῶν διὰ τὴν λύπην ἀπέχεται, ταῖς δὲ πράξεσι καὶ ταῖς στρατηγίαις ἐνεργός ἐστι. Πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος οὐκ ἐπαινεῖται λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος. Αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν,

Οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι, οὔτε κάκιον
θήσω, τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

Εἰ γὰρ ἐκεῖνος οὐδὲν ἐνόμιζεν ποιήσειν κάκιον τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων, πῶς ἡμῖν τὰ παρόντα χεῖρον ἕξει φιλοσοφοῦσι, καὶ πολιτευομένοις, καὶ προϊοῦσιν εἰς ἀγορὰν, καὶ καταβαίνουσιν εἰς Ἀκαδημίαν, καὶ γεωργίαν ἐφέπουσιν; Ὅθεν οὐδ' αἱ παραδιορθώσεις φαύλως ἔχουσιν, αἷς καὶ Κλεάνθης ἐχρήσατο καὶ Ἀντισθένης· ὁ μὲν εὖ μάλα τοὺς Ἀθηναίους [ἰδὼν] θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ,

Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;

παραβαλὼν εὐθὺς,

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.

Ὁ δὲ Κλεάνθης περὶ τοῦ πλούτου,

Φίλοις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναισι σῶσαι,

μεταγράφων οὕτω,

Πόρναις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἐπιτρίψαι.

Καὶ ὁ Ζήνων ἐπανορθούμενος τὸ τοῦ Σοφοκλέους,

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στι δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ,

μετέγραφεν,

Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ,

acerrimis floribus spinisque asperrimis lævissimum mel optimumque eliciat : sic pueri in poematis recte instituti, etiam ab his quæ absurditatis et pravitatis suspecta sunt, commodi aliquid et utilitatis trahere discent. Prima fronte Agamemnon videtur avaritia ductus a divite isto equam Ætham accepisse, ipsique militiæ vacationem concessisse :

Una ventosum ne miles ad Ilion iret :
sed se divitiis, quas illi Jupiter amplas
præbuerat, patriis in sedibus oblectaret.

Attamen recte fecit, ut ait Aristoteles, bonam equam tali viro præferens; nam neque pro cane, neque vero asini instar habet vir timidus et imbellis, divitiis et mollitie diffluens. Rursum turpissime videtur Thetis filium ad voluptates exhortari, et rei venereæ admonere. Verum hic quoque ab altera parte continentia Achillis consideranda est, qui amata et ad se redeunte Briseide abstinet, quum sciret sibi finem vitæ instare : neque ad voluptates fruendas festinat, neque, ut solent vulgo facere, amicum per ignaviam et intermissionem officii deplorat : sed præ luctu voluptatibus se abstinens, in agendo et exercitum ducendo strenuum se præbet. Item Archilochus non laudatur quod sororis maritum, qui in mari perierat, lugens, vino et joco mœrorem diluere cogitat. Causam tamen rationi consentaneam adducit :

Nam neque restituam lacrimis, neque deteriorem,
quærens delicias vinaque, rem redigam.

Etenim si ille censebat se nihil mali facturum, si delicias et convivia sectaretur; quomodo nobis præsens conditio fieret deterior philosophantibus, rempublicam gerentibus, et in forum progredientibus, et in Academiam descendentibus, et agriculturæ vacantibus? Itaque correctiones etiam istæ vitio carent, quibus Cleanthes usus est et Antisthenes. Hic enim tumultuantibus in theatro Atheniensibus ad versum hunc,

Quid turpe sit, nisi quod turpe, qui gerit, putat?

subjecit hunc,

Quod turpe, turpe est, seu putet, seu non putet.

Cleanthes, hæc de divitiis,

Quod des amicis, atque morbo languidum
corpus reficias sumptibus, —

sic immutavit,

Quod des amicæ, quoque morbo languidum
corpus conficias sumptibus. —

Et Zeno, Sophocleum illud,

Tyranni in ædes quisquis intulit pedem,
est servus ejus, liber etsi venerit :

sic correxit,

Non servus is est, si modo liber venerit,

τῷ ἐλευθέρῳ νῦν συνεκφαίνων τὸν ἀδεῆ καὶ μεγαλόφρονα, καὶ ἀταπείνωτον. Τί δὴ κωλύει καὶ ἡμᾶς ταῖς τοιαύταις ὑποφωνήσεσι τοὺς νέους ἀποκαλεῖν πρὸς τὸ βέλτιον, οὕτω πως χρωμένους τοῖς λεγομένοις,

Τόδ' ἐστὶ τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις, ὅτῳ
τόξον μερίμνης, εἰς ὃ βούλεται, πέσῃ,

οὐκ· ἀλλ',

— — ὅτῳ
τόξον μερίμνης, εἰς ὃ συμφέρει, πέσῃ.

Τὸ γάρ, ἃ μὴ δεῖ, βουλόμενον λαβεῖν καὶ τυγχάνειν οἰκτρόν ἐστι καὶ ἄζηλον. Καί,

Οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.
Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.

μὰ Δία, φήσομεν· Ἀλλὰ δεῖ σε χαίρειν, μὴ λυπεῖσθαι, τυγχάνοντα μετρίων·

Οὐ (γὰρ) ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.
Αἲ αἲ τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρωποις κακὸν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή·

θηριῶδες μὲν οὖν, καὶ ἄλογον, καὶ οἰκτρὸν, εἰδότα τὸ βέλτιον ὑπὸ τοῦ χείρονος ἐξ ἀκρασίας καὶ μαλακίας ἄγεσθαι.

Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος·

καὶ τρόπος μὲν οὖν καὶ λόγος· ἢ τρόπος διὰ λόγου, καθάπερ ἵππος διὰ χαλινοῦ, καὶ πηδαλίου κυβερνήτης· οὐδὲν οὕτως φιλάνθρωπον οὐδὲ συγγενὲς ἐχούσης τῆς ἀρετῆς ὄργανον ὡς τὸν λόγον.

*Πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον ἢ 'πὶ τἄῤῥενα;
Ὅπου προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος.

Ἦν δὲ βέλτιον εἰπεῖν.

Ὅπου προσῇ τὸ σῶφρον, ἀμφιδέξιος,

ὡς ἀληθῶς καὶ ἰσόῤῥοπος· ὁ δ' ὑφ' ἡδονῆς καὶ ὥρας ὧδε κἀκεῖ μετοιακιζόμενος ἐπαρίστερος καὶ ἀβέβαιος.

Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν.

Καὶ μὴν οὐδαμῶς, ἀλλὰ

Θάρσος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν,

φόβος δὲ τοῖς ἄφροσι καὶ ἀχαρίστοις καὶ ἀνοήτοις, ὅτι [καὶ] τὴν παντὸς αἰτίαν ἀγαθοῦ δύναμιν καὶ ἀρχὴν ὡς βλάπτουσαν ὑφορῶνται καὶ δεδίασι. Τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπανορθώσεως γένος τοιοῦτόν ἐστι.

13. Τὴν δ' ἐπὶ πλεῖον τῶν λεγομένων χρῆσιν ὑπέδειξεν ὀρθῶς ὁ Χρύσιππος, ὅτι δεῖ μετάγειν καὶ διαβιβάζειν ἐπὶ τὰ ὁμοειδῆ τὸ χρήσιμον. Ὅ, τε γὰρ Ἡσίοδος εἰπὼν,

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη,

καὶ περὶ κυνὸς ταὐτὸ, καὶ περὶ ὄνου λέγει, καὶ περὶ πάντων ὁμοίως τῶν ἀπολέσθαι δυναμένων. Καὶ πάλιν τοῦ Εὐριπίδου λέγοντος,

liberi nomine simul significans metu vacuum, et magnanimum, et infractum. Quid vero impedit nos quoque hujusmodi acclamationibus adolescentes in meliorem partem vocare? Sic ergo agemus :

Hoc expetendum hominibus est, si cui incidit
curæ sagitta, quem volebat, in locum :

non ita nos, sed,

Curæ sagitta si ceciderit quo expedit.

Miserum enim est, nulloque modo expetendum, id consequi quod non expediat, quantumvis id volueris. Item,

Omnia non genuit ad bona te,
Agamemnon, Atreus.
Lætitia et mœror manent te.

Immo dicemus : Si ea tibi obtingunt quæ satis sunt :

Lætitia, haud mœror, decet te,
omnia nec genuit ad bona te,
Agamemnon, Atreus.

Rursum,

Eheu! malum hoc divinitus hominibus datum est,
cum quis scit id quod est bonum, nec utitur :

immo vero belluinum, non divinum est hoc malum, et brutum ac miserabile, melius videntem, intemperantia et mollitie ad deterius rapi. Et,

Mores movent dicentis, haud oratio :

sane et mores, et oratio : aut mores oratione, sicut equus fræno regitur, et navis clavo; non enim virtus aliud oratione humanius magisve familiare instrumentum habet. Tum hoc,

A. In mulieresne, quam mares propensior?
B. Ubi pulchritudo est, ambidexter est :

rectius dixisset,

Est ambidexter, sicubi modestia est.

Non enim dexteritatis est, sed sinistri instabilisque animi, a voluptate et pulchritudine huc illuc transigi. Jam illud,

Formidini sunt res deum sapientibus.

nequaquam recte : sed,

Fiduciam addunt res deum sapientibus.

formidini autem sunt imprudentibus, ingratis, stultis, qui etiam eam vim quæ omnis boni causa et principium est, damnosam suspicantur et metuunt. Tale ergo est correctionum genus.

XIII. Quomodo autem ad plures usus unum aliquod dictum accommodari possit, recte demonstravit Chrysippus : nimirum id ad ea quæ ejusdem sunt generis transferendum. Sic quod Hesiodus dicit,

Non vel bos pereat, nisi vicinus malus adsit :

id et de asino, et de cane, et de omnibus eodem modo quæ perire possunt, accipitur. Rursum Euripides,

Τίς δ' ἔστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

ὑπακουστέον, ὅτι καὶ περὶ πόνου καὶ νόσου τὰ αὐτὰ εἴρηκεν. Ὡς γὰρ φαρμάκου πρὸς ἓν ἁρμόσαντος νόσημα τὴν δύναμιν καταμαθόντες οἱ ἰατροὶ μετάγουσι καὶ χρῶνται πρὸς πᾶν τὸ παραπλήσιον, οὕτω καὶ λόγον κοινὸν καὶ δημοσιεύειν τὴν χρείαν δυνάμενον οὐ χρὴ περιορᾶν ἑνὶ πράγματι συνηρτημένον, ἀλλὰ κινεῖν ἐπὶ πάντα τὰ ὅμοια, καὶ τοὺς νέους ἐθίζειν τὴν κοινότητα συνορᾶν καὶ μεταφέρειν ὀξέως τὸ οἰκεῖον, ἐν πολλοῖς παραδείγμασι ποιουμένους μελέτην καὶ ἄσκησιν ὀξυηκοΐας· ἵνα τοῦ Μενάνδρου λέγοντος,

Μακάριος, ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,

τοῦτο καὶ περὶ δόξης, καὶ περὶ ἡγεμονίας καὶ περὶ λόγου δυνάμεως εἰρῆσθαι νομίζωσι. Τὴν δὲ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἐν Σκύρῳ καθήμενον ἐν ταῖς παρθένοις γεγενημένην ἐπίπληξιν ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως,

Σὺ δ', ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους,
ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς;

καὶ πρὸς τὸν ἄσωτον οἷόν τε λέγεσθαι, καὶ πρὸς τὸν αἰσχροκερδῆ, καὶ πρὸς τὸν ἀμελῆ καὶ ἀπαίδευτον,

Πίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς,

ἢ κυβεύεις, ἢ ὀρτυγοκοπεῖς, ἢ καπηλεύεις, ἢ τοκογλυφεῖς, μηδὲν μέγα φρονῶν, μηδὲ ἄξιον τῆς εὐγενείας;

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο,

οὐκοῦν μηδὲ δόξαν εἴπῃς, μηδὲ σώματος εὐμορφίαν, μηδὲ στρατηγικὴν χλαμύδα, μὴ ἱερατικὸν στέφανον, ὧν καὶ τοὺς κακίστους ὁρῶμεν τυγχάνοντας.

Τῆς δειλίας γὰρ αἰσχρὰ γίνεται τέκνα,

καὶ ναὶ μὰ Δία τῆς ἀκολασίας, καὶ τῆς δεισιδαιμονίας, καὶ τοῦ φθόνου, καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων ἁπάντων. Ἄριστα δὲ εἰρηκότος Ὁμήρου τὸ,

Δύσπαρι εἶδος ἄριστε·

καὶ τὸ,

Ἕκτωρ εἶδος ἄριστε

(ψόγου γὰρ ἀποφαίνει καὶ λοιδορίας ἄξιον, ᾧ μηδὲν ἔστιν ἀγαστὸν εὐμορφίας κάλλιον)· ἐφαρμοστέον τοῦτο καὶ τοῖς ὁμοίοις, κολούοντα τοὺς μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τοῖς μηδενὸς ἀξίοις, καὶ διδάσκοντα τοὺς νέους ὄνειδος ἡγεῖσθαι καὶ λοιδορίαν τὸ, Χρήμασιν ἄριστε, καὶ Δείπνοις ἄριστε, καὶ Παισὶν, ἢ ὑποζυγίοις ἄριστε, καὶ νὴ Δία, τῷ λέγειν ἐφεξῆς ἄριστε.* Δεῖ γὰρ ἐκ τῶν καλῶν διώκειν τὴν ὑπεροχὴν, καὶ περὶ τὰ πρῶτα πρῶτον εἶναι, καὶ μέγαν ἐν τοῖς μεγίστοις. Ἡ δὲ ἀπὸ μικρῶν δόξα καὶ φαύλων ἄδοξός ἐστι καὶ ἀφιλότιμος. Τοῦτο δὲ ἡμᾶς εὐθὺς ὑπομιμνήσκει τὸ παράδειγμα, τὸ τοὺς ψόγους ἀποθεωρεῖν, καὶ τοὺς ἐπαίνους, ἐν τοῖς Ὁμήρου μάλιστα ποιήμασιν. Ἔμφασις γὰρ γίνεται μεγάλη τοῦ τὰ σωματικὰ καὶ τυχηρὰ μὴ μεγάλης

Quis servus est, qui liber a mortis metu?

hoc intelligendum est etiam de labore et morbo eum loqui. Ut enim medici ad certum morbum apto et convenienti medicamento, id facultate ejus perspecta transferunt deinde et accommodant ad quoscunque similes : sic orationem quoque communem, et quæ usum suum publicare possit, non debemus uni affixam rei relinquere, sed ad omnia similia traducere, adolescentesque accurate adsuefacere multis exemplis propositis, ut celeriter communitatem istam perspiciant, quodque proprium est, expedite transferant, et in pluribus exemplis sagacitatem suam et acumen intelligendi experiantur. Ut quum Menandrum audiunt hæc proferre,

Beatus ille, qui cor atque opes habet:

judicent, hoc et de gloria itidem, et de principatu, et de facundia dictum esse. Et quibus verbis Achillem in Scyro inter virgines sedentem Ulysses increpat,

Illustre generis lumen extinguens tui,
lanam facis, natus patre Argivum optimo?

posse de nepote ac perdito dici, et turpi quæstui dedito, et socordi et inerudito,

Potas, parente natus Argivum optimo,

aut tesseris ludis, aut coturnices percutis, aut cauponaris, aut fœnebrem exerces rem, nihil magnum aut genere dignum cogitans?

Ne dixeris opes : haud ego admiror deum,
quem facile adeptum possidet vel pessimus:

ergo ne gloriam quidem, neque corporis formam, neque vestem imperatoriam, neque coronam sacerdotalem, quæ omnia etiam pessimis videmus contingere. Rursum,

Ignaviæ sunt namque turpes filii.

et vero mehercle etiam intemperantiæ, et superstitionis, et invidiæ, et reliquorum omnium vitiorum. Jam quum optime dixerit Homerus:

Infelix formose Pari, —

Et,

Hector formose, —

(ostendit enim vituperio et opprobrio dignum, cui nullum pulchritudine præstantius adsit bonum), hæc similibus adaptanda porro sunt, iisque reprimendi qui se efferunt ob res nullius pretii : docendique sunt adolescentes, hujusmodi verba exprobrationes esse et convicia, *Opibus præstantissime, conviviis, pueris, jumentis, atque adeo linguæ volubilitate*. Oportet enim in bonis excellentiam sectari, inque primis rebus primum, et in maximis magnum esse. Gloria vero a parvis rebus et vilibus parta, ignobilis est et non magni facienda. Atque hujus rei nos statim submonebit exemplum illud ut vituperationes et laudationes perpendamus, maxime in Homeri poematis. Magno enim argumento sunt, cor-

ἄξια σπουδῆς νομίζειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ταῖς δεξιώσεσι καὶ ἀνακλήσεσιν οὐ καλοὺς, οὐδὲ πλουσίους, οὐδ' ἰσχυροὺς προσαγορεύουσιν, ἀλλὰ τοιαύταις εὐφημίαις χρῶνται,

Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ·

καὶ,

Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο, Διῒ μῆτιν ἀτάλαντε·

καὶ,

Ὦ Ἀχιλεῦ Πηλέως υἱὲ μέγα κῦδος Ἀχαιῶν·

καὶ,

Δῖε Μενοιτιάδη τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ.

Ἔπειτα λοιδοροῦσιν οὐδὲν ἐφαπτόμενοι τῶν σωματικῶν, ἀλλὰ τοῖς ἁμαρτήμασι τοὺς ψόγους ἐπιφέροντες,

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο·

καὶ,

Αἶαν νείκει ἄριστε, κακοφραδές·

καὶ,

Ἰδομενεῦ, τί πάρος λαβρεύεαι; οὐδέ τι σὲ χρὴ
λαβραγόρην ἔμεναι·

καὶ,

Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε.

Καὶ τέλος ὁ Θερσίτης ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως οὐ χωλὸς, οὐ φαλακρὸς, οὐ κυρτὸς, ἀλλ' ἀκριτόμυθος λοιδορεῖται. Τὸν δ' Ἥφαιστον ἡ τεκοῦσα καὶ φιλοφρονουμένη προσηγόρευσεν ἀπὸ τῆς χωλότητος,

Ὄρσεο κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος.

Οὕτως Ὅμηρος καταγελᾷ τῶν αἰσχυνομένων ἐπὶ χωλότησιν, ἢ τυφλότησιν, οὔτε ψεκτὸν ἡγούμενος τὸ μὴ αἰσχρὸν, οὔτε αἰσχρὸν τὸ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀπὸ τύχης γινόμενον. Δύο δὴ περιγίνεται μεγάλα τοῖς τῶν ποιητῶν ἐθιζομένοις ἀκούειν· τὸ μὲν εἰς μετριότητα, τὸ αὐτοὺς κατὰ βίον εὐροοῦντας, μηδενὶ τύχην ἐπαχθῶς καὶ ἀνοήτως ὀνειδίζειν· τὸ δὲ εἰς μεγαλοφροσύνην, αὐτοὺς χρησαμένους τύχαις, μὴ ταπεινοῦσθαι, μηδὲ ταράττεσθαι, φέρειν δὲ πράως καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ γέλωτας· μάλιστα μὲν τὸ τοῦ Φιλήμονος ἔχοντας πρόχειρον,

Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον,
ἔστ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.

Ἂν δὲ φαίνηταί τις ἐπιλήψεως δεόμενος, τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν παθῶν ἐπιλαμβάνου, ὥσπερ ὁ τραγικὸς Ἄδραστος, τοῦ Ἀλκμαίωνος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν,

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς,

ἀπεκρίνατο,

Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

Καθάπερ γὰρ οἱ τὰ ἱμάτια μαστιγοῦντες οὐχ ἅπτονται τοῦ σώματος, οὕτως οἱ δυστυχίας τινὸς ἢ δυσ-

poris et fortunæ bona non esse magni æstimanda. Primum in congressibus et compellationibus, non formosos, aut divites, aut robustos appellant, sed hujusmodi collaudationibus utuntur :

Nate Jovis, solers Laertæ sanguis Ulysses :

item,

O Priamo prognate, Jovi par consilio Hector :

et,

Pelei gnate, ingens Græcorum gloria Achilles :

et,

Die Menœtiades, nostro gratissime cordi.

Tum in conviciando incessunt non ea quæ corporis sunt, sed vitiis reprehensiones inferunt :

Ebrie, qui cervi cor habes oculosque caninos :

item,

Jurgandi princeps, Ajax rixose :

et,

Idomeneu, quorsum petulantis jurgia linguæ
jactabas? haud te ista decent :

et,

Ajax lingua delirans, jactator.

Denique Ulysses Thersitæ non claudicationem, non calviciem, non gibbum exprobrat, sed promiscue garriendi vitium. Contra Vulcanum mater blande alloqui volens, a claudicatione titulum ei tribuit,

Capte agedum pedibus, mi nate. —

Sic Homerus deridet eos quos claudicationis, cæcitatis, aut similium pudet : neque vituperabile ducens, quod turpe non sit : neque turpe, cujus non penes nos, sed penes fortunam est causa. Hæc ergo duo præclara consequuntur qui poetis audiendis adsuescunt : ad moderationem, ne cui fortunam cur ipsis omnia ad votum fluant, importune stulteve exprobrent : et ad magnanimitatem, ut adversis rebus non dejiciantur aut perturbentur, sed æquo animo ferant sannas, convicia, ac risus. Ac præsertim quidem Philemonis illud in promptu habendum :

Jucundius nil est magis
quam posse dura probra fortiter pati.

Ubi tamen dignus aliquis increpatione videbitur, peccata ejus et animi morbi incessendi sunt. Sic in Tragœdia Adrastus ab Alcmæone his verbis lacessitus,

Frater mulieri es, quæ virum leto dedit,

respondit,

Leto dedisti tu tua matrem manu.

Sicut enim qui vestes flagellant, ii corpora ipsa non attingunt : sic qui infortunia cuipiam aut natalium de-

γενείας ὀνειδίζοντες εἰς τὰ ἐκτὸς ἐντείνονται κενῶς καὶ ἀνοήτως, τῆς ψυχῆς δ' οὐ θιγγάνουσιν, οὐδὲ τῶν ἀληθῶς ἐπανορθώσεως δεομένων καὶ δήξεως.

14. Καὶ μὴν ὥσπερ ἐπάνω πρὸς τὰ φαῦλα καὶ βλαβερὰ ποιήματα λόγους καὶ γνώμας ἀντιτάσσοντες ἐνδόξων καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν ἐδοκοῦμεν ἀφιστάναι καὶ ἀνακρούειν τὴν πίστιν, οὕτως ὅ, τι ἂν ἀστεῖον εὕρωμεν παρ' αὐτοῖς καὶ χρηστὸν, ἐκτρέφειν χρὴ καὶ αὔξειν ἀποδείξεσι καὶ μαρτυρίαις φιλοσόφοις, ἀποδιδόντας τὴν εὕρεσιν ἐκείνοις· καὶ γὰρ δίκαιον, καὶ ὠφέλιμον, ἰσχὺν τῆς πίστεως καὶ ἀξίωμα προσλαμβανούσης, ὅταν τοῖς ἀπὸ σκηνῆς λεγομένοις, καὶ πρὸς λύραν ᾀδομένοις, καὶ μελετωμένοις ἐν διδασκαλείῳ τὰ Πυθαγόρου δόγματα καὶ Πλάτωνος ὁμολογῇ, καὶ τὰ Χίλωνος παραγγέλματα, καὶ τὰ Βίαντος ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἄγῃ γνώμας ἐκείνοις * τοῖς παιδικοῖς ἀναγνώσμασιν. Ὅθεν οὐ παρέργως ὑποδεικτέον, ὅτι τὸ μὲν,

Τέκνον ἐμὸν, οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο·

καὶ τὸ,

Ζεὺς γάρ τοι νεμεσᾷ, ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιο,

οὐδὲν διαφέρει τοῦ, Γνῶθι σαυτὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν ἐκείνῳ. Τὸ δὲ,

Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός·

καὶ τὸ,

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη,

ταὐτόν ἐστι τοῖς Πλάτωνος ἐν Γοργίᾳ καὶ Πολιτείᾳ δόγμασι, περὶ τοῦ, Τὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ τοῦ κακῶς πάσχειν τὸ ποιεῖν κακῶς βλαβερώτερον. Ἐπιρρητέον δὲ καὶ τῷ Αἰσχύλῳ,

Θάρσει· πόνου γὰρ ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνον,

ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ παρ' Ἐπικούρῳ θρυλλούμενον ἀεὶ καὶ θαυμαζόμενον, Ὡς οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. Ὧν τὸ μὲν εἴρηκεν ὁ Αἰσχύλος ἐναργῶς, τὸ δὲ τῷ εἰρημένῳ παρακείμενόν ἐστι. Εἰ γὰρ ὁ μέγας καὶ σύντονος οὐ παραμένει πόνος, οὐκ ἔστι μέγας ὁ παραμένων, οὐδὲ δυσκαρτέρητος. Τὰ δὲ τοῦ Θέσπιδος ταυτί,

Ὁρᾷς, ὅτι Ζεὺς τῷδε πρωτεύει θεῶν,
οὐ ψεῦδος, οὐδὲ κόμπον, οὐ μῶρον γέλων
ἀσκῶν· τόδ' ἡδὺ μοῦνος οὐκ ἐπίσταται,

τί διαφέρει τοῦ, Πόῤῥω γὰρ ἡδονῆς καὶ λύπης ἵδρυται τὸ θεῖον, ὡς Πλάτων ἔλεγε; Τὸ δὲ,

Φάσωμεν πιστὸν κῦδος ἔχειν ἀρετὰν,
πλοῦτος δὲ καὶ δειλοῖσιν ἀνθρώπων ὁμιλεῖ,

λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Βακχυλίδου· καὶ πάλιν ὑπὸ τοῦ Εὐριπίδου παραπλησίως,

Ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον νομίζω
τᾶς σωφροσύνας, ἐπεὶ
τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεστι·

καὶ τὸ,

decora exprobrant, stulte et incassum ii exteriora verberant, animam vero ipsam non attingunt, neque ea quæ revera correctione aut insectatione indigent.

XIV. Enim vero sicuti supra fidem derogare pravis et damnosis poematis docuimus, opponendis præclarorum et in republica illustrium virorum dictis atque sententiis : ita quidquid in poesi elegans inveniemus atque utile, demonstrationibus id et testimoniis philosophorum quasi enutriemus atque augebimus, inventione poetis interea adscripta. Justum enim hoc est, et utile, ut corroborata ita et aucta fide, cum iis quæ in scena dicuntur, aut ad lyram cantantur, vel in schola discuntur, Pythagoræ Platonisve decreta consentiant et Chilonis præcepta : eodemque tendant Biantis sententiæ, quo istæ pueriles prælectiones. Itaque de industria ostendendum est hæc,

Non est, gnata, tibi bellorum facta potestas:
verum age, connubii curam munusque tuere :

item,

—Jupiter illi
Succenset, qui se meliorem Marte lacessit :

plane ejusdem esse sententiæ cum hoc, *Nosce teipsum*. Hæc autem,

Stulti nec norunt multo præstantius esse
dimidium toto:...

et,

Consilioque malo præ cunctis læditur auctor:

hæc germana sunt iis quæ in Gorgia et de Republica Plato disputat, et decernit, *Injuriam inferre pejus esse quam ea affici*. Et ad hoc Æschyli,

Animo bono es, tempore summus caret dolor:

dicendum, id esse ipsum quod apud Epicurum est tritum semper et in admiratione habitum, *Magnos dolores celeriter præterire, diuturnos magnitudine carere*. Quorum illud perspicue dixit Æschylus : hoc est ejus consequens. Si enim magnus et intentus dolor non permanet : qui permanet, magnus non est, neque intolerabilis. Jam illa Thespidis,

Videsne princeps numinum, ut sit Jupiter,
mendacio, superbiis, stulto caret
risu, voluptatisque solus inscius :

quidnam differt ab hoc Platonis dicto, *Procul a voluptate et dolore locatum est numen?* Tum illud a Bacchylide prolatum,

Virtutis certa est gloria, crede mihi,
potiuntur opibus improbi quoque:

atque huic adfine illud Euripidis,

Antiquius nihil ipse temperantia
duco, bonis quod semper adest:

itemque,

Τιμᾶν τ' ἀντέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργάσασθαι δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθ' ἄνολβοι·

ἆρα οὐκ ἀπόδειξιν ἔχει, ὧν οἱ φιλόσοφοι λέγουσι περὶ πλούτου καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, ὡς χωρὶς ἀρετῆς ἀνωφελῶν ὄντων καὶ ἀνονήτων τοῖς ἔχουσι; Τὸ γὰρ οὕτω συνάπτειν καὶ συνοικειοῦν τοῖς δόγμασιν ἐξάγει τὰ ποιήματα τοῦ μύθου καὶ τοῦ προσωπείου, καὶ σπουδὴν περιτίθησι τοῖς χρησίμως λεγομένοις· ἔτι δὲ προανοίγει καὶ προκινεῖ τὴν τοῦ νέου ψυχὴν τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγοις. Ἔρχεται γὰρ οὐκ ἄγευστος αὐτῶν παντάπασιν, οὐδὲ ἀνήκοος, οὐδὲ ἀκρίτως ἀνάπλεως, ὧν ἤκουε τῆς μητρὸς ἀεὶ καὶ τίτθης, καὶ νὴ Δία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ, τοὺς πλουσίους εὐδαιμονιζόντων καὶ σεβομένων, φριττόντων δὲ τὸν θάνατον καὶ τὸν πόνον, ἄζηλον δὲ [καὶ] τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸ μηδὲν ἄνευ χρημάτων καὶ δόξης ἀγόντων. Οἷς ἀντίφωνα τῶν φιλοσόφων ἀκούοντας αὐτοὺς τοπρῶτον ἔκπληξις ἴσχει καὶ ταραχὴ καὶ θάμβος· οὐ προσιεμένους οὐδὲ ὑπομένοντας, ἂν μὴ, οἷον ἐκ σκότους πολλοῦ μέλλοντες ἥλιον ὁρᾶν, ἐθισθῶσι, καθάπερ ἐν νόθῳ φωτὶ καὶ κεκραμένης μύθοις ἀληθείας αὐγὴν ἔχοντι μαλθακὴν, ἀλύπως διαβλέπειν τὰ τοιαῦτα καὶ μὴ φεύγειν. Προακηκοότες γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασι, καὶ προανεγνωκότες,

Τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων·

καὶ,

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς πόματός θ' ὑδρηχόου;

καὶ,

Ἰὼ τυραννὶ βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη·

καὶ,

*— Ἡ βροτῶν τ' εὐπραξία
τῶν τἀλάχιστα γίνεται λυπουμένων,

ἧττον ταράττονται καὶ δυσκολαίνουσι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀκούοντες, ὡς, Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· καὶ, Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται· καὶ, Τὸ εὔδαιμον καὶ μακάριον οὐ χρημάτων πλῆθος, οὐδὲ πραγμάτων ὄγκος, οὐδὲ ἀρχαί τινες ἔχουσιν, οὐδὲ δυνάμεις, ἀλλ' ἀλυπία καὶ πραότης παθῶν, καὶ διάθεσις ψυχῆς τὸ κατὰ φύσιν ὁρίζουσα. Διὸ καὶ τούτων ἕνεκα καὶ τῶν προειρημένων ἁπάντων ἀγαθῆς δεῖ τῷ νέῳ κυβερνήσεως περὶ τὴν ἀνάγνωσιν, ἵνα μὴ προδιαβληθεὶς, ἀλλὰ μᾶλλον προπαιδευθεὶς, εὐμενὴς καὶ φίλος καὶ οἰκεῖος ὑπὸ ποιητικῆς ἐπὶ φιλοσοφίαν προπέμπηται

Utcunque honorum lumine fulgidi,
speratis auri subdere copia
vos posse virtutem. Bonorum
judicium miseros vocabit:

nonne hæc demonstrationem habent eorum quæ de divitiis et externis bonis tradunt philosophi, ea sine virtute nihil possessoribus prodesse? Hujusmodi ad placita philosophorum reductio et accommodatio poematum, ea fabulis personaque exuit, facitque ut serio accipiantur, quæ sunt dicta utiliter : præterea animum adolescentis philosophiæ decretis aperit, et ad eaoinclinat. Accedit enim ad ea neque nullo prorsus eorum gustu percepto, neque omni auditione vacuus, neque sine ullo judicio plenus tantum eorum quæ ex matre identidem et nutrice audivit, immo autem etiam ex ipso patre et pædagogo: qui divitum beatitatem prædicare solent ac venerari, mortem autem et laborem exhorrescere, virtutem sine opibus et gloria pro re despicabili et nihilo ducere. Quibus quum reclamantia apud philosophos decreta audiunt, principio statim terror quidam et perturbatio ac stupor invadit, non admittentes ea, neque perferentes : nisi tanquam ex tenebris ad solem aspiciendum prodituri, adsuescant tanquam in notha luce, et veritatis temperatæ fabulis lenem habente splendorem, intueri in ista, neque reformidare. Ubi enim jam ante apud poetas hæc audierint aut legerint,

Lugere genitum tanta qui intrarit mala :
at morte si quis finiisset miserias,
hunc laude amicos atque lætitia exsequi :

et,

Quid est opus mortalibus, præter duo,
Cereale munus, limpidæ et potus aquæ?

et,

Io tyrannis, genti amica barbaræ!

et,

Hæc est enim mortalium felicitas,
dolere, quam fieri queat, rarissime :

hæc, inquam, secum afferentes, minus perturbantur aut offenduntur apud philosophos audientes : *Mortem nihil ad nos attinere : Divitias naturæ esse definitas : Felicitatem et vitam beatam non in multitudine pecuniæ aut opum mole, aut principatu potentiaque consistere : sed in vacuitate doloris, affectuum animi moderatione, animique affectione naturæ finibus res omnes circumscribente.* Itaque cum propter hæc, tum prædictorum causa omnium, adolescens in lectione poetarum magnam gubernationem desiderat : ne sinistra suspicione occupatus, sed præcedente potius institutione formatus, placidus ita familiarisque et amicus a poesi ad philosophiam deducatur.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΟΥΕΙΝ.

1. Τὴν γενομένην μοι σχολὴν, ὦ Νίκανδρε, περὶ τοῦ ἀκούειν ἀπέσταλκά σοι γράψας, ὅπως εἰδῇς τοῦ πείθοντος ὀρθῶς ἀκούειν, ὅτε τῶν προσταττόντων ἀπήλλαξαι, τὸ ἀνδρεῖον ἀπειληφὼς ἱμάτιον. Ἀναρχία μὲν γὰρ, ἣν ἔνιοι τῶν νέων ἐλευθερίαν ἀπαιδευσίᾳ νομίζουσι, χαλεπωτέρους ἐκείνων τῶν ἐν παισὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δεσπότας ἐφίστησι, τὰς ἐπιθυμίας, ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λυθείσας. Καὶ, καθάπερ Ἡρόδοτός φησιν, ἅμα τῷ χιτῶνι συνεκδύεσθαι τὴν αἰδῶ τὰς γυναῖκας, οὕτως ἔνιοι τῶν νέων ἅμα τῷ τὸ παιδικὸν ἱμάτιον ἀποθέσθαι, συναποθέμενοι τὸ αἰδεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι, καὶ λύσαντες τὴν κατασχηματίζουσαν αὐτοὺς περιβολὴν, εὐθὺς ἐμπίπλανται τῆς ἀναγωγίας. Σὺ δὲ πολλάκις ἀκηκοὼς, ὅτι ταὐτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ, καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ, νόμιζε τὴν εἰς ἄνδρας ἐκ παίδων ἀγωγὴν οὐκ ἀρχῆς εἶναι τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀποβολὴν, ἀλλὰ μεταβολὴν ἄρχοντος, ἀντὶ μισθωτοῦ τινος ἢ ἀργυρωνήτου θεῖον ἡγεμόνα τοῦ βίου λαμβάνουσι τὸν λόγον· ᾧ τοὺς ἑπομένους ἄξιόν ἐστι μόνους ἐλευθέρους νομίζειν. Μόνοι γὰρ, ἃ δεῖ βούλεσθαι μαθόντες, ὡς βούλονται, ζῶσι. Ταῖς δὲ ἀπαιδεύτοις καὶ παραλόγοις ὁρμαῖς καὶ πράξεσιν ἀγεννὲς ἔνεστι καὶ μικρὸν ἐν πολλῷ τῷ μετανοοῦντι τὸ ἑκούσιον.

2. Ἐπεὶ δ' ὥσπερ τῶν ἐγγραφομένων εἰς τὰς πολιτείας οἱ μὲν ἀλλοδαποὶ καὶ ξένοι κομιδῇ πολλὰ μέμφονται καὶ δυσκολαίνουσι τῶν γινομένων, οἱ δ' ἐκ μετοίκων σύντροφοι καὶ συνήθεις ὄντες τῶν νόμων οὐ χαλεπῶς προσδέχονται τὰ ἐπιβάλλοντα καὶ στέργουσιν, οὕτως ἔδει πολὺν χρόνον ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενον, καὶ πᾶν μάθημα καὶ ἄκουσμα παιδικὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐθισθέντα προσφέρεσθαι λόγῳ φιλοσόφῳ μεμιγμένον, εὐμενῆ καὶ οἰκεῖον ἥκειν εἰς φιλοσοφίαν, ἣ μόνη τὸν ἀνδρεῖον καὶ τέλειον ὡς ἀληθῶς ἐκ λόγου τοῖς νέοις περιτίθησι κόσμον. Οὐκ ἂν ἀηδῶς δ' οἶμαί σε προσακοῦσαι περὶ τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως,* ἥν ὁ Θεόφραστος παθητικωτάτην εἶναί φησι πασῶν. Οὔτε γὰρ ὁρατὸν οὐδὲν, οὔτε γευστὸν οὔτε ἁπτὸν, ἐκστάσεις ἐπιφέρει καὶ ταραχὰς καὶ πτοίας τηλικαύτας, ἡλίκαι καταλαμβάνουσι τὴν ψυχὴν, κτύπων τινῶν καὶ πατάγων καὶ ἤχων τῇ ἀκοῇ προσπεσόντων. Ἔστι δὲ λογικωτέρα μᾶλλον ἢ παθητικωτέρα. Τῇ μὲν γὰρ κακίᾳ πολλὰ χωρία καὶ μέρη τοῦ σώματος παρέχει δι' αὑτῶν ἐνδῦσαν ἅψασθαι τῆς ψυχῆς· τῇ δὲ ἀρετῇ μία λαβὴ τὰ ὦτα τῶν νέων ἐστὶν, ἂν ᾖ καθαρὰ καὶ ἄθρυπτα κολακείᾳ, καὶ λόγοις ἄθικτα φαύλοις ἀπ' ἀρχῆς φυλάττηται. Διὸ καὶ Ξενοκράτης τοῖς παισὶ μᾶλλον ἢ τοῖς ἀθληταῖς ἐκέλευε περιάπτειν ἀμφωτίδας, ὡς ἐκείνων μὲν τὰ ὦτα ταῖς πληγαῖς, τούτων δὲ τοῖς λόγοις τὰ ἤθη διαστρεφομένων· οὐκ ἀνηκοΐαν οὐδὲ κωφότητα προμνώμενος, ἀλλὰ τῶν λόγων τοὺς φαύλους φυλάττεσθαι

DE RECTA AUDIENDI RATIONE.

I. Quam de audiendi ratione habui disputationem, eam literis mandatam ad te, mi Nicander, mitto, ut quando virili sumpta veste e præceptorum potestate exivisti, recte monentibus obtemperandi modum habeas cognitum. Nam licentia, quam nonnulli juvenum non probe instituti libertatem putant, iis qui pueros rexerant magistris ac pædagogis importuniores imponit dominos, cupiditates, inquam, quasi vinculis jam solutas. Et quomodo Herodotus ait, *simul cum tunica mulieres etiam verecundiam exuere :* ita adolescentum quidam simul cum puerili veste pudorem ac metum deponentes, soluto qui eos conformabat amictu, statim licentia et contumacia implicantur. Tu vero, qui sæpenumero audivisti idem esse *Deum sequi*, et *parere rationi*, existimare debes eos qui sana sunt mente, ita judicare, se quando a pueritia ad virilem evadunt ætatem, non abjicere imperium, sed mutare imperatorem, dum pro aliquo mercede conducto aut ære empto magistro, divinum vitæ ductorem accipiunt Rationem : cui qui parent, soli digni sunt qui pro liberis habeantur. Soli enim hi vivunt ut volunt, qui quid velle debeant didicerunt. Ineruditæ autem et rationis expertes animi incitationes atque actiones, exilem quandam ignobilemque voluntatis libertatem multa cum pœnitentia conjunctam habent.

II. Jam sicut qui in civium numerum adscribuntur, alienigenæ et omnino peregrini, multa eorum quæ fiunt reprehendunt et inique ferunt : qui vero inquilini, cum educatione ac consuetudine sibi leges familiares reddiderint, sine molestia quæ suarum sunt partium obeunt, iisque sunt contenti : ita oportuit a multo tempore in philosophia obiter innutritum, ac jam inde ab initio ætatis adsuefactum ad percipiendum disciplinas auditionesque pueriles cum philosophica oratione permixtas, mansuetum proinde atque quasi domesticum conferre se ad philosophiam, quæ sola virilem et revera perfectum juvenibus circumdat ornatum. Neque injucundum, puto, erit audire de sensu auditus, quem Theophrastus omnium sensuum maxime ad motus animi ciendos facere ait. Neque enim quicquam eorum quæ visu, quæ gustatu, quæ tactu percipiuntur, tantas mentis alienationes, tumultus, consternationesque affert, quantæ animum occupant strepitibus quibusdam et fragoribus et sonitibus ad aures accidentibus. Est tamen hic sensus magis rationi quam affectibus idoneus. Vitiis enim multæ partes corporis multaque loca aditum spatiumque, per se, ad animam penetrandi præbent : unica virtuti qua adolescentes arripiat ansa aures sunt, siquidem puræ sint, et jam inde ab initio adulatoriarum corruptelarum vacuæ, intactæque a pravis sermonibus serventur. Itaque Xenocrates aurium munimenta pueris potius quam athletis applicari jubebat : quod horum aures verberibus, illorum mores verbis perverterentur : neque ille aures obseratas, aut surditatem conciliabat : sed hortabatur ut tantisper ab audiendis

παραινῶν, πρὶν ἑτέρους χρηστοὺς, ὥσπερ φύλακας ἐντραφέντας ὑπὸ φιλοσοφίας, τῷ ἤθει τὴν μάλιστα κινουμένην αὐτοῦ καὶ ἀναπειθομένην χώραν κατασχεῖν. Καὶ Βίας ὁ παλαιὸς Ἀμάσιδι, κελευσθεὶς τὸ χρηστότατον ὁμοῦ καὶ φαυλότατον ἐκπέμψαι κρέας τοῦ ἱερείου, τὴν γλῶτταν ἐξελὼν ἀπέπεμψεν, ὡς καὶ βλάβας καὶ ὠφελείας τοῦ λέγειν ἔχοντος μεγίστας. Οἵ τε πολλοὶ τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες, αὐτοί τε τῶν ὤτων ἅπτονται, κἀκεῖνα τοῦτο ποιεῖν κελεύουσιν, αἰνιττόμενοι μετὰ παιδιᾶς, ὅτι δεῖ φιλεῖν μάλιστα τοὺς διὰ τῶν ὤτων ὠφελοῦντας. Ἐπεὶ, ὅτι γε πάσης ἀκροάσεως ἀπειργόμενος ὁ νέος, καὶ λόγου μηδενὸς γευόμενος, οὐ μόνον ἄκαρπος ὢν ὅλος καὶ ἀβλαστὴς διαμένει πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ διαστρέφοιτο πρὸς κακίαν, ὥσπερ ἐκ χώρας ἀκινήτου καὶ ἀργῆς, ἄγρια πολλὰ τῆς ψυχῆς ἀναδιδοὺς, δῆλόν ἐστι. Τὰς γὰρ ἐφ' ἡδονὴν ὁρμὰς, καὶ πρὸς πόνον ὑποψίας, οὐ θυραίους οὐδ' ὑπὸ λόγων ἐπεισάκτους, ἀλλ' ὥσπερ αὐτόχθονας οὔσας μυρίων παθῶν καὶ νοσημάτων πηγὰς, ἂν ἐᾷ τις ἀφέτους, ᾗ πεφύκασι, χωρεῖν, καὶ μὴ λόγοις χρηστοῖς ἀφαιρῶν ἢ παρατρέπων, καταρτύῃ τὴν φύσιν, οὐκ ἔστιν ὃ τῶν θηρίων οὐκ ἂν ἡμερώτερον ἀνθρώπου φανείη.

3. Διὸ δὴ μεγάλην μὲν ὠφέλειαν, οὐκ ἐλάττω δὲ κίνδυνον τοῖς νέοις τοῦ ἀκούειν ἔχοντος, οἶμαι καλῶς ἔχειν καὶ πρὸς αὑτὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἕτερον διαλέγεσθαι περὶ τοῦ ἀκούειν. Ἐπεὶ καὶ τούτῳ κακῶς τοὺς πλείστους χρωμένους ὁρῶμεν, οἳ λέγειν ἀσκοῦσι, πρὶν ἀκούειν ἐθισθῆναι· καὶ λόγου μὲν οἴονται μάθησιν εἶναι καὶ μελέτην, ἀκροάσει δὲ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν χρωμένους ὠφελεῖσθαι. Καίτοι τοῖς μὲν σφαιρίζουσιν ἅμα τοῦ βαλεῖν καὶ τοῦ λαβεῖν τὴν σφαῖραν ἡ μάθησις· ἐν δὲ τῇ τοῦ λόγου χρείᾳ τὸ δέξασθαι καλῶς τοῦ προέσθαι πρότερόν ἐστιν, ὥσπερ τοῦ τεκεῖν τὸ συλλαβεῖν τι καὶ κατασχεῖν τῶν γονίμων. Ταῖς μὲν οὖν ὄρνισι τὰς ὑπηνεμίους λοχείας καὶ ὠδῖνας ἀτελῶν τινων καὶ ἀψύχων ὑπολειμμάτων ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι· τῶν δὲ ἀκούειν μὴ δυναμένων νέων, μηδὲ ὠφελεῖσθαι δι' ἀκοῆς ἐθισθέντων, ὑπηνέμιος ὄντως ὁ λόγος ἐκπίπτων,

Ἀκλειὴς ἄϊδηλος ὑπαὶ νεφέεσσι κεδάσθη.

Τὰ μὲν γὰρ ἀγγεῖα πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν ἐγχεομένων ἐπικλίνουσι καὶ συνεπιστρέφουσιν, ἵν' ἔγχυσις ἀληθῶς, μὴ ἔκχυσις γένηται· αὑτοὺς δὲ τῷ λέγοντι παρέχειν καὶ συναρμόττειν τῇ προσοχῇ τὴν ἀκρόασιν, ὡς μηδὲν ἐκφύγοι τῶν χρησίμως λεγομένων, οὐ μανθάνουσιν· ἀλλ', ὃ πάντων καταγελαστότατόν ἐστιν, ἂν μέν τινι * προστύχωσι διηγουμένῳ δεῖπνον, ἢ πομπὴν, ἢ ὄνειρον, ἢ λοιδορίαν γεγενημένην αὐτῷ πρὸς ἄλλον, ἀκροῶνται σιωπῇ, καὶ προσλιπαροῦσιν· ἂν δέ τις αὐτοὺς ἐπισπασάμενος διδάσκῃ τι τῶν χρησίμων, ἢ παραινῇ τῶν δεόντων, ἢ νουθετῇ πλημμελοῦντας, ἢ καταπραΰνῃ χαλεπαίνοντας, οὐχ ὑπομένουσιν, ἀλλ', ἐὰν μὲν δύνωνται, περιγενέσθαι φιλοτιμούμενοι διαμάχονται πρὸς τὸν λόγον· εἰ δὲ μὴ, φεύγοντες ἀπίασι πρὸς ἑτέρους

pravis sermonibus abstinerent, dum boni sermones tanquam custodes quos philosophia alit, occuparent moribus eam regionem quæ maxime oratione movetur atque ducitur. Ac Bias quidem ab Amaside jussus simul et optimam et pessimam victimæ carnem mittere, linguam ei exsectam misit: nimirum quia sermo et utilitatis et damni plurimum affert. Et vulgo parvulos qui deosculantur, tum ipsi aures eorum tangunt, tum eos idem jubent facere: per jocum significantes, maxime amandos esse eos qui per aures prosunt. Nam hoc quidem in promptu est, adolescentem qui ab omni sit exclusus auditione, et sermonem doctrinæ nullum gustet, non modo sterilem plane fore, neque ulla virtutum editurum germina: sed et ad vitia facile desciturum, quum ex animo rudi veluti solo inculto pleraque pullulent sylvestria. Impetus enim animi ad voluptatem ferentes, ac sinistras de labore suspiciones (qui non extrinsecus inanimum illabuntur aut oratione introducuntur, sed veluti indigenæ sunt infinitorum affectuum ac morborum fontes) si quis patiatur laxatis habenis eo quo natura ducit deferri, neque bonis ea præceptis minuendo aut alio deflectendo naturam componat; nullum profecto animal est quod non mansuetius sit homine isto futurum.

III. Quapropter, quum magnopere utile, non minus tamen periculosum sit adolescentibus audire, operæ pretium esse existimo ut quisque et secum semper, et cum aliis de ratione audiendi colloquatur. Nam in eo quoque videmus errare plerosque, quod in dicendo se exercent antequam se ad audiendum adsuefecerint: putantque dicendi esse disciplinam atque meditationem, utiliter autem quovis modo audiri. At vero qui pilæ ludum tractant, simul et jacere et accipere pilam discunt: in usu vero sermonis prius est recte accipere quam emittere: sicut conceptio et retentio fœtus partum antecedit. Jam ut quæ aves interdum irrita, et quæ zephyria vocantur, ova pariunt, causas aiunt esse imperfectarum et inanimatarum reliquiarum: ita qui audire nesciunt adolescentes, neque utilitatem ex auditione capere condocefacti sunt, eorum sermo vere inanis ac subventaneus excidens,

Irritus, ignotus, sub inania nubila fugit.

Et vasa quidem inclinare solent atque obvertunt, ut quæ infundere volunt, recipi possint, fiatque vere infusio, non effusio: seipsos vero dicenti accommodare, attentionemque auditioni adhibere, ne quid utiliter dictorum effugiat, non discunt: sed (quod omnium maxime deridiculum est) si incidant in aliquem qui cœnam, pompam, insomnium, aut altercationem sibi cum alio habitam narret, taciti audiunt, et ut pergat dicere flagitant: sin vero eosdem alius ad se trahat, ac de re utili docere, vel admonere, aut peccantem verbis corrigere, aut demitigare animo commotos cupiat, non patiuntur: sed vel contensiose impugnant ejus orationem, si qua vincere possint: vel eo omisso proripiunt se alio ubi nugas audiant, aures suas, tanquam inuti-

λόγους καὶ φλυάρους, ὡς ἀγγεῖα φαῦλα καὶ σαθρὰ τὰ ὦτα πάντων μᾶλλον ἢ τῶν ἀναγκαίων ἐμπιπλάντες. Τοὺς μὲν οὖν ἵππους οἱ καλῶς τρέφοντες εὐστόμους τῷ χαλινῷ, τοὺς δὲ παῖδας εὐηκόους τῷ λόγῳ παρέχουσι, πολλὰ μὲν ἀκούειν, μὴ πολλὰ δὲ λέγειν διδασκομένους. Καὶ γὰρ τὸν Ἐπαμινώνδαν ὁ Σπίνθαρος ἐπαινῶν, ἔφη, μήτε πλείονα γινώσκοντι, μήτε ἐλάττονα φθεγγομένῳ ῥαδίως ἐντυχεῖν ἑτέρῳ. Καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν ἑκάστῳ λέγουσι δύο μὲν ὦτα δοῦναι, μίαν δὲ γλῶτταν, ὡς ἐλάττονα λέγειν ἢ ἀκούειν ὀφείλοντι.

4. Πανταχοῦ μὲν οὖν τῷ νέῳ κόσμος ἀσφαλής ἐστιν * ἡ σιωπή, μάλιστα δ', ὅταν ἀκούων ἑτέρου μὴ συνταράττηται, μηδ' ἐξυλακτῇ πρὸς ἕκαστον, ἀλλά, κἂν ὁ λόγος ᾖ μὴ λίαν ἀρεστός, ἀνέχηται καὶ περιμένῃ παύσασθαι τὸν διαλεγόμενον· καὶ παυσαμένου, μὴ εὐθέως ἐπιβάλλῃ τὴν ἀντίῤῥησιν, ἀλλ', ὡς Αἰσχίνης φησί, διαλείπῃ χρόνον, εἴτε προσθεῖναί τι βούλοιτο τοῖς λελεγμένοις ὁ εἰρηκώς, εἴτε μεταθέσθαι καὶ ἀφελεῖν. Οἱ δὲ εὐθὺς ἀντικόπτοντες, οὔτε ἀκούοντες, οὔτε ἀκουόμενοι, λέγοντες δὲ πρὸς λέγοντας, ἀσχημονοῦσιν. Ὁ δ' ἐγκρατῶς καὶ μετ' αἰδοῦς ἀκούειν ἐθισθεὶς τὸν μὲν ὠφέλιμον λόγον ἐδέξατο καὶ κατέσχε, τὸν δὲ ἄχρηστον ἢ ψευδῆ μᾶλλον διεῖδε καὶ κατεφώρασε, φιλαλήθης φανείς, οὐ φιλόνεικος, οὐδὲ προπετὴς καὶ δύσερις. Ὅθεν οὐ κακῶς ἔνιοι λέγουσιν, ὅτι δεῖ τῶν νέων μᾶλλον ἐκπνευματοῦν τὸ οἴημα καὶ τὸν τῦφον, ἢ τῶν ἀσκῶν τὸν ἀέρα, τοὺς ἐγχέαι τι βουλομένους χρήσιμον· εἰ δὲ μή, γέμοντες ὄγκου καὶ φυσήματος οὐ προσδέχονται.

5. Φθόνος τοίνυν μετὰ βασκανίας καὶ δυσμενείας, οὐδενὶ μὲν ἔργῳ παρών, ἀγαθόν, ἀλλὰ πᾶσιν ἐμπόδιος τοῖς καλοῖς, κάκιστος δὲ ἀκροωμένῳ πάρεδρος καὶ σύμβουλος, ἀνιαρὰ καὶ ἀηδῆ καὶ δυσπρόσδεκτα ποιῶν τὰ ὠφέλιμα, διὰ τὸ πᾶσι μᾶλλον ἥδεσθαι τοὺς φθονοῦντας ἢ τοῖς εὖ λεγομένοις. Καίτοι πλοῦτος μὲν ὅντινα δάκνει, καὶ δόξα καὶ κάλλος, ἑτέροις ὑπάρχοντα, φθονερός ἐστι μόνον· ἄχθεται γὰρ ἄλλων εὐτυχούντων· ὁ δὲ λόγῳ καλῶς λεγομένῳ δυσχεραίνων ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν ἀνιᾶται. Ὡς γὰρ τὸ φῶς βλεπόντων, καὶ ὁ λόγος τῶν ἀκουόντων ἀγαθόν ἐστιν, ἂν βούλωνται δέχεσθαι. Τὸν μὲν οὖν ἐφ' ἑτέροις φθόνον ἄλλαι τινὲς ἀπαίδευτοι καὶ κακαὶ διαθέσεις ἐμποιοῦσιν, ὁ δὲ πρὸς τοὺς λέγοντας ἐκ φιλοδοξίας ἀκαίρου καὶ φιλοτιμίας ἀδίκου γεννώμενος οὐδὲ προσέχειν ἐᾷ τοῖς λεγομένοις τὸν οὕτω διακείμενον· ἀλλὰ θορυβεῖ καὶ περισπᾷ τὴν διάνοιαν, ἅμα μὲν τὴν ἑαυτῆς ἕξιν ἐπισκοποῦσαν, εἰ λείπεται τῆς τοῦ λέγοντος, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους ἐπιβλέπουσαν, εἰ ἄγονται καὶ θαυμάζουσιν, ἐκπληττομένην [τε] ὑπὸ τῶν ἐπαίνων, καὶ ἀγριαίνουσαν πρὸς τοὺς παρόντας, ἂν ἀποδέχωνται τὸν λέγοντα· τῶν δὲ λόγων τοὺς μὲν εἰρημένους ἐῶσαν καὶ προϊεμένην, ὅτι λυποῦσι μνημονευόμενοι, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιόντας ταραττομένην καὶ τρέμουσαν, μὴ τῶν εἰρημένων βελτίονες γένωνται· σπεύδουσαν δὲ τάχιστα παύσασθαι τοὺς λέγοντας, ὅταν *κάλλιστα λέγωσι· λυθείσης δὲ τῆς ἀκροάσεως, πρὸς

lia et vitiosa vasa, quavis potius quam necessaria aliqua re implentes. Cæterum sicut equos qui recte fingunt, eos docent fræno facile parere: ita qui pueros, ad audiendum promptos faciunt, docentque audire multa, loqui pauca. Nam Epaminondam laudans Spintharus, aiebat, Non facile se cum alio rem habuisse qui et plura nosset et pauciora diceret. Ac naturam aiunt propterea unicuique nostrum duas dedisse aures, unam linguam: quod pauciora loqui debeamus quam audire.

IV. Proinde quum ubique silentium adolescenti tutum sit ornamentum, maxime tum prodest quum audiens dicentem non perturbat, neque ad singula elatrat: sed etiamsi oratio non probetur, sustinet tamen, expectatque dum dicendi ille finem faciat: ac ubi is peroraverit non illico contra dicere orditur, sed, ut Æschines præcipit, spatium ei relinquit sive addendi aliquid dictis, si ita videatur, sive mutandi quidpiam vel detrahendi. Qui vero statim interrumpunt, et neque audiunt, neque audiuntur, sed adversus dicentes dicunt, ii contra decorum agunt. At qui continenter verecundeque audire adsuevit, is et quod utile est sermonis ejus percipit atque retinet, et inutile seu falsum facilius perspicit ac deprehendit, veritatisque studiosus habetur, non contentionis, neque temerarius aut rixator. Quare non inepte quidam dixerunt non minus studiose fastum opinationemque et arrogantiam adolescentum animis, quam aerem ex utribus excutiendum esse, si quid his utile velis infundere: alioqui elationis pleni et tumoris non admittunt.

V. Porro invidia cum livore quodam et malevolentia nullam ad rem utiliter adhibetur, sed omnibus bonis impedimento est: pessimus autem assessor est auditori atque consiliarius; quia enim invidi quavis potius re delectantur quam recte dictis, fit ut quæ utiliter alioqui dicerentur, molesta iis, injucunda, et odiosa reddantur. Et vero quem divitiæ, gloria, aut pulchritudo aliorum urit, is tantum invidus est; moleste enim fert res aliorum secundas. Qui orationi bonæ invidet, hunc sua ipsius bona excruciant animi. Sicut enim lumen videntium, ita sermo audientium, bonum est, si velint amplecti. Sed invidiam aliarum rerum, incompositæ aliæ quædam et pravæ animi affectiones efficiunt: quæ autem adversus dicentes inanem ob gloriæ cupiditatem ambitionemque injustam concipitur, hoc modo affectum ne attendere quidem animum orationi sinit: sed tumultuatur, mentemque circumagit simul et suos habitus considerantem et exquirentem an dicentis facundiæ cedant, simulque in alios intuentem an delectentur et mirentur dicentem; juxta consternatam laudibus, et frementem adversus auditores, si probant dicentem. Eademque quæ dicta sunt dimittit, quia molesta est eorum recordatio: et turbata ac tremens reliqua audit, sollicita ne prioribus sint meliora: ac tum maxime finem orationi facere dicentes optat, quum optime di-

οὐδενὶ τῶν εἰρημένων οὖσαν, ἀλλὰ τὰς φωνὰς καὶ διαθέσεις τῶν παρόντων ἐπιψηφίζουσαν· καὶ τοὺς μὲν ἐπαινοῦντας ὥσπερ ἐμμανῆ φεύγουσαν καὶ ἀποπηδῶσαν, προστρέχουσαν δὲ καὶ συναγελαζομένην τοῖς ψέγουσι τὰ εἰρημένα καὶ διαστρέφουσιν· ἂν δὲ μηδὲν ᾖ διαστρέψαι, παραβάλλουσιν ἑτέρους τινὰς, ὡς ἄμεινον εἰρηκότας εἰς τὸ αὐτὸ καὶ δυνατώτερον, ἕως διαφθείρασα καὶ λυμηναμένη τὴν ἀκρόασιν ἀχρεῖον ἑαυτῇ καὶ ἀνόητον ἀπεργάσηται.

6. Διὸ δεῖ τῇ φιληκοΐᾳ πρὸς τὴν φιλοδοξίαν σπεισάμενον ἀκροᾶσθαι τοῦ λέγοντος ἵλεων καὶ πρᾶον· ὥσπερ ἐφ' ἑστίασιν ἱερὰν καὶ θυσίας ἀπαρχὴν παρειλημμένον, ἐπαινοῦντα μὲν, οἷς ἐπιτυγχάνει, τὴν δύναμιν, ἀγαπῶντα δὲ τὴν προθυμίαν αὐτὴν τοῦ φέροντος εἰς μέσον ἃ γινώσκει, καὶ πείθοντος ἑτέρους δι' ὧν αὐτὸς πέπεισται. Τοῖς μὲν οὖν κατορθουμένοις ἐπιλογιστέον, ὡς οὐκ ἀπὸ τύχης οὐδὲ αὐτομάτως, ἀλλ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ καὶ μαθήσει κατορθοῦνται· καὶ μιμητέον ταῦτα θαυμάζοντάς γε δὴ καὶ ζηλοῦντας· τοῖς δὲ ἁμαρτανομένοις ἐφιστάναι χρὴ τὴν διάνοιαν, ὑφ' ὧν αἰτιῶν καὶ ὅθεν ἡ παρατροπὴ γέγονεν. Ὡς γὰρ ὁ Ξενοφῶν φησι τοὺς οἰκονομικοὺς καὶ ἀπὸ τῶν φίλων ὀνίνασθαι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν· οὕτω τοὺς ἐγρηγορότας καὶ προσέχοντας οὐ μόνον κατορθοῦντες, ἀλλὰ καὶ διαμαρτάνοντες ὠφελοῦσιν οἱ λέγοντες. Καὶ γὰρ διανοήματος εὐτέλεια, καὶ ῥήματος κενότης, καὶ σχῆμα φορτικὸν, καὶ πτόησις μετὰ χαρᾶς ἀπειροκάλου πρὸς ἔπαινον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, μᾶλλον ἀκροωμένοις ἐφ' ἑτέρων, ἢ λέγουσιν ἐφ' ἑαυτῶν καταφαίνεται. Διὸ δεῖ μεταφέρειν τὴν εὐθύνην ἐφ' ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ λέγοντος, ἀνασκοποῦντας, εἴ τι τοιοῦτον λανθάνομεν ἁμαρτάνοντες. Ῥᾷστον γάρ ἐστι τῶν ὄντων τὸ μέμψασθαι τὸν πλησίον· ἀχρήστως τε καὶ κενῶς γινόμενον, ἂν μὴ πρός τινα διόρθωσιν ἢ φυλακὴν ἀναφέρηται τῶν ὁμοίων. Καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος οὐκ ὀκνητέον ἀεὶ πρὸς αὑτὸν ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων ἀναφθέγγεσθαι, Ἦ που ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι τῶν πλησίον ἐλλάμποντα τὰ ἑαυτῶν ὁρῶμεν, οὕτως ἐπὶ τῶν λόγων δεῖ τοὺς ἑαυτῶν ἐνεικονίζεσθαι τοῖς ἑτέρων, ἵνα μήτε ἄγαν θρασέως καταφρονῶμεν ἄλλων, αὐτοῖς τε προσέχωμεν ἐν τῷ λέγειν ἐπιμελέστερον. Χρήσιμον δὲ πρὸς τοῦτο καὶ τὸ τῆς παραβολῆς· ὅταν γενόμενοι καθ' αὑτοὺς ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως, καὶ λαβόντες τι τῶν μὴ καλῶς ἢ μὴ ἱκανῶς εἰρῆσθαι δοκούντων, ἐπιχειρῶμεν εἰς ταὐτὸ, καὶ προάγωμεν αὑτοὺς, τὰ μὲν ὥσπερ ἀναπληροῦν, τὰ δὲ ἐπανορθοῦσθαι, τὰ δὲ ἑτέρως φράζειν, τὰ δ' ὅλως ἐξ ὑπαρχῆς εἰσφέρειν πειρώμενοι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. Ὃ καὶ Πλάτων ἐποίησε πρὸς τὸν Λυσίου λόγον. Τὸ μὲν γὰρ ἀντειπεῖν οὐ χαλεπὸν, ἀλλὰ καὶ πάνυ ῥᾴδιον, εἰρημένῳ λόγῳ· τὸ δ' ἕτερον ἀνταναστῆσαι βελτίονα παντάπασιν ἐργῶδες. Ὥσπερ ὁ Λακεδαιμόνιος ἀκούσας, ὅτι Φίλιππος Ὄλυνθον κατέσκαψεν, Ἀλλ' οὐκ ἀναστῆσαί γε τοιαύτην, ἔφη, πόλιν ἐκεῖνος ἂν δυνηθείη. Ὅταν οὖν ἐν τῷ διαλέγεσθαι πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν μὴ πολὺ φαι-

cunt : et finita auditione, nihil dictorum considerat, voces tantum et affectiones præsentium supputat; ac laudantes quasi furore concita fugiens vitansque; ad reprehendentes ac dicta pervertentes accurrens, et se aggregans : sin quod pervertatur, nihil sit, objiciens alios quosdam, qui videantur eadem de re melius ac majore cum vi dixisse, donec tandem corruptam vitiatamque auditionem prorsus inutilem sibi effecerit.

VI. Oportet ergo, factis studio audiendi cum ambitione induciis, placido animo audire, tanquam ad sacrum epulum aut sacrificii primitias invitatum, vimque oratoris, sicubi scopum suum assequutus est, collaudare : in reliquis boni consulere studium ejus qui quæ sentiat in medium protulerit, iisque movere auditores voluerit rationibus quibus ipse fuerat motus. Quæ dicta sunt præclare, non debet auditor fortunæ aut casui imputare, sed studio, diligentiæ, et eruditioni accepta ferre, atque adeo cum admiratione et æmulatione imitari : ubi peccatum est, causas et originem erroris circumspecte perquirere. Sicut enim Xenophon ait, *patresfamilias diligentes et attentos et ab amicis juvari et ab inimicis :* ita vigili et attento auditori, non modo recte, sed etiam vitiose disserentes prosunt. Vilitas enim sententiæ, vanitas vocabuli, figura importuna, eruptio cum inepto gaudio ad laudem, et alia id genus, magis audiendo in aliis deprehendimus quam in nobis ipsi dicendo. Itaque judicium a dicente nobis est in nos transferendum, videndumque an nostrum nos aliquod tale fallat vitium. Nihil enim facilius est quam reprehendere alium : hoc vero inutiliter fit, et vanum est, nisi ad emendandos aut vitandos similes lapsus referatur. Itaque aliorum peccata consideranti in promptu sit tibi Platonicum illud occinere, *Numnam et ego fortasse talis sum?* Quemadmodum enim in oculis aliorum nostros refulgere cernimus : ita in orationum judicio faciendum est, ut nostrarum imagines in aliorum orationibus cernantur, quo neque nimis audacter alios contemnamus, et ipsi in dicendo nos majori cum diligentia observemus. Utilis est hac in re etiam comparatio, ut quum soli sumus post auditionem, eorum aliquid, quæ non recte aut non sufficienter dicta putamus resumentes, conemur idem tractare argumentum, aggrediamurque vel implere, vel corrigere, vel aliter dicere, vel prorsus nova oratione argumentum persequi. Quod Plato in Lysiæ oratione fecit. Non enim difficile est orationem alterius improbare, sed oppido proclive factu : meliorem autem ejus loco reponere, id vero perquam magni est laboris. Qua ratione Spartanus ille, quum Philippus diceretur Olynthum evertisse, Atqui (aiebat) ille profecto talem urbem restituere non facile possit. Quando igitur in disserendo de eadem materia sentie-

νώμεθα τῶν εἰρηκότων διαφέροντες, πολὺ τοῦ καταφρονεῖν ἀφαιροῦμεν, καὶ τάχιστα κολούεται τὸ αὔθαδες ἡμῶν καὶ φίλαυτον ἐν ταῖς τοιαύταις ἐλεγχόμενον ἀντιπαραβολαῖς.

7. Τῷ τοίνυν καταφρονεῖν τὸ θαυμάζειν ἀντικείμενον εὐγνωνονεστέρας μέν ἐστι δήπου καὶ ἡμερωτέρας φύσεως, δεῖταί γε μὴν οὐδ' αὐτὸ μικρᾶς εὐλαβείας, τάχα δὲ καὶ μείζονος, ὅσῳ οἱ μὲν καταφρονητικοὶ καὶ θρασεῖς * ἧττον ὠφελοῦνται ὑπὸ τῶν λεγόντων, οἱ δὲ θαυμαστικοὶ καὶ ἄκακοι μᾶλλον βλάπτονται· καὶ τὸν Ἡράκλειτον οὐκ ἐλέγχουσιν εἰπόντα, Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπτοῆσθαι φιλεῖ. Δεῖ δὲ τὸν μὲν ἔπαινον ἀφελῶς τοῖς λέγουσι, τὴν δὲ πίστιν εὐλαβῶς προΐεσθαι τοῖς λόγοις· καὶ τῆς μὲν λέξεως καὶ προφορᾶς τῶν ἀγωνιζομένων εὐμενῆ καὶ ἁπλοῦν εἶναι θεατὴν, τῆς δὲ χρείας καὶ τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων ἀκριβῆ καὶ πικρὸν ἐξεταστήν· ἵν' οἱ μὲν λέγοντες μὴ μισῶσιν, οἱ δὲ λόγοι μὴ βλάπτωσιν· ὡς πολλὰ ψευδῆ καὶ πονηρὰ δόγματα λανθάνομεν εὐνοίᾳ καὶ πίστει τῇ πρὸς τοὺς λέγοντας ἐκδεχόμενοι. Οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμονίων ἄρχοντες, ἀνδρὸς οὐκ εὖ βεβιωκότος γνώμην δοκιμάσαντες, ἑτέρῳ προσέταξαν εἰπεῖν εὐδοκιμοῦντι περὶ τὸν βίον καὶ τὸ ἦθος· ὀρθῶς πάνυ καὶ πολιτικῶς ἐθίζοντες τὸν δῆμον ὑπὸ τοῦ τρόπου μᾶλλον ἢ τοῦ λόγου τῶν συμβουλευόντων ἄγεσθαι. Τοὺς δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους ἀφαιροῦντα χρὴ τὴν τοῦ λέγοντος δόξαν αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ἐξετάζειν. Ὡς γὰρ πολέμου, καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενά ἐστι. Καὶ γὰρ πολιὰ τοῦ λέγοντος, καὶ πλάσματα, καὶ ὀφρῦς, καὶ περιαυτολογία, μάλιστα δὲ αἱ κραυγαὶ καὶ οἱ θόρυβοι καὶ τὰ πηδήματα τῶν παρόντων συνεκπλήττει τὸν ἄπειρον ἀκροατὴν καὶ νέον, ὥσπερ ὑπὸ ῥεύματος παραφερόμενον. Ἔχει δέ τι καὶ ἡ λέξις ἀπατηλὸν, ὅταν ἡδεῖα καὶ πολλὴ καὶ μετ' ὄγκου τινὸς καὶ κατασκευῆς ἐπιφέρηται τοῖς πράγμασιν. Ὡς γὰρ τῶν ὑπὸ αὐλὸν ᾀδόντων αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν, οὕτως περιττὴ καὶ σοβαρὰ λέξις ἀντιλάμπει τῷ ἀκροατῇ πρὸς τὸ δηλούμενον. Ὁ μὲν γὰρ Μελάνθιος, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς Διογένους τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, οὐκ ἔφη κατιδεῖν αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἐπιπροσθουμένην. Αἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις καὶ μελέται σοφιστῶν οὐ μόνον τοῖς ὀνόμασι παραπετάσμασι χρῶνται τῶν διανοημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν φωνὴν ἐμμελείαις τισὶ καὶ μαλακότησι καὶ περιᾴσεσιν ἐφηδύνοντες ἐκβακχεύουσι καὶ παραφέρουσι τοὺς ἀκροωμένους, κενὴν ἡδονὴν διδόντες, καὶ κενωτέραν δόξαν ἀντιλαμβάνοντες. Ὥστε αὐτοῖς συμβαίνει τὸ ὑπὸ Διονυσίου ῥηθέν· ἐκεῖνος γὰρ, ὡς ἔοικεν, εὐδοκιμοῦντι κιθαρῳδῷ παρὰ τὴν θέαν ἐπαγγειλάμενος δωρεάς τινας μεγάλας, ὕστερον οὐδὲν ἔδωκεν, ὡς ἀποδεδωκὼς τὴν χάριν· Ὅσον γὰρ, ἔφη, χρόνον ηὔφραινες ᾄδων, τοσοῦτον ἔχαιρες ἐλπίζων. Τοῦτον δὲ τὸν ἔρανον αἱ τοιαῦται πληροῦσιν ἀκροάσεις τοῖς λέγουσι· θαυμάζονται γὰρ, ἐφ' ὅσον τέρπουσιν, εἶτα ἅμα τῆς ἀκοῆς ἐξεῤῥύη τὸ ἡδὺ, κἀκείνους προλέλοιπεν ἡ δόξα, καὶ μάτην τοῖς μὲν ὁ χρόνος, τοῖς δὲ καὶ ὁ βίος ἀνάλωται.

mus nos non multum præstare iis qui ante dixerant, multum de contemtione detrahemus, et superbia, qua nobis placemus ipsi, amorque nostri in contentionibus hujusmodi convictus facile reprimetur.

VII. Contemptui autem adversa admiratio, cadit ea quidem in æquiora et mansuetiora ingenia : verum huic quoque non exigua, ac fortasse etiam major adhibenda est cautio : quatenus nimirum contemptores et temerarii minus utilitatis audiendo sibi comparant : ad admirationem autem propensi atque simplices facilius damno afficiuntur. Et Heracliti dictum non improbant, *Stupidum hominem quavis oratione percelli.* Oportet vero laudem candide tribuere dicenti, orationi fidem caute adhibere; ac dictionem quidem et actionem æquo animo et simpliciter spectare, utilitatem autem et veritatem eorum quæ dicuntur, accurato acrique judicio perpendere; ut et dicentes odio vacent, et dicta nihil damni afferant. Nam multas falsas et malas opiniones benevolentia erga dicentes, eorumve apud nos auctoritate, inducti in errorem, amplectimur. Spartanorum principes quum sententiam hominis parum laudatæ vitæ approbarent, alteri spectatæ vitæ morumque eam pronuntiandam mandaverunt : recte admodum et civiliter populum adsuefacientes ut moribus potius quam verbis consulentium duci studerent. Sed quæ in philosophia dicuntur, ea oportet, existimatione ejus qui dixit detracta, seorsim per se examinari. Ut enim in bello, ita etiam in auditione, multa sunt inania, nec nisi ostentatione fiunt. Etenim canicies dicentis, gestus, supercilium, sui jactatio, maxime autem vociferationes ac tumultus et exultatio eorum qui intersunt, faciunt ad percellendum imperitum auditorem atque adolescentem, veluti fluxu quodam abreptum. Ipsa etiam dictio habet quippiam ad decipiendum appositum, si rebus adhibeatur suavis ac copiosa et cum fastu aliquo atque apparatu. Sicut enim eorum qui ad tibiam canunt, errores plerique latent auditores : ita abundans atque ornatu superbiens dictio animum auditoris præstringit, ne rem de qua agitur intelligat. Et Melanthius quidem interrogatus, ut aiunt, de Dionysii tragœdia, *negabat eam se vidisse, nempe verbis offusam atque obductam.* Sed plerorumque sophistarum orationes atque declamationes, non vocabula modo tanquam vela obtendunt sententiis, sed vocem quoque accuratis quibusdam sonis ac mollitie et cantillationibus edulcantes illis bacchicum quemdam furorem in auditorum animis concitant, eosque transversos abripiunt, pro vana quam adferunt voluptate, vaniorem etiam gloriolam reportantes. Itaque illis usu venit id, quod Dionysium ferunt dixisse : qui quum citharœdo cuidam præclara cum approbatione canenti, inter audiendum magna quædam dona promisisset, deinde nihil dedit, persolvisse se jam ei gratiam dicens : qui quanto tempore canens delectasset, tanto etiam spe fuisset oblectatus. Atque hanc mercedem auditiones hujusmodi dicenti rependunt. Is enim in admiratione est quamdiu delectat ; deinceps simul cum auditione desinit voluptas, et dicentis gloria : et alter tempus, alter vitam frustra perdidit.

8. Διὸ δεῖ τὸ πολὺ καὶ κενὸν ἀφαιροῦντα τῆς λέξεως αὐτὸν διώκειν τὸν καρπὸν καὶ μιμεῖσθαι μὴ τὰς στεφηπλόκους, ἀλλὰ τὰς μελίσσας. Αἱ μὲν γὰρ ἐπινοοῦσαι τὰ ἀνθηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων, συνείρουσι καὶ διαπλέκουσιν ἡδὺ μὲν, ἐφήμερον δὲ καὶ ἄκαρπον ἔργον· αἱ δὲ, πολλάκις ἴων καὶ ῥόδων καὶ ὑακίνθων διαπετόμεναι λειμῶνας, ἐπὶ τὸν τραχύτατον καὶ δριμύτατον θύμον καταίρουσι, καὶ τούτῳ προσκάθηνται,

Ξανθὸν μέλι μηδόμεναι,

καὶ λαβοῦσαί τι τῶν χρησίμων, ἀποπέτονται πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον. Οὕτω δὴ δεῖ τὸν φιλότεχνον καὶ καθαρὸν ἀκροατὴν τὰ μὲν ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων, * καὶ τῶν πραγμάτων τὰ δραματικὰ καὶ πανηγυρικὰ, κηφήνων βοτάνην σοφιστιώντων ἡγούμενον ἐᾷν· αὐτὸν δὲ τῇ προσοχῇ καταδυόμενον εἰς τὸν νοῦν τοῦ λόγου, καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ λέγοντος, ἕλκειν ἀπ' αὐτῆς τὸ χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον, μεμνημένον, ὡς οὐκ εἰς θέατρον οὐδὲ ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφῖκται, τῷ λόγῳ τὸν βίον ἐπανορθωσόμενος. Ὅθεν δὴ καὶ ποιητέον ἐπίσκεψιν καὶ κρίσιν τῆς ἀκροάσεως ἐξ αὑτοῦ, καὶ τῆς περὶ αὑτὸν διαθέσεως, ἀναλογιζόμενον, εἴ τι τῶν παθῶν γέγονε μαλακώτερον, εἴ τι τῶν ἀνιαρῶν κουφότερον, εἰ θάρσος, εἰ φρόνημα βέβαιον, εἰ πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ καλὸν ἐνθουσιασμός. Οὐ γὰρ ἐκ κουρείου μὲν ἀναστάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραστῆναι, καὶ τῆς κεφαλῆς ἅψασθαι, τὴν περικοπὴν τῶν τριχῶν ἐπισκοποῦντα καὶ τῆς κουρᾶς τὴν διαφοράν· ἐκ δὲ ἀκροάσεως ἀπιόντα καὶ σχολῆς, οὐκ εὐθὺς ἀφορᾷν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν, καταμανθάνοντα τὴν ψυχὴν, εἴ τι τῶν ὀχληρῶν ἀποτεθειμένη καὶ περιττῶν ἐλαφροτέρα γέγονε καὶ ἡδίων. Οὔτε γὰρ βαλανείου, φησὶν ὁ Ἀρίστων, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστιν.

9. Ἡδέσθω μὲν οὖν ὑπὸ λόγων ὠφελούμενος ὁ νέος· οὐ δεῖ δὲ τὸ ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως ποιεῖσθαι τέλος· οὐδὲ οἴεσθαι δεῖν ἐκ σχολῆς ἀπιέναι φιλοσόφου μινυρίζοντα καὶ γεγανωμένον· οὐδὲ ζητεῖν μυρίζεσθαι, δεόμενον ἐμβροχῆς καὶ καταπλάσματος· ἀλλὰ χάριν ἔχειν, ἐάν τις, ὥσπερ καπνῷ σμῆνος, λόγῳ δριμεῖ τὴν διάνοιαν ἀχλύος πολλῆς καὶ ἀμβλύτητος γέμουσαν ἐκκαθάρῃ. Καὶ γὰρ εἰ τοῖς λέγουσι προσήκει μὴ παντάπασιν ἡδονὴν ἐχούσης καὶ πιθανότητα λέξεως παραμελεῖν, ἐλάχιστα τούτου φροντιστέον ἐστὶ τῷ νέῳ, τό γε πρῶτον. Ὕστερον δέ που, καθάπερ οἱ πίνοντες, ὅταν παύσωνται διψῶντες, τότε τὰ τορεύματα τῶν ἐκπωμάτων ὑποθεωροῦσι καὶ στρέφουσιν, οὕτως ἐμπλησθέντι δογμάτων καὶ ἀναπνεύσαντι δοτέον τὴν λέξιν, εἴ τι κομψὸν ἔχει καὶ περιττὸν, ἐπισκοπεῖν. Ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μὴ τοῖς πράγμασιν ἐμφυόμενος, ἀλλὰ τὴν λέξιν Ἀττικὴν ἀξιῶν εἶναι καὶ ἰσχνὴν, ὅμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον· μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι χειμῶνος, εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον· ἀλλ', ὥσπερ ἐν τρίβωνι Λυσιακοῦ λόγου λεπτῷ καὶ ψιλῷ καθήμενος,

VIII. Proinde oportet copia et vanitate dictionis remota, ipsum persequi fructum, imitarique non eas quæ serta plectunt mulierculas, sed apes. Illæ enim florida et odorata sectantes folia, conserunt atque pertexunt opus, jucundum quidem illud, sed in diem duntaxat durans : atqui hæ, sæpenumero prata pervolitantes, violarum, rosarum, hyacinthorumque copia consita, in thymum asperrimum atque gustus acerrimi deferuntur, eique adsident,

Mel flavum molientes :

perceptoque utili succo ad suum revolant opus. Eo itaque modo debet sincerus artisque studiosus auditor omittere florida et delicata verba, resque ad actiones scenicas aut spectacula pertinentes, quasi pabulum fucorum sophisticen ambientium, relinquere : animo autem in ipsos orationis sensus penetrare animumque dicentis, et quod utile est atque commodum ad se trahere : memoria tenens, non in theatrum se neque in odeum, sed in scholam et doctrinæ locum venisse, ut oratione vitam corrigat. Ideoque auditionem considerare secum debet atque examinare quomodo ea sit affectus, ac ratiocinari an aliquis ea motus animi factus sit sedatior, an aliquid de molesto, levius redditum, an fiducia et animi altitudo confirmata, an ad virtutem et honestatem instinctu aliquo animus incitatus. Quum enim e tonstrina abituri speculo adsistamus, caputque contrectemus, ut circumsecti formam capilli ac tonsuræ differentiam exploremus : quanto magis e schola atque ab auditione discedentes, statim nosmet debemus animumque nostrum respicere, sitne ille molestiarum et inutilium rerum parte deposita levatus, factusque tranquillior. Nam, ut aiebat Aristo, *Neque balnei neque orationis non purgantis ullus est usus.*

IX. Delectetur itaque utilitate ex oratione percepta adolescens: non tamen delectationem auditionis finem statuat : neque existimet debere se e schola philosophi discedere cantillantem ac lætitia delibutum : neque unguentum quærere cum humidis fomentis et cataplasmate indigeat : sed grato animo accipere si quis aspera oratione animum (veluti fumo, cum mella eximuntur, apes abigunt) caligine et stupore quo fuerat occupatus evacuet. Etsi enim dicentem par est non usquequaque dictionis suavitatem et elegantiam aspernari; juveni tamen minime ducenda ejus ratio est, ab initio quidem. Post, quemadmodum qui bibunt, extincta demum siti obvertunt pocula, cælaturamque contemplantur : ita ipsi sententiis impleto, ubi respirarit, concedatur, ut dictionem, an elegans aliquid et elaboratum habeat, consideret. Qui autem statim ab initio non rebus ipsis inhæret, sed orationem requirit Atticam atque subtilem, perinde facit ac si quis antidotum nolit bibere nisi testa sit ex Attica coliade ficta, aut hieme vestem sumere recuset si non sit ex Attica lana texta : eodem enim ille modo in lacerna orationis Lysiacæ desidebit tenui ac simplici, iners atque immobilis. Hæc vitia

ἄπρακτος καὶ ἀκίνητος. Ταῦτα γὰρ τὰ νοσήματα πολλὴν μὲν ἐρημίαν νοῦ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν, πολλὴν δὲ τερθρείαν καὶ στωμυλίαν ἐν ταῖς σχολαῖς πεποίηκε· τῶν μειρακίων οὔτε βίον, οὔτε πρᾶξιν, οὔτε πολιτείαν φιλοσόφου παραφυλαττόντων ἀνδρὸς, ἀλλὰ λέξεις καὶ ῥήματα, καὶ τὸ καλῶς ἀπαγγέλλειν, ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, τὸ δὲ ἀπαγγελλόμενον εἴτε χρήσιμον, εἴτε ἄχρηστον, εἴτε ἀναγκαῖον, εἴτε κενόν ἐστι καὶ περιττὸν, οὐκ ἐπισταμένων, οὐδὲ βουλομένων ἐξετάζειν.

10. Ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις τὸ περὶ τῶν προβλημάτων παράγγελμα. Δεῖ γὰρ τὸν ἐπὶ δεῖπνον ἥκοντα τοῖς παρακειμένοις χρῆσθαι, καὶ μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο, μηδ' ἐξελέγχειν· ὁ δ' ἐπὶ λόγων ἀφιγμένος ἑστίασιν, ἂν μὲν ἐπὶ ῥητοῖς, ἀκροάσθω σιωπῇ τοῦ λέγοντος· οἱ γὰρ εἰς ἄλλας ὑποθέσεις ἐξάγοντες καὶ παρεμβάλλοντες ἐρωτήματα, καὶ προσδιαποροῦντες, οὐχ ἡδεῖς οὐδὲ εὐσυνάλλακτοι πρὸς ἀκρόασιν ὄντες, ὠφελοῦνται μὲν οὐδὲν, τὸν δὲ λέγοντα καὶ τὸν λόγον ὁμοῦ συνταράσσουσιν· ὅταν δὲ τοὺς ἀκούοντας ὁ λέγων ἐρωτᾶν καὶ προβάλλειν κελεύσῃ, χρήσιμόν τι δεῖ καὶ ἀναγκαῖον ἀεὶ προβάλλοντα φαίνεσθαι. Ὁ μὲν γὰρ Ὀδυσσεὺς καταγελᾶται παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν,

* Αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας·

μεγαλοψυχίας γὰρ ἡγοῦντο σημεῖον, ὡς τὸ διδόναι τι τῶν μεγάλων, καὶ τὸ αἰτεῖν. Μᾶλλον δ' ἄν τις ἀκροατοῦ καταγελάσειεν εἰς μικρὰ καὶ γλίσχρα προβλήματα τὸν διαλεγόμενον κινοῦντος. Οἷα τερθρευόμενοί τινες τῶν νέων, καὶ παρεπιδεικνύμενοι διαλεκτικὴν ἢ μαθηματικὴν ἕξιν, εἰώθασι προβάλλειν περὶ τῆς τῶν ἀορίστων τομῆς, καὶ τίς ἡ κατὰ πλευρὰν ἢ κατὰ διάμετρον κίνησις. Πρὸς οὓς ἔστιν εἰπεῖν τὸ ὑπὸ Φιλοτίμου πρὸς τὸν ἔμπυον καὶ φθισιῶντα ῥηθέν· ἐπεὶ γὰρ ἐλάλησεν αὐτῷ φαρμάκιον αἰτῶν πρὸς παρωνυχίαν, αἰσθόμενος ἀπὸ τῆς χρόας καὶ τῆς ἀναπνοῆς τὴν διάθεσιν, Οὐκ ἔστι σοι, φησὶν, ὦ βέλτιστε, περὶ παρωνυχίας [ὁ λόγος]. Οὐδὲ σοὶ τοίνυν, ὦ νεανία, περὶ τοιούτων ζητημάτων ὥρα σκοπεῖν· ἀλλὰ πῶς οἰήματος καὶ ἀλαζονείας, ἐρώτων τε καὶ φλυαρίας ἀπολυθεὶς, εἰς βίον ἄτυφον καὶ ὑγιαίνοντα καταστήσεις σαυτόν.

11. Εὖ μάλα δὲ χρὴ καὶ πρὸς τὴν τοῦ λέγοντος ἐμπειρίαν ἢ φυσικὴν δύναμιν ἡρμοσμένον, ἐν οἷς αὐτὸς ἑαυτοῦ κράτιστός ἐστι, ποιεῖσθαι τὰς ἐρωτήσεις καὶ μὴ παραβιάζεσθαι τῷ μὲν ἠθικώτερον φιλοσοφοῦντι, φυσικὰς ἐπάγοντα καὶ μαθηματικὰς ἀπορίας· τὸν δὲ τοῖς φυσικοῖς σεμνυνόμενον, εἰς συνημμένων ἐπικρίσεις ἕλκοντα, καὶ ψευδομένων λύσεις. Ὡς γὰρ ὁ τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρώμενος οὐκ ἐκεῖνα δόξειεν ἂν ἐπηρεάζειν, ἀλλ' αὑτὸν ἀποστερεῖν τῆς ἑκατέρου χρείας καὶ δυνάμεως· οὕτως οἱ παρὰ τοῦ λέγοντος, ὃ μὴ πέφυκε μηδὲ ἤσκησεν, αἰτοῦντες, ὃ δ' ἔχει καὶ δίδωσι, μὴ δρεπόμενοι μηδὲ λαμβάνοντες, οὐ τοῦτο βλάπτονται μόνον, ἀλλὰ καὶ κακοήθειαν καὶ δυσμένειαν προσοφλισκάνουσι.

magnam sapientiæ ac bonæ mentis infrequentiam magnamque inania garriendi subtilitatem atque præstigiarum studium in scholas intulerunt; adolescentibus neque vitam, neque actiones, neque institutum philosophi observantibus, sed vocabula duntaxat ac verba, tum si quid bene pronuntiaretur laudantibus, id vero de quo pronuntiabatur, utile esset an inutile, necessarium an inane et supervacaneum, neque intelligentibus neque inquirentibus.

X. Consequens his est præceptio de quæstionibus. Nam eum quidem qui ad cœnam venit uti appositis decet, neque vel alia poscere, vel culpare apposita. Qui vero invitatus est ad sermonum epulum, dicentem tacitus, si quidem ad condicta et præstituta vocatus est, audiat : qui enim ad alia argumenta deducunt, aut interrogationes interjiciunt, aut dubitationes movent, importuni auditores, et quibuscum dicenti non facile conveniat, nullam capiunt auditionis utilitatem, sed simul et orationem et oratorem conturbant : ubi vero is qui dicit, auditores quærere, et ponere de quo disputetur jusserit, ibi semper danda est opera ut necessarium aliquid aut utile quæstio tua proponat. Deridetur apud procos Ulysses,

Panis frusta petens, non enses atque lebetas :

magni animi quippe putabant esse, ut dare, ita etiam petere aliquid magnum. Rectius vero auditorem aliquis derideat, in parvas et frivolas quæstiones eum qui dicat impellentem. Quemadmodum adolescentes nonnulli ut suas argutias et dialectices aut mathematum peritiam ostentent, solent quærere de *infiniti sectione*, et qui sit *motus* secundum latus aut *secundum dimetientem*. Quibus responderi potest, quo pacto Philotimus respondit cuidam pure intus laboranti et jam in tabem redacto, quod ex colore et respiratione medicus deprehendebat, medicamentum petenti reduviæ, *Nihil est tibi, amice, cum reduvia* : Ita et adolescenti dicetur, Non est tempus tibi de his quæstionibus cogitandi, sed quo pacto fastu, arrogantia, libidinibus nugisque liberatus, possis vitæ statum vanitatis expertem ac sanum inire.

XI. Ad peritiam quoque dicentis et naturalem facultatem oportet auditor ut se accommodet studiose, et de iis quærat in quibus ille tractandis plus quam ullo alio in genere valeat, neque alio eum adigat; ut si morali philosophiæ impensius dedito physicas aut mathematicas difficultates proponas : aut naturæ cognitionem sibi sumentem, in connexorum judicium, aut solutiones pseudomeni trahas. Sicut enim qui clavi ligna findere, aut securi fores reserare conetur, non tam illa instrumenta corrumpere, quam seipsum usu utriusque et facultate privare videatur : ita qui a dicente quod habet et offert, non accipientes, id exigunt ad quod is natus non est, aut non exercuit, non in eo tantum læduntur, sed et in malignitatis atque odii crimen incurrunt.

12. Φυλακτέον δὲ καὶ τὸ πολλὰ καὶ πολλάκις αὐτὸν προβάλλειν· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ παρεπιδεικνυμένου. Τὸ δὲ ἑτέρου προτείνοντος ἀκροᾶσθαι μετ' εὐκολίας, φιλόλογον καὶ κοινωνικὸν, ἐὰν μήτι τῶν ἰδίων ἐνοχλῇ καὶ κατεπείγῃ πάθος ἐπισχέσεως δεόμενον, ἢ νόσημα παρηγορίας. Τάχα μὲν γὰρ οὐδὲ ἀμαθίην κρύπτειν ἄμεινον, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, ἀλλ' εἰς μέσον τιθέναι καὶ θεραπεύειν. Ἂν δὲ ὀργή τις ἢ προσβολὴ δεισιδαιμονίας, ἢ διαφορὰ πρὸς οἰκείους σύντονος, ἢ περιμανὴς ἐξ ἔρωτος ἐπιθυμία,

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν,

ἐπιταράξῃ τὴν διάνοιαν, οὐ φευκτέον εἰς ἑτέρους λόγους ἀποδιδράσκοντας τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ περὶ αὐτῶν τούτων ἀκουστέον ἐν ταῖς διατριβαῖς καὶ μετὰ τὰς διατριβὰς ἰδίᾳ προσιόντας αὐτοὺς καὶ προσανακρίνοντας. Ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον, ὥσπερ οἱ πολλοὶ χαίρουσι τοῖς φιλοσόφοις περὶ ἄλλων διαλεγομένοις, καὶ θαυμάζουσιν· ἐὰν δὲ τοὺς ἄλλους ἐάσας ὁ φιλόσοφος αὐτοῖς ἐκείνοις ἰδίᾳ παῤῥησιάζηται περὶ τῶν διαφερόντων, καὶ ὑπομιμνήσκῃ, δυσχεραίνουσι καὶ περίεργον νομίζουσιν· ἐπιεικῶς γὰρ, ὥσπερ τῶν τραγῳδῶν ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τῶν φιλοσόφων ἐν ταῖς σχολαῖς οἴονται δεῖν ἀκούειν, ἐν δὲ τοῖς ἔξω πράγμασιν οὐδὲν αὐτοὺς ἑαυτῶν διαφέρειν ἡγοῦνται· πρὸς μὲν τοὺς σοφιστὰς εἰκότως τοῦτο πεπονθότες· ἀναστάντες γὰρ ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ἀποθέμενοι τὰ βιβλία καὶ τὰς εἰσαγωγὰς, ἐν τοῖς ἀληθινοῖς τοῦ βίου μέρεσι μικροὶ καὶ ὑπὸ χεῖρα φαίνονται τοῖς πολλοῖς· περὶ δὲ τῶν ὄντως φιλοσόφων ἀγνοοῦντες, ὅτι καὶ σπουδὴ καὶ παιδιὰ, καὶ νεῦμα, καὶ μειδίαμα καὶ σκυθρωπασμὸς αὐτῶν, μάλιστα δ' ὁ πρὸς ἕκαστον ἰδίᾳ περαινόμενος λόγος, ἔχει τινὰ * καρπὸν ὠφέλιμον τοῖς ὑπομένειν καὶ προσέχειν ἐθισθεῖσι.

13. Δεῖται δὲ καὶ τὸ περὶ τοὺς ἐπαίνους καθῆκον εὐλαβείας τινὸς καὶ μετριότητος, διὰ τὸ μήτε τὴν ἔλλειψιν αὐτοῦ, μήτε τὴν ὑπερβολὴν ἐλευθέριον εἶναι. Βαρὺς μὲν γὰρ ὁ ἀκροατὴς καὶ φορτικὸς ὁ πρὸς πᾶν ἄτεγκτος καὶ ἀτενὴς τὸ λεγόμενον, οἰήματος ὑπούλου καὶ περιαυτολογίας ἐνδιαθέτου μεστός· ὡς ἔχων τι τῶν λεγομένων βέλτιον εἰπεῖν, μήτε ὀφρὺν κατὰ σχῆμα κινῶν, μήτε φωνὴν εὐγνώμονος μάρτυρα φιληκοΐας προϊέμενος, ἀλλὰ σιγῇ καὶ βαρύτητι καταπλάστῳ καὶ σχηματισμῷ θηρώμενος δόξαν εὐσταθοῦς καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός· ὥσπερ χρημάτων, τῶν ἐπαίνων, ὅσον ἄλλῳ μεταδίδωσιν, αὐτοῦ δοκῶν ἀφαιρεῖσθαι. Πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ κακῶς καὶ παρὰ μέλος τὴν Πυθαγόρου φωνὴν ὑπολαμβάνοντες. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐκ φιλοσοφίας ἔφησεν αὐτῷ περιγεγονέναι τὸ μηδὲν θαυμάζειν· οὗτοι δὲ τὸ μηδένα ἐπαινεῖν μηδὲ τιμᾶν ἐν τῷ καταφρονεῖν τιθέμενοι, καὶ τὸ σεμνὸν ὑπεροψίᾳ διώκουσιν. Ὁ γὰρ φιλόσοφος λόγος τὸ μὲν ἐξ ἀπορίας καὶ ἀγνοίας θαῦμα καὶ θάμβος ἐξαίρει γνώσει καὶ ἱστορίᾳ τῆς περὶ ἕκαστον αἰτίας, τὸ δὲ εὔκολον καὶ μέγα καὶ φιλάνθρωπον οὐκ ἀπόλλυσι. Τοῖς γὰρ ἀληθινῶς καὶ βεβαίως

XII. Id quoque cavebis, ne et sæpe, et ipse tu potius, quam alii, quæstiones proponas : est enim hoc ejus qui ipse docere seque ostentare gestiat. Alium autem proponentem audire placide, studiosi est et communicantis rationem discendi cum aliis : nisi sit, qui privatim obturbet et urgeat, affectus inhibitionis, aut morbus levamenti egens. Nimirum enim, ut aiebat Heraclitus, *non conducit occultare inscitiam :* sed in medium proferenda est, eique facienda medicina. Quod si ira aliqua, aut superstitio, aut dissensio cum domesticis vehemens, aut ab amore profecta furiosa cupiditas,

Nunquam movendas commovens mentis fides,

animum conturbet; non debes reprehensionis vitandæ studio alia disserendi argumenta quærere; sed in disputationibus de his ipsis audire, et cœtu dimisso, privatim accedere et rem disquirere. Contra vulgo in eo peccant quod gaudent et admirantur ubi philosophi de aliis loquuntur : quibus philosophus omissis, si ad ipsos orationem convertat, et libere moneat, quæ moneri ipsorum interest, indigne ferunt, et curiosum putant : opinantes plerumque philosophos in scholis ita esse audiendos ut tragœdi in theatro audiuntur : in rebus extra scholam, philosophos nihilo ipsis esse præstantiores. Quod quidem de sophistis non injuria sentiunt : qui ubi de suggesto descenderunt, librosque deposuerunt, et institutiones suas, in vera vitæ ratione, humiles et vulgo subjecti apparent. Quod autem ad veros attinet philosophos, ignorant, eorum et seria et jocos, et nutus, et vultum sive ad subridendum compositum sive tetricum, maxime autem verba ad quemlibet seorsim directa, habere fructum suum iis conducibilem qui sustinere animumque attendere didicerunt.

XIII. Jam quod ad laudationes attinet, requirit hoc officium verecundiam quamdam et mediocritatem : quando neque excessus eo in genere, neque defectus est liberalis. Molestus est enim et importunus auditor, ad totam orationem rigidus et immotus, cæca quædam et subocculta opinione, et insita sui solius approbatione plenus, tanquam aliquid iis quæ dicuntur melius habeat : quum neque supercilium pro decoro moveat, neque ullam emittat vocem quæ cum animo æquo audire testetur, sed silentio et fictitia gravitate atque habitu, opinionem venetur constantis profundique hominis, qui laudem perinde atque pecuniam sibi se auferre putet, quam alteri impertiat. Sunt autem multi, qui male et alieno sensu Pythagoræ dictum accipiunt, qui *id se e philosophia lucri abstulisse* dixit, *nihil ut miraretur.* Hi vero, id ipsum, neminem laudare, neque colere, id, inquam, in despicientia positum putant, et gravitatem superbia consectantur. Etenim philosophica ratio, eam quæ ab hæsitatione et ignoratione proficiscitur admirationem atque stuporem eximit, cognitione et enarratione causarum subjecta : facilitatem interim, magnanimitatem, humanitatemque non delet. Qui enim revera et con-

ἀγαθοῖς τιμή τε καλλίστη, τὸ τιμῆσαί τινα τῶν ἀξίων· καὶ κόσμος εὐπρεπέστατος, τὸ ἐπικοσμῆσαι, περιουσίᾳ δόξης καὶ ἀφθονίᾳ γινόμενον. Οἱ δὲ γλίσχροι περὶ τοὺς ἑτέρων ἐπαίνους ἔτι πένεσθαι καὶ πεινῆν ἐοίκασι τῶν ἰδίων. Ὁ δ' ἐναντίος τούτων αὖ πάλιν, μηδὲν ἐπικρίνων, ἀλλὰ κατὰ ῥῆμα καὶ συλλαβὴν ἐφιστάμενος καὶ κεκραγὼς, ἐλαφρός τις ὢν καὶ ὀρνεώδης, πολλάκις μὲν οὐδὲ αὐτοῖς ἀρέσκει τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἀεὶ δὲ λυπεῖ τοὺς ἀκροωμένους, ἀνασοβῶν καὶ συνεξανιστὰς παρὰ γνώμην, οἷον ἑλκομένους βίᾳ δι' αἰδῶ καὶ συνεπηχοῦντας· οὐδὲν δὲ ὠφεληθεὶς, διὰ τὸ ταραχῶδη καὶ πολυπτόητον αὐτῷ περὶ τοὺς ἐπαίνους γεγονέναι τὴν ἀκρόασιν, ἀπέρχεται τῶν τριῶν ἓν φερόμενος· εἴρων γὰρ, ἢ κόλαξ, ἢ περὶ λόγους ἀπειρόκαλος, ἔδοξεν εἶναι. Δίκην μὲν οὖν δικάζοντα δεῖ μήτε πρὸς ἔχθραν τινὰ, μήτε πρὸς χάριν ἀκούειν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον· ἐν δὲ ταῖς φιλολόγοις ἀκροάσεσιν οὔτε νόμος οὐδεὶς, οὔτε ὅρκος ἡμᾶς ἀπείργει μὴ μετ' εὐνοίας ἀποδέχεσθαι τὸν διαλεγόμενον. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἑρμῆν ταῖς Χάρισιν οἱ παλαιοὶ συγκαθίδρυσαν, ὡς μάλιστα τοῦ λόγου τὸ κεχαρισμένον καὶ προσφιλὲς ἀπαιτοῦντος. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε παντελῶς οὕτως ἐκβόλιμον εἶναι τὸν λέγοντα καὶ διημαρτημένον, ὥστε μήτε νοῦν τινα παρασχεῖν ἄξιον ἐπαίνου, μήτε ἀπομνημόνευσιν ἑτέρων, μήτε αὐτὴν τὴν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου καὶ προαίρεσιν, ἀλλὰ μηδὲ λέξιν ἢ διάθεσιν τῶν λεγομένων.

Ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Ὅπου γὰρ ἐμέτου τινὲς ἐγκώμια καὶ πυρετοῦ, καὶ νὴ Δία χύτρας ἐπιδεικνύμενοι πιθανότητος οὐκ ἀμοιροῦσιν· ἤπου λόγος, ὑπ' ἀνδρὸς ἄλλως γέ πως δοκοῦντος ἢ καλουμένου φιλοσόφου περαινόμενος, οὐκ ἂν ὅλως ἀναπνοήν τινα καὶ καιρὸν ἀκροαταῖς εὐμενέσι καὶ φιλανθρώποις παράσχοι πρὸς ἔπαινον; Οἱ γοῦν ἐν ὥρᾳ πάντες, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀμηγέπῃ δάκνουσι τὸν ἐρωτικόν· καὶ λευκοὺς μὲν θεῶν παῖδας ἀνακαλῶν, μέλανας δὲ * ἀνδρικοὺς, καὶ τὸν γρυπὸν βασιλικὸν, καὶ τὸν σιμὸν ἐπίχαριν, τὸν δὲ ὠχρὸν ὑποκοριζόμενος μελίχρουν, ἀσπάζεται καὶ ἀγαπᾷ· δεινὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔρως, ὥσπερ ὁ κιττὸς, αὑτὸν ἐκ πάσης ἀναδῆσαι προφάσεως· πολὺ δὴ μᾶλλον ὁ φιλήκοος καὶ φιλόλογος ἀεί τινος αἰτίας εὑρετικὸς ἔσται, δι' ἣν οὐκ ἀπὸ τρόπου τῶν λεγόντων ἕκαστον ἐπαινῶν φανεῖται. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν, καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἀπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Μέμψαιτο δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν, Παρμενίδου δὲ τὴν στιχοποιίαν, Φωκυλίδου δὲ τὴν εὐτέλειαν, Εὐριπίδου δὲ τὴν λαλιὰν, Σοφοκλέους δὲ τὴν ἀνωμαλίαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τῶν ῥητόρων ἐστὶν ὁ μὲν οὐκ ἔχων ἦθος, ὁ δὲ πρὸς πάθος ἀργὸς, ὁ δ' ἐνδεὴς χαρίτων· ἕκαστός γε μὴν ἐπαινεῖται κατὰ τὸ ἴδιον τῆς δυνάμεως, ᾧ κινεῖν

stanter sunt boni, iis honor est pulcherrimus honore dignum aliquem cohonestare, summumque ornamentum alios ornare : quod abundantia quadam gloriæ et liberalitate possunt. Qui vero in aliis laudandis parci sunt, suarum adhuc inopes laudum famelicique videntur. Peccat in alteram partem qui nihil interponit judicii, sed cuivis voci aut syllabæ insistens acclamat, levis quidam homo et avicularum similis : atque is plerumque ne ipsi quidem probatur actori : auditoribus quidem molestus semper est, excitans et impellens eos invitos identidem, ut, quasi vi, verecundia tracti una adstrepant : et nullam consecutus utilitatem, quod plenam tumultus effecerit laudationibus suis concionem, discedit cum uno ex his tribus titulo, ut aut derisor videatur fuisse, aut adulator, aut doctrinæ ac decori imperitus. Porro qui in judicio sedet, is et odio et benevolentia vacuus, audire debet integro animo quid justum sit : in iis autem auditionibus quæ de litteris sunt, neque lege ulla neque jurejurando impedimur quo minus benevole aūdiamus disserentem. Quin et Mercurium veteres eodem in fano cum Gratiis collocarunt, significantes orationem maxime flagitare benignas et amicas aures. Nunquam enim putabant, eum qui diceret, adeo abjectum, aut in tantis tenebris erroris et inscientiæ esse, qui neque sententiam ullam, aut suam, aut alienæ commemorationem, nec argumentum denique ipsum institutumque orationis, sed neque dictionem, aut collocationem orationis laude dignam haberet.

Inter echinopodas, quin asperam et inter ononin
interdum florent mollia leucoia.

Quando enim vomitus, febris, atque adeo ollæ laudationibus publice declamatis sua non deest approbatio : virine, alioqui philosophi vel nomen vel existimationem gerentis oratio, omnino nullam respirationem nec laudandi tempus, benignis atque humanis auditoribus præbebit? *Formosi omnes*, ut ait Plato, *quodam quique modo amatorium hominem movent;* quippe albos vocat, *deorum filios;* nigros, *viriles;* adunco naso præditos, *regios*; simos, *amabiles;* pallidos, *mellei coloris*, per blanditias speciose appellans, amplectitur atque diligit: nam amor, hederæ instar, valet se quavis arrepta ansa applicare. Multo igitur magis, audiendi doctrinarumque studiosus subinde aliquam repererit causam, cur non abs re quemvis dicentem videatur laudare. Nam et Plato quum Lysiæ orationis neque inventionem laudaret, et dispositionem conturbatam culparet : elocutionem tamen laudavit, et quod singula vocabula perspicue essent ac rotunde tornata. Ac reprehendere possit sane aliquis Archilochi argumentum, Parmenidis versificationem, Phocylidis tenuitatem, Euripidis loquacitatem, Sophoclis inæqualitatem : quo pacto et ex oratoribus alius placidis animi motionibus caret, alius ad concitandos graviter animos nil habet virium, alium gratiæ destituunt : quivis tamen ob peculiarem quam habet vim movendi et ducendi laudatur. Quo fit ut auditoribus

καὶ ἄγειν πέφυκεν· ὥστε καὶ τοῖς ἀκούουσιν εὐπορίαν εἶναι καὶ ἀφθονίαν τοῦ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς λέγοντας. Ἐνίοις γὰρ ἐξαρκεῖ, κἂν μὴ διὰ φωνῆς ἐπιμαρτυρῶμεν, ὄμματος πρᾳότητα, καὶ γαλήνην προσώπου καὶ διάθεσιν εὐμενῆ καὶ ἄλυπον ἐμπαρασχεῖν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἤδη καὶ πρὸς τοὺς ὅλως ἀποτυγχάνοντας, ὥσπερ ἐγκύκλια καὶ κοινὰ πάσης ἀκροάσεώς ἐστι, καθέδρα τέ τις ἄτυφος καὶ ἀκλινὴς ἐν ὀρθῷ σχήματι, καὶ πρόσβλεψις αὐτῷ τῷ λέγοντι, καὶ τάξις ἐναργοῦς προσοχῆς, καὶ προσώπου κατάστασις καθαρὰ καὶ ἀνέμφατος, οὐχ ὕβρεως οὐδὲ δυσκολίας μόνον, ἀλλὰ καὶ φροντίδων ἄλλων καὶ ἀσχολιῶν. [Ὡς] ἐν ἔργῳ δὲ παντὶ τὸ μὲν καλὸν ἐκ πολλῶν οἷον ἀριθμῶν εἰς ἕνα καιρὸν ἡκόντων, ὑπὸ συμμετρίας τινὸς καὶ ἁρμονίας ἐπιτελεῖται· τὸ δ' αἰσχρὸν, ἐξ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἐλλείποντος, ἢ προσόντος ἀτόπως, εὐθὺς ἑτοίμην ἔχει τὴν γένεσιν· ὥσπερ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκροάσεως, οὐ μόνον βαρύτης ἐπισκυνίου, καὶ ἀηδία προσώπου, καὶ βλέμμα ῥεμβῶδες, καὶ περίκλασις σώματος, καὶ μηρῶν ἐπάλλαξις ἀπρεπὴς, ἀλλὰ καὶ νεῦμα, καὶ ψιθυρισμὸς πρὸς ἕτερον, καὶ μειδίαμα, χάσμαι τε ὑπνώδεις, καὶ κατήφειαι, καὶ πᾶν, εἴ τι τούτοις ἔοικεν, ὑπεύθυνόν ἐστι, καὶ δεῖται πολλῆς εὐλαβείας.

14. Οἱ δὲ τοῦ μὲν λέγοντος οἴονταί τι ἔργον εἶναι, τοῦ δὲ ἀκούοντος οὐδὲν, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἀξιοῦσιν ἥκειν πεφροντικότα καὶ παρεσκευασμένον, αὐτοὶ δὲ ἄσκεπτοι καὶ ἀφρόντιδες τῶν καθηκόντων ἐμβαλόντες, καθέζονται καθάπερ ἀτεχνῶς ἐπὶ δεῖπνον ἥκοντες, εὖ παθεῖν πονουμένων ἑτέρων. Καίτοι καὶ συνδείπνου τι χαρίεντος ἔργον ἐστὶ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἀκροατοῦ. Κοινωνὸς γάρ ἐστι τοῦ λόγου καὶ συνεργὸς τοῦ λέγοντος· καὶ οὐ τὰ μὲν ἐκείνου πλημμελήματα πικρῶς ἐξετάζειν ὀφείλει, κατὰ ῥῆμα καὶ πρᾶγμα προάγων τὴν εὐθύνην· αὐτὸς δὲ ἀνεύθυνος ἀσχημονεῖν καὶ πολλὰ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ σφαιρίζειν τῷ βαλόντι δεῖ συγκινούμενον εὐρύθμως φέρεσθαι τὸν δεχόμενον· οὕτως ἐπὶ τῶν λόγων ἐστί τις εὐρυθμία καὶ περὶ τὸν λέγοντα καὶ περὶ τὸν ἀκροώμενον, ἂν ἑκάτερος τὸ προσῆκον αὐτῷ φυλάττῃ.

15. Δεῖ δὲ μηδὲ ταῖς φωναῖς τῶν ἐπαίνων, ὡς ἔτυχε, χρῆσθαι. Καὶ γὰρ Ἐπίκουρος ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων ἐπιστολίοις, Κροτοθορύβους γίνεσθαι παρ' αὐτῶν λέγων, ἀηδής ἐστιν· οἱ δὲ τὰς ξένας φωνὰς τοῖς ἀκροατηρίοις νῦν ἐπεισάγοντες, οὗτοι καὶ Θείως, καὶ Θεοφορήτως, καὶ Ἀπροσίτως ἐπιλέγοντες, ὡς οὐκ ἔτι τοῦ Καλῶς καὶ τοῦ Σοφῶς καὶ τοῦ Ἀληθῶς ἐξαρκοῦντος, οἷς οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Σωκράτην καὶ Ὑπερίδην ἐχρῶντο σημείοις τῶν ἐπαίνων, ὑπερασχημονοῦσι, καὶ διαβάλλουσι τοὺς λέγοντας, * ὡς ὑπερηφάνων τινῶν καὶ περιττῶν δεομένους ἐπαίνων. Σφόδρα δὲ ἀηδεῖς εἰσι καὶ οἱ μεθ' ὅρκου τοῖς λέγουσιν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ, τὰς μαρτυρίας ἀποδιδόντες. Οὐχ ἧττον δὲ τούτων, οἱ περὶ τὰς ποιότητας ἀστοχοῦντες, ὅταν φιλοσόφῳ μὲν ἐπιφωνῶσι Δριμέως, γέροντι δὲ Εὐφυῶς ἢ Ἀνθηρῶς,

copia suppeditet materiæ unde dicenti gratulentur. Quibusdam enim satis est, etiamsi voce non testemur approbationem, si oculum saltem placidum, tranquillumque vultum, nosque ad benevolentiam, non ad tristitiam conformatos exhibeamus. Hæc enim jam usurpari etiam, ubi quis plane infeliciter dicit, vulgo receptum est, inque omni auditione adhiberi : sessio non superba, et sine flexu, recta forma, et oculi in ipsum dicentem conversi, ac seriæ attentionis vultusque quieta constitutio, et quæ non modo nullum contemptus aut indignationis, sed neque aliarum curarum aut occupationum animi indicium habeat, eodem faciunt. In quacumque autem re id quod pulchrum est, ex multis numero diversis et ad unum temporis articulum convenientibus, quadam concinnitate et concentu perficitur ; quum turpitudo statim existat, vel una aliqua etiam levicula re deficiente, aut absurde posita : sic etiam in ipsa auditione non modo gravitas supercilii, et vultus parum jucundus, oculi vagi, corporis circumactio, indecora femorum inter se permutatio : sed et nutus, et susurrus ad alterum, et subrisio, et somnolentæ oscitationes, ac demissio vultus, et quidquid tale est, id vitio ponitur, estque accurate cavendum.

XIV. Sunt interim qui partes omnes, dicentis esse putent, auditoris nullas : atque illum volunt venire meditatum atque paratum : ipsi meditationis curarumque vacui, et non ductis sui officii rationibus, in auditorium se conjiciunt, sedentque veluti ad cœnam si venissent, aliorum labore partam vòluptatem percepturi. Atqui et conviva scitus suum habet officium, et multo magis auditor. Particeps est enim orationis, et dicentis adjutor : neque debet ejus peccata severe examinare, dictionem actionemque ubique sub censuram vocando : ipse impune in auditione turpiter se gerere et multa peccare. Sed quemadmodum in pilæ ludo qui excipit, jacienti se motibus corporis concinne solet accommodare : ita inter dicentem quoque et auditorem, si uterque officium suum tueatur, quædam est concinnitas.

XV. Porro in laudando non est temere quibusvis utendum vocibus. Nam Epicurus quoque scribens de epistoliis amicorum, factos esse, his lectis, *tumultus plausuum*, ineptus est et displicet. Et qui nunc inusitatas in auditoria introducunt voces, dum acclamant *Divinitus*, *Divino instinctu*, *Præclarius quam ut æquari ab ullo possit* : (quasi vero ea non sufficiant quibus Plato, Socrates et Hyperides usi sunt laudum indiciis, *Recte*, *Sapienter*, *Vere*) ii supra modum indecenter agunt, dicentesque traducunt, quasi hi superbia impulsi nimias laudes affectarent. Vehementer etiam molesti sunt qui jurejurando adhibito, veluti in foro, testimonia dicentibus perhibent. Neque his minus ii qui personarum decorum non observant, dum philosopho acclamant, *Acriter*, seni *Ingeniose* aut *Floride* : voces

τὰς τῶν παιζόντων ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέταις φωνὰς ἐπὶ τοὺς φιλοσόφους μετακομίζοντες, καὶ λόγῳ σωφρονοῦντι προσφέροντες ἔπαινον ἑταιρικὸν, ὥσπερ ἀθλητῇ κρίνων ἢ ῥόδων στέφανον, οὐ δάφνης οὐδὲ κοτίνου περιτιθέντες. Εὐριπίδης μὲν οὖν ὁ ποιητὴς, ὡς ὑπολέγοντος αὐτοῦ τοῖς χορευταῖς ᾠδήν τινα πεποιημένην ἐφ' ἁρμονίας, εἷς ἐγέλασεν, Εἰ μή τις ἦς ἀναίσθητος, εἶπε, καὶ ἀμαθὴς, οὐκ ἂν ἐγέλας ἐμοῦ μιξολυδιστὶ ᾄδοντος. Ἀνὴρ δ' ἂν οἶμαι φιλόσοφος καὶ πολιτικὸς ἀκροατοῦ διακεχυμένου τρυφὴν ἐκκόψειεν εἰπὼν, Σύ μοι δοκεῖς ἀνόητος εἶναι καὶ ἀνάγωγος· οὐ γὰρ ἂν ἐμοῦ διδάσκοντος, ἢ νουθετοῦντος, ἢ διαλεγομένου περὶ θεῶν, ἢ πολιτείας ἢ ἀρχῆς, ἐτερέτιζες καὶ προσωρχοῦ τοῖς λόγοις. Ὅρα γὰρ ἀληθῶς οἷόν ἐστι, φιλοσόφου λέγοντος ἀπορεῖν τοὺς ἔξωθεν, ὑπὸ τῶν ἔνδον βοώντων καὶ ἀλαλαζόντων, πότερον αὐλοῦντος, κιθαρίζοντος, ἢ ὀρχουμένου τινὸς ὁ ἔπαινός ἐστι.

16. Καὶ μὴν τῶν γε νουθεσιῶν καὶ τῶν ἐπιπλήξεων οὔτε ἀναλγήτως, οὔτε ἀνάνδρως ἀκουστέον. Οἵ τε γὰρ εὐκόλως καὶ ὀλιγώρως τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν φιλοσόφων φέροντες, ὥστε γελᾷν ἐλεγχόμενοι, καὶ τοὺς ἐλέγχοντας ἐπαινεῖν, ὥσπερ οἱ παράσιτοι τοὺς τρέφοντας, ὅταν ὑπ' αὐτῶν λοιδορῶνται, παντάπασιν ἰταμοὶ καὶ θρασεῖς ὄντες, οὐ καλὴν, οὐδ' ἀληθῆ διδόασιν ἀπόδειξιν ἀνδρείας, τὴν ἀναισχυντίαν. Σκῶμμα μὲν γὰρ ἀνύβριστον ἐν παιδιᾷ τινι μετ' εὐτραπελίας ἀφειμένον ἐνεγκεῖν ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς, οὐκ ἀγεννὲς οὐδ' ἀπαίδευτον, ἀλλ' ἐλευθέριον πάνυ καὶ Λακωνικόν ἐστιν· ἐπαφῆς δὲ καὶ νουθεσίας πρὸς ἐπανόρθωσιν ἤθους ὥσπερ φαρμάκῳ δάκνοντι λόγῳ χρωμένης ἐλέγχοντι, μὴ συνεσταλμένον ἀκούειν, μηδ' ἱδρῶτος καὶ ἰλίγγου μεστὸν, αἰσχύνῃ φλεγόμενον τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἄτρεπτον καὶ σεσηρότα καὶ κατειρωνευόμενον, ἀνελευθέρου τινὸς δεινῶς καὶ ἀπαθοῦς πρὸς τὸ αἰδεῖσθαι νέου διὰ συνήθειαν ἁμαρτημάτων καὶ συνέχειαν, ὥσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει τῇ ψυχῇ μώλωπα μὴ λαμβάνοντος. Τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, οἱ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἔχοντες νέοι, κἂν ἅπαξ ποτὲ κακῶς ἀκούσωσι, φεύγοντες ἀνεπιστρεπτὶ καὶ δραπετεύοντες ἐκ φιλοσοφίας, καλὴν ἀρχὴν πρὸς τὸ σωθῆναι, τὸ αἰδεῖσθαι παρὰ τῆς φύσεως ἔχοντες, ἀπολλύουσι διὰ τρυφὴν καὶ μαλακίαν, οὐκ ἐγκαρτεροῦντες τοῖς ἐλέγχοις, οὐδὲ τὰς ἐπανορθώσεις δεχόμενοι γεννικῶς, ἀλλ' ἐπὶ τὰς προσηνεῖς καὶ ἁπαλὰς ἀποστρέφοντες ὁμιλίας τὰ ὦτα, κολάκων τινῶν ἢ σοφιστῶν ἀνωφελεῖς καὶ ἀνονήτους, ἡδείας δὲ φωνὰς καταδόντων. Ὥσπερ οὖν ὁ μετὰ τὴν τομὴν φεύγων τὸν ἰατρὸν, καὶ τὸν ἐπίδεσμον μὴ προσιέμενος, τὸ μὲν ἀλγεινὸν ἀνεδέξατο, τὸ δ' ὠφέλιμον οὐχ ὑπέμεινε τῆς θεραπείας· οὕτως ὁ τῷ χαράξαντι καὶ τρώσαντι λόγῳ τὴν ἀβελτερίαν ἀπουλῶσαι καὶ καταστῆσαι μὴ παρασχὼν, ἀπῆλθε δηχθεὶς καὶ ἀλγήσας ἐκ φιλοσοφίας, ὠφεληθεὶς δὲ μηδέν. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν,

ludentium lasciventiumque in scholasticis declamationibus ad philosophos transferentes, orationique seriæ amatoriam laudem accommodantes, perinde ac si quis athletæ sertum liliorum rosarumve, non lauri aut oleastri coronam, imponeret. Euripides sane poeta, quum quidam risisset dictante ipso choricis personis carmen quoddam ad harmoniam compositum: *Nisi*, inquit, *stupidus esses indoctusque homo, non utique risisses me mixolydie cantante.* Et vir nimirum philosophus ac civilis, auditoris in lætitiam effusi luxuriam his verbis compesceret: Tu mihi demens quidam homo videris, disciplinæque expers: alioqui me docente aut verbis castigante, aut disserente de deo, vel de republica, vel de magistratu, non cantillasses ad orationem hujusmodi nec saltasses. Ac mihi serio considera quid rei sit, philosopho disserente, eos qui foris sunt, propter auditorum vociferationem et fremitum, dubitare tibicenne aliquis an citharœdus, an vero saltans laudetur.

XVI. Cæterum admonitiones et objurgationes non sunt sine doloris sensu, neque effœminate etiam audiendæ. Qui enim facile et neglectim ferunt se maledictis philosophorum peti, ita ut reprehensi rideant, laudentque reprehensores, quo modo parasiti eos a quibus aluntur laudant si ab iis convicio impetuntur: ii plane protervi et audaces, impudentiam, neque bonum, neque verum fortitudinis argumentum ostentant. Salse enim in se jactum aliquod dictum, citra tamen injuriam, cum facetia, ferre sine dolore et hilare, non est indignum ingenuo et disciplinam experto, sed omnino liberale ac Laconicum. Verum ubi castigatio vitæ corrigendæ gratia suscepta sermone utitur acriter arguente, tanquam medicamento mordente: ibi audire, nihilo demissiorem, neque animo pudore accenso vertigine corripi et sudore perfundi, sed immotum cavillari, deductisque in risum labiis resistere, ac dissimulare omnem dolorem, plane illiberalis est signum adolescentis, et a verecundia alieni; ob consuetudinem peccandi continentem, animo ejus, sicut in dura fit et callosa carne, vibicem non admittente. Diverso autem modo sunt affecti qui quum semel male audiverunt, fugiunt ita ut nunquam retro se convertant, omninoque philosophiam transfugæ relinquunt: ii quum a natura habeant verecundiam, bonum ad salutem parandam principium, perdunt illud dum ob luxum et mollitiem non tolerant reprehensiones, neque fortiter correctiones sustinent, sed ad blandas atque delicatas auditiones se avertunt, ubi adulatores aliqui aut sophistæ vocibus dulcibus quidem, sed utilitatis omnis vacuis demulceant. Sicut ergo qui post sectionem fugit medicum, neque ligari factum vulnus sinit, eam is medici operis partem quæ dolorem affert pertulit, eam quæ sanat aspernatus: ita qui orationem qua stultitia ipsius lancinata ac sauciata fuit, non patitur etiam persanare ulcus et ad cicatricem perducere, is morsus et dolore affectus, nullo percepto commodo, a philosophia recedit. Non enim solum Telephi vulnus, ut est apud Euripidem,

Ramenta lima dempta cuspidi fovent:

* ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. Διὸ δεῖ πάσχειν μέν τι καὶ δάκνεσθαι, μὴ συντρίβεσθαι δὲ, μηδὲ ἀθυμεῖν τὸν ἐλεγχόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τελετῇ κατηργμένης αὐτοῦ φιλοσοφίας, τοὺς πρώτους καθαρμοὺς καὶ θορύβους ἀνασχόμενον, ἐλπίζειν τι γλυκὺ καὶ λαμπρὸν ἐκ τῆς παρούσης ἀδημονίας καὶ ταραχῆς. Καὶ γὰρ ἂν ἀδίκως ἡ ἐπιτίμησις γίνεσθαι δοκῇ, καλὸν ἀνασχέσθαι καὶ διακαρτερῆσαι λέγοντος· παυσαμένῳ δὲ αὐτὸν ἐντυχεῖν ἀπολογούμενον, καὶ δεόμενον τὴν παῤῥησίαν ἐκείνην καὶ τὸν τόνον, ᾧ νῦν κέχρηται πρὸς αὐτὸν, εἴς τι τῶν ἀληθῶς ἁμαρτανομένων φυλάττειν.

17. Ἔτι τοίνυν ὥσπερ ἐν γράμμασι καὶ περὶ λύραν καὶ παλαίστραν αἱ πρὸς τὰς μαθήσεις [ἀρχαὶ] πολὺν ἔχουσι θόρυβον καὶ πόνον καὶ ἀσάφειαν, εἶτα προϊόντι κατὰ μικρὸν ὥσπερ πρὸς ἀνθρώπους συνήθεια πολλὴ καὶ γνῶσις ἐγγενομένη, πάντα φίλα καὶ χειροήθη καὶ ῥᾴδια λέγειν τε καὶ πράττειν παρέσχεν· οὕτω δὴ καὶ φιλοσοφίας ἐχούσης τι καὶ γλίσχρον ἀμέλει καὶ ἀσύνηθες ἐν τοῖς πρώτοις ὀνόμασι καὶ πράγμασιν, οὐ δεῖ φοβηθέντας τὰς ἀρχὰς ψοφοδεῶς καὶ ἀτόλμως ἐγκαταλιπεῖν· ἀλλὰ πειρώμενον ἑκάστου καὶ προσλιπαροῦντα, καὶ γλιχόμενον τοῦ πρόσω, τὴν πᾶν τὸ καλὸν ἡδὺ ποιοῦσαν ἀναμένειν συνήθειαν. Ἥξει γὰρ οὐ διὰ μακροῦ, πολὺ φῶς ἐπιφέρουσα τῇ μαθήσει, καὶ δεινοὺς ἔρωτας ἐνδιδοῦσα πρὸς τὴν ἀρετήν· ὧν ἄνευ πάνυ τλήμονος ἀνδρός ἐστιν ἢ δειλοῦ, τὸν ἄλλον ὑπομένειν βίον, ἐκπεσόντα δι' ἀνανδρίαν φιλοσοφίας. Ἴσως μὲν οὖν ἔχει τι καὶ τὰ πράγματα τοῖς ἀπείροις καὶ νέοις ἐν ἀρχῇ δυσκατανόητον· οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ γε πλείστῃ περιπίπτουσιν ἀσαφείᾳ καὶ ἀγνοίᾳ δι' αὑτοὺς, ἀπ' ἐναντίων φύσεων ταὐτὸν ἁμαρτάνοντες. Οἱ μὲν γὰρ αἰσχύνῃ τινὶ καὶ φειδοῖ τοῦ λέγοντος ὀκνοῦντες ἀνερέσθαι καὶ βεβαιώσασθαι τὸν λόγον, ὡς ἔχοντες ἐν νῷ συνεπινεύουσιν· οἱ δ' ὑπὸ φιλοτιμίας ἀώρου καὶ κενῆς πρὸς ἑτέρους ἁμίλλης, ὀξύτητα καὶ δύναμιν εὐμαθείας ἐπιδεικνύμενοι, πρὶν ἢ λαβεῖν, ἔχειν ὁμολογοῦντες, οὐ λαμβάνουσιν. Εἶτα συμβαίνει τοῖς μὲν αἰδήμοσιν καὶ σιωπηλοῖς ἐκείνοις, ὅταν ἀπέλθωσι, λυπεῖν αὑτοὺς καὶ ἀπορεῖσθαι, καὶ τέλος αὖθις ὑπ' ἀνάγκης ἐλαυνομένους, σὺν αἰσχύνῃ μείζονι τοῖς εἰποῦσιν ἐνοχλεῖν, ἀναπυνθανομένους, καὶ μεταθέοντας· τοῖς δὲ φιλοτίμοις καὶ θρασέσιν ἀεὶ περιστέλλειν καὶ ἀποκρύπτειν συνοικοῦσαν τὴν ἀμαθίαν.

18. Πᾶσαν οὖν ἀπωσάμενοι τὴν τοσαύτην βλακείαν καὶ ἀλαζονείαν, πρὸς τὸ μαθεῖν καὶ περιλαβεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ χρησίμως λεγόμενον ὄντες, ὑπομένωμεν τοὺς τῶν εὐφυῶν δοκούντων γέλωτας· ὥσπερ ὁ Κλεάνθης καὶ Ξενοκράτης, βραδύτεροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, οὐκ ἀπεδίδρασκον ἐκ τοῦ μανθάνειν, οὐδὲ ἀπέκαμνον, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς ἑαυτοὺς ἔπαιζον, ἀγγείοις τε βραχυστόμοις, καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες. Οὐ γὰρ μόνον, ὥς φησι Φωκυλίδης,

sed etiam morsum bonæ indolis adolescentibus a philosophia inflictum eadem quæ sauciavit sanat oratio. Itaque affici quidem debet et morderi, non conteri autem, neque animo concidere, qui reprehenditur, sicque statuat, se philosophiæ tanquam mysteriis quibusdam magnis initiatum, primas lustrationes ac tumultus ubi pertulerit, spem habere jucundi splendidique fructus præsentem molestiam et conturbationem sequuturi. Sic etiam ubi videbitur immerito increpatus, recte aget sustinendo, et ad finem usque patienter audiendo : fine facto, compellabit hominem sui purgandi causa, precabiturque ut libertatem reprehendendi istam atque vehementiam qua adversus se nunc fuit usus, ad arguendum aliquod vere peccatum reservet.

XVII. Præterea sicut in litteris, lyra, palæstra, ea quæ initio discenda sunt multum habent tumultus, laboris ac obscuritatis : inde paulatim factis progressibus consuetudo tanquam cum hominibus, et notitia plenior parta, omnia amica, mansueta et faciliora dictu actuque reddit : ita quum philosophia quoque in primis vocibus atque rebus habeat omnino quippiam jejunum et insolens, non convenit quemquam ipsis initiis perterritum (quod plane fuerit hominis ad quemvis extimescentis strepitum atque inaudacis) rem totam deserere : sed conantem singula, operamque impendentem, et progressibus intentum, expectare consuetudinem, quæ omnia bona reddere valet jucunda. Ea enim non multo post tempore aderit, magnam adferens disciplinæ lucem, et acres amores inserens virtutis : quibus sine plane ærumnosi est aut meticulosi hominis reliquam posse perferre vitam, ubi ob mollitiem quis philosophia excidit. Neque abnuerim prorsus res ipsas habere quippiam quod imperiti et juvenes initio perspicere vix, aut ne vix quidem possint : sed tamen in maximam obscuritatis partem ipsi sua culpa incurrunt, in idem diversis ingeniis peccatum prolabentes. Quidam enim verecundia quadam dicenti parcunt, veritique interrogare, ac rationem confirmare, quasi re percepta, annuunt : alii intempestiva ambitione et inani cum aliis certandi studio, ut acumen ingenii ac facultatem discendi ostentent, priusquam acceperint, habere se profitentes, nihil percipiunt. Ita usu venit verecundis quidem istis ac taciturnis, ut digressi in mœrore sint ac dubitationibus, coganturque tandem necessitate impulsi, majore cum pudore dicentes interpellare, et quæstiones revocare, et abruptum cursum iterare : ambitiosis autem illis atque audaculis, ut suam inscitiam semper occultent atque tegant.

XVIII. Repudiata itaque omni id generis stoliditate atque arrogantia, in id incumbamus ut discamus animoque comprehendamus quidquid utiliter dicitur, patiamurque nos rideri ab his qui sibi ingeniosi videntur : sicut fecerunt Cleanthes et Xenocrates, qui quum viderentur tardiores esse quam qui una scholam frequentabant reliqui, non refugerunt a discendo, neque animos desponderunt, sed ultro in seipsos dicteria jecerunt, vasis angusti orificii, et æreis tabulis se similes dicentes, ut qui ægre doctrinam perciperent, perceptam firmiter constanterque retinerent. Non enim duntaxat, quod apud Phocylidem est,

Πόλλ' ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν,

ἀλλὰ καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλὰ, καὶ ἀδοξῆσαι, καὶ σκώμματα καὶ βωμολοχίας ἀναδεξάμενον, ὤσασθαι παντὶ τῷ θυμῷ καὶ καταθλῆσαι τὴν ἀμαθίαν. Οὐ μὴν οὐδὲ τῆς πρὸς τοὐναντίον ἁμαρτίας ἀμελητέον, ἣν ἁμαρτάνουσιν οἱ μὲν ὑπὸ νωθείας, ἀηδεῖς καὶ κοπώδεις ὄντες· * οὐ γὰρ ἐθέλουσι γενόμενοι καθ' αὑτοὺς πράγματα ἔχειν, ἀλλὰ παρέχουσι τῷ λέγοντι, πολλάκις ἐκπυνθανόμενοι περὶ τῶν αὐτῶν· ὥσπερ ἀπτῆνες νεοσσοὶ, κεχηνότες ἀεὶ πρὸς ἀλλότριον στόμα, καὶ πᾶν ἕτοιμον ἤδη καὶ διαπεπονημένον ὑπ' ἄλλων ἐκλαμβάνειν ἐθέλοντες. Ἕτεροι δὲ, προσοχῆς καὶ δριμύτητος ἐν οὐ δέοντι θηρώμενοι δόξαν, ἀποκναίουσι λαλιᾷ καὶ περιεργίᾳ τοὺς λέγοντας, ἀεί τι προσδιαποροῦντες τῶν οὐκ ἀναγκαίων, καὶ ζητοῦντες ἀποδείξεις τῶν οὐ δεομένων·

Οὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίνεται μακρὰ,

ὥς φησι Σοφοκλῆς, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀντιλαμβανόμενοι γὰρ ἑκάστοτε κεναῖς καὶ περιτταῖς ἐρωτήσεσι τοῦ διδάσκοντος, ὥσπερ ἐν συνοδίᾳ, τὸ ἐνδελεχὲς ἐμποδίζουσι τῆς μαθήσεως, ἐπιστάσεις καὶ διατριβὰς λαμβανούσης. Οὗτοι μὲν οὖν, κατὰ τὸν Ἱερώνυμον, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι, καὶ τὰ τίλματα τίλλοντες, τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται. Τοὺς δ' ἀργοὺς ἐκείνους παρακαλῶμεν, ὅταν τὰ κεφάλαια τῇ νοήσει περιλάβωσιν, αὐτοὺς δι' αὑτῶν τὰ λοιπὰ συντιθέναι, καὶ τῇ μνήμῃ χειραγωγεῖν τὴν εὕρεσιν, καὶ τὸν ἀλλότριον λόγον οἷον ἀρχὴν καὶ σπέρμα λαβόντας, ἐκτρέφειν καὶ αὔξειν. Οὐ γὰρ ὡς ἀγγεῖον, ὁ νοῦς ἀποπληρώσεως, ἀλλ' ὑπεκκαύματος μόνον, ὥσπερ ὕλη, δεῖται, ὁρμὴν ἐμποιοῦντος εὑρετικὴν, καὶ ὄρεξιν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἐκ γειτόνων πυρὸς δεόμενος, εἶτα πολὺ καὶ λαμπρὸν εὑρὼν αὐτοῦ καταμένοι διὰ τέλους θαλπόμενος· οὕτως εἴ τις ἥκων λόγου μεταλαβεῖν πρὸς ἄλλου, οὐκ οἴεται δεῖν φῶς οἰκεῖον ἐξάπτειν καὶ νοῦν ἴδιον, ἀλλὰ χαίρων τῇ ἀκροάσει, κάθηται θελγόμενος, οἷον ἔρευθος ἕλκει καὶ γάνωμα, τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων, τὸν δὲ ἐντὸς εὐρῶτα τῆς ψυχῆς καὶ ζόφον οὐκ ἐκτεθέρμαγκεν, οὐδὲ ἐξέωκε διὰ φιλοσοφίας. Εἰ δεῖ τινος οὖν πρὸς ἀκρόασιν ἑτέρου παραγγέλματος, δεῖ καὶ τοῦ νῦν εἰρημένου μνημονεύοντας, ἀσκεῖν ἅμα τῇ μαθήσει τὴν εὕρεσιν· ἵνα μὴ σοφιστικὴν ἕξιν μηδὲ ἱστορικὴν, ἀλλ' ἐνδιάθετον καὶ φιλόσοφον λαμβάνωμεν, ἀρχὴν τοῦ καλῶς βιῶναι τὸ καλῶς ἀκοῦσαι νομίζοντες.

Qui vult esse probus, falli hunc persæpe necesse est:

sed et derideri oportet sæpe, et ignominiam ferre et salsa dicta, et scurriles insectationes. Omni denique robore animi adversus inscitiam niti, eamque dejicere oportet. Sed et illud vitandum est in quo in diversas alii partes peccant. Sunt enim qui ob ignaviam suam molesti sint doctoribus atque importuni: qui quum nolint seorsim ipsi laborem discendo impendere, sæpenumero eadem de re interrogando negotium facessunt doctori: instar implumium pullorum semper ad alienum os hiantes, cupientesque omnia sibi jam ante ab aliis præparata et elaborata tradi. Alii attentionis et acuminis gloriam non suo aucupantes loco, garrulitate et curiositate magistros obtundunt, semper aliquid non necessarium in disputationem trahentes, demonstrationesque rerum nihil ad institutum facientium quærentes:

Sic quæ brevis via, longa fit tamen mora,

ut Sophocles ait, non ipsis tantum, sed et aliis. Nam identidem vanis et supervacaneis interrogationibus magistrum occupantes, veluti in faciundo itinere, disciplinæ continuationem impediunt, mora et institionibus illis interceptæ. Atque hi quidem, ut Hieronymus sentit, similes sunt ignavorum ac timidorum canum, qui quum domi pelles mordeant, ac villos vellant, ipsas feras non tangunt. Segnes autem illos hortor, ut quum capita rerum animo complexi fuerint, ipsi suo marte reliqua apponant, memoriaque inventionem quasi manu ducant, et orationem alterius veluti initium ac semen accipientes, enutriant atque augeant. Non enim ut vas, ita mens quoque impleri opus habet: sed fomitem tantum et alimentum (sicut materia incendenda) requirit qua incitetur ad inveniendum, et ad veritatis indagationem feratur. Sicut ergo fatuus sit qui a vicino ignem petens, invento ibi splendido foco semper adsideat et se calefaciat: ita si quis ad alium accedens discendi causa, non existimet suum se peculiare sibi lumen debere accendere in sua mente, sed gaudeat auditione eaque se oblectans magistro semper adsideat: is ruborem quidem nitoremque opinionis quemdam audiendo sibi parat, sed internam animi æruginem flammis non excoxerit, neque caliginem luce philosophiæ dispulerit. Si igitur alio præcepto usus est ad rectam audiendi rationem, oportet certe nos hujus, quod modo exposui, memores, simul cum discendo inveniendi exercere facultatem; ut quum statuerimus principium recte vivendi esse recte audire, habitum nobis non sophisticæ ostentationis aut nudæ cognitionis, sed animo impressum philosophicumque paremus.

ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΕ ΤΟΝ ΚΟΛΑΚΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ.

1. Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν, ὦ Ἀντίοχε Φιλόπαππε, φάσκοντι συγγνώμην μὲν ἅπαντας ὁ Πλάτων διδόναι φησί· κακίαν δὲ σὺν πολλαῖς ἄλλαις ἐγγίνεσθαι μεγίστην, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν αὐτοῦ κριτὴν δίκαιον οὐδὲ ἀδέκαστον εἶναι· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ἂν μή τις μαθὼν ἐθισθῇ τὰ καλὰ τιμᾷν καὶ διώκειν μᾶλλον ἢ τὰ συγγενῆ καὶ οἰκεῖα. Τοῦτο τῷ κόλακι πολλὴν μεταξὺ τῆς φιλίας εὐρυχωρίαν δίδωσιν, ὁρμητήριον ἐφ' ἡμᾶς εὐφυὲς ἔχοντι τὴν φιλαυτίαν, δι' ἣν αὐτὸς αὑτοῦ κόλαξ ἕκαστος ὢν πρῶτος καὶ μέγιστος *, οὐ χαλεπῶς προσίεται τὸν ἔξωθεν, ὃν οἴεται καὶ βούλεται μάρτυν ἅμα αὐτῷ καὶ βεβαιωτὴν προσγινόμενον. Ὁ γὰρ λοιδορούμενος φιλοκόλαξ σφόδρα φίλαυτός ἐστι, καὶ δι' εὔνοιαν ἑαυτῷ πάντα μὲν ὑπάρχειν βουλόμενος, πάντα δὲ οἰόμενος· ὧν ἡ μὲν βούλησις οὐκ ἄτοπος, ἡ δὲ οἴησις ἐπισφαλὴς καὶ δεομένη πολλῆς εὐλαβείας. Εἰ δὲ θεῖον ἡ ἀλήθεια, καὶ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἀρχὴ κατὰ Πλάτωνα, κινδυνεύει θεοῖς ἐχθρὸς ὁ κόλαξ εἶναι, τῷ δὲ Πυθίῳ διαφερόντως· ἀντιτάττεται γὰρ ἀεὶ πρὸς τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, ἀπάτην ἑκάστῳ πρὸς ἑαυτὸν ἐμποιῶν, καὶ ἄγνοιαν ἑαυτοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τὰ μὲν ἐλλιπῆ καὶ ἀτελῆ, τὰ δ' ὅλως ἀνεπανόρθωτα ποιῶν.

2. Εἰ μὲν οὖν, ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων κακῶν, ὁ κόλαξ ἥπτετο μόνον ἢ μάλιστα τῶν ἀγεννῶν καὶ φαύλων, οὐκ ἂν ἦν οὕτως δεινὸν οὐδὲ δυσφύλακτον. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ οἱ θρῖπες ἐμφύονται μάλιστα τοῖς ἁπαλοῖς καὶ γλυκέσι ξύλοις, οὕτω τὰ φιλότιμα τῶν ἠθῶν καὶ χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ τὸν κόλακα δέχεται καὶ τρέφει προσφυόμενον· ἔτι δ', ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν

Οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις,

οὕτω τὴν κολακείαν ὁρῶμεν οὐ πένησιν, οὐδὲ ἀδόξοις, οὐδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσαν, ἀλλ' οἴκων τε καὶ πραγμάτων μεγάλων ὀλίσθημα καὶ νόσημα γινομένην, πολλάκις δὲ καὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας ἀνατρέπουσαν· οὐ μικρὸν ἔργον ἐστὶν, οὐδὲ φαύλης δεόμενον προνοίας, ἡ περὶ αὐτῆς ἐπίσκεψις· ὡς ἂν μάλιστα περίφωρος οὖσα, μὴ βλάπτοι μηδὲ διαβάλλοι τὴν φιλίαν. Οἱ μὲν γὰρ φθεῖρες ἀπίασιν ἀπὸ τῶν τελευτώντων, καὶ ἀπολείπουσι τὰ σώματα σβεννυμένου τοῦ αἵματος, ἐξ οὗ τρέφονται· τοὺς δὲ κόλακας οὐδ' ὅλως ἰδεῖν ἔστι πράγμασι ξηροῖς καὶ κατεψυγμένοις προσιόντας· ἀλλὰ ταῖς δόξαις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐπιτίθενται καὶ αὔξονται, ταχὺ δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀποῤῥέουσιν. Ἀλλὰ τὴν τότε πεῖραν οὐ δεῖ περιμένειν ἀνωφελῆ, μᾶλλον δὲ βλαβερὰν καὶ οὐκ ἀκίνδυνον οὖσαν. Χαλεπὴ γὰρ ἐν καιρῷ δεομένῳ φίλων ἡ τῶν μὴ φίλων αἴσθησις, ἀντικαταλλαγὴν οὐκ ἔχουσα χρηστοῦ καὶ βεβαίου πρὸς ἀβέβαιον

DE DISCERNENDO ADULATORE AB AMICO.

I. Apud Platonem est, Antioche Philopappe, veniam omnes dare ei, qui sui sese maximo teneri amore profiteatur : verum præter alia hoc summum ex amore tali vitium in animo hominis existere, quod justus sui ipsius incorruptusque esse judex nequit : cæcus enim est rei amatæ cognitor qui amat, nisi quis adsueverit pulchra potius in pretio habere ac sectari quam cognata et domestica. Hoc vitium adulatori magnum præbet locum in media amicitia, in quam se induere possit, opportuna ad excurrendum adversus nos arce utenti, nostro amore nostri : qui amor faciet, ut quisque sui ipsius adulator cum sit primus atque maximus, non difficulter admittat externum, quem putat ac vult esse sibi atque accedere testem adstipulatoremque. Cui enim objicitur quod Adulatoribus delectetur, is se ipsum valde amat, atque ob benevolentiam omnia sibi et vult et putat adesse ea, quæ velle quidem habere non est absurdum, opinari autem se ea habere, periculosum est, multamque requirit cautionem. Quod si veritas res est, ut ait Plato, divina, omniumque bonorum et diis et hominibus principium, apparet diis inimicum esse adulatorem, Pythio præ cæteris Apollini : impugnat enim semper hanc vocem, *Nosce teipsum*, animum uniuscujusque decipiens, ignorationemque ingenerans bonorum ac malorum quæ ei adsunt, propter quam necesse est et bona, manca imperfectaque, et mala, prorsus inemendata relinqui.

II. Quod si, ut pleræque aliæ solent res malæ, Adulator aut solos, aut præcipue, adoriretur ignobiles atque viles homines, non ita periculosa esset ea res neque adeo difficilis evitatu. Nunc quandoquidem, ut teredines lignis innascuntur potissimum teneris atque dulcibus, ita fere generosa ingenia, et frugi atque placida adulatorem recipiunt aluntque adhærescentem : atque, ut Simonides ait, *equos alendi studium non lecythum comitari, sed agros frugiferos:* ita videmus Adulatores non pauperibus se adjungere, aut ingloriis et plebeiis, sed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque esse, qui sæpe etiam regna imperiaque subvertat; idcirco non parvum est negotium, neque providentia indigens exigua, ita adulationem considerare, ut, postquam reddita fuerit perfacilis deprehensu, amicitiam ne lædat aut criminibus obnoxiam reddat. Etenim pediculi morientes deserunt, abeuntque ab eorum corporibus, exstincto quo alebantur sanguine : sed nunquam omnino videbis Adulatores eo se conferre, ubi res sunt accisæ et homines frigent : ubi gloria est et potentia, eo advolant, ibique augentur, et mutante fortuna celeriter defluunt. Non est autem res ad illud usque experimentum trahenda, quod inutile sit, adeoque damnosum, neque periculo careat. Durum est enim in eo temporis articulo quo Amicorum indigeas, sentire non esse Amicos, qui

καὶ κίβδηλον· ἀλλ' ὥσπερ νόμισμα δεῖ τὸν φίλον ἔχειν πρὸ τῆς χρείας δεδοκιμασμένον, μὴ ὑπὸ τῆς χρείας ἐλεγχόμενον. Οὐ γὰρ δεῖ βλαβέντας αἰσθέσθαι, ἀλλ', ὅπως μὴ βλαβῶμεν, ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ κατανόησιν τοῦ κόλακος· εἰ δὲ μή, ταὐτὸ πεισόμεθα τοῖς αἰσθανομένοις τῷ προγεγεῦσθαι τῶν θανασίμων φαρμάκων, εἰς τὴν κρίσιν ἀπολλύντες ἑαυτοὺς καὶ διαφθείροντες. Οὔτε γὰρ δὴ τούτους ἐπαινοῦμεν, οὔτε ὅσοι τὸν φίλον εἰς τὸ καλὸν τιθέμενοι καὶ ὠφέλιμον, οἴονται τοὺς κεχαρισμένους ὁμιλοῦντας εὐθὺς ἔχειν ἐπ' αὐτοφώρῳ κόλακας εἰλημμένους. Οὐδὲ γὰρ ἀηδὴς ὁ φίλος, οὐδ' ἄκρατος, οὐδὲ τῷ πικρῷ σεμνὸν ἡ φιλία καὶ αὐστηρῷ· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ καλὸν καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῆς ἡδὺ καὶ ποθούμενόν ἐστι· παρὰ δ' αὐτῇ

— Χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔθεντο·

καὶ οὐ δυστυχοῦντι μόνον

Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ,

κατ' Εὐριπίδην· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τοῖς ἀγαθοῖς ἡδονὴν ἐπιφέρουσα καὶ χάριν, ἢ τῶν κακῶν ἀφαιροῦσα τὰς λύπας καὶ τὰς ἀπορίας παρέπεται. Καὶ καθάπερ ὁ *Εὔηνος εἶπε, τῶν ἡδυσμάτων τὸ πῦρ εἶναι κράτιστον, οὕτω τῷ βίῳ μίξας τὴν φιλίαν ὁ θεός, ἅπαντα φαιδρὰ καὶ γλυκέα καὶ προσφιλῆ, ταύτης παρούσης καὶ συναπολαυούσης, ἐποίησεν. Ἐπεὶ πῶς ἂν ὁ κόλαξ ὑπεδύετο ταῖς ἡδοναῖς, εἰ τὴν φιλίαν ἑώρα τὸ ἡδὺ μηδαμοῦ προσιεμένην, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ τὰ ψευδόχρυσα καὶ τὰ κίβδηλα [τῶν σκευῶν] τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσοῦ καὶ τὸ γάνωμα μιμεῖται μόνον, οὕτως ἔοικεν ὁ κόλαξ τοῦ φίλου τὸ ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον ἐκμιμούμενος, ἀεὶ παρέχειν ἱλαρὸν καὶ ἀνθηρὸν καὶ πρὸς μηδὲν ἀντιβαίνοντα μηδ' ὑπεναντιούμενον ἑαυτόν. Ὅθεν οὐδὲ τοὺς ἐπαινοῦντας εὐθὺς ὡς κολακεύοντας ἁπλῶς ὑφορατέον. Ἔπαινος γὰρ οὐχ ἧττον ἐν καιρῷ ψόγου φιλίᾳ προσήκει. Μᾶλλον δὲ τὸ μὲν δύσκολον ὅλως καὶ μεμψίμοιρον ἄφιλον καὶ ἀνομίλητον· τῆς δ' ἀφθόνως καὶ προθύμως τὸν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἀποδιδούσης ἔπαινον εὐνοίας, καὶ τὸ νουθετοῦν αὖθις καὶ παρρησιαζόμενον ἐλαφρῶς καὶ ἀλύπως ὑπομένουσι, πιστεύοντες καὶ ἀγαπῶντες ὡς ἀναγκαίως ψέγοντα τὸν ἡδέως ἐπαινοῦντα.

3. Χαλεπὸν οὖν, φαίη τις ἄν, ἐστι διακρῖναι τὸν κόλακα καὶ τὸν φίλον, εἰ μήτε ἡδονῇ μήτε ἐπαίνῳ διαφέρουσι· καὶ γὰρ ἐν ὑπουργίαις καὶ διακονίαις πολλάκις ἰδεῖν ἔστι τὴν φιλίαν ὑπὸ τῆς κολακείας παρατρεχομένην. Τί δὲ οὐ μέλλει, φήσομεν; ἂν τὸν ἀληθινὸν κόλακα καὶ μετὰ δεινότητος καὶ τέχνης ἁπτόμενον τοῦ πράγματος διώκωμεν, ἀλλὰ μή, καθάπερ οἱ πολλοί, τοὺς αὐτοληκύθους τούτους λεγομένους καὶ τραπεζέας, καὶ μετὰ τὸ κατὰ χεῖρας ὕδωρ ἀκουομένους, ὥς τις εἶπε, κόλακας νομίζωμεν, ὧν ἐν μιᾷ λοπάδι καὶ κύλικι μετὰ βωμολοχίας καὶ βδελυρίας ἡ ἀνελευθερία γίνεται κατάδηλος. Οὐ γὰρ δήπου Μελάνθιον

putabantur, quando res non sinit inconstantem et fictitium constante ac probo permutare. Sed sicut nummum, ita Amicum oportet habere ante quam usus postulet, probatum, non ipso usu reprehensum. Neque damno accepto sentire debemus, sed peritiam cognoscendi adulatoris habere, ne lædamur. Alioquin idem nobis usu veniet quod iis qui gustato demum veneno sentiunt id esse letale, judiciumque ipsis hoc suo constat exitio. Nam neque hos probamus, neque eos qui Amicitiam honestate atque utilitate metientes, putant Adulatores ipso facto se deprehendisse eos, qui blande ac gratiose conversantur. Non enim insuavis esse debet Amicus aut injucundus, neque gravitas Amicitiæ morum acerbitate constat : sed ipsa illa ejus pulchritudo atque gravitas, suavis est ac desiderabilis,

Quam juxta Charites, sedes posuitque Cupido :

neque soli ei qui est in calamitate,

Faciem intueri dulce hominis est benevoli,

sicut ille apud Euripidem ait : sed vitam comitatur Amicitia non minus voluptatem rebus lætis adjiciens ac gratiam, quam adversis dolores difficultatesque adimens. Atque, ut Evenus dixit, *ignem per se ipsum condimentum esse optimum :* ita Deus Amicitiam vitæ admiscens, omnia læta, dulcia, ac grata ut essent, Amico præsente unaque fruente, fecit. Et vero, qui voluptatum specie obrepere vellet Adulator, si nosset Amicitiam nihil jucundi usquam admittere? Sed sicut vasa quæ aurum mentiuntur et adulterina sunt, fulgorem tantum auri atque nitorem imitantur; sic Adulator suavitatem venustatemque Amici imitans, semper hilarem se ac renidentem præbet, nunquam resistens, nunquam repugnans. Itaque non statim debemus Adulationis suspectos habere quicunque laudant. Non minus enim suo tempore laus Amicum quam objurgatio decet. Quinimo morositas ac ad quævis reprehendendum proclivitas, ab Amicitia est et consuetudine res aliena. Quæ autem benevolentia liberaliter atque alacriter laudem laude dignis tribuit, hujus etiam in reprehendendo libertatem facile et sine molestia perferimus ac probamus, credentes necessitate ductum increpare, qui in laudando fuit facilis.

III. Operosum est ergo, dicet aliquis, Adulatorem ab Amico internoscere, si neque voluptatem afferendo, neque laudando differunt; nam et in ministeriis et in obsequiis videmus sæpe adulatores amicis esse celeriores. Quidni vero sit, inquam, difficile? Si quidem agamus de vero Adulatore qui artificiose et cum quadam calliditate rem gerit; neque cum vulgo eos intelligamus Adulatores, quos *autolecythos* et mensarum vocamus assectas, ut ait ille, ac qui post datam manibus aquam audiuntur; quorum ad unicam patinam et ad unum calicem illiberalitas scurrilitate et impuritate comitata sese prodit. Non enim, puto, necesse erat Melanthium Alexandri Pheræi parasitum assentationis convincere;

ἔδει τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου παράσιτον ἐξελέγχειν, ὃς τοῖς ἐρωτῶσι, πῶς Ἀλέξανδρος ἐσφάγη, Διὰ τῆς πλευρᾶς, ἔλεγεν, εἰς τὴν γαστέρα τὴν ἐμήν· οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει, μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον· οὐδὲ γὰρ τὰς ἐν Κύπρῳ κολακίδας, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθείσας, ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρεῖχον.

4. Τίνα οὖν δεῖ φυλάττεσθαι; τὸν μὴ δοκοῦντα μηδ' ὁμολογοῦντα κολακεύειν· ὃν οὐκ ἔστι λαβεῖν περὶ τοὐπτανεῖον, οὐδὲ ἁλίσκεται σκιὰν καταμετρῶν ἐπὶ δεῖπνον, οὐδ' ἔρριπται μεθυσθεὶς, ὅπως ἔτυχεν, ἀλλὰ νήφει τὰ πολλὰ, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πράξεων μετέχειν οἴεται δεῖν, καὶ λόγων ἀπορρήτων βούλεται κοινωνὸς εἶναι, καὶ ὅλως τραγικός ἐστιν, οὐ σατυρικὸς φιλίας ὑποκριτὴς, οὐδὲ κωμικός. Ὡς γὰρ ὁ Πλάτων φησὶν, ἐσχάτης ἀδικίας εἶναι, δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα· καὶ κολακείαν ἡγητέον χαλεπὴν τὴν λανθάνουσαν, οὐ τὴν ὁμολογοῦσαν, οὐδὲ τὴν παίζουσαν, ἀλλὰ τὴν σπουδάζουσαν. Αὕτη γὰρ ἀναπίμπλησι καὶ τὴν ἀληθινὴν φιλίαν ἀπιστίας, συνεμπίπτουσαν αὐτῇ πολλάκις, ἂν μὴ προσέχωμεν. Ὁ μὲν οὖν Γωβρύης εἰς σκοτεινὸν οἴκημα τῷ μάγῳ φεύγοντι συνεισπεσὼν, καὶ γενόμενος ἐν διαπάλαις, ἐπιστάντα καὶ διαποροῦντα τὸν Δαρεῖον, ἐκέλευσεν ὠθεῖν καὶ δι' ἀμφοτέρων. Ἡμεῖς δὲ, εἰ μηδαμῇ μηδαμῶς ἐπαινοῦμεν τὸ, Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, διὰ πολλῶν ὁμοιοτήτων τὸν κόλακα τῷ φίλῳ συμπεπλεγμένον * ἀποσπάσαι ζητοῦντες, ὀφείλομεν εὖ μάλα φοβεῖσθαι, μή πως ἢ τῷ κακῷ τὸ χρήσιμον συνεκβάλωμεν, ἢ φειδόμενοι τοῦ οἰκείου τῷ βλάπτοντι περιπέσωμεν. Ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τῶν ἀγρίων σπερμάτων ὅσα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος παραπλήσιον ἔχοντα τῷ πυρῷ συμμέμικται, χαλεπὴν ἔχει τὴν ἀποκάθαρσιν· ἢ γὰρ οὐ διεκπίπτει τῶν στενωτέρων πόρων, ἢ συνεκπίπτει διὰ τῶν ἀραιῶν· οὕτως ἡ κολακεία τῆς φιλίας εἰς πᾶν πάθος καὶ πᾶν κίνημα καὶ χρείαν καὶ συνήθειαν ἑαυτὴν καταμιγνύουσα, δυσχώριστός ἐστιν.

5. Ὅτι μέντοι γε πάντων ἥδιστόν ἐστιν ἡ φιλία, καὶ οὐδὲν ἄλλο μᾶλλον εὐφραίνει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ κόλαξ ἡδοναῖς ὑπάγεται καὶ περὶ ἡδονάς ἐστιν. Ὅτι δὲ ἡ χάρις καὶ ἡ χρεία τῇ φιλίᾳ παρέπεται· καθὸ δὴ καὶ λέγεται πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος εἶναι· διὰ τοῦτο ἐμβάλλων ἑαυτὸν εἰς τὰς ὑπουργίας ὁ κόλαξ, ἁμιλλᾶται σπουδαστικὸς ἀεὶ φαίνεσθαι καὶ ἄοκνος καὶ πρόθυμος. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μάλιστα φιλίας ἀρχὴν συνέχον [καὶ συνιστάνον] ὁμοιότης ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἠθῶν, καὶ ὅλως τὸ χαίρειν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸ ταὐτὰ φεύγειν πρῶτον εἰς ταὐτὸ συνίστησι καὶ συνάπτει διὰ τῆς ὁμοιοπαθείας· τοῦτο κατιδὼν ὁ κόλαξ αὐτὸν ὥσπερ ὕλην τινὰ ῥυθμίζει, καὶ σχηματίζει περιαρμόσαι καὶ περιπλάσαι ζητῶν, οἷς ἂν ἐπιχειρῇ, διὰ μιμήσεως, ὑγρὸς ὢν μεταβάλλεσθαι καὶ πιθανὸς ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις· ὥστ' εἰπεῖν,

qui interrogantibus quomodo confossus esset Alexander, respondit, *Per latus in ventrem meum:* neque eos qui circa opulentam mensam in orbem versantur, *quos neque ignis arcere, neque æs ferrumve potest a petenda cœna:* neque adulatrices Cyprias, quæ postquam in Syriam transiverunt, *climacides* (quasi *scalarias* diceres) appellatæ sunt, quod scalarum loco essent regum uxoribus, iis se submittentes, ut per ipsas hæ vehicula conscenderent.

IV. Quem igitur oportet cavere? Eum qui neque videtur neque profitetur se adulari: quem non deprehendes circa culinam oberrare, aut umbram metiri ut cœnæ tempus exploret, aut ebrium temere jacere: sed plerumque sobrius est, curiose agit, et actionum vult esse socius, arcanorumque particeps: et in summa tragicus est, non satyricus aut comicus, amici personæ actor. Sicut enim Plato ait, *extremæ esse injustitiæ justum videri, neque esse:* ita et hæc periculosa est existimanda Adulatio quæ fallit, non quæ aperta est, et quæ serio, non quæ joco agit. Hæc enim veræ quoque amicitiæ, quæ in eam sæpe incidit, plurimum fidei derogat, nisi animum advertamus. Gobryas cum mago, quem persequebatur, in obscurum delatus conclave ac colluctans, Dario imminenti ac qui magum salvo ipso jugularet non reperienti, dixisse fertur, ut vel per utrumque exigeret mucronem. Nos autem, quando minime gentium dictum illud, *Pereat cum inimico amicus*, probamus, Adulatorem multis similitudinibus cum Amico implicatum cupientes avellere, summo studio cavere debemus, ne aut cum malo bonum abjiciamus, aut dum utilibus parcimus, in id incidamus quod est noxium. Sicut enim agrestia semina quæ tritico permixta ejusdem atque illud sunt figuræ ac magnitudinis, difficulter secernuntur, aut enim non excidunt per angustiora cribri foramina, aut ampliora simul cum tritico permeant: ita Adulatio Amicitiæ sese admiscens similitudine omnis affectus, motus, usus atque consuetudinis, difficulter secernitur.

V. Enimvero quia omnium rerum suavissima est Amicitia, nihilque plus adfert lætitiæ, ideo Adulator etiam voluptatibus delinit, in iisque administrandis versatur. Et quia gratia ususque Amicitiam consequitur, quam ob rem dicimus, *igne magis et aqua necessarium esse Amicum*, idcirco Adulator ministeriis sese ultro offert, conaturque summo studio officiosus, impiger, promptusque videri. Ac quoniam principium Amicitiæ ac conciliatio in similitudine studiorum ac morum maxime consistit, earumdemque omnino rerum appetitio, aut aversatio ob affectuum animi similitudinem primo homines conjungit ac comparat: hoc sentiens Adulator, seipsum veluti materiem quamdam componit atque conformat, accommodare se ac affingere studens imitatione iis quos adoritur, mollis quippe ad inflexiones, et facilis ad omnem similitudinem exprimendam; diceres:

Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ.

Ὁ δὲ πάντων ἐστὶν αὐτοῦ πανουργότατον, αἰσθανόμενος τὴν παῤῥησίαν καὶ λεγομένην καὶ δοκοῦσαν ἰδίαν εἶναι φωνὴν, ὥσπερ τινὸς ζώου, τῆς φιλίας, τὸ δὲ ἀπαῤῥησίαστον ἄφιλον καὶ ἀγεννὲς, οὐδὲ ταύτην ἀμίμητον ἀπολέλοιπεν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ δεινοὶ τῶν ὀψοποιῶν τοῖς πικροῖς χυμοῖς καὶ αὐστηροῖς ἡδύσμασι χρῶνται, τῶν γλυκέων ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον· οὕτως οἱ κόλακες οὐκ ἀληθινὴν οὐδ' ὠφέλιμον, ἀλλ' οἷον ἐπιλλώπτουσαν ἐξ ὀφρύος καὶ γαργαλίζουσαν ἀτεχνῶς παῤῥησίαν προσφέρουσιν. Ἔστι μὲν οὖν διὰ ταῦτα δυσφώρατος ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τῶν θηρίων ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι, συναφομοιοῦται τοῖς ὑποκειμένοις ὕλήμασι καὶ χωρίοις. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐξαπατᾷ τε καὶ περικαλύπτεται ταῖς ὁμοιότησιν, ἡμέτερον ἔργον ἐστὶ, ταῖς διαφοραῖς ἀνακαλύπτειν καὶ ἀπογυμνοῦν αὐτὸν, ἀλλοτρίοις χρώμασι καὶ σχήμασιν, ᾗ φησὶν ὁ Πλάτων, χήτει οἰκείων, κοσμούμενον.

6. Εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σκοπῶμεν. Ἀρχὴν δὲ φιλίας ἔφαμεν εἶναι τοῖς πλείστοις, τὴν ταὐτὰ μὲν ἐπιεικῶς ἀσπαζομένην ἔθη καὶ ἤθη, τοῖς δὲ αὐτοῖς χαίρουσαν ἐπιτηδεύμασι καὶ πράγμασι καὶ διατριβαῖς, ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τε καὶ φύσιν· ἐφ' ἧς καὶ ταῦτα εἴρηται,

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή·
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Εἰδὼς οὖν ὁ κόλαξ, ὅτι τὸ χαίρειν τοῖς ὁμοίοις καὶ τὸ χρῆσθαι καὶ ἀγαπᾷν ἔμφυτόν ἐστι, ταύτῃ πρῶτον ἐπιχειρεῖ πλησιάζειν ἑκάστῳ καὶ παρασκηνοῦν, ὥσπερ ἔν τισι νομαῖς θηρίου, τοῖς αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ διατριβαῖς περὶ ταὐτὰ καὶ σπουδαῖς καὶ διαίταις, ἀτρέμα παραβάλλων καὶ προσαναχρωννύμενος, ἄχρις οὗ λαβὴν παραδῷ, καὶ ψαύοντι τιθασὸς γένηται καὶ συνήθης, ψέγων μὲν, οἷς ἐκεῖνον αἰσθάνεται πράγμασι καὶ βίοις καὶ ἀνθρώποις ἀχθόμενον, ἐπαινέτης δὲ τῶν ἀρεσκόντων οὐ μέτριος,* ἀλλ' ὥστε ὑπερβάλλειν σὺν ἐκπλήξει καὶ θαύματι φαινόμενος· βεβαιῶν δὲ τὸ φιλοῦν καὶ τὸ μισοῦν, ὡς κρίσει μᾶλλον ἢ πάθει γινόμενον.

7. Πῶς οὖν ἐλέγχεται, καὶ τίσιν ἁλίσκεται διαφοραῖς, οὐκ ὢν ὅμοιος οὐδὲ γιγνόμενος, ἀλλὰ μιμούμενος ὅμοιον; Πρῶτον μὲν ὁρᾷν δεῖ τὴν ὁμαλότητα τῆς προαιρέσεως καὶ τὸ ἐνδελεχὲς, εἰ χαίρει τε τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ, καὶ ταὐτὰ ἐπαινεῖ, καὶ πρὸς ἓν ἀπευθύνει καὶ καθίστησι παράδειγμα τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ ἐλευθέρῳ φιλίας ὁμοιοτρόπῳ καὶ συνηθείας ἐραστῇ προσήκει. Τοιοῦτος γὰρ ὁ φίλος. Ὁ δὲ κόλαξ ἅτε δὴ μίαν ἑστίαν ἤθους οὐκ ἔχων μόνιμον, οὐδὲ ἑαυτῷ βίον ζητῶν αἱρετὸν, ἀλλ' ἑτέρῳ καὶ πρὸς ἕτερον πλάττων καὶ προσαρμόζων ἑαυτὸν, οὐχ ἁπλοῦς, οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ παντοδαπός ἐστι καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τύπον, ὥσπερ τὸ μεταιρόμενον ὕδωρ, περιῤῥέων ἀεὶ καὶ με-

Non filius es Achillis, Achilles ipsus es.

Id vero astutissime agit, quod intelligens libertatem sermonis et dici et videri Amicitiæ, tanquam animalis alicujus, propriam vocem, sicut contra dissimulatio parum ingenua et ab Amicitia aliena habetur, eam quoque libertatem intractatam non relinquit : sed sicut periti coqui dulces succos, ne ii satietatem gignant, amaris austerisque condiunt : sic et Adulatores non germanam, neque utilem, sed veluti superciliis adnictantem ac titillantem modo libertatem adhibent. His itaque de causis difficulter deprehendi potest Adulator, sicut et animalia ea, quæ colorem mutandi facultate prædita, subjectam formam ac locum assimulant. Proinde cum ille similitudinibus decipiat, sub iisque delitescat, nostri muneris est, ut discriminibus expositis eum detegamus atque denudemus, *alienis coloribus atque figuris*, ut Plato ait, *ob propriorum inopiam, subornatum.*

VI. Atque hoc ab ipso arcessamus initio. Diximus autem principium Amicitiæ esse plerisque animi indolisque affectionem similem, qua eosdem mores, easdem consuetudines amplectimur, iisdem rebus, studiis, occupationibusque capimur : in quam sententiam etiam hæc dicta sunt,

Seni senilis lingua jucundissima est,
puero puer, mulier mulieri congruit,
ægrotus ægro : quemque dura sors gravat,
casibus eisdem exercito belle accinit.

Ergo Adulator sciens a natura insitum esse ut consimilibus gaudeamus, utamur, eaque amplectamur, hac primum ad quemlibet accedere et insinuare sese nititur, veluti in pascuis animali cuidam sese adjungens, sensim iisdem institutis, earumdemque tractatione rerum, iisdemque studiis et vivendi eadem ratione sese applicando, conformemque exhibendo : donec tandem is, quem petit, ansam præbeat, palpantique cicurem se et tractabilem exhibeat : itaque et vituperat eas res, mores atque homines, quibus illum offendi intelligit, et quæ placere ei sentit, ea non mediocribus, sed nimiis fert laudibus, ita ut cum stupore quodam se ea admirari simulet, confirmetque se judicio magis quam animi subito motu alia amare, alia odisse.

VII. Quibus ergo differentiis coarguitur, deprehenditurque non similis esse aut fieri, sed similem imitari? Principio videndum est sitne æquabile ac perpetuum ejus institutum, semperne iisdem gaudeat, eademque laudet, vitamque suam ad unum dirigat atque exigat exemplar, sicuti decet ingenuum Amicitiæ iisdem moribus formatæ consuetudinisque amatorem. Talis enim est Amicus. At vero Adulator, qui stabilem unam non habeat morum sedem, nec suo, sed alieno arbitratu quærat vivere, cumque alteri sese affingat atque accommodet, non simplex est aut unius modi, sed varius ac multiplex, ex alia in aliam subinde formam transiens: et velut aqua transfusa vasis, sic ille iis circumfunditur

ταςχηματιζόμενος τοῖς ὑποδεχομένοις. Ὁ μὲν γὰρ πίθηκος, ὡς ἔοικε, μιμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιχειρῶν, ἁλίσκεται συγκινούμενος καὶ συνορχούμενος· ὁ δὲ κόλαξ αὐτὸς ἑτέρους ἐπάγεται καὶ παλεύει, μιμούμενος οὐχ ὁμοίως ἅπαντας, ἀλλὰ τῷ μὲν συνορχούμενος καὶ συνᾴδων, τῷ δὲ συμπαλαίων καὶ συγκονιούμενος· θηρευτικοῦ δὲ καὶ κυνηγετικοῦ λαβόμενος, μονονοὺ τὰ τῆς Φαίδρας ἀναβοῶν ἕπεται,

Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι
βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος·

καὶ οὐδὲν αὐτῷ πρᾶγμα πρὸς τὸ θηρίον, ἀλλ' αὐτὸν ἐκσαγηνεύει καὶ περιβάλλεται τὸν κυνηγόν. Ἂν δὲ θηρεύῃ φιλόλογον καὶ φιλομαθῆ νέον, αὖθις ἐν βιβλίοις ἐστὶ, καὶ πώγων ποδήρης καθεῖται, καὶ τριβωνοφορία τὸ χρῆμα, καὶ ἀδιαφορία, καὶ διὰ στόματος οἵ τε ἀριθμοὶ, καὶ τὰ ὀρθογώνια καὶ τρίγωνα Πλάτωνος. Εἴτε ῥάθυμός τις ἐμπέπαικεν αὖθις καὶ φιλοπότης καὶ πλούσιος,

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς.

ἔῤῥιπται μὲν ὁ τρίβων, κατακείρεται δ' ὁ πώγων ὥσπερ ἄκαρπον θέρος, ψυκτῆρες δὲ καὶ φιάλαι καὶ γέλωτες ἐν περιπάτοις, καὶ σκώμματα πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. Ὥσπερ ἐν Συρακούσαις φασὶν, ὁπηνίκα Πλάτων ἀφίκετο, καὶ Διονύσιον ζῆλος ἔσχε περιμανὴς φιλοσοφίας, τὰ βασίλεια κονιορτοῦ γέμειν ὑπὸ πλήθους τῶν γεωμετρούντων· ἐπεὶ δὲ προσέκρουσε Πλάτων, καὶ Διονύσιος ἐκπεσὼν φιλοσοφίας, πάλιν εἰς πότους καὶ γύναια, καὶ τὸ ληρεῖν καὶ ἀκολασταίνειν ἧκε φερόμενος, ἀθρόως ἅπαντας, ὥσπερ ἐν Κίρκης, μεταμορφωθέντας, ἀμουσία καὶ λήθη καὶ εὐήθεια κατέσχε. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν μεγάλων ἔργα κολάκων, καὶ τὰ τῶν δημαγωγῶν, ὧν ὁ μέγιστος Ἀλκιβιάδης, Ἀθήνησι μὲν σκώπτων καὶ ἱπποτροφῶν, καὶ μετὰ εὐτραπελίας ζῶν καὶ χάριτος· ἐν δὲ Λακεδαίμονι κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν καὶ ψυχρολουτῶν· ἐν δὲ Θρᾴκῃ πολεμῶν καὶ πίνων· ἐπεὶ δὲ πρὸς Τισσαφέρνην ἀφίκετο, τρυφῇ καὶ ἁβρότητι καὶ ἀλαζονείᾳ χρώμενος, ἐδημαγώγει καὶ καθωμίλει τῷ συναφομοιοῦν καὶ συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἅπασιν. Οὐ μὴν τοιοῦτος Ἐπαμινώνδας, οὐδ' Ἀγησίλαος, ἀλλὰ πλείστοις ὁμιλήσαντες ἀνθρώποις καὶ πόλεσι καὶ βίοις, τὸ προσῆκον ἦθος αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ στολῇ καὶ διαίτῃ, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ διεφύλαττον. Οὕτω καὶ Πλάτων ἐν Συρακούσαις, οἷος ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ πρὸς Διονύσιον, οἷος πρὸς Δίωνα.

8. Τὰς δὲ τοῦ κόλακος, ὥσπερ πολύποδος, τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις, αὐτὸς ἐπὶ πολλὰ δοκῶν τρέπεσθαι, καὶ ψέγων μὲν, ὃν ἐπῄνει πρότερον βίον, οἷς δὲ ἤχθετο πράγμασιν ἢ διαίταις, ἢ λόγοις, ὡς ἀρέσκοντα * ἐξαίφνης προσιέμενος. Ὄψεται γὰρ αὐτὸν οὐδαμοῦ βέβαιον, οὐδ' ἴδιον, οὐδ' οἰκείῳ πάθει φιλοῦντα καὶ μισοῦντα καὶ χαίροντα καὶ λυπούμενον, ἀλλὰ δίκην κατόπτρου, παθῶν ὀθνείων καὶ βίων καὶ κινημάτων εἰκόνας ἀναδεχόμενον. Τοιοῦτος γὰρ, οἷος, εἰ ψέγοις

et assimulatur, a quibus suscipitur. Et simius quidem ut constat, dum hominem imitari conatur, una se movens et saltans capitur : Adulator autem alios allicit, et in retia sua pertrahit imitando, non eodem omnes modo : cum aliis saltat atque cantat, aliis palæstræ se et pulveris socium adjungit : quod si incidat in studiosum aliquem venationis, tantum non Phædræ ista inclamans sectatur,

Per deos cupio cane citata
celeres propius cervas agere;

neque tamen illi quicquam cum feris rei est, ipsum irretit et circumcludit venatorem. Quod si venetur litteris ac disciplinis deditum adolescentem, totus jam in libris est, barbam ad pedes usque demittit, pallium gestat, rerum nullum discrimen, in ore sunt numeri et rectangula ac triangula Platonis : sin socordem aut potatorem divitem nactus,

Tum vero sapiens pannos deponit Ulysses :

abjicitur pallium, tondetur barba velut infrugifera messis, cola petuntur, ac pateræ, ridetur in ambulationibus, et dicteria in philosophantes jaciuntur. Ita ferunt Syracusis, cum eo venisset Plato, ac Dionysius insano philosophiæ studio exarsisset, regiam pulveris plenam fuisse ob multitudinem geometrica tractantium : postquam Plato gratia excidit, Dionysiusque, philosophia valere jussa, rursum se vino, nugis, libidinique et intemperantiæ, quasi præcipitans dedit, confertim universos velut in Circes ædibus transformatos, inscitia, oblivio, fatuitasque occupavit. Testimonio sunt etiam magnorum facta Adulatorum, et eorum qui populari gratiæ intenti rempublicam gesserunt ; quorum princeps Alcibiades, Athenis dicteria jaciebat, equos alebat, vitamque facetam et gratiosam agebat : ad vivam cutem Spartæ radebatur, palliatus ibat, frigidaque lavabatur : idem in Thracia militabat ac potabat : ubi ad Tissaphernem ventum est, mollitie et luxu atque arrogantia utebatur : hocque modo omnes demulcebat, eorum se moribus studiisque assimilans. Talis non fuit Epaminondas, non Agesilaus : qui tametsi cum plurimis versati sunt hominibus, urbibus, moribus, suos tamen ubique mores, suum vestitum, suam victus rationem et dicendi vivendique retinuerunt. Atque ita Plato etiam idem fuit Syracusis qui in Academia, et Dionysio talis qualis Dioni.

VIII. Cæterum Adulatoris veluti Polypi mutationes facile deprehendet, qui se ipsum simulabit varie mutari, ac vituperata, qua fuisset adhuc usus, vitæ ratione, subito tanquam sibi placitas eas amplectetur quas prius improbarat res, aut rationem victus, aut genus orationis. Videbit enim illum nequaquam constantem aut suum esse, aut qui proprio animi affectu amet vel oderit, gaudeat vel mœreat, sed instar speculi, affectuum alienorum, et vitæ institutorum ac motuum ima-

τινὰ τῶν φίλων πρὸς αὐτὸν, εἰπεῖν, Βραδέως πεφώρακας τὸν ἄνθρωπον· ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ πρότερον ἤρεσκεν. Ἂν δ' αὖ πάλιν ἐπαινῇς μεταβαλόμενος, νὴ Δία φήσει συνήδεσθαι καὶ χάριν ἔχειν αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πιστεύειν. Ἂν δὲ βίον ἀλλακτέον ἕτερον εἴπῃς, οἷον εἰς ἀπραγμοσύνην καὶ ἡσυχίαν ἐκ πολιτείας μεταβαλλόμενος, Πάλαι γε ἐχρῆν, φησὶ, θορύβων ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι καὶ φθόνων. Ἂν δὲ πάλιν ὁρμᾶν δοκῇς ἐπὶ τὸ πράττειν καὶ λέγειν, ὑπεφώνησεν, Ἄξια σαυτοῦ φρονεῖς· ἡ δ' ἀπραγμοσύνη γλυκὺ μὲν, ἀλλ' ἄδοξον καὶ ταπεινόν. Εὐθὺς οὖν λέγειν χρὴ πρὸς τὸν τοιοῦτον,

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖν', ἐφάνης νέον, ἠὲ πάροιθεν·

οὐ δέομαι φίλου συμμεθισταμένου καὶ συνεπινεύοντος· ἡ γὰρ σκιὰ ταῦτα ποιεῖ μᾶλλον· ἀλλὰ συναληθεύοντος καὶ συνεπικρίνοντος. Εἷς μὲν οὖν τῶν ἐλέγχων τρόπος τοιοῦτός ἐστιν.

9. Ἑτέραν δὲ δεῖ ταῖς ὁμοιώσεσι τοιαύτην παραφυλάττειν διαφοράν. Ὁ μὲν ἀληθὴς φίλος οὔτε μιμητής ἐστι πάντων, οὔτ' ἐπαινέτης πρόθυμος, ἀλλὰ τῶν ἀρίστων μόνων·

Οὐ γὰρ συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυ,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα· καὶ νὴ Δία [γε] συγκατορθοῦν καὶ συμφιλοκαλεῖν, οὐ συναμαρτάνειν, οὐδὲ συῤῥᾳδιουργεῖν· ἂν μή τις οἷον ὀφθαλμίας ἀποῤῥοὴ, καὶ ἀνάχρωσις ἄκοντα δι' ὁμιλίαν καὶ συνήθειαν ἀναπλήσῃ φαυλότητος ἢ πλημμελείας τινός· ὥς που καὶ Πλάτωνος ἀπομιμεῖσθαί φασι τοὺς συνήθεις τὸ ἐπίκυρτον, Ἀριστοτέλους δὲ τὸν τραυλισμὸν, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἔγκλισιν τοῦ τραχήλου, καὶ τὴν ἐν τῷ διαλέγεσθαι τραχύτητα τῆς φωνῆς. Τὰ γὰρ πολλὰ λανθάνουσιν ἔνιοι καὶ ἀπὸ τῶν ἠθῶν καὶ ἀπὸ τῶν βίων ἀναλαμβάνοντες. Ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶς τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν· ἐκεῖνός τε γὰρ ἁπάσῃ χροιᾷ πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομοιοῦται· καὶ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὅμοιον ἑαυτὸν ἐξαδυνατῶν παρέχειν, οὐδὲν ἀπολείπει τῶν αἰσχρῶν ἀμίμητον. Ἀλλ', ὥσπερ οἱ φαῦλοι ζωγράφοι τῶν καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν, ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ οὐλαῖς τὰς ὁμοιότητας ἀναφέρουσιν· οὕτως ἀκρασίας γίνεται μιμητὴς, δεισιδαιμονίας, ἀκροχολίας, πικρίας πρὸς οἰκέτας, ἀπιστίας πρὸς οἰκείους καὶ συγγενεῖς. Φύσει τε γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὰ χείρονα κατάντης ἐστὶ, καὶ δοκεῖ πορρωτάτω τοῦ ψέγειν, τὸ αἰσχρὸν εἶναι μιμούμενος. Ὕποπτοι γὰρ οἱ τὰ βελτίω ζητοῦντες καὶ δοκοῦντες ἄχθεσθαι καὶ δυσχολαίνειν τοῖς ἁμαρτήμασι τῶν φίλων· ὃ δὴ καὶ Διονυσίῳ Δίωνα, καὶ Σάμιον Φιλίππῳ, καὶ Κλεομένη Πτολεμαίῳ διέβαλε καὶ ἀπώλεσεν. Ὁ δὲ βουλόμενος εἶναι καὶ δοκεῖν ὁμοίως ἡδὺς ἅμα καὶ πιστὸς, ὡς ὑπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν οὐδὲ τὰ φαῦλα δυσχεραίνων, ἀλλὰ συμπαθὴς πᾶσι καὶ συμφυὴς γινόμενος· ὅθεν οὐδὲ τῶν ἀβουλήτων καὶ τυχηρῶν ἀμοιρεῖν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ νοσεῖν ὅμοια προσποιοῦνται, κολακεύοντες τοὺς νοσώδεις, καὶ μήτε βλέπειν ὀξὺ, μήτε ἀκούειν, ἂν ὑποτυ-

gines recipere. Si vituperes amicorum aliquem apud eum, dicet : Sero deprehendisti quis esset : mihi ne ante quidem placuit. Sin mutata sententia rursum laudes, dejerabit gratum sibi hoc esse et gratiam habere hominis causa, et credere. Si mutandam dices vitæ esse rationem, puta a reipublicæ cura ad otium et quietem transeundum : Jampridum, inquiet, tumultibus et invidia liberari nos oportebat. Ubi rursum videberis aut statues ad res gerendas et dicendum te convertere, accinet tibi : Digna te ipso cogitas : otium enim suave quidem est, sed inglorium atque abjectum. Tali statim est occinendum illud,

Nunc alius subito mihi, quam paulo ante, videris;

non mihi opus est amico mecum sese mutante et meos nutus sequente (hoc enim umbra melius præstat), sed qui verum una mecum sequatur atque dijudicet. Atque hæc una est ratio deprehendendi Adulatoris.

IX. Alterum in similitudinibus discrimen est observandum, quod verus amicus neque imitatur omnia, neque laudat facile, sed optima duntaxat : nam, ut est apud Sophoclem,

Coamicus esse, non comes cursus solet.

Nimirum enim una officium facere, et adjuvare in pulchrarum rerum studio cupit, non peccandi aut malitiose agendi socium se præbet : nisi invito, sicut solet lippitudinis, ita vitii quoque aut peccati quædam ob consuetudinem ei se affricet contagio : quemadmodum familiares aiunt Platonis curvitatem imitatos, et balbutiem Aristotelis, et Alexandri regis colli inflexionem inque dicendo vocis asperitatem : quidam enim imprudentes multa ab aliorum moribus et vita trahunt. Contra Adulatori evenit quod Chamæleonti. Hic enim omni colori se potest similem præstare, dempto albo : et Adulator in iis quæ operæ pretium habent, similem sese præbere non valens, nihil non turpe imitando exprimit. Sed quo modo inepti pictores pulchra assequi cum nequeant, in rugis, verrucis, et cicatricibus similitudinem referunt : sic Adulator intemperantiam imitatur, superstitionem, iracundiam, acerbitatem adversum servos, diffidentiam erga familiares et cognatos. Est enim natura propensus ad deteriora : ac præterea quam longissime a reprehendendo videtur abesse, qui turpia imitetur. Suspecti enim sunt qui meliora quærunt, quique Amicorum peccatis offendi, et ea moleste ferre videntur : quæ res, et Dionem Dionysio, et Samium Philippo, et Ptolemæo Cleomenem invisum fecit atque perdidit. Adulator juxta suavis ac fidelis esse ac videri vult, quasi præ nimio amore ne vitiis quidem offendatur, eodem modo ubique affectus atque ejusdem naturæ est. Itaque neque eorum, quæ nolentibus fortuito eveniunt, expertes esse volunt : sed ægrotis adulantes eodem se morbo teneri simulant : et visu se audituque valere negant, si cum cæcutien-

φλοις ἢ ὑποκώφοις συνῶσιν· ὥσπερ οἱ Διονυσίου κόλακες ἀμβλυωποῦντος, ἐμπίπτοντές τ' ἀλλήλοις, καὶ τὰς παροψίδας ἐν τῷ δειπνεῖν καταβάλλοντες. Ἔνιοι δὲ καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι τῶν παθῶν, ἐνδοτέρω ποιοῦσιν ἑαυτοὺς, καὶ καταμιγνύουσιν ἄχρι * τῶν ἀποῤῥήτων τὰς ὁμοιοπαθείας. Αἰσθόμενοι γὰρ ἢ περὶ γάμον δυστυχοῦντας, ἢ πρὸς υἱοὺς, ἢ πρὸς οἰκείους ὑπόπτως ἔχοντας, αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν ἀφειδοῦσι, καὶ ἀποδύρονται περὶ τέκνων ἰδίων, ἢ γυναικὸς, ἢ συγγενῶν, ἢ οἰκείων, αἰτίας τινὰς ἀποῤῥήτους ἐξαγορεύοντες. Ἡ γὰρ ὁμοιότης συμπαθεστέρους ποιεῖ, καὶ μᾶλλον ὥσπερ ὅμηρα δεδεγμένοι, προΐενταί τι τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῖς, προέμενοι δὲ χρῶνται, καὶ δεδίασιν ἐγκαταλιπεῖν τὴν πίστιν. Ἐγὼ δὲ οἶδα καὶ συνεκβαλόντα γαμετὴν, ὡς ὁ φίλος ἀπεπέμψατο τὴν ἑαυτοῦ· κρύφα δὲ φοιτῶν πρὸς αὐτὴν καὶ διαπεμπόμενος, ἐφωράθη, συναισθομένης τῆς τοῦ φίλου γυναικός. Οὕτως ἄπειρος ἦν κόλακος ὁ νομίζων τὰ ἰαμβεῖα ταυτὶ τῷ κόλακι μᾶλλον ἢ τῷ καρκίνῳ προσήκειν,

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπων
ὀφθαλμὸς, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον·

παρασίτου γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστι

Τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων,

ὡς Εὔπολίς φησιν.

10. Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸν οἰκεῖον ἀναθώμεθα τοῦ λόγου τόπον. Ἐκεῖνο δὲ μὴ παρῶμεν ἐν ταῖς μιμήσεσι τὸ σόφισμα τοῦ κόλακος, ὅτι, κἂν τῶν καλῶν τι μιμῆται τοῦ κολακευομένου, διαφυλάττει τὴν ὑπεροχὴν ἐκείνῳ. Τοῖς μὲν γὰρ ἀληθῶς φίλοις οὔτε ζῆλος οὐδείς ἐστι πρὸς ἀλλήλους, οὔτε φθόνος, ἀλλὰ, κἂν ἴσον ἔχωσιν ἐν τῷ κατορθοῦν, κἂν ἔλαττον, ἀνεπαχθῶς καὶ μετρίως φέρουσιν. Ὁ δὲ κόλαξ ἀεὶ μνημονεύων τοῦ τὰ δεύτερα λέγειν, ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τῆς ἰσότητος, ἡττᾶσθαι πανταχοῦ καὶ ἀπολείπεσθαι, πλὴν τῶν φαύλων, ὁμολογῶν. Ἐν δὲ τοῖς φαύλοις οὐ παρίησι τὸ πρωτεῖον, ἀλλά φησιν, ἂν ἐκεῖνος ᾖ δύσκολος, αὐτὸν εἶναι μελαγχολικόν· ἂν ἐκεῖνος δεισιδαίμων, αὐτὸν θεοφόρητον· ἐρᾷν ἐκεῖνον, μαίνεσθαι δ' αὐτόν· ἀκαίρως, φησὶν, ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. Ἀλλ' ἔν γε τοῖς χρηστοῖς τοὐναντίον, αὐτός φησι ταχέως τρέχειν, ἵπτασθαι δ' ἐκεῖνον· αὐτὸς ἱππεύειν ἐπιεικῶς, ἀλλὰ τί πρὸς τὸν ἱπποκένταυρον τοῦτον; εὐφυής εἰμι ποιητὴς, καὶ στίχον οὐ φαυλότατον γράφων·

— Βροντᾷν δ' οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ Διός.

Ἅμα γὰρ αὐτοῦ δοκεῖ καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποφαίνειν καλὴν μιμούμενος, καὶ τὴν δύναμιν ἀνέφικτον ἡττώμενος. Ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐξομοιώσεσι τοιαῦταί τινές εἰσιν αἱ τοῦ κόλακος διαφοραὶ πρὸς τὸν φίλον.

11. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς κοινόν ἐστι· χαίρει γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς φίλοις ὁ χρηστὸς, ἢ τοῖς κόλαξιν ὁ φαῦλος· φέρε καὶ τοῦτο διορίσωμεν. Ἔστι δὲ διορισμὸς, ἡ πρὸς τὸ τέλος ἀναφορὰ τῆς

tibus aut surdastris vivant : sicut Adulatores Dionysii, qui lusciosus erat, alius in alium impingentes inter cœnandum paropsides dejiciebant. Alii ut affectus magis æquent, altius penetrant, et ad arcana usque, eodem se modo affectos esse fingentes, procedunt. Sentientes enim aut conjugium ejus, cui blandiuntur, infelix esse, aut de liberis eum vel necessariis sinistra suspicari : ipsi quoque sibi non parcunt, sed de suis liberis, aut uxore, cognatis, familiaribusve arcana quædam crimina cum luctu recensent. Similitudo enim facit ut majore affectu conspirent; itaque alter quasi obsidibus jam acceptis aliquid arcani committit Adulatori, ac deinceps eo utitur, ac fidem deserere metuit. Ego vero novi qui cum Amicus suam uxorem ejecisset, suam ipse quoque repudiavit. Sed tamen amici uxor deprehendit eum clam istam invisere, et ad se accersere. Quare Adulatorem non norat, qui cancro magis quam Adulatori convenire putabat Iambica hæc :

Illi omne corpus venter est, oculus videns
Partes in omnes, dentibus reptans fera.

Parasitorum enim est hæc effigies

Qui sunt amici prandii et sartaginis,

ut ait Eupolis.

X. Verum hæc in suum rejiciamus dicendi locum. Id vero commentum Adulatoris in imitationibus non prætereamus, quod, etiam si quid boni imitatur, tamen ei cui assentatur palmam relinquit. Qui enim veri sunt Amici, apud eos nulla est æmulatio, nulla invidia : sed sive vincant recte agendo, sive superentur, citra molestiam sus deque ferunt. Adulator autem memor se ubique secundas agere partes, similitudinem ita affectat ut semper inferior sit, primamque laudem et palmam alteri præterquam malorum relinquat. In his enim priores sibi vindicat, ac si ille se morosum dicat, se profitetur atra bile percitum : si superstitiosum, se divinitus exagitari : si amare, se insanire : intempestive, inquit, ridebas, ego risu emoriebar. Contra in bonis rebus, se ait velocem cursu, illum autem volare; se mediocriter equitare, sed quid hoc ad equitem hunc Centaurum? Ego, inquit, ad poesin non inepto sum ingenio, versumque condo non pessimum,

Sed mihi non datur, est posse tonare Jovis.

Simul enim et institutum ejus videtur pronunciare esse egregium dum id imitatur, et vim æquare non posse, dum certare conatus succumbit. Atque hæc sunt, quibus in assimulando ab Amico differt Adulator.

XI. Quando autem, ut docuimus, voluptas etiam utriusque communis est (vir enim bonus non minus delectatur Amicis, quam Adulatoribus vitiosus), agedum hic quoque discrimen constituamus : id autem

ἡδονῆς· σκόπει δὲ οὕτως. Ἔνεστι μέν που τῷ μύρῳ τὸ εὐῶδες· ἔνεστι δ' ἐν ἀντιδότῳ. Διαφέρει δὲ, ὅτι τοῦτο μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς οὐδὲν ἕτερον γέγονεν, ἐκεῖ δὲ τὸ καθαῖρον, ἢ τὸ θερμαῖνον, ἢ τὸ σαρκοῦν τῆς δυνάμεως, ἄλλως εὐῶδές ἐστι. Πάλιν οἱ γραφεῖς ἀνθηρὰ χρώματα καὶ βάμματα μιγνύουσιν· ἔστι δὲ καὶ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων ἔνια τὴν ὄψιν ἀνθηρὰ καὶ τὴν χρόαν οὐκ ἀπάνθρωπον ἔχοντα· τί τοίνυν διαφέρει; ἢ δῆλον, ὅτι τῷ τέλει τῆς χρείας διακρινοῦμεν. Οὐκοῦν ὁμοίως αἱ μὲν τῶν φίλων χάριτες ἐπὶ καλῷ τινι καὶ ὠφελίμῳ τὸ εὐφραῖνον, ὥσπερ ἐπανθοῦν, ἔχουσιν· ἔστι δ' ὅτε καὶ παιδιᾷ καὶ τραπέζῃ καὶ οἴνῳ, καὶ νὴ Δία γέλωτι καὶ φλυάρῳ πρὸς ἀλλήλους, οἷον ἡδύσμασιν ἐχρήσαντο τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων· πρὸς ὃ δὴ καὶ λέλεκται τὸ,

Μύθοισιν τέρποντο πρὸς ἀλλήλους ἐνέποντες·

καὶ τὸ,

— Οὐδέ κεν ἄλλο
ἄμμε διέκρινε φιλέοντέ τε τερπομένω τε.

*Τοῦ δὲ κόλακος τοῦτ' ἔργον ἐστὶ καὶ τέλος, ἀεί τινα παιδιὰν ἢ πρᾶξιν ἢ λόγον ἐφ' ἡδονῇ καὶ πρὸς ἡδονὴν ὀψοποιεῖν καὶ καρυκεύειν. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, ὁ μὲν, ἵνα ἡδὺς ᾖ, πάντα δεῖν οἴεται ποιεῖν· ὁ δ' ἀεὶ ποιῶν ἃ δεῖ, πολλάκις μὲν ἡδὺς, πολλάκις δὲ ἀηδής ἐστιν, οὐ τοῦτο βουλόμενος, εἰ δὲ βέλτιον εἴη, μηδὲ τοῦτο φεύγων. Ὥσπερ γὰρ ἰατρὸς, ἂν συμφέρῃ, κρόκον καὶ νάρδον ἐπέβαλε, καὶ νὴ Δία πολλάκις ἔλουσε προσηνῶς καὶ ἔθρεψε φιλανθρώπως· ἔστι δὲ ὅπου ταῦτα ἐάσας, καστόριον ἐνέσεισεν,

*Ἢ πόλιον βαρύοσμον, ὃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν,

ἤ τινα ἐλλέβορον ἐκπιεῖν τρίψας ἠνάγκασεν, οὔτε ἐνταῦθα τὸ ἀηδὲς, οὔτε ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ποιούμενος τέλος, ἀλλ' ἐφ' ἓν δι' ἀμφοτέρων ἐπὶ τὸ συμφέρον ἄγων τὸν θεραπευόμενον· οὕτως ὁ φίλος ἔστι μὲν ὅτε σὺν ἐπαίνῳ καὶ χάριτι μεγαλύνων ἀεὶ καὶ εὐφραίνων, ἄγει πρὸς τὸ καλὸν, ὥσπερ οὗτος,

Τεῦκρε, φίλη κεφαλὴ, Τελαμώνιε, κοίρανε λαῶν,
βάλλ' οὕτω·

καὶ,

Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

Ὅπου δ' αὖ πάλιν ἐπιστροφῆς δεῖται, καὶ λόγῳ δήκτῃ καὶ παρρησίᾳ κηδεμονικῇ καθαπτόμενος,

Ἀφραίνεις, Μενέλαε διοτρεφὲς, οὐδέ τί σε χρὴ
ταύτης ἀφροσύνης.

Ἔστι δὲ ὅπου καὶ τὸ ἔργον ἅμα τῷ λόγῳ συνῆψεν, ὡς Μενέδημος Ἀσκληπιάδου τοῦ φίλου τὸν υἱὸν ἄσωτον ὄντα καὶ ἄτακτον ἀποκλείων, καὶ μὴ προσαγορεύων, ἐσωφρόνισε· καὶ Βάττῳ τὴν σχολὴν ἀπεῖπεν Ἀρκεσίλαος, ὅτε πρὸς Κλεάνθην στίχον ἐποίησεν ἐν κωμῳδίᾳ· πείσαντος δὲ τὸν Κλεάνθην καὶ μεταμελομένου διηλλάγη. Δεῖ γὰρ ὠφελοῦντα λυπεῖν τὸν φίλον, οὐ δεῖ δὲ

erit, voluptatis ad finem relatio. Atque hoc ita consideremus. Inest in unguento gratus odor, inest etiam in medicamento. Sed hoc interest, quod illic tantum ad voluptatem refertur, neque ullius præterea rei gratia inest : hic autem, id quod purgandi corpus, aut calefaciendi, aut carnem reparandi vim habet, bene quoque olet. Rursum pictores floridos colores et pigmenta admiscent : sed et medicamenta sunt quædam aspectu florido, et colore minime ingrato : at discrimen in promptu est, quod fine scilicet utilitatis differunt. Ita Amicorum quoque festivitas, jucunditatem habet in re aliqua pulchra et utili, interdum quoque, quasi efflorescentem : interdum quoque jocis, conviviis, vino, risu, atque adeo etiam nugis, veluti honestarum et seriarum rerum condimentis utuntur : in quam sententiam dicta sunt hæc,

Ili se oblectabant grato sermone vicissim;

et,

—Neque nos jam res divelleret ulla,
quin nos colloquiis oblectaremus amicis.

Adulatoris autem is finis, hoc opus est, ut subinde lusum aliquem, aut actionem, aut sermonem voluptatis gratia et ad parandam voluptatem quasi coquat atque condiat. Utque uno verbo rem totam complectar, Adulator omnia putat sibi facienda esse ut delectet : verus Amicus semper id agens quod debet, sæpe delectat, sæpe molestus est, non quod hoc velit, verumtamen si ita expedit, ne hoc fugiens quidem. Sicut enim medicus ubi res poscit, crocum nardumve adhibet, et aliquando leni lavacro alimentoque grato curat : nonnunquam his omissis castoreum indidit,

Aut polium, tetrum late quod jactat odorem,

aut veratrum intritum ebibere coegit : at neque hic molestiam, neque ibi voluptatem ut finem spectat, sed unum utroque modo, scilicet eo quod commodum est, Amicum quem curat, deducens : sic et Amicus alicubi laudando et gratiose prædicando atque delectando ad honestum incitat, ut ille :

Carum, Teucre, caput, populi, Telamonie, princeps,
hoc jaculare modo, — —

et,

Quonam divini pacto obliviscar Ulyssis?

Rursum ubi correctione opus est, mordacem sermonem, libertatemque curatore dignam usurpat :

Quid frustra insanis, et præter rem, Menelae?

Aliquando etiam factum verbis adjungit. Sic Menedemus Asclepiadæ Amici filium intemperantem et dissolute viventem foribus exclusum non dignatus alloqui, in rectam vivendi viam redegit. Et Arcesilaus Batto schola interdixit, cum is in comœdia versum in Cleanthem fecisset : inque gratiam tum demum recepit, cum is mutato facto Cleanthem placasset. Oportet enim bene merendo Amicum offendere, non lædendo amicitiam

λυποῦντα τὴν φιλίαν ἀναιρεῖν· ἀλλ' ὡς φαρμάκῳ τῷ δάκνοντι χρῆσθαι, σώζοντι καὶ φυλάττοντι τὸ θεραπευόμενον. Ὅθεν, ὥσπερ ἁρμονικὸς, ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ καλὸν καὶ συμφέρον μεταβολῇ, τὰ μὲν ἐνδιδοὺς, ἃ δ' ἐπιτείνων, πολλάκις μὲν ἡδὺς, ἀεὶ δὲ ὠφέλιμός ἐστι. Ὁ δὲ κόλαξ, ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν, οὔτε ἔργον οἶδεν ἀντιτεῖνον, οὔτε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνῳ παρέπεται τῷ βουλομένῳ, συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. Ὥσπερ οὖν τὸν Ἀγησίλαον ὁ Ξενοφῶν ἡδέως ἐπαινεῖσθαί φησιν ὑπὸ τῶν καὶ ψέγειν ἐθελόντων, οὕτω δεῖ τὸ εὐφραῖνον καὶ χαριζόμενον ἡγεῖσθαι φιλικὸν, ἂν καὶ λυπεῖν ποτε δύνηται καὶ ἀντιτείνειν· τὴν δὲ συνεχῆ ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῷ πρὸς χάριν ἄκρατον ἀεὶ καὶ ἄδηκτον ὁμιλίαν ὑπονοεῖν, καὶ νὴ Δία τὸ τοῦ Λάκωνος ἔχειν πρόχειρον, ὃς ἐπαινουμένου Χαρίλλου τοῦ βασιλέως, Πῶς οὗτος, ἔφη, χρηστὸς, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς πικρός ἐστι;

12. Τοῖς μὲν οὖν ταύροις τὸν οἶστρον ἐνδύεσθαι παρὰ τὸ οὖς λέγουσι, καὶ τοῖς κυσὶ τὸν κρότωνα· τῶν δὲ φιλοτίμων ὁ κόλαξ τὰ ὦτα κατέχων τοῖς ἐπαίνοις, καὶ προσπεφυκὼς, δυσαπότριπτός ἐστιν. Ὅθεν ἐνταῦθα δεῖ μάλιστα τὴν κρίσιν ἔχειν ἐγρηγορυῖαν καὶ παραφυλάττουσαν, πότερον τοῦ πράγματος ἢ τοῦ ἀνδρὸς ὁ ἔπαινός ἐστιν. Ἔστι δὲ τοῦ πράγματος, ἂν ἀπόντας μᾶλλον ἢ παρόντας ἐπαινῶσιν· ἐὰν καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ βουλόμενοι, καὶ ζηλοῦντες μὴ μόνους ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις, μὴ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ τἀναντία πράττοντες καὶ λέγοντες· τὸ δὲ μέγιστον, ἂν αὐτοὶ γινώσκωμεν ἑαυτοὺς μὴ μεταμελομένους, ἐφ' οἷς ἐπαινούμεθα, μηδὲ αἰσχυνομένους, μηδὲ μᾶλλον ἡμῖν τἀναντία τούτων πεπρᾶχθαι καὶ λελέχθαι βουλομένους. Ἡ γὰρ οἴκοθεν κρίσις ἀντιμαρτυροῦσα, * καὶ μὴ προσδεχομένη τὸν ἔπαινον, ἀπαθής ἐστι καὶ ἄθικτος, καὶ ὑπὸ τοῦ κολακεύοντος ἀνάλωτος. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως οἱ πολλοὶ τὰς μὲν ἐπὶ τοῖς ἀτυχήμασι παρηγορίας οὐχ ὑπομένουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ τῶν συνεπιθρηνούντων ἄγονται καὶ συνοδυρομένων· ὅταν δ' ἁμαρτάνωσι καὶ πλημμελῶσιν, ὁ μὲν ἐλέγχῳ καὶ ψόγῳ δηγμὸν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς δοκεῖ καὶ κατήγορος, τὸν δ' ἐπαινοῦντα καὶ κατευλογοῦντα τὰ πεπραγμένα, ἀσπάζονται καὶ νομίζουσιν εὔνουν καὶ φίλον. Ὅσοι μὲν οὖν ἢ πρᾶξιν, ἢ λόγον, ἢ σπουδάσαντος ὁτιοῦν, ἢ σκώψαντος, εὐχερῶς ἐπαινοῦσι καὶ συνεπικροτοῦσιν, εἰς τὸ παρόν εἰσιν οὗτοι καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλαβεροὶ μόνον· ὅσοι δὲ πρὸς τὸ ἦθος ἐξικνοῦνται τοῖς ἐπαίνοις, καὶ νὴ Δία τοῦ τρόπου τῇ κολακείᾳ θιγγάνουσι, ταὐτὸ ποιοῦσι τῶν οἰκετῶν τοῖς μὴ ἀπὸ τοῦ σωροῦ κλέπτουσιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σπέρματος. Σπέρμα γὰρ τῶν πράξεων οὖσαν τὴν διάθεσιν, καὶ τὸ ἦθος ἀρχὴν καὶ πηγὴν τοῦ βίου, διαστρέφουσι, τὰ τῆς ἀρετῆς ὀνόματα τῇ κακίᾳ περιθέντες. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς στάσεσι καὶ τοῖς πολέμοις ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ὅτι τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει· τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρε-

abolere : sed eo quod mordet uti tanquam medicamento, quo servetur et sanetur qui curatur. Itaque Amicus, musici instar, mutationibus ad pulchrum et utile accommodatis alias intendendo, alias remittendo, sæpe quidem delectat, semper autem prodest. Sed Adulator quasi unius tantum nervi percussione semper id quod delectat, et ad gratiam accommodatum est, tinnire consuevit, neque facto repugnare, neque verbo molestus esse novit, semper cum eo concinit, eique assentitur cui blandiri statuit. Quemadmodum igitur Xenophon Agesilaum ait eorum habuisse laudationes gratas, qui et libenter vituperassent : ita eum amice delectare ac gratificari censeamus, qui aliquando etiam molestia afficere et adversari possit; eam vero consuetudinem, quæ in continentibus et meris blanditiis omni morsu caret, vitii suspectam habeamus. Sitque nobis in promptu illud Laconis dictum, qui cum rex Charilaus laudaretur, Qui, inquit, iste probus sit, qui ne malis quidem acerbus est?

XII. Tauris ferunt asilum sub aures subire, itemque canibus ricinum, et Adulator aures ambitiosorum laudibus occupans iisque adhærens, non facile depellitur. In eo itaque maxime judicium est adhibendum acre atque cautum, ut discernamus homone an res laudetur. Rem ipsam laudari intelligemus, id si absentibus potius fiat quam præsentibus nobis, si eadem ipsi quoque volentes atque affectantes, non nos modo, sed omnes idem institutum tenentes laudent, neque nunc alia, alia post agant aut dicant : et, quod maximum est, si ipsi sentiamus, nec eorum propter quæ laudamur, pœnitere nos, nec pudere, neque contrarium potius dixisse aut egisse velle. Interius enim judicium animi nostri laudi reclamans, eamque non admittens, nullo affectu tangitur aut movetur, neque ab assentante capi potest. Sed nescio quo pacto fit ut plerique cum in calamitatibus consolationes non admittant, magisque delectentur iis qui una lamentantur et lugent : iidem si quid peccaverint aut deliquerint, pro inimico atque accusatore habeant quicumque reprehensione ac vituperatione mordeat, et ad pœnitentiam trahere cupiat : laudantem autem, et facinus verbis comprobantem amplectantur et benevolum Amicumque sibi ducant. Sed qui factum tamen aut dictum alicujus sive serium sive salsum et facetum temere laudant, eique applaudunt, ii tantum in re præsenti sunt noxii. Qui autem ad ipsam indolem laudando penetrant, et mores adulatione pertingunt : idem ii faciunt quod servi qui non acervo sed semini aliquid furtim detrahunt; affectum enim actionum semen, et indolem vitæ agendæ, caput ac fontem vitæ pervertunt, dum nomina virtutum vitiis imponunt. Ut enim scribit Thucydides, *in seditionibus ac bellis consuetam nominum æstimationem ad ea quæ fiunt, quo approbentur, accommodari; audacia enim rationis expers, habetur pro fortitudine, prudens cunctatio pro timiditate speciosa,*

πής· τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα· καὶ τὸ πρὸς ἅπαν συνετὸν, ἐπίπαν ἀργόν. Ἐν δὲ ταῖς κολακείαις ὁρᾶν χρὴ καὶ παραφυλάττειν ἀσωτίαν μὲν, ἐλευθεριότητα καλουμένην· καὶ δειλίαν, ἀσφάλειαν· ἐμπληξίαν δὲ, ὀξύτητα· μικρολογίαν δὲ, σωφροσύνην· τὸν δ' ἐρωτικὸν, φιλοσυνήθη καὶ φιλόστοργον· ἀνδρεῖον δὲ, τὸν ὀργίλον καὶ ὑπερήφανον· φιλάνθρωπον δὲ, τὸν εὐτελῆ καὶ ταπεινόν. Ὥς που καὶ Πλάτων φησὶ τὸν ἐραστὴν κόλακα τῶν ἐρωμένων ὄντα, τὸν μὲν σιμὸν, καλεῖν ἐπίχαριν· τὸν δὲ γρυπὸν, βασιλικόν· μέλανας δὲ, ἀνδρικούς· λευκοὺς δὲ, θεῶν παῖδας· τὸ δὲ μελίχρουν, ὅλως ἐραστοῦ προσποίημα εἶναι, ὑποκοριζομένου καὶ εὐκόλως φέροντος τὴν ὠχρότητα. Καίτοι καλὸς μὲν εἶναι πεισθεὶς ὁ αἰσχρὸς, ἢ μέγας ὁ μικρὸς, οὔτε χρόνον πολὺν τῇ ἀπάτῃ σύνεστι, καὶ βλάπτεται βλάβην ἐλαφρὰν, καὶ οὐκ ἀνήκεστον· ὁ δὲ ταῖς κακίαις ἐθίζων ἔπαινος ὡς ἀρεταῖς, ὡς μὴ ἀχθόμενον, ἀλλὰ χαίροντα χρῆσθαι, καὶ τὸ αἰδεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων ἀφαιρῶν, οὗτος ἐπέτριψε Σικελιώτας, τὴν Διονυσίου καὶ Φαλάριδος ὠμότητα, μισοπονηρίαν καὶ δικαιοσύνην προσαγορεύων· οὗτος Αἴγυπτον ἀπώλεσε, τὴν Πτολεμαίου θηλύτητα, καὶ θεοληψίαν, καὶ ὀλολυγμοὺς, [καὶ κρίνων,] καὶ τυμπάνων ἐγχαράξεις, εὐσέβειαν ὀνομάζων καὶ θεῶν λατρείαν· οὗτος τὰ Ῥωμαίων ἤδη τηλικαῦτα παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀνατρέψαι καὶ ἀνελεῖν, τὰς Ἀντωνίου τρυφὰς καὶ ἀκολασίας καὶ πανηγυρισμοὺς, ἱλαρὰ πράγματα καὶ φιλάνθρωπα, χρωμένης ἀφθόνως αὐτῷ δυνάμεως καὶ τύχης, ὑποκοριζόμενος. Πτολεμαίῳ δὲ τί περιῆψεν ἄλλο φορβειὰν καὶ αὐλούς; τί δὲ Νέρωνι τραγικὴν ἐπήξατο σκηνὴν, καὶ προσωπεῖα καὶ κοθόρνους περιέθηκεν; οὐχ ὁ τῶν κολακευόντων ἔπαινος; Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν βασιλέων, οὐκ Ἀπόλλωνες μὲν, ἂν μινυρίσωσι, Διόνυσοι δὲ, ἂν μεθυσθῶσιν, Ἡρακλεῖς δὲ, ἐὰν παλαίσωσι, προσαγορευόμενοι, καὶ χαίροντες, εἰς ἅπασαν αἰσχύνην ὑπὸ τῆς κολακείας ἐξάγονται;

13. Διὸ φυλακτέον ἐστὶ μάλιστα τὸν κόλακα περὶ τοὺς ἐπαίνους. Ὅπερ οὐδὲ αὐτὸν ἐκεῖνον λέληθεν, ἀλλὰ * δεινὸς ὢν φυλάττεσθαι τὸ ὕποπτον, ἂν μὲν εὐπαρύφου τινὸς ἢ ἀγροίκου λάβηται, φορίνην παχεῖαν φέροντος, ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, καθάπερ ὁ Στρουθίας ἐμπεριπατῶν τῷ Βίαντι, καὶ κατορχούμενος τῆς ἀναισθησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πλέον πέπωκας· καὶ,

Γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος·

Τοὺς δὲ κομψοτέρους ὁρῶν ἐνταῦθα μάλιστα προσέχοντας αὐτῷ, καὶ φυλαττομένους τὸ χωρίον τοῦτο καὶ τὸν τόπον, οὐκ ἀπ' εὐθείας ἐπάγει τὸν ἔπαινον, ἀλλ' ἀπαγαγὼν πόρρω κυκλοῦται καὶ πρόσεισιν, οἷον ἀψοφητὶ θρέμματος ἐπιψαύων καὶ ἀποπειρώμενος. Νῦν μὲν γὰρ ἑτέρων περὶ αὐτοῦ τινῶν ἐπαίνους ἀπαγγέλλει, καθάπερ οἱ ῥήτορες, ἀλλοτρίῳ προσχρώμενος προσώπῳ, ξένοις λέγων ἢ πρεσβυτέροις ἐν ἀγορᾷ μάλ' ἡδέως

modestia pro mollitiei prætextu, et prudens in omnibus cautio pro summa ignavia. In adulationibus quoque observandum est, liberalitatis profusionem; timiditatem cautionis; præcipitem impetum celeritatis; sordes frugalitatis; amoribus deditum comis et amantis; iracundum ac superbum animosi; vilem humilemque, humani, nomine affici. Sicut et Plato alicubi ait amatorem amasii adulatorem, simo gratiosi; qui adunco naso sit regii; nigro virilis; albo deorum filii nomen imponere; denique mellei coloris nomen amatoris plane inventum esse, palloris odium minuentis, et boni eum consulentis. Sane deformis persuaderi sibi sinens formosum se esse, aut parvus magnum, neque diu in eo errore versatur, et damnum leve neque irreparabile accipit. Laus autem, quæ vitiis assuefacit dum pro virtutibus habentur, ita ut non dolori nobis sint, sed delectationi, et quæ verecundiam peccantibus aufert; ea, inquam, Siculos afflixit, dum Dionysii et Phalaridis crudelitatem odium in malos et justitiam nominat: eadem Ægyptum pessumdedit, mollitiem Ptolemæi ac dirum furorem, ululatusque, choricas saltationes, et tympanorum percussiones, pietatem erga deos cultumque numinum appellans: eadem parum abfuit, quin Romanorum res jam tantas corrumperet atque perderet, luxum Antonii et intemperantiam et publicas profusiones hilaritudinis et humanitatis nominibus extenuans, tanquam ejus cui potentia et fortuna large indulgeret. Quid vero aliud Ptolemæo capistrum tibicinis fistulamque appendit? quid Neroni scenam erexit tragicam, larvasque et cothurnos induit, quam adulantium laudes? An non plerique reges dum cantillarent, Apollines; dum ebrii essent, Bacchi; dum palæstram exercerent, Hercules salutati, iisque gaudentes nominibus, assentatione ad extremam sunt adacti turpitudinem?

XIII. Quapropter maxime ubi laudat cavendum est ab Adulatore. Idque ipsum non fallit; sed callidus suspicionem cavere, ubi in aliquem eleganti vestitu agrestemve incidit crasso corio amictum, tum vero totis naribus indulget, ut Struthias Biantem calcans, ejusque stupiditati laudationibus insultans, Alexandro rege amplius bibisti: et,

Risu ad Cyprium emoriturus.

Cæterum elegantiores animadvertens hoc loco se hacque occasione potissimum observare, non recta laudationem profert, sed longis in orbem ambagibus usus accedit, vel uti citra strepitum tacturus pecus aliquod atque tentaturus. Modo enim aliorum quorundam de ipso pronunciatas laudes refert, rhetorum exemplo, aliena usus persona: perjucundum, inquiens, mihi fuit in foro cum peregrinis, vel senioribus colloquium,

παραγενέσθαι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ μεμνημένοις αὐτοῦ, καὶ θαυμάζουσι. Νῦν δ' αὖ πάλιν, αἰτίας ἐλαφρὰς καὶ ψευδεῖς πλασάμενος καὶ συνθεὶς ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἀκηκοὼς ἑτέρων ἀφῖκται μετὰ σπουδῆς, πυνθανόμενος, ποῦ τοῦτο εἶπεν, ἢ ποῦ τοῦτο ἔπραξεν. Ἀρνουμένου δὲ, ὡς εἰκὸς, αὐτόθεν ἔχων, ἐμβέβληκεν εἰς τοὺς ἐπαίνους τὸν ἄνθρωπον, Ἐγὼ δὲ ἐθαύμαζον, εἰ σὺ κακῶς τινα τῶν συνήθων εἶπας, ὁ μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς πεφυκώς· [εἰ] σὺ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπεχείρησας, ὁ τοσαῦτα τῶν ἰδίων δωρούμενος;

14. Ἕτεροι τοίνυν, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι τὰ φωτεινὰ καὶ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς καὶ σκοτεινοῖς ἐπιτείνουσιν ἐγγὺς παρατιθεμένοις, οὕτω τῷ ψέγειν τἀναντία καὶ λοιδορεῖν ἢ διασύρειν καὶ καταγελᾶν, λανθάνουσι τὰ προσόντα κακὰ τοῖς κολακευομένοις ἐπαινοῦντες καὶ τρέφοντες. Σωφροσύνην τε γὰρ ὡς ἀγροικίαν ψέγουσιν ἐν ἀσώτοις, καὶ πλεονέκταις, καὶ κακούργοις, καὶ πλουτοῦσιν ἀπὸ πραγμάτων αἰσχρῶν καὶ πονηρῶν· αὐτάρκειαν δὲ καὶ δικαιοσύνην, ὡς ἀτολμίαν καὶ ἀρρωστίαν πρὸς τὸ πράττειν· ὅταν δὲ ῥαθύμοις καὶ σχολασταῖς καὶ τὰ μέσα φεύγουσι τῶν πόλεων ὁμιλῶσιν, οὐκ αἰσχύνονται πολιτείαν μὲν, ἀλλοτριοπραγίαν ἐπίπονον, φιλοτιμίαν δὲ, κενοδοξίαν ἄκαρπον ὀνομάζοντες. Ἤδη δὲ καὶ ῥήτορος ἔστιν ὅτε κολακεία διασύραι φιλόσοφον, καὶ παρὰ γυναιξὶν ἀκολάστοις εὐδοκιμοῦσι τὰς μονολεχεῖς καὶ φιλάνδρους, ἀναφροδίτους καὶ ἀγροίκους ἀποκαλοῦντες. Ὑπερβάλλει δὲ μοχθηρίᾳ τὸ μηδ' ἑαυτῶν ἀπέχεσθαι τοὺς κόλακας. Ὡς γὰρ οἱ παλαισταὶ τὸ σῶμα ποιοῦσι ταπεινὸν, ὅπως ἑτέρους καταβάλωσιν· οὕτω τῷ ψέγειν ἑαυτοὺς εἰς τὸ θαυμάζειν τοὺς πλησίον ὑποῤῥέουσιν· Ἀνδράποδόν εἰμι δειλὸν ἐν θαλάσσῃ, πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύω, μαίνομαι κακῶς ἀκούσας ὑπ' ὀργῆς· ἀλλὰ τούτῳ, φησὶν, οὐδὲν ἔστι δεινὸν, οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ἴδιος ἄνθρωπος, πάντα πράως φέρει, πάντα ἀλύπως. Ἂν δ' ᾖ τις οἰόμενος πολὺν ἔχειν νοῦν, καὶ βουλόμενος αὐστηρὸς εἶναι καὶ αὐθέκαστος, ὑπὸ δή τινος ὀρθότητος ἀεὶ προβάλληται τὸ,

Τυδείδη, μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε, μήτε τι νείκει·

οὐ ταύτῃ πρόσεισιν ὁ τεχνίτης κόλαξ, ἀλλ' ἔστι τις ἑτέρα μηχανὴ πρὸς τὸν τοιοῦτον. Ἥκει γὰρ αὐτῷ περὶ πραγμάτων ἰδίων, ὡς δὴ φρονῆσαι περιττοτέρῳ συμβουλευσόμενος· καί φησι μᾶλλον μὲν ἑτέρους ἔχειν συνήθεις, ἐνοχλεῖν δ' ἀναγκαίως ἐκείνῳ· ποῦ γὰρ καταφύγωμεν οἱ γνώμης δεόμενοι; τίνι δὲ πιστεύσομεν; Εἶτ' ἀκούσας, ὅ τι ἂν εἴπῃ, χρησμὸν εἰληφέναι φήσας, οὐ γνώμην, ἄπεισιν. Ἂν δὲ καὶ λόγων τινὸς ἐμπειρίας ὁρᾷ μεταποιούμενον, * ἔδωκέ τι τῶν αὐτοῦ γεγραμμένων, ἀναγνῶναι καὶ διορθῶσαι παρακαλέσας. Μιθριδάτῃ δὲ τῷ βασιλεῖ φιλιατροῦντι, καὶ τεμεῖν ἔνιοι καὶ καῦσαι παρέσχον αὐτοὺς τῶν ἑταίρων, ἔργῳ κολακεύοντες, οὐ λόγῳ· μαρτυρεῖσθαι γὰρ ἐμπειρίαν ἐδόκει, πιστευόμενος ὑπ' αὐτῶν.

qui de te multa in bonam partem non sine admiratione tui dixerunt. Modo levibus et falsis adversus eum criminationibus confictis, tamquam has ex aliorum habeat dictis, studiose accedit, ac interrogat, ubinam tale quippiam egisti aut dixisti? inficiantemque, ut par est, jam oblata ex ipsa inficiatione laudandi occasione, sic demulcet : Ego sane mirabar te male dixisse familiarium alicui, qui ne inimicis quidem soleas : tu alienis inhiasses, qui de tuo adeo sis liberalis?

XIV. Jam Adulatorum alii, sicut pictores lucida atque splendida appositis umbrosis et tenebrosis reddunt illustriora, ita dum contraria vituperant, aut traducunt atque derident, occulte eorum quibus assentantur vitia laudant atque fovent. Nam apud homines luxu perditos, avaros, maleficos, et opes turpibus malisque artibus consecutos, temperantiam vituperant sub rusticitatis nomine, et eos qui suis contenti facultatibus juste vivunt, nihil animi aut virium ad res gerendas habere criminantur : si cum socordibus otioque deditis et mediam civitatem fugientibus versentur, non pudet eos administrationem reipublicæ alienarum rerum laboriosam tractationem vocare, et honoris studio, sterilis gloriolæ ac ambitionis nomen indere · nonnunquam etiam adhibent hanc adulationem, ut rhetori philosophum traducant : et inter impudicas mulierculas palmam merentur, dum uno contentas marito, ejusque solius amantes, Veneris expertes agrestesque appellant. Ea vero est summa malitia, quod ne sibi ipsis quidem parcunt adulatores. Sicut enim luctatores corpora sua demittunt, ut alios prosternant : sic seipsos illi vituperando obrepunt ad alios laudandos : Ego, inquiunt, in mari timidum sum mancipium, ad labores animum despondeo, insanio præ ira maledictis impetitus : verum iste nullo terretur periculo, omni caret vitio, homo est rarus, omnia fert æquo animo ac citra molestiam. Quod si quis sapere se præclare existimans, cupiensque videri austerus et a proprio pendens judicio, ut recta quadam mente subinde illud objiciat,

Nec laudes nimium, nec me, Diomede, reprendas:

non jam eadem hunc via adoritur Adulator, sed aliam adhibet machinam. Accedit enim eum de rebus privatis utpote prudentiorem consulturus : et, Habebam quidem, inquit, alios magis familiares, necessitate tamen cogor te interpellare : nam ad quem alium confugiamus consilio indigentes, aut cui potius credamus? audito deinde ejus responso ita discedit, ut non sententiam se, sed oraculum reportare dicat. Aut si eum peritiam affectare artis dicendi senserit, aliquid ei ab se compositum exhibet, orans id ut legat atque emendet. Mithridati regi, cum is rei medicæ studeret, nonnulli sodalium secandos se urendosque præbuerunt, facto, non verbis, adulantes : testimonium enim peritiæ suæ ferre videbatur, quod sese ipsi crederent : adeo

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων·

τὸ δὲ γένος τοῦτο τῶν ἀρνουμένων ἐπαίνων πανουργοτέρας δεόμενον εὐλαβείας, ἐλεγκτέον, ἐπίτηδες ἀτόπους ἐκτάττοντα συμβουλίας καὶ ὑποθήκας, καὶ διορθώσεις ποιούμενον ἀλόγους. Πρὸς μηδὲν γὰρ ἀντιλέγων, ἀλλὰ πᾶσι συνεπινεύων, καὶ δεχόμενος πάντα, καὶ βοῶν παρ' ἕκαστον ὡς εὖ καὶ ἱκανῶς, γίνεται καταφανὴς

Σύνθημ' ἐρωτῶν, ἄλλο μαστεύων χρέος,

ἐπαινέσαι καὶ συνεπιτυφῶσαι βουλόμενος.

15. Ἔτι τοίνυν, ὥσπερ ἔνιοι τὴν ζωγραφίαν σιωπῶσαν ἀπεφήναντο ποιητικὴν, οὕτως ἐστί τις κολακείας σιωπώσης ἔπαινος. Ὥσπερ γὰρ οἱ θηρεύοντες, ἂν μὴ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ὁδοιπορεῖν ἢ νέμειν ἢ γεωργεῖν δοκῶσι, μᾶλλον τὰ θηρευόμενα λανθάνουσιν· οὕτως οἱ κόλακες ἅπτονται μάλιστα τοῖς ἐπαίνοις, ὅταν ἐπαινεῖν μὴ δοκῶσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι πράττειν. Ὁ γὰρ εἴκων ἕδρας καὶ κλισίας ἐπιόντι, καὶ λέγων πρὸς δῆμον ἢ βουλὴν, ἂν αἴσθηταί τινα τῶν πλουσίων βουλόμενον εἰπεῖν, ἀποσιωπῶν μεταξὺ, καὶ παραδιδοὺς τὸ βῆμα καὶ τὸν λόγον, ἐνδείκνυται σιωπῶν, μᾶλλον τοῦ βοῶντος, ὅτι κρείττονα νομίζει καὶ διαφέροντα τῷ φρονεῖν ἐκεῖνον. Ὅθεν ὁρᾷν ἔστιν αὐτοὺς ἕδρας τε τὰς πρώτας ἐν ἀκροάσεσι καὶ θεάτροις καταλαμβάνοντας, οὐχ ὅτι τούτων ἀξιοῦσιν αὑτοὺς, ἀλλ' ὅπως ὑπεξανιστάμενοι τοῖς πλουσίοις κολακεύωσι· καὶ λόγου κατάρχοντας ἐν συνόδοις καὶ συνεδρίοις, εἶτα παραχωροῦντας ὡς κρείττοσι, καὶ μετατιθεμένους ῥᾷστα πρὸς τοὐναντίον, ἄνπερ ἢ δυνατὸς ἢ πλούσιος ἢ ἔνδοξος ὁ ἀντιλέγων. Ὧ καὶ μάλιστα δεῖ τὰς τοιαύτας ὑποκατακλίσεις καὶ ἀναχωρήσεις αὐτῶν ἐξελέγχειν, οὐκ ἐμπειρίαις, οὐδ' ἀρεταῖς, οὐδ' ἡλικίαις ὑφιεμένων, ἀλλὰ πλούτοις καὶ δόξαις. Ἀπελλῆς μὲν γὰρ ὁ ζωγράφος, Μεγαβύζου παρακαθίσαντος αὐτῷ, καὶ περὶ γραμμῆς τι καὶ σκιᾶς βουλομένου λαλεῖν, Ὁρᾷς, ἔφη, τὰ παιδάρια ταυτὶ τὰ τὴν μηλίδα τρίβοντα; πάνυ σοι προσεῖχε τὸν νοῦν σιωπῶντι, καὶ τὴν πορφύραν ἐθαύμαζε καὶ τὰ χρυσία· νῦν δέ σου καταγελᾷ περὶ ὧν οὐ μεμάθηκας ἀρξαμένου λαλεῖν. Καὶ Σόλων, Κροίσου περὶ εὐδαιμονίας διαπυνθανομένου, Τέλλον τινὰ τῶν οὐκ ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, καὶ Βίτωνα καὶ Κλέοβιν, ἀπέφηνεν εὐποτμοτέρους. Οἱ δὲ κόλακες τοὺς βασιλεῖς καὶ πλουσίους καὶ ἄρχοντας, οὐκ ὀλβίους μόνον καὶ μακαρίους, ἀλλὰ καὶ φρονήσει, καὶ τέχνῃ, καὶ ἀρετῇ πάσῃ πρωτεύοντας ἀναγορεύουσιν.

16. Εἶτα τῶν μὲν Στωϊκῶν οὐδὲ ἀκούειν ἔνιοι ὑπομένουσι, τὸν σοφὸν ὁμοῦ πλούσιον, καλὸν, εὐγενῆ, βασιλέα προσαγορευόντων· οἱ δὲ κόλακες τὸν πλούσιον ὁμοῦ καὶ ῥήτορα καὶ ποιητὴν, ἂν δὲ βούληται, καὶ ζωγράφον, καὶ αὐλητὴν ἀποφαίνουσι, καὶ ποδώκη, καὶ ῥωμαλέον, ὑποπίπτοντες ἐν τῷ παλαίειν, καὶ ἀπολιμπανόμενοι θεόντων· ὥσπερ Κρίσσων ὁ Ἱμεραῖος ἀπελείφθη διαθέων πρὸς Ἀλέξανδρον· ὁ δ' αἰσθόμενος

Multæ sunt rerum divinarum formæ.

Cæterum genus hoc occultarum laudationum, quod cautionem requirit astutiorem, ut redarguas, dedita opera propones consilia, argumenta, correctiones, absurda omnia : nihil enim refellens, sed omnibus annuens, atque omnia admittens, et ad singula euge et belle exclamans, deprehenditur liquido

Rogare tesseram, aliud autem quærere,

nimirum laudare et inflare velle.

XV. Porro sicut nonnulli dixerunt picturam esse mutam poesin, sic etiam assentatio tacens laudationem nem quamdam habet. Quemadmodum enim venatores, dum non venari se, sed iter facere, aut pascere, aut agrum colere fingunt, facilius feras latent : ita Adulatores laudando tum maxime penetrant, cum non laudare, sed aliud agere putantur. Qui enim accedenti sella locove decedit, aut ad senatum populumve verba faciens, ubi videt divitem aliquem accedere, oratione interrupta, huic suggestum et dicendi locum tradit, is tacendô melius quam si vociferaretur, priores se huic prudentiæ partes deferre ostendit. Itaque ipsos videas in auditoriis ac theatris prima sedilia occupantes, non quod se iis dignentur, sed ut divitibus, inde assurgentes atque concedentes, adulentur : et in comitiis et consessibus initium dicendi facientes, deinde si quis potens, dives, aut nobilis contra disserat, facillime tanquam potiori assentientes, suamque retractantes sententiam. Quare apprime necessarium est hujusmodi cessiones locorum et victoriæ, coarguere, non peritiæ, virtuti, ætative, sed divitiis et gloriæ delatas. Etenim Apelles pictor assidenti sibi Megabyzo, et de linea nescio quid umbraque volenti disserere : Nonne vides, aiebat, puerulos istos qui melidem terunt? tacenti tibi admodum ii fuerunt intenti, purpuram aurumque admirantes : nunc te rident orsum loqui de rebus iis quas non didicisti. Et Solon, Crœso de felicitate percontante, Tellum quemdam obscurum Athenis hominem, Bitonemque et Cleobin ipso pronuntiavit feliciores. Atqui Adulator reges, divites, ac magistratum gerentes, non fortunatos modo et beatos, sed et prudentia, arte, omnique virtute principes affirmat.

XVI. Jam Stoicos quidam ne audire quidem sustinent, sapienti simul divitis, pulchri, nobilis, regis nomen attribuentes : Adulatores vero divitem juxta et oratorem et poetam, et (si velit) pictorem, tibicinemque pronuntiant, et pedibus velocem, et robustum, subsidentes, si cum eo lucta, et præteriri se sinentes, si cursu certent : sicut Crisson Himeræus cursu cum Alexandro certans dedita opera posterior fuit : quod et animad-

ἠγανάκτησε. Καρνεάδης δὲ ἔλεγε, ὅτι πλουσίων καὶ βασιλέων παῖδες ἱππεύειν μόνον, ἄλλο δὲ οὐδὲν εὖ καὶ καλῶς μανθάνουσι· κολακεύει γὰρ αὐτοὺς ἐν ταῖς διατριβαῖς ὁ διδάσκαλος ἐπαινῶν, καὶ ὁ προσπαλαίων, ὑποκατακλινόμενος· ὁ δὲ ἵππος οὐκ εἰδὼς οὐδὲ φροντίζων, ὅστις ἰδιώτης ἢ ἄρχων, ἢ πλούσιος ἢ πένης, ἐκτραχηλίζει τοὺς μὴ δυναμένους ὀχεῖσθαι. * Εὐήθη τοίνυν καὶ ἀβέλτερα τὰ τοῦ Βίωνος· Εἰ τὸν ἀγρὸν ἔμελλεν ἐγκωμιάζων εὔφορον ποιεῖν καὶ εὔκαρπον, οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκει τοῦτο ποιῶν μᾶλλον ἢ σκάπτων καὶ πράγματα ἔχων· οὐ τοίνυν οὐδ' ἄνθρωπος ἄτοπος ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφέλιμός ἐστι καὶ πάμφορος. Ὁ μὲν γὰρ ἀγρὸς οὐ γίνεται χείρων ἐπαινούμενος· ἄνθρωπον δὲ τυφοῦσι καὶ ἀπολλύουσιν οἱ ψευδῶς καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαινοῦντες.

17. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπόχρη περὶ τούτων. Ἐφεξῆς δὲ τὸ τῆς παῤῥησίας ἴδωμεν. Ἔδει μὲν γάρ, ὡς ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως τὰ ὅπλα περιβαλλόμενος, καὶ τοὺς ἵππους ἐξελαύνων ἐπὶ τὴν μάχην, μόνης οὐκ ἐτόλμησεν τῆς Πηλιάδος θίγειν, ἀλλ' ἀφῆκεν, οὕτω τὸν κόλακα, τοῖς τοῦ φίλου σκευοποιούμενον καὶ ἀναπλαττόμενον ἐπισήμοις καὶ συμβόλοις, μόνην τὴν παῤῥησίαν, ὥσπερ ἐξαίρετον βάσταγμα φιλίας,

Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν,

καταλιπεῖν ἄθικτον καὶ ἀμίμητον. Ἐπεὶ δὲ φεύγοντες τὸν ἐν γέλωτι καὶ ἀκράτῳ καὶ σκώμμασι καὶ παιδιαῖς ἔλεγχον, εἰς ὀφρὺν αἴρουσιν ἤδη τὸ πρᾶγμα καὶ κολακεύουσιν ἐσκυθρωπακότες, καὶ ψόγον τινὰ καὶ νουθεσίαν παραμιγνύουσι· φέρε μηδὲ τοῦτο παραλίπωμεν ἀβασάνιστον. Οἶμαι δὲ, ὥσπερ ἐν κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς πρόσεισι ῥόπαλον κομίζων, οὐ στιβαρὸν, οὐδ' ἰσχυρὸν, ἀλλὰ χαῦνόν τι πλάσμα καὶ διάκενον, οὕτω τὴν τοῦ κόλακος παῤῥησίαν φανεῖσθαι πειρωμένοις μαλθακὴν καὶ ἀβαρῆ, καὶ τόνον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ ταὐτὸν τοῖς τῶν γυναικῶν προσκεφαλαίοις δρῶσαν, ἃ δοκοῦντα ταῖς κεφαλαῖς ἀντερείδειν καὶ ἀντέχειν, ἐνδίδωσι καὶ ὑπείκει μᾶλλον· ὥσπερ ἡ κίβδηλος αὕτη παῤῥησία κενὸν ἔχουσα καὶ ψευδῆ καὶ ὕπουλον ὄγκον, ἐξήρθη καὶ ᾤδησεν, ἵνα συσταλεῖσα καὶ συμπεσοῦσα δέξηται καὶ συνεπισπάσηται τὸν καταφερόμενον εἰς αὐτήν. Ἡ μὲν γὰρ ἀληθὴς καὶ φιλικὴ παῤῥησία τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιφύεται, σωτήριον ἔχουσα καὶ κηδεμονικὸν τὸ λυποῦν, ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνουσα καὶ καθαίρουσα, τἄλλα δὲ ὠφέλιμος οὖσα καὶ γλυκεῖα, περὶ ἧς ἴδιος ἔσται λόγος. Ὁ δὲ κόλαξ πρῶτον μὲν ἐνδείκνυται τὸ πικρὸς εἶναι καὶ περισπερχὴς καὶ ἀπαραίτητος ἐν τοῖς πρὸς ἑτέρους. Οἰκέταις [τε] γὰρ αὐτοῦ χαλεπός ἐστι, καὶ συγγενῶν καὶ οἰκείων ἐπεμβῆναι δεινὸς ἁμαρτήμασι, καὶ μηδένα θαυμάσαι, μηδὲ σεμνῦναι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' ὑπερορᾶν· ἀσυγγνώμων δὲ καὶ διάβολος ἐν τῷ πρὸς ὀργὴν ἑτέρους παροξύνειν, θηρώμενος μισοπονηρίας δόξαν, ὡς οὐκ ἂν ἑκὼν ὑφέμενος παῤῥησίας αὐτοῖς, οὐδὲ ποιήσας

versum ægre tulit rex. Carneades autem dicebat divitum ac regum filios nihil aliud bene ac recte discere, quam equitare : quippe magistri in aliis studiis iis assentantur, et qui colluctatur ultro se submittit : equus nulla habita ratione, privatus an princeps, pauper an dives insideat, vehi ac equitare nescios excutit. Stulte igitur ac fatue Bion dixit : Si quis agrum laudando redditurus esset fertilem ac frugiferum, eum non errare, si hoc potius ageret, quam foderet ac laboraret; proinde nec hominem inepte facturum, si laudet alios, si quidem iis, quos laudet, utilis et fructuosus sit laudando. Atque ager quidem laudando non fit deterior : hominem inflant ac perdunt qui mentientes et immerito laudant.

XVII. Verum de his satis. Deinceps de libertate agamus. Oportuit sane, quemadmodum Patroclus Achillis arma cum indueret, et equos ejus ad pugnam educeret, solam non ausus fuit contrectare Peliadem hastam, ita Adulatorem quoque, dum Amici insignia atque cultum sibi circumponit, solam libertatem, ut gestamen amicitiæ eximium,

Grande, grave, et validum, —

intactam inimitatamque relinquere. Nunc quando Adulatores reprehensiones metuunt, quibus ob risum, pocula, dicteria ac jocos sunt obnoxii, ideoque superciliose assentantur ac tetrico vultu, vituperationis aliquid et admonitionis admiscentes : agedum hanc quoque partem examinemus. Puto autem, sicut in Menandri comœdia falsus Hercules in scenam progreditur, clavam gestans non validam, neque robustam, sed figmentum quoddam inane ac molle : ita experientibus visum iri libertatem Adulatoris laxam, et pondere, vi ac robore cassam, ac simile quidpiam habentem cum cervicalibus mulierum : hæc enim cum videantur capitibus reniti debere atque obsistere, multo magis cedunt iis ac subsidunt : et adulterina ista libertas in infidum subdolumque tumorem elata atque inflata est, ut in sese concidens abripiat secum eum qui in ipsam incubuerit. Nam vera et Amici propria libertas peccantes adoritur, adfertque salutarem et plenum curæ dolorem, ac mellis in morem cum ulcerosas partes mordeat atque expurget, cætera utilis est ac dulcis : qua de libertate suo peculiari loco dicetur. Adulator primo quidem acerbitatem quamdam præ se fert, asperum se et implacabilem gerens adversus alios : nam servis ejus cui insidiatur difficilis est, promptusque ad insultandum peccatis familiarium atque cognatorum : nullum eorum qui foris sunt laudare, nullum commendare, despicere omnes, nemini ignoscendo et calumniando ad iram alios provocare, laudem odii in malos concepti venari, ut qui nunquam sciens prudensque libertate adversus eos abstinuerit, aut in gratiam eorum quicquam vel fecerit vel di-

οὐδὲν, οὐδ' εἰπὼν πρὸς χάριν. Ἔπειτα δὲ τῶν μὲν ἀληθινῶν καὶ μεγάλων ἁμαρτημάτων οὐδὲν εἰδέναι προσποιούμενος, οὐδὲ γινώσκειν, πρὸς δὲ τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἐκτὸς ἐλλείμματα δεινὸς ᾄξαι, καὶ μετὰ τόνου καθάψασθαι καὶ σφοδρότητος, ἂν σκεῦος ἀμελῶς ἴδῃ κείμενον, ἂν οἰκοῦντα φαύλως, ἂν ὀλιγωροῦντα κουρᾶς ἢ ἀμπεχόνης, ἢ κυνός τινος ἢ ἵππου μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιμελόμενον· γονέων δὲ ὀλιγωρία, καὶ παίδων ἀμέλεια, καὶ ἀτιμία γαμετῆς, καὶ πρὸς οἰκείους ὑπεροψία, καὶ χρημάτων ὄλεθρος, οὐδέν ἐστι πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἄφωνος ἐν τούτοις καὶ ἄτολμος· ὥσπερ ἀθλητὴν ἀλείπτης ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν, εἶτα περὶ ληκύθου *χαλεπὸς ὢν καὶ στλεγγίδος· ἢ γραμματικὸς ἐπιπλήττων [μὲν] παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου, σολοικίζοντος δὲ καὶ βαρβαρίζοντος οὐ δοκῶν ἀκούειν. Τοιοῦτος γὰρ ὁ κόλαξ, οἷος ῥήτορος φαύλου καὶ καταγελάστου μηδὲν εἰπεῖν πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τῆς φωνῆς αἰτιᾶσθαι,* καὶ χαλεπῶς ἐγκαλεῖν, ὅτι τὴν ἀρτηρίαν διαφθείρει ψυχροποτῶν· καὶ σύγγραμμα κελευσθεὶς ἄθλιον διελθεῖν, αἰτιᾶσθαι τὸ χαρτίον ὡς δασὺ, καὶ τὸν γραφέα μιαρὸν καὶ ὀλίγωρον ἀποκαλεῖν. Οὕτως δὲ καὶ Πτολεμαίῳ φιλομαθεῖν δοκοῦντι, περὶ γλώττης καὶ στιχιδίου καὶ ἱστορίας μαχόμενοι, μέχρι μεσῶν νυκτῶν ἀπέτεινον· ὠμότητι δὲ χρωμένου καὶ ὕβρει, καὶ τυμπανίζοντος καὶ τελοῦντος, οὐδεὶς ἐνέστη τῶν τοσούτων. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἀνθρώπου φύματα καὶ σύριγγας ἔχοντος ἰατρικῷ σμιλίῳ τὰς τρίχας τέμνοι καὶ τοὺς ὄνυχας, οὕτως οἱ κόλακες τὴν παῤῥησίαν πρὸς τὰ μὴ λυπούμενα μέρη μηδ' ἀλγοῦντα προσφέρουσιν.

18. Ἔτι δὲ τούτων ἕτεροι πανουργότεροι καὶ πρὸς ἡδονὴν χρῶνται τῷ παῤῥησιάζεσθαι καὶ ψέγειν. Καθάπερ Ἆγις ὁ Ἀργεῖος, Ἀλεξάνδρου γελωτοποιῷ τινι μεγάλας δωρεὰς δόντος, ὑπὸ φθόνου καὶ λύπης ἐξέκραγεν, Ὢ τῆς πολλῆς ἀτοπίας· ἐπιστρέψαντος δὲ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν ὀργῇ, καὶ δὴ, Τί σὺ λέγεις; εἰπόντος, Ὁμολογῶ, φησὶν, ἄχθεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, ὁρῶν ὑμᾶς τοὺς ἐκ Διὸς γεγονότας ἅπαντας ὁμοίως κόλαξιν ἀνθρώποις καὶ καταγελάστοις χαίροντας· καὶ γὰρ Ἡρακλῆς Κέρκωψί τισι, καὶ Σειληνοῖς ὁ Διόνυσος ἐτέρπετο, καὶ παρὰ σοὶ τούτους ἰδεῖν ἔστιν εὐδοκιμοῦντας. Τιβερίου δὲ Καίσαρος εἰς τὴν σύγκλητόν ποτε παρελθόντος, εἷς τῶν κολάκων ἀναστὰς ἔφη, δεῖν ἐλευθέρους ὄντας παῤῥησιάζεσθαι, καὶ μηδὲν ὑποστέλλεσθαι, μηδ' ἀποσιωπᾷν τῶν συμφερόντων· ἀνατείνας δὲ πάντας οὕτως, γενομένης αὐτῷ σιωπῆς, καὶ τοῦ Τιβερίου προσέχοντος, Ἄκουσον, ἔφη, Καῖσαρ, ἅ σοι πάντες ἐγκαλοῦμεν, οὐδεὶς δὲ τολμᾷ φανερῶς λέγειν· ἀμελεῖς σεαυτοῦ, καὶ προΐεσαι τὸ σῶμα, καὶ κατατρύχεις ἀεὶ φροντίσι καὶ πόνοις ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε μεθ' ἡμέραν, οὔτε νυκτὸς ἀναπαυόμενος. Πολλὰ δὲ αὐτοῦ τοιαῦτα συνείροντος, εἰπεῖν φασι τὸν ῥήτορα Κάσσιον Σευῆρον, Αὕτη τοῦτον ἡ παῤῥησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ.

19. Καὶ ταυτὶ μὲν ἐλάττονά ἐστιν· ἐκεῖνα δὲ ἤδη χαλεπὰ καὶ λυμαινόμενα τοὺς ἀνοήτους, ὅταν εἰς τὰ

xerit. Deinde vera et gravia ejus cui adulatur peccata omnia simulans se nescire, in exiguas et externas culpas graviter ac cum contentione quadam et vehementia invehitur: puta si quid supellectilis male est collocatum, si incommode habitat, si tonsuram, amictumve negligit, si canem equumve non recte curat. At si parentes contemnit, liberos negligit, uxorem contumeliose tractat, domesticos despectui habet, pecuniam prodigit, omnia hæc nihil ad se adulator pertinere putat, ad hæc mutus est, hiscere non audet: non aliter, quam si aliptes athletam sinat inebriari ac libidini indulgere, eumdemque gutti olearii aut strigilis gratia graviter objurget: aut grammaticus ob tabellam ac stilum increpans puerum, solœcismos ejus barbarismosve dissimulet. Adulator enim rhetoris inepti ac ridiculi de ipsa oratione nullum ferens judicium, vocem culpet, incusetque graviter quod frigidæ potu arteriam corrumpat: vel perlegere jussus misere compositum scriptum, chartæ asperitatem insectetur, et librarii impuritatem atque socordiam. Ita plane cum videretur Ptolemæus litteris operam dare, de glossa aliqua, versiculo, aut historia usque ad mediam noctem disputationes una traxerunt ejus asseclæ: neque in tanto tamen numero quisquam fuit qui eum inhiberet crudeliter agentem ac contumeliose, tympana pulsantem, et profundentem. Denique Adulatores suam libertatem iis duntaxat adhibentes, quæ neque lædunt neque dolent, perinde faciunt ac si quis hominis a tuberculis ac fistulis laborantis crines unguesque cultro medico desecet.

XVIII. Sunt alii his etiam astutiores, qui libertatem vituperationesque ad voluptatem conciliandam accommodant. Sic Agis Argivus, cum Alexander cuidam scurræ magna daret dona, præ invidia ac dolore exclamavit, Proh rem absurdissimam: cumque iratus rex se ad eum convertisset, et, Quid ais, dixisset: Fateor, inquit, indignari me ac moleste ferre quod vos Jove genitos omnes video hominibus adulantibus ac ridiculis uti: nam et Hercules Cercopibus quibusdam, et Bacchus Silenis sese oblectavit, et tales apud te in pretio esse manifestum est. Tiberius autem Cæsar aliquando in curiam cum venisset, quidam Adulatorum surrexit, dixitque liberorum hominum liberas debere esse voces, nihilque dissimulandum aut reticendum eorum quæ prodessent. Qua oratione cum omnium attentionem excitasset, facto ei silentio, et Tiberio auscultante, Audi, inquit, Cæsar, quid in te universi desideremus, nemo tamen audet palam eloqui. Negligis teipsum, corporisque rationem tui non habes, sed te curis quas pro nobis geris neque interdiu neque noctu quietem capiendo atteris: cumque multa id genus collegisset, Cassium aiunt Severum oratorem dixisse: Ista hunc hominem libertas perdet.

XIX. Atque hæc quidem leviora sunt. Illa vero gravia jam et exitiosa imprudentibus, cum contraria ve-

ἐναντία πάθη καὶ νοσήματα κατηγορῶσιν· ὥσπερ Ἱμέριος ὁ κόλαξ τῶν πλουσίων τινὰ ἀνελευθερώτατον καὶ φιλαργυρώτατον Ἀθήνησιν ὡς ἄσωτον ἐλοιδόρει καὶ ἀμελῆ, καὶ πεινήσοντα κακῶς μετὰ τῶν τέκνων· ἢ τοὺς ἀσώτους αὖ πάλιν καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν, ὥσπερ Νέρωνα Τίτος Πετρώνιος· ἢ τοὺς ὠμῶς καὶ ἀγρίως προσφερομένους ἄρχοντας ὑπηκόοις ἀποθέσθαι κελεύωσι τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, καὶ τὸν ἄκαιρον ἔλεον καὶ ἀσύμφορον. Ὅμοιος δὲ τούτοις καὶ ὁ τὸν εὐήθη καὶ βλᾶκα καὶ ἀβέλτερον ὡς δεινόν τινα καὶ πανοῦργον φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι προσποιούμενος· καὶ ὁ τοῦ βασκάνου δὲ καὶ τῷ κακολογεῖν ἀεὶ καὶ ψέγειν χαίροντος, ἄν ποτε προαχθεὶς ἐπαινέσῃ τινὰ τῶν ἐνδόξων, καθαπτόμενος καὶ ἀντιλέγων ὡς νόσημα τοῦτο ἔχοντος, Ἀνθρώπους ἐπαινεῖς μηδενὸς ἀξίους· τίς γὰρ οὗτός ἐστιν, ἢ τί λαμπρὸν εἴρηκεν ἢ πεποίηκε; Μάλιστα δὲ περὶ τοὺς ἔρωτας τοῖς κολακευομένοις ἐπιτίθενται καὶ προσεκκαίουσιν. Ἀδελφοῖς μὲν γὰρ ὁρῶντες διαφερομένους, ἢ γονέων ὑπερφρονοῦντας, ἢ πρὸς γυναῖκας αὐτῶν ὑπεροπτικῶς ἔχοντας, οὔτε νουθετοῦσιν, οὔτ' ἐγκαλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ προσεπιτείνουσι τὰς ὀργάς· Οὐ γὰρ αἰσθάνῃ σαυτοῦ, καὶ σὺ τούτων αἴτιος, ἀεὶ θεραπευτικῶς προσφερόμενος καὶ ταπεινῶς· ἐὰν δὲ πρὸς ἑταίραν ἢ μοιχεύτριαν * ἐρωμένην κνησμός τις ἐξ ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ὑπογένηται, πάρεστι μετὰ παῤῥησίας λαμπρᾶς ἡ κολακεία, πῦρ ἐπὶ πῦρ ἐπεισφέρουσα, καὶ δικαιολογουμένη, καὶ κατηγοροῦσα τοῦ ἐρῶντος, ὡς ἀνέραστα πολλὰ καὶ σκληρὰ καὶ νεμεσητὰ ποιοῦντος·

Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

Οὕτως Ἀντώνιον οἱ φίλοι τῆς Αἰγυπτίας ἐρῶντα καὶ καιόμενον ἀνέπειθον, ὡς ὑπ' ἐκείνης ἐρῷτο, καὶ λοιδοροῦντες ἐκάλουν ἀπαθῆ καὶ ὑπερήφανον. Ἡ μὲν γυνὴ καταλιποῦσα βασιλείαν τοσαύτην καὶ διατριβὰς εὐδαίμονας, φθείρεται μετὰ σοῦ στρατευομένη, σχῆμα παλλακίδος ἔχουσα·

Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστὶ,

καὶ περιορᾷς αὐτὴν ἀνιωμένην. Ὁ δ' ἡδέως ἐλεγχόμενος ὡς ἀδικῶν, καὶ τοῖς κατηγοροῦσι χαίρων, ὡς οὐδὲ τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἐλάνθανε τῷ νουθετεῖν δοκοῦντι προσδιαστρεφόμενος. Ἔοικε γὰρ ἡ τοιαύτη παῤῥησία τοῖς τῶν ἀκολάστων δήγμασι γυναικῶν, ἐγείρουσα καὶ γαργαλίζουσα τῷ δοκοῦντι λυπεῖν τὸ ἡδόμενον. Καὶ καθάπερ τὸν ἄκρατον ἄλλως βοηθοῦντα πρὸς τὸ κώνειον, ἂν ἐμμίξωσι προσβάλλοντες αὐτῷ, κομιδῇ ποιοῦσι τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἀβοήθητον, ὀξέως ἀναφερομένην ἐπὶ τὴν καρδίαν ὑπὸ θερμότητος· οὕτως τὴν παῤῥησίαν ἐπιστάμενοι μέγα βοήθημα πρὸς τὴν κολακείαν οὖσαν οἱ πονηροὶ, δι' αὐτῆς κολακεύουσι τῆς παῤῥησίας. Ὅθεν οὐδὲ ὁ Βίας ἀπεκρίνατο καλῶς τῷ πυθομένῳ, τί τῶν ζῴων χαλεπώτατόν ἐστιν, ἀποκρινάμενος, ὅτι τῶν μὲν ἀγρίων ὁ τύραννος, τῶν δὲ ἡμέρων

rorum vitia ipsis objiciuntur. Ita Himerius assentator diviti cuidam Athenis illiberalissimo avarissimoque homini luxuriam exprobravit ac negligentiam, fore inquiens ut aliquando cum liberis probe esuriret. Aut cum sumptuosis ac prodigis sordes objiciunt nimiamque parcimoniam, ut Neroni fecit T. Petronius. Vel cum principes, a quibus subditi crudeliter inhumaniterque tractantur, deponere jubent nimiam clementiam, intempestivamque et inutilem misericordiam. Quorum simile est si quis cavere se et metuere utpote callidum versutumque hominem simulet eum, qui stupidus sit et fatuus : aut invidum ac maledicum assiduisque gaudentem reprehensionibus, forte ad laudandum aliquem præclarum virum se convertentem, corripiat, impugnetque, et liberalitatem hanc laudandi, velut vitium ei inhærens carpat, dicens, Homines laudas nullius pretii : quis enim est hic, aut quid præclari fecit dixitve? Maxime vero Adulatores in amoribus adoriuntur suos, ignemque augent. Fratres enim cum vident dissentire, aut parentes despici, aut insolenter uxorem tractari, neque verbis castigant, neque reprehendunt, sed iras etiam incendunt : Non enim, inquiunt, sentis qui sis : ipse causa es hujus mali : semper enim obsequentem te ac submissum præbuisti. Verum ubi ex ira et obtrectatione animus exarsit meretricis aut adulteræ amore, ibi tum aperta cum libertate adulatio præsto est, ignem igni superaddens, litigans, et amatorem eo nomine incusans, quod multa non amatorie agat, multa et digna reprehensione faciat : occinitque illud,

Ingrate tam crebris amoris osculis.

Sic Antonio Amici flagranti Ægyptiæ amore persuaserunt ipsum ab ea amari, duritiemque ei et superbiam exprobraverunt. Illa quidem, aiebant, tanto regno et fortunatis sedibus relictis, formam corrumpit tecum militiam tolerans in concubinæ morem :

Sed tibi non ulla mens est placabilis arte,

illam etiam negligis cum his molestiis conflictantem : ille autem cui ejusmodi commissi coargui dulce esset, quique his accusatoribus, sicut nullis laudatoribus gauderet, non sensit eo se, quod commonefactio videbatur, perverti. Similis est enim ista libertas morsibus lascivarum mulierum, quippe quo pungere videtur, eo ipso voluptatem facit ac titillat. Ac sicuti merum, quod alioqui adversus cicutam valet, si ei cicuta immisceatur, vim veneni plane immedicabilem facit, quod ea propter vini calorem actutum ad cor penetret : ita mali cum sciant libertatem dicendi magnum adversus assentationem esse præsidium, illa ipsa ad adulandum abutuntur. Quapropter ne Biantis quidem dictum vitio plane caret, qui interrogatus quodnam animalium esset infestissimum, respondit, ferorum quidem, ty-

ὁ κόλαξ. Ἀληθέστερον γὰρ ἦν εἰπεῖν, ὅτι τῶν κολάκων ἥμεροι μέν εἰσιν οἱ περὶ τὸ βαλανεῖον οὗτοι καὶ περὶ τὴν τράπεζαν· ὁ δὲ εἰς τὰ δωμάτια καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκτείνων, ὥσπερ πλεκτάνας, τὸ πολυπράγμον καὶ διάβολον καὶ κακόηθες, ἄγριος καὶ θηριώδης καὶ δυσμεταχείριστος.

20. Εἷς δέ τις ἔοικε τρόπος εἶναι φυλακῆς, τὸ γινώσκειν καὶ μνημονεύειν ἀεὶ, ὅτι τῆς ψυχῆς τὸ μὲν ἀληθινὸν καὶ φιλόκαλον καὶ λογικὸν ἐχούσης, τὸ δὲ ἄλογον καὶ φιλοψευδὲς καὶ παθητικὸν, ὁ μὲν φίλος ἀεὶ τῷ κρείττονι πάρεστι σύμβουλος καὶ συνήγορος, ὥσπερ ἰατρὸς τὸ ὑγιαῖνον αὔξων καὶ διαφυλάττων· ὁ δὲ κόλαξ τῷ παθητικῷ καὶ ἀλόγῳ παρακάθηται, καὶ τοῦτο κνᾷ καὶ γαργαλίζει καὶ ἀναπείθει καὶ ἀφίστησι τοῦ λογισμοῦ, μηχανώμενος αὐτῷ πονηράς τινας ἡδυπαθείας. Ὥσπερ οὖν τῶν σιτίων ἔστιν ἃ μήτε αἵματι προσφύεται, μήτε πνεύματι, μήτε νεύροις τινὰ τόνον ἢ μυελοῖς προστίθησιν, ἀλλ' αἰδοῖα παρακινεῖ, κοιλίαν ἐγείρει, καὶ σάρκα ποιεῖ σαθρὰν καὶ ὕπουλον· οὕτως ὁ τοῦ κόλακος λόγος οὐδὲν τῷ σωφρονοῦντι καὶ λογιζομένῳ προστίθησιν, ἀλλ' ἡδονήν τινα τιθασεύων ἔρωτος, ἢ θυμὸν ἐντείνων ἀνόητον, ἢ διερεθίζων φθόνον, ἢ φρονήματος ὄγκον ἐμποιῶν ἐπαχθῆ καὶ κενὸν, ἢ λύπῃ συνεπιθρηνῶν, ἢ τὸ κακόηθες καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἄπιστον, ἀεί τισι διαβολαῖς καὶ προαισθήσεσι δριμὺ καὶ ψοφοδεὲς ποιῶν καὶ ὕποπτον, οὐ διαφεύξεται τοὺς προσέχοντας. Ἀεὶ γὰρ ὑφορμεῖ τινι πάθει, καὶ τοῦτο πιαίνει, καὶ πάρεστι βουβῶνος δίκην ἀεὶ τοῖς ὑπούλοις καὶ φλεγμαίνουσι τῆς ψυχῆς ἐπιγινόμενος. Ὀργίζῃ; κόλασον. Ἐπιθυμεῖς; ὤνησαι. Φοβῇ; φύγωμεν. Ὑπονοεῖς; πίστευον. Ἂν δὲ περὶ ταῦτα δυσφώρατος ᾖ τὰ πάθη, διὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος ἐκκρουομένου τοῦ λογισμοῦ, περὶ τὰ μικρὰ λαθὴν παρέξει μᾶλλον, ὅμοιος ὤν. * Καὶ γὰρ ἐν ὑποψίᾳ κραιπάλης τινὸς ἢ πλησμονῆς γενόμενον, καὶ διστάζοντα περὶ λουτροῦ καὶ τροφῆς, ὁ μὲν φίλος ἐφέξει, φυλάττεσθαι καὶ προσέχειν παραινῶν· ὁ δὲ κόλαξ εἰς τὸ βαλανεῖον ἕλκει, καὶ κελεύει νεαρόν τι παρατιθέναι, καὶ μὴ κακοῦν ἀνατάσει τὸ σῶμα. Καὶ πρὸς ὁδὸν ἢ πλοῦν ἤ τινα πρῆξιν ὁρῶν ἀπομαλθακιζόμενον, οὐ φήσει κατεπείγειν τὸν καιρὸν, ἀλλὰ ταὐτὸν ποιήσειν ὑπερθεμένους, ἢ πέμψαντας ἕτερον. Ἂν δὲ ὑπεσχημένος ἀργύριον οἰκείῳ τινὶ δανείσειν ἢ ἐπιδώσειν, μεταμέληται μὲν, αἰδῆται δὲ, τῇ χείρονι ῥοπῇ προστιθεὶς ἑαυτὸν ὁ κόλαξ ἐπέῤῥωσε τὴν εἰς τὸ βαλάντιον γνώμην, καὶ τὸ δυσωπούμενον ἐξέκοψεν, ὡς ἀναλίσκοντα πολλὰ, καὶ πολλοῖς ἀρκεῖν ὀφείλοντα, φείδεσθαι κελεύων. Ὅθεν, εἰ μὴ λανθάνομεν ἑαυτοὺς ἐπιθυμοῦντες, ἀναισχυντοῦντες, ἀποδειλιῶντες, οὐ λήσεται ἡμᾶς ὁ κόλαξ. Ἔστι γὰρ ὁ συνηγορῶν ἀεὶ τούτοις τοῖς πάθεσι, καὶ περὶ τὰς τούτων ἐκβάσεις παῤῥησιαζόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ περὶ τούτων.

21. Ἐπὶ δὲ τὰς χρείας καὶ τὰς ὑπουργίας ἴωμεν ἤδη· καὶ γὰρ ἐν ταύταις πολλὴν ἀπεργάζεται σύγχυ-

rannum : cicurum autem, Adulatorem. Verius enim dici poterat, Adulatorum quosdam esse mansuetos, qui balnea et mensas sectantur : qui vero curiositatem, calumnias, et malignitatem suam, veluti polypus flagella, in ipsas usque ædes et gynæcea protendunt, sævos esse, ferosque et intractabiles.

XX. Una cavendi tales insidias ratio est, quod sciendum atque in promptu semper habendum est : cum animi pars una veritati atque honestati dedita, rationi rectæ obtemperet, altera bruta sit, falsi appetens, et perturbationibus obnoxia : Amicum semper meliori parti se accommodare monitorem atque defensorem, instar medici sanitatem augentis atque conservantis : Adulatorem vero brutæ et cupiditatibus addictæ parti se applicare, eamque pravis voluptatibus submittendis* scabere ac titillare, et a rectæ rationis obsequio avertere. Quemadmodum vero cibi quidam sunt, qui neque spiritui neque nervis neque medullis virium quicquam apponunt, sed pudenda tantum erigunt, ventrem suscitant, ac carnem generant putridam et morbosam : sic Adulatoris oratio nihil sobriæ ac rationis imperio obsequenti parti adjicit : sed cum semper vel amoris aliquam conciliet voluptatem, vel iram amentem incitet aut invidentiam irritet, aut molestum inanemque arrogantiæ fastum ingeneret, vel dolorem lamentando augeat, vel malignitatem, illiberalitatem, pertinaciamve novis quibusdam calumniis atque præsagiis exasperet, acerbam, meticulosam et suspicacem reddat, non fallet eos qui animum attendent : semper enim sub aliquem subit animi affectum, eumque saginat, bubonis instar subinde morbosis et inflammatis animi motibus adnascens. Irasceris? puni, inquit. Appetis? eme : Metuis ? fugiamus. Suspicaris ? crede. Quod si circa hos motus non ita facile deprehendi possit, vehementia et magnitudine cupiditatis excussa ratione, tamen in minoribus capietur facilius, eumdem sese gerens. Nam ubi te viderit suspicari de crapula aut repletione quid eris, ideoque de balneo aut alimento dubium cogitare, Amicus abstinere hortabitur et considerate agere : Adulator vero in balneum trahet, novumque aliquid apponere jubebit, neque corpori injuriam abstinentia facere. Idem si videat te ad iter, aut navigationem, opusve aliquod obeundum animo esse ob mollitiem segni, dicet nullam urgere temporis necessitatem, ac posse idem agi re dilata, aut alio misso. Quod si pollicitus familiari alicui pecuniam mutuo dare aut largiri, mutes consilium, et tamen pudore ducaris : momentum in deteriorem partem afferet Adulator, sententiamque pro crumena confirmabit, et verecundiam expellet, parcere te jubens ut qui impensas facias magnas, multisque debeas sufficere. Itaque nisi nos nostræ ipsorum fallant cupiditates, impudentia, timiditas, nos non latebit Adulator : is enim est horum identidem affectuum patronus, libereque nos ut in his modum transgrediamur monet. Ac de his quidem satis.

XXI. Veniamus nunc ad usus et officia. Nam in his frequenter suam et Amici differentiam Adulator con-

σιν καὶ ἀσάφειαν ὁ κόλαξ τῆς πρὸς τὸν φίλον διαφορᾶς, ἄοκνος δοκῶν εἶναι καὶ πρόθυμος ἐν πᾶσι καὶ ἀπροφάσιστος. Ὁ γὰρ τοῦ φίλου τρόπος, ὥσπερ ὁ τῆς ἀληθείας μῦθος, ἁπλοῦς ἐστι κατ' Εὐριπίδην καὶ ἀφελὴς καὶ ἄπλαστος· ὁ δὲ τοῦ κόλακος ὄντως

Νοσῶν ἐν αὑτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν,

καὶ πολλῶν νὴ Δία καὶ περιττῶν. Ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς ἀπαντήσεσιν ὁ μὲν φίλος ἔστιν ὅτε μήτε εἰπὼν μήτε ἀκούσας μηδὲν, ἀλλὰ προσβλέψας καὶ μειδιάσας, τὸ εὐμενὲς καὶ τὸ οἰκεῖον ἔνδοθεν διδοὺς ταῖς ὄψεσι καὶ δεξάμενος, παρῆλθεν, ὁ δὲ κόλαξ τρέχει, καταδιώκει, δεξιοῦται πόῤῥωθεν, ἂν προσαγορευθῇ πρότερον ὀφθεὶς, ἀπολογεῖται μετὰ μαρτύρων καὶ ὅρκων πολλάκις· οὕτως ἐν ταῖς πράξεσι πολλὰ παραλείπουσιν οἱ φίλοι τῶν μικρῶν, οὐκ ἐξακριβοῦντες, οὐδὲ πολυπραγμονοῦντες οὐδὲν, οὐδὲ ἑαυτοὺς εἰς πᾶσαν ὑπουργίαν ἐμβάλλοντες· ἀλλ' ἐκεῖνος ἐνταῦθα συνεχὴς καὶ ἐνδελεχὴς καὶ ἄτρυτος, οὐ διδοὺς ἑτέρῳ τόπον οὐδὲ χώραν διακονίας, ἀλλὰ βουλόμενος κελεύεσθαι, κἂν μὴ κελευσθῇ, δακνόμενος, μᾶλλον δὲ ὅλως ἐξαθυμῶν καὶ ποτνιώμενος.

22. Ἔστι μὲν οὖν καὶ ταῦτα δηλώματα τοῖς νοῦν ἔχουσιν, οὐκ ἀληθινῆς φιλίας οὐδὲ σώφρονος, ἀλλ' ἑταιρούσης καὶ περιπλεκομένης ἑτοιμότερον τῶν δεομένων. Οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ πρῶτον ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις σκοπεῖν τὴν διαφοράν. Εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν, φίλου μὲν ἐκείνην εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν,

Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί·

κόλακος δὲ ταύτην,

Αὔδα, ὅ τι φρονέεις·

καὶ γὰρ οἱ κωμικοὶ τοιούτους εἰσάγουσιν,

Ἐμὲ, Νικόμαχε, πρὸς τὸν στρατιώτην τάξατε,
ἂν μὴ ποιήσω πέπονα μαστίγων ὅλον,
ἂν μὴ ποιήσω σπογγιᾶς μαλακώτερον
τὸ πρόσωπον.

Ἔπειτα τῶν μὲν φίλων οὐδεὶς γίνεται συνεργὸς, εἰ μὴ γένηται σύμβουλος πρότερον, ἀλλ' ὅταν δοκιμάσῃ καὶ συγκαταστήσῃ τὴν πρᾶξιν, εἰς τὸ πρέπον ἢ τὸ συμφέρον· ὁ δὲ κόλαξ, κἂν ἀποδῷ τις αὐτῷ τὸ συνδοκιμάσαι καὶ συναποφήνασθαι περὶ τοῦ πράγματος, οὐ μόνον ὑπείκειν καὶ χαρίζεσθαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ δεδιὼς ὑποψίαν ὀκνοῦντος παρέχειν καὶ φεύγοντος τὸ ἔργον, ἐνδίδωσι καὶ συνεξορμᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ. Οὐδεὶς γάρ ἐστι ῥᾳδίως πλούσιος οὐδὲ βασιλεὺς οἷος εἰπεῖν,

*Ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται,
πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ·

ἀλλ' ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ χοροῦ δέονται φίλων συνᾳδόντων, ἢ θεάτρου συνεπικροτοῦντος. Ὅθεν ἡ μὲν τραγικὴ Μερόπη παραινεῖ,

Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις

fundit et obscurat, dum se ubique impigrum atque alacrem, absque ulla recusatione, ostentat. Etenim Amici mores, sicut veritatis apud Euripidem oratio, simplices sunt, sincerique, et nihil habent fictitium : Adulatoris autem revera

In semet ægri remediis bonis egent,

et multis profecto, et operosis. Jam primum dum obviam sibi fiunt, Amicus sæpenumero neque compellans ipse neque compellatus, placido tantum contuitu atque renidendo ultro citroque significata intima benevolentia et familiaritate præterit : Adulator vero currit, persequitur, eminus manum porrigit, ac si compelletur prius conspectus, sæpe testibus et jurejurando adhibitis se purgat. Eodem modo in actionibus Amicus multa minuta negligit non percunctans curioseve perquirens omnia, neque ad quævis sese objiciens ministeria : Adulator autem in his frequens atque assiduus est et indefessus, nulli alteri locum aut spatium ministerii concedens, sed juberi volens, ac nisi jubeatur, ægre ferens, atque adeo supplex animum despondens et plane implorans.

XXII. Quæ ipsa quidem sanis argumenta sunt non veræ sobriæque amicitiæ, sed meretriciæ ac se promptius quam oporteat ingerentis. Verumtamen est primum in promissionibus considerandum discrimen. Recte enim illi quoque dixerunt, qui ante nos hoc argumentum tractavere, Amici hanc esse promissionem,

Si nostræ res est opis, et fieri potis ipsa,

Adulatoris autem hanc,

Dic quodcunque subest animo:

nam et comici tales introducunt :

Nicomache, huic me militi componite,
nisi hunc flagrorum fecero lasciviam,
faciemque dedero molliorem spongia.

Deinde Amicus nemo rei gerendæ socium se præbet, nisi prius in consilium adhibitus, decori aut utilitatis rationibus subductis institutum comprobaverit. Adulator etiam si eum ad deliberandum de re, ferendamque sententiam adsciscas, non modo cedendi gratificandique studio, sed et ne in suspicionem veniat detrectantis officium, cupiditati tuæ obtemperat, eamque sua incitatione comitatur. Non enim temere invenias divitem, aut regem, qui hoc usurpare possit,

Mendicus utinam, sive mendico libet
inferior, in me qui modo animatus bene,
timore misso, dicat id quod senserit :

nam hi quidem, ut tragœdi, chorum accinentium amicorum, aut theatri applausum desiderant. Ac tragica quidem Merope sic præcipit :

Sermone blando cedere inscios, para

κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.

Οἱ δὲ τοὐναντίον δρῶσι, τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις, ἀλλ' ἀντιβαίνοντας ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος, ἀφοσιοῦνται· τοὺς δὲ πρὸς χάριν, πονηροὺς καὶ ἀνελευθέρους καὶ γόητας, οὐ μόνον κλείθρων καὶ στέγης ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ παθῶν καὶ πραγμάτων ἀποῤῥήτων λαμβάνουσιν. Ὧν ὁ μὲν ἁπλούστερος οὐκ οἴεται δεῖν οὐδ' ἀξιοῖ σύμβουλος εἶναι πραγμάτων τηλικούτων, ἀλλ' ὑπουργὸς καὶ διάκονος· ὁ δὲ πανουργότερος ἔστη μὲν ἐν τῷ συνδιαπορεῖν καὶ τὰς ὀφρῦς συνάγειν, καὶ συνδιανεύειν τῷ προσώπῳ, λέγει δὲ οὐδέν· ἂν δ' ἐκεῖνος εἴπῃ τὸ φαινόμενον, Ὦ Ἡράκλεις, ἔφθης με, φησὶ, μικρὸν εἰπὼν, ἐγὼ γὰρ αὐτὸ τοῦτο λέγειν ἔμελλον. Ὡς γὰρ οἱ μαθηματικοὶ τὰς ἐπιφανείας καὶ τὰς γραμμὰς λέγουσι μήτε κάμπτεσθαι, μήτε διατείνεσθαι, μήτε κινεῖσθαι καθ' αὑτὰς, νοητὰς καὶ ἀσωμάτους οὔσας, συγκάμπτεσθαι δὲ καὶ συνδιατείνεσθαι καὶ συμμεθίστασθαι τοῖς σώμασιν, ὧν πέρατά εἰσιν· οὕτω τὸν κόλακα φωράσεις, ἀεὶ συνεπιφάσκοντα, καὶ συναποφαινόμενον, καὶ συναισθανόμενον νὴ Δία καὶ συνοργιζόμενον· ὥστε παντελῶς ἔν γε τούτοις εὐφώρατον εἶναι τὴν διαφοράν. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν τῷ τρόπῳ τῆς ὑπουργίας. Ἡ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ φίλου χάρις, ὥσπερ ζῷον ἐν βάθει τὰς κυριωτάτας ἔχει δυνάμεις, ἐπιδεικτικὸν δὲ καὶ πανηγυρικὸν οὐδὲν ἔπεστιν· ἀλλὰ πολλάκις ὥσπερ ἰατρὸς λαθὼν ἐθεράπευσε, καὶ φίλος ὠφέλησεν ἐντυχὼν, ἢ διαλυσάμενος, ἀγνοοῦντος ἐπιμεληθείς. Τοιοῦτος Ἀρκεσίλαος περί τε τὰ ἄλλα, καὶ νοσοῦντος Ἀπελλοῦ τοῦ Χίου τὴν πενίαν καταμαθὼν, ἐπανῆλθε [μὲν] αὖθις ἔχων εἴκοσι δραχμὰς, καὶ καθίσας πλησίον, Ἐνταῦθα μὲν, εἶπεν, οὐδὲν, ἢ τὰ Ἐμπεδοκλέους στοιχεῖα ταυτὶ,

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος·

ἀλλ' οὐδὲ κατάκεισαι σὺ δεξιῶς· ἅμα δὲ διακινῶν τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ, λαθὼν ὑπέβαλε τὸ κερμάτιον. Ὡς οὖν ἡ διακονοῦσα πρεσβῦτις εὗρε, καὶ θαυμάσασα τῷ Ἀπελλῇ προσήγγειλε, γελάσας ἐκεῖνος, Ἀρκεσιλάου, εἶπε, τουτὶ τὸ κλέμμα. Καὶ μὴν ἐοικότα γε τέκνα φύεται γονεῦσιν ἐν φιλοσοφίᾳ. Λακύδης γοῦν ὁ Ἀρκεσιλάου γνώριμος ἀπ' εἰσαγγελίας φεύγοντι δίκην Κηφισοκράτει μετὰ τῶν ἄλλων φίλων παρειστήκει· τοῦ δὲ κατηγόρου τὸν δακτύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν ἡσυχῇ παρακαθῆκεν, αἰσθόμενος δὲ ὁ Λακύδης ἐπέβη τῷ ποδὶ, καὶ ἐπέκρυψεν· ἦν δὲ ὁ ἔλεγχος ἐν ἐκείνῳ· μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν, τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστὰς, εἷς τις, ὡς ἔοικεν, ἑωρακὼς τὸ γενόμενον, ἐκέλευσε Λακύδῃ χάριν ἔχειν, καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, τοῦ Λακύδου πρὸς μηδένα φράσαντος. Οὕτως οἶμαι καὶ τοὺς θεοὺς εὐεργετεῖν τὰ πολλὰ λανθάνοντας, αὐτῷ τῷ χαρίζεσθαι καὶ εὖ ποιεῖν φύσιν ἔχοντας ἥδεσθαι. Τὸ δὲ τοῦ κόλακος ἔργον οὐδὲν ἔχει δίκαιον, οὐδ' ἀληθινὸν, οὐδ' ἁπλοῦν, οὐδ' ἐλευθέριον· ἀλλ' ἱδρῶτα, καὶ διαδρομὴν,

et retine Amicos; gratiæ et libidini
inservientes, ædibus claustrum arceat.

bertate adversus Amicum utamur, tenendumque illud Platonis. Cum enim Socrates apud mensas disputans, quemdam familiarium acrius incesseret, Platoni dicenti, Nonne præstabat hæc privatim monuisse? respondit, Et tu nonne rectius de hoc ipso seorsim me monuisses? Ferunt, adolescentulum quemdam a Pythagora, cui operam dabat, multis præsentibus compellatum asperius, suspendio vitam finiisse : atque ab eo tempore Pythagoram nunquam alio præsente quemquam corripuisse. Oportet tanquam morbi turpis, ita peccati etiam detectionem et sanationem occultam esse, nihil pompæ, nihil ostentationis habentem, neque testes spectatoresque colligentem. Non enim Amici est, sed sophistæ, in alienis gloriam quærere peccatis, venditantem se ostentatione sua præsentibus : sicut Chirurgi qui in theatris medicinam faciunt, ut suæ operæ conductores sibi parent. Porro absque etiam contumelia (quæ sane abesse ab omnibus debet remediis) considerandum tamen est quam sint pertinacia atque contumacia vitia. Non enim unice, quod est apud Euripidem, *amor castigatus magis premit*, sed quodvis vitium et affectus omnis, si quis coram multis et asperius reprehendat, impudentiam induit. Sic igitur Plato senes, ut verecundiam adolescentibus ingenerent, primum ipsos vult verecunde versari cum adolescentibus : ita verecunda Amici libertas maxime pudore afficit : et cum peccantem sensim cauteque adorimur, subruitur atque destruitur vitium, dum verecundia occupatur is quem verecunde tractavimus. Quare percommode usurpatur illud,

Ne reliqui audirent, solam sic fatur ad aurem.

Minime autem convenit uxore audiente maritum, patrem coram liberis suis, amatorem præsente amasio, aut apud discipulos magistrum objurgare : nam præ ira ac dolore transversi aguntur, qui coram iis reprehenduntur, apud quos volunt in pretio et existimatione proba esse. Ac nisi fallor, non tam ebrietas fecit, quod ita graviter commotus Cliti objurgatione fuit Alexander, quam quod multis coram testibus eam usurpavit. Aristomenes etiam Ptolemæi præceptor, cum hunc in legatione audienda dormitantem excitasset, ansam Adulatoribus præbuit, simulantibus se regis causa factum indigne ferre, ac dicentibus ei : Si post tantas defatigationes ac vigilias somnus tibi obrepserat, privatim eras admonendus, non manus tibi tot tantisque hominibus præsentibus injiciendæ. Ita Ptolemæus Aristomeni calicem veneno plenum misit, utque biberet adegit. Cleoni etiam Aristophanes hoc exprobrat, quod

Male civitati diceret coram exteris,

Atheniensesque irritaret. Itaque inter alia magnopere cavenda est ostentatio, et popularis applausus captatio : sed cum libertate dicendi volumus uti, faciendum est hoc utiliter atque ad sanandum vitium aliquod accommodate : et quod Corinthii non male, ut est apud Thucydidem, de seipsis dixerunt, dignos se esse

κακῶς εἰρημένον, ἔδει παρεῖναι τοῖς παῤῥησιαζομένοις. Λύσανδρος μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, πρὸς τὸν ἐκ Μεγάρων ἐν τοῖς συμμάχοις παῤῥησιαζόμενον ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος, ἔφη τοὺς λόγους αὐτοῦ πόλεως δεῖσθαι· παῤῥησία δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἤθους ἴσως δεῖται, καὶ τοῦτ' ἀληθέστατόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἑτέρους νουθετούντων καὶ σωφρονιζόντων λεγόμενον. Ὁ γοῦν Πλάτων ἔλεγε νουθετεῖν τῷ βίῳ τὸν Σπεύσιππον· ὥσπερ ἀμέλει καὶ Πολέμωνα Ξενοκράτης ὀφθεὶς μόνον ἐν τῇ διατριβῇ, καὶ ἀποβλέψας πρὸς αὐτὸν, ἐτρέψατο καὶ μετέθηκεν. Ἐλαφροῦ δὲ καὶ φαύλου τὸ ἦθος ἀνθρώπου, λόγῳ παῤῥησίας ἁπτομένου, περίεστι προσακοῦσαι τὸ,

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

33. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ φαύλους γε ὄντας αὐτοὺς ἑτέροις τε τοιούτοις ὁμιλοῦντας ἐξάγει τὰ πράγματα πολλάκις εἰς τὸ νουθετεῖν, ἐπιεικέστατος ἂν εἴη τρόπος ὁ συνεμπλέκων καὶ συμπεριλαμβάνων ἀμηγέπη τῷ ἐγκλήματι τὸν παῤῥησιαζόμενον· ἐν ᾧ λέλεκται καὶ τὸ,

Τυδείδη, τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς;

καὶ τὸ,

* — Νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοι εἰμὲν
Ἕκτορος.

Καὶ ὁ Σωκράτης οὕτως ἀτρέμα τοὺς νέους ἤλεγχεν, ὡς μηδ' αὐτὸς ἀπηλλαγμένος ἀμαθίας, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων οἰόμενος δεῖν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ζητεῖν τὸ ἀληθές. Καὶ γὰρ εὔνοιαν καὶ πίστιν ἔχουσιν οἱ τὰ αὐτὰ μὲν ἁμαρτάνειν, ἐπανορθοῦσθαι δὲ τοὺς φίλους ὥσπερ αὐτοὺς δοκοῦντες. Ὁ δὲ σεμνύνων ἑαυτὸν ἐν τῷ κολούειν ἕτερον, ὡς δή τις εἰλικρινὴς καὶ ἀπαθὴς, ἂν μὴ πολὺ καθ' ἡλικίαν ᾖ προήκων, μηδὲ ἔχων ἀρετῆς ὁμολογούμενον ἀξίωμα καὶ δόξης, ἐπαχθὴς φανεὶς καὶ βαρὺς, οὐδὲν ὠφέλησεν. Ὅθεν οὐχ ἁπλῶς ὁ Φοῖνιξ ἐνέβαλε τὰ περὶ αὐτὸν ἀτυχήματα, δι' ὀργὴν ἐπιχειρήσαντος ἀνελεῖν τὸν πατέρα,

Ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην·

ἵνα μὴ δοκῇ νουθετεῖν ἐκεῖνον, ὡς αὐτὸς ἀπαθὴς ὢν ὑπ' ὀργῆς καὶ ἀναμάρτητος. Ἐνδύεται γὰρ ἠθικῶς τὰ τοιαῦτα, καὶ μᾶλλον εἴκουσι τοῖς ὁμοιοπαθεῖν, ἀλλὰ μὴ περιφρονεῖν δοκοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ οὔτε φῶς λαμπρὸν ὄμματι φλεγμαίνοντι προσοιστέον, οὔτ' ἐμπαθὴς ψυχὴ παῤῥησίαν ἀναδέχεται καὶ νουθεσίαν ἄκρατον, ἐν τοῖς χρησιμωτάτοις ἐστὶ τῶν βοηθημάτων ὁ παραμιγνύμενος ἐλαφρὸς ἔπαινος· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Ὑμεῖς δ' οὐκέτι καλὰ μεθίετε θουρίδος ἀλκῆς,
πάντες ἄριστοι ἐόντες ἀνὰ στρατόν· οὐδ' ἂν ἔγωγε
ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅστις πολέμοιο μεθείη
λυγρὸς ἐών· ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι.

Καὶ,

Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοὶ,
καὶ κλέος, ᾧ οὔτις τοι ἐρίζεται ἐνθάδε γ' ἀνήρ;

Σφόδρα δὲ ἐμφανῶς ἀνακαλεῖται καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς ὑποφερομένους,

qui alios vituperent : id in promptu habere debent, qui libertate dicendi volunt uti. Lysandrum perhibent Megarensi cuidam, cum is inter socios pro Græcia liberius diceret, respondisse, sermones ejus civitate opus habere. Sed profecto libertas dicentis morum probitate ut commendetur requirit, idque rectissime dicitur alios monentibus atque castigantibus. Nam Plato suæ se vitæ exemplo dicebat corrigere Speusippum : sicut et Polemonem Xenocrates conspectus tantummodo in schola, et ipsum intuitus, ad aliud vitæ genus traduxit. Homini autem qui levis sit, et moribus pravis, si libere obloqui alii conetur, licebit semper occinere illud,

Aliis medetur, ipsus ulceribus scatens.

XXXIII. Verumtamen quandoquidem sæpe res ipsa nos adigit eo ut tales alios castigemus dictis, quamvis vitio ipsi non carentes : id hoc modo faciemus commodissime, si quam objicimus culpam, in ea nos quoque ipsos esse quovis modo fateamur : quo sensu dictum est hoc :

Cur nos virtutis, Tydide, oblivio cepit?

et illud :

Nunc desunt nobis unum vel ad Hectora vires.

Et Socrates ita placide adolescentes arguebat, ut seipsum quoque non vacare inscitia simularet, sed una cum illis se debere virtuti operam dare et verum quærere profiteretur. Benevolentiam enim auctoritatemque sibi parant, qui cum eadem in culpa esse, tum amicos eodem quo seipsos modo corrigere videntur. At qui alteri detrahens seipsum jactat, quasi sincerum et vitii expertem, nisi vel ætate multo sit grandior, vel ob virtutem nota sit auctoritate atque gloria, pro molesto importunoque habetur, et nihil adfert utilitatis. Non ergo abs re Phœnix sua ipsius delicta protulit, qui per iram interficere patrem voluerit, moxque mutaverit sententiam,

Ne patris (inquit) occisor probro vexarer Achivum;

ne Achillem objurgans, arrogare sibi videretur nihil se per iram peccasse. Penetrant autem hujusmodi admonitiones blande, faciliusque concedimus iis qui iisdem obnoxii, non qui despicere nos videntur. Quoniam autem neque lumen clarum inflammato oculo debet objici, neque affectu concitatus animus libertatem admittit objurgationemque meram, inter utilissima adjumenta est admixtio laudis modicæ ; ut in his :

Vos vero turpe est forti desistere pugna,
Argolicas inter primos virtute cohortes.
Haud equidem quemquam insecter qui bella timore
deserat : irascor, commoto pectore, vobis.

Et illud :

Pandare, ubi est arcusque tibi, volucresque sagittæ,
et decus egregium, cui non certaverit ullus?

Sed et hujusmodi vehementer revocant in pejus sublabentes :

Ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλεῖν' αἰνίγματα;

καί,

Ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε;

Οὐ γὰρ μόνον ἀνίησι τοῦ ψόγου τὸ τραχὺ καὶ κελευστικόν, ἀλλὰ καὶ ζῆλον ἐμποιεῖ πρὸς ἑαυτὸν αἰδουμένῳ τὰ αἰσχρὰ τῇ τῶν καλῶν ὑπομνήσει, καὶ παράδειγμα ποιουμένῳ τῶν βελτιόνων ἑαυτόν. Ὅταν δὲ ἑτέρους, οἷον ἥλικας ἢ πολίτας ἀντιπαραβάλλωμεν ἢ συγγενεῖς, ἄχθεται καὶ διαγριαίνεται τὸ φιλόνεικον τῆς κακίας· καὶ τοῦτο πολλάκις εἴωθεν ὑποφωνεῖν μετ' ὀργῆς, Τί οὖν οὐκ ἄπει πρὸς τοὺς ἐμοῦ κρείττονας, ἐμοὶ δὲ μὴ παρέχεις πράγματα; Φυλακτέον οὖν ἑτέρους ἐπαινεῖν, παρρησιαζόμενον πρὸς ἑτέρους, ἂν μὴ νὴ Δία γονεῖς ὦσιν· ὡς Ἀγαμέμνων,

Ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς·

καὶ ὁ ἐν τοῖς Σκυρίοις Ὀδυσσεύς,

Σὺ δ', ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς καταισχύνων γένους,
ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς;

34. Ἥκιστα δὲ προσήκει νουθετούμενον ἀντινουθετεῖν, καὶ παῤῥησίᾳ παῤῥησίαν ἀντεκφέρειν· ταχὺ γὰρ ἐκκαίει καὶ ποιεῖ διαφοράν· καὶ ὅλως οὐκ ἀντιπαῤῥησιαζομένου δόξειεν ἄν, ἀλλὰ παῤῥησίαν μὴ φέροντος ὁ τοιοῦτος ὠθισμὸς εἶναι. Βέλτιον οὖν ὑπομένειν τὸν νουθετεῖν δοκοῦντα φίλον· ἂν γὰρ ὕστερον αὐτὸς ἁμαρτάνῃ, καὶ δέηται νουθεσίας, αὐτὸ τοῦτο τῇ παῤῥησίᾳ τρόπον τινὰ παῤῥησίαν δίδωσιν. Ὑπομιμνησκόμενος γὰρ ἄνευ μνησικακίας, ὅτι τοὺς φίλους καὶ αὐτὸς εἰώθει μὴ περιορᾶν ἁμαρτάνοντας, ἀλλ' ἐξελέγχειν καὶ διδάσκειν, μᾶλλον ἐνδώσει καὶ παραδέξεται τὴν ἐπανόρθωσιν, ὡς οὖσαν εὐνοίας καὶ χάριτος, οὐ μέμψεως ἀνταπόδοσιν οὐδὲ ὀργῆς.

35. Ἔτι τοίνυν ὁ μὲν Θουκυδίδης φησίν, Ὅστις ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βουλεύεται· τῷ δὲ φίλῳ προσήκει τὸ ἐκ τοῦ νουθετεῖν ἐπαχθὲς ὑπὲρ μεγάλων ἀναδέχεσθαι καὶ σφόδρα διαφερόντων. Ἂν δ' ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸς πάντα δυσκολαίνῃ, καὶ μὴ φιλικῶς, ἀλλὰ παιδαγωγικῶς προσφέρηται τοῖς συνήθεσιν, ἀμβλὺς ἐν τοῖς μεγίστοις νουθετῶν ἔσται καὶ ἄπρακτος· ὥσπερ ἰατρὸς δριμὺ φάρμακον ἢ πικρόν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ πολυτελές, εἰς πολλὰ καὶ μικρὰ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα [διελών,] τῇ παῤῥησίᾳ κατακεχρημένος. Αὐτὸς μὲν οὖν σφόδρα φυλάξεται τὸ συνεχὲς καὶ φιλαίτιον· ἑταίρου δὲ μικρολογουμένου παρὰ πάντα, καὶ παρασυκοφαντοῦντος, ὥσπερ ἐνδόσιμον ἕξει πρὸς τὰ μείζονα τῶν ἁμαρτημάτων. Καὶ γὰρ ἰατρὸς Φιλότιμος ἐμπύου περὶ ἧπαρ ἀνθρώπου δείξαντος αὐτῷ τὸν δάκτυλον ἡλκωμένον, Οὐκ ἔστι σοι, εἶπεν, ὦ τᾶν, περὶ παρωνυχίας. Οὐκοῦν καὶ τῷ φίλῳ δίδωσιν ὁ καιρὸς εἰπεῖν πρὸς τὸν ἐπὶ μικροῖς καὶ μηδενὸς ἀξίοις ἐγκαλοῦντά τι, Παιδιᾶς καὶ πότους καὶ φλυάρους λέγομεν· οὗτος, ὦ τᾶν, ἀποπεμψάσθω τὴν ἑταίραν, ἢ παυσάσθω κυβεύων, καὶ τὰ ἄλλα θαυμαστὸς ἡμῖν ἄνθρωπός ἐστιν.

Ubi OEdipus nunc, celebriaque ænigmata?

et,

Tam multa passus, siccine loquitur Hercules?

Non enim modo remittunt ac leniunt reprehensionis asperitatem et vim imperiosam, sed et increpato sui ipsius æmulationem ingenerant, cum bonorum suorum recordatione turpibus pudefiat, et ad meliora se sibi exemplum faciat. Si vero alios cum eo compares, ut æquales, cives, cognatos, pertinacia vitii indignatur atque exasperatur: et sæpe hoc modo stomacho moto succlamat: Quin tu ergo me missum facis, adque illos me præstantiores abis? Cavendum est ergo, dum libere aliquem incusamus, ne alios laudemus: nisi fortassis eorum parentes, ut Agamemnon:

Haud certe similem natum genuit sibi Tydeus;

et Ulysses in Scyriis:

At tu coruscum generis offundens jubar,
lanam facis, patre editus fortissimo.

XXXIV. Minime autem convenit castigationem castigatione, libertatem libertate vicissim compensare: facillime enim hinc discordiæ exardescunt: omninoque conflictatio hæc non libertatem vicissim usurpantis, sed eam non sustinentis videri potest. Præstat itaque ferre Amicum objurgantem: qui si ipse postmodo peccet, ac opus habeat castigatione, hoc ipsi libertati dicendi libertatem jam quamdam paraverit: commonefactus enim, offensam non refricando, quod ipse quoque non negligere Amicos delinquentes, sed arguere soleat atque docere, facilius concedet, et correctionem admittet, quam sentiat benevolentiæ et gratiæ esse, non reprehensionis aut iræ compensationem.

XXXV. Porro sicut Thucydides ait, *qui ob rem maximam subit invidiam, eum rectum sequi consilium*: ita et Amicus debet molestiam castigandi in magnis modo rebus, et in quibus plurimum est situm momenti, in se recipere: si enim omnibus in rebus difficilem se præbeat, ac cum familiaribus pædagogi potius quam Amici more agat, admonitiones ejus in summis rebus hebetes erunt et inefficaces, cum, medici instar, libertatem acre medicamentum aut amarum quidem, sed necessarium et pretiosum, in multa minuta et non necessaria inutiliter absumpserit. Ipse igitur summo studio cavebit ne continenti libertate utatur neve jurgiosus sit: socio autem in omnia curiose etiam minima inquirente et calumniante, ansam ipse habebit majora ejus peccata reprehendendi. Philotimus medicus, cum quidam qui purulentus esset circa jecur, ei digitum exulceratum ostendisset: *Non est tibi, o bone, cum reduvia negotium*, inquit. Sic et occasio dabitur dicendi ad Amicum parva quædam et nullius momenti in alio culpantem: *jocos, convivia, nugas, dicimus: ille vero scortum ableget, aut finem aleæ imponat, aliis in rebus quantivis nobis erit pretii.* Qui enim ve-

Ὁ γὰρ εἰς τὰ μικρὰ συγγνώμην λαβὼν, οὐκ ἀηδῶς εἰς τὰ μείζονα τῷ φίλῳ παῤῥησίαν δίδωσιν· ὁ δ' ἐγκείμενος ἀεὶ, καὶ πανταχοῦ πικρὸς καὶ ἀτερπὴς, καὶ πάντα γινώσκων καὶ πολυπραγμονῶν, οὐδὲ παισὶν ἀνεκτὸς οὐδὲ ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ δούλοις ἀφόρητος.

36. Ἐπεὶ δὲ οὔτε τῷ γήρᾳ πάντα πρόσεστι κακὰ, κατ' Εὐριπίδην, οὔτε τῇ τῶν φίλων ἀβελτηρίᾳ, δεῖ μὴ μόνον ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ κατορθοῦντας ἐπιτηρεῖν τοὺς φίλους, καὶ νὴ Δία προθύμως ἐπαινεῖν τὸ πρῶτον· εἶθ' ὥσπερ ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ περιψύξει καὶ δέχεται τὴν στόμωσιν, ἀνεθεὶς πρῶτον ὑπὸ θερμότητος καὶ μαλακὸς γενόμενος, οὕτω τοῖς φίλοις διακεχυμένοις καὶ θερμοῖς οὖσιν ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ὥσπερ βαφὴν ἀτρέμα τὴν παῤῥησίαν ἐπάγειν. Δίδωσι γὰρ ὁ καιρὸς εἰπεῖν, Ἆρ' ἄξιον ἐκεῖνα τούτοις παραβάλλειν; ὁρᾷς τὸ καλὸν οἵους καρποὺς ἀποδίδωσι; ταῦτα ἀπαιτοῦμεν οἱ φίλοι, ταῦτ' ἔστιν οἰκεῖα, πρὸς ταῦτα πέφυκας· ἐκεῖνο δὲ ἀποδιοπομπητέον

Εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Ὡς γὰρ ἰατρὸς εὐγνώμων βούλοιτ' ἂν ὕπνῳ καὶ τροφῇ μᾶλλον ἢ καστορίῳ καὶ σκαμμωνίῳ τὸ νόσημα λῦσαι τοῦ κάμνοντος· οὕτω καὶ φίλος ἐπιεικὴς, καὶ πατὴρ χρηστὸς, καὶ διδάσκαλος, ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ ψόγῳ χαίρει πρὸς ἐπανόρθωσιν ἤθους χρώμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιεῖ τὸν παῤῥησιαζόμενον ἥκιστα λυπεῖν, καὶ μάλιστα θεραπεύειν, ἢ τὸ φειδόμενον ὀργῆς, ἐν ἤθει καὶ μετ' εὐνοίας προσφέρεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ὅθεν οὔτε ἀρνουμένους δεῖ πικρῶς ἐξελέγχειν, οὔτε κωλύειν ἀπολογουμένους, ἀλλὰ καὶ προφάσεις εὐσχήμονας ἀμωσγέπως συνεκπορίζειν, καὶ τῆς χείρονος αἰτίας ἀφισταμένους, αὐτοὺς ἐνδιδόναι μετριωτέραν, ὡς ὁ Ἕκτωρ,

Δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ,

πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς οὐκ ἀπόδρασιν, οὐδὲ δειλίαν οὖσαν, ἀλλ' ὀργὴν τὴν ἐκ τῆς μάχης ἀναχώρησιν αὐτοῦ. Καὶ πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα ὁ Νέστωρ,

— Σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ
εἶξας.

Ἠθικώτερον γὰρ, οἶμαι, τοῦ Ἠδίκησας, καὶ Ἠσχημόνησας, καὶ τὸ Οὐκ ἐπέστησας, καὶ Ἠγνόησας· καὶ τὸ, Μὴ φιλονείκει πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἢ τὸ, Μὴ φθόνει τῷ ἀδελφῷ· καὶ τὸ, * Φύγε τὴν γυναῖκα διαφθείρουσαν, ἢ τὸ, Παῦσαι τὴν γυναῖκα διαφθείρων. Τοιοῦτον γὰρ ἡ θεραπευτικὴ παῤῥησία ζητεῖ τρόπον· ἡ δὲ πρακτικὴ τὸν ἐναντίον. Ὅταν γὰρ ἢ μέλλοντας ἁμαρτάνειν ἐκκροῦσαι δεήσῃ, ἢ πρὸς ὁρμήν τινα βίαιον ἱσταμένους ἐξ ἐναντίας φερομένην, ἢ πρὸς τὰ καλὰ μαλακῶς καὶ ἀπροθύμως ἔχοντας ἐντεῖναι καὶ παρορμῆσαι θελήσωμεν, εἰς αἰτίας δεῖ μεταφέρειν ἀτόπους καὶ μὴ πρεπούσας τὸ γινόμενον. Ὡς ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεὺς, οὔ φησιν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον, ἀλλ'

niam minutorum impetrat, non illibenter de majoribus libere dicendi facultatem Amico concedit: qui ubique incumbit, semper odiosus ac molestus, omnia cognoscens, omnia curiose percunctans, is neque liberis suis tolerabilis est, neque fratribus, imo ne servi quidem ferre eum possunt.

XXXVI. Cæterum quoniam neque senectuti, ut est apud Euripidem, neque Amicorum stultitiæ omnia insunt mala, debemus non delicta modo Amicorum, sed et recte facta observare, ac sane initio alacriter collaudare: deinde ut ferrum prius vi ignis laxatum atque emollitum, deinde frigidæ immissum, densatur ac duritiem consequitur: ita Amicis, postquam laus eorum animos calefecit atque relaxavit, paulatim quasi tincturæ loco adhibenda est libertas reprehensionum. Offeret enim se occasio, ubi dicere possis: Hæccine digna sunt quæ cum illis comparentur? Viden' quos fructus honestum referat? hæc abs te poscimus Amici, hæ tuæ sunt partes, ad hæc te natura formavit: illa vero alia repudianda sunt, et amandanda

In montem, aut rapidi resonantes æquoris undas.

Ut enim peritus medicus somno et cibatu mallet febrem depellere, quam castorio aut scammonio: ita et Amicus verus, et benignus pater, et magister, laude magis quam vituperatione uti gaudet ad morum emendationem: neque quicquam facit ut liberæ correctiones, et tam parum molestiæ, et multum utilitatis secum trahant, quam cum eæ sine ira, placide et animo benevolo peccantibus accommodantur. Itaque neque coarguendi sunt acerbe, qui inficiantur, neque purgandi sui potestas adimenda: sed in argumentis honesti prætextus excogitandis utcunque adjuvandi sunt, et desistere debemus a pejore peccati causa objicienda, honestiorem illis præbentes. Ita Hector:

Infelix! non iram animo hanc sumpsisse decebat:

sic enim Paridem fratrem alloquitur, et ejus digressum e prœlio iram vocat, non fugam aut timiditatem. Et Agamemnoni Nestor:

Sed tu magnanimi cumulatus pectoris æstu.

Magis enim ad mores valet dictum, *Non attendisti*, *Ignorasti*, quam, *Injuriam fecisti*, *Inhoneste egisti*: et, *Noli certare cum fratre*, quam, *Noli invidere fratri:* et, *Fuge mulierem quæ te corrumpit*, quam, *Desine mulierem corrumpere.* Hunc enim modum libertas ad sanandum comparata requirit: diversum, ea quæ in agendo occupatur. Cum enim oportebit peccaturum ab incepto depellere, aut adversus violentum impetum qui e diverso feratur, contra obsistere, aut ad res pulchras mollem et animo languentem incitare ac adhortari volemus, tum rem præsentem ad causas indecoras ac absurdas transferemus. Ita apud Sophoclem Ulysses Achillem instigans, negat eum cœnæ gratia irasci: sed (inquit)

Ἤδη (φησὶ) τὰ Τροίας εἰσορῶν ἑδώλια
δέδοικας·

καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ Ἀχιλλέως διαγανακτοῦντος, καὶ ἀποπλεῖν λέγοντος,

Ἐγῷδ' ὃ φεύγεις, οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς·
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν.

Τὸν μὲν οὖν θυμοειδῆ καὶ ἀνδρώδη, δειλίας δόξῃ· τὸν δὲ σώφρονα καὶ κόσμιον, ἀκολασίας· τὸν δ' ἐλευθέριον καὶ μεγαλοπρεπῆ, μικρολογίας καὶ φιλαργυρίας, δεδιττόμενοι, παρορμῶσι πρὸς τὰ καλὰ, καὶ τῶν αἰσχρῶν ἀπελαύνουσι, μέτριοι μὲν ἐν τοῖς ἀνηκέστοις ἐξεταζόμενοι, καὶ τὸ λυπούμενον καὶ τὸ συναλγοῦν πλέον ἐν τῷ παῤῥησιάζεσθαι τοῦ ψέγοντος ἔχοντες· ἐν δὲ ταῖς κωλύσεσι τῶν ἁμαρτανομένων, καὶ πρὸς τὰ πάθη διαμάχαις, σφοδροὶ καὶ ἀπαραίτητοι καὶ συνεχεῖς ὄντες· οὗτος γὰρ ὁ καιρὸς εὐνοίας ἀθρύπτου καὶ παῤῥησίας ἀληθινῆς ἐστι. Τῷ δὲ ψέγειν τὰ πραχθέντα καὶ τοὺς ἐχθροὺς κατ' ἀλλήλων ὁρῶμεν χρωμένους· ὥσπερ Διογένης ἔλεγεν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώζεσθαι δεῖ φίλους ἀγαθοὺς ἢ διαπύρους ἐχθροὺς ὑπάρχειν· οἱ μὲν γὰρ διδάσκουσιν, οἱ δὲ ἐλέγχουσι. Βέλτιον δὲ τὰς ἁμαρτίας φυλάττεσθαι, τοῖς συμβουλεύουσι πειθόμενον, ἢ μετανοεῖν ἁμαρτόντα διὰ τοὺς κακῶς λέγοντας. Καὶ διὰ τοῦτο δεῖ καὶ περὶ τὴν παῤῥησίαν φιλοτεχνεῖν, ὅσῳ μέγιστόν ἐστι καὶ κράτιστον ἐν φιλίᾳ φάρμακον, εὐστοχίας τε καιροῦ μάλιστα καὶ κράσεως μέτρον ἐχούσης ἀεὶ δεομένην.

37. Ἐπεὶ τοίνυν, , ὥσπερ εἴρηται, πολλάκις ἡ παῤῥησία τῷ θεραπευομένῳ λυπηρὰ ὑπάρχει, δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἰατρούς· οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι τέμνοντες, ἐν τῷ πονεῖν καὶ ἀλγεῖν καταλείπουσι τὸ πεπονθὸς, ἀλλ' ἐνέβρεξαν προσηνῶς καὶ κατηόνησαν· οὔτε οἱ νουθετοῦντες ἀστείως, τὸ πικρὸν καὶ δηκτικὸν προσβαλόντες ἀποτρέχουσιν, ἀλλ' ὁμιλίαις ἑτέραις καὶ λόγοις ἐπιεικέσιν ἐκπραΰνουσι καὶ διαχέουσιν, ὥσπερ οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες. Ὁ δὲ πληγεὶς μὲν τῇ παῤῥησίᾳ καὶ χαραχθεὶς, ἀφεθεὶς δὲ τραχὺς καὶ οἰδῶν καὶ ἀνώμαλος ὑπ' ὀργῆς, δυσανάκλητος αὖθίς ἐστι, καὶ δυσπαρηγόρητος. Διὸ καὶ τοῦτο δεῖ παραφυλάττειν ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς νουθετοῦντας, καὶ μὴ προαπολείπειν, μηδὲ ποιεῖσθαι πέρας ὁμιλίας καὶ συνουσίας τὸ λυποῦν καὶ παροξῦνον τοὺς συνήθεις.

Jam fana Trojæ conspicatus, in metu es,

rursumque hæc admodum inique ferente Achille, et se cum suis navibus abiturum dicente, ait :

Quid extimescas video, non infamiam,
Nempe Hector est propinquus, haud tuta hic mora est.

Sic ergo animosum et fortem opinione objecta timiditatis, temperantem et modestum intemperantiæ, liberalem et magnificum sordium et avaritiæ terrentes, ad honesta excitamus, et a turpibus depellimus, et ubi remedio mali locus non est relictus, ibi mediocres nos gerimus, inque libertate dicendi plus miserationis ac mœstitiæ quam reprehensionis adhibemus : in prohibendo autem ne peccent, et in oppugnandis animi pravis motibus vehementes, inexorabiles, assiduique sumus : hæc enim occasio, benevolentiæ nihil blandientis, genuinæque libertatis est. Alioquin vituperatione factorum videmus etiam inimicos uti. Et Diogenes dicebat eum qui salvus esse deberet, Amicis bonis, aut infensissimis inimicis opus habere : illi enim docent, hi reprehendunt. Præstat vero consulentibus obtemperantem vitare peccata, quam, commissa culpa, pœnitentia ob maledicta affici. Atque hanc ipsam ob rem tanto accuratiore cum artificio adhibenda est libertas dicendi, quanto ea maximum est et validissimum in amicitia medicamentum, et occasionis felicem conjectationem et temperiem moderatam semper requirit.

XXXVII. Quia igitur, ut docuimus, libertas dicendi sæpenumero molesta ei est ad quem sanandum adhibetur, imitari debemus medicos. Neque enim illi ubi sectionem adhibuerunt, partem affectam in dolore relinquunt, sed hunc placide perfundendo fovendoque amoliuntur : nec qui civiliter verbis objurgant, acerbitate et morsu orationis defuncti aufugiunt, sed aliis colloquiis, sermonibusque lenibus demulcent ac recreant : quemadmodum statuarii statuas aspere excisas lævigant atque poliunt. Ictus autem aliquis libera oratione et compunctus, si relinquatur asper animoque ob iram turgente et æstuante, in posterum ad æquanimitatem revocari ac consolando deliniri vix potest. Quare hoc inter præcipua observandum est, ne verbis Amicum castigantes, colloquium verbis molestiam afferentibus et irritantibus abrumpentes discedamus.

ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΑΙΣΘΟΙΤΟ ΕΑΥΤΟΥ ΠΡΟΚΟΠΤΟΝΤΟΣ ΕΠ' ΑΡΕΤΗ.

1. Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, σώσει τὴν αὐτοῦ βελτιουμένου πρὸς ἀρετὴν συναίσθησιν, εἰ μηδεμίαν αἱ προκοπαὶ ποιοῦσι τῆς ἀφροσύνης ἄνεσιν, ἀλλ' ἴσῳ σταθμῷ πᾶσιν ἡ κακία περιθεμένη

Μολιβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασεν;

QUOMODO QUIS SUOS IN VIRTUTE SENTIAT PROFECTUS.

I. Quæ ratio vel sententia, Sossi Senecio, servabit in eo, qui ad meliora proficit, sensum progressionis ad virtutem, si nullam de stultitia facit profectus ipse diminutionem, sed vitium omnibus æquali semper pondere appensum,

Plumbi instar est, quo rete deorsum abducitur?

Οὐδὲ γὰρ ἐν μουσικοῖς τις ἢ γραμματικοῖς ἐπιδιδοὺς γνοίη, μηδὲν ἐν τῷ μανθάνειν ἀπαρύτων τῆς περὶ ταῦτα ἀμαθίας, ἀλλ' ἴσης αὐτῷ τῆς ἀτεχνίας ἀεὶ παρούσης· οὐδὲ κάμνοντι θεραπεία, μὴ ποιοῦσα ῥαστώνην μηδὲ κουφισμὸν, ἀμωσγέπως τοῦ νοσήματος ὑπείκοντος καὶ χαλῶντος, αἴσθησιν ἂν παρέχοι διαφορᾶς, πρὶν εἰλικρινῆ τὴν ἐναντίαν ἕξιν ἐγγενέσθαι παντάπασιν, τοῦ σώματος ἀναῤῥωσθέντος. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τούτοις οὐ προκόπτουσιν, ἂν προκόπτοντες ἀνέσει τοῦ βαρύνοντος, οἷον ἐπὶ ζυγοῦ πρὸς τοὐναντίον ἀναφερόμενοι, μὴ γινώσκωσι τὴν μεταβολήν· οὕτως ἐν τοῖς φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένοις, οὔτε τινὰ προκοπὴν, οὔτε προκοπῆς αἴσθησιν ἀπολειπτέον, εἰ μηδὲν ἡ ψυχὴ μεθίησι μηδ' ἀποκαθαίρεται τῆς ἀβελτηρίας, ἀλλ' ἄχρι τοῦ λαβεῖν τὸ ἄκρον ἀγαθὸν καὶ τέλειον ἀκράτῳ τῷ κακῷ χρῆται. Καὶ γὰρ ἀκαρεῖ χρόνου καὶ ὥρας ἐκ τῆς ὡς ἔνι μάλιστα φαυλότητος εἰς οὐκ ἔχουσαν ὑπερβολὴν ἀρετῆς διάθεσιν μεταβάλοι ἂν ὁ σοφός· ἧς οὐδὲ ἐν χρόνῳ πολλῷ μέρος ἀφεῖλε κακίας, ἅμα πᾶσαν ἐξαίφνης ἀποπέφευγε. Καίτοι ἤδη ταῦτά γε λέγοντας οἶσθα δήπου πάλιν πολλὰ παρέχοντας αὐτοῖς πράγματα, καὶ μεγάλας ἀπορίας περὶ τοῦ διαλεληθότος, ὃς αὐτὸς ἑαυτὸν οὔπω κατείληφε γεγονὼς σοφὸς, ἀλλ' ἀγνοεῖ καὶ ἀμφιδοξεῖ τῷ κατὰ μικρὸν ἐν χρόνῳ πολλῷ τὰ μὲν ἀφαιροῦντι, τὰ δὲ προστιθέντι γινομένην τὴν ἐπίδοσιν, καθάπερ πορείαν, τῇ ἀρετῇ λαθεῖν ἀτρέμα προσμίξασαν. Εἰ δέ γε ἦν τάχος τοσοῦτον τῆς μεταβολῆς καὶ μέγεθος, ὥστε τὸν πρωῒ κάκιστον ἑσπέρας γενονέναι κράτιστον· ἢ [ἂν δὲ οὕτω τινὶ συντύχῃ τὰ τῆς μεταβολῆς] καταδαρθόντα φαῦλον, ἀνεγρέσθαι σοφὸν, καὶ προσειπεῖν, ἐκ τῆς ψυχῆς μεθεικότα τὰς χθιζὰς ἀβελτηρίας καὶ ἀπάτας,

Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα·

τίς ἀγνοήσειεν αὐτοῦ διαφορὰν ἐν αὐτῷ τοσαύτην γενομένην καὶ φρόνησιν ἀθρόον ἐκλάμψασαν; Ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ μᾶλλον ἄν τις, ὡς ὁ Καινεὺς, γενόμενος κατ' εὐχὴν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀγνοῆσαι τὴν μετακόσμησιν, ἢ σώφρων καὶ φρόνιμος καὶ ἀνδρεῖος ἐκ δειλοῦ καὶ ἀνοήτου καὶ ἀκρατοῦς ἀποτελεσθεὶς, καὶ μεταβαλὼν εἰς θεῖον ἐκ θηριώδους βίον ἀκαρεῖ διαλαθεῖν αὐτόν.

2. Ἀλλ' ὀρθῶς μὲν εἴρηται τὸ,

— Πρὸς στάθμη
πέτρον τίθεσθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην.

Οἱ δὲ μὴ τιθέμενοι τὰ δόγματα πρὸς τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τὰ πράγματα πρὸς τὰς ἑαυτῶν ὑποθέσεις, ὁμολογεῖν μὴ πεφυκότα καταβιαζόμενοι, πολλῶν ἀποριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν φιλοσοφίαν· μεγίστης δὲ τῆς * εἰς μίαν ὁμοῦ κακίαν πάντας ἀνθρώπους πλὴν ἑνὸς τοῦ τελείου τιθεμένης, ὑφ' ἧς αἴνιγμα γέγονεν ἡ λεγομένη προκοπὴ, μικρὸν ἀπολείπουσα ἐσχάτης ἀφροσύνης, τοὺς μὴ πάντων ἅμα παθῶν καὶ νοσημάτων ἀφειμένους ἀπ' αὐτῆς, ἔτι τοῖς μηδενὸς ἀπηλλαγμένοις τῶν κακίστων, ὁμοίως παρέχουσα κακοδαιμονοῦντας. Οὗτοι μὲν οὖν ἑαυτοὺς ἐλέγχουσιν, ἐν μὲν ταῖς σχολαῖς ἴσην

Certe enim neque in discenda grammatica se proficere aut musica intelliget, qui nullam partem ignorationis istarum rerum exhauriat, sed eadem semper in inscitia perseveret : neque medicina ægroto, quæ eum nihil allevet, aut utcunque remittente ac concedente morbo, faciat ut leviuscule habeat, ullum sensum mutatæ in melius valetudinis afferet, antequam corpore pristinæ sanitati reddito contrarius habitus integer morbo successerit. Sed ut his in rebus profectus nullus est nisi inter proficiendum, eo quod gravabat, tanquam in trutina diminuto, rursum in diversam partem facto momento mutatio sentiatur, ita etiam his qui philosophiæ studium profitentur, nullum profectum, neque profectus sensum ullum tribui permittemus, si nulla pars stoliditatis animo fugatur atque expurgatur, sed, donec summo perfectoque is bono potiatur, summo malo interim occupatur. Nam, ut aiunt, sapiens ex quanta esse potest maxima vitiositate in virtutis habitum omni accessione superiorem puncto temporis mutatur; cujus vitiositatis partem ne multo quidem tempore abjecerit, eam subito totam simul exuit. Nosti vero, hoc qui fieri affirmant, quantis se ipsos implicent molestiis, ac difficultatibus, quanam fiat ratione, ut non animadvertat aliquis etiamnum sapientem se factum, sed ignoret atque ambigat ; longo temporis decursu paulatim addendis aliis, aliis detrahendis, accessione ad virtutem, quasi via, sensim sine sensu facta. Quod si celeritas et magnitudo mutationis tanta esset, ut qui mane fuerat deterrimus, vesperi redderetur optimus : aut ea sic alicui accideret, ut cum obdormivisset vitiosus, expergisceretur sapiens, dimissamque ex animo hesternam fatuitatem et errores ita compellaret :

Valete vana somnia, ut eratis nihil !

isne ignoraret tanto se a seipso discrimine fuisse mutatum et prudentiam subito ac confertim elucescentem ? Mihi quidem videtur facilius homo, si instar Cænei ex voto vir de muliere fieret, transformationem sui ignoraturus : quam ut non sentiat aliquis mutationem sui, e timido, stulto atque incontinente, fortis, prudens temperansque redactus, momentoque temporis e belluina in divinam vivendi rationem translatus.

II. Enimvero recte dictum est,

— — Exigendus est
lapis ad amussim, non ad hunc amussis est.

At Stoici non sua rebus accommodantes decreta, sed res ad decreta sua, cum quibus consentire eas natura non sinit, detorquentes, multis difficultatibus philosophiam impleverunt : quarum maxima est, qua homines, solo perfecto excepto, una omnes vitio statuuntur subjecti ; ut etiam ænigma faciat progressionem, per quam qui non simul ab omnibus expediti sint animi perturbationibus ac morbis, non minus miseram vitam degant, iis qui nullo summorum malorum sunt liberati. Atque hi quidem seipsos refellunt, qui cum in scholis

ἀδικίαν τὴν Ἀριστείδου τῇ Φαλάριδος τιθέμενοι, καὶ δειλίαν τὴν Βρασίδου τῇ Δόλωνος· καὶ νὴ Δία τὴν Μελίτου μηδ' ὁτιοῦν τῆς Πλάτωνος ἀγνωμοσύνην διαφέρουσαν· ἐν δὲ τῷ βίῳ καὶ τοῖς πράγμασιν ἐκείνους μὲν ἐκτρεπόμενοι καὶ φεύγοντες ὡς ἀμειλίκτους, τούτοις δ' ὡς ἀξίοις πολλοῦ τὰ μέγιστα καὶ χρώμενοι καὶ πιστεύοντες.

3. Ἡμεῖς δὲ παντὶ γένει κακοῦ, μάλιστα δὲ τῷ περὶ ψυχὴν ἀτάκτῳ καὶ ἀορίστῳ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐγγινόμενον ὁρῶντες, ᾗ καὶ διαφέρουσιν αἱ προκοπαὶ, καθάπερ σκιᾶς, ἀνέσει τῆς μοχθηρίας ὑπὸ τοῦ λόγου διαφωτίζοντος ἀτρέμα τὴν ψυχὴν καὶ διακαθαίροντος, οὐκ ἄλογον οἰόμεθα τὴν συναίσθησιν εἶναι τῆς μεταβολῆς, ὥσπερ ἐκ βυθοῦ τινος ἀναφερομένοις, ἀλλ' ἔχουσαν ἐπιλογισμούς. Ὧν σκόπει τὸν πρῶτον εὐθύς· εἰ καθάπερ οἱ πρὸς ἀχανὲς θέοντες ἱστίοις πέλαγος ἅμα τῷ χρόνῳ πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος ῥώμην ἀναμετροῦνται τὸν δρόμον, ὡς εἰκὸς ἐν τοσούτῳ γεγονόσιν ὑπὸ τοσαύτης κομιζομένοις ἠνύσθαι δυνάμεως· οὕτως ἄν τις ἐν φιλοσοφίᾳ τὸ ἐνδελεχὲς καὶ τὸ συνεχὲς τῆς πορείας, καὶ μὴ πολλὰς διὰ μέσου ποιούμενον ἐπιστάσεις, εἶτ' αὖθις ὁρμὰς καὶ ἐπιπηδήσεις, ἀλλὰ λείως καὶ ὁμαλῶς τοῦ πρόσθεν ἐπιλαμβανόμενον ἀεὶ καὶ διιὸν ἀπταίστως διὰ τοῦ λόγου, τεκμήριον ἑαυτῷ ποιήσαιτο προκοπῆς. Τὸ γὰρ,

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦθ' ἔρδοις,

οὐ πρὸς ἀργυρίου μόνον αὔξησιν εἴρηται καλῶς, ἀλλ' εἰς ἅπαντα ποιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, πολὺ καὶ τελεσιουργὸν ἔθος τοῦ λόγου προσλαμβάνοντος· αἱ δ' ἀνωμαλίαι καὶ ἀμβλύτητες τῶν φιλοσοφούντων οὐ μονὰς ποιοῦσιν ἢ ἐποχὰς ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῆς προκοπῆς, ἀλλ' ἀναλύσεις, ἀεὶ τῷ παρείκοντι κατὰ σχολὴν τῆς κακίας ἐπιτιθεμένης, καὶ πρὸς τοὐναντίον ἀνθυποφερούσης. Τοὺς μὲν γὰρ πλάνητας οἱ μαθηματικοὶ στηρίζειν λέγουσι παυσαμένης τῆς εἰς τοὔμπροσθεν αὐτῶν πορείας· ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν οὐκ ἔστι ληγούσης διάλειμμα προκοπῆς οὐδὲ στηριγμὸς, ἀλλ' ἀεί τινας ἔχουσα κινήσεις ἡ φύσις, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ ῥέπειν ἐθέλει, καὶ κατατείνεσθαι ταῖς βελτίοσιν, ἢ ταῖς ἐναντίαις οἴχεται φερομένη πρὸς τὸ χεῖρον. Ἂν οὖν κατὰ τὸν δοθέντα χρησμὸν Κιῤῥαίοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, Πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας πολεμῆς, οὕτω συνειδῆς σεαυτὸν ἡμέρας τε καὶ νύκτωρ ἀεὶ τῇ κακίᾳ διαμεμαχημένον, ἢ μὴ πολλάκις γε τὴν φρουρὰν ἀνεικότα, μηδὲ συνεχῶς παρ' αὐτῆς οἱονεὶ κήρυκας ἡδονάς τινας ἢ ῥᾳστώνας ἢ ἀσχολίας ἐπὶ σπονδαῖς προσδεδεγμένον, εἰκότως ἂν εὐθαρσὴς καὶ πρόθυμος ἐπὶ τὸ λειπόμενον βαδίζοις.

4. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν ᾖ διαλείμματα γινόμενα τοῦ φιλοσοφεῖν, τὰ δ' ὕστερα τῶν πρότερον ἑδραιότερα καὶ μακρότερα, σημεῖον οὐ πονηρόν ἐστιν ἐκθλιβομένης πόνῳ καὶ ἀσκήσει τῆς ῥᾳθυμίας· τὸ δ' ἐναντίον πονη

injustitiam Aristidæ et Phalaridis exæquent, metumque Brasidæ timori Dolonis parem dicant, neque quicquam inter Meliti ac Platonis ingratitudinem differe : in vita et actionibus fugientes illos ut implacabiles; his ut magni pretii hominibus maximis in rebus utuntur atque fidunt.

III. Nos autem cum in omni malorum genere, maxime autem in confuso et inordinato animi statu, magis minusque inesse videamus, (unde etiam discrimen est profectuum, pravitate instar umbræ dilabente, dum ratio animum sensim illustrat atque expurgat) ratione carere non putamus sensum mutationis (quomodo, qui ex profundo subito attolluntur, moram motus supputare nequeunt), sed rationes ejus iniri posse; ex quibus hanc primam consideremus. Quemadmodum qui datis velis vastum pelagus navigant, comparata temporis ratione cum robore venti, colligunt quantum confecerint spatium : sic et philosophia profectuum suorum rationem ex assidua progressuum continuatione ratiocinari potest : quæ non multis institionibus, ac rursum impetibus ac assultibus in medio factis, sed plane, æquabiliterque ad ulteriora semper absque offensu, rationis ac doctrinæ usu progreditur. Quod enim dictum est,

Si parvo crebro parvum superaddere pergas,
et magnus tandem lucri constabit acervus,

non de pecunia duntaxat augenda verum est, sed ad omnia pertinet, maxime ad virtutis incrementum, cum ad doctrinam assidua atque perfectrix adjungitur consuetudo : contra inæqualitates ac hæsitantiæ philosophantium, non modo inhibent progressus, veluti iter interrumpentes institutum : sed etiam regressus causa sunt, cum subsistentem vitia identidem per otium adoriantur, ac retro auferant. Errantes quidem stellas mathematici finito earum in anteriora progressu stationem facere perhibent. At in philosophando profectus nullam facit intercapedinem, nunquam intermittit aut subsistit : sed natura semper aliquo citata motu, ac veluti in trutina sita nunquam non momento aut ad meliora facto fertur, aut in diversam partem ad mala exitiose impellitur. Si igitur secundum Cirrhæis datum oraculum, quo dies noctesque bellum gerere jubebantur, conscius tibi sis dies te noctesque contra vitia depugnare, aut saltem non sæpe custodia excedere, neque continenter ab iis, voluptates aliquas aut oblectationes, aut negotia, veluti præcones de induciis missos accipere : non injuria alacri confidentique animo ad reliqua perges.

IV. Quin etiam si feceris aliquas philosophandi intercapedines, ita tamen ut posteriora tua studia prioribus constantiora fuerint ac prolixiora : id non leve indicium præbet, ignaviam esse labore ac exercitatione

ρὸν, αἱ μετ' οὐ πολὺν χρόνον πολλαὶ καὶ συνεχεῖς ἀνακοπαὶ τῆς προθυμίας οἷον ἀπομαραινομένης. Ὡς γὰρ ἡ τοῦ καλάμου βλάστησις, ὁρμὴν ἔχουσα πλείστην καὶ * καλλίστην ἀπ' ἀρχῆς εἰς μῆκος ὁμαλὸν καὶ συνεχὲς, τὸ πρῶτον ἐν διαστήμασι μεγάλοις ὀλίγας λαμβάνουσα προσκρούσεις καὶ ἀντικοπὰς, εἶθ' οἷον ὑπ' ἄσθματος ἄνω δι' ἀσθένειαν ἀπαγορεύουσα, πολλοῖς ἐνίσχεται καὶ πυκνοῖς γόνασι, τοῦ πνεύματος πληγὰς καὶ τρόμους ἔχοντος· οὕτως ὅσοι τὸ πρῶτον μεγάλαις ἐκδρομαῖς ἐχρήσαντο πρὸς φιλοσοφίαν, εἶτα πολλάκις συνεχῆ προσκρούσματα καὶ διασπάσματα λαμβάνουσι μηδενὸς διαφόρου πρὸς τὸ βέλτιον ἐπαισθανόμενοι, τελευτῶντες ἐξέκαμον καὶ ἀπηγόρευσαν. Τῷ δ' αὖτε πτερὰ γίνετο δι' ὠφέλειαν διαφερομένῳ καὶ διακόπτοντι τὰς προφάσεις, ὥσπερ ὄχλον ἐμποδὼν ὄντα, ῥώμῃ καὶ προθυμίᾳ τῆς ἀνύσεως. Καθάπερ οὖν ἔρωτος ἀρχομένου σημεῖόν ἐστιν, οὐ τὸ χαίρειν τῷ καλῷ παρόντι· τοῦτο γὰρ κοινόν· ἀλλὰ τὸ δάκνεσθαι καὶ ἀλγεῖν ἀποσπώμενον· οὕτως ἄγονται μὲν ὑπὸ φιλοσοφίας πολλοὶ, καὶ σφόδρα γε φιλοτίμως ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ μανθάνειν δοκοῦσιν, ἂν δὲ ἀπέλθωσιν, ὑπὸ πραγμάτων ἄλλων καὶ ἀσχολιῶν, ἐξεῤῥύη τὸ πάθος αὐτῶν ἐκεῖνο, καὶ ῥᾳδίως φέρουσιν. Ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικὸν προσῇ, μέτριος ἄν σοι φανείη καὶ πρᾷος ἐν τῷ παρεῖναι καὶ συμφιλοσοφεῖν· ὅταν δ' ἀποσπασθῇ καὶ χωρὶς γένηται, θεῷ φλεγόμενον καὶ ἀδημονοῦντα καὶ δυσκολαίνοντα πᾶσι πράγμασι καὶ ἀσχολίαις· λήθῃ δὲ φίλων ὥσπερ ἄλογος ἐλαύνεται πόθῳ τῷ πρὸς φιλοσοφίαν. Οὐ γὰρ δεῖ τοῖς λόγοις εὐφραίνεσθαι παρόντας, ὥσπερ τοῖς μύροις, ἀποστάντας δὲ μὴ ζητεῖν μηδ' ἀσχάλλειν, ἀλλὰ πείνῃ τινὶ καὶ δίψῃ πάθος ὅμοιον ἐν τοῖς ἀποσπασμοῖς πάσχοντας, ἔχεσθαι τοῦ προκόπτοντος ἀληθῶς, ἄν τε γάμος, ἄν τε πλοῦτος, ἄν τε φιλία τις, ἄν τε στρατεία προσπεσοῦσα ποιήσῃ τὸν χωρισμόν. Ὅσῳ γὰρ πλέον ἐστὶ τὸ προσειλημμένον ἐκ φιλοσοφίας, τοσούτῳ μᾶλλον ἐνοχλεῖ τὸ ἀπολειπόμενον.

5. Τούτῳ δὲ ὁμοῦ τι ταὐτόν ἐστιν ἢ σύνεγγυς τὸ πρεσβύτατον δήλωμα προκοπῆς τοῦ Ἡσιόδου, μηκέτι προσάντη μηδ' ὄρθιον ἄγαν, ἀλλὰ ῥᾳδίαν καὶ λείαν καὶ δι' εὐπετείας εἶναι τὴν ὁδὸν, οἷον ἐκλεαινομένην τῇ ἀσκήσει, καὶ φῶς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν καὶ λαμπρότητα ποιοῦσαν ἐξ ἀπορίας καὶ πλάνης καὶ μεταμελειῶν, οἷς προστυγχάνουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες τὸ πρῶτον, ὥσπερ οἱ γῆν ἀπολιπόντες, ἣν ἴσασι, μηδέπω δὲ καθορῶντες, ἐφ' ἣν πλέουσι. Προέμενοι γὰρ τὰ κοινὰ καὶ συνήθη, πρὶν ἢ τὰ βελτίονα γνῶναι καὶ λαβεῖν, ἐν μέσῳ περιφέρονται πολλάκις ὑποτρεπόμενοι. Καθάπερ φασὶ Σέξτιόν τε τὸν Ῥωμαῖον ἀφεικότα τὰς ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχὰς διὰ φιλοσοφίαν, ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν αὖ πάλιν δυσπαθοῦντα καὶ χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῷ τὸ πρῶτον, ὀλίγου δεῆσαι καταβαλεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος διήρους. Καὶ περὶ Διογένους ὅμοια τοῦ Σινωπέως ἱστοροῦσιν ἀρχομένου φιλοσοφεῖν, ὡς Ἀθηναίοις ἦν

elisam : contra malum est signum, si post exiguum tempus multæ et continentes intermissiones fiant veluti elanguescente alacritate germen. Sicut enim calami quod initio maximum et pulcherrimum impetum habet ut in æquabilem et continuam longitudinem crescat, magnis intervallis pauca offendit a quibus reprimatur ac retundatur : dein ubi in altum se erexit, veluti qui ob anhelitus angustias in ascendendo deficiunt, quasi defessum, propter imbecillitatem suam multis ac crebris nodis intercipitur, spiritu ictum tremoremque patiente : sic qui initio magno cursu ad philosophiam contenderunt, si deinde nullum ad meliora profectum sentientes crebro offendant, atque ab instituto avellantur, ad extremum omnino defatigantur ac desperant. At vero alteri illi veluti alæ succreverunt qui ad utilitatem propositam recta fertur, omnesque præcidit prætextus, veluti turbam impedientem, robore ac studio perficiendi. Sicut igitur signum est amoris incipientis non delectatio quæ pulchri præsentia percipitur, (est enim hoc omnibus commune) sed morsus et dolor qui avulso eo sentitur : ita multi capiuntur philosophiæ studio, et valde magno cum conatu se ad discendum conferre videntur : ubi vero aliis rebus aut negotiis avocantur, animi iste motus evanescit, eaque facile carent. At cui amoris morsus vehemens infixus est, is tibi præsens unaque philosophans moderatus videbitur ac placidus : avulsum vero ac seorsim agentem cerneres inflammatum, animique ægrum, omniumque rerum et occupationum odio affectum : Amicorum autem oblivione tanquam insanus, philosophiæ desiderio unice impellitur. Non enim ut unguento, sic doctrina præsentes delectari debemus, absentes eam non requirere, et citra molestiam ea carere : sed simile aliquid fami ac siti sentire si avellamur : sive nuptiæ, sive divitiæ, sive amicitia, sive expeditio incidens nos a philosophiæ studio sejungat, sic affici, ut qui vere in philosophia proficiat. Quanto enim plus ex philosophia perceptum est, tanto majorem animo molestiam exhibent quæ relinquuntur.

V. Cum hoc nimirum, aut eadem, aut proxima ei est antiquissima illa Hesiodea profectus declaratio, cum jam non amplius ardua aut nimis acclivis est via, sed facilis, ac plana, et expedita : quippe exercitando lævigata, illatoque in philosophandi conatum lumine jam et splendore, post hæsitationes, errores, institutique mutationes illas, in quas incidunt initio, qui se philosophiæ dant : exemplo eorum, qui terra sibi nota relicta, nondum eam cernentes quam petunt, sollicitudine anguntur. Sic enim isti communibus et consuetis studiis relictis, priusquam meliora cognoscant atque consequantur, in medio sæpenumero errabundi ac vagi revertuntur. Simile est, quod de Sextio Romano narrant, eum urbanis dignitatibus honoribusque resignatis ut philosophiæ vacaret, cum inter philosophandum ab initio graves sentiret molestias, animusque doctrinam ægre amplecteretur, parum abfuisse quin sese de tecto quodam abjiceret. Et Diogenem me-

ορτή, καὶ δεῖπνα δημοτελῆ, καὶ θέατρα, καὶ συνουσίας μετ' ἀλλήλων ἔχοντες ἐχρῶντο κώμοις καὶ παννυχίσιν· ὁ δὲ ἔν τινι γωνίᾳ τῆς ἀγορᾶς συνεσπειραμένος ὡς καθευδήσων ἐνέπιπτεν εἰς λογισμοὺς τρέποντας αὐτὸν οὐκ ἀτρέμα καὶ θραύοντας, ὡς οὐδ' ἀπὸ μιᾶς ἀνάγκης εἰς ἐπίπονον καὶ ἀλλόκοτον ἥκων βίον, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κάθηται τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστερημένος· εἶτα μέντοι μῦν τινα προσερπύσαντα λέγεται περὶ τὰς ψίχας αὐτοῦ τῆς μάζης ἀναστρέφεσθαι· τὸν δὲ αὖθις ἀναφέρειν τῷ φρονήματι, καὶ λέγειν πρὸς ἑαυτὸν, οἷον ἐπιπλήττοντα* καὶ κακίζοντα, Τί φῂς, ὦ Διόγενες, τοῦτον μὲν εὐωχεῖ τὰ σὰ λείμματα καὶ τρέφει, σὺ δ' ὁ γενναῖος, ὅτι μὴ μεθύεις ἐκεῖ κατακείμενος ἐν ἁπαλοῖς καὶ ἀνθινοῖς στρώμασιν, ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς σεαυτόν; Ὅταν οὖν οἱ τοιοῦτοι κατασπασμοὶ γένωνται μὴ πολλάκις, αἵ τε πρὸς αὐτοὺς ἐξαιρήσεις καὶ ἀνακρούσεις τοῦ φρονήματος, ὥσπερ ἐκ τροπῆς ταχεῖαι παρῶσι, καὶ διαλύωσι ῥαδίως τὸν ἄλυν καὶ τὴν ἀδημονίαν, ἔν τινι βεβαίῳ τὴν προκοπὴν εἶναι δεῖ νομίζειν.

6. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐξ αὐτῶν τὰ κατασείοντα καὶ στρέφοντα πρὸς τοὐναντίον ὑπ' ἀσθενείας ἐπιτείνεται τοῖς φιλοσοφοῦσιν, ἀλλὰ καὶ φίλων συμβουλαὶ μετὰ σπουδῆς, καὶ διαφόρων ἀντιλήψεις ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ γινόμεναι κάμπτουσι καὶ μαλάσσουσιν, ἐνίους δὲ καὶ τέλεον ἤδη φιλοσοφίας ἐξέσεισαν· οὐ φαῦλον ἂν τι προκοπῆς εἴη σημεῖον ἡ πρὸς ταῦτα πρᾳότης ἑκάστου, καὶ τὸ μὴ ταραττόμενον μηδὲ κνιζόμενον ὑπὸ τῶν λεγόντων καὶ ὀνομαζόντων ἥλικάς τινας ἐν αὐλαῖς [βασιλέων] εὐημεροῦντας, ἢ φερνὰς ἐπὶ γάμοις λαμβάνοντας, ἢ κατιόντας ὑπὸ πλήθους εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἀρχήν τινα ἢ συνηγορίαν. Ὁ γὰρ ἀνέκπληκτος ἐν τούτοις καὶ ἄτεγκτος ἤδη δῆλός ἐστιν εἰλημμένος ἣν προσήκει λαβὴν ὑπὸ φιλοσοφίας. Οὐ γὰρ οἷόν τε παύσασθαι ζηλοῦντας, ἅπερ οἱ πολλοὶ θαυμάζουσιν, οἷς ἂν μὴ τὸ θαυμάζειν ἀρετὴν ἐγγένηται. Πρὸς μὲν γὰρ ἀνθρώπους ἀποθρασύνεσθαι, καὶ δι' ὀργὴν ἐνίοις παρέστη καὶ δι' ἀφροσύνην· ὧν δὲ θαυμάζουσιν ἄνθρωποι πραγμάτων, οὐκ ἔστιν ἄνευ φρονήματος ἀληθινοῦ καὶ βεβαίου καταφρονῆσαι. Διὸ καὶ ταῦτα παραβάλλοντες ἐκείνοις, ἐπιγαυροῦσιν ἑαυτοὺς, ὥσπερ ὁ Σόλων,

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι,
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Καὶ Διογένης τὴν εἰς Ἀθήνας ἐκ Κορίνθου, καὶ πάλιν εἰς Κόρινθον ἐκ Θηβῶν μετάβασιν αὐτοῦ, παρέβαλε ταῖς βασιλέως, ἔαρος μὲν ἐν Σούσοις, καὶ χειμῶνος ἐν Βαβυλῶνι, θέρους δ' ἐν Μηδίᾳ διατριβαῖς. Καὶ ὁ Ἀγησίλαος περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, Τί γὰρ ἐμοῦ μείζων ἐκεῖνος, εἰ μὴ καὶ δικαιότερος; Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον περὶ Ἀλεξάνδρου γράφων, ἔφη, μὴ μόνον ἐκείνῳ προσήκειν, ὅτι πολλῶν κρατεῖ, μέγα φρονεῖν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον, εἴ τις ὀρθῶς

morant Sinopensem cum philosophari cœpisset, ac forte Athenienses festos agerent dies, epularenturque splendide, spectaculaque essent, et convivia ac comessationes per totam noctem ducerentur, in quodam fori angulo convolutum somni capiendi causa jacentem, in cogitationes incidisse animum ipsius non leviter ab instituto avertentes atque frangentes, reputantem nulla se necessitate vitæ genus laboriosum atque a communi usu alienum inivisse, ac seipsum omnibus bonis privasse : ut vero murem arrepere, et circa micas mazæ suæ obversari vidit, animum rursus erexisse, ac seipsum increpasse damnavisseque, quasi alloquentem : Quid ais, Diogenes? mus his reliquiis tuis lætus vescitur, tu vero præclarus scilicet homo teipsum deploras, ac lamentaris quod non istic in stragulis mollibus atque floridis inebriare? Cæterum ubi non frequenter hujusmodi distractiones fiunt, animusque, tanquam iis in fugam datis, sese celeriter revocans ac recipiens adest, et facile mœrorem ægritudinemque dissipat; existimandum est profectum probe esse confirmatum.

VI. Quoniam vero philosophantibus non modo a seipsis incidunt, quæ eos imbecilles etiamnum concutiant et in diversam partem avertant : sed et seria Amicorum consilia, et diversorum reprehensiones joco risuque mixtæ flectunt et molliunt, nonnullos etiam prorsus e philosophia excusserunt : non leve indicium profectus fuerit æquanimitas hominis erga talia, non perturbati neque morsum passi, cum ei narratur æquales aliquos ipsius in aulis regum florere, aut dotatas duxisse uxores, aut caterva hominum stipatos in forum petendi magistratus, vel patrocinandi gratia descendere. Qui enim ad talia non obstupescit neque iis mulcetur, eum constat jam ita uti decuit captum devinctumque philosophiæ esse : quod fieri non potest ut mirari desinamus quæ vulgo in admiratione sunt, nisi ingenerata sit nobis jam virtutis admiratio. Etenim vel ira nonnullos movet, vel dementia, ut adversus homines ferociant : quas vero res multitudo hominum plurimi facit, eas contemnere nisi vera constantique animi præditus elatione potest nemo. Tales qui sunt, sua cum istis comparantes, spiritus sumunt, ut Solon :

At non mutemus (dî meliora piis)
divitias virtute; manet firmissima virtus,
incertas, nunc hic, nunc habet alter opes.

Ac Diogenes suam Athenas Corintho Corinthumque Thebis transitionem, regis Persarum migrationibus comparabat, vere Susis, hieme Babylone, æstate in Media commorantis. Et de eodem rege Agesilaus : Qui enim, aiebat, major me ille sit, si non etiam justior est? Aristoteles quoque de Alexandro ad Antipatrum scribens, non illum modo affirmabat animo debere efferri ob imperii magnitudinem : nihilo enim minus id

γινώσκει περὶ θεῶν. Ὁ δὲ Ζήνων ὁρῶν τὸν Θεόφραστον ἐπὶ τῷ πολλοὺς ἔχειν μαθητὰς θαυμαζόμενον, Ὁ ἐκείνου [μὲν] χορὸς, ἔφη, μείζων, οὑμὸς δὲ συμφωνότερος.

7. Ὅταν οὖν οὕτως τὰ τῆς ἀρετῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀντιτιθεὶς ὑπεκχέῃς φθόνους καὶ ζηλοτυπίας καὶ τὰ κνίζοντα καὶ ταπεινοῦντα πολλοὺς τῶν ἀρχομένων φιλοσοφεῖν, μέγα καὶ τοῦτο δήλωμα σεαυτῷ τοῦ προκόπτειν. Οὐκ ἔστι δὲ μικρὸν οὐδὲ ἡ περὶ τοὺς λόγους μεταβολή. Πάντες γὰρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, οἱ ἀρχόμενοι φιλοσοφεῖν, τοὺς πρὸς δόξαν διώκουσι μᾶλλον· οἱ μὲν, ὥσπερ ὄρνιθες ἐπὶ τὴν λαμπρότητα τῶν φυσικῶν καὶ τὸ ὕψος ὑπὸ κουφότητος καὶ φιλοτιμίας καταίροντες· οἱ δ', ὥσπερ τὰ σκυλάκια, φησὶν ὁ Πλάτων, τῷ ἕλκειν καὶ σπαράττειν χαίροντες, ἐπὶ τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπορίας καὶ τὰ σοφίσματα χωροῦσιν· οἱ δὲ πλεῖστοι τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύντες, εὐθὺς ἐπισιτίζονται πρὸς σοφιστείαν· ἔνιοι δὲ καὶ χρείας καὶ ἱστορίας ἀναλεγόμενοι, περιίασιν, ὥσπερ Ἀνάχαρσις ἔλεγε τῷ νομίσματι πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ἀριθμεῖν χρωμένους ὁρᾶν τοὺς Ἕλληνας, οὕτω τοὺς λόγους παραριθμοῦντες καὶ παραμετροῦντες,* ἄλλο δ' οὐδὲν εἰς ὄνησιν ἀπ' αὐτῶν τιθέμενοι. Συμβαίνει δὴ τὸ τοῦ Ἀντιφάνους, ὥς τις εἶπε περὶ τῶν Πλάτωνος συνήθων. Ὁ γὰρ Ἀντιφάνης ἔλεγε παίζων, ἔν τινι πόλει τὰς φωνὰς εὐθὺς λεγομένας πήγνυσθαι διὰ ψῦχος, εἶθ' ὕστερον ἀνιεμένων ἀκούειν θέρους ἃ τοῦ χειμῶνος διελέχθησαν· οὕτω δὴ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος ἔφη νέοις οὖσι λεχθέντων μόλις ὀψὲ τοὺς πολλοὺς αἰσθάνεσθαι γέροντας γενομένους. Καὶ πρὸς ὅλην δὲ τοῦτο [τὴν] φιλοσοφίαν πεπόνθασιν, ἄχρις οὗ κατάστασιν ὑγιεινὴν ἡ κρίσις λαβοῦσα τοῖς ἦθος ἐμποιεῖν καὶ μέγεθος δυναμένοις ἄρξηται συμφέρεσθαι καὶ ζητεῖν λόγους, ὧν, κατὰ τὸν Αἴσωπον, εἴσω μᾶλλον ἢ ἔξω τὰ ἴχνη τέτραπται. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἔλεγε, τὸν Αἰσχύλου διαπεπαιχὼς ὄγκον, εἶτα τὸ πικρὸν καὶ κατάτεχνον τῆς αὐτοῦ κατασκευῆς, τρίτον ἤδη τὸ τῆς λέξεως μεταβάλλειν εἶδος, ὅπερ ἐστὶν ἠθικώτατον καὶ βέλτιστον· οὕτως οἱ φιλοσοφοῦντες, ὅταν ἐκ τῶν πανηγυρικῶν καὶ κατατέχνων εἰς τὸν ἁπτόμενον ἤθους καὶ πάθους λόγον καταβῶσιν, ἄρχονται τὴν ἀληθῆ προκοπὴν καὶ ἄτυφον προκόπτειν.

8. Ὅρα δὴ μὴ μόνον φιλοσόφων συγγράμματα διεξιὼν καὶ λόγους ἀκούων, εἰ μὴ πλέον τοῖς ὀνόμασι μόνον προσέχεις ἢ τοῖς πράγμασι, μηδὲ μᾶλλον ἐπιπηδᾷς τοῖς τὸ δύσκολον ἔχουσι καὶ περιττὸν, ἢ τοῖς τὸ χρήσιμον καὶ σάρκινον καὶ ὠφέλιμον· ἀλλὰ καὶ ποιήμασιν ὁμιλῶν καὶ ἱστορίᾳ παραφύλαττε σεαυτὸν, εἰ μηδέν σε διαφεύγει τῶν πρὸς ἐπανόρθωσιν ἤθους ἢ πάθους κουφισμὸν ἐμμελῶς λεγομένων. Ὥσπερ γὰρ ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν ξανθὸν μέλι μηδομέναν, οἱ δ' ἄλλοι χρόαν αὐτῶν καὶ ὀσμὴν, ἕτερον δὲ οὐδὲν ἀγαπῶσιν, οὐδὲ λαμβάνουσιν· οὕτω τῶν ἄλλων ἐν ποιήμασιν ἡδονῆς ἕνεκα καὶ παι-

ei licere, qui recte de diis sentiat. Ac Zeno videns Theophrastum in admiratione haberi ob discipulorum multitudinem : chorus ejus, inquit, major est, meus melius concinit.

VII. Cum itaque virtutem hoc modo externis rebus opponens, invidias, obtrectationes, aliosque id genus affectus, qui multos philosophari orsos urunt atque animum eorum deprimunt, ejeceris, id quoque magnum argumentum tibi tui sit profectus. Non parvum est etiam, orationis mutatio. Omnes enim fere qui ad philosophiam primum accedunt, eam sectantur quæ ad gloriam facit : quorum alii, avium instar, ob levitatem et ambitionem ad splendorem et sublimitatem rerum naturæ attolluntur : alii catulorum (ut est apud Platonem) in morem raptando, et lacerando gaudentes, ad lites, quæstiones et sophismata se conferunt : plerique dialecticis se immergentes, commeatum sibi sophisticæ parant : sunt qui sententiosa dicta et historias colligentes, circumeunt (quomodo Anacharsis dicebat se non videre ad aliam rem numismate uti Græcos quam ad numerandum) numerantes ea et metientes, nullo inde emolumento percepto. His usu venit illud, quod ab Antiphane dictum quidam ad auditores Platonis accommodavit. Joco enim Antiphanes dixit, in urbe quadam voces illico frigore loci congelare, ac per æstatem gelu soluto demum exaudiri, quæ dicta erant hieme : ita ille quæ adolescentes e Platone audivissent, aiebat plerosque vix tandem ingravescente ætate intelligere. Hoc sane modo ad universam affecti sunt philosophiam, donec judicium probe constitutum incipiat ea apprehendere, quæ ad componendos animi motus magnitudinemque ei comparandam faciunt, sectarique orationes, quarum (juxta illud Æsopi) vestigia intro magis quam foras sint conversa. Ut enim Sophocles aiebat se primo fastum Æschyli accidisse, deinde apparatum ejus difficilem atque artificiosum, postremo etiam dictionis formam mutasse, quæ pars maxime ad mores pertinet et est potissima : ita philosophantes, cum a compositis ad ostentationem et artificio nimio elaboratis orationibus, ad eam quæ mores et affectus attingit, transiverint, vere incipiunt fastu repudiato proficere.

VIII. Animadverte igitur, non tantum philosophorum scripta legendo, aut orationibus eorum audiendis, sisne verbis magis quam rebus attentus, neque majori impetu feraris ad ea in quibus difficultas et curiosa compositio, quam ad ea in quibus medulla rerum et utilitas inest : sed et poemata historiasque tractans, observa num quid eorum prætermittas quæ ad morum correctionem, aut affectus animi allevationem accommodate dicta sunt. Sicut enim in floribus versari Simonides ait apem, *flavum mel molientem*, cum alii colorem eorum vel odorem, nihil aliud quærant aut percipiant : ita cum alii in poematis voluptatis jocique causa versantur, tu aliquid inveniens ac colligens se-

διᾶς ἀναστρεφομένων, αὐτὸς εὑρίσκων τι καὶ συνάγων σπουδῆς ἄξιον, ἔοικεν ἤδη γνωριστικὸς ὑπὸ συνηθείας καὶ φιλίας τοῦ καλοῦ καὶ οἰκείου γεγονέναι. Τοὺς μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι χρωμένους διὰ τὴν λέξιν, ἕτερον δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικὸν, ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν, ἀποδρεπομένους, τί ἂν ἄλλο φαίης ἢ φαρμάκων τὸ εὐῶδες καὶ τὸ ἀνθηρὸν ἀγαπᾶν, τὸ δὲ ἀνώδυνον καὶ καθαρτικὸν μὴ προσίεσθαι μηδὲ γινώσκειν; Ἀλλ' οἵ γε μᾶλλον ἔτι προκόπτοντες οὐκ ἀπὸ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ θεαμάτων καὶ πραγμάτων πάντων ὠφελεῖσθαι δύνανται, καὶ συνάγειν τὸ οἰκεῖον καὶ χρήσιμον· οἷα καὶ περὶ Αἰσχύλου λέγουσι καὶ περὶ ἄλλων ὁμοίων· Αἰσχύλος μὲν γὰρ Ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος τοῦ ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον, Ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν; ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσι. Βρασίδας δὲ μῦν τινα συλλαβὼν ἐν ἰσχάσι, καὶ δηχθεὶς, ἀφῆκεν· εἶτα πρὸς ἑαυτὸν, Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, ὡς οὐδέν ἐστι μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς, ὃ μὴ ζήσεται, τολμῶν ἀμύνασθαι. Διογένης δὲ τὸν πίνοντα ταῖς χερσὶ θεασάμενος, ἐξέβαλε τῆς πήρας τὸ ποτήριον. Οὕτω τὸ προσέχειν καὶ τετάσθαι τὴν ἄσκησιν αἰσθητικοὺς καὶ δεκτικοὺς ποιεῖ τῶν πρὸς ἀρετὴν φερόντων πανταχόθεν. Γίγνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον, ἂν τοὺς λόγους ταῖς πράξεσι μιγνύωσι, μὴ μόνον, ὡς Θουκυδίδης ἔλεγε, μετὰ κινδύνων ποιούμενοι τὰς μελέτας, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡδονὰς καὶ πρὸς ἔριδας καὶ περὶ κρίσεις καὶ συνηγορίας καὶ ἀρχὰς, οἷον ἀπόδειξιν αὑτοῖς τῶν δογμάτων διδόντες, μᾶλλον δὲ τῷ χρῆσθαι δόγματα ποιοῦντες. Ὡς τούς γε μανθάνοντας ἔτι καὶ πραγματευομένους καὶ σκοποῦντας, ὃ λαβόντες ἐκ φιλοσοφίας, εὐθὺς εἰς ἀγορὰν, ἢ νέων διατριβὴν, ἢ βασιλικὸν συμπόσιον ἐκκυκλήσουσιν, οὐ μᾶλλον οἴεσθαι χρὴ φιλοσοφεῖν, ἢ τοὺς τὰ φάρμακα καὶ τὰ μίγματα πωλοῦντας ἰατρεύειν· μᾶλλον δὲ ὅλως οὐδὲν ὁ τοιοῦτος σοφιστὴς διαφέρει τῆς Ὁμηρικῆς ὄρνιθος, ὅ τι ἂν λάβοι, τοῖς μαθηταῖς, ὥσπερ ἀπτῆσι νεοσσοῖς διὰ τοῦ στόματος προσφέρων·

— κακῶς δέ τέ οἱ πέλει αὐτῷ,

μηδὲν εἰς ὄνησιν οἰκείαν ἀναδιδόντι μηδὲ καταπέπτοντι τῶν λαμβανομένων.

9. Ὅθεν ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, εἰ χρώμεθα τῷ λόγῳ, πρὸς ἑαυτοὺς μὲν δὴ χρηστικῶς, πρὸς ἑτέρους δὲ μὴ δόξης εἰκαίας ἕνεκα, μηδ' ἐκ φιλοτιμίας, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκοῦσαί τι καὶ διδάξαι· μάλιστα δὲ εἰ τὸ φιλόνεικον καὶ δύσερι περὶ τὰς ζητήσεις ὑφεῖται, καὶ πεπαύμεθα τοὺς λόγους ὥσπερ ἱμάντας ἢ σφαίρας ἐπιδούμενοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῷ πατάξαι καὶ καταβαλεῖν μᾶλλον ἢ τῷ μαθεῖν τι καὶ διδάξαι χαίροντες. Ἡ γὰρ ἐν τούτοις ἐπιείκεια καὶ πρᾳότης, καὶ τὸ μὴ μετ' ἀγῶνος συνίστασθαι μήτε διαλύεσθαι μετ' ὀργῆς τὰς κοινολογίας, μηδ' οἷον ἐφυβρίζειν ἐλέγξαντας, ἢ χαλεπαίνειν ἐλεγχθέντας, ἱκανῶς προκόπτοντός ἐστι. Ἐδήλωσε δὲ Ἀρίστιππος ἔν τινι λόγῳ κατασοφισθεὶς

rium, videberis jam consuetudine et amore pulchritudinis et eorum quæ philosophi sunt propria, horum cognoscendi facultatem tibi parasse. Qui enim Platonis aut Xenophontis libros propter dictionem, nullaque alia de causa legunt, quam ut Atticam illam munditiem inde veluti rorem despument, quid aliud diceres illos facere, quam fragrantiam et floridum medicamenti colorem amplecti, vim vero expurgandi corporis aut sedandi doloris neque nosse neque admittere? Jam qui magis etiam profecerunt, non ex orationibus solum, sed e spectaculis quoque et rebus quibuscunque norunt utilitatem capere, idque colligere quod ipsorum instituto commodet: cujus rei aliquot subjiciam exempla. Æschylus Isthmici certaminis spectator, cum unus pugilum plagam accepisset, theatrumque clamorem sustulisset, latere Ionis Chii fosso, ut is animadverteret : Viden', inquit, exercitatio quid possit? tacet ictus, spectatores vociferantur. Brasidas murem inter aridas ficus deprehensum morsus ab eo dimisit : tum sic secum, Hercules, quam nihil est ita parvum aut infirmum, ut non possit vitam tueri, si audeat se defendere. Diogenes e vola quemdam bibere conspicatus, poculum pera ejecit. Adeo ad sentiendum et percipiendum ea quæ undecunque ad virtutem conducant, attentio et assidua exercitatio facit idoneos. Idque fit eo magis, si orationem rebus adhibeant, non modo, ut est apud Thucydidem, *præsenti periculo meditantes*, sed et adversus voluptates, contentiones, circa judicia, patrocinia, magistratus, quasi decretorum sibi specimen dantes, aut potius iis rebus tractandis condentes decreta. Nam qui adhuc discentes et satagentes ac circumspicientes si arreptum aliquid e philosophia statim circulatorum in morem in forum, aut adolescentum scholam, aut regium convivium perferant, eos non magis credendum est philosophari, quam medicinam facere eos qui medicamenta et mixturas vendunt : imo hujusmodi sophista nihil ab Homerica illa ave distat, qui discipulis suis tanquam implumibus pullis ore in os ingerit quidquid nactus fuerit,

— — sed nequiter expedit ipsi,

cum nihil eorum quæ cepit, in suam vertat utilitatem neque concoquat.

IX. Quare considerare oportet, orationene utamur seorsim ita, ut nobis hoc sit commodo, apud alios autem non vanæ gloriæ aut contentionis gratia, sed audiendi ac cum docendi, tum vicissim discendi causa: maxime autem observemus, an studium contendendi et rixandi de propositis quæstionibus remiserit, ac desierimus oratione adversus alios veluti cestibus aut pilis armati certare, magisque percutiendo et dejiciendo, quam discendo docendove gaudere : nam in hoc genere modestia et mansuetudo, ubi colloquia neque certandi studio incipis, neque cum ira finis, neque vel in refutando contumeliam adhibes, vel te refelli iniquius fers, nota est non pœnitendorum profectuum. Ostendit hoc Aristippus, qui quodam in congressu sophistica fraude

ὑπ᾽ ἀνθρώπου τόλμαν ἔχοντος, ἄλλως δὲ μανικοῦ καὶ ἀνοήτου· χαίροντα γὰρ [αὐτὸν] ὁρῶν καὶ τετυφωμένον, Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὁ ἐλεγχθεὶς ἄπειμι σοῦ τοῦ ἐλέγξαντος ἥδιον καθευδήσων. Ἔστι δὲ καὶ λέγοντας ἑαυτῶν λαμβάνειν διάπειραν, εἰ μήτε, πολλῶν παρὰ προσδοκίαν συνελθόντων, ὑπὸ δειλίας ἀναδυώμεθα, μηδ᾽ ἐν ὀλίγοις ἀθυμῶμεν ἀγωνιζόμενοι· μήτε, πρὸς δῆμον ἢ πρὸς ἀρχὴν εἰπεῖν δεῆσαν, ἐνδείᾳ τῆς περὶ τὴν λέξιν παρασκευῆς προϊέμεθα τὸν καιρόν· οἷα περὶ Δημοσθένους λέγουσι καὶ Ἀλκιβιάδου. Καὶ γὰρ οὗτος [τῷ] νοῆσαι πράγματα δεινότατος ὤν, περὶ δὲ τὴν λέξιν ἀθαρσέστερος, ἑαυτὸν διέκρουεν ἐν τοῖς πράγμασι· καὶ πολλάκις ἐν αὐτῷ τῷ λέγειν ζητῶν καὶ διώκων ὄνομα καὶ ῥῆμα διαφεῦγον ἐξέπιπτεν. Ὅμηρος δὲ τὸν πρῶτον οὐ διηνέχθη τῶν στίχων ἄμετρον ἐξενεγκών· τοσοῦτον περιῆν αὐτῷ φρονήματος εἰς τὰ λοιπὰ διὰ τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν μᾶλλον εἰκός ἐστιν, οἷς πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ καλὸν ἡ ἅμιλλα, τῷ καιρῷ καὶ τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, τῶν ἐπὶ ταῖς λέξεσι θορύβων καὶ κρότων ἐλάχιστα φροντίζοντας.

10. Οὐ μόνον δὲ δεῖ τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὰς πράξεις ἕκαστον ἐπισκοπεῖν, εἰ τὸ χρειῶδες τοῦ πανηγυρικοῦ καὶ τοῦ πρὸς ἐπίδειξιν αὐταῖς πλέον ἔνεστι τὸ πρὸς ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ ἀληθινὸς ἔρως παιδὸς ἢ γυναικὸς οὐ ζητεῖ μάρτυρας, ἀλλὰ καρποῦται τὸ ἡδὺ, κἂν κρύφα κατεργάσηται τὸν πόθον, ἔτι μᾶλλον εἰκός ἐστι τὸν φιλόκαλον καὶ φιλόσοφον συνόντα διὰ τῶν πράξεων τῇ ἀρετῇ καὶ χρώμενον, αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ σιωπῇ μέγα φρονεῖν, ἐπαινετῶν καὶ ἀκροατῶν μηδὲν δεόμενον. Ὥσπερ οὖν ὁ καλῶν ἐκεῖνος οἴκοι τὴν θεραπαινίδα, καὶ βοῶν, Θέασαι, Διονυσία, πέπαυμαι τετυφωμένος· οὕτως ὁ ποιήσας τι χάριεν καὶ ἀστεῖον, εἶτα τοῦτο διηγούμενος καὶ περιφέρων πανταχόσε, δῆλός ἐστιν ἔξω βλέπων ἔτι καὶ πρὸς δόξαν ἑλκόμενος, οὔπω δὲ τῆς ἀρετῆς γεγονὼς θεατὴς, οὐδ᾽ ὕπαρ, ἀλλ᾽ ὄναρ αὐτῆς ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥεμβόμενος, εἶθ᾽ ὥσπερ ζωγράφημα προτιθεὶς ἐπὶ θέαν τὸ πεπραγμένον. Ἔστιν οὖν τοῦ προκόπτοντος, οὐ μόνον δόντα * τῷ φίλῳ, καὶ γνώριμον εὐεργετήσαντα, μὴ φράσαι πρὸς ἑτέρους, ἀλλὰ καὶ ψῆφον ἐν πολλαῖς θέμενον ἀδίκοις δικαίαν, καὶ πρὸς ἔντευξιν αἰσχρὰν πλουσίου τινὸς ἢ ἄρχοντος ἀπισχυρισάμενον, καὶ δωρεᾶς ὑπεριδόντα, καὶ νὴ Δία διψήσαντα νύκτωρ καὶ μὴ πιόντα, ἢ πρὸς φίλημα καλοῦ ἢ καλῆς διαμαχησάμενον, ὡς ὁ Ἀγησίλαος, ἐν ἑαυτῷ κατασχεῖν καὶ σιωπῆσαι. Τοῦτον γὰρ αὐτὸν εὐδοκιμοῦντα παρ᾽ ἑαυτῷ μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν, ὡς ἱκανὸν ὄντα μάρτυν ἅμα τῶν καλῶν καὶ θεατὴν, δείκνυσι τὸν λόγον ἐντὸς ἤδη τρεφόμενον καὶ ῥιζούμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ, κατὰ Δημόκριτον, αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ τὰς τέρψιας ἐθιζόμενον λαμβάνειν. Οἱ μὲν οὖν γεωργοὶ τῶν σταχύων ἥδιον ὁρῶσι τοὺς κεκλιμένους καὶ νεύοντας ἐπὶ γῆς, τοὺς δ᾽ ὑπὸ κουφότητος αἰρομένους ἄνω κενοὺς ἡγοῦνται καὶ ἀλαζόνας· οὕτω δὴ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν βουλομένων νέων οἱ μάλιστα

circumventus ab audace homine, cæteroqui stulto et furioso, cum videret eum exsultare atque fastu tumere, Ego quidem, inquit, abeo suavius te qui me refelleris dormiturus. Possumus etiam inter dicendum nosmetipsos explorare, an neque multis præter exspectationem nostram convenientibus præ metu tergiversemur, neque animum demittamus quod apud paucos agendum sit, neque cum ad populum aut coram magistratu verba facienda sunt, quod minus ad dicendum parati simus, occasionem agendi amittamus : quod de Demosthene et Alcibiade fertur : hic enim cum ad bene cogitandum de rebus esset facultate summa præditus, ad dicendum autem paulo timidior, in actionibus seipsum impedivit, ac sæpe inter dicendum vocem aliquam elapsam memoriæ quærens et persequens explosus est. Homerus vero tantum fiduciæ in sua posuit facultate, itaque abundavit confidentia, ut primum etiam operis versum legibus carminis non satisfacientem intrepide posuerit. Quo magis æquum est qui de virtute et honesto certant, eos occasione et rebus uti, minime sollicitos de strepitu plausuve qui ob dictionem excitatur.

X. Nec orationem vero solum, sed et actiones quisque suas consideret, plurane eæ ad utilitatem quam ad pompam, ad veritatem quam ostentationem comparata in sese habeant. Si enim verus adolescentis aut mulieris amor non requirit testes, sed fruitur amoribus, etiamsi clam potiatur : multo magis convenit honesti et sapientiæ studiosum, cum agendo fruitur virtute, ipsum apud sese tacitum animo efferri, neque laudatores auditoresve ullos requirere. Sicut ergo ille qui domi ancillam vocans, clamabat, *Cerne, Dionysia, deposui fastum :* ita et is qui pulchrum aliquod atque scitum facinus suum passim narrat ac circumfert, satis aperte ostendit se adhuc foras respicere et ad gloriam trahi, neque etiamnum verum se virtutis fuisse spectatorem, neque reipsa, sed per somnium umbras ejus et simulacra pervagatum, factum deinde suum veluti picturam spectandum proposuisse. Proficientis ergo in virtutis studio est, non modo si quid amico donavit, aut noto benefecit, id aliis non narrare : sed etiam si inter multos injustos sententiam justam ipse dixerit, aut divitis principisve alicujus petitionem inhonestam obnixe repudiaverit, aut munera spreverit, aut etiam noctu sitiens potu abstinuerit, osculumve formosi aut formosæ aversatus fuerit, ut fecit Agesilaus, secum id servare et reticere. Sic enim ipse sibi placens, neque seipsum contemnens, sed gaudens seipso atque contentus ut satis idoneo rerum pulchrarum teste ac spectatore, ostendit rationem jam intra sese conversam radices agere, et (quod jubet Democritus) ex seipso sui oblectandi materiam petere condocefactum se esse. Agricolæ quidem spicas libentius vident quæ inclinatæ versus terram vergunt : quæ enim ob levitatem sursum

κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες θράσος ἔχουσι, καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα, καὶ πρόσωπον ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας μεστὸν ἀφειδούσης ἁπάντων· ἀρχόμενοι δὲ πληροῦσθαι καὶ συλλέγειν καρπὸν ἀπὸ τῶν λόγων, τὸ σοβαρὸν καὶ φλοιῶδες ἀποτίθενται. Καὶ καθάπερ ἀγγείων ὑγρὸν δεχομένων ὁ κενὸς ἀὴρ ἐκθλιβόμενος ὑπέξεισιν, οὕτως ἀνθρώποις πληρουμένοις τῶν ἀληθινῶν ἀγαθῶν ἐνδίδωσιν ὁ τῦφος, καὶ γίνεται τὸ οἴημα μαλακώτερον, καὶ παυόμενοι τοῦ διὰ πώγωνα καὶ τρίβωνα φρονεῖν μέγα, τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταφέρουσι, καὶ τῷ δηκτικῷ καὶ πικρῷ χρῶνται πρὸς ἑαυτοὺς μάλιστα, τοῖς δ' ἄλλοις πρᾳότερον ἐντυγχάνουσι· τὸ δὲ φιλοσοφίας ὄνομα καὶ τὴν τοῦ φιλοσοφεῖν δόξαν οὐχ ἁρπάζουσιν αὑτοῖς, ὡς πρότερον, οὐδὲ προσγράφουσιν, ἀλλὰ καὶ προσαγορευθεὶς ὑφ' ἑτέρου ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ, φράσειεν ἂν εὐφυὴς νέος, ὥστ' εἰπεῖν μειδιάσας, καὶ ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος,

Οὔτις τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Νέας μὲν γὰρ γυναικὸς, ὡς Αἰσχύλος φησὶν, οὐ λανθάνει φλέγων

Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη·

νέῳ δ' ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ τὰ Σαπφικὰ ταυτὶ παρέπεται,

Κατὰ μὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν
αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδέδρομε·

καὶ ἀθόρυβον δὲ ὄψιν, καὶ πρᾷον ὄμμα, φθεγγομένου δ' ἀκοῦσαι ποθήσειας. Ὡς γὰρ οἱ τελούμενοι κατ' ἀρχὰς ἐν θορύβῳ καὶ βοῇ πρὸς ἀλλήλους ὠθούμενοι συνίασι, δρωμένων δὲ καὶ δεικνυμένων τῶν ἱερῶν, προσέχουσιν ἤδη μετὰ φόβου καὶ σιωπῆς· οὕτω καὶ φιλοσοφίας ἐν ἀρχῇ καὶ περὶ θύρας πολὺν θόρυβον ὄψει καὶ θρασύτητα καὶ λαλιὰν, ὠθουμένων πρὸς τὴν δόξαν ἐνίων ἀγροίκως [τε] καὶ βιαίως· ὁ δ' ἐντὸς γενόμενος, καὶ φῶς μέγα ἰδὼν, οἷον ἀνακτόρων ἀνοιγομένων, ἕτερον λαβὼν σχῆμα καὶ σιωπὴν καὶ θάμβος, ὥσπερ θεῷ, τῷ λόγῳ ταπεινὸς συνέπεται καὶ κεκοσμημένος. Εἰς δὲ τούτους ἔοικε καὶ τὸ Μενεδήμῳ πεπαιγμένον εὖ λέγεσθαι· καταπλεῖν γὰρ ἔφη τοὺς πολλοὺς ἐπὶ σχολὴν Ἀθήναζε, σοφοὺς τὸ πρῶτον, εἶτα γενέσθαι φιλοσόφους, εἶτα ῥήτορας, τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος ἰδιώτας· ὅσῳ μᾶλλον ἅπτονται τοῦ λόγου, μᾶλλον τὸ οἴημα καὶ τὸν τῦφον κατατιθεμένους.

11. Τῶν τοίνυν δεομένων ἰατρείας οἱ μὲν ὀδόντα πονοῦντες ἢ δάκτυλον αὐτόθεν βαδίζουσι πρὸς τοὺς θεραπεύοντας· οἱ δὲ πυρέττοντες οἴκαδε καλοῦσι καὶ δέονται βοηθεῖν· οἱ δ' εἰς μελαγχολίαν ἢ φρενῖτιν ἢ παρακοπὴν ἥκοντες οὐδὲ φοιτῶντας ἐνιαχοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀνέχονται, ἀλλ' ἐξελαύνουσιν, ἢ φεύγουσιν, ὑπὸ τοῦ σφόδρα νοσεῖν μηδ', ὅτι νοσοῦσιν, αἰσθανόμενοι. Οὕτω δὴ καὶ τῶν ἁμαρτανόντων ἀνήκεστοι μέν εἰσιν οἱ πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας καὶ νουθετοῦντας ἐχθρῶς καὶ ἀγρίως διατιθέμενοι καὶ χαλεπαίνοντες· οἱ δ' ὑπομένοντες καὶ προσιέμενοι πρᾳό-

attolluntur, eas inanes putant esse et cassas. Ita et adolescentum philosophiæ dare operam volentium, qui maxime vani sunt et gravitatis expertes, audaciam ii habent, speciemque, et incessum vultumque plenum superbiæ ac contemptus nemini parcentis : ubi vero impleri incipiunt, fructumque e doctrina colligere, tum superbus iste incessus et vanitas deponitur : quemadmodum vasis humorem recipientibus inanis aer excluditur, ita hominibus quando veris implentur bonis, fastus decedit, et arrogantia remittit, cessantesque propter barbam et pallium superbire, exercitationem ad animum transferunt : mordacique et austera ratione adversum seipsos potissimum utentes, cum aliis mansuetius colloquuntur : nomen vero et gloriam philosophiæ non, ut ante, sibi arrogant atque adscribunt ; sed et hoc nomine compellatus adolescens ingenii probi, rubore perfusus et subridens mature sic occurret :

Non sum unus divûm : quid me immortalibus æquas?

Ut enim Æschylus ait, *Novæ mulieris non latet*

Oculus flagrans, qualis perpessa sit virum :

ita virum juvenem, qui veri in philosophia profectus gustum percepit, Sapphica hæc comitantur :

Lingua jam torpet, tenues per artus
flamma demanat,

oculique placidi, et vultus constans; cuperes ejus sermonem audire. Ac veluti qui sacris initiantur, initio cum tumultu et vociferatione coeunt seque mutuo trudunt : cum peraguntur inde et commonstrantur sacra, animum timidi tacentesque advertunt : ita et in principio et circa fores philosophiæ multum videas tumultus, ferociæ, et loquacitatis, dum nonnulli ad gloriam rustice et per vim sese impellunt : qui intro venerit, magnumque lumen veluti sacrario aperto viderit, alio jam habitu accepto tacitus atque attonitus, humilis modestusque doctrinam veluti deum subsequitur. In hos videtur etiam jocus Menedemi congruere. Aiebat enim eorum qui ad scholam Athenas navigarent, plerosque primum sapientes sibi esse, deinde philosophos fieri, postea oratores, tandem progressu temporis rudes ac plebeios : quo enim magis doctrinæ se præberent, eo magis fastum arrogantiamque deponere.

XI. Quibus medicina opus est, si dens aut digitus male est affectus, ipsi recta ad medicum eunt : qui febricitant domum vocant medicum, ejusque opem implorant : qui in melancholiam, aut phrenitidem, aut deliria inciderunt, aliquando ne venientem quidem ad ipsos medicum sustinent, sed ejiciunt, aut fugiunt, vehementia morbi etiam sensum morbi tollente. Sic et eorum qui peccant, insanabiles sunt qui hostili animo affecti sunt sæviuntque adversum reprehensores ac castigatores : qui vero sustinent admittuntque disciplinam,

τερον ἔχουσι· τὸ δ' ἑαυτὸν ἁμαρτόντα παρέχειν τοῖς ἐλέγχουσι, καὶ τὸ πάθος λέγειν καὶ τὴν μοχθηρίαν ἀποκαλύπτειν, καὶ μὴ χαίρειν λανθάνοντα, μηδ' ἀγαπᾷν ἀγνοούμενον, ἀλλ' ὁμολογεῖν καὶ δεῖσθαι τοῦ ἁπτομένου καὶ νουθετοῦντος, οὐ φαῦλον ἂν εἴη προκοπῆς σημεῖον. Ὥς που Διογένης ἔλεγε, τῷ σωτηρίας δεομένῳ ζητεῖν προσήκειν ἢ φίλον σπουδαῖον ἢ διάπυρον ἐχθρὸν, ὅπως ἐλεγχόμενος ἢ θεραπευόμενος ἀποφεύγῃ τὴν κακίαν. Ἄχρι δὲ οὗ τις ἐπιδεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλῖδα χιτῶνος, ἢ διεῤῥωγὸς ὑπόδημα, καλλωπίζεται πρὸς τοὺς ἐκτὸς, ἀτυφίᾳ κενῇ διασκώπτων αὐτὸς ἑαυτὸν ὡς μικρὸν ἢ ὡς κυρτὸν οἴεται νεανιεύεσθαι, τὰ δ' ἐντὸς αἴσχη τῆς ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τὸν βίον ἐγχρίμματα καὶ φθόνους καὶ κακοηθείας καὶ μικρολογίας καὶ φιληδονίας ὥσπερ ἕλκη περιστέλλων καὶ ἀποκρύπτων, οὐδένα θιγεῖν, οὐδὲ προσιδεῖν ἐᾷ, δεδιὼς τὸν ἔλεγχον, ὀλίγον αὐτῷ προκοπῆς μέτεστι, μᾶλλον δὲ οὐδέν. Ἀλλ' ὁ τούτοις ὁμόσε χωρῶν, καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀλγύνειν τε καὶ κακίζειν ἁμαρτάνοντα, δεύτερον δὲ παρέχειν, ἑτέρου νουθετοῦντος, ἐγκαρτεροῦντα καὶ καθαιρόμενον ὑπὸ τῶν ἐλέγχων δυνάμενος καὶ βουλόμενος, οὗτος ἀποτριβομένῳ καὶ βδελυττομένῳ τὴν μοχθηρίαν ἀληθῶς ἔοικε. Δεῖ μὲν γὰρ ἀμέλει καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι πονηρὸν αἰδεῖσθαι καὶ φεύγειν· ὁ δὲ τὴν οὐσίαν τῆς μοχθηρίας μᾶλλον ἢ τὴν ἀδοξίαν δυσχεραίνων οὐ φεύγει τὸ κακῶς ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν ἐπὶ τῷ βελτίων γενέσθαι. Χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Διογένους πρός τινα νεανίσκον ὀφθέντα ἐν καπηλείῳ, καταφυγόντα δὲ εἰς τὸ καπηλεῖον, Ὅσῳ γὰρ, εἶπεν, ἐνδοτέρω φεύγεις, μᾶλλον ἐν τῷ καπηλείῳ γίνῃ· καὶ τῶν φαύλων ἕκαστος ὅσῳ μᾶλλον ἀρνεῖται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐνδύεται καὶ καθείργνυσιν ἑαυτὸν εἰς τὴν κακίαν. Ἀμέλει τῶν πενομένων οἱ προσποιούμενοι πλουτεῖν ἔτι μᾶλλον πένονται διὰ τὴν ἀλαζονείαν· ὁ δὲ προκόπτων ἀληθῶς καὶ τὸν Ἱπποκράτην παράδειγμα ποιεῖται, τὸ περὶ τὰς ῥαφὰς ἀγνοηθὲν αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἐξαγορεύσαντα καὶ γράψαντα, λογιζόμενος, ὅτι δεινόν ἐστιν, ἐκεῖνον μὲν, ὅπως ἂν ἕτεροι μὴ τὸ αὐτὸ πάθωσιν, αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν κατειπεῖν, αὐτὸν δέ τινα μέλλοντα σώζεσθαι μὴ τολμᾷν ἐλέγχεσθαι, μηδ' ὁμολογεῖν τὴν ἀβελτηρίαν καὶ τὴν ἀμαθίαν. Καὶ μὴν τά γε Βίωνος καὶ Πύῤῥωνος οὐ προκοπῆς ἄν τις, ἀλλὰ μείζονος ἕξεως σημεῖα θεῖτο καὶ τελειοτέρας. Ὁ μὲν γὰρ ἠξίου τοὺς συνήθεις οἴεσθαι προκόπτειν, ὅταν τῶν λοιδορούντων οὕτως ἀκούωσιν, ὡς λεγόντων, Ὦ ξένε,

— ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοί νύ τοι ὄλβια δοῖεν.

Πύῤῥωνα δέ φασι πλέοντα καὶ κινδυνεύοντα χειμῶνι δελφάκιόν τι δεῖξαι χρώμενον ἀσμένως κριθαῖς παρακεχυμέναις, καὶ εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἑταίρους, ὅτι τοιαύτην ἀπάθειαν παρασκευαστέον ἐκ λόγου καὶ φιλοσοφίας τὸν ὑπὸ τῶν προστυγχανόντων διαταράττεσθαι μὴ βουλόμενον.

mansuetiores sunt. Id vero non vile est profectus indicium, si quis commissa culpa se reprehendentibus offert, vitium exponit et malum detegit, neque gaudet latendo, contentusve est si clam id ferat, sed confitetur opemque correctoris requirit. Quo modo Diogenes dixit, *eum qui salvum se velit, quærere debere aut probum amicum, aut acerrimum hostem, ut vel reprehensus vel correctus vitio liberetur.* Ubi vero sordes aliquis maculamve ostentans vestis, aut ruptum calceum, venditat se aliis, existimatque se præclari aliquid præstare, si vana fastus vacuitate suam staturæ humilitatem aut curvitatem ipse dicteriis notet : interiorem vero animæ turpitudinem, et ulcera, offensiones vitæ, invidiam, malignitatem, avaritiam, libidinem, velat atque occultat, metuque reprehensionis neminem ea videre aut contrectare patitur : certe hunc parum, aut nihil potius, profecisse censendum est. At qui vitia aggreditur, et vel (quod præcipuum est) seipsum ob peccatum damnare ac castigare novit, vel, quod proximum est, alio castigante tolerantem se præbet, vitiisque expurgari monitoris opera libenter sinit, eum apparet vere detestari et excutere pravitatem. Equidem vereri debemus et fugere nomen vitiosi : sed cui vitium ipsum molestius est quam infamia inde nata, is ut emendari possit, non verebitur male audire, ac sibi loqui. Scitum est enim Diogenis illud in quemdam dictum adolescentem, qui visus in caupona intro in eam fugiebat : quanto, dicebat, magis intro fugies, tanto magis in caupona eris : ita quivis vitiosus quanto magis inficiatur suum vitium, tanto magis in ipsum penetrat ac sese includit morbum : quomodo nimirum pauperes dum se divites esse simulant, ob ipsam arrogantiam sunt pauperiores. Qui vero reipsa proficit, exemplum Hippocratis sibi imitandum ducet, qui errorem suum de suturis capitis professus est, inque litteras retulit, existimabitque indignum fore, si (cum tantus vir, ne alii eodem erroris venirent, suam testatam fecerit ignorantiam) ipse salutis suæ studio non audeat stultitiam inscitiamque suam detegere atque confiteri. Enimvero Pyrrhonis et Bionis dicta, non profectus jam, sed majoris perfectiorisque habitus indicia possunt intelligi. Hic suos familiares tum demum certos de profectu jubebat esse, cum perinde audirent maledicta, ac si quis ita alloqueretur :

Quando malo dispar, imprudentique videris,
vive, vale, tibi res lætas bona numina donent.

Pyrrhonem ferunt, cum navigans orta tempestate periclitaretur, porcellum ostendisse qui hordeo affuso hilariter vesceretur, ac dixisse sociis, talem affectuum vacuitatem doctrina et sapientiæ studio parandam esse ei qui nulla obtingente re perturbari vellet.

12. Ὅρα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ζήνωνος, ὁποῖόν ἐστιν· ἠξίου γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνείρων ἕκαστον ἑαυτοῦ συναισθάνεσθαι προκόπτοντος, εἰ μήτε ἡδόμενον αἰσχρῷ τινι ἑαυτὸν, μήτε τι προσιέμενον ἢ πράττοντα τῶν δεινῶν καὶ ἀδίκων ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους, ἀλλ', οἷον ἐν βυθῷ γαλήνης ἀκλύστου καταφανεῖ, διαλάμπει τῆς ψυχῆς τὸ φανταστικὸν καὶ παθητικὸν * ὑπὸ τοῦ λόγου διακεχυμένον. Τοῦτο δὲ Πλάτων, ὡς ἔοικε, συνιδὼν πρότερον ἐξεμόρφωσε καὶ διετύπωσε τῆς φύσει τυραννικῆς ψυχῆς οἷα κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾷ τὸ φανταστικὸν καὶ ἄλογον· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖ μίγνυσθαι, καὶ περὶ βρώσεις ὁρμᾷ παντοδαπὰς, παρανομοῦν, καὶ χρώμενον ἑαυτοῦ ταῖς ἐπιθυμίαις οἷον λελυμέναις, ἃς μεθ' ἡμέραν ὁ νόμος αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ καθείργνυσιν. Ὥσπερ οὖν τὰ πεπαιδευμένα καλῶς τῶν ὑποζυγίων, οὐδ' ἂν ἀφῇ τὰς ἡνίας ὁ ἄρχων, ἐπιχειρεῖ παρατρέπεσθαι καὶ ἀπολείπειν τὴν ὁδὸν, ἀλλ', ὥσπερ εἴθισται, πρόεισιν ἐν τάξει, διαφυλάττοντα τὴν πορείαν ἄπταιστον· οὕτως, οἷς ἂν εὐπειθὲς ἤδη τὸ ἄλογον καὶ πρᾶον ἢ γεγονὸς ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ κεκολασμένον, οὔτε καθ' ὕπνους, οὔθ' ὑπὸ νόσων ἔτι ῥαδίως ἐξυβρίζειν ἢ παρανομεῖν ἐθέλει ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ τηρεῖ καὶ διαμνημονεύει τὸν ἐθισμὸν, ἰσχὺν ἐμποιοῦντα τῇ προσοχῇ καὶ τόνον. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα τῇ ἀσκήσει τῆς ἀπαθείας ὑπήκοον ἑαυτὸ καὶ τὰ μέρη παρέχειν πέφυκεν, ὡς ὀφθαλμούς τε πρὸς οἶκτον ἴσχεσθαι δακρύων, καὶ καρδίαν πηδήματος ἐν φόβοις, αἰδοῖά τε σωφρόνως ἔχειν ἀτρέμα καὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν παρὰ καλοῖς ἢ καλαῖς, πῶς οὐ μᾶλλον εἰκός ἐστι τῆς ψυχῆς τοῦ παθητικοῦ τὴν ἄσκησιν ἐπιλαμβανομένην οἷον ἐκλεαίνειν καὶ συσχηματίζειν τὰ φαντάσματα καὶ τὰ κινήματα μέχρι τῶν ὕπνων πιέζουσαν; Οἷα λέγεται [καὶ] περὶ τοῦ φιλοσόφου Στίλπωνος, ὡς ἰδεῖν δόξαι κατὰ τοὺς ὕπνους ὀργιζόμενον αὐτῷ τὸν Ποσειδῶνα μὴ θύσαντι βοῦν, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς ἱερεῦσιν· αὐτὸν δὲ μηδὲν ἐκπλαγέντα, Τί λέγεις, φάναι, ὦ Πόσειδον; ὥσπερ παῖς ἥκεις μεμψιμοιρῶν, ὅτι μὴ δανεισάμενος ἐνέπλησα κνίσης τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀφ' ὧν εἶχον ἔθυσά σοι μετρίως οἴκοθεν; καὶ μέντοι δοκεῖν αὐτῷ τὸν Ποσειδῶνα μειδιάσαντα τὴν δεξιὰν προτεῖναι, καὶ εἰπεῖν, ὡς ἀφύων φορὰν Μεγαρεῦσι ποιήσει δι' ἐκεῖνον. Οἷς οὖν οὕτως εὐόνειρα καὶ φανὰ καὶ ἄλυπα, φοβερὸν δὲ μηδὲν ἢ τραχὺ μηδὲ κακόηθες ἢ σκολιὸν ἐκ τῶν ὕπνων ἐπαναφέρεται, ταῦτα τῆς προκοπῆς ἀπαυγασμούς τινας εἶναι λέγουσιν· οἴστρους δὲ καὶ πτοίας καὶ φυγὰς ἀγεννεῖς, καὶ παιδικὰς περιχαρείας καὶ ὀλοφύρσεις ἐνυπνίων οἰκτρῶν καὶ ἀλλοκότων ῥαχίαις τέ τισι καὶ σάλοις ἐοικέναι, ψυχῆς οὔπω τὸ κοσμοῦν ἐχούσης οἰκεῖον, ἀλλὰ πλαττομένης ἔτι δόξαις καὶ νόμοις, ὧν ἀπωτάτω γινομένη κατὰ τοὺς ὕπνους, αὖθις ἀναλύεται καὶ ἀνελίττεται τοῖς πάθεσι. Ταῦτα μὲν οὖν συνεπισκόπει καὶ αὐτὸς, εἴτε προκοπῆς ἐστιν, εἴτε τινὸς ἕξεως ἤδη βεβαιότητα καὶ κράτος ἐχούσης ἐπὶ τοῖς λόγοις ἀσάλευτον.

13. Ἐπεὶ δὲ ἡ παντελὴς ἀπάθεια μέγα καὶ θεῖον,

XII. Zenonis porro perpendamus sententiam, qui etiam ex insomniis suis unumquemque sentire posse suos profectus dixit: nimirum quando neque turpi aliqua re per quietem sibi videatur delectari, neque inhonestum aut injustum vel agere quicquam vel approbare; sed tanquam in fundo perspicuo maris tranquilli et nulla alluvione sollicitati, sic imaginatio et motus animi a ratione diffusi et compositi perlucent. Hoc, puto, prior Plato animadvertit, qui essent brutæ et imaginantis quæ in animo tyranni est facultatis per somnum motus, quasi effigie proposita declarans: nimirum concubitum matris petit, et omne genus illicitos cibos arripit: tunc enim indulget libidinibus suis tanquam solutis, quas metu et pudore leges interdiu coercent. Sicut ergo jumenta probe condocefacta, ne dimissis quidem a rectore habenis a via alio divertere conantur, sed quomodo assueverunt, iter sine errore aut offensa continuant: ita facultas animi bruta, ubi jam ratione subacta et ei obtemperans reddita est, neque in somnis neque in morbis porro facile cupiditatibus pravis se impelli patitur, ut contra rationis rectæ præcepta proterve aliquid aut illicite moliatur: sed consuetudini insistit, eamque sequitur, quæ attentioni vim quamdam et vehementiam ingenerat. Nam si ipsum corpus exercitatione nullas sentiendi perturbationes, potest animus condocefacere, partesque ejus obsequentes præbet, ita ut et oculi in miseratione lacrimis, et cor objecto metu palpitatione, et pudenda motu ad conspectum pulchrorum corporum abstineant, cur non sit probabilius exercitatione partem animi quæ affectibus est obnoxia ita subigi, ut ejus motus et imaginationes etiam ad insomnia usque quasi mitigentur et rectæ rationi conformes redigantur? Stilponem philosophum somniavisse perhibent, videre se Neptunum expostulantem secum, quod non bovem ipsi immolasset, qui mos erat sacerdotum: illum vero nihil territum, Quid ais, Neptune, dixisse: pueri instar venis mecum conquesturus, quod non sumpta in fœnus pecunia, urbem nidore implevi, sed rem tibi sacram e mea re familiari pro meis facultatibus feci? visumque ipsi fuisse, Neptunum dextra porrecta subridentem polliceri, ejus gratia magnum se apuarum proventum Megarensibus largiturum. Proinde quibus ita læta, perspicua, et facilia somnia offeruntur, in quibus nihil terribile, asperum, malitiosum, aut pravum in mentem revocatur: his profectus aiunt quasi resplendescere suos: stimulos autem, pavores, degeneres fugas, puerilia gaudia, et luctus in somniis miserabilibus, et absurdis, similes esse cautibus quibusdam unda verberatis, et jactationibus, quod animus nondum in se habens quo componatur, sed adhuc legibus et decretis fingendum se præbens, ab his per somnum longissime abductus rursum in pristinum habitum resolvatur atque replicetur. Verum hæc, tu ipse mecum perpende, profectuine debeant adscribi, an habitui potius alicui, constantiam jam rationis et firmitatem inconcussam adepto.

XIII. Jam cum omnium affectuum animi vacuitas res

ἐνδόσει δέ τινι καὶ πραότητι παθῶν ἔοικεν, ὡς λέγομεν, ἡ προκοπή· δεῖ καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα τὰ πάθη σκοποῦντα κρίνειν τὰς διαφοράς. [Καὶ] πρὸς αὑτὰ μὲν, εἰ νῦν μὲν ἐπιθυμίαις τε μαλακωτέραις χρώμεθα τῶν πάλαι καὶ φόβοις καὶ ὀργαῖς, ταχὺ τῷ λόγῳ τὸ ἐξᾶττον αὐτῶν καὶ φλεγμαῖνον ἀφαιροῦντες· πρὸς ἄλληλα δὲ, εἰ μᾶλλον αἰσχυνόμεθα νῦν ἢ φοβούμεθα, καὶ ζηλοῦμεν μᾶλλον ἢ φθονοῦμεν, καὶ φιλοδοξοῦμεν ἢ φιλοχρηματοῦμεν· καὶ ὅλως, εἰ Δωρίοις μᾶλλον ἢ Λυδίοις, ὥσπερ οἱ μελῳδοῦντες, ὑπερβολαῖς ἁμαρτάνομεν, σκληρότεροι περὶ τὴν δίαιταν ὄντες ἢ μαλακώτεροι, καὶ βραδύτεροι περὶ τὰς πράξεις ἢ προπετέστεροι, καὶ θαυμασταὶ παρ' ὃ δεῖ λόγων * καὶ ἀνθρώπων ἢ καταφρονηταί. Καθάπερ γὰρ αἱ τῶν νόσων εἰς τὰ μὴ κύρια μέρη τοῦ σώματος ἐκτροπαὶ σημεῖον οὐ φαῦλόν εἰσιν, οὕτως ἡ κακία τῶν προκοπτόντων ἔοικεν, εἰς ἐπιεικέστερα πάθη μεθισταμένη, κατὰ μικρὸν ἐξαλείφεσθαι. Φρῦνιν μὲν γὰρ οἱ Ἔφοροι ταῖς ἑπτὰ χορδαῖς δύο παρεντεινάμενον ἠρώτων πότερον τὰς ἄνωθεν ἢ τὰς κάτωθεν ἐκτεμεῖν αὐτοῖς ἐθέλει παρασχεῖν· ἡμῶν δὲ δεῖται μέν πως τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω περικοπῆς, εἰ μέλλομεν εἰς τὸ μέσον καθίστασθαι καὶ μέτριον· ἡ δὲ προκοπὴ τὰς ὑπερβολὰς πρότερον καὶ τὰς ὀξύτητας τῶν παθῶν ἀνίησι,

Πρὸς ἅσπερ οἱ μαργῶντες ἐντονώτατοι,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

14. Καὶ μὴν ὅτι τὸ τὰς κρίσεις ἐπὶ τὰ ἔργα μετάγειν, καὶ τοὺς λόγους μὴ λόγους ἐᾶν, ἀλλὰ πράξεις ποιεῖν, μάλιστα τῆς προκοπῆς ἴδιόν ἐστιν, εἴρηται. Δήλωμα δὲ αὐτοῦ πρῶτα μὲν ὁ πρὸς τὰ ἐπαινούμενα ζῆλος, καὶ τὸ ποιεῖν εἶναι προθύμους ἃ θαυμάζομεν, ἃ δὲ ψέγομεν, μὴ ἐθέλειν, μηδὲ ὑπομένειν. Ἐπεὶ πάντας γε Ἀθηναίους εἰκὸς ἦν ἐπαινεῖν τὴν Μιλτιάδου τόλμαν καὶ ἀνδρίαν· Θεμιστοκλῆς δ' εἰπὼν, ὡς οὐκ ἐᾷ καθεύδειν αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν ὕπνων ἀνίστησι τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον, οὐκ ἐπαινῶν μόνον, οὐδὲ θαυμάζων, ἀλλὰ καὶ ζηλῶν καὶ μιμούμενος, εὐθὺς ἦν καταφανής. Σμικρὸν οὖν οἴεσθαι χρὴ προκόπτειν, ἄχρις οὗ τὸ θαυμάζειν τοὺς κατορθοῦντας ἀργὸν ἔχομεν καὶ ἀκίνητον ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς μίμησιν. Οὔτε γὰρ ἔρως σώματος ἐνεργὸς, εἰ μὴ μετὰ ζηλοτυπίας ἔνεστιν, οὔτ' ἔπαινος ἀρετῆς διάπυρος καὶ δραστήριος, ὁ μὴ νύττων, μηδὲ κεντρίζων, μηδὲ ποιῶν ἀντὶ φθόνου ζῆλον ἐπὶ τοῖς καλοῖς, ἀναπληρώσεως ὀρεγόμενον. Οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν λόγων δεῖ τοῦ φιλοσοφοῦντος μόνον, ὥσπερ Ἀλκιβιάδης ἔλεγε, τὴν καρδίαν στρέφεσθαι, καὶ δάκρυα ἐκπίπτειν· ἀλλ' ὅ γε προκόπτων ἀληθῶς, μᾶλλον ἔργοις καὶ πράξεσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ τελείου παραβάλλων ἑαυτὸν, ἅμα τῷ συνειδότι τοῦ ἐνδεοῦς δακνόμενος, καὶ δι' ἐλπίδα καὶ πόθον χαίρων, καὶ μεστὸς ὢν ὁρμῆς οὐχ ἠρεμούσης, οἷός τ' ἐστι κατὰ τὸν Σιμωνίδην,

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχειν,

τῷ ἀγαθῷ μονονουχὶ συμφῦναι γλιχόμενος. Καὶ γὰρ

sit magna ac divina; nos autem profectum remissione quadam et mansuetudine affectuum definiamus: necesse est et inter se, et cum aliis comparare motus animi, itaque discrimen examinare. Inter se, an cupiditates, metus, iræque nos, quam olim, remissius nunc tentent, an celeriter ratione incendium earum et excandescentiam restinguamus: cum aliis, magisne jam verecundi simus quam timidi, an æmulemur citra invidentiam, an gloriæ et pecuniæ cupiditate careamus: denique an cantorum instar Doriis magis quam Lydiis excessibus peccemus, duriores in victus ratione quam molliores, cunctanter magis quam temere ad agendum accedentes, nimii potius admiratores aliorum hominum et ab aliis dictorum, quam contemptores. Sicut enim bonum recuperandæ sanitatis signum est, morbi in partes corporis non præcipuas aversio: ita vitia proficientium, dum in tolerabiliores mutantur affectiones, videntur paulatim exstingui. Phrynin, cum septem nervis duos addidisset, Ephori interrogaverunt, superioresne vellet an inferiores ipsis amputandas præbere: nobis autem et superiora et inferiora sunt præcidenda, si quidem ad medium volumus et mediocritatem pervenire: profectus tamen, ea quæ nimia sunt primo tollit, acrimoniamque affectuum imminuit,

Insanientes qui movent acerrime,

ut est apud Sophoclem.

XIV. Jam illud quoque dictum a nobis fuit, debere nos judicium ad opus transferre et sermones ad rem redigere: esse enim hoc vel in primis officium proficientis. Ejus rei indicium primum est, si quæ laudamus, ea imitari conamur, promptique sumus agere ea quæ admiramur: quæ autem vituperamus, nolumus admittere. Certe par erat ab omnibus Atheniensibus laudari Miltiadis virtutem et fortitudinem: sed Themistocles somnum sibi Miltiadis trophæo adimi, eoque se excitari e lecto professus, statim ostendit se non laudatorem modo et admiratorem, verum etiam æmulum ejus imitatoremque esse. Parum itaque nos profecisse arbitremur, dum nostra illa præclare agentium admiratio otiosa est, nec ad imitanda eorum facta impellit. Nam neque corporis amor acer est, sine zelotypia: neque laus virtutis ardens atque strenua est, quæ non pungit neque stimulat, neque loco invidiæ, æmulationem ingenerat bonorum, idem præstare cupientem. Non enim ad orationem philosophi debemus, ut dicebat Alcibiades, animo duntaxat commoveri, et lacrymas mittere: sed qui vere proficit, multo magis viri boni et perfecti factis actionibusque sese comparans, simul mordente ipsum suæ inopiæ conscientia, et spe desiderioque lætitiam afferente, plenus inquieto impetu, quod est apud Simonidem,

Cursu sequetur, pullus ut sitiens equam,

tantum non in idem cum præstante viro corpus coale-

τοῦτο προκοπῆς ἀληθοῦς ἴδιόν ἐστι πάθος, ὧν ζηλοῦμεν τὰ ἔργα, τὴν διάθεσιν φιλεῖν καὶ ἀγαπᾶν, καὶ μετ' εὐνοίας ἀεὶ τιμὴν ἀποδιδούσης εὔφημον ἐξομοιοῦσθαι. Φιλονεικία δὲ ὅτῳ καὶ φθόνος ἐνέστακται πρὸς τοὺς κρείττονας, οὗτος ἴστω δόξης τινὸς ἢ δυνάμεως ζηλοτυπίᾳ κνιζόμενος, ἀρετὴν δὲ μὴ τιμῶν, μηδὲ θαυμάζων.

15. Ὅταν οὖν οὕτως ἀρχώμεθα τῶν ἀγαθῶν ἐρᾶν, ὥστε μὴ μόνον, κατὰ Πλάτωνα, μακάριον μὲν αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν σώφρονα, μακάριον δὲ τὸν ξυνήκοον τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων, ἀλλὰ καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα καὶ βλέμμα καὶ μειδίαμα θαυμάζοντες αὐτοῦ καὶ ἀγαπῶντες, οἷον συναρμόττειν καὶ συγκολλᾶν πρόθυμοι ὦμεν ἑαυτούς, τότε χρὴ νομίζειν ἀληθῶς προκόπτειν. Ἔτι δὲ μᾶλλον, ἂν μὴ μόνον εὐημεροῦντας τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζωμεν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐρῶντες καὶ τραυλότητας ἀσπάζονται τῶν ἐν ὥρᾳ καὶ ὠχρότητας· τῆς δὲ Πανθείας καὶ δάκρυα καὶ κατήφεια πενθούσης ἄρα καὶ κεκακωμένης ἐξέπληξε τὸν Ἀράσπην· οὕτως ἡμεῖς μήτε φυγὴν Ἀριστείδου, μήτε εἱργμὸν Ἀναξαγόρου, μήτε πενίαν Σωκράτους, ἢ καταδίκην Φωκίωνος ὑποδειμαίνωμεν· ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτων ἀξιέραστον ἡγούμενοι τὴν ἀρετήν, ὁμόσε χωρῶμεν αὐτῇ, τὸ Εὐριπίδειον ἐφ' ἑκάστῳ φθεγγόμενοι,

* Φεῦ, τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν.

Τὸν γὰρ ἄχρι τοῦ καὶ τὰ φαινόμενα δεινὰ μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν ἐνθουσιασμὸν οὐκ ἂν ἔτι γε τῶν καλῶν οὐδεὶς ἀποτρέψειεν. Ἤδη δὲ τοῖς τοιούτοις παρέπεται, τὸ βαδίζουσιν ἐπὶ πράξεις τινάς, ἢ λαβοῦσιν ἀρχήν, ἢ χρησαμένοις τύχῃ, τίθεσθαι πρὸ ὀφθαλμῶν τοὺς ὄντας ἀγαθοὺς ἢ γεγενημένους, καὶ διανοεῖσθαι, τί δ' ἂν ἔπραξεν ἐν τούτῳ Πλάτων, τί δ' ἂν εἶπεν Ἐπαμινώνδας, ποῖος δ' ἂν ὤφθη Λυκοῦργος ἢ Ἀγησίλαος· οἷόν τι πρὸς ἔσοπτρα κοσμοῦντας ἑαυτοὺς ἢ μεταῤῥυθμίζοντας, ἢ φωνῆς ἀγεννεστέρας αὐτῶν ἐπιλαμβανομένους, ἢ πρός τι πάθος ἀντιβαίνοντας. Οἱ μὲν γὰρ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν Ἰδαίων ὀνόματα Δακτύλων χρῶνται πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις, ἀτρέμα καταλέγοντες ἕκαστον· ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπίνοια καὶ μνήμη, ταχὺ παρισταμένη καὶ διαλαμβάνουσα τοὺς προκόπτοντας ἐν πᾶσι πάθεσι καὶ πάσαις ἀπορίαις, ὀρθοὺς διαφυλάσσει καὶ ἀπτώτας. Ὅθεν ἔστω σοι καὶ τοῦτο σημεῖον αὐτὸ τοῦ πρὸς ἀρετὴν ἐπιδιδόντος.

16. Πρὸς δὲ τούτῳ τὸ μηκέτι ταράττεσθαι σφόδρα, μηδ' ἐρυθριᾶν, μηδὲ κατακρύπτειν, ἢ μετασχηματίζειν τι τῶν καθ' αὑτόν, ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ σώφρονος ἐξαπίνης ἐπιφανέντος, ἀλλὰ θαῤῥεῖν, ὁμόσε χωροῦντα τοῖς τοιούτοις, ἔχει τινὰ τοῦ συνειδότος ἐκβεβαίωσιν. Ἀλέξανδρος μὲν γάρ, ὡς ἔοικεν, ἄγγελον ἰδὼν περιχαρῆ προσθέοντα, καὶ τὴν δεξιὰν προτείνοντα, Τί μοι μέλλεις, εἶπεν, ὦ 'τάν, ἀπαγγέλλειν; ἢ ὅτι Ὅμηρος ἀναβεβίωκεν; οὐδενὸς αὐτῷ τὰ πράγματα πλὴν ὑστε-

scere affectans. Veri enim profectus hoc proprium est, ut quorum æmulamur facta, eorum institutum amemus atque diligamus, et cum benevolentia honorem iis assidue deferentes, collaudationibusque lætis prosequentes, eorum similes fieri conemur. Cujus vero animo contendendi studium et invidia adversus præstantiores instillata est, is sciat se gloriæ alicujus aut potentiæ rivalitate pungi, virtutem neque honorare neque admirari.

XV. Quando itaque sic incipiemus bonorum esse amatores, ut non modo, sicut Plato alicubi ait, ipsum temperantem putemus beatum, beatum etiam qui ei dicenti auscultat, sed et gestum ejus, et incessum, et vultum et risum admirantes carumque habentes, parati simus nos quasi concinnare ei et agglutinare, tunc existimandum est nos vere proficere. Idque eo magis, si non modo rebus eos utentes secundis admiremur : sed sicut amatores formosorum etiam balbutiem aut pallorem diligunt, et Araspem lacrymæ quoque et mœstitia lugentis et calamitate afflictæ Pantheæ perculerunt : sic nos neque exsilium Aristidis, neque carcerem Anaxagoræ, neque paupertatem Socratis, neque Phocionis damnationem formidemus : sed virtutem etiam cum his amore dignam sentientes, appetamus, ad singula Euripidis hunc versiculum accinentes,

Cuncta generosos quam decent, nil dedecet!

Qui enim eo ad virtutem instinctu fertur, ut ejus admirationem atque æmulationem ne ea quidem reprimant, quæ videntur gravia esse mala, eum nulla porro res ab honestatis studio avertet. Consequens horum est, ut cum rem aliquam aggredimur, aut magistratum capimus, aut fortuitum aliquid nobis offertur, ante oculos nobis proponamus exempla bonorum virorum, sive ii sunt, sive fuerunt, cogitemusque quid facturus fuerit hoc in loco constitutus Plato, quid dicturus Epaminondas, qualem se gesturus Lycurgus aut Agesilaus; ut veluti in speculum intuentes, ornemus nos atque componamus, vel vocem aliquam degenerem corrigentes nostram, vel animi motum aliquem reprimentes. Qui Idæorum dactylorum nomina didicerunt, iis singulis sensim recitandis utuntur ad averruncandos terrores. Sed bonorum virorum memoria et consideratio celeriter adhibita in omnibus motibus animi aut difficultatibus oblatis, proficientes in studio virtutis integros conservat atque erectos. Itaque hoc quoque ipsum indicium est profectus.

XVI. Ad hæc, non jam ut ante, vehementer perturbari, aut rubore perfundi, aut occultare vel transformare aliquid suorum, viro illustri et gravi subito interveniente, sed constanti animo ei obviam ire, conscientiæ quamdam habet confirmationem. Alexandrum ferunt, cum videret nuntium gaudio plenum ad se accurrere, dextramque porrigere, dixisse : Quid mihi nunciaturus es? Homerumne revixisse? putabat enim suis rebus nihil deesse præter famæ in posteros com-

ῥοφημίας ἐνδεῖν οἰόμενος. Νέῳ δὲ ἀνδρὶ βελτιουμένῳ τὸ ἦθος οὐδενὸς ἔρως ἐμφύεται μᾶλλον ἢ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐγκαλλωπίσασθαι, καὶ παρασχεῖν οἰκίαν αὐτοῦ καταφανῆ, τράπεζαν, γυναῖκα, παιδία, σπουδὴν, λόγους λεγομένους ἢ γραφομένους· ὥστε καὶ δάκνεσθαι πατρὸς τεθνεῶτος ἢ καθηγητοῦ μεμνημένον, οὐκ ἐπιδόντος αὐτὸν ἐν τοσαύτῃ διαθέσει, καὶ μηδὲν ἂν οὕτως εὔξασθαι παρὰ θεῶν, ὡς ἐκείνους ἀναβιώσαντας αὐτῷ γενέσθαι τοῦ βίου καὶ τῶν πράξεων θεατάς. Ὥσπερ αὖ τοὐναντίον οἱ καταμελήσαντες ἑαυτῶν καὶ διαφθαρέντες οὐδ' ἐν ὕπνῳ τοὺς προσήκοντας ἀτρέμα καὶ ἀδεῶς ὁρῶσιν.

17. Ἔτι τοίνυν πρόσλαβε τοῖς εἰρημένοις σημεῖον οὐ μικρὸν, εἰ βούλει, τὸ μηδὲν ἔτι μικρὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων, ἀλλ' ἐξευλαβεῖσθαι καὶ προσέχειν ἅπασιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὸ πλουτήσειν ἀπεγνωκότες ἐν οὐδενὶ τίθενται τὰ μικρὰ δαπανήματα, μηδὲν οἰόμενοι ποιεῖν μέγα τὸ μικρῷ τινι προστιθέμενον· ἡ δ' ἐλπὶς ἐγγυτέρω τοῦ τέλους βαδίζουσα τῷ πλούτῳ συναύξει τὴν φιλοπλουτίαν· οὕτως ἐν τοῖς πρὸς ἀρετὴν πράγμασιν ὁ μὴ πολλὰ συγχωρῶν τῷ, Τί γὰρ τὸ παρὰ τοῦτο; καὶ, Νῦν μὲν οὕτως, αὖθις δὲ βέλτιον· ἀλλὰ προσέχων ἑκάστῳ, κἂν εἰς τὸ μικρότατον ἡ κακία ποτὲ τῶν ἁμαρτημάτων ἐνδῦσα συγγνώμην πορίζηται, δυσανασχετῶν καὶ δυσκολαίνων, δῆλός ἐστιν ἤδη τι καθαρὸν κτώμενος ἑαυτῷ, καὶ οὐδ' ὁπωσοῦν ἀξιῶν ῥυπαίνεσθαι. Τὸ δὲ μηδὲν οἴεσθαι καταισχύνειν μέγα, μηδ' ἔχειν, εὐχερεῖς πρὸς τὰ μικρὰ ποιεῖ καὶ ὀλιγώρους. Καὶ γὰρ αἱμασιάν τινα καὶ θριγκὸν οἰκοδομοῦσιν οὐ διαφέρει ξύλον τὸ τυχὸν ἢ λίθον ἐπιβαλεῖν χυδαῖον, ἢ στήλην ὑποθεῖναι παραπεσοῦσαν ἀπὸ μνήματος, οἷα ποιοῦσιν οἱ φαῦλοι, πᾶσαν ἐργασίαν καὶ πρᾶξιν, ὡς ἔτυχε, συμφοροῦντες εἰς ταὐτὸ καὶ σωρεύοντες· * ἀλλ' οἵ γε προκόπτοντες, οἷς ἤδη, καθάπερ ἱεροῦ τινος οἰκοδομήματος καὶ βασιλικοῦ, τοῦ βίου κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς, οὐδὲν εἰκῇ προσίενται τῶν γινομένων, ἀλλ' οἷον ἀπὸ στάθμης τοῦ λόγου προσάγουσι καὶ προσαρμόττουσιν ἕκαστον, ὑπέρευ τὸν Πολύκλειτον οἰόμενοι λέγειν, ὡς ἔστι χαλεπώτατον αὐτῶν τὸ ἔργον, οἷς ἂν εἰς ὄνυχα ὁ πηλὸς ἀφίκηται.

mendationem. Juveni autem qui mores emendavit suos, nullius rei major incessit amor, quam se spectandum præbendi bonis honestisque viris, conspiciendamque exhibere domum suam, mensam, uxorem, liberos, studia, dicta et scripta sua; itaque etiam male ipsum habet ante e vivis decessisse patrem aut præceptorem, quam ut videre isto eum in statu potuissent, nihilque tantopere a diis immortalibus peteret votis, quam ut ii vitæ redditi morum suorum actionumque fierent spectatores. Sicut contra, qui seipsos neglexerunt ac corruperunt, suos ne in somnis quidem sine tremore et metu vident.

XVII. Id quoque, si lubet, ad prædicta non obscurum signum adjunge, quod recte proficiens nullum jam peccatum exiguum putat, sed omnia studiose vitat atque observat. Sicut enim qui divites se fore desperant, parvos sumptus facere pro nihilo habent, quod nihil magnum efficere putant quod parvo adjicitur: spes autem ad finem propius accedens, simul cum divitiis auget divitiarum amorem: ita et in rebus ad virtutem pertinentibus, qui non multa concedit, neque dicit, *Quid tum postea?* et, *Modo sic, alias melius:* sed singulis intentus, ubi vel in minimum peccatum vitium sese insinuans, veniæ locum dare videtur, ægre fert et indignatur, manifestum facit se purum aliquid sibi jam comparasse neque inquinari ullo modo velle: faciles enim et negligentes facit opinio concepta, nihil nos habere magnum, et purum a dedecore servandum. Maceriam aliquam aut sepem conficientibus nihil refert obvium quodque lignum aut lapidem humi jacentem adhibere, aut columnam a monumento aliquo delapsam subjicere: quo modo et homines vitiosi omnia promiscue facta, omnes temere actiones congerunt ac coacervant. At qui in virtute exercenda proficiunt, quibus jam vitæ veluti sacri ac regii ædificii jactum est aureum fundamentum, nihil eorum quæ aguntur temere admittunt: sed veluti ad amussim rationis aptant singula atque concinnant, præclarum existimantes illud Polycleti dictum, qui difficillimum opus tractare eos pronuntiavit, quibus ad unguem lutum pervenerit.

ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ ΩΦΕΛΟΙΤΟ.

1. Ὁρῶ μὲν, ὅτι τὸν πρᾳότατον, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, ἄτερ πολιτείας ᾕρησαι τρόπον, ἐν ᾧ μάλιστα τοῖς κοινοῖς ὠφέλιμος ὢν, ἀλυπότατον ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχεις σεαυτόν. Ἐπεὶ δὲ χώραν μὲν ἄθηρον, ὥσπερ ἱστοροῦσι τὴν Κρήτην, εὑρεῖν ἔστι, πολιτεία δὲ μήτε φθόνον ἐνηνοχυῖα, μήτε ζῆλον ἢ φιλονεικίαν, ἔχθρας γονιμώτατα πάθη, μέχρι νῦν οὐ γέγονεν· ἀλλ' εἰ μηδὲν ἄλλο, ταῖς ἔχθραις αἱ φιλίαι συμπλέκουσιν ἡμᾶς· ὃ καὶ Χίλων ὁ σοφὸς νοήσας, τὸν εἰπόντα μη-

DE CAPIENDA EX INIMICIS UTILITATE.

Videmus te, Corneli Pulcher, reipublicæ administrandæ lenissimam rationem delegisse, qua cum maxime publico prosis, privatim compellantibus te facillimum jucundissimumque præbes. Enimvero regionem aliquam invenire licet, quæ feris careat, quod de Creta narratur: respublica autem nulla adhuc extitit, quæ nullam æmulationem aut studium contendendi, qui sunt affectus inimicitiis generandis fœcundissimi, protulerit. Quod si nulla alia res, ipsæ saltem nos inimicitiis implicarent amicitiæ: quod et Chilo ille sapiens

δένα ἔχειν ἐχθρὸν ἠρώτησεν, εἰ μηδὲ φίλον ἔχει· δοκεῖ μοι τά τε ἄλλα περὶ ἐχθρῶν τῷ πολιτικῷ διεσκέφθαι προσήκειν, καὶ τοῦ Ξενοφῶντος ἀκηκοέναι μὴ παρέργως εἰπόντος, ὅτι τοῦ νοῦν ἔχοντός ἐστι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Ἅπερ οὖν εἰς τοῦτο πρῴην εἰπεῖν μοι παρέστη, συναγαγὼν ὁμοῦ τι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀπέσταλκά σοι, φεισάμενος, ὡς ἐνῆν μάλιστα, τῶν ἐν τοῖς Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι γεγραμμένων· ἐπεὶ κἀκεῖνο τὸ βιβλίον ὁρῶ σε πρόχειρον ἔχοντα πολλάκις.

2. Ἐξήρκει τοῖς παλαιοῖς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἀγρίων ζῴων μὴ ἀδικεῖσθαι, καὶ τοῦτο τῶν πρὸς τὰ θηρία τέλος ἦν ἀγώνων ἐκείνοις· οἱ δὲ ὕστερον ἤδη χρῆσθαι μαθόντες αὐτοῖς, καὶ ὠφελοῦνται σαρξὶ τρεφόμενοι, καὶ θριξὶν ἀμφιεννύμενοι, καὶ χολαῖς καὶ πυτίαις ἰατρευόμενοι, καὶ δέρμασιν ὁπλίζοντες αὐτούς· ὥστε ἄξιον εἶναι δεδιέναι, μὴ, τῶν θηρίων ἐπιλιπόντων τῷ ἀνθρώπῳ, θηριώδης ὁ βίος αὐτοῦ γένηται, καὶ ἄπορος καὶ ἀνήμερος. Ἐπεὶ τοίνυν τοῖς μὲν ἄλλοις ἱκανόν ἐστι τὸ μὴ πάσχειν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κακῶς, τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας ὁ Ξενοφῶν καὶ ἀπὸ τῶν διαφερομένων ὠφελεῖσθαί φησιν, ἀπιστεῖν μὲν οὐ χρὴ, ζητεῖν δὲ μέθοδον καὶ τέχνην, δι' ἧς τοῦτο περιέσται τὸ καλὸν, οἷς χωρὶς ἐχθροῦ ζῆν ἀδύνατόν ἐστιν. Οὐ δύναται πᾶν ἐξημερῶσαι δένδρον ὁ γεωργὸς, οὐδὲ πᾶν τιθασεῦσαι θηρίον ὁ κυνηγός· ἐζήτησαν οὖν καὶ καθ' ἑτέρας χρείας, ὁ μὲν ἐκ τῶν ἀκάρπων, ὁ δὲ ἀπὸ τῶν ἀγρίων ὠφελεῖσθαι. Τῆς θαλάττης τὸ ὕδωρ ἄποτόν ἐστι καὶ πονηρὸν, ἀλλ' ἰχθῦς τρέφει, καὶ πόμπιμόν ἐστι πάντῃ καὶ πορεύσιμον ὄχημα τοῖς κομιζομένοις. Τοῦ δὲ σατύρου τὸ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιβαλεῖν, ὁ Προμηθεὺς,

Τράγος γένειον ἄρα πενθήσεις σύ γε·

καίει τὸν ἁψάμενον· ἀλλὰ φῶς παρέχει καὶ θερμότητα, καὶ τέχνης ἁπάσης ὄργανόν ἐστι τοῖς χρῆσθαι μαθοῦσι. Σκόπει δὴ καὶ τὸν ἐχθρὸν, εἰ βλαβερὸς ὢν τἄλλα καὶ δυσμεταχείριστος, ἁμωσγέπως ἁφὴν ἐνδίδωσιν αὐτοῦ καὶ χρῆσιν οἰκείαν, * καὶ ὠφέλιμός ἐστι. Καὶ τῶν πραγμάτων ἄφιλα πολλὰ καὶ ἀπεχθῆ καὶ ἀντίπαλα τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλ' ὁρᾷς, ὅτι καὶ νόσοις ἔνιοι σώματος εἰς ἀπραγμοσύνην ἐχρήσαντο, καὶ πόνοις πολλοῖς προσπεσόντες ἐῤῥωσαν καὶ ἤσκησαν· ἔνιοι δὲ καὶ πατρίδος στέρησιν, καὶ χρημάτων ἀποβολὴν ἐφόδιον σχολῆς ἐποιήσαντο καὶ φιλοσοφίας, ὡς Διογένης καὶ Κράτης· Ζήνων δὲ, τῆς ναυκληρίας αὐτῷ συντριβείσης, πυθόμενος εἶπεν, Εὖ γε, ὦ τύχη, ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα συνελαύνουσα ἡμᾶς. Ὥσπερ γὰρ τὰ ῥωμαλέα τοῖς στομάχοις, καὶ ὑγιεινότατα τῶν ζῴων ὄφεις ἐσθίοντα καταπέττει καὶ σκορπίους, ἔστι δ' ἃ καὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις τρέφεται, μεταβάλλουσι δὲ δι' εὐτονίαν καὶ θερμότητα πνεύματος· οἱ δὲ σικχοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτον καὶ οἶνον προσφερόμενοι ναυτιῶ-

sensit, cum e dicente neminem se habere inimicum, quæsivit, nullumne etiam amicum haberet. Itaque vero in republica versanti, cum alias de inimicis disquisitio mihi non videtur negligenda, tum Xenophontis dictum attente considerandum, qui cordati hominis pronunciat esse, *etiam ex inimicis utilitatem capere.* Quæ itaque ea de re nuper mihi disserere subiit, ea totidem propemodum conscripta verbis ad te mitto, omissis maxime his quæ in præceptis reipublicæ administrandæ scripsimus : cum videam illum tibi librum frequenter esse ad manum.

II. Priscis hominibus satis erat, a diversæ naturæ animalibus nullam accipere injuriam, isque illis finis certaminum adversus feras. Posteriores autem postquam eas in suos vertere usus didicerunt, juvantur etiam carnibus vescentes, pilis vestientes se, felle aut coagulo sibi medicinam facientes, pellibus se armantes : adeo ut non injuria metuendum sit, ne, si feræ homines deficerent, vita humana esset futura belluina, inops, et fera. Proinde quoniam aliis satis est nullo ab inimicis affici damno, prudentes autem etiam utilitatem ex iis capere, Xenophon dixit : fidem ejus dicto derogare non convenit, ars tamen ac via et ratio quærenda est qua id bonum consequantur, quibus absque inimico vivere non licet. Non potest quamvis arborem colonus exuere silvestri natura, neque venator omnia cicurare animalia : inventa tamen est ratio, qua et ille ex sterilibus, et hic ex feris emolumentum aliquod caperet. Aqua marina neque potui est, et vitiosa : pisces tamen alit, hominibusque in diversissimas regiones proficiscentibus loco vehiculi est. Cum Satyrus ignem primo sibi visum osculari vellet et amplecti, monet eum Prometheus,

At flebis ustam protinus barbam caper :

tangentem urit; sed lumen præbet, et calorem, et usus ejus gnaris instrumentum est omnium artium. Inimicum etiam consideremus, an damnosus cæteroqui et intractabilis, quodam tamen modo ansam sui utendi præbeat. Multæ sunt res parum gratæ, invisæ, et adversæ iis quibus obtingunt : vides tamen et morbis corporis nonnullos ad otium usos, et laboribus alios oblatis confirmasse atque exercuisse corpora : nonnullis exsilium et jacturа pecuniæ viaticum fuere ad otium et philosophiam, ut Diogeni et Crateti : et Zeno, cum nunciaretur navim ipsius qua negociabatur fractam, Bene facis, inquit, fortuna, quæ nos intra palliolum compellis. Sicut enim animalium ea quæ validissimo sunt ventriculo et sanitate firmissima, serpentes ac scorpios vorant atque concoquunt, quædam etiam lapidibus et testis aluntur, quas vigore et calore spiritus immutant, cum

σιν· οὕτως οἱ μὲν ἀνόητοι καὶ τὰς φιλίας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ ταῖς ἔχθραις ἐμμελῶς χρῆσθαι δύνανται.

3. Πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι τῆς ἔχθρας τὸ βλαβερώτατον ὠφελιμώτατον ἂν γενέσθαι τοῖς προσέχουσιν. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἐφεδρεύει σου τοῖς πράγμασιν ἐγρηγορὼς ὁ ἐχθρὸς ἀεὶ, καὶ λαβὴν ζητῶν πανταχόθεν περιοδεύει τὸν βίον, οὐ διὰ δρυὸς μόνον ὁρῶν, ὡς ὁ Λυγκεὺς, οὐδὲ διὰ λίθων καὶ ὀστράκων, ἀλλὰ καὶ διὰ φίλου καὶ οἰκέτου, καὶ διὰ συνήθους παντὸς, ὡς ἀνυστόν ἐστι φωρῶν τὰ πραττόμενα, καὶ τὰ βουλευόμενα διορύττων καὶ διερευνώμενος. Οἱ μὲν γὰρ φίλοι καὶ νοσοῦντες ἡμᾶς πολλάκις καὶ ἀποθνήσκοντες λανθάνουσι μέλλοντας καὶ ὀλιγωροῦντας· τῶν δ' ἐχθρῶν μονονουχὶ καὶ τοὺς ὀνείρους πολυπραγμονοῦμεν· νόσοι δὲ καὶ δανεισμοὶ καὶ διαφοραὶ πρὸς γυναῖκας αὐτοὺς ἐκείνους μᾶλλον ἢ τὸν ἐχθρὸν λανθάνουσι. Μάλιστα δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἔχεται, καὶ ταύτας ἐξιχνεύει· καὶ καθάπερ οἱ γῦπες ἐπὶ τὰς ὀσμὰς τῶν διεφθορότων σωμάτων φέρονται, τῶν δὲ καθαρῶν καὶ ὑγιαινόντων αἴσθησιν οὐκ ἔχουσιν, οὕτω τὰ νοσοῦντα τοῦ βίου καὶ φαῦλα καὶ πεπονθότα κινεῖ τὸν ἐχθρὸν, καὶ πρὸς ταῦτα οἱ μισοῦντες ἄττουσι, καὶ τούτων ἅπτονται καὶ σπαράττουσι. Τοῦτο οὖν ὠφέλιμόν ἐστι; Πάνυ μὲν οὖν· εὐλαβούμενον ζῆν καὶ προσέχειν ἑαυτῷ, καὶ μήτε πράττειν μηδὲν ὀλιγώρως καὶ ἀπερισκέπτως, μήτε λέγειν, ἀλλ' ἀεὶ διαφυλάττειν ὥσπερ ἐν ἀκριβεῖ διαίτῃ τὸν βίον ἀνεπίληπτον. Ἡ γὰρ οὕτω συστέλλουσα τὰ πάθη καὶ συνέχουσα τὸν λογισμὸν εὐλάβεια μελέτην ἐμποιεῖ καὶ προαίρεσιν τοῦ ζῆν ἐπιεικῶς καὶ ἀνεγκλήτως. Καθάπερ γὰρ αἱ πολέμοις ἀστυγειτονικοῖς καὶ στρατείαις ἐνδελεχέσι σωφρονιζόμεναι πόλεις εὐνομίαν καὶ πολιτείαν ὑγιαίνουσαν ἠγάπησαν, οὕτως οἱ δι' ἔχθρας τινὰς ἀναγκασθέντες ἐπινήφειν τῷ βίῳ, καὶ φυλάττεσθαι τὸ ῥαθυμεῖν καὶ καταφρονεῖν, καὶ μετ' εὐχρηστίας ἕκαστα πράττειν, λανθάνουσιν εἰς τὸ ἀναμάρτητον ὑπὸ τῆς συνηθείας ἀγόμενοι, καὶ κατακοσμούμενοι τὸν τρόπον, ἂν καὶ μικρὸν ὁ λόγος συνεπιλαμβάνηται. Τὸ γὰρ,

Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες,

οἷς ἐστιν ἀεὶ πρόχειρον, ἐπιστρέφει καὶ διατρέπει καὶ ἀφίστησι τῶν τοιούτων, ἐφ' οἷς οἱ ἐχθροὶ χαίρουσι καὶ καταγελῶσι. Καὶ μὴν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ὁρῶμεν ἐκλελυμένους καὶ ἀπροθύμους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένους ἐν τοῖς θεάτροις ἐφ' ἑαυτῶν· ὅταν δὲ ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους οὐ μόνον αὑτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέφουσι, χορδολογοῦντες καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι καὶ καταυλοῦντες. Ὅστις οὖν οἶδεν ἀνταγωνιστὴν βίου καὶ δόξης τὸν ἐχθρὸν ὄντα,* προσέχει μᾶλλον αὑτῷ καὶ τὰ πράγματα περισκοπεῖ, καὶ διαρμόζεται τὸν βίον. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῆς κακίας ἴδιόν ἐστι, τὸ τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φί-

contra imbecilles et morbosi vino et pane sumpto nauseent: ita stulti amicitias etiam corrumpunt, prudentes etiam inimicitiis uti commode norunt.

III. Primo omnium id quo inimicitiæ maxime nocent, mihi videtur cautis fieri commodissimum. Quidnam illud est, inquies? Inimicus perpetuo vigilans res tuas infensus observat, circuitque vitam tuam undequaque ansam nocendi captans, neque tantum per quercum visu, ut Lynceus, penetrat, aut per lapides vel testas, sed et per amicos, famulos, familiares quoscunque, quid rei geras, pro virili explorans, et quid consilii capias per cuniculos inquirens ac perscrutans. Nam sæpe nobis non observantibus ob cunctationem et negligentiam ægrotant atque adeo moriuntur amici. Inimicorum tantum non etiam somnia curiositate nostra perquirimus: morbus quidem, æs alienum, dissidium cum uxore tuum, facilius te ipsum, quam inimicum fefellerint. Maxime autem peccatis inhæret inimicus, eaque investigat: et sicut vultures ad odorem corruptorum putredine corporum feruntur, pura et sana non sentientes: ita inimicum vitia vitæ malæque affectiones movent, ad hæc assiliunt malevoli, eaque arripiunt et laniant. Hoccine igitur utile est? Est omnino, ad caute quidem vivendum et attente ad teipsum, et ut neque vel dicas vel agas quicquam temere aut inconsiderate, sed vitam, tanquam in exacta victus ratione, conserves omnis reprehensionis securam. Hæc enim cautio sic reprimens animi motus, rationemque in officio cohibens, studium ingenerat atque institutum recte inculpateque vivendi. Ac quemadmodum continentibus vicinorum bellis atque expeditionibus civitates edoctæ bonas leges reipublicæque sanam formam amplectuntur: ita qui ob inimicitias coacti sunt sobrie vivere, et a negligentia sibi incuriaque cavere, nihilque nisi subductis utilitatis rationibus agere, eos consuetudo etiam non sentientes ad vitæ rationem errorum vacuam adducit, moresque componit et ornat, vel paululum adjuvante doctrina. Quibus enim semper in promptu est,

Certe gauderet Priamus, Priamoque creati:

eos id monet, dehortaturque et deducit ab iis agendis, quæ inimicis materiam gaudendi deridendique præbent. Equidem histriones atque cantores scenicos videmus sæpenumero in theatris pro sese remisse ac nulla cum alacritate aut solertia agere: cum autem ipsis concertatio sit adversus alios, non seipsos modo, sed et instrumenta sua majore cum diligentia ad certamen aptare, fides explorare, accuratiusque concentum instruere et tibiis canere. Ita et qui adversarium sibi vitæ existimationisque suæ paratum novit esse inimicum, attentius seipsum observat, res suas circumspicit, vitamque suam constituit. Nam et hoc vitii proprium est, quod cum peccamus, inimicos magis

λους, ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν. Ὅθεν ὁ Νασικᾶς, οἰομένων τινῶν καὶ λεγόντων, ἐν ἀσφαλεῖ γεγονέναι τὰ Ῥωμαίων πράγματα, Καρχηδονίων μὲν ἀνῃρημένων, Ἀχαιῶν δὲ δεδουλωμένων, Νῦν μὲν οὖν, εἶπεν, ἐπισφαλῶς ἔχομεν, μήτε, οὓς φοβηθῶμεν, μήτε, οὓς αἰσχυνθῶμεν, ἑαυτοῖς ἀπολελοιπότες.

4. Ἔτι τοίνυν πρόσλαβε τὴν Διογένους ἀπόφασιν, φιλόσοφον σφόδρα καὶ πολιτικὴν οὖσαν· Πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν; Αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. Ἵππους ἐχθρῶν ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντας, ἀνιῶνται, κύνας ἐπαινουμένους, ἂν χωρίον ἐκπεπονημένον ἴδωσιν, ἂν εὐθαλοῦντα κῆπον, ἐπιστένουσι· τί οὖν οἴει, σεαυτὸν ἐπιδεικνύμενος ἄνδρα δίκαιον, ἀρτίφρονα, χρηστόν, ἐν λόγοις εὐδόκιμον, ἐν πράξεσι καθαρόν, ἐν διαίτῃ κόσμιον,

Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενον,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα;

Νικώμενοι, φησὶ Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πάντες, ἀλλ' ὅσοι νικωμένους αὐτοὺς ὁρῶσιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἐπιμελείᾳ, χρηστότητι, μεγαλοφροσύνῃ, φιλανθρωπίᾳ, εὐεργεσίαις· ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησίν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ.

Σύ τοι διάφερε τῶν κακῶν, ἔξεστι γάρ.

Εἰ θέλεις ἀνιᾶν τὸν μισοῦντα, μὴ λοιδόρει κίναιδον, μηδὲ μαλακόν, μηδὲ ἀκόλαστον, μηδὲ βωμολόχον, μηδ' ἀνελεύθερον· ἀλλ' αὐτὸς ἀνὴρ ἴσθι, καὶ σωφρόνει, καὶ ἀλήθευε, καὶ χρῶ φιλανθρώπως καὶ δικαίως τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἂν δὲ λοιδορῆσαι προαχθῇς, ἄπαγε πορρωτάτω σεαυτόν, ὧν λοιδορεῖς ἐκεῖνον· ἐνδύου τῇ ψυχῇ, περισκόπει τὰ σαθρά, μή τις καὶ σοί ποθεν ὑποφθέγγηται κακία τὸ τοῦ τραγῳδοῦ,

Ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃ σε, ἐπίτεινε τὸ φιλομαθὲς ἐν σεαυτῷ καὶ φιλόπονον· ἂν δειλόν, ἔγειρε μᾶλλον τὸ θαρραλέον καὶ ἀνδρῶδες· κἂν ἀσελγῆ καὶ ἀκόλαστον, ἐξάλειφε τῆς ψυχῆς, εἴ τι λανθάνον ἐστὶ φιληδονίας ἴχνος. Οὐδὲν γὰρ αἴσχιόν ἐστι βλασφημίας παλινδρομούσης, οὐδὲ λυπηρότερον· ἀλλ' ἔοικε καὶ τοῦ φωτὸς τὸ ἀνακλώμενον μᾶλλον ἐνοχλεῖν τὰς ἀσθενεῖς ὁράσεις, καὶ τῶν ψόγων οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι τοὺς ψέγοντας ὑπὸ τῆς ἀληθείας. Ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἐφέλκει τὰς λοιδορίας.

5. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων, ὁσάκις ἀσχημονοῦσιν ἀνθρώποις παραγένοιτο, πρὸς αὐτὸν ἀπιὼν εἰώθει λέγειν, Μή πη ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; Ὁ δὲ λοιδορήσας τὸν ἑτέρου βίον, ἂν εὐθὺς ἐπισκοπῇ τὸν ἑαυτοῦ καὶ μεθαρμόττῃ, πρὸς τοὐναντίον ἀπευθύνων καὶ ἀποστρέφων, ἕξει τι χρήσιμον ἐκ τοῦ λοιδορεῖν, ἄλλως ἀχρήστου καὶ κενοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ γελῶσιν, ἄν τις ὢν φαλακρὸς ἢ κυρτὸς ἑτέρους εἰς

revereremur quam amicos. Itaque Nasica nonnullis putantibus atque affirmantibus rem Romanam in tuto esse statu collocatam, deletis Carthaginensibus, et in servitutem redactis Achæis : *Nunc vero*, dixit, *periculose res nostræ se habent, qui neque quos metuamus, neque quos revereamur, nobis reliquos fecimus.*

IV. Adde his Diogenis effatum, oppido philosophicum et civile : interroganti cuidam, *quo pacto ulciscar inimicum ?* respondit, *si ipse probus honestusque fias.* Cum vident inimicorum equos præclare se gerere, aut laudari canes, molestia affici solent homines : si agrum probe excultum cernunt inimici, aut bene florentem hortum, ingemiscunt. Quid censes futurum, si te exhibeas spectandum iis hominem justum, cordatum, frugi, in dicendo probum, in agendo purum, in victus ratione mundum,

Sulcum profundum mente carpentem intima,
unde veneranda consilia progerminent?

Ait Pindarus, *homines victos linguam ita ligatam habere, ut mutire non audeant.* Non simpliciter hoc, neque de omnibus verum est, sed de his, qui superatos se vident ab inimicis industria, bonitate, magnanimitate, humanitate, beneficiis : hæc, ut ait Demosthenes, linguam retundunt, os obturant, spiritum intercludunt, silentium imponunt.

At tu malis præstantior sis, nam licet.

Vis inimico ut ægre sit facere, noli eum cinædum, mollem, libidinosum, scelestum, illiberalem nominare : ipse fortis esto, castus, verax, humanumque te et æquum iis cum quibus tibi res est præbe. Quod si ad maledicendum provehere, cura ut quam longissime absis ab iis, quæ alteri objicis : excute animum tuum, vide ubi sis mendosus : ne tuum tibi vitium occinat illud tragœdi,

Mederis aliis, ipse vulneribus scatens :

Si illiteratum te dicit, studium discendi tuum laboremque intende : si timidum, excita fortitudinem tuam : si lascivum, dele ex animo si quod restat adhuc delitescens libidinis vestigium. Nihil enim turpius est aut molestius maledicto in auctorem recidente : sed sicut refractum lumen magis lædit imbecillos oculos, ita et maledicta gravius offendunt, ab ipsa veritate in maledicentem retorta. Sicut enim Cæcias nubes, ita vitiosa vita opprobria ad se trahit.

V. Plato sane quoties interfuisset hominibus contra decorum agentibus, digressus, seipsum solebat ita alloqui : *Numnam ipse quoque fortassis tali vitio laboro?* Et qui vituperavit alterius vitam, si suam statim examinet atque emendet, in diversam partem redigens atque avertens, aliquid ex conviciando habebit utilitatis : cum res ea alioquin inutilis ac vana et videatur et sit. Vulgo rident, si quis calvus aut gibbosus ipse, aliis ea vitia exprobret. In universum vero ridi-

ταῦτα λοιδορῇ καὶ σκώπτῃ· γελοῖον δὲ ὅλως ἐστὶ τὸ λοιδορεῖν καὶ σκώπτειν ὁτιοῦν ἀντιλοιδορηθῆναι δυνάμενον, ὡς Λέων ὁ Βυζάντιος ὑπὸ κυρτοῦ λοιδορηθεὶς εἰς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν, Ἀνθρώπινον, ἔφη, πάθος ὀνειδίζεις, ἐπὶ τοῦ νώτου φέρων τὴν νέμεσιν. Οὐκοῦν μηδὲ μοιχὸν λοιδορήσῃς, αὐτὸς ὢν παιδομανής· μηδ' ἄσωτον, αὐτὸς ὢν ἀνελεύθερος.

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς,

πρὸς τὸν Ἄδραστον ὁ Ἀλκμαίων· τί οὖν ἐκεῖνος; οὐκ ἀλλότριον, ἀλλὰ ἴδιον αὐτῷ προσφέρων ὄνειδος,

* Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

Πρὸς τὸν Κράσσον ὁ Δομίτιος, Οὐ σὺ μυραίνης ἐν ζωγρείῳ σοι τρεφομένης, εἶτα ἀποθανούσης, ἔκλαυσας; καὶ ὁ ἕτερος, Οὐ σὺ τρεῖς γυναῖκας ἐκκομίσας οὐκ ἐδάκρυσας; Οὐκ εὐφυᾶ δεῖ τὸν λοιδορησόμενον εἶναι καὶ μεγαλόφωνον καὶ ἰταμὸν, ἀλλ' ἀλοιδόρητον καὶ ἀνέγκλητον· οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἔοικε προστάττειν ὁ θεὸς, ὡς τῷ μέλλοντι ψέγειν ἕτερον, τὸ γνῶθι σαυτόν· ἵνα μὴ λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούωσιν ἃ μὴ θέλουσι. Φιλεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

— γλῶτταν ἐκχέας μάτην,
ἄκων ἀκούειν, οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους.

6. Τουτὶ μὲν οὖν ἔνεστι τῷ λοιδορεῖν τὸν ἐχθρὸν ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον· οὐκ ἔλαττον δὲ ἑτέρου, τὸ λοιδορεῖσθαι καὶ κακῶς ἀκούειν αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. Ὅθεν ὀρθῶς ὁ Ἀντισθένης εἶπεν, ὅτι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι [ἢ] φίλων δεῖ γνησίων ἢ διαπύρων ἐχθρῶν· οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας, οἱ δὲ λοιδοροῦντες ἀποτρέπουσι. Ἐπεὶ δὲ ἡ φιλία τανῦν ἰσχνόφωνος γέγονεν ἐν τῷ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον αὐτῆς λάλον ἐστὶ, τὸ δὲ νουθετοῦν ἄναυδον, ἀκουστέον ἐστὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν τὴν ἀλήθειαν. Ὡς γὰρ ὁ Τήλεφος οἰκείου μὴ τυγχάνων ἰατροῦ τῷ πολεμικῷ δόρατι τὸ ἕλκος ὑπέθηκεν, οὕτω τοὺς ἀποροῦντας εὐνοίας νουθετούσης ὑπομένειν ἀνάγκη μισοῦντος ἐχθροῦ λόγον, ἂν ἐλέγχῃ καὶ κολάζῃ τὴν κακίαν, σκοποῦντας τὸ ἔργον, ἀλλὰ μὴ τὴν γνώμην τοῦ κακῶς λέγοντος. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα κτεῖναι διανοηθεὶς ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα, καὶ διεῖλεν οὕτως, ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ φύματος ῥαγέντος· οὕτω πολλάκις ὑπ' ὀργῆς ἢ ἔχθρας προσπεσοῦσα λοιδορία κακὸν ψυχῆς ἢ ἀγνοούμενον ἢ ἀμελούμενον ἐθεράπευσεν. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ λοιδορηθέντες οὐ σκοποῦσιν, εἰ πρόσεστιν αὐτοῖς τὸ λεγόμενον, ἀλλά τι πρόσεστιν ἕτερον τῷ λοιδοροῦντι, καὶ, καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν, οὐχ ἑαυτῶν ἀποψῶσι τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ συμπάσσουσιν ἀλλήλους, εἶτα φύρονται καὶ ἀναχρώννυνται συμπεσόντες ὑπ' ἀλλήλων. Δεῖ δὲ ἀκούσαντα κακῶς ὑπ' ἐχθροῦ, τὸ μὲν προσὸν ἀφαιρεῖν αὐτοῦ μᾶλλον ἢ κηλῖδα προσοῦσαν ἱματίῳ καὶ δειχθεῖσαν· ἂν δέ τις λέγῃ τὰ μὴ προσόντα, ὅμως ζητεῖν αἰτίαν, ἀφ' ἧς ἡ

culum est jacere convicium in alium, cum vicissim tibi convicium ab eo reponi possit. Quale est quod Leo Byzantius gibboso cuidam oculorum ipsi imbecillitatem exprobranti respondit : *Humanum mihi infortunium vitio vertis, ipse in dorso Nemesin gestans.* Non itaque adulterium objice alteri, ipse insano puerorum amore flagrans, neque quod dissolutus sit, ipse sordidus. Alcmæon Adrastum hoc maledicto incessit,

Tibi mulier est, quæ virum occidit, soror.

Quid Adrastus? non alienum ei, sed proprium reponit opprobrium,

Tua perempta est tibi tua genitrix manu.

Et Domitius Crasso, *Nonne tu murænam mortuam flevisti quæ tibi in vivario alebatur?* Vicissim Crassus, *Tu vero, tres quas extulisti uxores, non flevisti.* Enimvero non dicax sit aut clamosus aut protervus oportet qui infligere alteri maledictum vult, sed inculpatus : videtur enim deus nulli ita serio mandasse ut seipsum noscat, atque convicium alteri facturo : ne, ubi dixit quæ voluit, quæ non vult audiat. Solet enim huic evenire illud Sophocleum :

—lingua abusus futili
invitus audit, quæ volens dixit male.

VI. Hoc itaque commodi inest in maledicendo aliis : sed non minus utilitatis est in maledictis inimicorum audiendis. Unde ab Antisthene dictum est recte, eum qui salvus esse debeat, opus habere vel probis amicis, vel inimicis vehementissimis : quod illi admonendo peccantes, hi criminando a vitiis avertant. Sed quoniam nostra ætate ad liberas reprehensiones voce valde exili est prædita amicitia, loquax in adulando, muta in castigando : audienda est nobis ex inimicis veritas. Sicut enim Telephus familiari medico destitutus, vulnus hostili hastæ sanandum præbuit : ita quos deficit benevolus castigator, ii ut inimici sermonem audiant necesse est, reprehendentis et punientis culpam ; non animum maledicentis, sed rem ipsam considerantes. Ut enim Iasonem Thessalum (Prometheum dictum) qui volebat interficere, gladio vomicam ejus aperuit, eaque rupta salutem homini attulit : sic sæpe convicium ab irato aut inimico nobis inflictum, animi morbum latentem neglectumve sanavit. Sed plerique maledictis impetiti non considerant an vere ipsis aliquid objiciatur, quid sit in maledicente despiciunt : et instar athletarum pulverem conviciorum sibi ipsis non abstergent, sed eodem alios conspergunt atque opplent, atque ita cum his luctantur seque mutuo dejiciunt. Enimvero ab inimico crimine aliquo notatus, si id verum sit, majore studio id expurgare debes, quam vestis aliquam commonstratam maculam : si falsum, tamen quærenda est causa quæ criminationi occasionem dedit : cavendumque et veren-

βλασφημία γέγονε, καὶ φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι, μή τι λανθάνωμεν ἢ σύνεγγυς ἢ ὅμοιον τῷ λεγομένῳ παραμαρτάνοντες. Οἷον Λακύδην τῶν Ἀργείων βασιλέα κόμης τινὸς διάθεσις καὶ βάδισμα τρυφερώτερον εἰς μαλακίαν διέβαλε· καὶ Πομπήϊον τὸ ἑνὶ κνᾶσθαι δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν, πορρωτάτω θηλύτητος καὶ ἀκολασίας ὄντα. Κράσσος δὲ τῶν ἱερῶν μιᾷ παρθένων αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν, χωρίον τι καλὸν ὠνήσασθαι παρ' αὐτῆς βουλόμενος, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐντυγχάνων ἰδίᾳ καὶ θεραπεύων. Ποστουμίαν δὲ τὸ γελᾶν προχειρότερον, καὶ λαλιᾷ χρῆσθαι θρασυτέρᾳ πρὸς ἄνδρας, διέβαλεν, ὥστε κριθῆναι φθορᾶς· εὑρέθη μὲν οὖν καθαρὰ τῆς αἰτίας· ἀπολύσας δὲ αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς Σπόριος Μινούκιος ὑπέμνησε, μὴ χρῆσθαι λόγοις ἀσεμνοτέροις τοῦ βίου. Θεμιστοκλεῖ δὲ Παυσανίας μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν τῆς προδοσίας, διὰ τὸ χρῆσθαι φίλῳ καὶ γράφειν συνεχῶς καὶ πέμπειν πρὸς αὐτόν.

7. Ὅταν οὖν λεχθῇ τι μὴ ἀληθὲς, οὐχ, ὅτι ψεῦδός ἐστι, δεῖ καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν, τί τῶν ὑπὸ σοῦ λεγομένων, ἢ πραττομένων, ἢ σπουδαζομένων, ἢ συνόντων, ὁμοιότητα τῇ διαβολῇ παρέσχηκε, καὶ τοῦτο διευλαβεῖσθαι καὶ φεύγειν. Εἰ γὰρ ἕτεροι πράγμασιν ἀβουλήτοις περιπεσόντες διδάσκονται τὸ χρήσιμον· ὥσπερ ἡ Μερόπη φησὶν,

—— Αἱ τύχαι δέ με,
μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
σοφὴν ἔθηκαν· ——

τί κωλύει, διδάσκαλον ἄμισθον λαβόντα, τὸν ἐχθρὸν, ὠφεληθῆναι καὶ μαθεῖν τι τῶν λανθανόντων; Πολλὰ γὰρ ὁ ἐχθρὸς αἰσθάνεται τοῦ φίλου μᾶλλον· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὡς ὁ Πλάτων φησί· τῷ δὲ μισεῖν μετὰ τοῦ πολυπραγμονεῖν καὶ τὸ λαλεῖν ἔνεστιν. Ὁ Ἱέρων ὑπό τινος τῶν ἐχθρῶν εἰς τὴν δυσωδίαν ἐλοιδορήθη τοῦ στόματος· ἐλθὼν οὖν οἴκαδε πρὸς τὴν γυναῖκα, Τί λέγεις, εἶπεν, οὐδὲ σύ μοι τοῦτο ἔφρασας; ἡ δὲ, οὖσα σώφρων καὶ ἄκακος, Ὤμην, εἶπεν, ὅτι τοιοῦτο πάντες ὄζουσιν οἱ ἄνδρες. Οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ σωματικὰ, καὶ τὰ καταφανῆ πᾶσι, παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαθεῖν πρότερόν ἐστιν ἢ τῶν φίλων καὶ συνήθων.

8. Ἄνευ δὲ τούτου τὴν περὶ γλῶτταν ἐγκράτειαν, οὐ μικρὸν ἀρετῆς μέρος οὖσαν, ὑπήκοον ἀεὶ τῷ λογισμῷ καὶ πειθήνιον ἔχειν οὐκ ἔνι, ἂν μή τις ἀσκήσει καὶ μελέτῃ καὶ φιλοπονίᾳ καὶ τὰ κάκιστα τῶν παθῶν, οἷόν ἐστιν ἡ ὀργὴ, κατεργάσηται. Ἡ γὰρ ἀκουσίως ἐκπίπτουσα φωνὴ, καὶ τὸ,

— ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων,

καὶ τὸ, ἔνια ἐξίπτασθαι τῶν ῥημάτων αὐτόματα, τοῖς ἀνασκήτοις μάλιστα θυμοῖς, οἷον ὀλισθαίνουσι καὶ διαρρέουσιν ἐπιγίγνεται, δι' ἀσθένειαν θυμοῦ, δι' ἀκρατῆ γνώμην, διαίτῃ θρασείᾳ. Λόγου δὲ, κουφοτάτου πράγματος, βαρυτάτη ζημία, κατὰ τὸν θεῖον Πλά-

dum, ne imprudentes tale aliquid aut simile ejus quod objectum fuit committamus. Verbi gratia, Lacydem Argivorum regem comæ quædam dispositio, et incessus delicatior, mollitiei probro inussit : ut et Pompeium, hominem a mulierositate et libidine remotissimum, quod uno digito caput scalperet virum sibi velle dictitabant. Et Crassus insimulatus est incestæ cum Vestali quadam virgine consuetudinis, quod cum ab ea emere prædium quoddam pulchrum cuperet, sæpius eam demerendi gratia conveniret. Posthumia quod in risum promptior esset, et cum viris liberius colloqueretur, in suspicionem impudicitiæ venit, ita quidem ut etiam incestus postulata sit : et insontem quidem criminis compertam Sp. Minucius pontifex maximus cum absolveret, monuit ne verbis minus quam vita esset castis uteretur. Themistoclem etiam innoxium, amicitiæ cum Pausania usus et missi crebro nuntii ac litteræ, in suspicionem proditionis vocaverunt.

VII. Ergo cum aliquid objicitur falsum, non id ideo quia verum non est, contemni debet aut negligi : sed circumspiciendum, quodnam tuum dictum aut factum aut studium, vel quis sodalium tuorum, similitudinem huic calumniæ dederit, idque studiose cavendum porro et fugiendum. Si enim alii rebus circumventi insperatis atque tristibus, discunt quid sit utile, quomodo Merope ait :

— At me sortis inimicæ vices,
mercede rerum quæ mihi carissimæ,
doctam dedere; —

quid impedit, quominus inimicum gratuitum magistrum admittentes, utilitatem capiamus, et aliquid eorum quæ nos latebant discamus? Multa enim inimicus amico magis sentit, cum amator, ut Plato ait, cæcutiat in amata re. Odio præter curiositatem etiam loquacitas adest. Hiero, cum ei quidam inimicus oris fœtorem exprobrasset, domum se ad uxorem recipiens, *Quid hoc*, inquit, *rei est? cur tu mihi hoc non indicavisti?* illa vero, ut erat pudica et simplex, *Existimabam*, ait, *omnes viros sic olere*. Adeo et quæ in sensus incurrunt, et ad corpus pertinent, et omnium conspectui sunt exposita, prius ex inimicis quam ex amicis aut familiaribus cognoscimus.

VIII. Jam linguæ continentiam, quæ pars est virtutis non exigua, obtemperantem rectæ rationi semper habere non potest, nisi qui exercitatione, accuratione, laborisque contentione pessimos affectus, qualis est ira, edomuerit. Nam dicta illa, *Invita excidens vox*, et,

Erupit verbum vallato dentibus ore,

tum illud, *verba sponte evolant*, ea maxime valent de inexercitatis animis veluti labentibus et perfluentibus, propter iræ mentisque impotentiam in licentiori vita : Cæterum *sermoni, levissimæ rei, gravissima*, ut est apud divinum Platonem, *et a diis et ab hominibus, pœna est proposita.* Silentium ubique est impune, ne-

τωνα, καὶ παρὰ θεῶν ἕπεται καὶ παρὰ ἀνθρώπων. Ἡ δὲ σιγὴ, πανταχοῦ μὲν ἀνυπεύθυνον, οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἐν δὲ λοιδορίᾳ σεμνὸν καὶ Σωκρατικὸν, μᾶλλον δὲ Ἡράκλειον· εἴ γε κἀκεῖνος

Οὐδ' ὅσσον μυίας στυγερῶν ἐμπάζετο μύθων.

Οὔτε μὴν τούτου σεμνότερον καὶ κάλλιόν ἐστι τὸ λοιδοροῦντος ἐχθροῦ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, Λισσάδα πέτραν φιλοκέρτομον ὡς παρανηχομένους· ἀλλὰ μείζων ἡ ἄσκησις· ἂν ἐχθρὸν ἐθισθῇς λοιδοροῦντα φέρειν σιωπῇ, πάνυ ῥᾳδίως οἴσεις γυναικὸς ὁρμὴν κακῶς λεγούσης, καὶ φίλου φωνὰς καὶ ἀδελφοῦ πικροτέρας ἀκούων, ὑπομενεῖς ἀθορύβως· πατρὶ δὲ καὶ μητρὶ τυπτόμενος καὶ βαλλόμενος, παρέξεις ἄθυμον καὶ ἀμήνιτον σεαυτόν. Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην, θυμοειδῆ οὖσαν καὶ χαλεπὴν, ὡς ἂν εὐκόλως συνεσόμενος ἑτέροις, ἂν ἐκείνην ὑπομένειν ἐθισθῇ· πολὺ δὲ βέλτιον, ἐχθρῶν καὶ ἀλλοτρίων ἐγγυμνασάμενον βδελυρίαις καὶ ὀργαῖς καὶ σκώμμασι καὶ λοιδορίαις ἐθίσαι τὸν θυμὸν ἡσυχίαν ἄγειν, μηδὲ ἀσχάλλειν ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι.

9. Πρᾳότητα μὲν οὖν καὶ ἀνεξικακίαν οὕτως ἔστιν ἐνεπιδείξασθαι ταῖς ἔχθραις· ἁπλότητα δὲ καὶ μεγαλοφροσύνην καὶ χρηστότητα μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς φιλίαις. Φίλον μὲν γὰρ οὐχ οὕτω τὸ εὖ ποιεῖν καλὸν, ὡς αἰσχρὸν τὸ μὴ ποιεῖν δεόμενον· ἐχθροῦ δὲ καὶ τὸ τιμωρίαν παραλιπεῖν ἐν καιρῷ παρασχόντος, ἐπιεικές ἐστι· τὸν δὲ καὶ πταίσαντι συμπαθήσαντα, καὶ δεηθέντι συλλαβόμενον, καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις πράγμασιν ἐν χρείᾳ γενομένοις, σπουδήν τινα καὶ προθυμίαν ἐνδειξάμενον ὅστις οὐκ ἀγαπᾷ τῆς εὐμενείας, οὐδὲ ἐπαινεῖ τὴν χρηστότητα,

*Κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν.

Τῷ Καίσαρι κελεύσαντι τὰς Πομπηΐου τιμὰς ἀνασταθῆναι καταβεβλημένας, ὁ Κικέρων, Τοὺς Πομπηΐου, φησὶν, ἀνδριάντας ἔστησας, τοὺς δὲ σοὺς ἔπηξας. Ὅθεν οὐδ' ἐπαίνου φειστέον οὐδὲ τιμῆς περὶ ἀνδρὸς ἐχθροῦ δικαίως εὐδοκιμήσαντος. Ἔπαινόν τε γὰρ φέρει μείζονα τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ πίστιν ἔχει πάλιν ἐγκαλῶν, ὡς οὐ τὸν ἄνδρα μισῶν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν ἀποδοκιμάζων· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον, ἀπωτάτω καθίσταται τοῦ φθονεῖν καὶ φίλοις εὐτυχοῦσι, καὶ κατορθοῦσιν οἰκείοις, ὁ τοὺς ἐχθροὺς ἐθισθεὶς ἐπαινεῖν, καὶ μὴ δάκνεσθαι, μηδὲ βασκαίνειν εὖ πραττόντων. Καίτοι τίς ἄσκησις ἑτέρα μείζονα ὠφέλειαν ἐνεργάζεται ταῖς ψυχαῖς, ἢ διάθεσιν κρείττονα, τῆς ἀφαιρούσης τὸ δύσζηλον ἡμῶν καὶ φιλόφθονον; Ὥσπερ γὰρ ἐν πολέμῳ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων, ἄλλως δὲ φαύλων, ἔθος λαβόντα καὶ νόμου δύναμιν, οὐκ ἔστι ῥᾳδίως ἀπώσασθαι βλαπτομένους, οὕτως ἡ ἔχθρα συνεισάγουσα τῷ μίσει φθόνον, ζηλοτυπίαν, ἐπιχαιρεκακίαν, μνησικακίαν ἐναπολείπει. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ πανουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ ἐπιβουλὴ, δοκοῦσα μὴ

que tantum, quod ait Hippocrates, contra sitim valet : maxime autem adhibitum ubi maledictis impetimur, gravitatem habet, estque Socraticum quippiam, aut potius Herculeum : siquidem Hercules etiam,

Nec quanti muscam voces faciebat acerbas.

Neque hoc sane gravius et pulchrius est, quiescere inimico criminante, et maledicum, *Ut arduum ac obstreperum scopulum prœternatare*, sed exercitatio potior est. Si convicia inimici tacitus ferre consuescas, facile etiam feres incitationem uxoris maledicentis, neque perturbaberis amici aut fratris acerbioribus verbis; a patre quoque aut matre pulsatus aut ictu impetitus, nihil commotus id et placidus sustinebis. Etenim Socrates Xanthippam ferebat, iracundam morosamque mulierem, quod facilius cum aliis se versaturum putabat, si istam sufferre assuevisset. Multo autem præstat inimicorum et alienorum fœditatem et iras, dicteria ac convicia, exercitatione præparatum posse animo quieto et æquo tolerare.

IX. Atque hoc modo licet in inimicitiis mansuetudinem et malorum tolerantiam demonstrare : simplicitatem autem, magnanimitatem atque bonitatem, in amicitiis magis : non enim tam pulchrum est bene amico facere, quam turpe non facere, cum id necessitas ejus requirit. Cæterum oblata occasione ulciscendi inimicum, eum missum facere, æquanimitatis est : qui vero et miseratur inimicum afflictum, et opem fert indigenti, et filiis ejus ac familiæ adverso ipsorum tempore operam suam studiumque defert, hunc qui non amat ob humanitatem, neque ejus probitatem laudat,

Huic ex adamante, sive ferro cor fabrefactum est atrum.

Cæsari cum statuas Pompeii dejectas erigi jussisset, Cicero dixit, *Pompeii statuas restituisti, tuas constituisti*. Itaque ne laudationi quidem parcendum est inimici, merito suo eam reportantis. Hoc enim laudanti majorem conciliat quam laudato laudem, et cum alio tempore vituperat, creditur non odio hominis id facere, sed quia factum ejus improbet : et, quod pulcherrimum est atque utilissimum, longissime abducitur ab invidendo amicis res secundas, aut familiaribus gloriam rei bene gestæ, qui usu didicit etiam inimicos laudare, neque morderi aut mœrere eorum successibus, aut invidere iis prosperitatem. Et vero quænam alia exercitatio majorem conferat animis nostris utilitatem, aut affectionem meliorem, quam quæ ex eo invidentiam æmulationemque malignam aufert? Ut enim in bello multa necessaria quidem ea, sed tamen mala, ubi consuetudine recepta vim legis adipiscuntur, non facile possunt aboleri, quantumvis damnosa sint : ita inimicitia cum odio introducit invidiam, quæ obtrectationem, lætitiam de adversis inimici rebus, acceptarum injuriarum memoriam in animo relinquit. Præterea fraudes, fallaciæ, et insidiæ, quod hæc putamus adversus inimicos

φαῦλον εἶναι μηδὲ ἄδικον πρὸς ἐχθρὸν, ἂν ἐγγένηται, παραμένει δυσαπάλλακτος· εἶτα χρῶνται πρὸς τοὺς φίλους αὐτοὶ ὑπὸ συνηθείας, ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς τοὺς ἐχθρούς. Εἴπερ οὖν ὀρθῶς ὁ Πυθαγόρας, ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐθίζων ὠμότητος ἀπέχεσθαι καὶ πλεονεξίας, ὀρνέων τε θηρευτὰς παρῃτεῖτο, καὶ βόλους ὠνούμενος ἰχθύων, ἐκέλευεν ἀφιέναι, καὶ παντὸς ἡμέρου ζώου φόνον ἀπηγόρευε· πολὺ δήπου σεμνότερόν ἐστιν, ἐν διαφοραῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ φιλονεικίαις, γενναῖον ἐχθρὸν ὄντα καὶ δίκαιον καὶ ἀψευδῆ, τὰ μοχθηρὰ καὶ ἀγεννῆ καὶ πανοῦργα πάθη κολάζειν καὶ ταπεινὰ ποιεῖν· ὅπως ἐν τοῖς πρὸς τοὺς φίλους συμβολαίοις παντάπασιν ἀτρεμῇ, καὶ ἀπέχηται τοῦ κακουργεῖν. Σκαῦρος ἐχθρὸς ἦν Δομιτίου καὶ κατήγορος· οἰκέτης οὖν τοῦ Δομιτίου πρὸ τῆς δίκης ἧκε πρὸς αὐτὸν ὡς ἔχων τι μηνῦσαι τῶν λανθανόντων ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ εἴασεν εἰπεῖν, ἀλλὰ συλλαβὼν τὸν ἄνθρωπον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν δεσπότην. Κάτωνι δὲ Μουρήναν διώκοντι δημοκοπίας, καὶ συνάγοντι τοὺς ἐλέγχους, ἐξ ἔθους παρηκολούθουν οἱ τὰ πραττόμενα παραφυλάττοντες· πολλάκις οὖν αὐτὸν ἠρώτων, εἴ τι μέλλει σήμερον συνάγειν ἢ πραγματεύεσθαι πρὸς τὴν κατηγορίαν· εἰ δὲ μὴ φαίη, πιστεύοντες ἀπῄεσαν. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῦ τῆς δόξης ἔχει τεκμήριον μέγιστον· ἀλλὰ μεῖζον καὶ κάλλιστον, ὅτι τῷ δικαίῳ χρῆσθαι καὶ πρὸς ἐχθροὺς ἐθισθέντες, οὐδέποτε μὴ προσενεχθῶμεν ἀδίκως καὶ πανούργως τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις.

10. Ἐπεὶ δὲ πάσαισι κορυδαλῆσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην· καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ φθόνον, κενεοφρόνων ἑταῖραν ἀνδρῶν, ὥς φησι Πίνδαρος, οὐ μετρίως ἄν τις ὠφελοῖτο τῶν παθῶν τούτων ποιούμενος εἰς τοὺς ἐχθροὺς ἀποκαθάρσεις, καὶ ἀποστρέφων, ὥσπερ ὀχετοὺς, πορρωτάτω τῶν ἑταίρων καὶ οἰκείων. Καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικε, συνιδὼν πολιτικὸς ἀνὴρ Ὀνομάδημος, ἐν Χίῳ τῆς κρατούσης μερίδος ἐν στάσει γενόμενος, παρῄνει τοῖς ἑταίροις μὴ πάντας ἐξελάσαι τοὺς ἀντιστασιάσαντας, ἀλλ' ὑπολιπέσθαι τινὰς, * Ὅπως, ἔφη, μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι, τῶν ἐχθρῶν παντάπασιν ἀπαλλαγέντες. Οὐκοῦν καὶ ἡμῶν καταναλισκόμενα ταῦτα τὰ πάθη πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἧττον ἐνοχλήσει τοῖς φίλοις. Οὐ γὰρ κεραμεῖ δεῖ κεραμέα φθονεῖν, οὐδὲ ἀοιδὸν ἀοιδῷ, καθ' Ἡσίοδον, οὐδὲ γείτονα ζηλοῦν, οὐδὲ ἀνεψιὸν, οὐδὲ ἀδελφὸν εἰς ἄφενος σπεύδοντα, καὶ τυγχάνοντα χρηστῶν πραγμάτων. Ἀλλ' εἰ μηδεὶς τρόπος ἐστὶν ἄλλος ἀπαλλαγῆς ἐρίδων καὶ φθόνων καὶ φιλονεικιῶν, ἔθιζε σεαυτὸν δάκνεσθαι τῶν ἐχθρῶν εὐημερούντων, καὶ παρόξυνε καὶ χάραττε τὸ φιλόνεικον ἐν ἐκείνοις θηγόμενον. Ὥσπερ γὰρ οἱ χαρίεντες γεωργοὶ τὰ ῥόδα καὶ τὰ ἴα βελτίω ποιεῖν νομίζουσι, σκόροδα καὶ κρόμμυα παραφυτεύοντες· ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ τροφῇ δριμὺ καὶ δυσῶδες· οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περιέπων τὸ βάσκανον καὶ κακόηθες, εὐμενέστερον

neque male neque injuste adhiberi, si insita fuerint, manent et alte radices agunt : quæ nisi usurpare adversus inimicos caveamus, victi consuetudine postmodo etiam ad amicos transferimus. Quod si recte Pythagoras in brutis animalibus assuefecit suos ad vitandam crudelitatem et injurias, ideoque et aucupes exorabat, et piscium redemptis capturis, dimitti eos jubebat, omnisque non feri animalis cæde interdicebat : multo profecto honestius est, in dissensionibus et contentionibus cum hominibus aliis, inimicos nos esse ingenuos, justos, et veraces, affectusque pravos et degeneres ac maleficos compescere; ut in consuetudine cum amicis animus plane sedatus omni abstineat maleficio. Exercebat cum Domitio inimicitias Scaurus, eumque in judicium populi vocarat, ante diem judicio dictum servus Domitii ad Scaurum venit, indicaturus eorum aliquid quæ ad eam actionem pertinerent, Scaurumque laterent : sed Scaurus indicium non admisit, hominemque correptum ad dominum remisit. Cato Murenæ diem dixerat ambitus, et argumenta quibus reum peragere criminis posset, conquirebat, eum sequebantur, ut erat moribus receptum, qui observarent quid ageretur : ii persæpe quærebant e Catone, an ista die aliquid tractaturus esset quod ad accusationem pertineret : si acturum se ea in causa quicquam negaret, fidem habebant viro, et discedebant. Hæc quidem maximum continent argumentum quam sancta esset Catonis existimatio : sed majus hoc est atque pulchrius, quod justitiam etiam adversus inimicos adhibere assuefacti, nunquam injuste sumus aut subdole cum familiaribus et amicis acturi.

X. Sed quoniam, ut dixit Simonides, *omnibus cassitis cassidem oportet esse innatam*, ita etiam omnis natura humana profert studium rixandi, obtrectationem, et *invidiam vanorum sodalem*, ut ait Pindarus, *hominum*; non mediocriter profecto rebus suis consuluerit, qui istas animi affectiones in inimicos quasi effundens expurget, et cloacis, ut sic dicam, quibusdam ductis ista quam longissime a sociis et domesticis derivet. Quod mihi animadvertisse Onomademus videtur, homo rationis civilis peritus : qui cum in Chio orta seditione, partes eas fovisset, quæ vicerant, hortatus est socios, ne omnes adversæ factionis ejicerent, sed quosdam in civitate relinquerent; dicebat enim alioqui periculum fore, ne omnibus inimicis sublatis, cum amicis extituræ ipsis essent controversiæ. Eodem modo isti in inimicos insumpti pravi affectus, minus molesti erunt amicis. Necesse enim non est ut *figulus figulo invideat, et cantor cantori*, sicut Hesiodus cecinit : neque æmulatio malevola inter *vicinos, cognatos aut fratres* necessaria est, *altero ad opes properante*, et successibus utente prosperis. Sed si omnino nulla alia ratio inveniri potest, qua rixis, invidia, contentionibus libereris, consuefacito teipsum ut inimicorum lætis rebus mordearis, in iisque studium concertandi tuum irrita, imprime, acue. Sicut enim sciti agricolæ rosas et violas putant se facere meliores, si allia et cepas juxta plantent : quod in ea excernitur quidquid alimento acerbum inest aut fœtidum : ita inimicus quoque excipiens invidiæ et malignitatis tuæ ictus, benevolentiorem te ami-

παρέξει τοῖς φίλοις εὖ πράττουσι καὶ ἀλυπότερον. Διὸ καὶ τὰς ἁμίλλας πρὸς ἐκείνους ἐστὶ ποιητέον ὑπὲρ δόξης ἢ ἀρχῆς ἢ πορισμῶν δικαίων, μὴ δακνομένους μόνον, ἄν τι πλέον ἡμῶν ἔχωσι, ἀλλὰ καὶ πάντα παραφυλάττοντας, ἐξ ὧν πλέον ἔχουσι, καὶ πειρωμένους ὑπερβαλέσθαι ταῖς ἐπιμελείαις, καὶ φιλοπονίαις, καὶ τῷ σωφρονεῖν καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς· ὡς Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν οὐκ ἐᾷν αὐτὸν καθεύδειν τὴν ἐν Μαραθῶνι [τοῦ] Μιλτιάδου νίκην. Ὁ μὲν γὰρ εὐτυχίᾳ διαφέρειν αὐτοῦ τὸν ἐχθρὸν ἡγούμενος ἐν ἀρχαῖς, ἢ συνηγορίαις, ἢ πολιτείαις, ἢ παρὰ φίλοις καὶ ἡγεμόσιν, ἐκ τοῦ πράττειν τι καὶ ζηλοῦν εἰς τὸ βασκαίνειν παντάπασιν καὶ τὸ ἀθυμεῖν καταδυόμενος, ἀργῷ τῷ φθόνῳ καὶ ἀπράκτῳ σύνεστιν. Ὁ δὲ μὴ τυφλούμενος περὶ τὸ μισούμενον, ἀλλὰ καὶ βίου καὶ ἤθους καὶ λόγων καὶ ἔργων γινόμενος θεατὴς δίκαιος, τὰ πλεῖστα κατόψεται τῶν ζηλουμένων, ἐξ ἐπιμελείας καὶ προνοίας καὶ πράξεων χρηστῶν περιγινόμενα τοῖς κεκτημένοις, καὶ πρὸς ταῦτα συντείνων ἐπασκήσει τὸ φιλότιμον αὐτοῦ καὶ φιλόκαλον, τὸ δὲ χασμῶδες ἐκκόψει καὶ ῥάθυμον.

11. Εἰ δέ τινας οἱ ἐχθροὶ κολακεύοντες, ἢ πανουργοῦντες, ἢ δεκάζοντες, ἢ μισθαρνοῦντες, αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους δοκοῦσι καρποῦσθαι δυνάμεις ἐν αὐλαῖς ἢ πολιτείαις, οὐκ ἐνοχλήσουσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφρανοῦσι, τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ βίου καὶ ἀνύβριστον ἀντιτιθέντας. Ἅπας γὰρ ὁ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος ἀρετῆς, κατὰ Πλάτωνα. Καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος ἔχειν ἀεὶ δεῖ πρόχειρον,

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον·

οὐδέ γε βοὰς δεδειπνισμένων θεάτρων, οὐδὲ τιμὰς [ζηλώσομεν] καὶ προεδρίας παρ' εὐνούχοις καὶ παλλακαῖς, καὶ σατραπείαις βασιλέων· ζηλωτὸν γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ καλὸν, ἐξ αἰσχροῦ φυόμενον. Ἀλλ' ἐπεὶ τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ παρέχουσιν αἴσθησιν ἀσχημονοῦντες· δεῖ μήτε τὸ χαῖρον ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν, ἀργὸν εἶναι, μήτε τὸ λυπούμενον ἐφ' οἷς κατορθοῦσιν, ἀλλ' ἐπιλογίζεσθαι δι' ἀμφοτέρων, ὅπως τὰ μὲν φυλαττόμενοι βελτίονες ὦμεν αὐτῶν, τὰ δὲ μιμούμενοι μὴ χείρονες.

cis secunda utentibus fortuna reddet atque commodiorem. Itaque cum inimicis contendendum est de gloria, potentia, aut licitis rei familiaris incrementis, ut non uramur modo si in hoc genere ab iis superemur, sed et omnia ea observemus unde illi nobis priores fieri potuerunt, conemurque eorum vincere industriam, constantiam laboris, et temperantiam, nosque ipsi observemus : qua ratione dixit Themistocles, *sibi Miltiadis Marathonia victoria somnos adimi*. Qui enim inimicum existimat priores ferre in honoribus publicis, aut patrociniis, aut reipublicæ procuratione, aut apud amicos vel principes : is si ab agendo et æmulando omnino ad invidendum et demittendum animum se dejiciat, inani certe inefficacique conflictatur invidentia. Qui vero non excæcatur odio inimici, sed vitam ejus, mores, dicta, factaque ut incorruptus spectator contemplatur : is pleraque eorum, quorum sinistra æmulatione correptus est, intelliget, ei diligentia, providentia, probisque actionibus parta esse : eodemque contendens, studium honestatis gloriæque suum augebit, vanitate et socordia affectuum amputatis.

XI. Sin eveniat, ut inimici adulando, fraudes componendo, largiendo, aut corrumpentes aut corrupti, turpem atque illiberalem videantur potentiam in aulis rebusve publicis consecuti, fructum inde nonnullum percipere : non modo id molestiam nobis objiciet nullam, sed et gaudium afferet, nostram libertatem vitamque puram et contumeliæ expertem iis opponentibus. *Quidquid enim supra et infra terram est auri, non est quod ad virtutem æquiparetur*, siquidem Platonem audimus. Est etiam in promptu Solonis illud habendum :

Nos virtutem, habeant ii sibi divitias :

nedum virtuti nostræ præferamus acclamationes theatrorum epulis conductas, aut honores et primas sedes apud eunuchos et pellices et satrapas regum : nihil enim horum dignum est admiratione aut æmulatione, neque pulchrum, quippe a turpitudine proficiscitur, sed amans obcæcatur in consideratione rei amatæ, et facilius sentimus turpitudinem, cum ea ab inimicis admittitur. Cæterum neque conceptum de eorum peccatis gaudium, neque dolor nobis ob eorum recte facta obortus inutilia esse debent, sed rationes utrinque instituendæ ita sunt, ut et eorum erratis cavendis præstantiores, et imitandis recte factis non deteriores ipsis existamus.

*ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ.

1. Μένωνα τὸν Θετταλὸν, οἰόμενον ἐν λόγοις ἱκανῶς γεγυμνάσθαι, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενον,

— σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν,

ἠρώτησεν ὁ Σωκράτης, τί ἀρετή ἐστιν· ἀποκριναμένου δὲ ἰταμῶς ἐκείνου καὶ προχείρως, ὅτι καὶ παιδός

DE AMICORUM MULTITUDINE.

Menonem Thessalum, qui in disserendo satis sibi videbatur exercitatus, et (juxta illud Empedocleum)

Sæpe ipsum Sophiæ superare cacumen,

Socrates interrogavit, quid esset virtus : cumque respondisset satis prompte atque proterve, virtutem et

ἐστιν ἀρετὴ καὶ πρεσβύτου, καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ ἄρχοντος καὶ ἰδιώτου, καὶ δεσπότου καὶ θεράποντος, Εὖ γε, εἶπεν ὁ Σωκράτης, ὅτι μίαν ἀρετὴν ἐρωτηθεὶς, σμῆνος ἀρετῶν κεκίνηκας· οὐ κακῶς τεκμαιρόμενος, ὅτι μηδεμίαν εἰδὼς ἀρετὴν ἄνθρωπος, πολλὰς ὠνόμαζεν. Ἀρ' οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἄν τις ἐπιχλευάσειεν, ὅτι μηδέπω μίαν φιλίαν κεκτημένοι βεβαίως, φοβούμεθα μὴ λάθωμεν εἰς πολυφιλίαν ἐμπεσόντες; Σχεδὸν γὰρ οὐδὲν διαφέρομεν ἀνθρώπου κολοβοῦ καὶ τυφλοῦ, φοβουμένου μὴ Βριάρεως ὁ ἑκατόγχειρ, καὶ Ἄργος ὁ πανόπτης γένηται. Καίτοι τόν γε παρὰ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκον ὑπερφυῶς ἐπαινοῦμεν, εἰπόντα, θαυμαστὸν ὅσον νομίζειν ἀγαθὸν ἕκαστον, ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν.

2. Ἐναντίον δὲ μετὰ πολλῶν ἄλλων οὐχ ἥκιστά γ' εἰς φιλίας κτῆσιν ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις, ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν τῷ πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι, τῶν πρώτων κρατεῖν μὴ δυναμένοις, ἀμελουμένων, καὶ ἀποῤῥεόντων· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος,

Εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ
αἰρόμενος ἄγρευμα ἀνθέων
ἡδομένᾳ ψυχᾷ,
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων·

οὕτως ἕκαστον ἡμῶν, διὰ τὸ φιλόκαινον καὶ ἁψίκορον, ὁ πρόσφατος ἀεὶ καὶ ἀνθῶν ἐπάγεται, καὶ μετατίθησι πολλὰς ὁμοῦ καὶ ἀτελεῖς ἀρχὰς πράττοντας φιλίας καὶ συνηθείας, ἔρωτι τοῦ διωκομένου παρερχομένους τὸν καταλαμβανόμενον. Πρῶτον μὲν οὖν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι τῆς τοῦ βίου φήμης, ἣν ὑπὲρ φίλων βεβαίων ἀπολέλοιπεν ἡμῖν, τὸν μακρὸν καὶ παλαιὸν αἰῶνα μάρτυρα ἅμα τοῦ λόγου καὶ σύμβουλον λάβωμεν, ἐν ᾧ κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Πειρίθους, Ἀχιλλεὺς καὶ Πάτροκλος, Ὀρέστης καὶ Πυλάδης, Φιντίας καὶ Δάμων, Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας. Σύννομον γὰρ ἡ φιλία ζῷον, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν, οὐδὲ κολοιῶδες· καὶ τὸ ἄλλον αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν φίλον, καὶ προσαγορεύειν ἑταῖρον, ὡς ἕτερον, οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν μέτρῳ φιλίας τῇ δυάδι χρωμένων. Οὔτε γὰρ δούλους, οὔτε φίλους ἔστι κτήσασθαι πολλοὺς ἀπ' ὀλίγου νομίσματος. Τί οὖν νόμισμα φιλίας; εὔνοια καὶ χάρις μετ' ἀρετῆς, ὧν οὐδὲν ἔχει σπανιώτερον ἡ φύσις. Ὅθεν τὸ σφόδρα φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι πρὸς πολλοὺς οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ποταμοὶ πολλὰς σχίσεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες ἀσθενεῖς καὶ λεπτοὶ ῥέουσιν, οὕτω τὸ φιλεῖν σφοδρὸν ἐν ψυχῇ πεφυκὸς, εἰς πολλοὺς μεριζόμενον ἐξαμαυροῦται. Διὸ καὶ τῶν ζῴων τὸ φιλότεκνον τοῖς μονοτόκοις ἰσχυρότερον ἐμφύεται· καὶ Ὅμηρος ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει

* Μοῦνον τηλύγετον, —

τουτέστι, μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι, μήτε ἕξουσι γεγενημένον.

pueri esse, et senis, et viri, et mulieris, et magistratus et privati, et domini et servi : tu vero, inquit Socrates, præclare, qui de una interrogatus virtute, velut examen quoddam virtutum excitasti : nec male conjiciebat, abs eo qui ne unam quidem cognitam haberet virtutem, plures nominari. Nonne nos quoque subsannaverit aliquis, qui cum ne unam quidem firmam teneamus amicitiam, metuamus ne imprudentes in copiam complurium amicorum incidamus? Fere enim perinde hoc facimus, ac si mutilus cæcusve aliquis vereatur ne in centimanum evadat Briareum, aut Argum illum oculorum multitudine nobilem. Atqui majorem in modum laudamus adolescentem illum Menandri, qui aiebat *quemlibet putare se mirificum habere bonum, si vel umbram amici habet.*

II. Jam inter multas alias hæc non est minima causa cur stabilem amicitiam non paremus, quod multitudinem amicorum appetimus, cum instar impudicarum mulierum, sæpe et cum multis amicitiam coeuntes, primos quosque neglectos, ideoque dilabentes retinere non possumus : aut potius quemadmodum Hypsipylæ alumnus ille,

In prato residens puer
nunc hunc, nunc alium cupit
florem carpere : gaudio
mens perfunditur : innocens
expleri studium nequit:

ita quemvis nostrum, præ studio quodam novitatis et præsentium fastidio, semper recentior quisque et quasi florens amicus allicit, ac subinde mutat, dum multas simul imperfectasque ordimur amicitias ac familiaritates, et ob amorem ejus quem sectamur, jam partum præterimus. Proinde velut a Vesta, et prima humanæ vitæ fama quæ de firmis amicis tradita nobis est, ducto initio, longum et vetus sæculum hujus rei testem et consiliarium adhibeamus, consideremusque de veris amicis quæ fama sit ad nos propagata. Inveniemus autem binos semper amicos memoriæ perhibitos, Theseum et Pirithoum, Achillem et Patroclum, Orestem et Pyladem, Pythiam et Damonem, Epaminondam et Pelopidam. Est enim amicitia, animal societatis amans, et compascens, non armentale, sed nec gregale, ut graculi : et quod amicus censetur *alter ipse* et vocatur ἑταῖρος, quasi ἕτερος : id nihil aliud significat, quam binum amicitiæ mensuram haberi. Jam ut nec servos, sic neque amicos multos parva pecunia emere licet. Quæ autem est pecunia qua amici comparantur? benevolentia et gratia cum virtute conjuncta, quibus rebus nihil rarius fert natura : itaque valde amare, et amari, inter multos locum non habet. Sed sicuti amnes in multos divisi alveos, imbecilli fluunt ac tenues : sic vehemens amor animo insitus, si dissipetur in multos, evanescit. Unde fit ut ea etiam animalia prolem suam magis ament, quæ unum tantum gignunt : et Homerus charum filium appellat,

Solum, atque in senio natum, —

scilicet cum alium parentes neque habent neque habituri sunt.

3. Τὸν δὲ φίλον ἡμεῖς μόνον μὲν οὐκ ἀξιοῦμεν εἶναι· μετ' ἄλλων δὲ τηλύγετός τις καὶ ὀψίγονος ἔστω, τὸν θρυλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἁλῶν συγκατεδηδοκὼς μέδιμνον· οὐχ ὥσπερ νῦν πολλοὶ φίλοι λεγόμενοι συμπιόντες ἅπαξ, ἢ συσφαιρίσαντες, ἢ συγκυβεύσαντες, ἢ συγκαταλύσαντες ἐκ πανδοχείου καὶ παλαίστρας καὶ ἀγορᾶς, φιλίαν συλλέγουσιν. Ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων καὶ ἡγεμονικῶν οἰκίαις, πολὺν ὄχλον καὶ θόρυβον ἀσπαζομένων καὶ δεξιουμένων καὶ δορυφορούντων ὁρῶντες, εὐδαιμονίζουσι τοὺς πολυφίλους· καίτοι πλείονάς γε μυίας ἐν τοῖς ὀπτανείοις αὐτῶν ὁρῶσιν· ἀλλ' οὔτε αὗται τῆς λιχνείας, οὔτ' ἐκεῖνοι τῆς χρείας ἐπιλιπούσης, παραμένουσιν. Ἐπεὶ δ' ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ μάλιστα, τὴν ἀρετὴν, ὡς καλὸν, καὶ τὴν συνήθειαν, ὡς ἡδὺ, καὶ τὴν χρείαν, ὡς ἀναγκαῖον· δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίναντα, καὶ χαίρειν συνόντα, καὶ χρῆσθαι δεόμενον· ἃ πάντα πρὸς τὴν πολυφιλίαν ὑπεναντιοῦται, καὶ μάλιστά πως τὸ κυριώτατον ἡ κρίσις· σκεπτέον δὴ πρῶτον, εἰ ἀδύνατόν ἐστιν ἐν βραχεῖ χρόνῳ δοκιμάσαι χορευτὰς συγχορευσομένους, ἐρέτας ὁμοῤῥοθήσοντας, οἰκέτας χρημάτων ἐπιτρόπους, ἢ τέκνων παιδαγωγοὺς ἐσομένους, μήτι γε φίλους πολλοὺς εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυομένους, ὧν ἕκαστος αὐτός τε

Αὑτόν [τε] πράττων εὖ, τίθησιν εἰς μέσον,
τοῦ δυστυχοῦς τε λαγχάνων οὐκ ἄχθεται.

Οὔτε ναῦς ἐπὶ τοσούτους ἕλκεται χειμῶνας εἰς θάλασσαν, οὔτε χωρίοις θριγκοὺς καὶ λιμέσιν προβάλλουσιν ἕρκη καὶ χώματα τηλικούτους προσδεχόμενοι κινδύνους καὶ τοσούτους, ὅσων ἐπαγγέλλεται φιλία καταφυγὴν καὶ βοήθειαν, ὀρθῶς καὶ βεβαίως ἐξετασθεῖσα· τῶν δὲ ἀνεξετάστων παραῤῥυέντων, ὥσπερ νομισμάτων ἀδοκίμων ἐλεγχομένων,

— οἱ μὲν ἐστερημένοι
χαίρουσιν, οἱ δ' ἔχοντες εὔχονται φυγεῖν.

Ἔστι δὲ τοῦτο χαλεπὸν καὶ οὐ ῥᾴδιον τὸ φυγεῖν, ἢ ἀποθέσθαι δυσαρεστουμένην φιλίαν· ἀλλ' ὥσπερ σιτίον βλαβερὸν καὶ δυσχεραινόμενον, οὔτε κατέχειν οἷόν τε μὴ λυποῦν καὶ διαφθεῖρον, οὔτε ἐκβάλλειν, οἷον εἰσῆλθεν, ἀλλ' εἰδεχθὲς καὶ συμπεφυρμένον καὶ ἀλλόκοτον· οὕτω φίλος πονηρὸς ἢ σύνεστι λυπῶν καὶ λυπούμενος, ἢ βίᾳ μετ' ἔχθρας καὶ δυσμενείας, ὥσπερ χολή τις, ἐξέπεσε.

4. Διὸ δεῖ μὴ ῥᾳδίως προσδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι, μηδὲ φιλεῖν τοὺς διώκοντας, ἀλλὰ τοὺς ἀξίους φιλίας διώκειν. Οὐ γὰρ αἱρετέον πάντως τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον· καὶ γὰρ ἐρείκην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες καὶ διωσάμενοι, βαδίζομεν ἐπὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν ἄμπελον· οὕτως ἀεὶ μὴ τὸν εὐχερῶς περιπλεκόμενον ποιεῖσθαι συνήθη καλὸν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις σπουδῆς καὶ ὠφελίμοις αὐτοὺς περιπλέκεσθαι δοκιμάζοντας.

5. Ὥσπερ οὖν ὁ Ζεῦξις, αἰτιωμένων αὐτὸν τινῶν

III. Nos amicum quidem esse unicum non volumus: sed inter cæteros sit unus aliquis quasi unicus, et susceptus in senio filius, quique illum proverbio vulgatum, salis modium nobiscum ederit: non ita adscitus, ut hodie qui semel una potaverint, aut pila luserint vel alea, aut ex caupona, palæstra, forove una discesserint, amici colliguntur. Porro cum in domibus divitum aut procerum magnam vident turbam hominum salutantium, prensantium, stipantium, vulgo eorum laudant fortunas tot amicos habentium: atqui in culinis eorum plures muscas videre possint: neque tamen vel hæ esca, vel illi utilitate sublata manent. Quandoquidem vero ad veram amicitiam tria requiruntur potissimum, virtus, ut pulchrum; consuetudo, ut jucundum; usus, ut necessarium: nam et cum judicio recipiendus est amicus, et ejus consuetudine lætandum et, ubi opus est, utendum: quæ omnia multitudini amicorum adversantur, maximeque id, quod principem locum in amicitia obtinet, judicium; hæc igitur cum ita sint, primo existimandum est, si brevi tempore deligi non possint chorici saltatores qui in choro recte congruant, remiges qui pariter impellant, aut dispensatores servi, vel liberorum pædagogi, minus etiam deligi posse multos amicos omnem una paratos subire fortunam, ac quorum quisque

Se et res secundas in medium offerat libens,
Et nil gravetur, sortis adversæ comes.

Neque navis ad tantas tempestates in mare deducitur, neque locis munitiones, aut portubus claustra ac aggeres objiciuntur tot tantorumque periculorum metu, contra quot casus, auxilium et præsidium pollicetur amicitia veræ probatæque firmitatis: qui vero non explorati, se pro amicis ingesserunt, eos cum instar pecuniæ improbæ exploravimus et deprehendimus, *si excesserint, lætamur: at si accesserint, procul esse volumus.* Est vero grave, et nequaquam facile, amicitiam quæ displiceat dissolvere. Sed quemadmodum perniciosum ac molestum cibum neque possumus sine damno et dolore retinere, neque qualem sumpsimus ejicere, sed fœdum et aliis confusum rebus atque tetrum: ita malus amicus, aut nostra et ipsius cum molestia nobis adest, aut per vim cum odio tanquam bilis ejicitur.

IV. Non itaque facile recipere debemus, neque temere conjungi cum quibusvis nos compellantibus, neque amare eos qui nos sectantur, sed potius sectari dignos amicitia. Non enim semper dignum est quod amplectare quidquid facile paratu est: nam ut erica et rubo quæ nobis adhærescunt calcatis et dimotis ad oleam vitemque tendimus: sic non debemus perpetuo eos qui se nobis applicant admittere in amicitiam, sed ipsi potius eos comprehendere, quos experti sumus dignos esse amicitia, usuique futuros.

V. Sicut igitur Zeuxis quibusdam culpantibus quod

ὅτι ζωγραφεῖ βραδέως, Ὁμολογῶ, εἶπεν, ἐν πολλῷ χρόνῳ γράφειν, καὶ γὰρ εἰς πολύν· οὕτω φιλίαν δεῖ καὶ συνήθειαν σώζειν παραλαβόντας ἐν πολλῷ κριθεῖσαν. Ἆρ' οὖν κρῖναι μὲν οὐκ ἔστι πολλοὺς φίλους ῥᾴδιον, συνεῖναι δὲ πολλοῖς ὁμοῦ ῥᾴδιον, ἢ καὶ τοῦτο ἀδύνατον; Καὶ μὴν ἀπόλαυσίς ἐστιν ἡ συνήθεια τῆς φιλίας, καὶ τὸ ἥδιστον ἐν τῷ συνεῖναι καὶ συνημερεύειν·

Οὐ μὲν γὰρ ζωοί γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων
βουλὰς ἑζόμενοι βουλεύσομεν·

* καὶ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως ὁ Μενέλαος,

— Οὐδέ κεν ἄλλο
ἄμμε διέκρινε φιλέοντέ τε τερπομένω τε,
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψε.

Τοὐναντίον οὖν ἔοικεν ἡ καλουμένη πολυφιλία ποιεῖν. Ἡ μὲν γὰρ συνάγει καὶ συνίστησι καὶ συνέχει καταπυκνοῦσα ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλοφροσύναις,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησε,

κατ' Ἐμπεδοκλέα· τοιαύτην γὰρ ἡ φιλία βούλεται ποιεῖν ἑνότητα καὶ σύμπηξιν. Ἡ δὲ πολυφιλία διίστησι καὶ ἀποσπᾷ καὶ ἀποστρέφει, τῷ μετακαλεῖν καὶ μεταφέρειν ἄλλοτε πρὸς ἄλλον, οὐκ ἐῶσα κρᾶσιν οὐδὲ κόλλησιν εὐνοίας ἐν τῇ συνηθείᾳ περιχυθείσῃ καὶ παγείσῃ γενέσθαι. Τοῦτο δὲ εὐθὺς ὑποβάλλει καὶ τὴν περὶ τὰς ὑπουργίας ἀνωμαλίαν καὶ δυσωπίαν· τὰ γὰρ εὔχρηστα τῆς φιλίας δύσχρηστα γίνεται διὰ τὴν πολυφιλίαν. Ἄλλον τρόπος, ἄλλον ἐγείρει φροντὶς ἀνθρώπων. Οὔτε γὰρ αἱ φύσεις ἡμῶν ἐπὶ ταὐτὰ ταῖς ὁρμαῖς ῥέπουσιν, οὔτε τύχαις ὁμοτρόποις ἀεὶ σύνεσμεν· οἵ τε τῶν πράξεων καιροὶ, καθάπερ τὰ πνεύματα, τοῖς μὲν φέρουσι, τοῖς δὲ ἀντιπίπτουσι.

6. Καίτοι κἂν πάντες ἅμα τῶν αὐτῶν οἱ φίλοι δέωνται, χαλεπὸν ἐξαρκέσαι πᾶσι βουλευομένοις, ἢ πολιτευομένοις, ἢ φιλοτιμουμένοις, ἢ ὑποδεχομένοις. Ἂν δὲ ἑνὶ καιρῷ διαφόροις πράγμασι καὶ πάθεσι προστυγχάνοντες ὁμοῦ παρακαλῶσιν, ὁ μὲν πλέων, συναποδημεῖν· ὁ δὲ κρινόμενος, συνδικεῖν· ὁ δὲ κρίνων, συνδικάζειν· ὁ δὲ πιπράσκων ἢ ἀγοράζων, συνδιοικεῖν· ὁ δὲ γαμῶν, συνθύειν· ὁ δὲ θάπτων, συμπενθεῖν·

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων·

ἡ πολυφιλία. Πᾶσι μὲν ἀμήχανον παρεῖναι, μηδενὶ δὲ ἄτοπον, ἑνὶ δὲ ὑπουργοῦντα προσκρούειν πολλοῖς, ἀνιαρόν.

Οὐδεὶς γὰρ, ἀγαπῶν αὐτὸς, ἀμελεῖθ' ἡδέως.

Καίτοι τὰς ἀμελείας καὶ ῥᾳθυμίας τῶν φίλων πρᾳότερον φέρουσι, καὶ τὰς τοιαύτας ἀπολογίας ἀμηνίτως δέχονται παρ' αὐτῶν, Ἐξελαθόμην, ἠγνόησα. Ὁ δὲ λέγων, Οὐ παρέστην σοι δίκην ἔχοντι· παριστάμην γὰρ ἑτέρῳ φίλῳ· καὶ, Πυρέττοντά σε οὐκ εἶδον· τῷ δεῖνι γὰρ φίλους ἑστιῶντι συνησχολούμην· αἰτίαν τῆς

tarde pingeret, respondit : *Fateri se multum se temporis insumere pingendo, quia in multum tempus vellet ea durare quæ pinxisset :* ita multo tempore probatam amicitiam debemus servare receptam. Quid? facile non est multos simul amicos dijudicare, cum multis simul versari facile? imo autem impossibile est. Atqui consuetudo id est, quo fruimur amicitia, neque dulcius in se quicquam ea habet præsentia et vitæ societate.

Consilium nec enim seorsis capiemus amicis;

et de Ulysse Menelaus :

Nil prius, inter nos, hinc divellisset amantes,
quam mors obscura texisset lumina nocte.

Contrarium amicitia multos complexa præstat. Simplex enim amicitia conducit, conciliat, et continet compactos colloquiis et officiis,

Lac veluti niveum ficulna coagula figunt,

ut Empedocli utar verbis; talem enim amicitia unitatem et compactionem efficere amat. Multiplex vero illa dissipat, avellit avertitque alias alio avocans, neque sinit benevolentiam in consuetudine circumfusa ac coeunte coalescere ac conglutinari. Atque hinc statim oritur officiorum inæqualitas et ineptus in iis obeundis pudor. Facit enim multitudo amicorum ut inutiles sint eæ partes amicitiæ, quæ utiles esse debebant.

Alium alii
mores, et alia cura sollicitat virum;

neque enim omnium eodem incitantur ingenia, neque omnium eadem est fortuna quibuscum vivimus, et occasiones rerum agendarum sicut et venti navigantibus, aliquando adversæ sunt, aliquando secundæ.

VI. Quod si omnes amici eadem opera aliquando indigeant, sufficere omnibus difficile est consultantibus, rempublicam gerentibus, ambientibus, aut hospites excipientibus. Sin eodem temporis articulo diversis negotiis et studiis dediti, simul postulent, alius ut naviganti comitem te præbeas, alius ut ei causam dicenti suam adsis, alius ut eum in reo aliquo accusando adjuves, alius ut ementi vendentive operam naves, alius ut nuptiali ejus sacrificio intersis, alius ut funus una deducas et lugeas : ibi vero in ista amicorum multitudine,

Suffitibus plena urbs sit et pæanibus,
et gemitibus;

ibi neque omnibus præstare officium possis, et nulli absurdum est, et multos offendere dum uni te das, durum.

Quisquis amat, is se negligi haud patitur libens.

Nam imo negligentiæ amicorum minus succensent, et absque ira hujusmodi excusationibus placantur, Oblitus sum : nescivi. Qui autem sic se excusat, *Non adfui tibi in judicio, advocatus enim fui alterius amici: Non invisi te febricitantem, quod alteri amicis convivium præbenti navavi operam :* dum ob alterius curam

ἀμελείας τὴν ἑτέρων ἐπιμέλειαν ποιούμενος, οὐ λύει τὴν μέμψιν, ἀλλὰ προσεπιβάλλει ζηλοτυπίαν. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τὰς φιλίας, ἃ δύνανται παρέχειν, μόνον, ὡς ἔοικε, σκοποῦσιν, ἃ δ' ἀνταπαιτοῦσι, παρορῶσι, καὶ οὐ μνημονεύουσιν, ὅτι δεῖ τὸν πολλοῖς, εἰς ἃ δεῖται, χρώμενον, πολλοῖς δεομένοις ἀνθυπουργεῖν. Ὥςπερ οὖν ὁ Βριάρεως ἑκατὸν χερσὶν εἰς πεντήκοντα φορῶν γαστέρας, οὐδὲν ἡμῶν πλέον εἶχε τῶν ἀπὸ δυοῖν χεροῖν μίαν κοιλίαν διοικούντων· οὕτως ἐν τοῖς φίλοις χρήσιμον καὶ τὸ λειτουργεῖν πολλοῖς ἔνεστι, καὶ τὸ συναγωνιᾷν, καὶ τὸ συνασχολεῖσθαι καὶ συγκάμνειν. Οὐ γὰρ Εὐριπίδῃ πειστέον λέγοντι,

Χρὴ γὰρ μετρίαν εἰς ἀλλήλους
φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι,
καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
εὔλυτα δ' εἶναι θέλγηθρα φρενῶν,
ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι,

καθάπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν. Ἀλλὰ τοῦτο [μὲν], ὦ Εὐριπίδη, μεταθῶμεν ἐπὶ τὰς ἔχθρας, καὶ κελεύωμεν μετρίας ποιεῖσθαι τὰς διαφορὰς, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς· εὔλυτα δ' εἶναι μίση, καὶ ὀργὰς, καὶ μεμψιμοιρίαν, καὶ ὑπονοίας. * Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἡμῖν παραίνει τὸ Πυθαγορικὸν, μὴ πολλοῖς ἐμβάλλειν δεξιάν· τουτέστι, μὴ πολλοὺς ποιεῖσθαι φίλους, μηδὲ πολύκοινον μηδὲ πάνδημον ἀσπάζεσθαι φιλίαν, καὶ πρὸς ἐναντίαν ἢ μετὰ πολλῶν παθῶν εἰσιοῦσαν· ὧν τὸ μὲν συναγωνιᾷν καὶ συνάχθεσθαι καὶ συμπονεῖν καὶ συγκινδυνεύειν οὐ πάνυ δύσοιστον τοῖς ἐλευθέροις καὶ γενναίοις ἐστί· τὸ δὲ τοῦ σοφιστοῦ Χίλωνος ἀληθὲς, πρὸς τὸν εἰπόντα, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, Ἔοικας, ἔφη, σὺ μηδὲ φίλον ἔχειν. Αἱ γὰρ ἔχθραι ταῖς φιλίαις εὐθὺς ἐπακολουθοῦσι καὶ συμπλέκονται.

7. Οὐκ ἔστι φίλων μὴ συναδικεῖσθαι καὶ μὴ συναδοξεῖν καὶ συναπεχθάνεσθαι· οἱ γὰρ ἐχθροὶ τὸν φίλον εὐθὺς ὑφορῶνται καὶ μισοῦσιν· οἱ δὲ φίλοι πολλάκις φθονοῦσί τε καὶ ζηλοτυποῦσι καὶ περισπῶσιν. Ὥσπερ οὖν ὁ τῷ Τιμησίᾳ περὶ τῆς ἀποικίας δοθεὶς χρησμὸς προηγόρευσε,

Σμῆνα μελισσάων τάχα τοι καὶ σφῆκες ἔσονται,

οὕτως οἱ φίλων ζητοῦντες ἑσμὸν ἔλαθον ἐχθρῶν σφηκίαις περιπεσόντες. Καὶ οὐκ ἴσον ἄγει σταθμὸν ἐχθροῦ μνησικακία καὶ φίλου χάρις. Ὅρα δὲ τοὺς Φιλώτου καὶ Παρμενίωνος φίλους καὶ οἰκείους ἃ διέθηκεν Ἀλέξανδρος, ἃ τοὺς Δίωνος Διονύσιος, τοὺς Πλαύτου Νέρων, καὶ τοὺς Σηϊανοῦ Τιβέριος, στρεβλοῦντες καὶ ἀποκτιννύοντες. Ὡς γὰρ τὸν Κρέοντα τῆς θυγατρὸς οὐδὲν ὁ χρυσὸς οὐδὲ ὁ πλοῦτος ὠφέλει, τὸ δὲ πῦρ ἀναφθὲν αἰφνιδίως προσδραμόντα καὶ περιπτύξαντα κατέκαυσε καὶ συναπώλεσεν· οὕτως ἔνιοι τῶν φίλων οὐδὲν ἀπολαύσαντες εὐτυχούντων συναπόλλυνται δυστυχοῦσι. Καὶ τοῦτο μάλιστα πάσχουσιν οἱ φιλόσοφοι καὶ

hunc se neglexisse fatetur, non diluit offensam, sed auget adjecta rivalitatis materia. Sed nimirum multi tantum considerant quæ commoda percipi ex amicitia possint, non observantes quid oneris interim ea imponat : neque meminerunt debere multis vicissim inservire eum, cujus multi inserviverunt usibus. Sicut igitur Briareus centum manibus cibum in quinquaginta inferens ventres, nihil nobis amplius habuit, qui duabus manibus uni ventri sufficimus : ita amicitiarum utilitatibus etiam hoc adest, quod iis qui fruitur, multis opus habet inservire, et anxietatum et occupationum, et laborum multorum partem sustinere. Neque enim audiendus est Euripides sic præcipiens,

Inter se etenim oportebat
modicum miscere homines, et non
affectum animi penitus menti
figere; amores solvi facile,
minui posse, ac rursum augeri,

scilicet veluti gubernaculum aut pedem navis, ita et usibus amicitias verses atque regas. Hoc vero, mi Euripides, ad inimicitias transferamus, jubeamusque contentiones esse mediocres, neque pertinere ad intimam animi medullam, sed odia, iras, querelas, suspiciones ita suscipi, facile ut aboleri possint. Id autem hic potius nobis præcipe Pythagoricum, *Ne multis dexteram porrigamus* : hoc est, ne multos faciamus amicos, neque multis communem et quasi publicam amplectamur amicitiam, et cum multis affectibus in animos nostros ingredientem, ut in contrarium, id est inimicitiam, abeat; de quibus affectibus una cum amicis anxium esse, molestia affici, laborare, pericula subire, res est non plane intolerabilis ingenuis ac generosa indole præditis. Verum autem est illud Chilonis sophistæ, qui dicenti nullum se habere inimicum, respondit : videris tu mihi amicum etiam nullum habere. Inimicitiæ quippe statim comitantur amicitias, iisque sese implicant.

VII. Neque fieri potest ut amici non fiant injuriæ acceptæ, ignominiarum, odiorumque participes : inimici enim amicum ejus quem oderunt, suspectum illico habent, maleque ei volunt : amici sæpenumero invident, zelotypi sunt, et curis exercent. Ut igitur Timesiæ de colonia ducenda quærenti oraculum respondit,

Hoc tibi apum examen vesparum examina fundet.

Ita qui amicorum gregem quærunt, incauti in examina tanquam vesparum, sic inimicorum incidunt. Neque vero ejusdem sunt ponderis inimici memoria injuriarum et amici gratia. Considera quomodo Alexander tractaverit Philotæ et Parmenionis amicos atque familiares : utque Dionis amicos Dionysius, Plauti Nero, Sejani Tiberius torserint atque necaverint. Ut enim Creonti nihil profuit filiæ aurum et divitiæ, sed ignis subito inflammatus accurrentem amplectentemque ipsum concremavit : sic nonnulli cum ex secundis amicorum rebus nullum perceperint fructum, calamitatis eorum et exitii fiunt comites. Quod maxime usu venit philoso-

χαρίεντες, ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ καὶ δεδεμένῳ,

Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πόδας.

Ἐν δὲ τῷ λοιμῷ φησιν ὁ Θουκυδίδης τοὺς ἀρετῆς μάλιστα μεταποιουμένους συναπόλλυσθαι τοῖς φίλοις νοσοῦσιν· ἠφείδουν γὰρ σφῶν αὐτῶν, ἰόντες παρὰ τοὺς ἐπιτηδείους.

8. Ὅθεν οὕτως τῆς ἀρετῆς ἀφειδεῖν οὐ προσῆκον, ἄλλοτε ἄλλοις συνδέοντας αὐτὴν καὶ συμπλέκοντας, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τὴν αὐτὴν φυλάττειν κοινωνίαν, τουτέστι τοῖς ὁμοίως φιλεῖν καὶ κοινωνεῖν δυναμένοις. Καὶ γὰρ δὴ τοῦτο πάντων μέγιστόν ἐστιν ἐναντίωμα πρὸς τὴν πολυφιλίαν, ὅτι φιλίας γένεσις δι' ὁμοιότητός ἐστιν. Ὅπου γὰρ καὶ τὰ ἄψυχα τὰς μίξεις πρὸς τὰ ἀνόμοια ποιεῖται μετὰ βίας ἀναγκαζόμενα, καὶ ὀκλάζει, καὶ ἀγανακτεῖ φεύγοντα ἀπ' ἀλλήλων, τοῖς δὲ συγγενέσι καὶ οἰκείοις ὁμοπαθεῖ κεραννύμενα, καὶ προσίεται τὴν κοινωνίαν λείως καὶ μετ' εὐμενείας· πῶς οἷόν τε φιλίαν ἤθεσι διαφόροις ἐγγενέσθαι καὶ πάθεσιν ἀνομοίοις καὶ βίοις ἑτέρως προαιρέσεως ἔχουσιν; Ἡ μὲν γὰρ περὶ ψαλμοὺς καὶ φόρμιγγας ἁρμονία δι' ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον, ὀξύτησι καὶ βαρύτησιν ἀμωσγέπως ὁμοιότητος ἐγγινομένης· τῆς δὲ φιλικῆς συμφωνίας ταύτης καὶ ἁρμονίας οὐδὲν ἀνόμοιον, οὐδὲ ἀνώμαλον, οὐδὲ ἄνισον εἶναι δεῖ μέρος, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων ὁμοίως ἐχόντων ὁμολογεῖν καὶ ὁμοδοξεῖν καὶ ὁμοβουλεῖν καὶ συνομοπαθεῖν, ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης σώμασι.

9. Τίς οὖν ἐστιν οὕτως ἐπίπονος καὶ μετάβολος καὶ παντοδαπὸς ἄνθρωπος, ὥστε πολλοῖς ἑαυτὸν ἐξομοιοῦν καὶ προσαρμόττειν, καὶ μὴ καταγελᾶν τοῦ Θεόγνιδος πραινοῦντος,

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
τῆπερ ὁμιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη·

(καίτοι τοῦ πολύποδος αἱ μεταβολαὶ βάθος οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν γίγνονται τὴν ἐπιφάνειαν, στυφότητι καὶ μανότητι τὰς ἀποῤῥοίας τῶν πλησιαζόντων ἀναλαμβάνουσαν· * αἱ δὲ φιλίαι τὰ ἤθη ζητοῦσι συνεξομοιοῦν, καὶ τὰ πάθη, καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰς διαθέσεις·) Πρωτέως τινὸς οὐκ εὐτυχοῦς οὐδὲ πάνυ χρηστοῦ τὸ ἔργον, ἀλλ' ὑπὸ γοητείας ἑαυτὸν εἰς ἕτερον εἶδος ἐξ ἑτέρου μεταλλάττοντος ἐν τῷ αὐτῷ πολλάκις, φιλολόγοις συναναγινώσκοντος, καὶ παλαισταῖς συγκονιουμένου, καὶ φιλοθήροις συγκυνηγετοῦντος, καὶ φιλοπόταις συμμεθυσκομένου, καὶ πολιτικοῖς συναρχαιρεσιάζοντος, ἰδίαν ἤθους ἑστίαν οὐχ ἔχοντος. Ὡς δὲ τὴν ἀσχημάτιστον οἱ φυσικοὶ καὶ ἀχρώματον οὐσίαν καὶ ὕλην λέγουσιν ὑποκειμένην καὶ τρεπομένην ὑπ' αὐτῶν, νῦν μὲν φλέγεσθαι, νῦν δ' ἐξυγραίνεσθαι, τοτὲ δ' ἐξαεροῦσθαι, πήγνυσθαι δὲ αὖθις· οὕτως ἄρα τῇ πολυφιλίᾳ ψυχὴν ὑποκεῖσθαι δεήσει, πολυπαθῆ καὶ πολύτροπον καὶ ὑγρὰν, καὶ ῥᾳδίαν μεταβάλλειν. Ἀλλ' ἡ φιλία στάσιμόν τι

phis ac scitis hominibus : sicut Theseus cum Pirithoo pœnas dante vinctoque :

Compedibus alligatus est adamantinis.

In peste ait Thucydides maxime eos qui virtutem affectarent, dum sibi ipsis non parcunt, sed suos invisunt, una cum ægrotantibus periisse.

VIII. Itaque virtute non ita est abutendum ut eam aliis atque aliis alligemus atque implicemus : sed dignis ejus est servanda communio, hoc est, iis qui vicissim eodem modo amare et communicare possunt. Etenim id omnium maxime multitudinem amicorum impedit, quod amicitia quædam est per similitudinem generatio. Cum enim bruta cum disparibus misceantur non nisi invita, subsidantque et subterfugiant, cum sui autem generibus libenter mutua quadam affectione sociata coeant : qui possit existere amicitia ubi mores sunt diversi, affectus dissimiles, vitæque instituta discrepantia ? Nam concentus quidem vocum et nervorum ex contrariis sonis conflatur, acutis et gravibus utcunque similitudinem quamdam gignentibus ; Amicitiæ autem concentus, nullam vult partem esse dissimilem aut inæqualem : sed oportet omnia dicta, sensa, consilia, et affectus inter se convenire, veluti uno animo in plura diffuso corpora.

IX. Quis vero est ita laboriosus et mutabilis, et varius homo, ut se multis similem reddere atque accommodare velit, ac non potius Theognidem rideat sic præcipientem?

Polypodis mentem versuti sumito, saxum
cui hæsit, simili quippe colore refert :

(atqui polypodis mutationes non penetrant intro, sed in ipsa fiunt superficie, astrictione et raritate sua defluxum recipiente rerum vicinarum : amicitiæ est, mores, affectus, sermonem, studia, et animi sensum exæquare) : Protei sane negotium infelicis, neque adeo boni, qui subinde præstigiis quibusdam ex alio sese in alium transformet, legat cum litterarum studiosis, in arena sit cum palæstræ deditis, venetur cum venationem amantibus, cum ebriosis potet, cum civilibus comitia obeat, neque proprios habeat suarum actionum lares. Sicut autem philosophi naturam sive materiam formæ ac coloris expertem, ut subjectum, sui mutationibus aiunt modo incendi, modo humectari, et alias in aerem dissolvi, alias condensari : ita amicorum multitudini subjicere oportebit animum multiplicem, versatilem, mobilem, et facile mutabilem. Cæterum amicitia

ζητεῖ καὶ βέβαιον ἦθος καὶ ἀμετάπτωτον ἐν μιᾷ χώρᾳ καὶ συνηθείᾳ. Διὸ καὶ σπάνιον καὶ δυσεύρετόν ἐστι φίλος βέβαιος.

ΠΕΡΙ ΤΥΧΗΣ.

1. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

Πότερον οὐδὲ δικαιοσύνη τὰ θνητῶν πράγματα, οὐδὲ ἰσότης, οὐδὲ σωφροσύνη, οὐδὲ κοσμιότης; ἀλλ' ἐκ τύχης μὲν καὶ διὰ τύχην Ἀριστείδης ἐνεκαρτέρησε τῇ πενίᾳ, πολλῶν χρημάτων κύριος γενέσθαι δυνάμενος; καὶ Σκιπίων Καρχηδόνα ἑλὼν, οὐδὲν οὔτ' ἔλαβεν οὔτ' εἶδε τῶν λαφύρων; ἐκ τύχης δὲ καὶ διὰ τύχην Φιλοκράτης, λαβὼν χρυσίον παρὰ Φιλίππου, πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζε; καὶ Λασθένης καὶ Εὐθυκράτης ἀπώλεσαν Ὄλυνθον, τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν; ἀπὸ τύχης δὲ ὁ μὲν Φιλίππου Ἀλέξανδρος αὐτός τε τῶν αἰχμαλώτων ἀπείχετο γυναικῶν, καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ἐκόλαζεν; ὁ δὲ Πριάμου, δαίμονι κακῷ καὶ τύχῃ χρώμενος, συνεκοιμᾶτο τῇ τοῦ ξένου γυναικὶ, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἐνέπλησέ τε πολέμου καὶ κακῶν τὰς δύο ἠπείρους; Εἰ γὰρ ταῦτα γίνεται διὰ τύχην, τί κωλύει καὶ τὰς γαλᾶς καὶ τοὺς τράγους καὶ τοὺς πιθήκους συνέχεσθαι φάναι διὰ τὴν τύχην ταῖς λιχνείαις καὶ ταῖς ἀκρασίαις καὶ βωμολοχίαις;

2. Εἰ δ' ἔστι σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρία, πῶς λόγον ἔχει, μὴ εἶναι φρόνησιν; εἰ φρόνησις, πῶς εὐβουλίαν μὴ εἶναι; ἡ γὰρ σωφροσύνη φρόνησίς τις ἐστὶν, ὥς λέγουσι, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς φρονήσεως δεῖται παρούσης· μᾶλλον δὲ τὴν εὐβουλίαν καὶ τὴν φρόνησιν ἐν μὲν ἡδοναῖς ἀγαθοὺς παρεχομένην ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην καλοῦμεν, ἐν δὲ κινδύνοις καὶ πόνοις καρτερίαν καὶ ἀνδραγαθίαν, ἐν δὲ κοινωνήμασι καὶ πολιτείαις εὐνομίαν καὶ δικαιοσύνην. Ὅθεν εἰ τὰ τῆς εὐβουλίας ἔργα τῆς τύχης δικαιοῦμεν εἶναι, ἔστω τύχης καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης καὶ τὰ τῆς σωφροσύνης· καὶ νὴ Δία τὸ κλέπτειν τύχης ἔστω, καὶ τὸ βαλαντιοτομεῖν, καὶ τὸ ἀκολασταίνειν· καὶ μεθέμενοι τῶν οἰκείων λογισμῶν εἰς τὴν τύχην ἑαυτοὺς ἀφῶμεν, ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος πολλοῦ κονιορτὸν ἢ συρφετὸν ἐλαυνομένους, ἢ διαφερομένους. Εὐβουλίας τοίνυν μὴ οὔσης, οὐδὲ βουλὴν εἰκὸς εἶναι περὶ πραγμάτων, οὐδὲ σκέψιν, οὐδὲ ζήτησιν τοῦ συμφέροντος· ἀλλὰ ἐλήρησεν εἰπὼν ὁ Σοφοκλῆς, ὅτι

* — πᾶν τὸ ζητούμενον
ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον·

καὶ πάλιν αὖ τὰ πράγματα διαιρῶν,

Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
ζητῶ, τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην.

stabile requirit quippiam, et immutabile ingenium, quod eamdem retineat consuetudinem : ideo rarus et inventu difficilis est constans amicus.

DE FORTUNA.

I. Vitam regit fortuna, non sapientia :

dixit quidam, res humanas non consilii dexteritate, sed fortuito dispensari sentiens. Quid ergo? neque justitia, neque æqualitas, neque temperantia, neque modestia res humanas dirigunt? sed a fortuna et propter fortunam factum est ut in sua perseveraret Aristides paupertate, cum parare divitias sibi posset? et Scipio Carthagine capta nihil prædæ neque videret neque acciperet? et Philocrates accepta a Philippo pecunia meretrices ac pisces emeret? Lasthenes et Euthycrates ventre ac rebus turpissimis metiti felicitatem, Olynthum perderent? Alexander Philippi filius captivis mulieribus cum ipse abstineret, tum vim facientes puniret? Alexander autem Priami filius adversa fortuna eo adactus est ut stuprum hospitis uxori offerret, eaque abducta duas continentes bello ac malis impleret? Hæc enim si fortunæ adscribuntur, quid impedit quominus feles, hircos, simias dicamus fortuito esse gulosos, libidinosos, scurriles?

II. Sin est aliqua temperantia, justitia, fortitudo, qui consentaneum est prudentiam; si prudentia, consilii dexteritatem nullam esse? cum et temperantia dicatur quædam esse prudentia, et justitia præsentem requirat prudentiam. Imo prudentiam qua adhibita circa voluptates officium tuemur, continentiæ et temperantiæ nomine afficimus : eamdemque in periculis et laboribus tolerantiam ac fortitudinem, in contractibus et rebus publicis æquitatem justitiamque vocamus. Unde fit, ut, si fortunæ imputamus quæ consilii dexteritate præstantur, eidem etiam justitiæ et temperantiæ opera sint imputanda : et furari mehercle, et marsupia desecare, et lascivire, fortunæ acceptum feretur : denique nostris ratiocinationibus valere jussis, fortunæ totos nos trademus, quasi vento quodam instar pulveris aut quisquiliarum exagitatos atque dissipatos. Jam consilii dexteritate sublata, par est neque considerationem ullam rerum relinqui, neque investigationem utilitatis : sed deliravit Sophocles, cum diceret :

— quicquid quæritur
licet invenire : neglectum vero latet;

et rursus, cum res dividens ait :

Discenda disco, et invenienda si qua sunt
inquiro : voti quæ sunt, a diis peto.

Τί γὰρ εὑρετὸν ἢ τί μαθητόν ἐστιν ἀνθρώποις, εἰ πάντα περαίνεται κατὰ τύχην; ποῖον δὲ οὐκ ἀναιρεῖται βουλευτήριον πόλεως, ἢ ποῖον οὐ καταλύεται συνέδριον βασιλέως, εἰ ὑπὸ τῇ τύχῃ πάντα ἐστίν; ἣν τυφλὴν λοιδοροῦμεν, ὡς τυφλοὶ περιπίπτοντες αὐτῇ· τί δὲ οὐ μέλλομεν, ὅταν, ὥσπερ ὄμματα τὴν εὐβουλίαν ἐκκόψαντες αὐτῶν, τοῦ βίου τυφλὴν χειραγωγὸν λαμβάνωμεν;

3. Καίτοι φέρε λέγειν τινὰ ἡμῶν, ὡς τύχη τὰ τῶν βλεπόντων πράγματα, οὐκ ὄψις, οὐδὲ ὄμματα φωσφόρα, φησὶν ὁ Πλάτων· καὶ τύχη τὰ τῶν ἀκουόντων, οὐ δύναμις ἀντιληπτικὴ πληγῆς ἀέρος δι' ὠτὸς καὶ ἐγκεφάλου προσφερομένης· καλὸν ἦν, ὡς ἔοικεν, εὐλαβεῖσθαι τὴν αἴσθησιν. Ἀλλὰ μὴν τὴν ὄψιν καὶ ἀκοὴν καὶ γεῦσιν καὶ ὄσφρησιν, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος δυνάμεως αὐτῶν ὑπηρεσίαν εὐβουλίας καὶ φρονήσεως, ἡ φύσις ἤνεγκεν ἡμῖν. Καὶ νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά. Καὶ ὥσπερ ἡλίου μὴ ὄντος, ἕνεκα τῶν ἄλλων ἄστρων εὐφρόνην ἂν ἤγομεν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος· οὕτως ἕνεκα τῶν αἰσθήσεων, εἰ μὴ νοῦν μηδὲ λόγον ὁ ἄνθρωπος ἔσχεν, οὐδὲν ἂν διέφερε τῷ βίῳ τῶν θηρίων. Νῦν δὲ οὐκ ἀπὸ τύχης οὐδὲ αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν καὶ κρατοῦμεν, ἀλλ' ὁ Προμηθεύς, τουτέστιν ὁ λογισμός, αἴτιος,

Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς
δοὺς ἀντίδωρα, καὶ πόνων ἐκδέκτορα,

κατ' Αἰσχύλον. Ἐπεὶ τύχῃ γε καὶ φύσει γενέσεως ἄμεινον τὰ πλεῖστα τῶν ἀλόγων κέχρηται. Τὰ μὲν γὰρ ὥπλισται κέρασι καὶ ὀδοῦσι καὶ κέντροις· αὐτὰρ ἐχῖνος, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὀξυβελὴς δέ τε νώτοις ἐπιπεφρίκασι, καὶ ὑποδέδεται καὶ ἠμφίεσται φολίσι καὶ λάχναις, καὶ χηλαῖς καὶ ὁπλαῖς ἀποκρότοις· μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὸν Πλάτωνα, γυμνὸς καὶ ἄνοπλος καὶ ἀνυπόδετος καὶ ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται.

Ἀλλ' ἓν διδοῦσα, πάντα μαλθάσσει τάδε,

τὸν λογισμὸν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν πρόνοιαν. Ἦ βραχὺ μὲν σθένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων δεινὰ μὲν πόντου, χθονίων τ' ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα. Κουφότατον ἵπποι καὶ ὠκύτατον, ἀνθρώποις δὲ θέουσι· μάχιμον κύων καὶ θυμοειδὲς, ἀλλ' ἄνθρωπον φυλάττει· ἥδυτατον ἰχθὺς, καὶ ὗς πολύσαρκον, ἀνθρώποις δὲ τροφὴ καὶ ὄψον ἐστί. Τί μεῖζον ἐλέφαντος ἢ φοβερώτερον ἰδεῖν; ἀλλὰ καὶ τοῦτο παίγνιον γέγονεν ἀνθρώπου, καὶ θέαμα πανηγυρικὸν, ὀρχήσεις τε μανθάνει καὶ χορείας καὶ προσκυνήσεις· οὐκ ἀχρήστως τῶν τοιούτων παρεισαγομένων, ἀλλ' ἵνα μανθάνωμεν, ποῦ τὸν ἄνθρωπον ἡ φρόνησις αἴρει, καὶ τίνων ὑπεράνω ποιεῖ, καὶ πῶς κρατεῖ πάντων καὶ περίεστιν.

Οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες, οὐδὲ παλαισταὶ,
οὐδὲ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν,

ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀτυχέστεροι τῶν θηρίων ἐσμέν·

Quid enim invenire aut discere possint homines, si fortuna omnia diriguntur? cujusnam urbis curia, cujus regis consilium non evertitur, si fortunæ omnia parent? cui nos cæcitatem exprobramus, qui in eam cæci incidimus. Qui vero non incidamus, si consilii dexteritatem, quæ oculorum instar nobis est, abjicientes, cæcam vitæ ductricem eam nobis adsciscimus?

III. Finge vero aliquem nostrum sic dicere : Fortuna præstat ut videamus, non visus et oculi, quos luciferos Plato dicit : fortuna audimus, non facultate ictum aeris apprehendente qui per aures ad cerebrum fertur. Quis non vereatur hoc modo sensibus detrahere? Atqui visum, auditum, gustatum, olfactum, reliquas item corporis facultates atque partes natura nobis dedit, ut earum ministerio prudentia uteretur. Mens enim videt, mens audit, reliqua cæca sunt, et surda. Et sicut *sole sublato, quod ad reliqua sidera attinet, perpetuam haberemus noctem*, ut Heraclitus dixit : ita nisi mens et ratio adesset, præstare reliqui sensus non possent, ut reliquis animalibus anteiret homo. Nunc quod potiores sumus, iisque imperamus, non casu aut fortuito fit, sed Prometheus, id est rationis usus, hoc efficit,

Fœtus equorum, asinorumque, et boum genus,
munera rependens, quæ nostris laboribus
subeant, — —

ut est apud Æschylum. Alioqui sui ortus natura et conditione pleraque bruta sunt quam nos meliore : alia enim cornibus armantur, dentibus, stimulis : et echinus, ut ait Empedocles,

Dorsum horret spinis, et spicula torquet acuta :

tum vero amicta sunt et suffulta squamis, villis, chelis, ungulis duris. Solus homo, ut ait Plato, nudus, inermis, sine calceis et tegmine est a natura relictus.

Unum sed hæc largita, emollit omnia :

scilicet rationis usum et industriam ac providentiam.

Vires exiguæ sunt mortalium.
Sed calliditate multiplici
belluas maris, et terrestria,
et sub cœlo volitantia
omnia homo domat.

Nihil agilius equo, nihil velocius, sed hominibus currunt : ferox est animal canis, et iracundum, sed homines custodit : multum carnis habet porcus, esu suavissimus est piscis, alimentum et obsonium homini sunt. Quid majus elephanto, quid aspectu terribilius? verum et hic ludicrum hominis factum est, et spectaculum in solemnibus conventibus, discitque saltationes suas et choreas ac ingeniculare. Atque hæc non inutiliter spectanda proponuntur : faciunt enim eo, ut discamus, quo hominem attollat ratio, et quibus rebus eum superiorem faciat, utque omnia in suam redigat potestatem.

Non etenim pugiles, luctatoresve profecto
invicti sumus, aut cursu contendere digni :

imo in his omnibus præstant nobis bruta. Peritia autem,

ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ μνήμῃ καὶ σοφίᾳ καὶ τέχνῃ, κατὰ Ἀναξαγόραν, σφῶν τε αὐτῶν χρώμεθα, καὶ βλίττομεν, καὶ ἀμέλγομεν, καὶ φέρομεν, καὶ ἄγομεν συλλαμβάνοντες· ὥστε ἐνταῦθα μηδὲν τῆς τύχης, ἀλλὰ πάντα τῆς εὐβουλίας εἶναι καὶ τῆς προνοίας.

4. * Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τεκτόνων δήπου πράγματα θνητῶν ἐστι, καὶ τὰ χαλκοτύπων, καὶ οἰκοδόμων, καὶ ἀνδριαντοποιῶν, ἐν οἷς οὐδὲν αὐτομάτως, οὐδ᾽, ὡς ἔτυχε, κατορθούμενον ὁρῶμεν. Ὅτι γὰρ βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, χαλκοτύπῳ τε καὶ οἰκοδόμῳ, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν ἔργων αἱ τέχναι συντελοῦσι δι᾽ αὐτῶν, καὶ οὗτος ὑποδεδήλωκε,

Βᾶτ᾽ εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεώς,
οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς
λίκνοισι προστρέπεσθε·

τὴν γὰρ Ἐργάνην καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αἱ τέχναι πάρεδρον, οὐ τὴν Τύχην ἔχουσιν. Ἕνα μέντοι φασὶν ἵππον ζωγραφοῦντα τοῖς μὲν ἄλλοις κατορθοῦν εἴδεσι καὶ χρώμασι, τοῦ δὲ ἀφροῦ τὴν παρὰ τῷ χαλινῷ κοπτομένην χαυνότητα καὶ συνεκπίπτουσαν τῷ ἄσθματι μὴ ἀρεστὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γράφοντα πολλάκις γοῦν ἐξαλείφειν, τέλος δ᾽ ὑπ᾽ ὀργῆς προσβαλεῖν τῷ πίνακι τὸν σπόγγον, ὥσπερ εἶχε τῶν φαρμάκων ἀνάπλεων· τὸν δὲ προσπεσόντα θαυμαστῶς ἐναπομάξαι καὶ ποιῆσαι τὸ δέον. Τοῦτο ἔντεχνον τύχης μόνον ἔργον ἱστορεῖται. Κανόσι καὶ σταθμοῖς καὶ μέτροις καὶ ἀριθμοῖς πανταχοῦ χρῶνται, ἵνα μηδαμοῦ τὸ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τοῖς ἔργοις ἐγγένηται. Καὶ μὴν αἱ τέχναι μικραί τινες εἶναι λέγονται φρονήσεις, μᾶλλον δὲ ἀπόρροιαι φρονήσεως καὶ προστρίμματα ἐνδιεσπαρμένα ταῖς χρείαις περὶ τὸν βίον· ὥσπερ αἰνίττεται τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ Προμηθέως μερισθὲν ἄλλο ἄλλῃ διασπαρῆναι. Καὶ γὰρ τῆς φρονήσεως μόρια καὶ σπάσματα μικρὰ, θραυομένης καὶ κατακερματιζομένης, εἰς τάξεις κεχώρηκε.

5. Θαυμαστὸν οὖν ἐστι, πῶς αἱ μὲν τέχναι τῆς τύχης οὐ δέονται πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος, ἡ δὲ πασῶν μεγίστη καὶ τελειοτάτη τέχνη, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς ἀνθρωπίνης εὐφημίας καὶ δικαιώσεως, οὐδέν ἐστιν. Ἀλλ᾽ ἐν ἐπιτάσει χορδῶν καὶ ἀνέσει εὐβουλία τις ἐστὶν, ἣν μουσικὴν καλοῦσι, καὶ περὶ ἄρτυσιν ὄψων, ἣν μαγειρικὴν ὀνομάζομεν, καὶ περὶ πλύσιν ἱματίων, ἣν γναφικήν· τοὺς δὲ παῖδας καὶ ὑποδεῖσθαι καὶ περιβάλλεσθαι διδάσκομεν, καὶ τῇ δεξιᾷ λαμβάνειν τοῦ ὄψου, τῇ δὲ ἀριστερᾷ κρατεῖν τὸν ἄρτον, ὡς οὐδὲ τούτων γινομένων ἀπὸ τύχης, ἀλλ᾽ ἐπιστάσεως καὶ προσοχῆς δεομένων· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα πρὸς εὐδαιμονίαν οὐ παρακαλεῖ τὴν φρόνησιν, οὐδὲ μετέχει τοῦ κατὰ λόγον καὶ πρόνοιαν; Ἀλλὰ γῆν μὲν οὐδεὶς ὕδατι δεύσας ἀφῆκεν, ὡς ἀπὸ τύχης καὶ αὐτομάτως πλίνθων ἐσομένων· οὐδὲ ἔρια καὶ σκύτη κτησάμενος, κάθηται τῇ τύχῃ προσευχόμενος ἱμάτιον αὐτῷ καὶ ὑποδήματα γενέσθαι· χρυσίον δὲ πολὺ συμφορήσας καὶ ἀργύριον καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων καὶ πολυθύρους αὐλὰς περιβα-

memoria, sapientia et arte, secundum Anaxagoram, omnia quæ ipsa habent in nostros vertimus usus, favos apum colligimus, lac mulgemus, et res brutorum nostro arbitratu agimus ac ferimus : nihilque hic fortuna, omnia consilio et providentia geruntur.

IV. Enimvero in humanis rebus haud dubie censentur etiam artificum opera, et fabrorum qui metalla cudunt, qui domos ædificant, qui statuas faciunt, in quibus nihil forte fortuna aut casu absolvi videmus : utque perpusillum aliquid fortuna interdum architecto aut mulcibero commodet, certe plurima et maxima opera ars seipsa contenta perficit. Hanc rem poeta sic declaravit :

Ite in viam nunc omnis artificum tribus,
qui filiam trucibus oculis notam Jovis
colitis cistas gerentes Erganam sacras :

est enim Ergane Opifex : hanc itaque Minervam operum præfectam, non Fortunam, patronam agnoscunt artes. Ferunt quemdam, cum equum cæteras ad partes quod attinebat lineis et coloribus probe expressisset, spumam tantum quæ fræno concusso cum anhelitu efflabatur, non ita pinxisset ut sibi satisfaceret, ita sæpius delevisset et denuo conatus esset perficere, ad extremum præ ira spongiam ut erat plena pigmentorum in tabulam conjecisse, eamque non sine miraculo operi id quod desiderabatur addidisse : hoc unum fortunæ artificiosum facinus narratur. Cæterum artifices regulis, ponderibus, mensuris ac numeris ubique utuntur, ne quis casui locus in opere relinquatur. Et quidem ipsæ artes parvæ quædam appellantur prudentiæ, aut rivuli potius prudentiæ, et fragmenta quædam usibus vitæ nostræ inspersa : quod ignis Promethei ænigma innuit hinc inde dispersus. Sic enim prudentiæ etiam particulæ quædam in minuta frusta divisæ in ordines sunt redactæ.

V. Mirum itaque sit, cum artes, ut suum finem consequantur, nihil indigeant fortunæ opera, artem omnium maximam et perfectissimam, quæ summam humanæ gloriæ et officii continet, nullam esse. Est quædam in intendendis remittendisque fidibus prudentia, quæ musica dicitur : est in apparandis cibis, quæ culinaria : est in lavandis vestibus, quæ fullonum : tum pueros docemus se induere vestibus et calceis, dextraque cibum capere, læva panem tenere : quod ne hæc quidem ipsa fortuito fiant, sed attentione et peritia opus habeant : maxima vero et ad felicitatem præcipue facientia dicemus non adhibere prudentiam, non rationis usum et providentiam? Atqui nemo terram aqua madefaciens discedit, ultro et fortunæ opera lateres inde exituros censens : neque quisquam lanis et corio partis sedet fortunam precans ut vestem sibi ex iis aut calceos efficiat : qui vero multum auri, argenti, mancipiorum collegerit, in aulis habitet multiforibus, atque

λόμενος, καὶ κλίνας προθέμενος πολυτελεῖς καὶ τραπέζας, οἴεται ταῦτα, φρονήσεως αὐτῷ μὴ παραγενομένης, εὐδαιμονίαν ἔσεσθαι, καὶ βίον ἄλυπον καὶ μακάριον καὶ ἀμετάβλητον; Ἠρώτα τις Ἰφικράτην τὸν στρατηγὸν, ὥσπερ ἐξελέγχων, τίς ἐστιν; οὔτε γὰρ ὁπλίτης, οὔτε τοξότης, οὔτε πελταστής· κἀκεῖνος, Ὁ τούτοις, ἔφη, πᾶσιν ἐπιτάττων καὶ χρώμενος.

6. Οὐ χρυσίον ἡ φρόνησίς ἐστιν, οὐδὲ ἀργύριον, οὐδὲ δόξα, οὐδὲ πλοῦτος, οὐδ' ὑγίεια, οὐδ' ἰσχὺς, οὐδὲ κάλλος. Τί οὖν ἐστι; τὸ πᾶσι καλῶς τούτοις χρῆσθαι δυνάμενον, καὶ δι' ὃ τούτων ἕκαστον ἡδὺ γίνεται καὶ ἔνδοξον καὶ ὠφέλιμον, ἄνευ δὲ τούτου δύσχρηστα καὶ ἄκαρπα καὶ βλαβερὰ, καὶ βαρύνει καὶ καταισχύνει τὸν κεκτημένον. Ἦπου καλῶς ὁ Ἡσιόδου Προμηθεὺς τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελεύεται,

— Μήποτε δῶρα
δέξηται παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν·

* τὰ τυχηρὰ λέγων καὶ τὰ ἐκτός· ὡς εἰ παρεκελεύετο, μὴ συρίζειν ἄμουσον ὄντα, μηδ' ἀναγινώσκειν ἀγράμματον, μηδὲ ἱππεύειν ἄνιππον, οὕτω παρακελευόμενος αὐτῷ, μὴ ἄρχειν ἀνόητον ὄντα, μηδὲ πλουτεῖν ἀνελεύθερον, μηδὲ γαμεῖν κρατούμενον ὑπὸ γυναικός. Οὐ γὰρ μόνον τὸ εὖ πράσσειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται, ὡς Δημοσθένης εἶπεν· ἀλλὰ τὸ εὐτυχεῖν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς πράττειν τοῖς μὴ φρονοῦσιν.

ante se habeat lectulos sumptuosos et mensas, censebit ista, si absit prudentia, felicitatem fore, aut vitam beatam, doloris expertem, et mutationis securam? Interrogavit quidam reprehendendi animo Iphicratem, quis esset, cum neque arma, neque arcum, neque cetras ferentium in ordine censeretur? respondit, Eum se esse, qui hisce omnibus imperaret atque uteretur.

VI. Ita prudentia neque aurum est, neque argentum, neque gloria, neque valetudo, neque divitiæ, neque robur, neque pulchritudo. Quid ergo ea est? id quod recte uti his omnibus potest, ac singula horum jucunda facit, laudabilia, utilia, cum sine hac inutilia, sterilia, damnosaque sint, et molestiam ac dedecus possidenti ea afferant. Præclare itaque Prometheus apud Hesiodum præcipit Epimetheo,

Ne munera magno
ab Jove missa unquam accipiat, sed habere recuset;

nimirum de fortunæ bonis et externis loquens: perinde ac si musicæ ignarum canere fistula, aut recitare indoctum, aut equitare ignarum equi gubernandi, vetaret: ita eum hortans ne magistratum gerat cum imprudens sit, neve sit dives, animo præditus illiberali, neve uxorem ducat, sub ejus futurus imperio. Non enim duntaxat res secundæ indigno oblatæ occasionem stultis exhibent malorum consiliorum, ut Demosthenes dixit: sed et prosperitas merito major imprudentibus calamitatum ansa et origo est.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ.

1. Τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αὐτὰ δήπου θερμαίνοντα καὶ προσβάλλοντα τὴν θερμότητα· καθ' ἑαυτὸ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν ψυχρόν ἐστιν· ἢ καὶ πολλάκις καυματιζόμενοι καὶ πυρέττοντες ἐξ ἑτέρων ἕτερα μεταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἣν ὁ ἄνθρωπος ἀναδίδωσιν ἐξ ἑαυτοῦ θερμότητα, ταύτην ἡ ἐσθὴς τῷ σώματι προσπεσοῦσα συνέχει καὶ περιστέλλει, καὶ καθειργνυμένην εἰς τὸ σῶμα οὐκ ἐᾷ πάλιν σκεδάννυσθαι. Ταὐτὸ δὴ τοῦτο τοῖς πράγμασιν ὑπάρχον ἐξαπατᾷ τοὺς πολλοὺς, ὡς, ἂν οἰκίας μεγάλας περιβάλωνται, καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων καὶ χρημάτων συναγάγωσιν, ἡδέως βιωσομένους. Τὸ δὲ ἡδέως ζῆν καὶ ἱλαρῶς οὐκ ἔξωθέν ἐστιν, ἀλλὰ τοὐναντίον ὁ ἄνθρωπος τοῖς περὶ αὐτὸν πράγμασιν ἡδονὴν καὶ χάριν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τοῦ ἤθους, προστίθησιν.

Αἰθομένου δὲ πυρὸς, γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι·

καὶ πλοῦτος ἡδίων, καὶ δόξα λαμπροτέρα καὶ δύναμις, ἂν τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἔχῃ γῆθος· ὅπου καὶ πενίαν καὶ φυγὴν καὶ γῆρας ἐλαφρῶς καὶ προσηνῶς πρὸς εὐκολίαν καὶ πρᾳότητα τρόπου φέρουσιν.

DE VIRTUTE ET VITIO.

I. Vestes hominum videntur calefacere, cum quidem ipsæ calorem non afferant, suapte natura frigidæ (unde etiam sæpe in æstu aut febri vestes subinde mutamus, corporis refrigerandi gratia); sed calorem qui ex hominis editur corpore, vestes corpori adhibitæ continent atque comprimunt, inclusumque corpori non patiuntur dissipari. Idem in rebus error multos decipit, qui suaviter se victuros putant, si in magnis habitent ædibus, multitudine mancipiorum et pecuniarum instructi. Atqui non foris est vitæ suavitas, sed rebus suis ex ingenio suo tanquam fonte voluptatem et gratiam affert homo.

Sed lucente foco domus adspectu quoque fiet
pulchrior:

et divitiæ gratiores sunt, et gloria splendidior ac potentia, si animi lætitia accedit: siquidem paupertatem etiam, exsilium, et senectutem facile et placide ob morum mansuetudinem ac facilitatem ferunt.

2. Ὡς γὰρ ἀρώματα τρίβωνας εὐώδεις καὶ ῥάκια ποιεῖ, τοῦ δὲ Ἀγχίσου τὸ σῶμα ἰχῶρα πονηρὸν ἐξεδίδου,

Μοτοῦ καταστάζοντα βύσσινον φάρος·

οὕτω μετ' ἀρετῆς καὶ δίαιτα πᾶσα καὶ βίος ἄλυπός ἐστι καὶ ἐπιτερπής· ἡ δὲ κακία καὶ τὰ λαμπρὰ φαινόμενα καὶ πολυτελῆ καὶ σεμνὰ μιγνυμένη λυπηρὰ καὶ ναυτιώδη καὶ δυσπρόσδεκτα παρέχει τοῖς κεκτημένοις.

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται·
ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τρισάθλιος,
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.

Καίτοι γυναικὸς οὐ χαλεπῶς ἄν τις ἀπαλλαγείη πονηρᾶς, ἀνὴρ ὤν, μηδ' ἀνδράποδον· πρὸς δὲ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν οὐκ ἔστι γραψάμενον ἀπόλειψιν, ἤδη πραγμάτων ἀφεῖσθαι, καὶ ἀναπαύεσθαι γενόμενον καθ' αὑτόν· ἀλλ' ἀεὶ συνοικοῦσα τοῖς σπλάγχνοις καὶ προσπεφυκυῖα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν,

Εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκε,

βαρεῖα συνέκδημος οὖσα δι' ἀλαζονείαν, καὶ πολυτελὴς σύνδειπνος ὑπὸ λιχνείας, καὶ σύγκοιτος ὀδυνηρὰ, φροντίσι καὶ μερίμναις καὶ ζηλοτυπίαις ἐκκόπτουσα τὸν ὕπνον καὶ διαφθείρουσα. Καὶ γὰρ ὃ καθεύδουσι τοῦ σώματος ὕπνος ἐστὶ καὶ ἀνάπαυσις, τῆς δὲ ψυχῆς πτοῖαι καὶ ὄνειροι καὶ ταραχαὶ, διὰ δεισιδαιμονίαν·

Ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ λύπη λάβῃ,
ἀπόλλυμ' ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων,

φησί τις· οὕτω δὲ καὶ φθόνος καὶ φόβος καὶ θυμὸς καὶ ἀκολασία διατίθησι· μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἔξω βλέπουσα καὶ συσχηματιζομένη ἡ κακία πρὸς ἑτέρους, * δυσωπεῖται καὶ περικαλύπτει τὰ πάθη, καὶ οὐ παντάπασι ταῖς ὁρμαῖς ἐκδίδωσιν ἑαυτὴν, ἀλλ' ἀντιτείνει καὶ μάχεται πολλάκις· ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις ἀποφυγοῦσα δόξας καὶ νόμους, καὶ πορρωτάτω γενομένη τοῦ δεδιέναι καὶ αἰδεῖσθαι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν κινεῖ, καὶ ἐπανεγείρει τὸ κακόηθες καὶ τὸ ἀκόλαστον· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖ μίγνυσθαι, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ βρώσεις ἀθέσμους προσάγεται, καὶ πράξεως οὐδεμιᾶς ἀπέχεται, ἀπολαύουσα τοῦ παρανομεῖν ὡς ἀνυστόν ἐστιν εἰδώλοις καὶ φάσμασιν, εἰς οὐδεμίαν ἡδονὴν οὐδὲ τελείωσιν τοῦ ἐπιθυμοῦντος τελευτῶσιν, ἀλλὰ κινεῖν μόνον καὶ διαγριαίνειν τὰ πάθη καὶ τὰ νοσήματα δυναμένοις.

3. Ποῦ τοίνυν τὸ ἡδὺ τῆς κακίας ἐστὶν, εἰ μηδαμοῦ τὸ ἀμέριμνον, τὸ ἄλυπον, μηδὲ αὐτάρκεια, μηδὲ ἀταραξία, μηδὲ ἡσυχία; Ταῖς μὲν γὰρ τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ἡ τοῦ σώματος εὐκρασία καὶ ὑγίεια χώραν καὶ γένεσιν δίδωσι· τῇ δὲ ψυχῇ οὐκ ἔστιν ἐγγενέσθαι γῆθος οὐδὲ χαρὰν βεβαίαν, ἂν μὴ τὸ ἄφοβον καὶ θαῤῥαλέον ὥσπερ ἕδραν ἢ γαλήνην ἄκλυστον ὑποβάληται· ἀλλὰ κἂν ὑπομειδιάσῃ τις ἐλπὶς ἢ τέρψις, αὕτη ταχὺ φροντίδος ἐκραγείσης ὥσπερ εὐδίᾳ σπιλάδος συνεχύθη καὶ συνεταράχθη.

II. Sicut enim aromata gratum odorem etiam lacernis et centonibus conciliant, cum Anchisæ corpus saniem malam ederet,

In fila destillantem vestis byssinæ :

ita cum virtute omne vitæ genus molestiæ expers est et jucundum : vitium iis etiam quæ splendida videntur et pretiosa et veneranda si admisceatur, molesta facit, et fastidiosa, et ingrata possidentibus.

Beatus iste nuncupatus in foro,
foribus domus apertis est miserrimus :
mulier dominatur, imperat, obstat perpetim.

Et vero facile mala se exoneret muliere, qui quidem vir sit, non mancipium. Vitiis vero tuis non licet remisso nuntio, jussisque suas res habere, seorsim vivere liberatum iis et quiete frui. Vitium enim in ipsis habitans visceribus atque inhærens noctes diesque,

Absque face exurit, crudæ mandatque senectæ.

Molestus est itineris comes pravitas ob arrogantiam, sumptuosus conviva ob luxuriam, concubina acerba, quod curis et sollicitudinibus ac æmulationibus somnum avertit ac vitiat. Etenim dormientibus somnus corporis est requies : animo interim terrores obversantur, somnia, tumultus, ob superstitionem :

Quod dormitantem si me corripit dolor,
insomniis miser enecor, —

ait quidam. Eodem modo invidia etiam, et metus, et ira, et libido afficiunt. Interdiu enim vitium foras prospiciens ad alios, iisque se accommodans, pudore afficitur et occultat affectum, neque omnino impetibus suis concedit, sed repugnat sæpe et renititur ; in somnis autem legibus jam et aliorum judiciis non amplius obnoxium, remotumque longissime a verecundia et metu, omnem movet cupiditatem, malitiamque suam et libidinem exsuscitat : nam et cum matre concubitum affectat, ut ait Plato, et cibis vesci quibus religio interdicit, neque ullo facinore abstinet, fruiturque flagitiis quantum datur, imaginibus fingendis ac visis quæ in nullam voluptatem aut perfectionem cupiditatis desinunt, sed movere tantum et exacerbare affectus morbosque valent.

III. Ubi ergo est delectatio vitii, si nullibi vacuitas curarum et doloris, nullibi seipso contentum esse, nullibi tranquillitas animi otiumve conceditur? Nam carnis quidem voluptatibus bona corporis temperies et sanitas locum ortumque præbet : animo gaudium aut lætitia stabilis ingenerari non potest, nisi vacuitatem metus ac fiduciam et tranquillitatem pro fundamento substernas : alioquin etsi spes aliqua aut delectatio arriserit, subito eam cura aliqua erumpens confundet, ac conturbabit, sicut tranquillo cœlo navigantibus objecta rupes.

4. Ἄθροιζε χρυσίον, σύναγε ἀργύριον, οἰκοδόμει περιπάτους, ἔμπλησον ἀνδραπόδων τὴν οἰκίαν, καὶ χρεωστῶν τὴν πόλιν, ἂν μὴ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καταστορέσῃς, καὶ τὴν ἀπληστίαν παύσῃς, καὶ φόβων καὶ φροντίδων ἀπαλλάξῃς σαυτὸν, οἶνον διηθεῖς πυρέττοντι, καὶ χολικῷ μέλι προσφέρεις, καὶ σιτία καὶ ὄψα κοιλιακοῖς ἑτοιμάζεις καὶ δυσεντερικοῖς, μὴ στέγουσι μηδὲ ῥωννυμένοις, ἀλλὰ προσδιαφθειρομένοις ὑπ' αὐτῶν. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς νοσοῦντας, ὅτι τῶν βρωμάτων τὰ καθαριώτατα καὶ πολυτελέστατα δυσχεραίνουσι καὶ διαπτύουσι καὶ παραιτοῦνται, προσφερόντων καὶ βιαζομένων· εἶτα τῆς κράσεως μεταβαλούσης, καὶ πνεύματος χρηστοῦ καὶ γλυκέος αἵματος ἐγγενομένου καὶ θερμότητος οἰκείας, ἀναστάντες ἄρτον λιτὸν ἐπὶ τυρῷ καὶ καρδάμῳ χαίρουσι καὶ ἀσμενίζουσιν ἔσθοντες; Τοιαύτην ὁ λόγος ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ διάθεσιν· καὶ αὐτάρκης ἔσῃ, ἐὰν μάθῃς, τί τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστι· τρυφήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις, καὶ τὸν ἀπράγμονα βίον καὶ ἰδιώτην οὐδὲν ἧττον ἀγαπήσεις ἢ τὸν ἐπὶ στρατηγίαις καὶ ἡγεμονίαις· οὐ βιώσῃ φιλοσοφήσας ἀηδῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ζῆν ἡδέως μαθήσῃ καὶ ἀπὸ πάντων· εὐφρανεῖ σε πλοῦτος, πολλοὺς εὐεργετοῦντα· καὶ πενία, πολλὰ μὴ μεριμνῶντα· καὶ δόξα, τιμώμενον· καὶ ἀδοξία, μὴ φθονούμενον.

IV. Congere aurum, collige argentum, ædifica ambulationes, imple mancipiis domum, debitoribus urbem, nisi animi affectus sedaveris, et inexpletæ cupiditati finem imposueris, teque ipsum metu et sollicitudinibus liberaveris, vinum febricitanti colas, mel bilioso offers, cibos cœliacis paras et difficultate intestinorum laborantibus, qui eos non perferunt neque reficiuntur ab iis, sed perduntur. Non vides, ut ægroti purissimos et pretiosos cibos aversantur, despuunt, recusant vi oblatos? Postmodo mutata temperie, bonisque spiritibus et dulci sanguine natis, caloreque naturali restituto, surgunt, et vilem panem cum caseo et nasturtio non sine voluptate edunt. Hujusmodi doctrina animo ingenerat affectionem. Contentus eris te ipso, si didiceris quid bonum sit, quid honestum. Luxuriabis in paupertate, et rex eris, vitamque privatam et otiosam non minus habebis gratam, quam quæ in imperiis et magistratibus agitur. Philosophiæ navata opera, nunquam injucunde vives, sed disces omni vitæ statu delectari, omni conditione. Lætitiam tibi afferent divitiæ, multis benefacienti: afferet etiam paupertas multis curis vacuo: et gloria, cum honore afficieris: et obscuritas, tuto ab invidia.

ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ.

1. Καὶ πάλαι σοι συνήλγησα καὶ συνηχθέσθην, Ἀπολλώνιε, ἀκούσας περὶ τῆς τοῦ προσφιλεστάτου πᾶσιν ἡμῖν υἱοῦ σου προώρου μεταλλαγῆς τοῦ βίου, νεανίσκου κοσμίου πάνυ καὶ σώφρονος, καὶ διαφερόντως τά τε πρὸς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς γονεῖς καὶ φίλους ὅσια * καὶ δίκαια διαφυλάξαντος. Τότε μὲν οὖν ὑπὸ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν ἐντυγχάνειν σοι καὶ παρακαλεῖν ἀνθρωπίνως φέρειν τὸ συμβεβηκὸς ἀνοίκειον ἦν, παρειμένον τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς παραλόγου συμφορᾶς· καὶ συμπαθεῖν δ' ἦν ἀναγκαῖον. Οὐδὲ γὰρ οἱ βέλτιστοι τῶν ἰατρῶν πρὸς τὰς ἀθρόας τῶν ῥευμάτων ἐπιφορὰς εὐθὺς προσφέρουσι τὰς διὰ τῶν φαρμάκων βοηθείας, ἀλλ' ἐῶσι τὸ βαρῦνον τῆς φλεγμονῆς διὰ τῆς τῶν ἔξωθεν ἐπιχρίστων ἐπιθέσεως αὐτὸ δι' αὑτοῦ λαβεῖν πέψιν.

2. Ἐπειδὴ οὖν καὶ χρόνος ὁ πάντα πεπαίνειν εἰωθὼς ἐγγέγονε τῇ συμφορᾷ, καὶ ἡ περὶ σὲ διάθεσις ἀπαιτεῖν ἔοικε τὴν παρὰ τῶν φίλων βοήθειαν, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, τῶν παραμυθητικῶν σοι μεταδοῦναι λόγων πρὸς ἄνεσιν τῆς λύπης καὶ παῦλαν τῶν πενθικῶν καὶ ματαίων ὀδυρμῶν.

Ψυχῆς (γὰρ) νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι,
ὅταν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ.

Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Εὐριπίδην,

CONSOLATIO AD APOLLONIUM.

I. Jam inde ab eo tempore, quo inaudivi filium tuum, Apolloni, adolescentem, modestum plane atque frugi, et pietatis in deos, parentes, atque amicos, ita ut non multi alii observantem, immatura morte extremum vitæ diem confecisse: socium me tui doloris ægritudinisque habuisti. Verum sub ipsum funeris tempus, erat alienum te compellari abs me et moneri ut casum hunc humaniter ferres: cum tu ob insperatam hanc calamitatem et animo langueres, et corpore: miserari potius oportebat. Nam peritissimi etiam medici confertim ingruentibus vitiosorum humorum fluxionibus non statim medicamenta applicant, sed tumorem inde ortum patiuntur foris illitis remediis ipsum ultro concoctione quadam emolliri.

II. Ergo nunc, postquam tempus, quo maturari solent omnia, aliquod ab ista effluxit calamitate, animique affectio tui requirere videtur amicorum auxilium: existimavi me facturum officium, si ad te consolandum aptis rationibus impertirem, quibus et dolor tuus minueretur, et lugubres istæ inanesque tollerentur ejulationes: namque

Oratio animi saucii est remedium,
si quis suo cor ægrum tempore molliat.

Et sapienter Euripides:

— Ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ·
λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων,
ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

Πολλῶν γὰρ ὄντων ψυχικῶν παθῶν, ἡ λύπη χαλεπωτάτη πέφυκεν εἶναι πάντων. Διὰ λύπην γάρ φασι καὶ μανίαν γίνεσθαι πολλοῖς

— — καὶ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα·
αὐτούς τ' ἀνηρήκασι διὰ λύπην τινές.

3. Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι τελευτήσαντος υἱοῦ φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν· ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν αὕτη τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, ἣν παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι καὶ συναύξειν τὰ πένθη παρὰ φύσιν εἶναί φημι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν φαύλης γίνεσθαι δόξης. Διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημιακὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο· τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.

4. Οὔτ' οὖν ἀπαθεῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων συμφορῶν ὁ λόγος ἀξιοῖ γίνεσθαι τοὺς εὖ φρονοῦντας, οὔτε δυσπαθεῖς· τὸ μὲν γὰρ ἄτεγκτον καὶ θηριῶδες, τὸ δ' ἐκλελυμένον καὶ γυναικοπρεπές. Εὐλόγιστος δ' ὁ τὸν οἰκεῖον ὅρον ἔχων καὶ δυνάμενος φέρειν δεξιῶς τά τε προσηνῆ καὶ τὰ λυπηρὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβαινόντων, καὶ προειληφὼς, ὅτι, καθάπερ ἐν δημοκρατίᾳ κλῆρός ἐστι τῶν ἀρχῶν, καὶ δεῖ λαχόντα μὲν ἄρχειν, ἀπολαχόντα δὲ φέρειν ἀνεπαχθῶς τὴν τύχην, οὕτω καὶ τῇ διανομῇ τῶν πραγμάτων ἀνεγκλήτως καὶ πειθηνίως ἕπεσθαι. Τοῦτο γὰρ οἱ μὴ δυνάμενοι ποιεῖν οὐδὲ τὰς εὐπραγίας ἂν εὐφρόνως φέρειν δύναιντο καὶ μετρίως. Τῶν μὲν γὰρ καλῶς λεγομένων ἐστὶν ἐν ὑποθήκης μέρει καὶ τοῦτο,

Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
ὅ σ' ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν·
μηδ', ἄν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ πάλιν,
ἀλλ' αὐτὸς ἀεὶ μίμνε, τὴν σαυτοῦ φύσιν
σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

Πεπαιδευμένων γάρ ἐστι καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν πρός τε * τὰς δοκούσας εὐτυχίας τὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ πρὸς τὰς ἀτυχίας γενναίως φυλάξαι τὸ πρέπον. Τῆς γὰρ εὐλογιστίας ἔργον ἐστὶν ἢ τὸ φυλάξασθαι τὸ κακὸν ἐπιφερόμενον, ἢ διορθώσασθαι γενόμενον, ἢ συστεῖλαι πρὸς τὸ βραχύτατον, ἢ παρασκευάζειν αὐτοῦ τὴν ὑπομονὴν ἄρρενα καὶ γενναίαν. Καὶ γὰρ περὶ τἀγαθὸν ἡ φρόνησις πραγματεύεται τετραχῶς, ἢ κτωμένη τἀγαθὰ, ἢ φυλάττουσα, ἢ αὔξουσα, ἢ χρωμένη δεξιῶς. Οὗτοι τῆς φρονήσεως καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν εἰσι κανόνες, οἷς πρὸς ἀμφότερα χρηστέον.

Remedia morbis diversis diversa sunt:
dolentem amici sermo benignus sublevat,
fatuo nimis debetur castigatio.

Cum enim animum multi affectus moveant, doloris ea est natura, ut omnium hoc gravissime faciat: quem et insaniæ nonnullis causam aiunt fuisse, et aliorum insanabilium morborum: ac fuerunt, qui præ dolore sibi ipsis mortem consciscerent.

III. Jam ex morte filii dolorem ægritudinemque animi concipere, res est talis, quæ a naturali profecta principio non sit in nostræ voluntatis sita libertate. Non enim eos probo, qui feram quamdam laudibus ferunt duramque indolentiam: quæ neque contingere nobis potest, neque ut posse fingas, commodatura nobis esset: abolitura enim erat, quam conservari maxime oportet, quæ ex amore ultro citroque exsistit benevolentiam. Mœrore autem ultra modum efferri, eumque cumulare immodice, præter naturam esse affirmo, et a prava animi nostri opinione proficisci. Hoc itaque ut damnosum et vitiosum, et virtute præditos viros minime decens, vitemus: mediocritas autem affectuum non est improbanda. Optandum est, inquit Crantor Academicus, ne ægrotemus: sed si in morbo simus, sensus ejus aliquis adesse debet, sive secetur pars nostri aliqua, sive avellatur. Indolentia enim illa non sine magna jactura homini potest parari: quippe necesse est ut ibi corpus sic affectum, ita hic animum plane efferatum esse.

IV. Postulat itaque ratio ut qui sana sunt mente, in talibus casibus neque nullos neque nimios animi motus sentiant: quorum alterum est duri et feri, alterum dissoluti effeminatique animi. Probe rationes subduxit, qui se intra suos fines continet, ac moderate ferre novit quicquid in vita vel jucundum obtingit vel asperum, matureque ita secum constituit, sicut in populari reipublicæ statu sorte magistratus leguntur, ut si ea tetigerit te, imperandum, si præteriverit, æquo animo ferenda sit fortuna: ita et rerum humanarum dispensationi esse obedienter et absque incusationibus obtemperandum. Hoc qui præstare nequeunt, ii ne secundas quidem res ferre prudenter moderateque possunt. Est enim inter alia pulchre dicta et præcepta etiam hoc:

Non ulla res tam prospera accidat tibi,
ducas ob hanc justo ut majores spiritus.
Adversa rursus animum haud dejiciant tuum.
Fac semper idem sis, ubique firmiter
naturam, ut aurum in ignibus, servans tuam.

Recte enim instituti et cordati hominis est, neque mutari ob eventum rerum quæ videntur prosperæ, et constanti animo decorum in adversitatibus servare. Et boni ratiocinatoris officium hoc est, aut præcavere malum ingruens, aut acceptum corrigere et quam minimum redigere, aut tolerantia sese mascula et generosa instruere. Quatuor quippe modis prudentia circa bonum versatur, aut parans id, aut conservans, aut augens, aut recte usurpans: hæ sunt cum prudentiæ, tum reliquarum virtutum regulæ: quibus in utraque est utendum fortuna.

Οὐκ ἔστιν (γὰρ) ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·

αὶ νὴ Δία

Τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν.

5. Ὥσπερ γὰρ ἐν φυτοῖς ποτὲ μὲν πολυκαρπίαι γίονται, ποτὲ δ' ἀκαρπίαι, καὶ ἐν ζῴοις ποτὲ μὲν πολυονίαι, ποτὲ δὲ καὶ ἀγονίαι, καὶ ἐν θαλάττῃ εὐδίαι ε καὶ χειμῶνες· οὕτω καὶ ἐν βίῳ πολλαὶ καὶ ποικίλαι εριστάσεις γινόμεναι πρὸς τὰς ἐναντίας περιάγουσι ούς ἀνθρώπους τύχας. Εἰς ἃς διαβλέψας ἄν τις οὐκ πεικότως εἴποι,

Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγαμέμνον, Ἀτρεύς·
δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.
Θνητὸς γὰρ ἔφυς· κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
τῶν θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

αὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Μενάνδρου ῥηθέν,

Εἰ γὰρ ἐγένου σύ, Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
ὅτ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ σ', ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν
πράσσων, ἃ βούλει, καὶ διευτυχῶν ἀεί,
καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,
ὀρθῶς ἀγανακτεῖς· ἔστι γὰρ ἐψευσμένος,
ἄτοπόν τε πεποίηκ'· εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις,
ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς, ἔσπασας τὸν ἀέρα
τὸν κοινόν, ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λαλῶ,
οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον.
Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ,
ου μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος, καὶ πάλιν
ταπεινότητα, ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
Καὶ μάλα δικαίως· ἀσθενέστατον γὰρ ὂν
φύσει, μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν·
ὅταν πέσῃ δέ, πλεῖστα συντρίβει καλά.
Σὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα, Τρόφιμ', ἀπώλεσας
ἀγαθά, τὰ νυνὶ δ' ἔστι μέτριά σοι κακά.
ὥστ' ἀνὰ μέσον που καὶ τὸ λοιπὸν [δὴ] φέρε.

λλ' ὅμως τοιούτων ὄντων τῶν πραγμάτων, ἔνιοι διὰ ὴν ἀφροσύνην οὕτως εἰσὶν ἀβέλτεροι καὶ κεναυχεῖς, στε μικρὸν ἐπαρθέντες, ἢ διὰ χρημάτων περιουσίαν φθονον, ἢ διὰ μέγεθος ἀρχῆς, ἢ διά τινας προεδρίας ολιτικάς, ἢ διὰ τιμὰς καὶ δόξας, ἐπαπειλεῖν τοῖς ἥτσι καὶ ἐξυβρίζειν· οὐκ ἐνθυμούμενοι τὸ τῆς τύχης ιστατον καὶ ἀβέβαιον, οὐδ' ὅτι ῥᾳδίως τὰ ὑψηλὰ γίνεται απεινά, καὶ τὰ χθαμαλὰ πάλιν ὑψοῦται, ταῖς ὀξυρρόοις μεθιστάμενα τῆς τύχης μεταβολαῖς. Ζητεῖν οὖν ν ἀβεβαίοις βέβαιόν τι, λογιζομένων ἐστὶ περὶ τῶν ραγμάτων οὐκ ὀρθῶς.

Τροχοῦ (γὰρ) περιστείχοντος, ἄλλοθ' ἡτέρα
ἁψὶς ὕπερθε γίγνετ', ἄλλοθ' ἡτέρα.

6. Κράτιστον δὴ πρὸς ἀλυπίαν φάρμακον ὁ λόγος, αὶ ἡ διὰ τούτου παρασκευὴ πρὸς πάσας τοῦ βίου μεαβολάς. Χρὴ γὰρ οὐ μόνον ἑαυτὸν θνητὸν εἰδέναι ντα τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ ὅτι θνητῷ σύγκληρός ἐστι ίῳ *, καὶ πράγμασι ῥᾳδίως μεθισταμένοις πρὸς τοῦ-

Non vivit, omnia cui contingant prospera,

et mehercle,

Quod oportet, haud efficies ut sit non opus.

V. Sicut enim stirpes aliquando multos, aliquando nullos fructus ferunt, et animalia copiosos alias, alias nullos procreant fœtus : et in mari tranquillitatis ac tempestatum sunt vicissitudines : sic et in vita multæ ac variæ eveniunt circumstantiæ, quæ homines in diversos fortunæ casus trahunt. In quos dispiciens aliquis, non inepte dixerit,

Non te omnia ad læta genuit,
o Agamemnon, Atreus.
Opus est te gaudere, et mœrere :
mortalis enim natus es : et, ut haud velis,
superi sic constituerunt.

Et Menandri ista :

Si natus es tu, Trophime, solus omnium
hac lege, partu cum te mater edidit,
ut semper eant tibi res arbitrio tuo,
felicitatem hanc si quis promisit deum :
irascereris jure : nam mala is fide
et improbe egisset. Sin iisdem legibus,
quibus aerem nos ducimus, in lucem es datus
hanc publicam, tecum ut tragice mage fabuler,
ferenda sunt hæc, et putanda rectius.
Summam rei quod continet totius, homo es :
quo celerius non ullum extollitur animal,
citiusve dejectum imo repit in solo.
Meritoque sane : cum sit enim infirmissimus,
gravissimis involvit se negotiis,
suaque plurima ruina perdit bona.
Jam tu neque rebus excidisti illustribus,
mediocre et obtigit tibi infortunium.
Reliqua ergo perfer fortunæ in medio situs.

Sed tamen cum hic sit rerum humanarum status, nonnulli præ stultitia eo progrediuntur stolidæ atque vanæ jactantiæ, ut, cum aut divitiarum magnitudo, aut magistratus sublimitas, aut in republica sessio superiore loco, vel honores aut gloria eos aliquantulum sustulit, minentur etiam et insultent inferioribus, non cogitantes quam instabilis sit et lubrica fortuna, et quam facile sublimia dejiciantur, humiliaque in altum celeribus momentis mutationum fortunæ extollantur. Est vero non recte rationes rerum putantis, firmum aliquid in rebus instabilibus quærere :

Vertente enim rota, pars altera orbitæ
superior, inferior altera subinde fit.

VI. Ad parandam porro doloris vacuitatem non est certius medicamentum ratione, indeque petita ad omnes vitæ mutationes præparatione. Sic enim cuique statuendum est, non modo mortalem se esse, sed et vitam sortitum mortalem, resque facillime in diversam

ναντίον. Ἀνθρώπων γὰρ ὄντως θνητὰ μὲν καὶ ἐφήμερα τὰ σώματα, θνηταὶ δὲ τύχαι καὶ πάθη, καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ κατὰ τὸν βίον· ἅπερ

— οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι

τοπαράπαν. Ἀλλὰ

Ταρτάρου πυθμὴν πιέσει σ' ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις,

ὥς φησι Πίνδαρος. Ὅθεν ὀρθῶς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, εἰπόντος Εὐριπίδου,

Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος·

καὶ ὅτι

Μικρότατα τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω·

τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔφη λέγειν αὐτόν· βέλτιον δ' ἂν εἶχεν ὂν, εἰ μὴ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ στιγμὴν εἶπε χρόνου.

Κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς,
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε κἀκθερίζεται πάλιν.

Ὁ δὲ Πίνδαρος ἐν ἄλλοις,

Τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ
ἄνθρωπος,

vem omnibus jam in alios insumptis honoribus, Luctui largitum esse dolorem et lacrymas quæ mortuis impenduntur. Tum sic intulisse : Sicut ergo alii dæmones eos diligunt a quibus coluntur, ita ad te quoque, regina, Luctus non accedet, si nullo honore ipsum afficias : quod si iis eum honoribus qui ipsi sunt attributi, studiose venereris (lacrymis inquam et lamentis), diliget te, semperque aliquam tibi suppeditabit materiam ob quam a te continenter honoretur. Atque hac oratione ille usus, mirabili arte feminam eam a luctu et lamentatione deduxit.

XX. Denique ut in summa dicam, quærere liceat ex lugente, statueritne finem aliquando ægritudini imponere, an vero existimet eam sibi per omnem vitam esse continuandam? Hoc enim (dicerem) si decrevisti, omnibus absolutam numeris miseriam acerbissimamque infelicitatem tibi ipsi ob animi tui ignaviam atque mollitiem imponis : sin est ut aliquando finem facere luctui statueris, cur non jam nunc mutas, teque ipsum miseria exsolvis ? quibus enim rationibus ad liberandum te decurso aliquo tempore uteris, iis ipsis in præsentia animum adverte exoneraque te molestia. Quando etiam in corporis affectionibus quæ ratio maturrime malum tollit, optima ducitur : itaque quod eras tempori tributurus, id rationi ac doctrinæ deferens, exime te ipsum malo.

XXI. At, inquiunt, *præter spem mihi hic casus et exspectationem evenit.* Enimvero oportebat exspectare, præmeditatum animo incertitudinem vilitatemque rerum humanarum : ne nunc imparatus veluti ab hostibus repente ingruentibus opprimereris. Præclare enim Theseus ille Euripideus videtur ad id genus eventa fuisse præparatus, sic loquens,

Nam qui hæc audita a docto meminissem viro,
futuras mecum commentabar miserias,
aut mortem acerbam, aut exsilii mœstam fugam,
aut semper aliquam molem meditabar mali;
ut si qua invecta diritas casu foret,
ne me imparatum cura laceraret repens.

Sed degeneri qui sunt ingenio et exercitatione nulla usi, nunquam eo convertunt animum, ut ulla de utili ac decora re cogitent : ad extremas tantum exorbitant miserias, innoxium corpus affiictantes, et *quæ ægrota non sunt*, secundum Achæum, *una dolere cogentes.*

XXII. Ideo admodum recte videtur præcipere Plato, ut in hujusmodi casibus quiescamus, cum neque constet bonumne an malum acciderit, neque proficias quicquam ægre ferendo : coerceri enim dolorem consultando de eo quod factum est : itaque jubet ut in talorum jactu, quidquid casus tulerit, id eo ponere, ubi maxime videbitur esse commodum ; non debere ergo nos, sicubi offendimus, pueros imitari, qui manibus læsæ parti injectis vociferantur : sed assuefacere animos nostros, ut quamprimum ejulationem medica arte

τας. Τὸν τῶν Λυκίων νομοθέτην φασὶ προστάξαι τοῖς αὐτοῦ πολίταις, ἐπὰν πενθῶσι, γυναικείαν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα πενθεῖν· ἐμφαίνειν βουληθέντα, ὅτι γυναικῶδες τὸ πάθος ἐστὶ, * καὶ οὐχ ἁρμόττον ἀνδράσι κοσμίοις καὶ παιδείας ἐλευθέρου μεταπεποιημένοις. Θῆλυ γὰρ ὄντως καὶ ἀσθενὲς καὶ ἀγεννὲς τὸ πενθεῖν· γυναῖκες γὰρ ἀνδρῶν φιλοπενθέστεραί εἰσι, καὶ οἱ βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων, καὶ οἱ χείρους ἄνδρες τῶν ἀμεινόνων· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν βαρβάρων οὐχ οἱ γενναιότατοι Κελτοὶ καὶ Γαλάται καὶ πάντες οἱ φρονήματος ἀνδρειοτέρου πεφυκότες ἔμπλεῳ, μᾶλλον δ', εἴπερ ἄρα, Αἰγύπτιοί τε καὶ Σύροι καὶ Λυδοὶ, καὶ πάντες, ὅσοι τούτοις παραπλήσιοι. Τούτων γὰρ τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν, μηδὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾷν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων γοῦν ὁ τραγικὸς ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας, πεποίηκέ τινα λέγουσαν,

Ἐξῆλθον ὑμῶν ἱκέτις ἡβώντων τροφὸς
παίδων, βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Τινὲς δὲ τῶν βαρβάρων καὶ μέρη τοῦ σώματος ἀποτέμνουσι, ῥῖνας καὶ ὦτα καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καταικίζοντες, δοκοῦντές τι χαρίζεσθαι τοῖς τετελευτηκόσιν, ἀπαρτώμενοι τῆς κατὰ φύσιν ἐν τοῖς τοιούτοις μετριοπαθείας.

23. Ἀλλὰ νὴ Δία τινὲς ὑποτυγχάνοντες, οὐκ ἐπὶ παντὶ θανάτῳ τὰ πένθη δεῖν οἴονται γίνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀώροις, διὰ τὸ μηδενὸς τετυχηκέναι τῶν ἐν τῷ βίῳ νενομισμένων ἀγαθῶν, οἷον γάμου, παιδείας, τελειότητος, πολιτείας, ἀρχῶν· ταῦτα γὰρ εἶναι τὰ λυποῦντα μάλιστα τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀώροις ἀτυχοῦντας, διὰ τὸ ἀφῃρῆσθαι πρὸ τοῦ δέοντος τῆς ἐλπίδος· ἀγνοοῦντες, ὅτι ὁ ἄωρος θάνατος, ὡς πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, οὐδὲν διαφέρει. Καθάπερ γὰρ τῆς εἰς κοινὴν πατρίδα πορείας προκειμένης πᾶσιν ἀναγκαίας καὶ ἀπαραιτήτου, οἱ μὲν προπορεύονται, οἱ δ' ἐπακολουθοῦσι, πάντες δ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔρχονται· τὸν αὐτὸν τρόπον, τῶν εἰς τὸ χρεὼν ὁδευόντων, οὐδὲν πλέον ἔχοντες τυγχάνουσιν οἱ βραδύτερον ἀφικνούμενοι τῶν θᾶττον παραγινομένων. Εἴ γε μὴν ὁ ἄωρος θάνατος κακόν ἐστιν, ἀωρότατος ἂν εἴη ὁ τῶν παίδων καὶ νηπίων, καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ τῶν ἄρτι γεγονότων. Ἀλλὰ τοὺς τούτων θανάτους ῥᾳδίως φέρομεν καὶ εὐθύμως· τοὺς δὲ τῶν ἤδη προβεβηκότων δυσχερῶς καὶ πενθητικῶς, διὰ τὸν ἐκ ματαίων ἐλπίδων ἀναπλασμὸν, ἤδη νομιζόντων ἡμῶν βεβαίαν ἔχειν τὴν τῶν τηλικούτων διαμονήν. Εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων χρόνος εἰκοσαετὴς ἦν, τὸν πεντεκαιδεκαέτη ἀπογενόμενον ἐνομίζομεν ἂν μηκέτι ἄωρον τελευτᾷν, ἀλλ' ἤδη μέτρον ἡλικίας ἔχοντα ἱκανόν· τὸν δὲ τὴν τῶν εἴκοσιν ἐτῶν προθεσμίαν ἐκπληρώσαντα, ἢ τὸν ἐγγὺς γενόμενον τοῦ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμοῦ, πάντως ἂν ἐμακαρίζομεν ὡς εὐδαιμονέστατον καὶ τελειότατον διαπεράσαντα βίον. Εἰ δὲ διακοσίων

abolentes, sanandæ restituendæque parti affectæ operam demus. Eum qui Lyciis leges posuit, aiunt mandasse civibus, ut in luctu veste uterentur muliebri: significare volentem rem eam muliebrem esse neque convenire viris moderatis et liberali doctrinæ deditis. Est enim revera muliebre, imbecillisque et degeneris animi luctus: et ut ad eum mulieres viris, ita barbari Græcis, ac deteriores præstantioribus sunt propensiores. Ac de ipsis barbaris, si qui luctum exercent, non animosissimi hoc Celtæ, non Galli, aut qui alii generoso pleni sunt spiritu, faciunt, sed Ægyptii, Syri, Lydi, aliique horum similes. Horum quosdam ferunt in foveas certas sese per dies complures abdere, neque solis lumen videre sustinere, quo is quem lugent privatus sit. Et Ion tragœdiæ scriptor, ut qui aliquid de stultitia hac inaudivisset, quamdam introducit sic loquentem:

Nutrix ego supplex vestræ prolis exii,
scrobibus relictis ad luctum quas feceram.

Quidam vero barbarorum etiam corpora sua naribus, auribus, aliisve partibus amputandis fœdant: gratificari se aliquid defunctis putantes, cum in hoc genere a natura constitutam mediocritatem excedant.

XXIII. Sunt porro qui nobis sic occurrunt, non quamvis mortem lugendam dicentes, sed immature sublatorum: quod hi nullo eorum potiti sint quæ vitæ nostræ bona putantur: nuptias intellige, doctrinam, ætatem virilem, honores in republica, magistratus: hæc enim potissimum dolorem afferre iis quibus morte alicujus immatura calamitas accidit, cum se spe sua ante tempus excidisse sentiant. Hi vero ignorant, præproperam mortem, quod ad naturam rerum attinet, nihil ab aliis differre. Sicut enim proposita in communem patriam profectione omnibus necessario et citra recusandi licentiam incumbente, aliis præcedentibus, aliis sequentibus, omnes tandem eodem conveniunt: ita etiam nobis ad fatale persolvendum debitum tendentibus, nihilo plus obtingit his qui serius, quam qui citius eo pervenerunt. Quod si qua mors intempestiva dici debet, maxime id nomen competet in puerorum aut infantium, magisque etiam recens natorum obitum: quem tamen facile et bono animo ferimus: inique et lugubriter jam ætate aliquo provectorum, ob vanas spes quas nobis finxeramus, putantes iis qui eo ætatis pervenissent, certam jam esse ac permansuram incolumitatem. Porro si ætas hominis spatio viginti annorum determinaretur, natum annos quindecim putaremus jam non immatura morte decedere, sed ad justæ ætatis mensuram progressum: qui autem vigesimum annum aut implevisset, aut ad eum terminum proxime accessisset, omnino ejus fortunas laudaremus, ut vita felicissima ac perfectissima functi. Sin ducentis annis

ἐτῶν ἦν, τὸν ἑκατὸν ἐτῶν τελευτήσαντα πάντως ἂν ἄωρον νομίζοντες εἶναι, πρὸς ὀδυρμοὺς καὶ θρήνους ἐτραπόμεθα.

24. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ὁ λεγόμενος ἄωρος θάνατος εὐπαραμύθητός ἐστι, διά τε ταῦτα, καὶ τὰ προειρημένα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν, ἢ Πρίαμος αὐτὸς, εἰ προετελεύτησεν, ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας, καὶ τῆς τοσαύτης τύχης ἧς ἐθρήνει· οἷα γοῦν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ διελέχθη υἱὸν Ἕκτορα, παραινῶν ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα μάχης, ἐν οἷς φησιν,

Ἀλλ' εἰσέρχεο τεῖχος, ἐμὸν τέκος, ὄφρα σαώσης
Τρῶας καὶ Τρωϊάδας· μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξης
Πηλείδῃ, αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῆς.
* Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον,
δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκηθείσας τε θύγατρας,
καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ γαίῃ, ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν,
αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσι
ὠμησταὶ ἐρύσωσιν, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
τύψας ἠὲ βαλὼν, ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,
αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος,
τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Ἦ ῥ' ὁ γέρων· πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσὶ,
τίλλων ἐκ κεφαλῆς, οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν.

Οντων οὖν σοι παμπόλλων παραδειγμάτων περὶ τούτου, ἐννοήθητι, τὸν θάνατον οὐκ ὀλίγους ἀπαλλάττειν μεγάλων καὶ χαλεπῶν κακῶν, ὧν, εἰ ἐπεβίωσαν, πάντως ἂν ἐπειράθησαν, ἃ, φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου συμμετρίας, παρέλιπον, ἀρκεσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, πρὸς τὸ μὴ δεῖν πέρα τοῦ φυσικοῦ καὶ μετρίου πρὸς ἄπρακτα πένθη καὶ θρήνους ἀγεννεῖς ἐκτρέπεσθαι.

25. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι φάρμακον ἀλυπίας εἶναι μέγιστον. Τὸ δὲ φιλεῖν τὸν μεταλλάξαντα καὶ στέργειν οὐκ ἐν τῷ λυπεῖν ἑαυτούς ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ τὸν ἀγαπώμενον ὠφελεῖν· ὠφέλεια δ' ἔστι τοῖς ἀφῃρημένοις ἡ διὰ τῆς ἀγαθῆς μνήμης τιμή. Οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων· οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς· οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλ' ἀστείων ἀπαρχῶν· εἴ γε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν, ἀπαλλαγεὶς τῆς τοῦ σώματος λατρείας, καὶ τῶν ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν, ἃς ἀνάγκη τοὺς εἰληχότας τὸν θνητὸν βίον ὑπομένειν, ἕως ἂν ἐκπλήσωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον· ὃν ἔδωκεν ἡμῖν ἡ φύσις οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἀπένειμε τὸν μερισθέντα κατὰ τοὺς τῆς εἱμαρμένης νόμους.

definiremus curriculum, utique deploraremus eum qui annos natus centum expirasset, plane immaturam ejus mortem judicantes.

XXIV. Liquet ergo cum ob hæc, tum ea quæ superius disseruimus, eam quoque mortem quæ intempestiva dicitur, consolationem admittere. Verissimum enim utique est, *minus lacrymasse Troilum, quam Priamus* erat ploraturus, si mortuus fuisset florente etiamnum regno et opibus quas amissas deflevit. Vide enim qualia sunt quæ ad filium suum Hectorem dicit, hortans eum ut se a prælio adversus Achillem subducat :

Intra nunc urbis, mi fili, mœnia, serves
Troadas ut Troesque, nec eximium decus addas
Pelidæ, suavis spoliatus munere vitæ.
Præterea miserare tuum, dum vivo, parentem
me miserum, in senii Jupiter quem limine durus
adverso perimet fato, mala plurima passum.
Occidi postquam natos, natasque videre
raptari, exscindi thalamos, duræque misellos
allidi infantes terræ me cernere adegit
excidio in patriæ diro : mea denique membra
postremi, cum quis jactu vel cominus ictu
infelici anima gelidos exsolverit artus,
in primis foribus raptabit sæva canum vis.
Id vero nimis est homini miserabile visu,
cum canum caput, et canum mentum atque pudenda
occisi fœdare canes senis aspiciendum est.
Sic ait evellens manibus de vertice canos
longævus : mentem sermo tamen Hectoris iste
non flexit.

Cum itaque habeas exempla permulta hujus rei, intelligere debes morte non paucos a magnis fuisse ac difficilibus servatos calamitatibus, in quas omnino deveniendum ipsis fuerat, si vixissent : quæ ego exempla, ne nimium extendatur oratio, contentus his quæ retuli, omitto, sufficientibus demonstrare, non debere nos ultra quam natura et mediocritas ferunt, ad inanes luctus et degeneres ejulatus exorbitare.

XXV. Crantor ait, Vacare culpa in calamitatibus maximum esse solatium. Ego ad liberandos dolore animos habere id vim vel maximam dicere non vereor. Ad hæc, amare et bene velle ei qui mortuus est, non in hoc positum est ut tibi ipsi dolorem inferas, sed ut dilecto aliqua commodes ratione : quod præstiteris, si eum bona memoria honoraveris. Nemo enim bonus lamentis, sed hymnis dignus est et laudationibus : non luctu, sed honorifica recordatione : neque lacrymis a dolore extortis, sed primitiis quibusdam scitis : siquidem is qui inter mortales esse desiit, divinioris cujusdam vitæ factus est consors, liberatus servitute corporis, et ærumnosis istis sollicitudinibus atque casibus, quos necesse est ut perferant quibus mortalis hæc vita obtigit, donec conficiant fato destinatum ipsis vitæ curriculum : quam quidem vitam nobis natura non ut perpetuam possessionem concessit, sed pro fati legibus unicuique certa ratione attribuit.

26. Διὸ τοὺς εὖ φρονοῦντας ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσιν οὐ χρὴ πέρα τοῦ φυσικοῦ μετρίου τῆς περὶ τὴν ψυχὴν λύπης εἰς ἄπρακτα καὶ βαρβαρικὰ πένθη παρεκτρέπεσθαι, καὶ τοῦθ', ὅπερ πολλοῖς ἤδη συνέβη, περιμένειν, ὥστε, πρὶν ἀπώσασθαι τὰ πένθη, κακουχουμένους τελευτῆσαι τὸν βίον, καὶ ἐν τοῖς πενθίμοις τῆς κακοδαίμονος ταφῆς μεταλαβεῖν ἅμα τῶν τε ἀνιῶν, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακῶν συγκηδευομένων αὐτοῖς· ὥστ' ἐπιφθέγξασθαι τὸ Ὁμηρικὸν,

Μυρομένοισι δὲ τοῖσι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθε.

Διὸ καὶ πολλάκις αὐτοῖς προσδιαλέγεσθαι χρὴ, Τί δὲ, παυσόμεθά ποτε λυπούμενοι; ἢ ἀκαταπαύστῳ συμφορᾷ συνεσόμεθα μέχρι παντὸς τοῦ βίου; τὸ γὰρ δὴ ἀτελεύτητον νομίζειν τὸ πένθος, ἀνοίας ἐστὶν ἐσχάτης· καίτοι γε ὁρῶντας, ὅτι καὶ οἱ βαρυλυπότατοι καὶ πολυπενθέστατοι πρᾳότατοι πολλάκις γίνονται ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ἐν οἷς ἐδυσχέραινον σφόδρα μνήμασιν ἀνοιμώζοντες καὶ στερνοτυπούμενοι, λαμπρὰς εὐωχίας συνίστανται μετὰ μουσουργῶν καὶ τῆς ἄλλης διαχύσεως. Μενηνότος οὖν ἐστὶ τὸ οὕτως ὑπολαμβάνειν παράμονον ἕξειν τὸ πένθος. * Ἀλλ' εἰ λογίζοιντ', ὅτι παύσεταί τινος γενομένου, προσαναλογίσαιντ' ἂν, χρόνου δηλαδή τι ποιήσαντος· τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον οὐδὲ θεῷ δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγένητον· οὐκοῦν τὸ νῦν παρ' ἐλπίδα συμβεβηκὸς καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν δόξαν ἔδειξε τὸ εἰωθὸς περὶ πολλοὺς γίνεσθαι δι' αὐτῶν τῶν ἔργων. Τί οὖν; ἆρά γ' ἡμεῖς τοῦτο διὰ τοῦ λόγου μαθεῖν οὐ δυνάμεθα, οὐδ' ἐπιλογίσασθαι; ὅτι

Πλείη μὲν γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα,

καὶ,

Τοιάδε θνητοῖσι κακὰ κακῶν
ἀμφί τε κῆρες εἰλεῦνται,
κενεὴ δ' εἴσδυσις οὐδ' αἰθέρι.

27. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν, ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην. Τοῦτο δὲ, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι· φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ Περὶ ψυχῆς ταυτί· « Διόπερ, ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαρίστατε, καὶ πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζομεν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων, ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων· καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν, οὔτε τὸν θέντα πρῶτον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα· πρὸς δὲ δὴ τούτοις διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν, [ἐκ] παλαιοῦ χρόνου περι-

XXVI. Qui ergo sana sunt mente, non debent amplius quam natura et mediocritas postulant, animo in luctus inutiles et barbaricos efferri, idque exspectare, quod multis evenit, ut prius ærumnosæ vitæ suæ finem, quam lugendi, faciant, inque lugubri (quem propter alios ceperunt) habitu, infelici sepulturæ ipsi mandentur: eaque obruantur simul et mœrores isti, et mala quæ sua sibi paraverunt imprudentia: de quibus Homericum illud commode usurpari possit:

Hos lamentantes atra nox obruit umbra.

Proinde in tali re sæpe nos ipsos ita compellemus: Quid igitur faciemus? an per omne vitæ tempus miseria continenti tempus prorogabimus? an potius lugendi aliquando finem faciemus? Nam infinitum velle luctum facere, extremæ est insaniæ: cum videamus qui in summo gravissimoque fuerunt mœrore, sæpissime fuisse temporis progressu adeo demitigatos, ut apud monimenta, quæ sine acerbo ejulatu et pectoris planctu ante non visebant, jam convivia musicis aliisque ad lætitiam excitandam facientibus rebus adhibitis celebrarent. Insani ergo est, secum statuere velle se in luctu perseverare. Si vero decreveris aliquando eum desinere, simul et hoc reputato, tempus esse quod leniturum sit ægritudinem. Etenim quod factum est, infectum reddere ne deus quidem potest: ergo quod nobis nunc præter spem opinionemque evenit nostram, id ipsum tempus nobis re ipsa demonstravit plerisque accidere solere. Quid ergo? an nulla nos discere doctrina neque ratiocinari possumus? quod

Terra malis scatet, adversis pelagusque redundat.

Item illud,

Tales circum mortales miseriæ
fundunt, totque fatalia mala,
quibus nec in lucem hanc vacat exitus.

XXVII. Multi quippe, ut ait Crantor, iique sapientes viri, non nunc primum, sed pridem deploraverunt res humanas, supplicium judicantes vitam hanc esse, et summæ calamitatis loco ducentes nasci hominem. *Hoc ipsum,* Aristoteles ait, *Silenum, cum captivus ad Midam adduceretur, pronuntiasse:* cujus hæc sunt (præstat enim, opinor, ipsa apponere) in Eudemo sive libro De animo, verba: *Itaque,* inquit, *præstantissime omnium et beatissime, cum felices censemus esse et beatos qui vita hac defuncti sunt, tum nefas putamus quicquam de iis falso aut contumeliose dicere: quippe qui melioris jam præstantiorisque natura facti sint compotes. Atque hæc nostra sententia ita vetusta est, ut ejus et initium et auctor prorsus ignorentur, sed ab infinita usque æternitate continenter ea sic est propagata. Ad hæc, vides in ore hominibus esse omnibus jam inde a multis annis tritum illud. Quodnam?* inquit ille. *Quod* (ait)

» φέρεται θρυλούμενον. Τί τοῦτ'; ἔφη. Κἀκεῖνος ὑπο-
» λαβὼν, Ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν, ἔφη, ἄριστον
» πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστι κρεῖττον· καὶ
» πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται·
» τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν
» θήραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, διερωτῶντι καὶ πυν-
» θανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις,
» καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν
» ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀῤῥήτως· ἐπειδὴ δέ ποτε
» μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο
» φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἀναγκαζόμενος εἰ-
» πεῖν, Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμε-
» ρον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον
» μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν
» ἀλυπότατος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι
» γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ
» βελτίστου φύσεως· ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ
» μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον
» τῶν ἄλλων ἀνυστὸν, δεύτερον δὲ, τὸ γενομένους ἀπο-
» θανεῖν ὡς τάχιστα. Δῆλον οὖν ὡς οὔσης κρείττονος
» τῆς ἐν τῷ τεθνάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, οὕτως
» ἀπεφήνατο. » Μυρία δ' ἐπὶ μυρίοις ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα παρατίθεσθαι πρὸς τὸ αὐτὸ κεφάλαιον· ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον μακρηγορεῖν.

28. Οὐ χρὴ οὖν τοὺς ἀποθνήσκοντας νέους θρηνεῖν, ὅτι τῶν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ νομιζομένων ἀγαθῶν ἀπεστέρηνται· τοῦτο γὰρ ἄδηλον, ὡς πολλάκις εἴπομεν, εἴτε ἀγαθῶν ἀπεστερημένοι τυγχάνουσιν, εἴτε κακῶν. Πολλῷ γὰρ πλείονα τὰ κακά· καὶ τὰ μὲν μόλις καὶ διὰ πολλῶν φροντίδων κτώμεθα, τὰ δὲ κακὰ πάνυ ῥᾳδίως. Στρογγύλα γὰρ εἶναί φασι ταῦτα καὶ συνεχῆ καὶ πρὸς ἄλληλα φερόμενα κατὰ πολλὰς αἰτίας, τὰ δ' ἀγαθὰ διεχῆ τε καὶ δυσκόλως συνερχόμενα πρὸς αὐτοῖς τοῦ βίου τοῖς τέρμασιν. Ἐπιδεδανεισμένοις οὖν ἐοίκαμεν· οὐ γὰρ μόνον, * ὥς φησιν Εὐριπίδης, Τὰ χρήματα οὐκ

ἴδια κέκτηνται βροτοὶ,

ἀλλ' ἁπλῶς τῶν ἀνθρωπίνων οὐδέν· διὸ καὶ ἐπὶ πάντων λέγειν χρὴ,

Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα·
ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.

Οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν, ἐὰν, ἃ ἔχρησαν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον, ταῦτα ἀπαιτῶσιν. Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται, καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις, ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάνπερ εὐγνωμονῶσι. Πρὸς γὰρ τοὺς οὐκ εὐμαρῶς ἀποδιδόντας εἰκότως ἄν τις εἴποι, Ἐπελάθου, ὅτι ταῦτ' ἔλαβες ἐπὶ τῷ ἀποδοῦναι; Τοῦτο δὴ τοῖς θνητοῖς ἅπασι συμβέβηκεν. Ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὥσπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτου χρόνος οὐδείς ἐστιν ὡρισμένος τῆς ἀποδόσεως, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς τραπεζίταις τῆς τῶν θεμάτων, ἀλλ' ἄδηλον, πότε ὁ δοὺς ἀπαιτήσει. Ὁ οὖν ἢ αὐτὸς μέλλων ἀποθνήσκειν, ἢ τέκνων ἀποθανόντων ὑπεραγανακτῶν, πῶς οὐ καταφανῶς ἐπιλέλησται, ὅτι

omnium optimum est non nasci : præstat autem mori quam vivere : ejusque rei multis sunt divinitus perhibita testimonia. Atque huc pertinet quod narratur, Silenum a Mida isto captum, et a venatione ei sciscitanti quidnam optimum homini maximeque expetendum esset, principio respondere noluisse, vocemque compressisse : tandem cum urgendi ut aliquid diceret finem nullum Mida faceret, in hæc invitum erupisse verba : « Ærumnosi genii, et difficilis fortunæ semen in diem durans, quorsum me cogitis ea vobis dicere, quæ vobis nescire erat melius? maxime enim vacantes dolore vivunt, qui sua ignorant mala. Hominibus autem omnino optimum est non nasci, neque participem fieri præstantioris naturæ; optimum enim omnibus utriusque sexus hominibus hoc est : proximum huic, et inter ea quæ consequi homo possit primum est, quam celerrime mori. » Manifestum vero est, sic eum pronuntiasse quod melior sit mortuorum quam vivorum conditio. Sexcenta alia, rursusque totidem alia similia afferre ad hujus capitis demonstrationem possem : sed opus non est protrahere orationem.

XXVIII. Proinde lugendi non sunt qui in florente ætate mortem obeunt, quasi spoliati iis quæ in diuturna vita pro bonis censentur : incertum est enim, ut aliquoties jam diximus, bonisne an malis privati sint, cum multo plura sint mala quam bona : quorum hæc difficulter, et multis impensis curis consequimur, illa vel facillime obtingunt : ferunt enim mala esse teretia ac continua inter se, invicemque sese multis de causis insequentia : bona vero dejuncta, et quæ difficulter sub ipsum vitæ terminum coeant. Itaque videmur similes iis qui æs alienum mutuum sumunt. Non enim tantum, ut est apud Euripidem,

Non propriæ sunt quas homines tenent opes :

sed in universum nihil homo possidet proprium : ac de singulis usurpare hoc licet,

Res procuramus a dis nobis creditas,
arbitrio reposcunt illi quas suo.

Quapropter iniquius ferre non debemus si repetunt quorum nobis exigui temporis usuram concesserant : quando ne mensarii quidem, nisi animum pravum gerant, indignantur ubi apud eos deposita sors reposcitur : et non prompte reddenti dicere possis haud injuria, Oblitusne es ea te hoc conditione accepisse, ut redderes? Idem vero omnibus usuvenit hominibus. Vita nobis contigit, diis eam apud nos fatali deponentibus necessitudine, neque certus est definitus terminus ad quem reddendum illud sit depositum : sicut ne mensarii quidem scire possunt, quando reposcenda sit apud eos deposita sors. Qui ergo vel ipse moriturus, vel liberis morientibus nimis indignatur, nonne perspicuum

καὶ αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τὰ τέκνα θνητὰ ἐγέννησεν; Οὐ γάρ ἐστι φρένας ἔχοντος ἀνθρώπου ἀγνοεῖν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος ζῷόν ἐστι θνητὸν, οὐδ', ὅτι γέγονεν εἰς τὸ ἀποθανεῖν. Εἰ γοῦν ἡ Νιόβη, κατὰ τοὺς μύθους, πρόχειρον εἶχε τὴν ὑπόληψιν ταύτην, ὅτι οὐκ

Αἰεὶ θαλέθοντι βίῳ,
βλάσταις τε τέκνων βριθομένα,
γλυκερὸν φάος ὁρῶσα

τελευτήσει, οὐκ ἂν οὕτως ἐδυσχέραινεν, ὡς καὶ τὸ ζῆν θέλειν ἐκλιπεῖν διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι, ἀνάρπαστον αὐτὴν γενέσθαι πρὸς ἀπώλειαν τὴν χαλεπωτάτην. Δύ' ἐστὶ τῶν Δελφικῶν γραμμάτων τὰ μάλιστ' ἀναγκαιότατα πρὸς τὸν βίον, τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ, Μηδὲν ἄγαν· ἐκ τούτων γὰρ ἤρτηται καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Ταῦτα δέ ἐστιν ἀλλήλοις σύμφωνα καὶ συνῳδὰ, καὶ διὰ θατέρου θάτερον ἔοικε δηλοῦσθαι κατὰ δύναμιν. Ἔν τε γὰρ τῷ γινώσκειν ἑαυτὸν περιέχεται τὸ μηδὲν ἄγαν, καὶ ἐν τούτῳ τὸ γινώσκειν ἑαυτόν. Διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων φησὶν ὁ Ἴων οὕτως,

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
ἔργον δ', ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν·

ὁ δὲ Πίνδαρος,

Σοφοὶ δὲ (φησὶ) καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν
περισσῶς.

29. Ταῦτα οὖν ἐν διανοίᾳ τις ἔχων ὡς πυθόχρηστα παραγγέλματα, πρὸς πάντα τὰ τοῦ βίου πράγματα ῥᾳδίως ἐφαρμόζειν δυνήσεται, καὶ φέρειν αὐτὰ δεξιῶς, εἴς τε τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀφορῶν, καὶ εἰς τὸ μὴ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐν τοῖς προσπίπτουσιν ἢ διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν, ἢ ταπεινοῦσθαι καὶ καταπίπτειν πρὸς οἴκτους καὶ ὀλοφυρμοὺς διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν, καὶ τὸν ἐμφυόμενον ἡμῖν τοῦ θανάτου φόβον, παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν εἰωθότων ἐν τῷ βίῳ συμβαίνειν, κατὰ τὴν τῆς ἀνάγκης ἢ πεπρωμένης μοῖραν. Καλῶς δ' οἱ Πυθαγόρειοι παρεκελεύσαντο, λέγοντες,

Ὅσσα δὲ δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις, ταύτην ἔχε, μηδ' ἀγανάκτει·

καὶ ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος,

Ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐναρέων τε καὶ σοφῶν,
ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς·

καὶ ὁ Εὐριπίδης,

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν,
σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται·

καὶ ἐν ἄλλοις,

Τὰ προσπεσόντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
* ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

30. Οἱ δὲ πολλοὶ πάντα καταμέμφονται, καὶ πάντα τὰ παρὰ τὰς ἐλπίδας αὐτοῖς συμβεβηκότα ἐξ ἐπηρείας τύχης καὶ δαιμόνων γίνεσθαι νομίζουσι· διὸ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὀδύρονται, στένοντες, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀτυχίαν αἰτιώμενοι· πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι,

est eum oblitum esse mortalem se natum fuisse, et mortales genuisse liberos? neque enim sani est hominis, ignorare hominem animal esse mortale, et ad hoc natum ut moriatur. Itaque si, ut in fabulis est, Niobe hanc sententiam in promptu habuisset, quod

Non semper flore liberum,
vitæque cursu prospero
onusta, suave solis intuens jubar

moritura esset: nunquam profecto eo indignationis prolapsa fuisset, ut et vitam cuperet abjicere ob calamitatis molem, et deos precaretur ut se ad quamvis gravissimam perniciem abriperent. Duæ sunt Delphis inscriptæ sententiæ, maxime ad vitæ humanæ usum necessariæ, *Nosce teipsum*, et, *Ne quid nimis*. Ex his dependent reliqua omnia: ipsa autem inter se concinunt, alterumque alterius videtur vim declarare, alterumque vicissim in altero inest. Itaque Ion sic de his cecinit:

Brevis est, Teipsum fac noris, sententia:
præstare solus rem sed novit Juppiter;

et Pindarus:

Sapientes hanc vocem, Ne quid nimis,
affatim collaudaverunt.

XXIX. Hæc ergo aliquis animo infixa tenens tanquam Apollinis Pythii oracula, facile se ad omnes quas fert vita res accommodare poterit, easque dextre ferre, cum in suam intuens naturam, tum operam dans ut ne amplius quam convenit vel arrogantia efferatur ob fortunæ eventa, vel animum abjiciat, inque luctus et ejulatus, ob fortunæ vel animi potius imbecillitatem, nobisque insitum mortis metum, profectum ab ignoratione eorum quæ nobis in vita necessitatis fative decreto contingere solent. Egregium est Pythagoreorum præceptum:

Injungent divina tibi quos fata dolores,
hos, utut eveniant, animo fer leniter æquo;

et tragicus Æschylus:

Virtute præditorum est et sapientium,
non succensere in rebus adversis deo;

et Euripides:

Necessitati qui cedit mortalium,
Sapiens apud nos, et divorum gnarus est;

atque alibi:

Eventa quisquis recte fert mortalium,
mihi modestus is videtur et optimus.

XXX. At plerique omnia vituperant, et quidquid eis præter spem evenit, existimant malignitate fortunæ ac geniorum accidere: itaque ad omnes casus ejulant et ingemiscunt, ac de suæ queruntur adversitate fortunæ: quibus hoc dicto occurrere non inepte liceat,

Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοὶ,

καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη. Καὶ διὰ ταύτην γοῦν τὴν διηπατημένην καὶ ψευδῆ δόξαν πάντα καταμέμφονται θάνατον· ἐὰν μὲν γὰρ ἐν ἀποδημίᾳ τις ὢν ἀποθάνῃ, στένουσιν, ἐπιλέγοντες,

Δύσμορος, οὐδ' ἄρα τῷ γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ὄσσε καθαιρήσουσιν.

Ἐὰν δ' ἐπὶ τῆς οἰκείας πατρίδος, παρόντων τῶν γονέων, ὀδύρονται, ὡς ἐξαρπασθέντος ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς ὀδύνην αὐτοῖς ἀφέντος. Ἐὰν δ' ἄφωνος, μηδὲν προσειπὼν περὶ μηδενὸς, κλαίοντες λέγουσιν,

Οὐδέ τι μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, οὗ τέ κεν αἰεὶ
μεμνήμην.

Ἐὰν προσομιλήσας τι, τοῦτ' ἀεὶ πρόχειρον ἔχουσιν, ὥσπερ ὑπέκκαυμα τῆς λύπης. Ἐὰν ταχέως, ὀδύρονται, λέγοντες, Ἀνηρπάσθη. Ἐὰν μακρῶς, μέμφονται, ὅτι καταφθινήσας καὶ τιμωρηθεὶς ἀπέθανε. Πᾶσα πρόφασις ἱκανὴ πρὸς τὸ τὰς λύπας καὶ τοὺς θρήνους συνεγείρειν. Ταῦτα δ' ἐκίνησαν οἱ ποιηταὶ, καὶ μάλιστα τούτων ὁ πρῶτος Ὅμηρος, λέγων,

Ὡς δὲ πατὴρ οὗ παιδὸς ὀδύρεται ὀστέα καίων
νυμφίου, ὅς τε θανὼν δειλοὺς ἀκάχησε τοκῆας,
ἄῤῥητον δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκε.

Καὶ ταῦτα μὲν οὔπω δῆλον εἰ δικαίως ὀδύρεται· ἀλλ' ὅρα τὸ ἑξῆς,

Μοῦνος, τηλύγετος, πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσι.

31. Τίς γὰρ οἶδεν, εἰ ὁ θεὸς πατρικῶς προειδὼς, καὶ κηδόμενος τοῦ ἀνθρωπείου γένους, προορώμενος τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι, προεξάγει τινὰς ἐκ τοῦ ζῆν ἀώρους; Ὅθεν οὐδὲν φευκτὸν νομιστέον αὐτοὺς πάσχειν.

Οὐδὲν γὰρ δεινὸν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς,

οὔτε τῶν κατὰ προηγούμενον λόγον συμβαινόντων, οὔτε τῶν κατ' ἐπακολούθησιν· καὶ ὅτι οἱ πλεῖστοι θάνατοι πρὸ ἄλλων δυσχερῶν μειζόνων γίνονται, καὶ ὅτι τοῖς μὲν οὐδὲ γενέσθαι συνέφερε, τοῖς δ' ἅμα τῷ γενέσθαι καὶ ἀποθανεῖν, τοῖς δὲ προελθοῦσιν ἐπὶ μικρὸν, οἷς δ' ἀκμάζουσι. Πρὸς πάντας δὴ τούτους τοὺς θανάτους ἐλαφρῶς ἑκτέον, εἰδότας, ὅτι τὴν μοῖραν οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν· πεπαιδευμένων δ' ἔστιν ἀνθρώπων προειληφέναι, διότι βραχὺν χρόνον προειλήφασιν ἡμᾶς οἱ δοκοῦντες ἄωροι τοῦ ζῆν ἐστερῆσθαι· καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα· καὶ ὅτι πολλοὶ τῶν ἐπὶ πλέον πενθησάντων μετ' οὐ πολὺ τοῖς ὑπ' αὐτῶν κατοδυρθεῖσιν ἐπηκολούθησαν, οὐδὲν ἐκ τοῦ πένθους ὄφελος περιποιησάμενοι, μάτην δὲ αὑτοὺς καταικισάμενοι ταῖς κακουχίαις. Βραχυτάτου δὲ τοῦ τῆς ἐπιδημίας ὄντος ἐν τῷ βίῳ χρόνου, οὐκ ἐν ταῖς αὐχμηραῖς λύπαις, οὐδ' ἐν τῷ κακοδαιμονεστά-

Non tibi deus nocet, sed ipse tu tibi

officis, et tua male instituti vecordia. Hæc scilicet falsa et fallax opinio facit ut quodvis mortis genus incusent. Moritur aliquis in peregrinatione : cum genitu hæc afferunt,

Ah miser! haud illi genitor venerandaque mater
compressere oculos.

Moritur in patria, et apud parentes : lamentantur quod e manibus abreptus, ex ipso adspectu mortis luctum illi reliquerit. Moritur silens, neque ulla de re mandavit quicquam : inter plorandum proferunt hoc,

— neque te suprema monentem
audivi, semper quæ condita mente tenerem.

Si collocutus ante excessum fuit, extremam eam vocem veluti alimentum doloris semper habent in promptu. Tollitur cita morte : deplorantes dicunt eum esse abreptum : tollitur lenta morte : quiritantur excarnificatum contabuisse. Denique nunquam deest præscripti luctus et lamentationes excitandi. Hæc poetæ introduxere, primusque adeo Homerus ita canens :

Ut genitor nati lamentans concremat ossa
sponsi, qui infando miseros mœrore parentes
affecit.

Atque hæc quidem an recte deplorentur, nondum liquet. Vide autem quid adjiciat,

Unicus in senio natus, magnasque parentum
possessurus opes.

XXXI. Quis autem novit, an deus paterna quadam providentia et procuratione humani generis, cernens quæ eventura essent, nonnullos immatura morte tollat : ut nihil iis accidisse sentiendum sit, quod fuerit abominandum.

Grave est nihil enim homini quod fert necessitas :

sive adeo id præcedente ratiocinatione contingat, sive consequatur : multique matura morte calamitatibus gravioribus subtracti sunt : et utile fuit quibusdam ut ne nascerentur quidem : aliis ut nati illico extinguerentur : aliis ut aliquantisper viverent, aliis ut in vigore ætatis morerentur. Hæc ergo omnia mortis genera boni sunt consulenda, cum sciamus fatum esse inevitabile : estque hominis probe instituti præmeditatum esse, quod qui videntur ante tempus naturæ debitum persolvisse, exiguo nos tempore præcesserunt, cum vel longissimum tempus exiguum punctique instar sit, si cum infinita æternitate comparetur : et quod multi eorum qui luctui indulsissent, paulo post subsecuti sunt eos quos luxerant, cum nullam ex luctu percepissent utilitatem, sed sponte sua miseriis sese afflictavissent inanibus. Jam cum peregrinationi in hac vita nostræ brevissimum tempus sit præscriptum, non debemus

τῷ πένθει διαφθείρειν ἑαυτοὺς δεῖ, ταῖς ὀδύναις καὶ ταῖς τοῦ σώματος αἰκίαις παρατεινομένους, ἀλλὰ μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ κρεῖσσον καὶ ἀνθρωπικώτερον πειρωμένους, καὶ σπουδάζοντας ἐντυγχάνειν ἀνδράσι μὴ τοῖς συλλυπουμένοις, καὶ διεγείρουσι τὰ πένθη διὰ κολακείαν, * ἀλλὰ τοῖς ἀφαιρουμένοις τὰς λύπας διὰ τῆς γενναίας καὶ σεμνῆς παρηγορίας, ἐπακούοντας καὶ ἔχοντας ἐν νῷ τὸ Ὁμηρικὸν τοῦτο ἔπος, ὅπερ ὁ Ἕκτωρ πρὸς τὴν Ἀνδρομάχην, ἀντιπαρηγορῶν αὐτήν, εἶπεν ὧδε,

Δαιμονίη, μή μοι τι λίην ἀκαχίζεο θυμῷ.
Οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει.
Μοῖραν δ' οὔ τινα φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Ταύτην δὲ τὴν μοῖραν, ἐν ἄλλοις ὁ ποιητής φησι,

Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

32. Ταῦτα πρὸ διανοίας λαβόντες, τῆς ἀπράκτου καὶ κενῆς ἀπαλλαγησόμεθα βαρυπενθείας, ὀλίγου δὴ παντάπασι τοῦ μεταξὺ χρόνου τῆς ζωῆς ὄντος. Φειστέον οὖν, ὅπως εὔθυμόν τε καὶ ἀπαρενόχλητον τοῦτον ταῖς πενθικαῖς λύπαις διαγάγωμεν, τὰ τοῦ πένθους παράσημα μεθέμενοι, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείας φροντίσαντες, καὶ τῆς τῶν συμβιούντων ἡμῖν σωτηρίας. Καλὸν δὲ καὶ μεμνῆσθαι τῶν λόγων, οἷς κατὰ τὸ εἰκὸς ἐχρησάμεθά ποτε πρὸς συγγενεῖς ἢ φίλους ἐν ταῖς παραπλησίοις γενομένους συμφοραῖς, παραμυθούμενοι καὶ πείθοντες τὰ κοινὰ τοῦ βίου συμπτώματα κοινῶς φέρειν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως, καὶ μὴ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπαρκεῖν πρὸς ἀλυπίαν δύνασθαι, ἑαυτοῖς δὲ μηδὲν ὄφελος εἶναι τὴν τούτων ὑπόμνησιν, μηδὲ τὸ ἀλγοῦν τῆς ψυχῆς ἀποθεραπεύειν παιωνείοις λόγου φαρμάκοις· ὡς πάντων μᾶλλον ἢ ἀλυπίας ἀναβολὴν δεῖν ποιεῖσθαι. Καίτοι γε τὸν ἐν ὁτῳοῦν ἀμβολιεργὸν ἄταις φησὶ παλαίειν, τὸ κυκώμενον τοῦτο παρὰ πᾶσιν ἔπος· πολὺ δ' οἶμαι μᾶλλον τὸν ὑπερτιθέμενον τὰ τῆς ψυχῆς ἀχθεινὰ πάθη καὶ δυσάντητα πρὸς τὸν ἐπιόντα χρόνον.

33. Ἀποβλέπειν δὲ καὶ πρὸς τοὺς εὐγενῶς καὶ μεγαλοφρόνως τοὺς ἐπὶ τοῖς υἱοῖς γενομένους θανάτους πρᾴως ὑποστάντας, Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιον, καὶ Δημοσθένην τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Δίωνα τὸν Συρακούσιον, καὶ τὸν βασιλέα Ἀντίγονον, καὶ συχνοὺς ἄλλους τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς. Τούτων γὰρ Ἀναξαγόραν παρειλήφαμεν, ὥς φασι, φυσιολογοῦντα καὶ διαλεγόμενον τοῖς γνωρίμοις, ἀκούσαντα παρά τινος τῶν ἀναγγειλάντων αὐτῷ τὴν περὶ τὸν υἱὸν τελευτὴν, μικρὸν ἐπισχόντα, πρὸς τοὺς παρόντας εἰπεῖν, Ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα τὸν υἱόν. Περικλέα δὲ, τὸν καὶ Ὀλύμπιον προσαγορευθέντα διὰ τὴν περὶ τὸν λόγον καὶ τὴν σύνεσιν ὑπερβεβλημένην δύναμιν, πυθόμενον ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς μετηλλαχέναι τὸν βίον, Πάραλόν τε καὶ Ξάνθιππον, ὥς φησι Πρωταγόρας, εἰπὼν οὕτως, « Τῶν γὰρ υἱέων νεηνιῶν ὄντων καὶ καλῶν, ἐν » ὀκτὼ δὲ ταῖς πάσῃσιν ἡμέρῃσιν ἀποθανόντων, νηπεν-

profecto in squalidis luctibus infelicissimoque mœrore nosmetipsos doloribus conficere, corporaque nostra doloribus diuturnis excruciare, sed conari potius ut humaniorem sectemur melioremque vivendi rationem, iisque studiose nos adjungamus hominibus, non qui se luctus nostri socios præbeant, eumque adulando excitent, sed qui generosa ac gravi consolatione dolorem leniant ; et audire debemus animoque tenere Homerica illa, quibus Hector Andromachæ respondet, eamque consolatur :

Infelix, animum nimio ne confice luctu.
Nemo equidem injussu poterit me occidere fati.
At fatum nemo mortali semine cretus
evitare suum potuit bonus aut malus unquam.

Quod fatum alibi sic expressit :

Stamina nevit ei nascenti qualia Parca.

XXXII. Hæc in animum nostrum inducentes, vano et inutili luctu supersedebimus, præsertim cum admodum breve supersit vivendi tempus : cui parcendum est, ne id lugubribus mœroribus conturbemus, et luctus insignia deponenda sunt, habendaque corporis ratio, et eorum qui nobiscum vivunt salutis. Conducit etiam memoria repetere quibus aliquando rationibus usi simus apud cognatos vel amicos in simili calamitate versantes, cum consolaremur eos et hortaremur ut communes vitæ casus communiter ferrent, ac humana humaniter : neque enim committere debemus, ut cum ad aliorum animos dolore levandos fuerimus satis instructi, nobis nihil prosit istarum consolationum recordatio. Ergo partem animi quæ in dolore est, statim pæoniis rationis remediis sanare conemur : cum in quavis re, quam in vacuitate doloris quærenda, commodius dilatio admittatur. Cum enim tritum illud apud omnes dictum Dilatorem quacunque in re pronuntiet cum exitio conflictari : multo (opinor) magis hoc quadrabit in eum, qui animi molestis ac difficilibus perturbationibus amoliendis tempus prorogat.

XXXIII. Intuendum est etiam in eorum exempla qui generose magnoque animo filiorum mortes placidi pertulerunt : quales sunt Anaxagoras Clazomenius, Demosthenes Atheniensis, Dio Syracusanus, rex Antigonus, compluresque alii qui vel nostra vixerunt memoria. De his Anaxagoram narrant, cum rerum naturalium causas auditoribus explicaret, interque disserendum de filii morte nuntium sermone cujusdam acciperet, paululum oratione inhibita iis qui una aderant dixisse, Sciebam filium me genuisse mortalem. Pericles, qui ob excellentem eloquentiæ et sapientiæ vim Olympius est usurpatus, cum filios suos ambos, Paralum videlicet et Xanthippum, inaudivisset extremum diem obivisse, qualem se gesserit, Protagoras his verbis exponit. « Cum filii ejus, inquit, ætate florentes atque egregii » intra nonum diem vita decessissent, casum illum » absque luctu sustinuit. Erat enim animi tranquilli-

» θέως ἀνέτλη· εὐδίης γὰρ εἴχετο· ἐξ ἧς πολλὸν ὤνητο » κατὰ πᾶσαν ἡμέρην εἰς εὐποτμίην καὶ ἀνωδυνίην, » καὶ τὴν ἐν τοῖς πολλοῖσι δόξαν· πᾶς γάρ τις μιν ὁρῶν » τὰ ἑαυτοῦ πένθεα ἐῤῥωμένως φέροντα, μεγαλόφρονά » τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι, καὶ ἑαυτοῦ κρείσσω· » κάρτα εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ ἐν τοιοῖσδε πρήγμασι ἀμη» χανίην. » Τοῦτον γὰρ εὐθὺς μετὰ τὴν προσαγγελίαν ἀμφοτέρων τῶν υἱέων, οὐδὲν ἧττον ἐστεφανωμένον κατὰ τὸ πάτριον ἔθος καὶ λευχειμονοῦντα δημηγορεῖν, βουλάς τε ἐξάρχοντα ἀγαθὰς, πρός τε τὸν πόλεμον ἐπιπαρορμῶντα τοὺς Ἀθηναίους. Ξενοφῶντα δὲ τὸν Σωκρατικὸν θύοντά ποτε, παρὰ τῶν ἀγγέλων ἀπὸ τοῦ πολέμου πυθόμενον, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γρύλλος ἀγωνιζόμενος * ἐτελεύτησε, περιελόμενον τὸν στέφανον, ἐξετάζειν, τίνα τρόπον ἐτελεύτησε· τῶν δὲ ἀπαγγειλάντων, ὅτι γενναίως ἀριστεύων, καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων ἀποκτείνας, μικρὸν παντελῶς διαστήσαντα χρόνον, καὶ τῷ λογισμῷ τὸ πάθος παρακατασχόντα, ἐπιθέμενον πάλιν τὸν στέφανον, ἐπιτελεῖν τὴν θυσίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἀγγέλους εἰπεῖν, ὅτι Θεοῖς ηὐξάμην, οὐκ ἀθάνατον οὐδὲ πολυχρόνιον γενέσθαι μοι τὸν υἱόν· τὸ γὰρ τοιοῦτον ἄδηλον ὅτι συμφέρει· ἀγαθὸν δὲ καὶ φιλόπατριν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Δίωνα δὲ τὸν Συρακούσιον συνεδρεύοντα μετὰ τῶν φίλων, κατὰ τὴν οἰκίαν θορύβου γενομένου καὶ μεγάλης κραυγῆς, πυθόμενον τὴν αἰτίαν, καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἀκούσαντα, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ πεσὼν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐτελεύτησεν, οὐδὲν ἐκπλαγέντα, τὸ μὲν σωμάτιον κελεῦσαι τοῦ μεταλλάξαντος ταῖς γυναιξὶ παραδοῦναι πρὸς τὴν νόμιμον ταφὴν, αὐτὸν δὲ, περὶ ὧν διεσκέπτετο, μὴ παραλιπεῖν. Τοῦτον ζηλῶσαι λέγεται καὶ Δημοσθένην τὸν ῥήτορα, τὴν μόνην καὶ ἀγαπητὴν ἀπολέσαντα θυγατέρα, περὶ ἧς φησιν Αἰσχίνης, κατηγορεῖν αὐτοῦ δόξας, ταυτί· « Ἑβδόμην δ' ἡμέραν » τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι » καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ » λευκὴν ἐσθῆτα ἀναλαβὼν, ἐβουθύτει καὶ παρηνόμει, » τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσ» ειποῦσαν ἀπολέσας. » Οὗτος μὲν οὖν ῥητορικῶς προθέμενος αὐτοῦ κατηγορῆσαι, ταῦτα διεξῆλθεν, ἀγνοῶν, ὅτι διὰ τούτων αὐτὸν ἐπαινεῖ, τὸ πενθεῖν παρωσάμενον καὶ τὸ φιλόπατρι πρὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων συμπαθείας ἐπιδειξάμενον. Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα πυθόμενον τὴν Ἀλκυονέως τοῦ υἱοῦ τελευτὴν ἐν παρατάξει γενομένην, μεγαλοφρόνως τε πρὸς τοὺς ἀπαγγείλαντας αὐτῷ τὴν συμφορὰν ἀπιδεῖν, καὶ μικρὸν ἐπισχόντα καὶ κατηφιάσαντα προσειπεῖν, Ὦ Ἀλκυονεῦ, ὀψίτερον μετήλλαξας τὸν βίον, οὕτως ἀφειδῶς ἐξορμῶν πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ οὔτε τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, οὔτε τῶν ἐμῶν παραινέσεων φροντίζων. Τούτους δὴ τοὺς ἄνδρας θαυμάζουσι μὲν τῆς μεγαλοφροσύνης πάντες καὶ ἄγανται, μιμεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων οὐ δύνανται, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀπαιδευσίας ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς. Πλὴν πολλῶν ὄντων παραδειγμάτων τῶν διὰ τῆς ἱστορίας ἡμῖν παραδεδομένων τῆς τε Ἑλληνικῆς καὶ τῆς Ῥω-

» tate instructus : unde in singulos dies magna perci » piebat emolumenta ad felicitatem, doloris vacuitatem » et parandam apud cives gloriam : quicunque enim » videbat eum suos casus ita obfirmata mente tolerare, » magnanimum eum fortemque judicabat, ac multo » quam ipse esset præstantiorem, probe sibi conscius » suæ in tali re imbecillitatis : » contra Periclem sta- tim post acceptum de morte filiorum nuntium, nihilo minus pro patriæ consuetudine, albisque indutum vestibus verba ad concionem habuisse, bonorumque fuisse consiliorum principem, et Athenienses ad susci- piendum bellum animasse. Xenophontem Socraticum historiæ tradunt, cum sacrificanti ipsi nuntium e bello allatum esset Gryllum filium in pugna periisse, sertum capiti detraxisse, et quonam modo cecidisset perqui- sivisse : cumque responderetur, eum generose fortiter- que præ cæteris præliantem, multis hostium interfectis occubuisse : exiguo admodum temporis sumpto inter- vallo, dum ratione motum animi compesceret, rursum imposita capiti corona reliquum sacrificii absolvisse, nuntiisque hoc respondisse : Non ut immortalem aut longævum filium meum redderent, a diis postulavi (cum incertum sit an hoc expediat) sed ut probum ac patriæ amantem : cujus quidem nunc voti sum damna- tus. Dio Syracusanus (ita enim accepimus) cum sederet consultandarum rerum causa cum amicis, et domi tu- multus magnaque vociferatio extitisset, sciscitatus quid causæ esset, edoctusque filium de tecto lapsum periisse, nihil consternatus, corpusculum mortui jussit trad- mulieribus ut id sicut consuetudines ferebant sepeli- rent, ipse autem deliberationem institutam prosecutu- est. Hunc imitatus fertur Demosthenes orator, cum unicam et dilectisssimam sibi filiam amisisset, qua de re Æschines ita eum accusat : *Septimo a morte filiæ die antequam luctu defunctus esset, aut mortuæ justa per- solvisset, coronatus albatusque rem sacram fecit, le- gesque violavit improbus, unica amissa filia, et quæ prima eum patrem appellarat.* Hæc Æschines oratorio more protulit, cum vellet criminari Demosthenem : ne- que animadvertit se eum laudare potius, qui luctu re- jecto studium in patriam suum miseratione domestico- rum antiquius sese habere ostenderit. Antigonus rex ut accepimus, audita morte filii sui Alcyonei, qui in prælio cecidisset, constante animo in nuntios calamita- tis intuens, paululumque vocem moratus, et vultu ad mœstitiam composito : O Alcyoneu, inquit, serius opi- nione nostra occubuisti, adeo secure in hostes irruens et neque tuæ salutis, neque nostrarum admonitionum rationem habens. Hos quidem viros nemo non admira- tur ob animi magnitudinem atque prædicat : imitari autem facta eorum ob imbecillitatem male instituti animi non possunt. Cæterum cum exstent permulta in historiis et Græcis et Romanis exempla eorum qui præ- clare et decenter mortes necessariorum tulerunt : quæ

μαϊκῆς τῶν γενναίως καὶ καλῶς ἐν ταῖς τῶν ἀναγκαίων τελευταῖς διαγενομένων, ἀποχρήσει τὰ εἰρημένα πρὸς τὴν ἀπόθεσιν τοῦ παντὸς ἀνιαροτάτου πένθους, καὶ τῆς ἐν τούτῳ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον ματαιοπονίας.

34. Ὅτι γὰρ οἱ ταῖς ἀρεταῖς διενεγκόντες ὡς θεοφιλεῖς νέοι μετέστησαν πρὸς τὸ χρεὼν, καὶ πάλαι μὲν διὰ τῶν πρόσθεν ὑπέμνησα λόγων, καὶ νῦν δὲ πειράσομαι διὰ βραχυτάτων ἐπιδραμεῖν, προσμαρτυρήσας τῷ καλῶς ὑπὸ Μενάνδρου ῥηθέντι τούτῳ,

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.

Ἀλλ' ἴσως ὑποτυχὼν ἂν φαίης, Ἀπολλώνιε φίλτατε, Σφόδρ' ἦν ἐπιτετευγμένος ὁ νεανίσκος Ἀπολλώνιος ἐν μοίραις, καὶ σὲ ἔδει ὑπ' ἐκείνου τελείου γενομένου κηδευθῆναι μεταλλάξαντα τὸν βίον· τοῦτο γὰρ εἶναι κατὰ φύσιν. Τὴν ἡμετέραν δηλονότι καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν, καὶ τὴν κοσμικὴν διάταξιν· ἐκείνῳ δὲ τῷ μακαρισθέντι οὐκ ἦν κατὰ φύσιν περαιτέρω τοῦ ἀπονεμηθέντος αὐτῷ χρόνου πρὸς τὸν ἐνθάδε βίον περιμένειν, ἀλλ' εὐτάκτως τοῦτον ἐκπλήσαντα πρὸς τὴν εἱμαρμένην ἐπανάγειν πορείαν, καλούσης αὐτῆς, φησὶν, ἤδη πρὸς ἑαυτήν. Ἀλλ' ἄωρος ἐτελεύτησεν; οὐκοῦν εὐποτμότερος διὰ τοῦτο, καὶ κακῶν ἀπείρατός ἐστιν· * Ὁ βίος γὰρ, φησὶν Εὐριπίδης, ὄνομ' ἔχει, πόνος ἐγώ σ'. Οὗτος δ' ἐπὶ τῆς εὐανθεστάτης ἡλικίας προαπεφοίτησεν ὁλόκληρος ἠΐθεος, ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος πᾶσι τοῖς συνήθεσιν αὐτῷ· φιλοπάτωρ γενόμενος καὶ φιλομήτωρ, καὶ φιλοίκειος, καὶ φιλόσοφος, τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, φιλάνθρωπος· αἰδούμενος μὲν τοὺς πρεσβυτέρους τῶν φίλων, ὥσπερ πατέρας, στέργων δὲ τοὺς ὁμήλικας καὶ συνήθεις, τιμητικὸς δὲ τῶν καθηγησαμένων, ξένοις δὲ καὶ ἀστοῖς πρᾳότατος, πᾶσι δὲ μείλιχος καὶ φίλος, διά τε τὴν ἐξ ὄψεως χάριν καὶ τὴν εὐπροσήγορον φιλανθρωπίαν. Ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος μὲν τῆς τε σῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἑαυτοῦ τὴν πρέπουσαν εὐφημίαν ἔχων, πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον προαπεφοίτησε τοῦ θνητοῦ βίου, καθάπερ ἐκ τοῦ συμποσίου, πρὶν εἴς τινα παροινίαν ἐκπεσεῖν τὴν τῷ μακρῷ γήρᾳ παρεπομένην. Εἰ δ' ὁ τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε καὶ φιλοσόφων λόγος ἐστὶν ἀληθὴς, ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν οὕτω, καὶ τοῖς εὐσεβέσι τῶν μεταλλαξάντων ἐστί τις τιμὴ καὶ προεδρία, καθάπερ λέγεται, καὶ χῶρός τις ἀποτεταγμένος, ἐν ᾧ διατρίβουσιν αἱ τούτων ψυχαί· καλὰς ἐλπίδας ἔχειν σε δεῖ περὶ τοῦ μακαρίτου υἱέος σου, ὅτι τούτοις συγκαταριθμηθεὶς συνέσται.

35. Λέγεται δὲ ὑπὸ μὲν τοῦ μελικοῦ Πινδάρου ταυτὶ περὶ τῶν εὐσεβέων ἐν ᾅδου,

Τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου
τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω,
φοινικοροδίαι τε λειμῶνές
εἰσι προάστειον αὐτῶν,
καὶ λιβάνῳ σκιαρὸν
καὶ χρυσοκάρποισι βέβριθε.

ego retuli, sufficient puto ad permovendum te, ut, omnium rerum molestissimam, luctum deponas, supersedeasque inani quæ in eum nulla utilitate proposita insumitur opera.

XXXIV. Nam quod homines virtute præstantes, in prima ætate mortem obiverint, deorum quibus cari erant benevolentia, et jam ante monui in superiore orationis nostræ parte, et nunc denuo quam brevissime indicabo, testimonium ferens insigni huic Menandri dicto :

Juvenis relinquit vitam quem dii diligunt.

Sed fortassis, Apolloni carissime, ita nobis occurres : fuit Apollonius meus fato ad hoc constitutus, oportuitque me vita defunctum ab ipso funerari : ita ferre naturam. Fateor nostram, id est humanam, ita ferre ; sed alia est ratio providentiæ universum gubernantis, et ordinis quo totus mundus est dispositus. Illi enim beatitatem nunc adepto filio tuo secundum naturam non conveniebat diutius quam præstitutus ei temporis ferebat terminus, in hac vita commorari, sed ita postulabat natura ut hoc expleto *fatale* quod aiunt *iter* conficeret, revocante eum jam ad se natura. Dices immatura morte abreptum esse : atqui eo felicior est, qui tot mala non senserit : vere enim dixit Euripides,

hæc vita nomine vita est, ipsa re labor.

Enimvero Apollonius tuus in pulcherrimo flore ætatis decessit, perfectus juvenis, suspiciendus et æmulandus omnibus æqualibus suis : cum et in patrem matremque fuisset pius, et domesticorum studiosus, philosophiæ deditus, denique (ut uno dicam verbo) prorsus humanus : ut qui seniores amicorum non aliter quam parentes revereretur, et æquales sodalesque amaret, et præceptores veneraretur, et cum peregrinis tum hospitibus mansuetissimus esset, et vultu gratioso, comique humanitate omnibus suavis carusque. Ergo ille tuæ suæque pietatis comitante eum fausta acclamatione, ante nos ad æternitatem ex hac mortali vita digressus est, tanquam e convivio abiens, priusquam in errorem ex temulentia aliquem incideret, quales in longa senectute accidere solent. Jam si, ut probabile est, vera sunt quæ veteres poetæ ac philosophi perhibuerunt, piis, postquam vitam hanc cum morte commutaverunt, esse suos quosdam honores, digniorem que in consessu tribui locum, destinatamque esse piis animis certam in qua degant regionem : bene tibi sperandum est de beato tuo filio, qui inter eos vivet.

XXXV. De statu piorum apud inferos Pindarus poeta lyricus in hanc sententiam disserit :

Fulget illis jubar Titanis,
cum terras nox obumbrat,
prataque puniceis ornata rosis
eorum sunt suburbium,
thuriferis arboribus,
et aureos ferentibus fructus opacum.

Καὶ τοὶ μὲν ἵπποις γυμνασίοις [τε],
τοὶ δὲ πεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγγεσι τέρπονται·
παρὰ δὲ σφίσιν εὐανθὴς
ἅπας τέθηλεν ὄλβος,
ὀδμὰ δ' ἐρατὸν
κατὰ χῶρον κίδναται ἀεὶ,
θύματα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ
παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

Καὶ μικρὸν προελθὼν ἐν ἄλλῳ θρήνῳ περὶ ψυχῆς λέγων φησὶν,

Ὀλβία δ' ἅπαντες αἶσα
λυσίπονον τελετὰν, καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἕπεται
θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον·
τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν.
Εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων,
ἀτὰρ εὑδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν
χαλεπῶν δὲ κρίσιν.

36. Ὁ δὲ θεῖος Πλάτων πολλὰ μὲν ἐν τῷ περὶ Ψυχῆς περί τε τῆς ἀθανασίας αὐτῆς εἴρηκεν, οὐκ ὀλίγα δὲ ἐν τῇ Πολιτείᾳ, καὶ τῷ Μένωνι, καὶ τῷ Γοργίᾳ, καὶ σποράδην ἐν τοῖς ἄλλοις διαλόγοις. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν τῷ περὶ Ψυχῆς διαλόγῳ ῥηθέντα κατ' ἰδίαν ὑπομνηματισάμενός σοι παρέξομαι, ὡς ἐβουλήθης· τὰ δὲ πρὸς τὸ παρὸν καίρια καὶ χρήσιμα λεχθέντα πρὸς τὸν Ἀθηναῖον, ἑταῖρον δὲ καὶ μαθητὴν Γοργίου τοῦ ῥήτορος. Φησὶ γὰρ ὁ παρὰ Πλάτωνι Σωκράτης· « Ἄκουε δὲ, φησὶ, » μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, » μῦθον, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω, » ἃ μέλλω λέγειν. Ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. Ἦν οὖν » νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ » νῦν ἔτι ἐστὶν ἐν θεοῖς· τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως διελθόντα τὸν βίον καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐ» δαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ * ἀθέως, εἰς » τὸ τῆς δίκης τε καὶ τίσεως δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. Τούτων δὲ οἱ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου, » καὶ ἔτι νεωστὶ τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ζῶντες ἦσαν » ζώντων, ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ δικάζοντες, ᾗ μέλλοιεν τε» λευτήσειν· ἔπειτα αἱ δίκαι πως οὐ καλῶς ἐκρίνοντο. » Ὅ τε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μακάρων » νήσων ἰόντες ἔλεγον πρὸς τὸν Δία, ὅτι φοιτῷέν » σφισιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι· εἶπεν οὖν ὁ Ζεὺς, » Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, παύσω τοῦτο γινόμενον· νῦν μὲν γὰρ » κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται· ἀμπεχόμενοι γὰρ, ἔφη, οἱ » κρινόμενοι κρίνονται· ζῶντες γὰρ κρίνονται· πολλοὶ » μὲν οὖν ἴσως, ἦ δ' ὅς, πονηρὰς ψυχὰς ἔχοντες, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλού» τους, καὶ ἐπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ

Exercent alii sese equitatu,
alii tesseris; alii fidibus oblectant.
Floret apud illos læta rerum
omnigenum copia.
Regioque amœna semper
fragrat variis in ignem
odoribus conjectis lucidum
divum super aras.

Et paululum progressus in alia lamentatione, ubi de animo loquitur, hæc habet :

Felix sors obtigit omnibus,
vitæ exsolvens laboribus
mors et calamitatibus.
Vis summa lethi corpora destruit,
superest imago viva at ævi,
a diis quæ sola propago ducta est.
Hæc dormit membris laborantibus,
Eique somnia monstrant,
quæ comitetur voluptas
bene facta, quæve pœnæ
maneant incestos actus.

XXXVI. Divinus vero Plato de immortalitate animi multa in libro qui Phædo seu de Animo inscribitur, non pauca etiam in libris de Republica, Menone, Gorgia, aliisque sparsim disputavit dialogis. Sed quæ in dialogo de Animo sunt ab eo scripta, ea, sicut petiisti, seorsim ad te mittam commentario meo illustrata. Nunc ea adducam, quæ hujus loci sunt, utiliterque hic poni possunt, Socratis ad Calliclem verba Atheniensem socium et discipulum Gorgiæ rhetoris. SOCRATES. *Audi ergo sermonem perelegantem, quem tu, puto, fabulam arbitraberis esse, ego verum censeo; nam pro veris tibi dicam, quæ sum expositurus. Diviserunt, ut est apud Homerum, acceptum hæreditate patris regnum inter se Jupiter, Neptunus, et Pluto. Fuerat autem de hominibus regnante etiam Saturno hæc lex, valuit quæ semper, etiamnumque obtinet apud deos, ut quicunque hominum vitam suam juste pieque exegisset, is ea defunctus in Beatorum insulas proficisceretur, ibique omnis mali expers in summa viveret felicitate : qui vero vixisset injuste et impie, is in vindictæ ac justitiæ carcerem, quem Tartarum appellant, abiret. De his sub Saturno et primo imperii Jovis tempore judicabant vivi viventibus, ea ipsa die sententiam ferentes qua rei erant mortem obituri : quo fiebat, ut judicia male exercerentur. Itaque et Pluto et procuratores ex insulis Beatorum ad Jovem se contulerunt, questique sunt utroque indignos commeare. Ne in posterum ergo hoc fiat, efficiam ego, inquit Jupiter. Nunc quod male feruntur sententiæ, causa est quia rei amicti ad tribunal adducuntur, dum adhuc vivunt. Multi enim pravos gerentes animos, vestiti sunt pulchris corporibus, natalium nobilitate, et divitiis : et quando judicio sistuntur, multi veniunt qui*

» μαρτυρήσοντες, ὡς δικαίως βεβιώκασι· οἱ οὖν δικα- » σταὶ ὑπό τε τούτων ἐκπλήττονται ἅμα, καὶ αὐτοὶ ἀμ- » πεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτῶν, » ὀφθαλμοὺς τε καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκα- » λυμμένοι· ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπιπρόσθησις γί- » νεται, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀμφιέσματα καὶ τὰ τῶν κρινο- » μένων· πρῶτον μὲν οὖν παυστέον ἐστὶ προειδότας » αὐτοὺς τὸν θάνατον· νῦν μὲν γὰρ προΐσασι· τοῦτο μὲν » οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ, ὅπως ἂν παύσῃ » αὐτό· ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων· τε- » θνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι, καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν » εἶναι, τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεω- » ροῦντα ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον ἁπάν- » των τῶν συγγενῶν, καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντα » ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα ἡ κρίσις δικαία ᾖ. Ἐγὼ οὖν » ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερον ἢ ὑμεῖς, ἐποιησάμην δι- » καστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ, δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Μίνω τε » καὶ Ῥαδάμανθυν, ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν· » οὗτοι δὲ δὴ, ἐπειδὰν τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ » λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὰ ὁδὼ, ἡ μὲν » ἐς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον· καὶ τοὺς μὲν » ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δ' ἐκ τῆς Εὐ- » ρώπης Αἰακός· Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, » ἐὰν ἀπόρρητόν τι ᾖ τῷ ἑτέρῳ, ἵνα ὡς δικαιοτάτη κρί- » σις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. Ταῦτ' ἔστιν, ὦ » Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς πιστεύω ἀληθῆ εἶναι, » καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε τι λογίζομαι συμ- » βαίνειν, ὅτι ὁ θάνατος τυγχάνει ὢν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, » οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς » καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. »

37. Ταῦτά σοι συναγαγὼν, Ἀπολλώνιε φίλτατε, καὶ συνθεὶς μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας, ἀπειργασάμην τὸν παραμυθητικόν σοι λόγον, ἀναγκαιότατον ὄντα σοι πρός τε τὴν τῆς παρούσης λύπης ἀπαλλαγὴν, καὶ τοῦ πάντων ἀνιαροτάτου πένθους παῦλαν. Περιέχει δὲ καὶ τὴν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον υἱόν σου Ἀπολλώνιον πρέπουσαν τιμὴν, ποθεινοτάτην οὖσαν τοῖς ἀφιερωθεῖσι, τὴν διὰ τῆς ἀγαθῆς μνήμης καὶ τῆς ἀδιαλείπτου πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον εὐφημίας. Καλῶς οὖν ποιήσεις, καὶ τῷ λόγῳ πεισθεὶς, καὶ τῷ μακαρίτῃ σου υἱῷ χαρισάμενος, καὶ μεταβαλὼν ἐκ τῆς ἀνωφελοῦς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν κακώσεως καὶ καταφθορᾶς, ἐπὶ τὴν συνήθη σοι καὶ κατὰ φύσιν διαγωγὴν ἐλθεῖν. Ὡς γὰρ οὐδὲ συμβιῶν ἡμῖν ἡδέως ἑώρα κατηφεῖς ὄντας, οὔτε σὲ, οὔτε τὴν μητέρα, οὕτως οὐδὲ νῦν μετὰ θεῶν ὢν, καὶ τούτοις συνεστιώμενος, εὐαρεστήσειεν ἂν τῇ τοιαύτῃ ὑμῶν διαγωγῇ. Ἀνδρὸς οὖν ἀγαθοῦ καὶ γενναίου καὶ φιλοτέκνου φρόνημα * ἀναλαβὼν, σεαυτόν τε καὶ τὴν μητέρα τοῦ νεανίσκου καὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ φίλους ἔκλυσαι τῆς τοιαύτης κακοδαιμονίας, εἰς γαληνότερον μετελθὼν βίου σχῆμα καὶ προσφιλέστατον τῷ τε υἱῷ σου καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς κηδομένοις σου κατὰ τὸ προσῆκον.

testimonium ipsis vitæ juste actæ perhibeant. Judices igitur cum his rebus percelluntur, tum ipsi quoque amicti judicant, cum animi eorum oculis, auribus, toto denique corpore obvelati sint; itaque omnia hæc ipsis impedimento sunt, cum sui tum reorum amictus. Primum ergo eximenda hominibus est mortis prænotio : nunc enim terminum vitæ provident : estque a nobis Prometheo injunctum, ut efficiat ne porro id possint. Deinde in judicium venire debent exuti istis rebus quas dixi omnibus : mortui enim ad tribunal venire debent. Sed et judices de iis cognoscent nudi ipsi et vita defuncti, ut ipso animo animum cujusque simul ac is vita decessit contemplentur, cum is desertus omnibus a cognatis omnem istum ornatum in terra reliquerit : sic enim juste pronuntiari poterit. Quæ ego cum mecum prius constituissem quam a vobis sum admonitus, judicium commendavi filiis meis, duobus Asianis, Minoi et Rhadamantho : uni Europæo, Æaco. Hi ergo postquam vivendi in terra finem fecerint, judicia obibunt in prato, in trivio, ubi itinerum est divortium, uno ad insulas Beatorum, altero ad Tartarum pergente. In Asia itaque mortuos judicabit Radamanthus, in Europa Æacus : Minoi primariam judicandi potestatem concedam, ut si quid alterum eorum fugerit, ipse sententiis eorum examinandis dijudicet, itaque justissimo judicio decernatur utrum cuique hominum iter sit ingrediendum. Hæc sunt, Callicles, quæ ego auditu percepta, vera esse arbritror, indeque sic ratiocinor habere rem : mors, mea quidem opinione, aliud nihil est, quam duarum rerum, animi scilicet et corporis, a sese invicem dissolutio.

XXXVII. Hæc ego collecta, Apolloni carissime, accuratissime composui, orationemque hanc consolatoriam tibi confeci, apprime necessariam et ad luctum præsentem excutiendum, et molestissimo dolori finem imponendum. Complexus sum etiam eum honorem, quem a me deferri diis acceptissimo filio tuo Apollonio consentaneum fuit : quo honore nihil optabilius est iis qui fausta memoria sui perennique famæ prosperitate consecrati jam sunt. Tui est officii obtemperare doctrinæ nostræ, filioque eum te quem par est, præbere, repudiataque inutili illa corporis animique tui afflictatione et corruptela, ad consuetam tibi et naturalem vitæ rationem reverti. Cum enim filius tuus, nobiscum adhuc communis hujus lucis usura fruens, illibenter plane mœstos te matremve viderit : jam cum diis agens, eorumque consuetudine potiens, hunc vestrum vivendi modum probare non potest. Proinde animum boni, generosi, liberosque suos amantis viri recipe, et teipsum, matremque adolescentis, cognatosque et amicos miseriæ isti exime : tranquilliorem que vitæ amplectere formam, quæ cum filio gratissima tuo erit, tum nobis omnibus, quibus tu quantæ convenit es curæ.

ΥΓΙΕΙΝΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

Πρόσωπα τοῦ Διαλόγου.

ΜΟΣΧΙΩΝ. ΖΕΥΞΙΠΠΟΣ.

1. ΜΟΣΧ. Σὺ δὴ Γλαῦκον χθὲς, ὦ Ζεύξιππε, τὸν ἰατρὸν ἀπετρέψω συμφιλοσοφεῖν ἡμῖν βουλόμενον.

ΖΕΥΞ. Οὔτ' ἀπετρεψάμην, ὦ φίλε Μοσχίων, οὔτ' ἐβούλετο συμφιλοσοφεῖν ἐκεῖνος· ἀλλ' ἔφυγον καὶ ἐφοβήθην λαβὴν φιλομαχοῦντι παρασχεῖν. Ἐν μὲν γὰρ ἰατρικῇ, καθ' Ὅμηρον,

— ὁ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,

οὐκ εὐμενὴς δὲ πρὸς φιλοσοφίαν, ἀλλ' ἀεί τι τραχὺ καὶ δύσκολον ἔχων ἐν τοῖς λόγοις, καὶ νῦν ἐναντίος ἐφ' ἡμᾶς ἐχώρει, βοῶν ἔτι πρόσωθεν, οὐ μικρὸν οὐδὲ ἐπιεικὲς ἔργον ἡμῖν σύγχυσιν ὅρων τετολμῆσθαι, διαλεχθεῖσι περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. Χωρὶς γὰρ, ἔφη, φιλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὥσπερ τινῶν Μυσῶν καὶ Φρυγῶν, ὁρίσματα· καί τινα τῶν οὐ μετὰ σπουδῆς, οὐ μὴν ἀχρήστως εἰρημένων παρ' ἡμῶν, διὰ στόματος ἔχων ἐσπάραττεν.

ΜΟΣΧ. Ἀλλὰ καὶ τούτων ἔγωγε καὶ τῶν ἄλλων, ὦ Ζεύξιππε, πρόθυμος ἀκροατὴς ἡδέως ἂν γενοίμην.

ΖΕΥΞ. Φιλόσοφος γὰρ εἶ τὴν φύσιν, ὦ Μοσχίων, καὶ τῷ μὴ φιλιατροῦντι χαλεπαίνεις φιλοσόφῳ, καὶ ἀγανακτεῖς, εἰ μᾶλλον αὐτὸν οἴεται προσήκειν γεωμετρίας καὶ διαλεκτικῆς καὶ μουσικῆς ὁρᾶσθαι μεταποιούμενον, ἢ ζητεῖν καὶ μανθάνειν βουλόμενον,

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται

τῷ σώματι. Καίτοι πλείους ἂν ἴδῃς ἐκεῖ θεατὰς, ὅπου θεωρικόν τι νέμεται τοῖς συνιοῦσιν, ὥσπερ Ἀθήνησι. Τῶν ἐλευθερίων δὲ τεχνῶν ἰατρικὴ τὸ μὲν γλαφυρὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιτερπὲς, οὐδεμιᾶς ἐνδεέστερον ἔχει· θεωρικὸν δὲ μέγα τοῖς φιλομαθοῦσι τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ὑγίειαν ἐπιδίδωσιν. Ὥστε οὐ παράβασιν ὅρων ἐπικαλεῖν δεῖ τοῖς περὶ ὑγιεινῶν διαλεγομένοις φιλοσόφοις, ἀλλ' εἰ μὴ παντάπασιν ἀνελόντες οἴωνται δεῖν τοὺς ὅρους ὥσπερ ἐν μιᾷ χώρᾳ κοινῶς ἐμφιλοκαλεῖν, ἅμα τὸ ἡδὺ τῷ λόγῳ καὶ τὸ ἀναγκαῖον διώκοντες.

ΜΟΣΧ. Ἀλλὰ Γλαῦκον μὲν ἐῶμεν, ὦ Ζεύξιππε, ὑπὸ σεμνότητος αὐτοτελῆ βουλόμενον εἶναι, καὶ ἀπροσδεῆ φιλοσοφίας· σὺ δὲ τοὺς λόγους ἡμῖν δίελθε πάντας· εἰ δὲ βούλει, πρώτους ἐκείνους, ὧν ἔφης οὐ πάνυ μετὰ σπουδῆς εἰρημένων ἐπιλαμβάνεσθαι τὸν Γλαῦκον.

2. ΖΕΥΞ. Ἔφη τοίνυν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν ἀκοῦσαί τινος λέγοντος, ὡς τὸ τὰς χεῖρας ἀεὶ θερμὰς ἔχειν, καὶ μὴ * περιορᾶν ψυχομένας, οὐ μικρὸν εἴη πρὸς ὑγίειαν· καὶ τοὐναντίον ἡ τῶν ἄκρων περίψυξις εἰς τὰ μέσα συνε-

DE TUENDA SANITATE PRÆCEPTA.

Personæ dialogi.

MOSCHION. ZEUXIPPUS.

I. Mosch. Glaucum tu, Zeuxippe, medicum aversatus es heri, cum is de philosophicis rebus nobiscum vellet colloqui.

Zeux. Equidem neque eum aversatus sum ego, mi Moschion, neque nobiscum ille philosophica tractare volebat : fugi autem hominem, quod nolebam contentioso ansam digladiandi præbere. Est enim in rebus quidem medicis, qualem Homerus esse vult,

— multis dignus componier unus :

sed erga philosophiam animo est parum amico, semperque asperitatem quamdam in disserendo et morositatem usurpat, ac tum quoque adversum nobis se ferebat, eminus vociferans, nos qui aggressi essemus de salubri vitæ ratione disputare, confundendis artium finibus facinus neque parvum neque æquum commisisse, distinctaque inquiens esse philosophica a medicis, perinde ac si de limitibus Phrygum et Mysorum statuendis ageretur : quinetiam a nobis quædam neque serio et non tamen inutiliter dicta in ore habebat atque laniabat.

Mosch. Ego vero, Zeuxippe, cum hæc tum alia lubenter animoque prompto audiverim.

Zeux. Philosophico nimirum, Moschion, es ingenio, et succenses philosopho qui studiosus rei medicæ non sit, indigneque fers, si existimet magis sui esse officii ut videatur geometriæ, dialecticæ et musicæ deditus, quam ut inquirere ac discere cupiat, in suo corpore, hoc est

ædibus in propriis, quid recte, quid male fiat.

Atqui plures ad spectaculum confluere solent, ubi publicitus pecuniæ aliquid inter spectatores distribuitur, sicut fit Athenis. Et vero medicina de reliquis liberalibus artibus nulli nitore, copia, jucunditateque cedens, sui studiosis præmium spectandi porro largitur, incolumitatem corporis atque sanitatem. Non itaque intentandum id crimen philosophis de sanitate disputantibus est, quasi vero limites transilierint : imo id potius vitio esset dandum, si non sublatis omnino terminis locum hunc sibi communem cum medicis ducerent, in eoque suavitatem cum necessitate junctam egregio studio consectarentur.

Mosch. Proinde missum faciamus Glaucum, qui ex sese perfectus ob affectatam quamdam vult videri gravitatem, et philosophia nihil opus habere ad suam professionem. Tu autem, Zeuxippe, totam nobis narra disputationem, et si libet, ea primo loco, quæ ais cum non prorsus serio essent dicta, reprehensa a Glauco fuisse.

II. Zeux. Aiebat ergo socius noster, auditum a se esse quemdam, qui diceret si semper calerent manus, neque sinerentur frigere, non leviter hoc ad sanitatem conducere : contra extremitatum refrigerationem, qua

λαύνουσα τὸ θερμὸν, ὥσπερ τινὰ συνήθειαν ἢ μελέτην ἐμποιεῖ πυρετοῦ· τὸ δ' ἔξω στρέφοντα μετὰ τῆς θερμότητος ἕλκειν ἐπὶ πάντα καὶ διανέμειν τὴν ὕλην, ὑγιεινόν· ἐὰν μὲν ἐνεργοῦντές τι ταῖς χερσὶ καὶ χρώμενοι τυγχάνωμεν, αὐτὴν τὴν κίνησιν ἐπάγειν ἐνταῦθα, καὶ συνέχειν τὸ θερμόν· ἔργων δὲ τοιούτων σχολὴν ἄγοντας, ἥκιστα δεῖν προσδέχεσθαι τοῖς ἄκροις τὸ ψυχρόν.

3. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο τῶν γελασθέντων ἦν· δεύτερον δὲ οἶμαι τὸ περὶ τὰς τροφὰς, ἃς προσφέρετε τοῖς κάμνουσιν. Ἅπτεσθαι γὰρ αὐτῶν διὰ χρόνου παρῄνει καὶ γεύεσθαι, συνεθίζοντας αὐτοὺς ἐν τῷ ὑγιαίνειν, καὶ μὴ τρέμοντας, ὥσπερ τὰ παιδάρια, μηδὲ μισοῦντας ἐκείνην τὴν δίαιταν, ἀλλὰ ποιουμένους ἀτρέμα χειροήθη ταῖς ὀρέξεσι καὶ σύντροφον, ὅπως ἐν τῷ νοσεῖν μὴ δυσχεραίνωμεν ὡς φάρμακα τὰ σιτία, μηδὲ ἀσχάλλωμεν ἁπλοῦν τι καὶ ἄνοψον καὶ ἄκνισον λαμβάνοντες. Ὅθεν οὐδὲ ἀλούτους ποτὲ φευκτέον ἐλθεῖν ἐπὶ τροφὴν, οὐδὲ ὕδωρ πιεῖν, οἴνου παρόντος, οὐδὲ θερμὸν ἐν θέρει, χιόνος παρακειμένης· τὰς μὲν οὖν ἐπιδεικτικὰς καὶ σοφιστικὰς χαίρειν ἐῶντας ἀποσχέσεις τῶν τοιούτων καὶ μεγαλαυχίας ἐπὶ ταῖς ἀποσχέσεσιν, αὐτοὺς δὲ καθ' ἑαυτοὺς σιωπῇ τήν τε ὄρεξιν ἅμα τοῦ συμφέροντος ὑπήκοον ἐθίζοντας εἶναι μετ' εὐκολίας, καὶ τῆς ψυχῆς ἀφαιροῦντας πόῤῥωθεν ἔτι τὴν περὶ ταῦτα μικρολογίαν ἐν ταῖς νόσοις, καὶ τὸ ἐπιθρηνεῖν ἀνοδυρομένης, ὡς ἐξ ἡδονῶν μεγάλων καὶ ἀγαπητῶν εἰς ἀγεννῆ καὶ ταπεινὴν ἀπελήλαται δίαιταν. Εὖ γὰρ εἰρημένον τὸ, Ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, καὶ κατὰ μέρος ὡς ἕκαστα πειρωμένῳ χρήσιμόν ἐστι, μάλιστα δὲ τῶν περὶ τὸ σῶμα διαιτημάτων ἐν τοῖς ὑγιεινοτάτοις ἐπάγοντα τὴν συνήθειαν εὐμενῆ καὶ γνώριμα τῇ φύσει καὶ οἰκεῖα παρασκευάζειν, μεμνημένον ἃ πάσχουσιν ἔνιοι καὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, χαλεπαίνοντες καὶ δυσανασχετοῦντες, ὕδατος θερμοῦ προσφερομένου, καὶ ῥοφήματος, ἢ ἄρτου, μιαρὰ μὲν ταῦτα καὶ ἀηδῆ, μιαροὺς δὲ καὶ χαλεποὺς τοὺς ἀναγκάζοντας ἀποκαλοῦντες. Πολλοὺς δὲ καὶ λουτρὸν ἀπώλεσεν, οὐδὲν ἐν ἀρχῇ μέγα κακὸν ἔχοντας, ἀλλ' ἢ τὸ μὴ δύνασθαι μηδὲ ὑπομένειν γεύσασθαι τροφῆς ἀλούτους· ὧν καὶ Τίτος ἦν ὁ αὐτοκράτωρ, ὥς φασιν οἱ νοσηλεύσαντες.

4. Ἔτι τοίνυν ἐλέχθη τοιοῦτον· ὡς ἀεὶ μὲν ὑγιεινότερα σώματι τὰ εὐτελέστερα· μάλιστα δὲ φυλακτέον πλησμονὰς καὶ μέθας καὶ ἡδυπαθείας, ἑορτήν τινα μέλλουσαν ἢ φίλων ὑποδοχὴν ἐν χερσὶν ἔχοντας, ἢ προσδοκῶντας ἑστίασιν βασιλικὴν καὶ ἡγεμονικὴν, καὶ συμπεριφορὰν ἀπαραίτητον, οἷον ἐπιόντος ἀνέμου καὶ κύματος, εὐσταλὲς τὸ σῶμα καὶ κοῦφον ἐν εὐδίᾳ παρασκευάζοντας. Ἔργον γάρ ἐστιν ἐν συνουσίαις καὶ φιλοφροσύναις αὐτὸν ἐπὶ τῶν μετρίων καὶ τῶν συνήθων φυλάξαι, μὴ πᾶσι μετὰ ἀηδίας δεινῆς ἐπαχθῆ φανέντα καὶ φορτικόν. Ἵνα οὖν μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ, ὥς φασι, πλησμονή τις ἐπὶ πλησμονῇ, καὶ ἄκρατος ἐπ' ἀκράτῳ

calor introrsum cogitur, quasi consuetudinem quamdam et affectationem febris ingenerare : qui calor salubriter foras in omnes partes eliciatur ad differendam ac distribuendam materiam : atque hoc quidem motum præstare, ubi aliquid manibus agimus, ut ad eas vocetur, ibique contineatur calor : quando autem nullum opus manibus facimus, tunc nequaquam nos debere ad extremas corporis partes frigus admittere.

III. Hoc unum fuit ex iis quæ risu excepta sunt : secundum, si recte memini, fuit de cibis quos ægrotantibus exhibetis. Hos ille interdum volebat sumi a nobis et gustari, ut iis nos sani etiamnum assuescentes, neque puerulorum instar formidantes invisamve habentes victus illam rationem, sed paulatim appetitui nostro familiarem reddentes, ægrotantes olim non ab iis tanquam medicamentis abhorreamus, neque moleste feramus cibum nobis apponi simplicem, et sine condimentis, ac nullum culinæ nidorem referentem. Eamdem ob causam etiam aliquando illoti capere cibum non verebimur, aut aquam vino præsente bibere, tepidumve æstate, cum ad manus sit nix. Atque hic ad ostentationem factæ et sophisticæ talium rerum abstinentiæ vitandæ sunt, et earum jactationes : ipsi apud nosmetipsos condocefaciamus appetitum, ut non invitus utilitati pareat, eminusque animum avertamus ab illiberalibus propter victus rationem in morbis parum lautam querelis ac lamentis, quibus alii deplorant suas fortunas, a magnis jucundisque voluptatibus ad sordidum detrusi abjectumque alimentorum genus. Præclare dictum est, *Vitam delige optimam, dulcem consuetudo efficiet*. Verum hoc utile est etiam in singulis vitæ partibus conari, maxime in victus ratione, ut maxime sani consuetudine nobis familiaria ista naturæque nostræ non adversantia redigamus, memoria tenentes quid nonnullis usuveniat in morbis, qui ægre aut ne vix quidem ferre possunt aquam aut sorbitionem vel panem si calida exhibeantur, impura hæc et molesta, impuros et importunos qui uti iis cogunt appellantes. Multos etiam lavacra perdiderunt, cum ab initio malum non fuisset magnum, tantum eo quod non possent neque sustinerent cibum capere non loti : e quorum numero etiam Titus fuit Imperator, ut affirmant qui ægrotum curaverunt.

IV. His additum fuit illud, semper ea corpori saniora esse quæ tenuiora essent : maxime vero fugiendam redundantiam, crapulam, deliciarumque usum, cum præ manibus est festivitas aliqua, aut amicorum convivium, aut epulæ a rege vel duce exhibendæ, aut ubi alias largius sese invitaturi sunt cibis et poculis, ita ut tibi detrectare non liceat : tum enim velut tranquillo cœlo corpus tenue et leve præparandum est adversum ventum et undas ingruentes. Difficile enim est in conviviis mediocritatem consuetamque edendi ac bibendi rationem ita tueri, ut non omnibus aliis molestus, injucundus, importunusque videare. Ne igitur crapula crapulæ, vino vinum, tanquam ignis igni (ut in proverbio

γένηται, τὸ παιχθὲν ἀστείως ὑπὸ Φιλίππου, μετὰ σπουδῆς μιμητέον· ἦν δὲ τοιοῦτον. Ἄνθρωπος αὐτὸν ἐπιχώριος, ὡς σὺν ὀλίγοις ὄντα, δειπνῆσαι παρεκάλεσεν, εἶτα ὁρῶν πολλοὺς ἄγοντα, παρεσκευασμένων οὐ πολλῶν, ἐταράττετο· συναισθόμενος οὖν ὁ Φίλιππος, ὑπέπεμπε τῶν φίλων ἑκάστῳ, κελεύων * πλακοῦντι καταλιπεῖν χώραν· οἱ δὲ πειθόμενοι καὶ προσδοκῶντες, ἐφείδοντο τῶν παρακειμένων· ἤρκεσεν οὖν ἅπασι τὸ δεῖπνον. Οὕτω δὴ προπαρασκευαστέον αὑτούς ἐστι τῶν ἀναγκαίων συμπεριφορῶν, καὶ ὄψῳ καὶ πέμματι, καὶ νὴ Δία μέθῃ χώραν φυλάττοντας ἐν τῷ σώματι, καὶ πρόσφατον ἐπὶ ταῦτα βουλομένην τὴν ὄρεξιν ἄγοντας.

5. Ἐὰν δὲ τοιαῦταί τινες ἄφνω βαρεῖς ὄντας ἡμᾶς καὶ διακειμένους φαύλως ἀνάγκαι καταλάβωσιν, ἡγεμόνων παρόντων, ἢ ξένων ἐπιφανέντων, ὑπ' αἰδοῦς βαδίζειν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἱκανῶς ἔχουσι καὶ συμπίνειν, ἐνταῦθα μάλιστα δεῖ παρατετάχθαι πρὸς τὴν μέγα σινομένην ἄνδρας αἰδῶ καὶ δυσωπίαν, τὰ τοῦ τραγικοῦ Κρέοντος λέγοντας·

Κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπεχθεῖσθαι, ξένε,
ἢ μαλθακισθένθ', ὕστερον μέγα στένειν.

Τὸ γὰρ ἀγροικίας φοβηθέντα δόξαν, εἰς πλευρῖτιν ἢ φρενῖτιν ἐμβάλλειν ἑαυτὸν, ἀγροίκου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἐστιν, καὶ νοῦν οὐκ ἔχοντος, οὐδὲ λόγον ἄνευ κύλικος καὶ κνίσης ἀνθρώποις ἐπιστάμενον ὁμιλεῖν. Ἥ τε γὰρ παραίτησις, ἂν τὸ ἐπιδέξιον καὶ τὸ ἀστεῖον ἔχῃ, οὐχ ἧττον ἔσται κεχαρισμένη τῆς συμπεριφορᾶς· ἄν τέ τις παρέχων ἑστίασιν, ὥσπερ θυσίαν ἄγευστον, αὐτὸς ἀπέχηται παρά τε τῇ κύλικι καὶ τῇ τραπέζῃ μετὰ προθυμίας καὶ φιλοφροσύνης ἅμα τι παίζων καὶ λέγων εἰς ἑαυτὸν, ἡδίων φανεῖται τοῦ συμμεθυσκομένου καὶ συνοψοφαγοῦντος. Ἐμνήσθη δὲ τῶν μὲν παλαιῶν, Ἀλεξάνδρου μετὰ πότον πολὺν αἰσχυνθέντος ἀνειπεῖν Μηδίῳ παρακαλοῦντι καὶ καταβάλλοντι αὖθις ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν εἰς ἄκρατον, ἀφ' οὗ διεφθάρη· τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς, Ῥήγλου τοῦ παγκρατιαστοῦ· καλοῦντος γὰρ ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἅμα ἡμέρᾳ Τίτου Καίσαρος, ἧκε καὶ συνελούσατο, καὶ πιὼν ἅπαξ, ὥς φασιν, ἀποπληξίας καταλαβούσης, εὐθὺς ἀπέθανε. Ταῦτα ἡμῖν ὁ Γλαῦκος ἐν γέλωτι προὔφερεν ὡς παιδαγωγικά· τῶν δὲ ἄλλων οὐ πάνυ πρόθυμος ἦν ἀκούειν, οὐδὲ ἡμεῖς ἐκείνῳ διηγεῖσθαι. Σὺ δὲ ἐπισκόπει τῶν λεχθέντων ἕκαστον.

6. Πρῶτος μὲν ὁ Σωκράτης παρακελευόμενος φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων, ὅσα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἀναπείθει, καὶ τῶν πομάτων, ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας, οὐχ ἁπλῶς τὸ χρῆσθαι τούτοις ἀπηγόρευσεν, ἀλλὰ χρῆσθαι δεομένους ἐδίδασκε, καὶ τὸ ἡδὺ κατατάττοντας αὐτῶν εἰς τὸ ἀναγκαῖον, ὥσπερ οἱ τὰ θεωρικὰ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσι στρατιωτικά. Τὸ γὰρ ἡδὺ τῇ φύσει μέχρις ἂν ᾖ μέρος τοῦ τρέφοντος, οἰκεῖόν ἐστι· καὶ δεῖ πεινῶντας ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἀπολαύειν τῶν ἡδέων, ἰδίᾳ δὲ μὴ κινεῖν ἑτέρας ὀρέξεις τῶν κοινῶν ἀπηλλαγμένους. Ὥσπερ γὰρ αὐτῷ Σωκράτει γυμνά-

est) superaddatur, serio imitandum est quod Philippus joco satis eleganter egit. Invitarat eum rure quidam ad cœnam, paucos habere secum comites opinatus : cum autem modice apparatam ad cœnam Philippus plures adduceret, perturbabatur : quod ut sensit Philippus, ad singulos amicorum submisit qui moneret, ut locum placentæ relinqueret : ita amicis obtemperantibus, placentamque exspectantibus, ac ideo parcius vescentibus appositis cibis omnibus cœna ea suffecit. Sic ergo præparare nos debemus ad necessarias istas invitationes, ut obsonio, bellariis, adeoque etiam ebrietati locum relinquamus in corpore, novumque ad ea et paratum afferamus appetitum.

V. Cum vero talis nos subito invadit necessitas, ut corpore onusto et ad edendum bibendumque inepto ob præsentiam principum virorum aut hospitum pudor videatur nos cogere potare cum probe ad potandum affectis : ibi tum maxime armatum esse oportet contra ineptam istam verecundiam, quæ magna affert hominibus damna : usurpandaque illa sunt Creontis in tragœdia :

Præstat inimicum fieri, hospes, tibi me modo,
quam gemere postea, nunc agam si mollius.

Fugiendo enim rusticitatis opinionem in laterum dolorem vel insaniam se conjicere, revera agrestis est et vecordis hominis, qui rationem cum hominibus citra pocula et nidorem versandi ignoret. Ipsa enim recusatio, si dextre fiat et urbane, non minus gratiosa est quam obsequium : et si quis ab iis quæ apponuntur in convivio se tanquam a sacra re abstinens, ad pocula interim mensamque alacriter et hilariter aliquid in se ipsum laudet aut dicat, jucundior videbitur una se inebriante aut obsonia vorante. Ac mentionem faciebat socius ille noster ex vetustate Alexandri Magni, qui postquam adbibisset liberalius, Medio præ pudore non ausus adversari hortanti, et ad novam trahenti compotationem, denuo merum potavit, ex eoque periit : ex iis qui nostra vixerunt ætate, Reguli pancratiastæ, qui prima luce ad balneum vocatus a Tito Cæsare, venit unaque lavit, cumque semel inde bibisset, apoplexia correptus subito vitam finiit. Hæc nobis per risum exprobrabat Glaucus ad pædagogos dicens pertinere : neque ad reliqua audienda ille animo prompto erat, neque dicenda nos illo præsente putabamus. Tu vero singula dicta considera.

VI. Jam primum Socrates hortabatur ut caveremus a cibis qui non esurientes ad edendum invitant, et potu, qui non sitientes ad bibendum pellicit : non usum eorum in universum ille interdicens, sed docens tum utendum esse cum est necesse, voluptate quæ inde percipitur ad necessitatem accommodata, ut cum civitas pecuniam alias spectaculis impendi solitam in usus militiæ convertit. Quod enim suave suapte natura est, id dum nutritioni inservit, usurpare convenit : esurientesque frui debemus necessario aut suavi alimento, non communi appetitui ubi satisfactum est, invitamentis novos ciere.

σιον ἦν οὐκ ἀηδὲς ἡ ὄρχησις, οὕτως ᾧτινι τὸ πέμμα καὶ τὸ τράγημα δεῖπνόν ἐστι καὶ σιτίον, ἧττον βλάπτεται· τὸ δὲ ἀπέχοντα τῇ φύσει τὸ μέτριον καὶ πεπληρωμένον, ἐπιδράττεσθαι τῶν τοιούτων, φυλακτέον ἐν τοῖς μάλιστα. Φυλακτέον δὲ τῆς περὶ ταῦτα φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας οὐδὲν ἧττον ἀπειροκαλίαν καὶ φιλοτιμίαν· καὶ γὰρ αὗται πολλάκις συναναπείθουσι μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἔνια, καὶ πίνειν μὴ διψῶντας, ἀνελευθέρους κομιδῆ καὶ φορτικὰς ὑποβάλλουσαι φαντασίας, ὡς ἄτοπόν ἐστι πράγματος σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος, οἷον οὔθατος, ἢ μυκήτων Ἰταλικῶν, ἢ Σαμίου πλακοῦντος, ἢ χιόνος ἐν Αἰγύπτῳ. Ταῦτα γὰρ δήπου προάγεται πολλάκις χρῆσθαι τοῖς περιβοήτοις καὶ σπανίοις, ὥσπερ ὑπὸ κνίσης * τῆς κενῆς δόξης ἀγομένους, καὶ τὸ σῶμα κοινωνεῖν μὴ δεόμενον ἀναγκάζοντας, ὅπως ἔχωσιν ἑτέροις διηγεῖσθαι, ζηλούμενοι τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὕτω δυσπορίστων καὶ περιττῶν. Ὅμοια δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ἐνδόξους πάσχουσιν. Ἰδίαις μὲν γὰρ ἔστιν ὅτε καὶ καλαῖς καὶ ἀγαπώσαις συναναπαυόμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἄγουσι· Φρύνῃ δὲ τελέσαντες ἀργύριον ἢ Λαΐδι, καὶ τὸ σῶμα φαύλως καὶ πρὸς συνουσίαν ἀργῶς ἔχοντες διακείμενον, ἐγείρουσιν ἅμα καὶ παρακαλοῦσι τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὴν ἡδονήν, ὑπὸ τῆς κενῆς δόξης. Αὐτὴ γοῦν ἔλεγεν ἡ Φρύνη πρεσβυτέρα γεγενημένη, τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν.

7. Ἔστι δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν, ἂν ὅσων ἡ φύσις δεομένη δέχεται τῶν ἡδονῶν, προσιέμενοι τῷ σώματι, μᾶλλον δὲ, ἂν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς πράξεις αὐτῷ διαμαχόμενοι καὶ ἀναβαλλόμενοι, καὶ μόλις πάνυ ταῖς ἀνάγκαις χρηματίζοντες, ἤ, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ δάκνοντος καὶ κατατείνοντος ἐνδιδόντες, ἀβλαβεῖς ἀπαλλάττωμεν. Τὰς δὲ ἀνάπαλιν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ σῶμα κατιούσας ἐπιθυμίας, καὶ καταβιαζομένας τοῖς ἐκείνης ὑπηρετεῖν καὶ συνεξανίστασθαι πάθεσιν, οὐδεμία μηχανὴ τὸ μὴ σφοδροτάτας βλάβας καὶ μεγίστας ἐν ἡδοναῖς ἀσθενέσι καὶ ἀμαυραῖς ἐναπολιπεῖν. Ἥκιστα δὲ ψυχῆς ἐπιθυμίᾳ σῶμα πρὸς ἡδονὰς κινητέον· ἡ γὰρ ἀρχὴ παρὰ φύσιν γίνεται. Καὶ καθάπερ αἱ τῶν μασχαλῶν ψηλαφήσεις, οὐχ ἵλεων, οὐδὲ πρᾶον, οὐδ' ἵλεω γέλωτα τῇ ψυχῇ παρέχουσιν, ἀλλ' ἐοικότα σπασμῷ καὶ χαλεπόν· οὕτω πάλιν ὅσας τὸ σῶμα νυττόμενον ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἡδονὰς ἴσχει καὶ ταραττόμενον, ἐκστατικαὶ καὶ ταρακτικαὶ αὗται καὶ ἀλλότριαι τῆς φύσεώς εἰσιν. Ὅταν οὖν τι τῶν σπανίων ἀπολαυσμάτων ἢ ἐνδόξων παραγένηται, ταῖς ἀποσχέσεσι μᾶλλον φιλοτιμητέον ἢ ταῖς ἀπολαύσεσι, μεμνημένους, ὅτι, καθάπερ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις, οὕτως ἡμῖν οὔτε ὄψον παρωσαμένοις μετεμέλησεν, οὔτε ὕδωρ ἀντὶ Φαλερίνου πιοῦσιν· ἀλλὰ τοὐναντίον. Οὐ μόνον οὐ προσβιαστέον ἐστὶ τὴν φύσιν, ἀλλὰ κἂν δεομένη προσφέρηταί τι τῶν τοιούτων, ἐπὶ τὰ λιτὰ καὶ συνήθη πολλάκις ἀποτρεπτέον, ἔθους ἕνεκα καὶ μελέτης, τὴν ὄρεξιν.

Sicut enim ipsi Socrati exercitatio corporis non injucunda erat saltatio, ita cui bellaria pro cibo sunt, minus is læditur : id summopere cavendum est, ne cum pro naturæ modo satis accepimus, ac saturi sumus, ista appetamus. Studio voluptatis ingluvieque circa has res non minus vitanda est ambitio, et modi decorique imperitia, quibus sæpe adducuntur homines ut quædam edant non esurientes, et bibant non sitientes : dum illiberales plane et intempestivæ illæ subjiciuntur opiniones, absurdum scilicet esse si rara re et pretiosa apposita non fruaris, ut ubere, fungis Italicis, placenta Samia, nive in Ægypto. Hæc enim sæpenumero impellunt ad vescendum nobilibus rebus et raris, animo vanæ gloriolæ quasi nidore quodam illecto, corpusque nulla ejus necessitate ei inservire cogente, ut aliis narrare possint quod vesci ipsis obtigerit rebus paratu difficilibus et supervacaneis, eoque scilicet nomine in admiratione sint. Quo modo etiam nonnulli cubantes in lecto cum suis uxoribus, pulchris etiam et dilectis, venere abstinent : Phrynæ aut Laidi persoluta mercede corpus male paratum ad coitum vana opinione ducti exstimulant et ad libidinem irritant. Ipsa quidem Phryne ætate jam gravior dicebat, *se fæcem pluris vendere propter suam nobilitatem.*

VII. Mirum profecto est, et incomparabile hoc commodum, si quis concessis corporis quas naturæ exigit necessitas voluptatibus, imo autem diu corporis desideriis in actionibus obluctatus, ac obsequi cunctatus, difficulterque admodum ejus necessitati gratificatus, aut, ut Plato ait, mordenti atque urgenti obsecutus tandem, illæsum se potest conservare. Vicissim cupiditates quæ in corpus ex animo descendunt, idque suis cogunt inservire et comitari motibus, fieri non potest quin post obscuras et languidas voluptates, maxima ac vehementissima illata damna relinquant. Minime vero animi concupiscentia ad voluptatem permoveri corpus sinendum est : ipsum enim principium naturæ repugnat : et sicut axillarum titillatio risum ab animo elicit non lenem aut placidum, sed convulsionis similem et molestum : ita quas compunctum ab animo corpus voluptates et turbatum concipit, eæ a natura alienæ sunt, et ad statum ejus convellendum atque tumultibus exagitandum faciunt. Cum ergo vescendum offertur rarum aliquid aut nobile, abstinendo potius quam fruendo quærenda est gloria, cogitandumque, sicut Simonides dixit, *nunquam se propter silentium, sæpe propter sermonem pœnitentia fuisse correptum :* ita nobis nunquam pœnitentiam obortam fuisse ob repudiatum aliquod obsonium, aut haustum aquæ Falerno prælatum, sed contra. Cæterum tantum abest ut vis facienda sit naturæ dum vesci aliqua re cupimus, ut appetentem etiam plerumque debeamus ad vulgaria et nobis usitata avertere, ut assuefaciamus eam et condocefaciamus.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ,
φησὶν ὁ Θηβαῖος, οὐκ ὀρθῶς λέγων,
τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν·

ἡμεῖς δὲ βέλτιον, ὡς, εἴπερ φιλοδοξεῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἐγκρατείᾳ κάλλιστον ὑπὲρ ὑγείας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μικρολογία καὶ γλισχρότης ἐνίους ἀναγκάζει πιεζοῦντας οἴκοι τὰς ἐπιθυμίας καὶ κατισχναίνοντας, ἐμπίπλασθαι παρ' ἑτέροις τῶν πολυτελῶν καὶ ἀπολαύειν, καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἐπισιτιζομένους· εἶτα κακῶς διατεθέντες, ἀπίασιν, εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἐφόδιον τῆς ἀπληστίας, τὴν ἀπεψίαν ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Κράτης διὰ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος οὐχ ἥκιστα τὰς στάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσι, μετὰ παιδιᾶς παρῄνει·

Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων αἰεὶ ἐς στάσιν ἄμμε βάλῃς·

αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἀεὶ, μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν ἐπὶ τὸ θρίον καὶ τὸν ἰχθὺν, εἰς στάσιν ἐκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ ταραχὰς ἐμβάλλειν καὶ διαῤῥοίας. Τὰ γὰρ εὐτελῆ κρατεῖ τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῶν φυσικῶν μέτρων· ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημιουργῶν,* καὶ τὰ πανοῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα, κατὰ τὸν κωμικὸν, ἀεὶ τοὺς ὅρους τῆς ἡδονῆς μετατίθησιν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ παραλλάττει τὸ συμφέρον. Οὐκ οἶδα δὲ ὅντινα τρόπον, ἡμῶν τὰς γυναῖκας, ὅσαι φίλτρα μηχανῶνται καὶ γοητείας ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, βδελυττομένων καὶ δυσχεραινόντων, μισθωτοῖς τε καὶ δούλοις προϊέμεθα τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα μονονοὺ μαγγανεύειν καὶ φαρμάττειν. Εἰ τοίνυν καὶ πικρότερον φανεῖται τὸ τοῦ Ἀρκεσιλάου πρὸς τοὺς μοιχικοὺς καὶ ἀκολάστους εἰρημένον, Μηδὲν διαφέρειν ὄπισθέν τινα ἢ ἔμπροσθεν εἶναι κίναιδον, οὐκ ἀνάρμοστόν ἐστι τοῖς ὑποκειμένοις. Τί γὰρ ὡς ἀληθῶς διαφέρει σατύρια προσάγοντα κινεῖν καὶ παροξύνειν τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὰς ἡδονὰς, ἢ τὴν γεῦσιν ὀσμαῖς καὶ καρυκείαις ἐρεθίζειν, [καὶ] ὥσπερ τὰ ψωριῶντα, κνησμῶν ἀεὶ δεῖσθαι καὶ γαργαλισμῶν;

8. Ἄλλοτε μὲν οὖν πρὸς τὰς ἡδονὰς λεκτέον ἴσως, τὸ καλὸν καὶ σεμνὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τῆς ἐγκρατείας οἷόν ἐστι, δεικνύοντας· ὁ δὲ νῦν λόγος ὑπὲρ πολλῶν ἡδονῶν καὶ μεγάλων ἐστίν. Οὔτε γὰρ πράξεις, οὔτε ἐλπίδας, οὔτε ἀποδημίας, οὔτε διαγωγὰς αἱ νόσοι τοσαύτας, ὅσας ἡδοναὶ, ἡμῶν ἀφαιροῦνται καὶ διαφθείρουσιν. Ὅθεν ἥκιστα λυσιτελεῖ καταφρονεῖν τῆς ὑγείας τοῖς μάλιστα τὴν ἡδονὴν διώκουσι. Καὶ γὰρ φιλοσοφεῖν ἀῤῥωστίαι πολλοὺς παρέχουσι, καὶ στρατηγεῖν νὴ Δία καὶ βασιλεύειν· ἡδοναὶ δὲ σωματικαὶ καὶ ἀπολαύσεις ἔνιαι μὲν οὐδ' ὅλως γένεσιν ἐν νόσῳ λαμβάνουσιν, αἱ δὲ λαμβάνουσαι, βραχὺ τὸ οἰκεῖον καὶ οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ συμπεφυρμένον πολλῷ τῷ ἀλλοτρίῳ καὶ μεμωλωπισμένον, ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος ἀναφέρουσιν. Οὐ γὰρ ἐν πλησμοναῖς Κύπρις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν εὐδίᾳ σαρκὸς καὶ

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
violandum est :—

inquit Thebanus ille, improbe quidem : nos rectius sic dicemus, si quærenda est gloria, optime quæretur continentia ad sanitatem conducibili. Verumtamen sunt, quos sordes et tenacitas eo adigunt, ut cupiditates suas domi comprimentes atque attenuantes, apud alios pretiosis alimentis perfruantur, iisque se impleant non secus quam si ex hostico commeatum nulla cum parsimonia auferrent : deinde male affecti domum redeunt, viaticum ingluviei in diem subsequentem habentes cruditatem. Crates, quod censeret non minimam causam, propter quam in civitatibus seditiones existerent et tyrannides, esse luxum et nimios sumptus, jocose hortabatur cives, *ne ultra lentem subinde augendis patinis seditionum causas præberent.* Quisque vero seipsum hortetur, ne identidem ultra lentem augendo patinas, præteritoque nasturtio et olea ad thrium et piscem pergendo, corpus in tumultum ac fluxiones ventris ex redundantia conjiciat. Vulgares enim cibi appetitum intra naturæ modum continent : coquorum et opificum artes, et callidissimæ istæ aromatibus conditæ cupediæ, ut appellat Comicus, semper fines voluptatum proferunt, utilitatemque supplantant. Ac nescio quomodo fiat, ut uxores, cum suos maritos veneficio et poculis amatoriis adoriuntur, execremur aversemurque : interim mercenariis et servis permittamus ut cibos et obsonia tantum non lenocinio commendent atque veneficio. Ergo tametsi acerbius videri potest Arcesilai dictum in adulteros ac libidinosos, *Nihil differre anticave an postica corporis parte cinædus aliquis sit :* nostro tamen proposito non male congruit. Quid enim interest, si veritatem rei spectes, satyriisne aliquis libidinem provocet, aut gustatum odoribus et condimentis irritet, ac scabiosæ partis alicujus instar pruritu semper titillationeque indigeat?

VIII. Fortassis suus locus erit alias, ubi adversus voluptates dicamus, et quæ pulchritudo ac dignitas continentiæ per se sit demonstrabimus. In præsentia autem multis magnisque voluptatibus nostra patrocinatur oratio. Non enim tot actionibus, conatibus, peregrinationibus aut ludis morbi nos privant, quam voluptates : ut qui maxime voluptates consectantur, minime iis expediat sanitatem negligere. Sunt quibus in adversa valetudine liceat tamen philosophari, atque etiam imperia gerere et regnare : at corporis voluptates aliæ omnino existere in morbo non possunt, aliæ, ut oboriantur, parum habent genuini ac sinceri, sed multis alienis confusæ contaminatæque affectionibus veluti ex æstu et tempestate emergunt. Non enim *in redundantia corporis Venus locum habet,* sed

γαλήνῃ. Καὶ Κύπρις εἰς ἡδονὴν τελευτᾷ, καὶ βρῶσις καὶ πόσις· ἡ δὲ ὑγεία ταῖς ἡδοναῖς, *ὥσπερ ἡ γαλήνη ταῖς ἀλκυόσιν ἀσφαλῆ καὶ καλὴν γενέσιν καὶ λοχείαν ἐνδίδωσιν. Κομψῶς γὰρ ἔοικεν ὁ Πρόδικος εἰπεῖν, ὅτι τῶν ἡδυσμάτων ἄριστόν ἐστι τὸ πῦρ· ἀληθέστατον δ' ἄν τις εἴποι τὴν ὑγείαν ἥδυσμα θειότατον εἶναι καὶ προσηνέστατον. Ἑφθὰ μὲν γὰρ καὶ ὀπτὰ καὶ πεπτὰ βρώματα νοσοῦσιν ἢ κραιπαλῶσιν ἢ ναυτιῶσιν οὐδεμίαν ἡδονὴν οὐδὲ χάριν ἀποδίδωσι, καθαρὰ δὲ καὶ ἀκραιφνὴς ὄρεξις ὑγιαίνοντι σώματι πᾶν ἡδὺ ποιεῖ, καὶ ἁρπαλέον, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ πρόσφορον.

9. Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ὁ Δημάδης πολεμικοὺς ἀκαίρως τοὺς Ἀθηναίους ὄντας ἔλεγε μηδέποτε χειροτονεῖν εἰρήνην ἄνευ μελάνων ἱματίων, οὕτω καὶ ἡμεῖς οὐδέποτε μεμνήμεθα λιτῆς διαίτης καὶ σώφρονος ἄνευ καύσεων καὶ καταπλασμάτων· ἔν τε τούτοις γινόμενοι πιεζοῦμεν σφόδρα τὰς ἁμαρτίας, ἐναπερειδόμενοι τῇ μνήμῃ, καὶ καθάπερ οἱ πολλοί, νῦν μὲν ἀέρας, νῦν δὲ χώρας ἐπιμεμφόμενοι νοσώδεις, ἀποδημίας τέ τινας λέγουσιν, ἐξαιρούμενοι τῆς αἰτίας τὴν ἀκρασίαν καὶ φιληδονίαν. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ Λυσίμαχος ἐν Γέταις συσχεθεὶς δίψῃ, καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν μετὰ στρατεύματος αἰχμάλωτον, εἶτα πιὼν ὕδωρ ψυχρὸν, Ὦ θεοὶ, εἶπεν, ὡς βραχείας ἡδονῆς ἕνεκα μεγάλην εὐδαιμονίαν ἀπεβαλόμην· οὕτως ἀνοιστέον ἐν ταῖς ἀρρωστίαις πρὸς αὐτοὺς, ὡς διὰ ψυχροποσίαν ἢ λουτρὸν ἄκαιρον, ἢ συμπεριφορὰν, πολλὰς μὲν αὐτῶν διαφθείρομεν ἡδονὰς, καλάς τε πράξεις, ἐπιτερπεῖς τε διαγωγὰς ἀπωλέσαμεν. Ὁ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων ἀναλογισμῶν δηγμὸς αἱμάσσει τὴν μνήμην, ὥστε οἷον οὐλὴν παραμένουσαν ἐν τῷ ὑγιαίνειν, εὐλαβεστέρους ποιεῖν περὶ τὴν δίαιταν. * Οὐδὲ γὰρ ἄγαν τὸ ὑγιαῖνον σῶμα φύσει μεγάλας ἐπιθυμίας, οὐδὲ δυσπειθεῖς, οὐδὲ ἀσυνήθεις, οὐδὲ δυσεκβιάστους· ἀλλὰ δεῖ θαῤῥεῖν πρὸς τὰς ὀρέξεις ἐκφερομένας, καὶ ἐπιπηδώσας ταῖς ἀπολαύσεσιν, ὡς ἐλαφρὸν καὶ παιδικὸν ἐχούσας τὸ μεμψιμοιροῦν καὶ κλαυθμυριζόμενον, εἶτα παυομένας, ἀρθείσης τῆς τραπέζης, καὶ μηδὲν ἐγκαλούσας, μηδὲ ἀδικουμένας, ἀλλὰ τοὐναντίον καθαρὰς καὶ ἱλαρὰς καὶ οὐ βαρείας, οὐδὲ ναυτιώδεις, περιμενούσας τὴν αὔριον. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ Τιμόθεον εἰπεῖν τῇ προτεραίᾳ δεδειπνηκότα ἐν Ἀκαδημίᾳ παρὰ Πλάτωνι μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον, Ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες καὶ εἰσαύριον ἡδέως γίνονται. Λέγεται δὲ καὶ Ἀλέξανδρος εἰπεῖν τοὺς τῆς Ἄδας ὀψοποιοὺς ἀποπεμψάμενος, ὡς ἔχει βελτίονας [ἄγειν] ἀεὶ σὺν αὐτῷ, πρὸς μὲν τὸ ἄριστον τὴν νυκτοπορίαν, πρὸς δὲ τὸ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριστίαν.

10. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι καὶ διὰ κόπους πυρέττουσιν ἄνθρωποι, καὶ δι' ἐγκαύσεις καὶ διὰ περιψύξεις. Ἀλλ' ὥσπερ αἱ τῶν ἀνθέων ὀσμαὶ καθ' ἑαυτὰς ἀσθενεῖς εἰσι, μιχθεῖσαι δὲ τῷ ἐλαίῳ ῥώμην ἴσχουσι καὶ τόνον· οὕτω ταῖς ἔξωθεν αἰτίαις καὶ ἀρχαῖς οἷον οὐσίαν καὶ σῶμα παρέχει τὸ πλῆθος ὑποκείμενον. Ἄνευ δὲ τούτων χαλεπὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐξαμαυροῦνται καὶ διαχέονται

carnis quasi sereno et tranquillo statu Venerem, cibumque et potum voluptas subsequitur : et sanitas voluptatibus, veluti serenitas alcyonibus, commodum tutumque ortum præbet. Eleganter quidem dictum est a Prodico, omnium condimentorum suavissimum esse ignem. Sed verissime dixeris, sanitatem condimentum esse divinissimum et jucundissimum. Elixa quippe, assata, et cocta nullam voluptatem afferunt, neque grata sunt ægrotantibus aut crapula nauseave laborantibus : sano corpori sincerus et integer appetitus omnia facit dulcia, et quæ, ut Homerus ait, *avide rapiantur atque sumantur.*

IX. Verum sicut Demades de Atheniensibus intempestivo belligerandi studio deditis dicebat, nunquam nisi atratos pacem decernere : ita et nos nunquam tenui et temperante victus de ratione cogitamus, nisi cum a medicis urimur, et medicamenta nobis impinguntur : quo quidem nostro statu delicta nostra valde supprimimus, memoriæ eorum reluctantes : et vulgus imitamur hominum, qui intemperantiam et nimium voluptatis studium suum dissimulantes, regionem morbo obnoxiam, aut luem publice grassantem causantur. Lysimachus apud Getas siti eo redactus, ut se cum toto exercitu in potestatem hostium dederet, postea cum frigidam bibisset, Dii boni, inquit, quam ob brevem voluptatem summam amisi felicitatem. Nos quoque in morbis nobiscum reputemus, ob frigidæ potum, aut intempestivum balnei usum, aut obsequium in convivio præstitum, nos multas nostras perdidisse voluptates, actionesque honestas, et jucundas oblectationes : morsus enim hujusmodi ratiocinationum memoriam sauciat, ut quasi cicatrix reliqua in sanitate nos cautiore uti moneat victus ratione. Non enim nimis vehementes appetitiones in corpore sano existent, neque contumaces, neque insolentes aut quæ coerceri non possunt : sed obfirmandus est animus contra concupiscentias istas, ubi inter fruendum sese efferunt et exultant, tenendumque querimonias earum et ejulatus viles esse ac pueriles, et horum finem fore sublata mensa, ac proinde appetitus istos nulla injuria affectos, nihil nobiscum conquesturos, sed contra puros ac hilares, non molestos aut fastidiosos, crastinam diem exspectaturos. Huc pertinet quod Timotheus cum pridie in Academia cœnæ Platonis philosophicæ ac frugali interfuisset, dixit : Qui cum Platone cœnarent, eos postridie etiam suaviter vivere. Sed et Alexandrum Magnum narrant dixisse, cum Adæ coquos relegasset, meliores se habere quos secum ducat : nempe nocturnum iter quod ei prandium, et exilitatem prandii, quæ cœnam faceret dulcem.

X. Non sum nescius febres hominibus, et ob defatigationes, et ob nimios cum æstus tum algores accidere. Sed tamen sicut florum odores imbecilles suapte natura, quando oleo admiscentur, vires vigoremque nanciscuntur : ita externis causis atque principiis redundantia humorum in corpore veluti substantiam et corpus suppeditat : absque hac nihil mali causæ illæ inferunt, sed

ῥᾳδίως, αἵματος λεπτοῦ καὶ πνεύματος καθαροῦ δεχομένου τὴν κίνησιν· ἐν δὲ πλήθει καὶ περιττώματι, οἷον ἰλὺς ἀναταραττομένη μιαρὰ ποιεῖ πάντα καὶ δυσχερῆ καὶ δυσαπάλλακτα. Διὸ δεῖ μὴ καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι πολλὰ δι' ἀπληστίαν ἐμβαλόμενοι, τοὐντεῦθεν ἤδη διατελοῦσιν ἀντλοῦντες καὶ ὑπεξαιροῦντες τὴν θάλατταν, οὕτως ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας ὑποκαθαίρειν αὖθις καὶ ὑποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλές, ὅπως, κἂν πιεσθῇ ποτε, φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται.

11. Μάλιστα δὲ προφυλακτέον ἐν ταῖς προπαθείαις καὶ προαισθήσεσιν. Οὐ γὰρ ἅπασαι, κατὰ τὸν Ἡσίοδον, ἐπιφοιτῶσιν αἱ νόσοι

Σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς·

ἀλλ' αἱ πλεῖσται καθάπερ προαγγέλους καὶ προδρόμους καὶ κήρυκας ἔχουσιν ἀπεψίας καὶ δυσκινησίας. Βαρύτητες καὶ κόποι, φησὶν Ἱπποκράτης, αὐτόματοι νοῦσον φράζουσι, διὰ πλῆθος, ὡς ἔοικεν, ἐντὸς διάτασιν καὶ σφήνωσιν τοῦ περὶ τὰ νεῦρα πνεύματος ἔχοντος. Ἀλλ' ὅμως αὐτοῦ μονονουχὶ τοῦ σώματος ἀντιτείνοντος καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὸ κλινίδιον καὶ τὴν ἡσυχίαν, οἱ μὲν ὑπὸ λαιμαργίας καὶ φιληδονίας ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὰ βαλανεῖα, καὶ σπεύδουσιν ἐπὶ τὰς προπόσεις, ὥσπερ εἰς πολιορκίαν, ἐπισιτιζόμενοι, καὶ δεδιότες, μὴ φθάσῃ καταλαβὼν αὐτοὺς ὁ πυρετὸς ἀναρίστους. Οἱ δὲ κομψότεροι ταύτῃ μὲν οὐχ ἁλίσκονται, πάνυ δὲ ἀβελτέρως, αἰσχυνόμενοι κραιπάλην ἢ ἀπεψίαν ὁμολογεῖν, καὶ διημερεύειν ἐν ἱματίοις· ἑτέρων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδιζόντων καὶ παρακαλούντων, ἀναστάντες συναποδύονται, καὶ τὰ αὐτὰ πράττουσιν τοῖς ὑγιαίνουσι. Τοὺς δὲ πλείονας ἀκρασία καὶ μαλακία [καὶ] συνήγορον ἔχουσα παροιμίαν ἐλπὶς ἀναπείθει καὶ προάγεται βαδίζειν ἀναστάντας ἰταμῶς ἐπὶ τὴν συνήθειαν, ὡς οἴνῳ δὴ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ τὴν κραιπάλην ἐξελόντας καὶ διαφορήσαντας. Πρὸς μὲν οὖν ταύτην τὴν ἐλπίδα τὴν τοῦ Κάτωνος εὐλάβειαν ἀντιτακτέον, ἥν φησιν ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, τὰ μὲν μεγάλα μικρὰ * ποιεῖν, τὰ δὲ μικρὰ παντελῶς ἀναιρεῖν· καὶ ὅτι κρεῖττον ἔνδειαν ὑπομεῖναι διακενῆς καὶ ἡσυχίαν, ἢ διακυβεῦσαι πρὸς λουτρὸν ὠσαμένους καὶ δεῖπνον. Εἰ μὲν γάρ ἐστί τι, βλάψει τὸ μὴ φυλάξασθαι, μηδὲ ἐπισχεῖν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐ βλάψει τὸ συσταλῆναι τῷ σώματι, καὶ γενέσθαι καθαρώτερον. Ὁ δὲ παιδαριώδης ἐκεῖνος, καὶ τοῖς φίλοις δεδιὼς καὶ τοῖς οἰκέταις φανερὸς γενέσθαι διακείμενος ἐκ πλησμονῆς ἢ κραιπάλης ἀηδῶς, αἰσχυνόμενος ἀπεψίαν ὁμολογῆσαι τήμερον, αὔριον ὁμολογήσει κατάῤῥοιαν, ἢ πυρετὸν, ἢ στρόφον,

Αἰσχυνόμενος, αἴσχιστα [τὴν] πενίαν φέροις,

πολὺ δὲ αἴσχιον ἀπεψίαν καὶ βαρύτητα καὶ πλησμονὴν σώματος, εἰς βαλανεῖον ἑλκομένου, καθάπερ εἰς θάλασσαν σαθροῦ πλοίου καὶ μὴ στέγοντος. Ὥσπερ γὰρ ἀμέλει πλέοντες ἔνιοι, χειμῶνος ὄντος, αἰδοῦνται ἐπ' ἀκτῆς διατρίβειν, εἶτα ἀναχθέντες, αἴσχιστα διακεῖν-

elanguescunt dissipanturque facile, sanguine tenero et spiritu puro motum excipiente : ubi autem redundantia est humorum, ibi velut cœnum quoddam exagitatur impurum, omniaque difficilia reddit et pertinacia. Non igitur imitari debemus bonos naviculatores, corpusque subinde impletum et oneratum, purgando rursum et proluendo evacuare : sicut illi ob avaritiam multa in naves cum ingesserunt, assiduo deinceps aquam exhaurire coguntur : sed corpora nostra habilia et expedita servare, ut etiam si aliquando premantur, ob levitatem suberis instar sursum sese efferant.

XI. Maxime autem præcavendum est in præsensionibus morborum. Non enim omnes morbi invadunt nos, sicut Hesodius ait,

Muti, nam vocis privavit Juppiter usu;

sed plerique tanquam prænuntios habent et præcursores ac præcones suos, cruditatem et motus difficultatem. *Gravitas membrorum*, inquit Hippocrates, *et defatigationes sponte ortæ morbum indicant* : nimirum ob plenitudinem spiritu nervorum compresso et obstructo. Sed tamen multi, reluctante tantum non ipso corpore et in grabatum atque ad quietem trahente, ob gulam et luxuriam se ipsos in balnea conjiciunt, et ad propinationes festinant, veluti obsidione imminente commeatu se instruentes, metuentesque ne impransos febris corripiat. Qui videri volunt elegantiores, hac ratione non peccant : sed stolide admodum, dum pudet crapulam aut cruditatem confiteri, et in lecto diem exigere, aliis ad gymnasium euntibus et ipsos eodem vocantibus, surgunt, et exercitationibus sese quoque dant, eademque cum sanis agunt. Plurimos intemperantia et mollities, et spes patrocinium a proverbio quærens, ut vinum vino, crapulam crapula expulsuros et discussuros, movet, persuadetque ut omisso lecto audacter ad consueta redeant pocula. Cui quidem spei Catonis illa opponi debet *cautio*, *qua* is dicebat *magna imminui*, *parva omnino aboleri* : tenendumque est, præstare frustra abstinuisse et quievisse, quam sanitatem ad balneum aut cœnam se proripiendo in periculum conjicere. Etenim si mali aliquid subest, non cavisse, non se inhibuisse nocebit : si nihil suberat mali, non obest corpori abstinentia illa, qua factum est purius. Puerilis autem ille, qui veretur ne se ob repletionem aut crapulam male affectum amici aut famuli sentiant : dum hodie pudet cruditatem confiteri, cras fatebitur fluxionem, aut febrem, aut tormina

Turpiter inopiam, ejus si te pudet, feres:

inquit ille : multo turpius feres cruditatem, gravitatem corporis et redundantiam, si corpus in balneum trahas, velut navim putridam rimisque hiantem in mare. Sicut enim qui navigantes sub tempestatem dum in littore tempus terere pudori habent, deinde in altum

ται βοῶντες καὶ ναυτιῶντες· οὕτως ἐν ὑποψίᾳ καὶ προπαθείᾳ σώματος ἀγεννὲς ἡγούμενοι μίαν ἡμέραν ἐν κλίνῃ διάγειν, καὶ μὴ παραθέσθαι τράπεζαν, αἴσχιστα πολλὰς ἡμέρας κεῖνται καθαιρόμενοι, καὶ καταπλασσόμενοι, καὶ θωπεύοντες ἰατροὺς καὶ θεραπεύοντες, οἶνον αἰτοῦντες ἢ ψυχρὸν ὕδωρ, ἄτοπα καὶ ἀγεννῆ πολλὰ ποιεῖν καὶ φθέγγεσθαι διὰ τὸν πόνον καὶ τὸν φόβον ὑπομένοντες. Καὶ μέν τούς γε διὰ τὰς ἡδονὰς μὴ κρατοῦντας ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐγκλίνοντας, ἢ φερομένους ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, καλῶς ἔχει διδάσκειν καὶ ἀναμιμνήσκειν, ὅτι πλεῖστον ἐκ τοῦ σώματος αἱ ἡδοναὶ λαμβάνουσι.

12. Καὶ καθάπερ οἱ Λάκωνες ὄξος καὶ ἅλας δόντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύουσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν· οὕτως ἐν τῷ σώματι τοῦ προσφερομένου τὰ κάλλιστα τῶν ἡδυσμάτων ἐστὶν, ἄνπερ ὑγιαίνοντι καὶ καθαρῷ προσφέρηται. Γλυκὺ μὲν γὰρ ἢ πολυτελὲς ἔξω καὶ καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων ἐστίν· ἡδὺ δὲ πέφυκεν ἐν τῷ ἡδομένῳ καὶ μετὰ τοῦ ἡδομένου γίνεσθαι κατὰ φύσιν ἔχοντος· ἐν δὲ δυσαρέστοις καὶ κραιπαλῶσι καὶ φαύλως διακειμένοις πάντα τὴν αὑτῶν χάριν καὶ ὥραν ἀπόλλυσι. Διὸ δεῖ μὴ σκοπεῖν τὸν ἰχθὺν, εἰ πρόσφατος, μηδὲ τὸν ἄρτον, εἰ καθαρὸς, μηδὲ τὸ βαλανεῖον, εἰ θερμὸν, μηδὲ τὴν ἑταίραν, εἰ εὔμορφος, ἀλλ' αὐτὸν, εἰ μὴ ναυτιώδης, μηδὲ θολερὸς, μηδὲ ἕωλος, μηδὲ τεταραγμένος. Εἰ δὲ μὴ, καθάπερ εἰς οἰκίαν πενθοῦσαν ἐμβαλόντες ἐπίκωμοι μεθύοντες, οὐ φιλοφροσύνην παρέσχον οὐδὲ ἡδονὴν, ἀλλὰ κλαυθμοὺς ἐποίησαν· οὕτω καὶ ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος ἐν σώματι κακῶς καὶ παρὰ φύσιν ἔχοντι μιγνύμενα τοῖς μὴ καθεστῶσι καὶ διεφθορόσι, φλέγμα καὶ χολὴν κινεῖ καὶ ταράττει καὶ προσεξίστησιν, ἡδὺ δὲ οὐδὲν ἀξιολόγως, οὐδὲ ἀπολαυστικὸν οὐδὲν, οἷον προσεδοκήσαμεν, ἀποδίδωσιν.

13. Ἡ μὲν οὖν ἀκριβὴς σφόδρα καὶ διώνυχος λεγομένη δίαιτα τό τε σῶμα κομιδῇ παρέχεται ψοφοδεὲς καὶ σφαλερόν· αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς τὸ γαῦρον κολούει, πάντα πράγματα καὶ πᾶσαν οὐχ ἧττον ἐν ἡδοναῖς καὶ πόνοις διατριβὴν καὶ πρᾶξιν ὑφορωμένης, καὶ πρὸς μηδὲν ἰταμῶς καὶ θαῤῥαλέως βαδιζούσης. Δεῖ δὲ ὥσπερ ἱστίον τὸ σῶμα μήτε συστέλλειν εὐδίας οὔσης καὶ πιέζειν σφόδρα, μήτ' ἀνειμένως χρῆσθαί τε καὶ καταφρονεῖν ἐν ὑποψίᾳ γινόμενον, ἀλλ' ἐνδιδόναι καὶ ποιεῖν ἐλαφρὸν, ὥσπερ εἴρηται· καὶ μὴ περιμένειν ἀπεψίας καὶ διαῤῥοίας, μηδὲ θερμασίας, μηδὲ νάρκας, ἐφ' ὧν ἔνιοι μόλις, ὥσπερ ὑπ' ἀγγέλων ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος ἤδη, * θορυβούμενοι συστέλλουσιν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἐξευλαβεῖσθαι πρὸ χείματος,

ὥστ' ἀνὰ ποντίαν ἄκραν βοῤῥᾶ πνέοντος.

14. Ἄτοπον γάρ ἐστι, κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς, καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων, καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὡς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένους πνευμάτων καὶ ὄμβρων· τὰ δὲ τοῦ σώματος κινήματα καὶ σάλους καὶ προπαθείας μὴ προλαμβάνειν, μηδὲ προφυλάττειν, μηδὲ ἔχειν σημεῖα

provecti turpissime vociferando et nauseando se gerunt : ita in suspicione morbi corporeque non bene affecto qui parum decorum putant unam diem in lecto consumere ciboque abstinere, turpissime per plures inde dies decumbunt, dum purgantur, et medicamentis oblinuntur medicisque adulantur, et demerentur vinum petentes aut frigidam, turpiaque multa et abjecta facere ac dicere ob dolorem et metum sustinent. Et vero qui propter voluptates sibi ipsis non imperant, sed cupiditatibus suis aguntur aut inclinantur, docendi sunt et admonendi, maximam sui partem voluptates ex ipso sumere corpore.

24. Ἤκουσα Τιβέριόν [ποτε] Καίσαρα εἰπεῖν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. Ἐμοὶ δὲ τοῦτο μὲν εἰρῆσθαι δοκεῖ σοβαρώτερον, ἐκεῖνο δὲ ἀληθὲς εἶναι, τὸ δεῖν ἕκαστον αὑτοῦ μήτε σφυγμῶν ἰδιότητος εἶναι ἄπειρον· πολλαὶ γὰρ αἱ καθ' ἕκαστον διαφοραί· μήτε κρᾶσιν ἀγνοεῖν, ἣν ἔχει τὸ σῶμα θερμότητος καὶ ξηρότητος, μήτε οἷς ὠφελεῖσθαι χρώμενον ἢ βλάπτεσθαι πέφυκεν. Αὑτοῦ γὰρ ἀναίσθητός ἐστιν, καὶ τυφλὸς ἐνοικεῖ τῷ σώματι καὶ κωφός, ὁ ταῦτα μανθάνων παρ' ἑτέρου, καὶ πυνθανόμενος τοῦ ἰατροῦ, πότερον μᾶλλον θέρους ἢ χειμῶνος ὑγιαίνει, καὶ πότερον τὰ ὑγρὰ ῥᾷον ἢ τὰ ξηρὰ προσδέχεται, καὶ πότερον φύσει πυκνὸν ἔχει τὸν σφυγμόν, ἢ μανόν. Καὶ γὰρ ὠφέλιμον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καὶ ῥᾴδιον, ἀεί γε δὴ πειρωμένους καὶ συνόντας. Βρωμάτων δὲ καὶ πομάτων τὰ χρήσιμα μᾶλλον ἢ τὰ ἡδέα προσήκει γιγνώσκειν· καὶ μᾶλλον ἔμπειρον εἶναι τῶν εὐστομάχων ἢ τῶν εὐστόμων, καὶ τῶν τὴν πέψιν * μὴ ταραττόντων ἢ τῶν τὴν γεῦσιν σφόδρα γαργαλιζόντων. Τὸ γὰρ παρ' ἰατροῦ πυνθάνεσθαι, τί δύσπεπτον ἢ εὔπεπτον αὐτῷ, καὶ τί δυσκοίλιον ἢ εὐκοίλιον, οὐχ ἧττον αἰσχρόν ἐστιν ἢ τὸ πυνθάνεσθαι, τί γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ αὐστηρόν. Νῦν δὲ τοὺς μὲν ὀψοποιοὺς ἐπανορθοῦσιν, ἐμπείρως διαισθανόμενοι, ποῦ πλέον τὸ γλυκὺ τοῦ προσήκοντος, ἢ τὸ ἁλμυρὸν, ἢ τὸ αὐστηρὸν ἔνεστιν· αὐτοὶ δὲ ἀγνοοῦσι, τί τῷ σώματι μιχθὲν, ἐλαφρὸν καὶ ἄλυπον ἔσται καὶ χρήσιμον. Ὅθεν ζωμοῦ μὲν ἀρτύσις οὐ πολλάκις ἁμαρτάνεται παρ' αὐτοῖς· αὑτοὺς δὲ ὁμοῦ φαύλως καὶ κακῶς ἀρτύοντες ὁσημέραι, πολλὰ

tum maxime corpora sua voluptatibus humectanda (sic dicere liceat) et colliquanda exhibent : rursusque a voluptatibus ad labores convertunt et intendunt. Non enim hanc compensationem natura exigit : quippe cum hoc modo illiberalibus et libidinosis motibus animi a gravibus laboribus ad voluptates deliciasque impudenter conversis, rursumque post voluptates perceptas animo corpus ad labores negotiationesque protrudente, natura non possit eam, quam maxime desiderat constitutionem et (ut nautica utar locutione) tranquillitatem adipisci, inæqualitate ista semper turbante et tempestates concitante. At enim qui sana utuntur mente, ii nequaquam corpori voluptates conciliant, dum in labore est : quippe omnino eas tum temporis non requirunt, neque meminerunt animo honestati actionis intento, ejusque lætitia et seriis cogitationibus alias cupiditates opprimentibus. Quod enim Epaminondas joco dixit, viro præstante circa Leuctricæ pugnæ tempus morbo exstincto : *Dii boni, quomodo in tantis negotiis vacavit huic mortem obire?* id vere usurpare possis de viro vel actionem civilem, vel philosophicam aliquam disputationem præ manibus habente : Unde huic homini nunc suppeditavit otium cruditate laborandi, vino se obruendi, aut veneream libidinem exercendi? Defuncti autem iidem laboribus, nactique otium, corpus quiete reficiunt, non tam inutiles labores, quam non necessarias voluptates, utpote naturæ inimicas, vitantes atque fugientes.

XXIV. Auditu accepi, Tiberium aliquando Cæsarem dixisse, Ridiculum esse virum eum, qui annum vitæ egressus sexagesimum, manum medico porrigat. Hoc quidem mihi dictum aliquanto videtur protervius. Ita autem sentio, debere unumquemque et cognitas habere pulsuum suis in arteriis proprietates (multæ enim singulis sunt differentiæ), neque ignorare, qua temperie corpus sit caloris aut siccitatis, quibusve rebus juvetur aut lædatur : se ipsum enim non sentit, suoque in corpore cæcus inhabitat ac surdus, qui hæc ex alio cognoscit, et medicum percunctatur, æstatene an hyeme melius valeat, commodiusne humidis quam siccis vescatur, naturane crebrum habeat an rarum pulsum. Hæc et utile est habere cognita, et facile percipiuntur studio atque usu. Expedit etiam ciborum habere notitiam utilium potius quam suavium, peritumque esse eorum potius quæ ventriculo quam quæ gulæ conveniunt, et quæ concoctionem non perturbent, quam quæ gustus sensum valde titillent. E medico quærere, quid sibi facile sit aut difficile concoctu, quid ventri inimicum aut amicum, non minus turpe est quam sciscitari, quid sit dulce, amarum, austerum. Nunc vulgo coquorum corrigunt errata, perite sentientes ipsi sicubi plus quam oportuit dulcedinis aut salsedinis aut austeritatis cibo sit admixtum : ignorantes interim quomodo temperari is debeat, ut corpori citra molestiam prosit. Itaque in jure quidem condiendo apud eos raro peccatur : se ipsos autem vitiose

παρέχουσι πράγματα τοῖς ἰατροῖς. Ζωμὸν μὲν γὰρ οὐκ ἄριστον ἡγοῦνται τὸν γλυκύτατον, ἀλλὰ καὶ πικρὰ πολλὰ καὶ δριμέα συμμιγνύουσιν· εἰς δὲ τὸ σῶμα πολλὰς καὶ κατακόρους ἐμβάλλουσιν ἡδονάς, τὰ μὲν ἀγνοοῦντες, τὰ δὲ οὐ μνημονεύοντες, ὅτι τοῖς ὑγιεινοῖς καὶ ὠφελίμοις ἡ φύσις ἡδονὴν ἄλυπον καὶ ἀμεταμέλητον προστίθησιν. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα δεῖ μνημονεύειν, τὰ σύμφυλα καὶ πρόσφορα τῷ σώματι, καὶ τοὐναντίον ἐν ταῖς καθ' ὥραν μεταβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις περιστάσεσιν, εἰδότας οἰκείως προσαρμόττειν ἑκάστῳ τὴν δίαιταν.

25. Ὅσα μὲν γὰρ μικρολογίας καὶ ἀνελευθερίας προσκρούματα λαμβάνουσιν οἱ πολλοὶ περί τε συγκομιδὰς καρπῶν, καὶ τηρήσεις ἐπιπόνους, ἀγρυπνίαις καὶ περιδρομαῖς ἐξελέγχοντες τὰ σαθρὰ καὶ ὕπουλα τοῦ σώματος, οὐκ ἄξιόν ἐστι δεδιέναι, μὴ πάθωσιν ἄνδρες φιλόλογοι καὶ πολιτικοί, πρὸς οὓς ἐνέστηκεν ἡμῖν ὁ λόγος· ἀλλ' ἑτέραν τινὰ φυλακτέον ἐστὶ τούτοις δριμυτέραν ἐν γράμμασι καὶ μαθήσεσι μικρολογίαν, ὑφ' ἧς ἀφειδεῖν καὶ ἀμελεῖν τοῦ σώματος ἀναγκάζονται, πολλάκις ἀπαγορεύοντος οὐκ ἐνδιδόντες, ἀλλὰ προσβιαζόμενοι θνητὸν ἀθανάτῳ καὶ γηγενὲς ὀλυμπίῳ συνεξαμιλλᾶσθαι καὶ συνεξανύτειν. Εἶτα ὡς ὁ βοῦς πρὸς τὴν ὁμόδουλον ἔλεγε κάμηλον, ἐπικουφίσαι τοῦ φορτίου μὴ βουλομένην· Ἀλλὰ κἀμὲ καὶ ταῦτα πάντα μετὰ μικρὸν οἴσεις· ὃ καὶ συνέβη, τελευτήσαντος αὐτοῦ· οὕτω συμβαίνει τῇ ψυχῇ, μικρὰ χαλάσαι καὶ παρεῖναι μὴ βουλομένῃ πονοῦντι καὶ δεομένῳ, μετ' ὀλίγον πυρετοῦ τινος ἢ σκοτώματος ἐμπεσόντος, ἀφεῖσα τὰ βιβλία καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς διατριβάς, ἀναγκάζεται συννοσεῖν ἐκείνῳ καὶ συγκάμνειν. Ὀρθῶς οὖν ὁ Πλάτων παρῄνεσε, μήτε σῶμα κινεῖν ἄνευ ψυχῆς, μήτε ψυχὴν ἄνευ σώματος, ἀλλ' οἷόν τινα συνωρίδος ἰσοῤῥοπίαν διαφυλάττειν, ὅτε μάλιστα τῇ ψυχῇ συνεργεῖ τὸ σῶμα καὶ συγκάμνει, πλείστην ἐπιμέλειαν αὐτῷ καὶ θεραπείαν ἀποδιδόντας, καὶ τὴν καλὴν καὶ ἐράσμιον ὑγίειαν ἀπολαβόντας, ὧν δίδωσιν ἀγαθῶν, κάλλιστον ἡγουμένους διδόναι τὸ πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς καὶ χρῆσιν ἔν τε λόγοις καὶ πράξεσιν ἀκώλυτον αὐτῶν.

condientes quotidie, multum negotii medicis exhibent. Non enim id jus putant optimum, quod sit dulcissimum, sed et amara multa, acriaque admiscent : in corpus vero multa voluptatem conciliantia ad fastidium usque injiciunt, sive ignari sive obliti naturam salubribus et utilibus voluptatem molestiæ expertem stabilemque addere. Itaque cum memoria tenere debemus quæ cognata et utilia sint corporibus nostris, tum contra in mutationibus tempestatum anni aliisque circumstantiis subinde victus rationem convenientem usurpare.

XXV. Jam quæ multi damna sibi ipsis ob sordes et illiberalitatem inferunt, ob fructuum collectiones et conservationes, pervigilando ac hinc inde cursitando male affectas corporis partes vitiumque intus alentes in apertum conjicientes morbum, metuendum non est ne eveniant litteratis et in republica versantibus viris, de quibus suscepta est hæc nostra disputatio : sed alia his cavenda est nimis anxia minimorum etiam momentorum cura in litteris et disciplinis versantibus, quæ eos eo necessitatis adigit interdum, ut rationem corporis non habeant, neque parcant succumbenti laboribus, sed cogant mortalem immortali, ac terrestrem æthereæ parti in elaborando æqualem præstare industriam. Cæterum ut camelo usuvenit, quod ei bos prædixerat, cum eidem servirent domino, et parte oneris levare ipsum camelus recusasset, Fore ut paulo post et ipsum, et totum onus cogeretur gestare : (mortuo enim bove id impletum est) : ita animo quoque contingit, ut dum defatigato corpori et quietem flagitanti nullam remissionem concedere vult, paulo post febri orta aut vertigine, libris et disputationibus omissis cogatur una ægrotare ac dolere. Recte itaque Plato consulit, *neque corpus esse absque animo, neque sine corpore animum movendum, sed quamdam esse velut junctorum ad bigas equorum debere momentorum æqualitatem*, ut quo maxime tempore corpus animi conatus laboresque adjuvat, eo id maxime etiam curemus atque foveamus, pulchramque ei illam et amabilem sanitatem præstemus : idque nobis summum ab eo bonum, omnium quæ potest, exhiberi existimemus, cum in cognitione virtutis usuque in dicendo et agendo nullum nobis objicit impedimentum.

---

* ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

Πλούταρχος
ΠΟΛΛΙΑΝΩ ΚΑΙ ΕΥΡΥΔΙΚΗ
εὖ πράττειν.

Μετὰ τὸν πάτριον θεσμόν, ὃν ὑμῖν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια συνειργνυμένοις ἐφήρμοσεν, οἶμαι καὶ τὸν λόγον ὁμοῦ συνεφαπτόμενον ὑμῶν καὶ συνυμεναιοῦντα, χρήσιμον ἄν τι ποιῆσαι καὶ τῷ νόμῳ προσῳδόν. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς μουσικοῖς ἕνα τῶν αὐλητικῶν νόμων ἱππόθορον ἐκάλουν, μέλος τι τοῖς ἵπποις ὁρμῆς ἐπεγερτικόν, ὡς ἔοικεν, ἐνδιδόντα περὶ τὰς ὀχείας· φιλο-

CONJUGALIA PRÆCEPTA.

PLUTARCHUS
POLLIANO ET EURYDICÆ
S. P. D.

Post patriam legem, quam vobis in conjugialem thalamum conclusis antistita Cereris imposuit, arbitror etiam orationem nostram utile aliquid legique consonum facturam, si vos una compellet, hymenæumque concelebret. De musicis modis unus Hippothorus appellatus fuit quod scilicet eo equi ad coitum excitarentur. Sed cum multæ sint in philosophia pulchræ dis-

σοφίᾳ δὲ πολλῶν λόγων καὶ καλῶν ἐνό των, οὐδενὸς ἧττον ἄξιος σπουδῆς ὁ γαμήλιός ἐστιν οὗτος, ᾧ κατᾴδουσα τοὺς ἐπὶ βίου κοινωνίᾳ συνιόντας εἰς ταὐτὸ, πρᾴους τε παρέχει καὶ χειροήθεις ἀλλήλοις. Ὧν οὖν ἀκηκόατε πολλάκις ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενοι, κεφάλαια συντάξας ἔν τισιν ὁμοιότησι βραχείαις, ὡς εὐμνημόνευτα μᾶλλον εἴη, κοινὸν ἀμφοτέροις πέμπω δῶρον, εὐχόμενος τῇ Ἀφροδίτῃ τὰς Μούσας παρεῖναι καὶ συνεργεῖν· ὡς μήτε λύραν τινὰ μήτε κιθάραν μᾶλλον αὐταῖς ἢ τὴν περὶ γάμον καὶ οἶκον ἐμμέλειαν ἡρμοσμένην παρέχειν, διὰ λόγου καὶ ἁρμονίας καὶ φιλοσοφίας προσῆκον. Καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων, ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες.

1. Ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου κατατραγοῦσαν, αἰνιττόμενος, ὡς ἔοικεν, ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν.

2. Ἐν Βοιωτίᾳ τὴν νύμφην κατακαλύψαντες, ἀσφραγωνιᾷ στεφανοῦσιν· ἐκείνη τε γὰρ ἥδιστον ἐκ τραχυτάτης ἀκάνθης καρπὸν ἀναδίδωσιν, ἥ τε νύμφη τῷ μὴ φυγόντι μήτε δυσχεράναντι τὴν πρώτην χαλεπότητα καὶ ἀηδίαν αὐτῆς, ἥμερον καὶ γλυκεῖαν παρέξει συμβίωσιν. Οἱ δὲ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες, οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν ἑτέροις προϊεμένων. Πολλαὶ δὲ καὶ τῶν νεογάμων δυσχεράνασαι διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους, ὅμοιον ἔπαθον πάθος τοῖς τὴν μὲν πληγὴν τῆς μελίττης ὑπομείνασι, τὸ δὲ κηρίον προεμένοις.

3. Ἐν ἀρχῇ μάλιστα δεῖ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς προσκρούσεις φυλάττεσθαι τοὺς γεγαμηκότας, ὁρῶντας, ὅτι καὶ τὰ συναρμοσθέντα τῶν σκευῶν, κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπὸ τῆς τυχούσης ῥᾳδίως διασπᾶται προφάσεως, χρόνῳ δὲ τῶν ἁρμῶν σύμπηξιν λαβόντων, μόγις ὑπὸ πυρὸς καὶ σιδήρου διαλύεται.

4. Ὥσπερ τὸ πῦρ ἐξάπτεται μὲν εὐχερῶς ἐν ἀχύροις [καὶ θρυαλλίδι] καὶ θριξὶ λαγῴαις, σβέννυται δὲ τάχιον, ἂν μή τινος ἑτέρου δυναμένου στέγειν ἅμα καὶ τρέφειν ἐπιλάβηται, οὕτω τὸν ἀπὸ σώματος καὶ ὥρας ὀξὺν ἔρωτα τῶν νεογάμων ἀναφλεγόμενον, δεῖ μὴ διαρκῆ μηδὲ βέβαιον νομίζειν, ἂν μὴ περὶ τὸ ἦθος ἱδρυθεὶς, καὶ τοῦ φρονοῦντος ἀψάμενος ἔμψυχον λάβῃ διάθεσιν.

5. * Ἡ διὰ τῶν φαρμάκων θήρα ταχὺ μὲν αἱρεῖ καὶ λαμβάνει ῥᾳδίως τὸν ἰχθὺν, ἄβρωτον δὲ ποιεῖ καὶ φαῦλον· οὕτως αἱ φίλτρα τινὰ καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμεναι τοῖς ἀνδράσι, καὶ χειρούμεναι δι' ἡδονῆς αὐτοὺς, ἐμπλήκτοις καὶ ἀνοήτοις καὶ διεφθαρμένοις συμβιοῦσιν. Οὐδὲ γὰρ τὴν Κίρκην ὤνησαν οἱ καταφαρμακευθέντες, οὐδὲ ἐχρήσατο πρὸς οὐδὲν αὐτοῖς ὑσὶ καὶ ὄνοις γενομένοις, τὸν δὲ Ὀδυσσέα νοῦν ἔχοντα καὶ συνόντα φρονίμως, ὑπερηγάπησεν.

6. Αἱ βουλόμεναι μᾶλλον ἀνοήτων κρατεῖν ἀνδρῶν,

putationes, nulli earum postponenda videtur esse nuptialis oratio, quæ ad vitæ societatem conjungentes sese demulcens, placidos mutuo sibi cicuresque reddit. Itaque eorum, quæ vos in philosophia educati sæpe audivistis, capita similitudinibus quibusdam brevibus complexus, ut eo facilius memoria teneri possent, commune ambobus donum mitto, Musas comprecans, ut adesse Veneri, eique operam suam dare dignentur : non enim tam lyræ aut citharæ, quam conjugii et rei familiaris concentum ab iis instrui, oratione, concinnitate, et philosophia, convenit. Quando etiam prisci Mercurium juxta Venerem collocabant, ut ostenderent matrimonii voluptatem maxime orationis indigere : itemque Suadam et Gratias, ut docerent conjuges invicem quæ vellent impetrare debere persuadendo, non pugnando, aut rixando.

I. Solon jubebat sponsam cum sponso concubituram prius manducare malum Cydonium : innuens ea re, primam quæ ore et voce initur gratiam concinnam debere esse et suavem.

II. In Bœotia sponsam velantes aspharagonia coronant. Hæc enim planta dulcissimum ex asperrima spina fructum edit : et sponsa non fugienti aut aspernanti quod primo insuavem se et difficilem ipsa præbet, mansuetam ac dulcem vitæ sociam se præbet. Qui vero primas virginum dissensiones non sustinent, nihilo saniores iis sunt qui immaturæ offensi uvæ sapore, maturas aliis relinquunt. Multæ etiam recens nuptæ a maritis ob primas actiones abalienatæ animis, eadem sunt conditione qua qui ictum apis pertulerunt dimisso favo.

III. Sunt inito matrimonio præsertim principio cavendæ dissensiones et offensæ, considerandumque est vasa quæ ex partibus compinguntur, initio facile quavis allisione divelli : ubi vero temporis progressu compages firma est, solideque coaluerunt, vix igni et ferro dissolvi.

IV. Sicut ignis in paleis aut pilis leporum facillime exardescit, mox autem exstinguitur, nisi materiam quæ ei sustinendo et nutriendo sit apta, inveniat : ita amor recens conjunctorum a forma corporis incensus, durabilis et stabilis non est putandus, nisi in ipsis animis defixus mentemque occupans vivam nanciscatur affectionem.

V. Quemadmodum pisces medicamentis celeriter capiuntur, sed esui inutiles fiunt : sic mulieres quæ amoris poculis et veneficiis viros captant, voluptateque in suam potestatem redigunt, stupidos eos, vecordes, corruptosque deinceps vitæ socios habent : nam Circæ quidem nihil profuerunt ii quos veneficio mutaverat, neque ullam ad rem eis usa est cum in canes et asinos degenerassent : Ulyssem autem prudentem virum, prudenterque secum versantem supra modum dilexit.

VI. Quæ malunt fatuis imperare viris, quam obtem-

ἢ φρονίμων ἀκούειν, ἐοίκασι τοῖς ἐν ὁδῷ βουλομένοις μᾶλλον ὁδηγεῖν τυφλοῖς, ἢ τοῖς γινώσκουσιν ἀκολουθεῖν καὶ βλέπουσι.

7. Τὴν Πασιφάην ἀπιστοῦσιν ἐρασθῆναι βοὸς βασιλεῖ συνοῦσαν, ἐνίας ὁρῶσαι τοὺς μὲν αὐστηροὺς καὶ σώφρονας βαρυνομένας, τοῖς δ' ἐξ ἀκρασίας καὶ φιληδονίας κρεμαμένοις, ὥσπερ κυσὶν ἢ τράγοις, ἥδιον συνούσας.

8. Οἱ τοῖς ἵπποις ἐφάλλεσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν ἢ μαλακίαν, αὐτοὺς ἐκείνους ὀκλάζειν καὶ ὑποπίπτειν διδάσκουσιν· οὕτως ἔνιοι τῶν λαβόντων εὐγενεῖς ἢ πλουσίας γυναῖκας, οὐχ ἑαυτοὺς ποιοῦσι βελτίους, ἀλλ' ἐκείνας περικολούουσιν, ὡς μᾶλλον ἄρξοντες ταπεινῶν γενομένων. Δεῖ δὲ, ὥσπερ ἵππου, τὸ μέγεθος φυλάττοντα καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς γυναικὸς, χρῆσθαι τῷ χαλινῷ.

9. Τὴν σελήνην, ὅταν ἀποστῇ τοῦ ἡλίου, περιφανῆ καὶ λαμπρὰν ὁρῶμεν, ἀφανίζεται δὲ καὶ κρύπτεται πλησίον γενομένη· τὴν δὲ σώφρονα γυναῖκα δεῖ τοὐναντίον ὁρᾶσθαι μάλιστα μετὰ τοῦ ἀνδρὸς οὖσαν, οἰκουρεῖν δὲ καὶ κρύπτεσθαι, μὴ παρόντος.

10. Οὐκ ὀρθῶς Ἡρόδοτος εἶπεν, ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ. Τοὐναντίον γὰρ ἡ σώφρων ἀντενδύεται τὴν αἰδῶ, καὶ τῷ μάλιστα φιλεῖν τοῦ μάλιστα αἰδεῖσθαι συμβόλῳ χρῶνται πρὸς ἀλλήλους.

11. Ὥσπερ, ἂν φθόγγοι δύο σύμφωνοι ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος· οὕτω πᾶσα πρᾶξις ἐν οἰκίᾳ σωφρονούσῃ πράττεται μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ὁμονοούντων, ἐπιφαίνει δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίαν καὶ προαίρεσιν.

12. Ὁ ἥλιος τὸν βορέαν ἐνίκησεν. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος, τοῦ μὲν ἀνέμου βιαζομένου τὸ ἱμάτιον ἀφελέσθαι καὶ λαμπρὸν καταπνέοντος, μᾶλλον ἔσφιγγε καὶ συνεῖχε τὴν περιβολήν· τοῦ δὲ ἡλίου μετὰ τὸ πνεῦμα θερμοῦ γενομένου, θαλπόμενος, εἶτα καυματιζόμενος, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ προσαπεδύσατο. Τοῦτο ποιοῦσιν αἱ πλεῖσται γυναῖκες· ἀφαιρουμένοις τοῖς ἀνδράσι [βίᾳ] τὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν διαμάχονται καὶ χαλεπαίνουσιν· ἂν δὲ πείθωνται μετὰ λόγου, πράως ἀποτίθενται καὶ μετριάζουσιν.

13. Ὁ Κάτων ἐξέβαλε τῆς βουλῆς τὸν φιλήσαντα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα τῆς θυγατρὸς παρούσης. Τοῦτο μὲν οὖν ἴσως σφοδρότερον· εἰ δὲ αἰσχρόν ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶν, ἑτέρων παρόντων ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν καὶ περιβάλλειν ἀλλήλους, πῶς οὐκ αἴσχιον, ἑτέρων παρόντων λοιδορεῖσθαι καὶ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους; Δεῖ τὰς μὲν ἐντεύξεις καὶ φιλοφροσύνας ἀπορρήτους πρὸς τὴν γυναῖκα ποιεῖσθαι, νουθεσίᾳ δὲ καὶ μέμψει καὶ παρρησίᾳ [μὴ] χρῆσθαι φανερᾷ καὶ ἀναπεπταμένῃ.

14. Ὥσπερ ἐσόπτρου κατεσκευασμένου χρυσῷ καὶ λίθοις ὄφελος οὐδέν ἐστιν, εἰ μὴ δείκνυσι τὴν μορφὴν ὁμοίαν· οὕτως οὐδὲ πλουσίας γαμετῆς ὄνησις, εἰ μὴ παρέχει τὸν βίον ὅμοιον τῷ ἀνδρὶ καὶ σύμφωνον τὸ

perare prudentibus, eorum sunt similes, qui in via cæcos ducere malunt, quam videntes et itineris peritos sequi.

VII. Non credunt mulieres Pasiphaen, cum regis esset uxor, bovem adamasse : cum tamen videant quasdam, quæ austeros et temperantes non ferunt, intemperantibus et libidinosis, veluti canibus quibusdam aut hircis, libentius consuescere.

VIII. Qui ob imbecillitatem aut mollitiem non possunt insilire in equos, illos condocefaciunt ut se submittant ac ingeniculent : eodem modo quidam ductis nobilibus vel opulentis uxoribus, non sese meliores redigunt, sed illas deprimunt, ut humilibus facilius imperare possint : cum oportuerit, ut in equo, ratione habita magnitudinis dignitatisque in muliere, fræno uti.

IX. Lunam videmus cum longe a Sole distat illustrem esse ac lucidam, obscurari autem cum ei appropinquat : contra pudica mulier maxime cerni debet cum suo marito, eo autem absente domi se continere et abscondi.

X. Non recte est ab Herodoto dictum, simul cum tunica mulierem verecundiam exuere, quæ enim casta est, posita veste verecundiam ejus loco induit, maximaque verecundia conjuges tessera maximi invicem amoris utuntur.

XI. Sicut cum sumuntur duæ consonæ voces, cantus graviori adscribitur : ita in familia recte instituta omnes res geruntur quidem consensu conjugum, viri tamen vel imperium vel consilium elucet.

XII. Sol Aquilonem vicisse aliquando traditur. Cum enim ventus adimere homini pallium vellet copioso flatu, arctius hic id contraxit atque tenuit. Sole autem post ventum calidis radiis eum urente, præ æstu simul cum pallio tunicam exuit. Hoc modo plurimæ agunt mulieres : maritis vi luxum eripere conantibus repugnant et irascuntur : placidis verbis suadentibus missum eum faciunt, mediocritatemque servant.

XIII. Cato senatu movit eum qui præsente filia osculatus erat uxorem : severius fortassis æquo. Sed tamen si est (ut profecto est) turpe, conjuges in præsentia aliorum blandiri, osculari, et amplecti sese invicem : qui non sit turpius coram aliis rixari et convicia mutua jacere? Oportet igitur congressus et amplexus facere occultos; et querimonia, admonitione et corrigendi candore non uti manifestis et apertis.

XIV. Sicut speculum auro et gemmis ornatum nihil valet, nisi similem exhibeat rebus imaginem : sic divitis mulieris nullus est usus, vitam viro similem, moresque consonos non gerentis. Vitiosum est speculum et

ἦθος. Εἰ χαίροντος μὲν, εἰκόνα σκυθρωπὴν ἀποδίδωσι τὸ ἔσοπτρον, ἀχθομένου δὲ καὶ σκυθρωπάζοντος, ἱλαρὰν καὶ σεσηρυῖαν, ἡμαρτημένον ἐστὶ καὶ φαῦλον. Οὐκοῦν καὶ γυνὴ φαῦλος καὶ ἄκαιρος, ἡ παίζειν μὲν ὡρμημένου καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοῦ ἀνδρὸς, ἐσκυθρωπακυῖα, σπουδάζοντος δὲ, παίζουσα καὶ γελῶσα· τὸ μὲν γὰρ, ἀηδίας, τὸ δὲ, ὀλιγωρίας.* Δεῖ δὲ, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι λέγουσι τὰς γραμμὰς καὶ τὰς ἐπιφανείας οὐ κινεῖσθαι καθ' ἑαυτὰς, ἀλλὰ συγκινεῖσθαι τοῖς σώμασιν, οὕτω τὴν γυναῖκα μηδὲν ἴδιον πάθος ἔχειν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῷ ἀνδρὶ καὶ σπουδῆς, καὶ παιδιᾶς, καὶ συννοίας, καὶ γέλωτος.

15. [Ὡς] οἱ τὰς γυναῖκας μὴ ἡδέως βλέποντες ἐσθιούσας καὶ πινούσας μετ' αὐτῶν, διδάσκουσιν ἐμπίπλασθαι μόνας γενομένας· οὕτως οἱ μὴ συνόντες ἱλαρῶς ταῖς γυναιξὶ, μηδὲ παιδιᾶς κοινωνοῦντες αὐταῖς καὶ γέλωτος, ἰδίας ἡδονὰς χωρὶς αὐτῶν ζητεῖν διδάσκουσιν.

16. Τοῖς τῶν Περσῶν βασιλεῦσιν αἱ γνήσιαι γυναῖκες παρακάθηνται δειπνοῦσι καὶ συνεστιῶνται· βουλόμενοι δὲ παίζειν καὶ μεθύσκεσθαι, ταύτας μὲν ἀποπέμπουσι, τὰς δὲ μουσουργοὺς καὶ παλλακίδας καλοῦσιν· ὀρθῶς τοῦτό γε [αὐτὸ] ποιοῦντες, ὅτι τὸ συνακολασταίνειν καὶ παροινεῖν οὐ μεταδιδόασι ταῖς γαμεταῖς. Ἂν οὖν ἰδιώτης ἀνὴρ, ἀκρατὴς δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἀνάγωγος, ἐξαμάρτῃ τι πρὸς ἑταίραν ἢ θεραπαινίδα, δεῖ τὴν γαμετὴν μὴ ἀγανακτεῖν, μηδὲ χαλεπαίνειν, λογιζομένην, ὅτι παροινίας καὶ ἀκολασίας καὶ ὕβρεως, αἰδούμενος αὐτὴν, ἑτέρᾳ μεταδίδωσιν.

17. Οἱ φιλόμουσοι τῶν βασιλέων πολλοὺς μουσικοὺς ποιοῦσιν, οἱ φιλόλογοι λογίους, οἱ φιλαθληταὶ γυμναστικούς· οὕτως ἀνὴρ φιλοσώματος καλλωπίστριαν γυναῖκα ποιεῖ, φιλήδονος ἑταιρικὴν καὶ ἀκόλαστον, φιλάγαθος καὶ φιλόκαλος σώφρονα καὶ κοσμίαν.

18. Λάκαινα παιδίσκη, πυνθανομένου τινὸς εἰ ἤδη ἀνδρὶ προσελήλυθεν, Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν, ἀλλ' ἐμοὶ ἐκεῖνος. Οὗτος ὁ τρόπος, οἶμαι, τῆς οἰκοδεσποίνης, μήτε φεύγειν μήτε δυσχεραίνειν τὰ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς ἀρχομένου, μήτε αὐτὴν κατάρχεσθαι· τὸ μὲν γὰρ, ἑταιρικὸν καὶ ἰταμὸν, τὸ δὲ, ὑπερήφανον καὶ ἀφιλόστοργον.

19. [Ἰδίους] οὐ δεῖ κτᾶσθαι φίλους τὴν γυναῖκα, κοινοῖς δὲ χρῆσθαι τοῖς τοῦ ἀνδρός. Οἱ δὲ θεοὶ, φίλοι πρῶτοι καὶ μέγιστοι· διὸ καὶ θεοὺς, οὓς ὁ ἀνὴρ νομίζει, σέβεσθαι τῇ γαμετῇ καὶ γινώσκειν μόνους προσήκει· περιέργοις δὲ θρησκείαις καὶ ξέναις δεισιδαιμονίαις ἀποκεκλεῖσθαι τὴν αὔλειον· οὐδενὶ γὰρ θεῶν ἱερὰ κλεπτόμενα καὶ λανθάνοντα δρᾶται κεχαρισμένως ὑπὸ γυναικός.

20. Ὁ Πλάτων φησὶν, εὐδαίμονα καὶ μακαρίαν εἶναι πόλιν, ἐν ᾗ τὸ ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμὸν ἥκιστα φθεγγομένων ἀκούουσι, διὰ τὸ κοινοῖς, ὡς ἔνι μάλιστα, χρῆσθαι τοῖς ἀξίοις σπουδῆς τοὺς πολίτας. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκ γάμου δεῖ τὴν τοιαύτην φωνὴν ἀνῃρῆσθαι. Πλὴν ὥσπερ οἱ ἰατροὶ λέγουσι, τὰς τῶν εὐωνύμων πληγὰς τὴν αἴ-

pravum, quod læti imaginem tristem : tristis ac tetrici, lætam atque renidentem præbet : ita et uxor inutilis ac intempestiva est : quæ lusum quærente oblectationemque viro torvum tuetur, serias res agente ludit ac ridet : quorum alterum insuavis est, alterum contemnentis maritum. Sed quemadmodum geometræ dicunt lineas et superficies non se ipsis moveri, sed motus corporum comitari : ita uxor debet non proprias habere affectiones, sed mariti seria, joca, austeritatem vultus, risumque subsequi.

XV. Qui uxores secum edere ac bibere moleste ferunt, condocefaciunt eas ut solæ sese impleant : sic qui non hilare cum uxoribus suis vivunt, jocisque et risui socias non adhibent, docent eas seorsim suas sibi voluptates quærere.

XVI. Persarum regibus in cœna ac conviviis assident reginæ : verum ubi ludendi et inebriandi incessit voluntas, eas amandant, et musicas pellicesque advocant : recte hoc quidem, quod ebrietatis et libidinis suæ participes fieri uxores nolunt. Ergo si quis privatus libidinis incontinens et male moratus aliquid scorto aut ancilla abusus deliquerit, non indignari uxor aut inique ferre debet, sed existimare maritum veritum sua libidine et temulentia ipsi esse injuriosum, alio divertisse.

XVII. Reges si musicam ament, multos efficiunt musicos : si litteras, litteratos : si athletas, exercitationibus corporis deditos. Ita vir si corporis cultui studet, uxorem ornandi corporis studiosam reddit : si voluptatibus indulget, libidinosam et meretriciam : si honestatem et pulchras res sectatur, temperantem ac modestam.

XVIII. Juvencula quædam Spartana interrogata an jam cum viro rem habuisset, Non, inquit, sed vir mecum. Hic modus, ni fallor, matronam decet, ut neque fugiat neque morosam se præbeat viro aliquid tale inceptante, neque ipsa initium faciat : hoc enim meretricium est et protervum, illud superbum et ab amore alienum.

XIX. Mulier amicos peculiares habere non debet, sed viri amicis uti. Ergo cum ex amicis primum potissimumque locum dii sibi vindicent, eosdem quos maritus nosse deos et colere solos uxor debet, supervacaneis autem religionibus et alienis superstitionibus fores occludere : nulli enim deum grata sunt sacra, quæ mulier clanculum et furtim facit.

XX. Ait Plato felicem beatamque eam esse urbem, in qua hæ voces, meum, non meum, rarissime audiuntur, quod ibi cives rebus, quæ alicujus sunt momenti, quam maxime utantur communibus. E conjugio multo magis tolli istæ voces debent. Etenim sicut medici aiunt ictus sinistrorum in dextris partibus sentiri : ita affici

σθησιν ἐν τοῖς δεξιοῖς ἀναφέρειν, οὕτω τὴν γυναῖκα τοῖς τοῦ ἀνδρὸς συμπαθεῖν μᾶλλον [δὲ] καὶ τὸν ἄνδρα τοῖς τῆς γυναικός· ἵνα, ὥσπερ οἱ δεσμοὶ κατὰ τὴν ἐπάλλαξιν ἰσχὺν δι' ἀλλήλων λαμβάνουσιν, οὕτως ἑκατέρου τὴν εὔνοιαν ἀντίστροφον ἀποδιδόντος, ἡ κοινωνία σώζηται δι' ἀμφοῖν. Καὶ ἡ φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γινόμενον· ὥστε μηδέτερον διορίσαι μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον ἢ τὸ ἀλλότριον. Αὕτη τοίνυν καὶ χρημάτων κοινωνία προσήκει μάλιστα τοῖς γαμοῦσιν εἰς μίαν οὐσίαν πάντα καταχεαμένοις καὶ ἀναμίξασι, μὴ τὸ μέρος ἴδιον, καὶ τὸ μέρος ἀλλότριον, ἀλλὰ πᾶν ἴδιον ἡγεῖσθαι, καὶ μηδὲν ἀλλότριον. Ὥσπερ τὸ κρᾶμα, καίτοι ὕδατος μετέχον πλείονος, οἶνον καλοῦμεν, οὕτω τὴν οὐσίαν δεῖ καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρὸς λέγεσθαι, κἂν ἡ γυνὴ πλείω συμβάληται.

21. Φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη, φιλήδονος ὁ Πάρις· φρόνιμος ὁ Ὀδυσσεύς, σώφρων ἡ Πηνελόπη· διὰ τοῦτο μακάριος γάμος ὁ τούτων καὶ ζηλωτός· ὁ δὲ ἐκείνων, * Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν.

22. Ὁ Ῥωμαῖος ὑπὸ τῶν φίλων νουθετούμενος, ὅτι σώφρονα γυναῖκα καὶ πλουσίαν καὶ ὡραίαν ἀπεπέμψατο, τὸν κάλτιον αὐτοῖς προτείνας, Καὶ γὰρ οὗτος, ἔφη, καλὸς ἰδεῖν καὶ καινός, ἀλλ' οὐδεὶς οἶδεν ὅπου με θλίβει. Δεῖ τοίνυν μὴ προικὶ, μηδὲ γένει, μηδὲ κάλλει τὴν γυναῖκα πιστεύειν, ἀλλ' ἐν οἷς ἅπτεται μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς, ὁμιλίᾳ τε καὶ ἤθει καὶ συμπεριφορᾷ, ταῦτα μὴ σκληρὰ μηδ' ἀνιῶντα καθ' ἡμέραν, ἀλλ' εὐάρμοστα καὶ ἄλυπα καὶ προσφιλῆ παρέχειν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἐξ αἰτιῶν ἀδήλων καὶ κατὰ μικρὸν συλλεγομένων γεννωμένους πυρετοὺς μᾶλλον δεδοίκασιν ἢ τοὺς ἐμφανεῖς καὶ μεγάλας προφάσεις ἔχοντας· οὕτω τὰ λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς μικρὰ καὶ συνεχῆ καὶ καθημερινὰ προσκρούματα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς μᾶλλον διίστησι καὶ λυμαίνεται τὴν συμβίωσιν.

23. Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἤρα Θεσσαλῆς γυναικὸς αἰτίαν ἐχούσης καταφαρμακεύειν αὐτόν· ἐσπούδασεν οὖν ἡ Ὀλυμπιὰς λαβεῖν τὴν ἄνθρωπον ὑποχείριον. Ὡς δὲ εἰς ὄψιν ἐλθοῦσα, τό τε εἶδος εὐπρεπὴς ἐφάνη, καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὴν οὐκ ἀγεννῶς οὐδὲ ἀσυνέτως, Χαιρέτωσαν, εἶπεν ἡ Ὀλυμπιὰς, αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ ἐν σεαυτῇ τὰ φάρμακα ἔχεις. Ἄμαχον οὖν τι γίνεται πρᾶγμα γαμετὴ γυνὴ καὶ νόμιμος, ἂν ἐν αὑτῇ πάντα θεμένη, καὶ προῖκα, καὶ γένος, καὶ φάρμακα, καὶ τὸν κεστὸν αὐτὸν, ἤθει καὶ ἀρετῇ κατεργάσηται τὴν εὔνοιαν.

24. Πάλιν ἡ Ὀλυμπιὰς, αὐλικοῦ τινος νεανίσκου γήμαντος εὐπρεπῆ γυναῖκα κακῶς ἀκούουσαν, Οὗτος, εἶπεν, οὐκ ἔχει λογισμόν· οὐ γὰρ ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔγημε. Δεῖ δὲ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις· ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες, πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν, οὐ κρίναντες, πῶς συμβιωσομένην.

25. Ὁ Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς, ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ,

iis quæ viro eveniunt mulierem par est, atque adeo vicissim : ut sicuti vincula alternis nexibus robur mutuo accipiunt, ita communitas conjugum reciprocam benevolentiam utrinque usurpantium constet. Ipsa enim natura miscendis corporibus nostris utrinque partem sumit easque confundit, ut amborum commune sit quod producitur, neutrique liceat quid suum, quid alienum sit discernere. Proinde talis opum communitas maxime conjugium decet, ut in unam omnia congerant commisceantque substantiam, neque pars habitus alia propria, alia aliena habeatur, sed omnia propria ducantur, nihil alienum. Sicut vinum aqua temperatum, tametsi aquæ adsit plus, vinum tamen vocamus : ita rem familiarem æquum est viri appellari, quamvis majorem partem attulerit mulier.

XXI. Inhiabat opibus Helena, voluptatibus erat addictus Paris : contra Ulysses prudens, pudica Penelope : itaque horum conjugium fuit beatum et dignum æmulatione : illorum conjunctio Iliadem malorum Græcis barbarisque intulit.

XXII. Romanus ille amicis castigantibus, quod pudicæ, diviti, formosæque uxori nuntium remisisset, pede porrecto, *Hic quoque*, inquit, *calceus pulcher adspectu est ac novus, sed nemo scit ubi me premat.* Ergo non doti, non natalibus, non pulchritudini fidere debet matrona, sed iis rebus freta esse, quibus maxime maritum tangit : consuetudine, inquam, morum comitate, et obsequio : ut ea in singulos dies non dura, neque molesta, sed concinna et grata jucundaque præstet. Quo enim pacto medici febres ex occultis causis paulatimque collectis ortas periculosiores judicant iis quæ illustribus et manifestis de causis existunt : eodem quæ plerosque fallunt exiles, continentes, quotidianæque offensæ conjugum gravius divellunt læduntque convictum.

XXIII. Rex Philippus deperibat Thessalicam quamdam mulierem, quæ veneficio eum circumvenisse dicebatur : operam dedit Olympias, ut eam in suam redigeret potestatem : cum in conspectum ea reginæ venisset, neque forma tantum videretur egregia, sed et collocuta esset neque abjecte neque imprudenter : Facessant, inquit Olympias, calumniæ : tibi tua in te ipsa sunt reposita veneficia : itidem eam benevolentiam mariti nulla res potest abolere quam uxor moribus et virtute sibi paraverit, dotem, genus, medicamenta, ipsumque adeo Veneris cestum in sese ipsa collocans.

XXIV. Rursum Olympias cum aulicus quidam adolescens formosam, sed male audientem duxisset uxorem : Hic, inquit, si ratione esset præditus, nunquam profecto oculis matrimonium coivisset. Enimvero non oculis, non digitis ista res agenda est : quod faciunt nonnulli, dotem supputantes sponsæ, non explorantes qualis in convictu sit futura.

XXV. Socratis est præceptum, adolescentes, si in speculum intueantur, turpes, formæ vitium debere mo-

τοὺς δὲ καλοὺς, μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος. Καλὸν οὖν καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, ὅταν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχῃ τὸ ἔσοπτρον, αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ διαλαλεῖν, τὴν μὲν αἰσχρὰν, Τί οὖν, ἂν μὴ σώφρων γένωμαι; τὴν δὲ καλὴν, Τί οὖν, ἂν σώφρων γένωμαι; τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν, εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος [μᾶλλον] ἢ τὸ κάλλος.

26. Ταῖς Λυσάνδρου θυγατράσιν ὁ τύραννος ὁ Σικελικὸς ἱμάτια καὶ πλόκια τῶν πολυτελῶν ἔπεμψεν· ὁ δὲ Λύσανδρος οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν, Ταῦτα τὰ κόσμια καταισχυνεῖ μου μᾶλλον ἢ κοσμήσει τὰς θυγατέρας. Πρότερος δὲ Λυσάνδρου Σοφοκλῆς τοῦτο εἶπεν·

Οὐ κόσμος, οὐχ, ὦ τλῆμον, ἀλλ' ἀκοσμία
φαίνοιτ' ἂν εἶναι, σῶν τε μαργότης φρενῶν.

Κόσμος γάρ ἐστιν, ὡς ἔλεγε Κράτης, τὸ κοσμοῦν· κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν· ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησι.

27. Οἱ τῇ γαμηλίῳ θύοντες Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔρριψαν παρὰ τὸν βωμόν· αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι. Δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης, ὥσπερ οἴνου, τὸ αὐστηρὸν ὠφέλιμον καὶ ἡδὺ, μὴ πικρὸν, ὥσπερ ἀλόης, μηδὲ φαρμακῶδες.

28. Ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισιν. Οἶμαι δὴ καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν * ἄνδρα χαρίτων, ἵν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῇ, καὶ μὴ ὀργιζομένη, ὅτι σωφρονεῖ. Δεῖ γὰρ μήτε τὴν εὐτελῆ, καθαριότητος ἀμελεῖν, μήτε τὴν φίλανδρον, φιλοφροσύνης· ποιεῖ γὰρ ἡ χαλεπότης ἀηδῆ τὴν εὐταξίαν τῆς γυναικὸς, ὥσπερ ἡ ῥυπαρία τὴν ἀφέλειαν.

29. Ἡ φοβουμένη γελάσαι πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶξαί τι, ἵνα μὴ φανῇ θρασεῖα καὶ ἀκόλαστος, οὐδὲν διαφέρει τῆς, ἵνα μὴ δοκῇ μυρίζεσθαι τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἀλειφομένης, καὶ, ἵνα μὴ φυκοῦσθαι τὸ πρόσωπον, μηδὲ νιπτομένης. Ὁρῶμεν δὲ καὶ ποιητὰς καὶ ῥήτορας, ὅσοι φεύγουσι τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀχλικὸν καὶ ἀνελεύθερον καὶ κακόζηλον, τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς οἰκονομίαις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἄγειν καὶ κινεῖν τὸν ἀκροατὴν φιλοτεχνοῦντας. Διὸ δεῖ καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικὸν, εὖ ποιοῦσαν, φεύγειν καὶ παραιτεῖσθαι· μᾶλλον δὲ φιλοτεχνεῖν ἐν ταῖς ἠθικαῖς καὶ βιωτικαῖς χάρισι πρὸς τὸν ἄνδρα, τῷ καλῷ μεθ' ἡδονῆς συνεθίζουσαν αὐτόν. Ἂν δ' ἄρα φύσει τις αὐστηρὰ καὶ ἄκρατος γένηται, καὶ ἀνήδυντος, εὐγνωμονεῖν δεῖ τὸν ἄνδρα· καὶ καθάπερ ὁ Φωκίων, τοῦ Ἀντιπάτρου πρᾶξιν αὐτῷ προστάττοντος οὐ καλὴν οὐδὲ πρέπουσαν, εἶπεν, Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι· οὕτω λογίζεσθαι περὶ τῆς σώφρονος καὶ αὐστηρᾶς γυναικὸς, Οὐ δύναμαι τῇ αὐτῇ καὶ ὡς γαμετῇ καὶ ὡς ἑταίρᾳ συνεῖναι.

rum virtute corrigere : formosos, adhibere diligentiam ne pulchritudinem pravitate morum contaminent. Sic matrona etiam, in manibus speculum ubi erit, sic secum loquatur, deformis si est : Quid essem, si deforet pudicitia? sin elegante forma : Quanti fiam, si accedat pudicitia? majus enim decus affert deformi amor moribus conciliatus probis, quam si ob pulchritudinem deligeretur.

XXVI. Lysander, cum Siciliæ tyrannus filiabus ejus vestes cincinnosque pretiosos mitteret, dona ista repudiavit : quod diceret hoc ornatu filias suas dedecoratum potius quam ornatum iri. Sed prior Lysandro id docuit his versibus Sophocles :

Non hæc ornatus, sed deformitas, tuæ
mentis, miser, putabunturque insania.

Ornatus enim, ut dicebat Crates, *est id quod ornat : præstant autem hoc ea quæ decentiorem faciunt mulierem : non autem id aurum potest, aut smaragdus aut coccina tinctura, sed quæ gravitate, modestia, ac verecundia informant.*

XXVII. Qui Junoni nuptiali seu pronubæ sacrificant, ii fel non cum reliqua conficiunt victima, sed exemptum apud altare abjiciunt : quo instituto legis auctor obscure significavit, conjugio nunquam debere bilem iramque interesse : nam matrisfamilias austeritatem esse oportet, ut et vini, utilem suavitateque conditam, non aloes in morem acerbam, et quæ medicamenti instar ingrata sit.

XXVIII. Xenocratem Plato, virum bonum et honestum alioqui, sed moribus aliquanto severioribus, hortatus est ut Gratiis sacrificaret : existimo autem pudicæ mulieri apprime apud virum gratiis opus esse, ut quod aiebat Metrodorus, suaviter nec, quia casta est, ideo irata, cum eo vitam degat. Nam neque munditiies frugali, neque blanditiæ ei quæ maritum diligit, negligendæ sunt : cum morositas insuavem reddat modestiam, itemque sordes simplicitatem.

XXIX. Quæ arridere viro metuit, aut aliquid aliud id genus facere, ne videatur proterva et audax, nihil ab ea distat, quæ ut non videatur unguento caput habere delibutum, etiam oleo abstineat : et ne fucare faciem putetur, ne lavet quidem eam. Videmus vero poetas atque oratores, qui genus loquendi plebeium, illiberale, ac male affectatum vitant, rebus ipsis et earum dispositione ac sententiis artificiosa industria comparatis delectare ac movere auditores : ita sane matrona etiam recte faciet, si omnia supervacanea, meretricia, et ad pompam pertinentia fugiat atque repudiet : in eoque operam ponat, ut moralibus et ad usum vitæ pertinentibus officiis maritum demereatur, pulchritudinique vitæ cum voluptate conjunctæ eum assuefaciat. Si qua tamen natura est austera, nihilque jucundi admixtum habet ingenio, neque usu vitæ suavior reddi potest, æquo animo id ferre maritum decet : et sicut Phocion Antipatro respondit, parum honestam a se rem petenti, *Non potes me et amico uti et adulatore;* ita judicare de pudica et austera matrona, Non posse cum eadem se et ut uxore et ut scorto vivere.

30. Ταῖς Αἰγυπτίαις ὑποδήμασι χρῆσθαι πάτριον οὐκ ἦν, ὅπως ἐν οἴκῳ διημερεύσωσι· τῶν δὲ πλείστων γυναικῶν ἂν ὑποδήματα διάχρυσα περιέλῃς, καὶ ψέλια, καὶ περισκελίδας, καὶ πορφύραν, καὶ μαργαρίτας, ἔνδον μενοῦσιν.

31. Ἡ Θεανὼ παρέφηνε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· τινὸς δ' εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἔφη. Δεῖ δὲ μὴ μόνον τὸν πῆχυν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν λόγον δημόσιον εἶναι τῆς σώφρονος, καὶ τὴν φωνὴν, ὡς ἀπογύμνωσιν, αἰδεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐκτός. Ἐνορᾶται γὰρ αὐτῇ καὶ πάθος καὶ ἦθος καὶ διάθεσις λαλούσης.

32. Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Δεῖ γὰρ ἢ πρὸς τὸν ἄνδρα λαλεῖν, ἢ διὰ τοῦ ἀνδρὸς, μὴ δυσχεραίνουσαν, εἰ δι' ἀλλοτρίας γλώσσης, ὥσπερ αὐλητὴς, φθέγγεται σεμνότερον.

33. Οἱ πλούσιοι καὶ [οἱ] βασιλεῖς τιμῶντες τοὺς φιλοσόφους, αὐτούς τε κοσμοῦσι κἀκείνους· οἱ δὲ φιλόσοφοι τοὺς πλουσίους θεραπεύοντες, οὐκ ἐκείνους ποιοῦσιν ἐνδόξους, ἀλλ' αὐτοὺς ἀδοξοτέρους. Τοῦτο συμβαίνει καὶ περὶ τὰς γυναῖκας· ὑποτάττουσαι μὲν γὰρ ἑαυτὰς τοῖς ἀνδράσιν, ἐπαινοῦνται· κρατεῖν δὲ βουλόμεναι, μᾶλλον τῶν κρατουμένων ἀσχημονοῦσι. Κρατεῖν δὲ δεῖ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς οὐχ ὡς δεσπότην κτήματος, ἀλλ' ὡς ψυχὴν σώματος, συμπαθοῦντα καὶ συμπεφυκότα τῇ εὐνοίᾳ· ὥσπερ οὖν σώματός ἐστι κήδεσθαι μὴ δουλεύοντα ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, οὕτω γυναικὸς ἄρχειν εὐφραίνοντα καὶ χαριζόμενον.

34. Τῶν σωμάτων οἱ φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζῴων ἕκαστον. Σχεδὸν οὖν καὶ γάμος, ὁ μὲν τῶν ἐρώντων, ἡνωμένος καὶ συμφυής ἐστιν· ὁ δὲ τῶν διὰ προῖκας ἢ τέκνα γαμούντων, ἐκ συναπτομένων· ὁ δὲ τῶν συγκαθευδόντων, ἐκ διεστώτων, οὓς συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις, οὐ συμβιοῦν, νομίσειεν. Δεῖ δὲ, ὥσπερ οἱ φυσικοὶ τῶν ὑγρῶν λέγουσι δι' ὅλων γίνεσθαι * τὴν κρᾶσιν, οὕτω τῶν γαμούντων καὶ σώματα καὶ χρήματα καὶ φίλους καὶ οἰκείους ἀναμιχθῆναι δι' ἀλλήλων. Καὶ γὰρ ὁ Ῥωμαῖος νομοθέτης ἐκώλυσε δῶρα διδόναι καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων τοὺς γεγαμηκότας, οὐχ ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλ' ἵνα πάντα κοινὰ νομίζωσιν.

35. Ἐν Λέπτει, τῆς Λιβύης πόλει, πάτριόν ἐστι τῇ μετὰ τὸν γάμον ἡμέρᾳ τὴν νύμφην πρὸς τὴν τοῦ νυμφίου μητέρα πέμψασαν αἰτεῖσθαι χύτραν· ἡ δὲ οὐ δίδωσιν, οὐδέ φησιν ἔχειν, ὅπως ἀπ' ἀρχῆς ἐπισταμένη τὸ τῆς ἑκυρᾶς μητρυιῶδες, ἦν ὕστερόν τι συμβαίνῃ τραχύτερον, μὴ ἀγανακτῇ, μηδὲ δυσκολαίνῃ. Τοῦτο δεῖ γινώσκουσαν τὴν γυναῖκα θεραπεύειν τὴν πρόφασιν. Ἔστι δὲ ζηλοτυπία τῆς μητρὸς ὑπὲρ εὐνοίας πρὸς αὐτήν· θεραπεία δὲ μία τοῦ πάθους, ἰδίᾳ μὲν εὔνοιαν τῷ

XXX. Ægyptiæ mulieres majorum instituto calceis non utebantur, ut domi meminissent tempus exigendum : hodie domi mansuræ sint pleræque, si aureos calceos, et armillas, et periscelides, et purpuram atque uniones auferas.

XXXI. Theano tunica se amiciens cubitum exeruit : et dicenti cuidam, *Pulcher hic cubitus est* : respondit, *Atqui non est publicus*. Cæterum pudicæ non cubitus solum, sed et sermo publicus esse non debet, voceque ad alienos, tanquam parum conveniente denudatione, abstinen. um ei est : in voce enim insunt indicia omnis generis animi affectionum.

XXXII. Eleiorum Venerem Phidias fecit, quæ testudinem calcaret : quo signo mulieres domi sibi degendum esse, servandumque silentium monerentur : nam aut viro, aut per virum mulieri loquendum est, neque indigne ferendum, si ut tibicen aliena lingua vocem edit propria graviorem.

XXXIII. Divites et reges cum philosophos in honore habent, et se et eos ornant : philosophi divites si demerentur, non gloriam illis addunt, sed sibi ipsis auferunt. Simili ratione mulieres laudem merentur, cum se maritis submittunt : imperium affectantes, plura contra decorum agunt, quam ipsi viri qui dominium hoc sustinent. Imperare autem maritus mulieri debet, non ut dominus rei quam possidet, sed ut animus corpori, iisdem affectibus obnoxius, et benevolentia devinctus : ut autem curam corporis gerere debemus, non voluptatibus ejus inservire ac cupiditatibus, ita lætum esse debet et officiosum mariti imperium.

XXXIV. Corporum philosophi alia aiunt ex partibus dejunctis constare, ut classem, exercitum, alia ex compactis, ut domum, ut navim, alia ex unitis et in unam naturam concretis, ut animalium : id si huc accomodare libeat, conjugium quoque mutuo amantium, ex unitis constat : dotis liberumve gratia cohærens, ex compactis : concubitu solo junctorum, ex dejunctis, quales contubernio uti quam vitæ communitate rectius censeas. Sicut autem humores physici dicunt totos totis permisceri : ita oportet, matrimonium contrahentium, corpora, opes, amicos, familiaresque invicem confundi. Etenim Romanus legislator lege cavit, ne conjugum alter alteri donaret quicquam, non ut nullius rei participes fierent, sed ut omnia communia judicarent.

XXXV. Lepti, quæ Africæ urbs est, moris est patrii, ut postridie nuptiarum sponsa ad socrum mittat petitum ollam : illa vero negat, neque se habere ait, ut novercalem socrus animum initio statim sponsa experta, si quid postmodo contingat asperius, non ferat iniquiore animo. Hoc nosse convenit mulierem, et obviam ire offensarum occasioni : petitur autem hæc ex æmulatione benevolentiæ : cui mederi hac una ratione potest, si pe-

ἀνδρὶ ποιεῖν πρὸς ἑαυτὴν, τὴν δὲ μητρὸς μὴ περισπᾶν μηδὲ ἐλαττοῦν.

36. Τοὺς υἱοὺς δοκοῦσι μᾶλλον ἀγαπᾶν αἱ μητέρες, ὡς δυναμένους αὐταῖς βοηθεῖν, οἱ δὲ πατέρες τὰς θυγατέρας, ὡς δεομένας αὐτῶν βοηθούντων· ἴσως δὲ καὶ τιμῇ τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁ ἕτερος τὸ μᾶλλον οἰκεῖον τῷ ἑτέρῳ βούληται μᾶλλον ἀσπαζόμενος καὶ ἀγαπῶν φανερὸς εἶναι. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως διάφορόν ἐστιν, ἐκεῖνο δὲ ἀστεῖον, ἂν ἡ γυνὴ μᾶλλον ἀποκλίνασα τῇ τιμῇ πρὸς τοὺς γονεῖς τοῦ ἀνδρὸς, ἢ τοὺς ἑαυτῆς, βλέπηται· κἄν τι λυπῆται, πρὸς ἐκείνους ἀναφέρουσα, τοὺς δὲ αὐτῆς λανθάνουσα. Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν δοκεῖν, πιστεύεσθαι, καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι.

37. Τοῖς περὶ τὸν Κῦρον Ἕλλησι παρήγγειλαν οἱ στρατηγοὶ, τοὺς πολεμίους, ἐὰν μὲν βοῶντες ἐπίωσι, δέχεσθαι μετὰ σιωπῆς· ἂν δὲ ἐκεῖνοι σιωπῶσιν, αὐτοὺς μετὰ βοῆς ἀντεξελαύνειν. Αἱ δὲ νοῦν ἔχουσαι γυναῖκες ἐν ταῖς ὀργαῖς τῶν ἀνδρῶν, κεκραγότων μὲν ἡσυχάζουσιν, σιωπῶντας δὲ προσλαλοῦσαι καὶ παραμυθούμεναι καταπραΰνουσιν.

38. Ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης αἰτιᾶται τοὺς τῇ λύρᾳ χρωμένους παρ' οἶνον· ἔδει γὰρ ἐπὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰ πένθη μᾶλλον τὴν μουσικὴν παρακαλεῖν, ἢ προσεκλύειν τοὺς ἐν [ταῖς] ἡδοναῖς ὄντας. Νομίζετε οὖν ὑμεῖς, ἁμαρτάνειν τοὺς ἡδονῆς ἕνεκα συγκαθεύδοντας ἀλλήλοις, ὅταν δὲ ἐν ὀργῇ τινι γένωνται καὶ διαφορᾷ, χωρὶς ἀναπαυομένους, καὶ μὴ τότε μάλιστα τὴν Ἀφροδίτην παρακαλοῦντας, ἰατρὸν οὖσαν τῶν τοιούτων ἀρίστην· ὥς που καὶ ὁ ποιητὴς διδάσκει, τὴν Ἥραν ποιῶν λέγουσαν·

Καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω
εἰς εὐνὴν ἀνέσασα ὁμωθῆναι φιλότητι.

39. Ἀεὶ μὲν δεῖ καὶ πανταχοῦ φεύγειν τὸ προσκρούειν τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τῇ γυναικὶ τὸν ἄνδρα, μάλιστα δὲ φυλάττεσθαι τοῦτο ποιεῖν ἐν τῷ συναναπαύεσθαι καὶ συγκαθεύδειν. Ἡ μὲν γὰρ ὠδίνουσα καὶ δυσφοροῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε, Πῶς δ' ἂν ἡ κλίνη ταῦτα θεραπεύσειεν, οἷς ἐπὶ τῆς κλίνης περιέπεσον; Ἃ δὲ ἡ κλίνη γεννᾷ διαφορὰς καὶ λοιδορίας καὶ ὀργὰς, οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ καὶ χρόνῳ διαλυθῆναι.

40. Ἡ Ἑρμιόνη δοκεῖ τι λέγειν ἀληθὲς, λέγουσα·

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.

Τοῦτο δ' οὐχ ἁπλῶς γινόμενόν ἐστιν, ἀλλ' ὅταν αἱ πρὸς τοὺς ἄνδρας διαφοραὶ καὶ ζηλοτυπίαι ταῖς τοιαύταις γυναιξὶ μὴ τὰς θύρας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκοὰς ἀνοίγωσι. Τότε οὖν δεῖ μάλιστα τὴν νοῦν ἔχουσαν ἀποκλείειν τὰ ὦτα, καὶ φυλάττεσθαι τὸν ψιθυρισμὸν, ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται· καὶ πρόχειρον ἔχειν τὸ τοῦ Φιλίππου· λέγεται γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν φίλων παροξυνόμενος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς εὖ πάσχοντας καὶ κακῶς αὐτὸν λέγοντας, εἰπεῖν, Τί οὖν, ἂν καὶ κακῶς ποιῶμεν αὐτούς; Ὅταν οὖν αἱ διαβάλλουσαι λέγωσιν, ὅτι λυπεῖ σε φι-

culiarem sibi mariti conciliet benevolentiam, eam quam is matrem prosequitur non avertat aut deminuat.

XXXVI. Filios matres magis amare videntur, quod ab his se adjuvari posse putant : filias patres, ut suo præsidio indigentes : et qui se mutuo honore afficiunt, operam dant ut quod alteri maxime familiare est, id alter gratum habere, eoque apprime se delectari præ se ferat. Verum id fortasse aliquid diversitatis habet. Illud scitum est, si mulier mariti parentibus conspiciatur plus honoris tribuere quam suis, et si quid molestum accidit, suos id celans ad viri deferat parentes : fidem enim nobis paramus apud eos, quibus nos confidere ostendimus, et amorem apud eos, quos diligere credimur.

XXXVII. Cyri militibus Græcis duces mandaverunt, ut hostes cum vociferatione irruentes taciti exciperent, tacentibus autem eis ipsi sublato clamore occurrerent. Prudentes itidem matronæ viris ex ira vociferantibus tacent, silentes alloquio demitigant.

XXXVIII. Recte Euripides incusat eos qui lyra uterentur ad vini potum : erat enim musica ad sedandas iras luctusque potius vocanda, quam ad enervandum eos qui jam ante erant in voluptate. Vos quoque existimate perperam conjuges facere, qui voluptatis percipiendæ gratia concumbunt, cum vero aliquid iræ et dissidii obortum est, secubant, neque tum potissimum Venerem advocant, quæ his malis optime solet mederi : quod et Homerus alicubi docet, Junoni hunc sermonem tribuens :

Dissidiis quorum longis imponere finem,
et thalami insueto jam dudum jungere nexu
constitui.

XXXIX. Semper quidem et ubique locorum cavendæ sunt conjugibus offensiones mutuæ, maxime autem ne in concubitu incidant opera danda. Quædam cum urgeretur doloribus partus instantis, reclinantibus ipsam in lectum dixit : *Et qui possit mederi lectus his malis, in quæ in lecto incidi?* sed quæ in lecto nascuntur dissensiones, jurgia, iræ, difficulter possunt alio loco et tempore aboleri.

XL. Hermiones videtur verum esse hoc verbum :

Me perdiderunt ad me ventitando mulieres malæ ;

verum id non simpliciter fit, sed cum discordiæ et obtrectationes adversus maritos talibus mulieribus non fores duntaxat, sed aures etiam patefaciunt. Itaque tunc maxime quæ sapit aures occludet susurris istis, ne ignis igni addatur : habebitque in promptu Philippi illud, qui fertur amicis in Græcos eum concitantibus, quod beneficiis ab ipso affectos maledicere ei dicerent, respondisse. *Quid ergo agent, si male ipsis fecero?* et cum mulierculæ calumniatrices dicent, *Amantem sui*

οῦσαν * ὁ ἀνὴρ καὶ σωφρονοῦσαν, Τί οὖν, ἂν καὶ μι-
εῖν αὐτὸν ἄρξωμαι καὶ ἀδικεῖν;

41. Ὁ τὸν δραπέτην ἰδὼν διὰ χρόνου, καὶ διώκων, ος κατέφυγε φθάσας εἰς μύλωνα, Ποῦ δ' ἄν, ἔφη, σε ᾶλλον εὑρεῖν ἐβουλήθην, ἢ ἐνταῦθα; Γυνὴ τοίνυν διὰ ηλοτυπίαν ἀπολείψεις γράφουσα, καὶ χαλεπῶς ἔχουσα, εγέτω πρὸς ἑαυτὴν, Ποῦ δ' ἂν ἡ ζηλοῦσά με μᾶλλον σθείη θεασαμένη, καὶ τί ποιοῦσαν ἢ λυπουμένην καὶ τασιάζουσαν πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν οἶκον αὐτὸν καὶ ὸν θάλαμον προϊεμένην;

42. Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι· πρῶτον πὶ Σκίρῳ, τοῦ παλαιοτάτου τῶν σπόρων ὑπόμνημα· εύτερον ἐν τῇ Ῥαρίᾳ· τρίτον ὑπὸ Πέλιν, τὸν καλού-ενον Βουζύγιον. Τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει· αλῶς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Σοφοκλῆς εὔκαρπον Κυθέρειαν ροσηγόρευσε. Διὸ δεῖ μάλιστα τούτῳ χρῆσθαι μετ' ὐλαβείας τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα, τῶν ἀνιέρων καὶ αρανόμων πρὸς ἑτέρους ἁγνεύοντας ὁμιλιῶν, καὶ μὴ πείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλουσιν, ἀλλὰ, ἂν γένηται καρπὸς, αἰσχύνονται καὶ ἀποκρύπτουσι.

43. Γοργίου τοῦ ῥήτορος ἀναγνόντος ἐν Ὀλυμπίᾳ όγον περὶ ὁμονοίας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ Μέλανθος, Οὗτος μὲν, ἔφη, συμβουλεύει περὶ ὁμονοίας, ὃς αὐτὸν καὶ ὴν γυναῖκα καὶ τὴν θεράπαιναν ἰδίᾳ τρεῖς ὄντας ὁμο-οεῖν οὐ πέπεικεν. Ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, τις ἔρως τοῦ οργίου καὶ ζηλοτυπία τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ θεραπαι-ίδιον. Εὖ τοίνυν ἡρμοσμένον τὸν οἶκον εἶναι δεῖ τῷ έλλοντι ἁρμόζεσθαι καὶ ἀγορὰν καὶ φίλους· μᾶλλον ὰρ ἔοικε τὰ τῶν γυναικῶν ἢ τὰ πρὸς γυναῖκας ἁμαρ-ήματα λανθάνειν τοὺς πολλούς.

44. Τὸν αἴλουρον ὀδμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι καὶ αίνεσθαι λέγουσιν. Οὕτως εἰ τὰς γυναῖκας ἀγριαίνειν αὶ παραφρονεῖν ὑπὸ μύρων συνέβαινε, δεινὸν ἦν μὴ πέχεσθαι μύρου τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ δι' ἡδονὴν αὐτῶν ραχεῖαν οὕτω κακουμένας περιορᾷν. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα άσχουσιν, οὐ μυριζομένων τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ συγγι-ομένων ἑτέραις· ἄδικόν ἐστιν ἡδονῆς ἕνεκα μικρᾶς πὶ τοσούτῳ λυπεῖν καὶ συνταράττειν τὰς γυναῖκας, αὶ μὴ, καθάπερ ταῖς μελίτταις, ὅτι δοκοῦσι δυσχε-αίνειν καὶ μάχεσθαι τοῖς μετὰ γυναικῶν γενομένοις, γνοὺς καὶ καθαρεύοντας ἑτέρων συνουσίας προσιέναι αῖς γυναιξί.

45. Οἱ προσιόντες ἐλέφασιν ἐσθῆτα λαμπρὰν οὐ λαμ-άνουσιν· οὐδὲ φοινικίδας, οἱ ταύροις· διαγριαίνεται ὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τούτων μάλιστα τὰ ζῷα· τὰς ὲ τίγρεις φασὶ περιτυμπανιζομένας ἐκμαίνεσθαι παν-άπασι καὶ διασπᾶν ἑαυτάς. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῶν ἀν-ρῶν οἱ μὲν ἐσθῆτας κοκκίνας καὶ πορφυρᾶς ὁρῶντες υσανασχετοῦσιν, οἱ δὲ κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις χθονται, τί δεινὸν ἀπέχεσθαι τούτων τὰς γυναῖκας, αὶ μὴ ταράττειν μηδὲ παροξύνειν τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ υνεῖναι μετ' εὐσταθείας καὶ πρᾳότητος;

46. Γυνή τις πρὸς τὸν Φίλιππον ἄκουσαν ἐφελκόμε-

te et pudicam vir inique tractat : Quid ergo, dicet, *fiet, si odisse eum et injuriis afficere incipiam?*

XLI. Fugitivum quidam servum aliquanto post tempore cum vidisset, et insequeretur, isque in pistrinum profugisset : *Non erat*, inquit, *locus ubi te mallem invenire quam hic*. Ita mulier quoque dissidii libellos meditans ob obtrectationem, seque afflictans, ita secum dicat : *quid vero rivalis mea majore cum voluptate cernat, quam sic me excruciari, et cum viro dissidere, domumque ipsam et thalamum deserere?*

XLII. Athenienses tres arationes sacras obeunt : unam in Sciro, antiquissimæ segetis monimentum : secundam in Raria : tertiam sub Peli, quam a jugo boum Buzygium nuncupant. His omnibus sanctior est aratio atque satio procreandorum liberum : et Venerem Sophocles præclare vocavit *Fertilem Cythercam*. Itaque huic maxime cum cautione est danda opera viro et mulieri, abstinendumque incestis et contra leges pugnantibus consuetudinibus, neque seminandum unde nihil nasci velint, aut si quis existat fructus, ejus pudeat et occultetur.

XLIII. Gorgia oratore Olympiæ orationem recitante qua concordiam Græcis suadebat, Melanthius, Hic, inquit, nobis de concordia consilium dat, qui sibi ipsi, uxori, et ancillæ, tribus duntaxat privatim hominibus, concordiam non persuasit : videbatur enim amare ancillam Gorgias, et ancillæ ea de causa obtrectare uxor. Ergo probe concinnatam habeat familiam oportet, qui concionem aut amicos concinnare conatur : facilius enim mulierum peccata vulgus fallant, quam quæ ipsi adversus eas delinquimus.

8. Γελάσας οὖν ὁ Περίανδρος, Ἔχομεν, εἶπεν, Αἴσωπε, τὴν δίκην προσηκόντως, ὅτι πρινὴ τοὺς Ἀμάσιδος, οὓς προειλόμεθα, πάντας εἰσαγαγεῖν λόγους εἰς ἑτέρους ἐμπεσόντες. Ὅρα δὴ, Νειλόξενε, τὰ λοιπὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ χρῶ παροῦσιν ἐν τούτῳ τοῖς ἀνδράσιν. Ἀλλὰ μὴν, ὁ Νειλόξενος ἔφη, τὴν μὲν τοῦ Αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἄν τις ἄλλο πλὴν ἀγνυμένην σκυτάλην προσείποι κατ' Ἀρχίλοχον· ὁ δὲ σὸς ξένος Ἄμασις ἡμερώτερος ἐν τοῖς τοιούτοις προβλήμασι καὶ μουσικώτερος γέγονεν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν τὸ πρεσβύτατον, καὶ τὸ κάλλιστον, καὶ τὸ μέγιστον, καὶ τὸ σοφώτατον, καὶ τὸ κοινότατον· καὶ ναὶ μὰ Δία πρὸς τούτοις τὸ ὠφελιμώτατον, καὶ βλαβερώτατον, καὶ τὸ ἰσχυρότατον, καὶ τὸ ῥᾷστον εἰπεῖν. Ἆρ' οὖν ἀπεκρίνατο καὶ διέλυσε τούτων ἕκαστον; Οὕτως, ὁ Νειλόξενος ἔφη· κρίνετε δὲ ὑμεῖς ἀκούσαντες· * περὶ πολλοῦ γὰρ ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, μήτε συκοφαντῶν ἁλῶναι τὰς ἀποκρίσεις, εἴτε τι σφάλλεται κατὰ ταύτας ὁ ἀποκρινάμενος, τοῦτο μὴ διαφυγεῖν ἀνεξέλεγκτον· ἀναγνώσομαι δὲ ὑμῖν, ὥσπερ ἀπεκρίνατο. Τί πρεσβύτατον; χρόνος. Τί μέγιστον; κόσμος. Τί σοφώτατον; ἀλήθεια. Τί κάλλιστον; φῶς. Τί κοινότατον; θάνατος. Τί ὠφελιμώτατον; θεός. Τί βλαβερώτατον; δαίμων. Τί ῥωμαλεώτατον; τύχη. Τί ῥᾷστον; ἡδύ.

9. Τούτων πάλιν ἀναγνωσθέντων, ὦ Νίκαρχε, γενομένης σιωπῆς, Θαλῆς ἠρώτησε τὸν Νειλόξενον, εἰ προσήκατο τὰς λύσεις ὁ Ἄμασις. Ἐκείνου δὲ εἰπόντος, Ὅτι τὰς μὲν ἀπεδέξατο, ταῖς δὲ ἐδυσκόλαινε, Καὶ μὴν οὐδὲν, εἶπεν ὁ Θαλῆς, ἀνεπίληπτόν ἐστιν, ἀλλ' ἔχει πάντα διαμαρτίας μεγάλας καὶ ἀγνοίας. Οἷον εὐθὺς, ὁ χρόνος πῶς ἂν εἴη πρεσβύτατον, εἰ τὸ μὲν αὐτοῦ γεγονὸς, τὸ δὲ ἐνεστὼς ἐστι, τὸ δὲ μέλλον; ὁ γὰρ μεθ' ἡμᾶς ἐσόμενος χρόνος, καὶ πραγμάτων τῶν νῦν καὶ ἀνθρώπων νεώτερος ἂν φανείη. Τὸ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἡγεῖσθαι σοφίαν, οὐδὲν ἐμοὶ δοκεῖ διαφέρειν τοῦ τὸ φῶς ὀφθαλμὸν ἀποφαίνειν· εἰ δὲ τὸ φῶς, ὥσπερ ἐστὶ, καλὸν ἐνόμιζε, πῶς τὸν ἥλιον αὐτὸν παρεῖδε; Τῶν δὲ ἄλλων, ἡ μὲν περὶ θεῶν καὶ δαιμόνων ἀπόκρισις, θράσος ἔχει καὶ κίνδυνον· ἀλογίαν δὲ καὶ πολλὴν ἡ περὶ τῆς τύχης· οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε ῥᾳδίως οὕτως, ἰσχυρότατον οὖσα τῶν ὄντων καὶ ῥωμαλεώτατον. Οὐ μὴν οὐδὲ θάνατος κοινότατόν ἐστιν· οὐ γάρ ἐστι πρὸς τοὺς ζῶντας. Ἀλλ'

corvorum graculorumque voces audire peritus, tuam ipsius vocem non accurate exaudis : sed qui urbem de Apollinis sententia beatissimam fore putes quæ unum audit, convivii hanc laudem esse censes ut omnes disserant ac de omnibus. Tu enim, infert Æsopus, nullam hic legem posuisti, ne inebrientur servi, sicut Athenis servis amoribus et sicca unctione interdixisti. Cum risisset Solon, Cleodemus medicus : Atqui siccæ unctioni, inquit, simile est, vino rigatum loqui : est enim suavissimum. Et Chilo id sic excepit : Itaque eo tanto magis abstinendum est. Rursum Æsopus, Et quidem, ait, Thales visus est dicere, fore ut celerrime consenescat.

VIII. Hic ridens Periander, sic est locutus : Merito quidem nos, Æsope, pœnam dedimus, qui priusquam Amasidis sermonem reliquum in medium proponeremus, in alias incidimus disputationes. Tu itaque, Niloxene, reliquum epistolæ inspice, virisque his præsentibus utere. Tum Niloxenus hæc : Equidem postulatum illud Æthiopicum nihil aliud quam, ut est apud Archilocum, scuticam confractam appellare quis jure possit. Tuus autem hospes Amasis in hoc quærendi genere humanior est et elegantior. Jussit enim eum explicare quid sit vetustissimum, quid pulcherrimum, quid maximum, quid sapientissimum, quid communissimum, atque adeo quid utilissimum, quid damnosissimum, quid fortissimum, quid facillimum. Quid, inquit Periander, responditne, et solvit singula isthæc? Audietis, ait Niloxenus, quomodo, et vestrum erit judicium. Summam enim in hoc rex noster impendit operam, ut neque calumniari responsa possit dici vere, neque lateat et non arguatur si quid erratum est respondendo. Recitabo autem vobis quomodo respondit. *Quid antiquissimum? Tempus. Quid maximum? Mundus. Quid sapientissimum? Veritas. Quid pulcherrimum? Lux. Quid communissimum? Mors. Quid utilissimum? Deus. Quid damnosissimum? Genius. Quid robustissimum? Fortuna. Quid facillimum? Quod suave est.*

IX. His ita recitatis, Nicarche, factoque silentio, Thales Niloxenum interrogavit, an has solutiones probasset Amasis. Respondenteque eo quasdam admissas ab eo fuisse, quasdam improbatas, Hoc vero, inquit Thales, reprehendi nequit : omnes enim vitia magna erroresque habent : quale est (verbi gratia), quod tempus omnium rerum vetustissimum dixit : quod qui potest esse verum? cum pars ejus præterierit, alia sit præsens, alia futura : et quod post nos erit tempus, rebus hominibusque qui nunc sunt recentius esse quivis videat. Jam quod veritatem putat esse sapientiam, tantumdem mihi videtur ac si lumen oculum vocaret. Quod si lumen, ita ut est, pulchrum esse censuit, quomodo factum est ut ipsum Solem præteriret? De cætero quod respondit de diis ac geniis, id audax ac periculosum est responsum : valde etiam a ratione alienum est, quod de fortuna dixit : non enim ea tam facile mutaretur, si validissima rerum esset atque robustissima. Sed neque mors communissimum est, quæ nihil ad vivos pertinet. Cæterum ne videamur in aliorum

ἵνα μὴ δοκῶμεν εὐθύνειν τὰς τῶν ἑτέρων, ἰδίας ἀποφάσεις ταῖς ἐκείνου παραβάλλωμεν· ἐμαυτὸν δὲ παρέχω πρῶτον, εἰ βούλεται Νειλόξενος, ἐρωτᾷν καθ' ἕκαστον. Ὡς οὖν ἐγένοντο τότε, κἀγὼ νῦν διηγήσομαι τὰς ἀποκρίσεις καὶ τὰς ἐρωτήσεις. Τί πρεσβύτατον; Θεὸς, ἔφη Θάλης· ἀγέννητον γάρ ἐστι. Τί μέγιστον; Τόπος· τἄλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει. Τί κάλλιστον; Κόσμος· πᾶν γὰρ τὸ κατὰ τάξιν, τούτου μέρος ἐστί. Τί σοφώτατον; Χρόνος· τὰ μὲν γὰρ εὕρηκεν οὗτος ἤδη, τὰ δὲ εὑρήσει. Τί κοινότατον; Ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδὲν, αὕτη πάρεστι. Τί ὠφελιμώτατον; Ἀρετή· καὶ γὰρ τἄλλα τῷ χρῆσθαι καλῶς ὠφέλιμα ποιεῖ. Τί βλαβερώτατον; Κακία· καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα βλάπτει παραγενομένη. Τί ἰσχυρότατον; Ἀνάγκη· μόνον γὰρ ἀνίκητον. Τί ῥᾷστον; Τὸ κατὰ φύσιν· ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἀπαγορεύουσιν.

10. Ἀποδεξαμένων δὲ πάντων τὸν Θάλην, ὁ Κλεόδημος εἶπεν, Τὸ ταῦτα ἐρωτᾷν καὶ ἀποκρίνασθαι βασιλεῦσιν, ὦ Νειλόξενε, προσῆκόν ἐστιν· ὁ δὲ προπίνων τὴν θάλατταν Ἀμάσιδι βάρβαρος, ἐδεῖτο τῆς Πιττακοῦ βραχυλογίας, ᾗ πρὸς Ἀλυάττην ἐχρήσατο προστάττοντά τι καὶ γράφοντα Λεσβίοις ὑπερήφανον, ἀποκρινάμενος οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μόνον κελεύσας κρόμμυα καὶ θερμὸν ἄρτον ἐσθίειν. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Περίανδρος, Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν ἔθος ἦν, ὦ Κλεόδημε, τοιαύτας ἀλλήλοις ἀπορίας προβάλλειν. Ἀκούομεν γὰρ, ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς εἰς Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον· ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολιτικὸς, καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν, ἐν ταῖς περὶ Λιλάντου μάχαις ἔπεσεν· ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν, διὰ τὸ ἐφάμιλλον, ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, * ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις, καὶ προὔβαλ' Ὅμηρος, ὥς φησι Λέσχης·

Μοῦσά μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα, τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν,
μήτ' ἔσται μετόπισθεν·

ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

Ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης·

καὶ διὰ τοῦτο λέγεται μάλιστα θαυμασθεὶς τοῦ τρίποδος τυχεῖν. Τί δὲ ταῦτα, ὁ Κλεόδημος εἶπε, διαφέρει τῶν Εὐμήτιδος αἰνιγμάτων; ἃ ταύτῃ μὲν ἴσως οὐκ ἀπρεπές ἐστι παίζουσαν καὶ διαπλέκουσαν, ὥσπερ ἕτεραι ζώνια καὶ κεκρυφάλους, προβάλλειν ταῖς γυναιξὶν, ἄνδρας δὲ νοῦν ἔχοντας ἔν τινι σπουδῇ τίθεσθαι γελοῖον. Ἡ μὲν οὖν Εὔμητις ἡδέως ἂν εἰποῦσά τι πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐφαίνετο, κατέσχεν ἑαυτὴν ὑπ' αἰδοῦς, καὶ ἀνεπλήσθη τὸ πρόσωπον ἐρυθήματος. Ὁ δὲ Αἴσωπος, οἷον ἀμυνόμενος ὑπὲρ αὐτῆς, Οὐ γελοιότερον οὖν, εἶπε, τὸ μὴ δύνασθαι ταῦτα διαλύειν; οἷόν ἐστιν, ὃ μικρὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν τοῦ δείπνου προὔβαλεν·

pronuntiata inquirere, nostra cum illius dictis componantur : et, si Niloxeno ita videtur, primum ego me offero qui de singulis interroger. Exponam deinceps quid tum quæsitum, quid responsum fuerit. *Quid est antiquissimum? Deus*, inquit Thales; ortu enim caret. *Quid maximum? Locus;* reliqua enim mundus continet, ab hoc continetur. *Quid pulcherrimum? Mundus;* omnes enim ejus partes ordine aptæ sunt. *Quid sapientissimum? Tempus;* id enim alia invenit, reliqua inveniet. *Quid communissimum? Spes;* quibus enim reliqua omnia desunt, hæc adest. *Quid utilissimum? Virtus;* hæc enim reliqua etiam recte utendo utilia facit. *Quid damnosissimum? Animi vitium;* hujus enim præsentia plurima bona corrumpuntur. *Quid validissimum? Necessitas;* ea enim sola est insuperabilis. *Quid facillimum? Quod est naturæ consentaneum;* nam voluptates etiam sunt, quæ sæpenumero respuantur.

X. Cum Thaletis dicta omnes approbassent, Cleodemus, Hujusmodi, inquit, Niloxene, quæstiones proponere et solvere regibus convenit : barbarus autem iste, qui mare Amasidi propinabat, brevitate sermonis refellendus fuit ea, qua usus est adversus Alyatten Lesbiis scripto superbe aliquid insolens mandantem Pittacus, nihil enim respondit aliud, quam debere eum cæpas et calidum panem edere. Hunc ejus sermonem sic excepit Periander : Enimvero priscis quoque Græcis in more positum fuit, Cleodeme, hujusmodi inter se quæstiones proponere. Auditu enim accepimus, Chalcidem ad Amphidamantis exsequias convenisse poetas, quorum tum inter sapientes maxime vigebat gloria. Fuerat autem is Amphidamas vir civilis, cumque multum negotii exhibuisset Eretriensibus, in pugnis ob Lilantem commissis ceciderat. Sed cum poetarum carmina arte elaborata difficilem molestamque facerent dijudicationem ambigua victoria, et concertatores gloriosi Homerus atque Hesiodus præ sui reverentia plurimum arbitris dubitationis afferrent : ventum est ad hujusmodi quæstiones, proposuitque Homerus, inquit Lesches, talia :

Musa, mihi refer hæc, quæ nec prius evenerunt,
nec post evenient; —

et respondit Hesiodus ex tempore :

Sed Jovis ad bustum sonitu cum quadrupedante
frangentur currus ab equis certamine anhelo;

diciturque ea maxime de causa magnifactus ac tripode donatus. Quid vero, inquit Cleodemus, hæc a scirpis Eumetidis differunt? quos illam animi jocique causa nectentem, ut aliæ cingula solent et reticula, mulieribus proponere fortassis indecorum non est : ridiculum vero, si eos ut rem seriam tractent viri cordati. Ac Eumetis quidem, cum, ut apparebat, dicere aliquid adversus Cleodemum cuperet, præ verecundia sese cohibuit, faciesque ejus tota rubore oppleta fuit. Sed Æsopus, veluti ulciscens eam, An vero, ait, non magis ridiculum est, non posse nos ista solvere? quale est quod paulo ante cœnam nobis proposuit :

Ἄνδρα ἴδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα·
τί τοῦτ' ἔστιν, ἔχοις ἂν εἰπεῖν; Ἀλλ' οὐδὲ μαθεῖν δέομαι, ἔφη ὁ Κλεόδημος. Καὶ μὴν οὐδεὶς, ἔφη, σοῦ τοῦτο μᾶλλον οἶδεν, οὐδὲ ποιεῖ βέλτιον· εἰ δὲ ἀρνῇ, μάρτυρας ἔχω σικυωνίας. Ὁ μὲν οὖν Κλεόδημος ἐγέλασε· καὶ γὰρ ἐχρῆτο μάλιστα ταῖς σικυωνίαις τῶν καθ' αὑτὸν ἰατρῶν, καὶ δόξαν οὐχ ἥκιστα τὸ βοήθημα τοῦτο δι' ἐκεῖνον ἔσχηκε.

11. Μνησίφιλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ἑταῖρος ὢν καὶ ζηλωτὴς Σόλωνος, Ἐγώ τοι, εἶπεν, ὦ Περίανδρε, τὸν λόγον ἀξιῶ καθάπερ τὸν οἶνον μὴ πλουτίνδην μηδὲ ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσιν ὥσπερ ἐν δημοκρατίᾳ νέμεσθαι καὶ κοινὸν εἶναι· τῶν δὲ ἄρτι περὶ ἀρχῆς καὶ βασιλείας εἰρημένων οὐδὲν ἡμῖν τοῖς δημοτικοῖς μέτεστιν· ὅθεν οἰόμεθα δεῖν πάλιν ἕκαστον ὑμῶν περὶ πολιτείας ἰσονόμου γνώμην τινὰ συμβαλέσθαι, ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ Σόλωνος. Ἐδόκει δὴ ταῦτα ποιεῖν. Καὶ πρῶτος ὁ Σόλων, Ἀλλ' ἀκήκοας μὲν, εἶπεν, ὦ Μνησίφιλε, μετὰ πάντων Ἀθηναίων, ἣν ἔχω γνώμην περὶ πολιτείας· εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν ἀκούειν, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν. Δεύτερος δὲ ὁ Βίας ἔφησε, Κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν, ἐν ᾗ πάντες ὡς τύραννον φοβοῦνται τὸν νόμον. Ἐπὶ τούτῳ Θαλῆς, Τὴν μήτε πλουσίους ἄγαν μήτε πένητας ἔχουσαν πολίτας. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Ἀνάχαρσις, ἐν ᾗ τῶν ἄλλων ἴσων ὁριζομένων, ἀρετῇ τὸ βέλτιον ὁρίζεται, καὶ κακίᾳ τὸ χεῖρον. Πέμπτος Κλεόβουλος ἔφη, Μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδοίκασιν ἢ τὸν νόμον. Ἕκτος δὲ Πιττακὸς, Ὅπου τοῖς πονηροῖς οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς οὐκ ἔξεστι μὴ ἄρχειν. Μετατραπεὶς δὲ ὁ Χίλων ἀπεφήνατο, Τὴν μάλιστα νόμων, ἥκιστα δὲ ῥητόρων ἀκούουσαν πολιτείαν ἀρίστην εἶναι. Τελευταῖος δὲ πάλιν ὁ Περίανδρος ἐπικρίνων ἔφη, Δοκεῖν αὐτῷ πάντας ἐπαινεῖν δημοκρατίαν τὴν ὁμοιοτάτην ἀριστοκρατίᾳ.

12. Τέλος δὲ καὶ τούτου τοῦ λόγου λαβόντος, ἠξίουν ἐγὼ καὶ περὶ οἴκου, ᾗ χρηστέον, εἰπεῖν τοὺς ἄνδρας ἡμῖν· βασιλείας μὲν καὶ πόλεις ὀλίγοι κυβερνῶσιν, ἑστίας δὲ πᾶσιν ἡμῖν καὶ οἴκου μέτεστι. Γελάσας οὖν ὁ Αἴσωπος, *Οὐκ, εἴ γε τῶν πάντων, ἔφη, καὶ Ἀνάχαρσιν ἀριθμεῖς· τούτῳ γὰρ οἶκος οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ σεμνύνεται τῷ ἄοικος εἶναι, χρῆσθαι δ' ἁμάξῃ, καθάπερ τὸν ἥλιον ἐν ἅρματι λέγουσι περιπολεῖν, ἄλλοτε ἄλλην ἐπινεμόμενον τοῦ οὐρανοῦ χώραν. Καὶ ὁ Ἀνάχαρσις, Διὰ τοῦτό τοι, εἶπεν, ἢ μόνος ἢ μάλιστα τῶν θεῶν ἐλεύθερός ἐστι, καὶ αὐτόνομος, καὶ κρατεῖ πάντων, κρατεῖται δὲ ὑπ' οὐδενός· ἀλλὰ βασιλεύει καὶ ἡνιοχεύει· πλὴν σέ γε λέληθε τὸ ἅρμα αὐτοῦ, ὡς ὑπερφυὲς κάλλει καὶ μεγέθει θαυμάσιόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν παίζων ἐπὶ γέλωτι παρέβαλλες ἐκεῖνο τοῖς ἡμετέροις. Οἶκον δέ μοι δοκεῖς, ὦ Αἴσωπε, ταυτὶ τὰ πήλινα καὶ ξύλινα καὶ κεράμεα στεγάσματα νομίζειν, ὥσπερ εἰ κοχλίαν ἡγοῖο

Igni hominem æs humano in corpore figere vidi:
potesne explicare, hoc quid sit? Ne scire quidem opus habeo, respondit Cleodemus. Et vero, inquit ille, nemo te melius istam rem novit aut usurpat: quod si inficias ire velis, testes habeo cucurbitulas. Risit Cleodemus: nemo enim medicorum ea tempestate frequentius cucurbitulis utebatur, idque remedii propter ipsum non parum laudis invenerat.

XI. Cæterum Mnesiphilus Atheniensis socius imitatorque Solonis Periandrum sub hæc ita compellavit: Equidem æquum judico, ut sicut vinum, ita sermo quoque non pro censu aut præstantia virtutis, sed ex æquo inter omnes distribuatur, sicut in populari statu reipublicæ. At quæ jam a vobis dicta sunt de dominatione et regno, ad nos qui populares sumus, nihil pertinent. Itaque censeo debere vos denuo ea de reipublicæ forma, in qua æquali omnes jure vivunt, viritim aliquid conferre, auspicante iterum Solone. Placuit hæc sententia omnibus. Primusque Solon: Tu quidem, inquit, Mnesiphile, audivisti cum universis Atheniensibus, quis meus sit de republica sensus. Quando autem nunc quoque vis audire, *videtur mihi civitas maxime beata fore et conservatura popularem statum, in qua injuriæ alicujus auctorem non minus illæsi, quam qui læsus est in jus rapiant atque puniant.* Secundus Bias dixit, *eum popularem reipublicæ statum esse optimum, in quo legem universi tanquam tyrannum metuant.* Thales: *ubi neque divites nimis, neque pauperes sint cives.* Anacharsis: *in qua cum reliqua omnia æqualia habeantur, virtuti tamen potior, vitio deterior conditio deferatur.* Quintus Cleobulus pronuntiavit, *populum maxime facturum officium, si cives reprehensionem magis metuant quam legem.* Sextus Pittacus: *ubi magistratum gerere non licet malis, lex est bonis.* Conversus deinde Chilo: *ea*, inquit, *optima est respublica, in qua maxime leges, minime oratores audiuntur.* Rursum ultimus omnium Periander de dictis horum ita censuit, videri sibi omnibus his pronuntiatis eam commendari popularem reipublicæ formam, quæ simillima sit optimatum in civitate gubernationi.

XII. Hac quoque disputatione finita, postulavi ego ut domus quomodo regenda sit nobis, illi explicarent. quod regni et civitatis gubernatio paucis obveniret, quivis autem nostrum larem domesticum familiamque haberet. Hic ridens Æsopus: Non ita, inquit, res habet, siquidem in quibusvis illis Anacharsin numeras, qui non modo non habet domum, sed et jactat se hoc nomine, quod domo carens, curru utatur, quomodo Solem aiunt curru circumvehi, aliasque aliam cœli obire regionem. Respondit Anacharsis: Itaque ergo aut solus deorum liber, aut omnium liberr.mus ille est, omnibusque imperat, nulli paret, sed regnat ac habenas tenet. Verum Solis currus quam pulchritudine excellens, magnitudineque mirabilis sit, te fefe lit: alioqui non eras eum cum nostro joci gratia comp raturus. Videris autem mihi, Æsope, pro domo habere lutea, lignea et figlina ista claustra, perinde ac si testam, non

τὸ κέλυφος, ἀλλὰ μὴ τὸ ζῶον. Εἰκότως οὖν σοι γέλωτα παρέσχεν ὁ Σόλων, ὅτι τοῦ Κροίσου τὴν οἰκίαν κεκοσμημένην πολυτελῶς θεασάμενος, οὐκ εὐθὺς ἀπεφήνατο τὸν κεκτημένον εὐδαιμόνως οἰκεῖν καὶ μακαρίως, ἅτε δὴ τῶν ἐν αὐτῷ μᾶλλον ἀγαθῶν ἢ τῶν παρ' αὐτῷ βουλόμενος γενέσθαι θεατής· σὺ δὲ ἔοικας οὐδὲ τῆς σεαυτοῦ μνημονεύειν ἀλώπεκος· ἐκείνη μὲν γὰρ εἰς ἀγῶνα ποικιλίας καταστᾶσα πρὸς τὴν πάρδαλιν, ἠξίου τὰ ἐντὸς αὐτῆς καταμαθεῖν τὸν δικαστὴν, ποικιλωτέρα γὰρ ἐκεῖθεν φανεῖσθαι· σὺ δὲ τὰ τεκτόνων καὶ λιθοξόων ἔργα περινοστεῖς, οἶκον ἡγούμενος, οὐ τὰ ἐντὸς ἑκάστου καὶ οἰκεῖα, καὶ παῖδας, καὶ γάμους, καὶ φίλους, καὶ θεράποντας, οἷς κἂν ἐν μυρμηκιᾷ τις ἢ νεοττιᾷ νοῦν ἔχουσι καὶ σωφρονοῦσι κοινωνῇ τῶν ὑπαρχόντων, χρηστὸν οἶκον οἰκεῖ καὶ μακάριον. Ἐγὼ μὲν οὖν, ἔφη, ταῦτα καὶ πρὸς Αἴσωπον ἀποκρίνομαι, καὶ πρὸς Διοκλῆν συμβάλλομαι· τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστος ἀποφαίνεσθαι δίκαιός ἐστι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Οὕτως ὁ Σόλων, Ἄριστον αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπου τὰ χρήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία, μήτε φυλάττουσιν ἀπιστία, μήτε δαπανῶσι μετάνοια πρόσεστιν. Ὁ δὲ Βίας, Ἐν ᾧ τοιοῦτός ἐστιν ὁ δεσπότης δι' αὑτὸν, οἷος ἔξω διὰ τὸν νόμον. Ὁ δὲ Θάλης, Ἐν ᾧ πλείστην ἄγειν τῷ δεσπότῃ σχολὴν ἔξεστιν. Ὁ δὲ Κλεόβουλος, Εἰ πλείονας ἔχει τῶν φοβουμένων αὐτὸν τοὺς φιλοῦντας ὁ δεσπότης. Ὁ δὲ Πιττακὸς εἶπεν, Ὡς ἄριστος οἶκός ἐστιν ὁ τῶν περισσῶν μηδενὸς δεόμενος, καὶ τῶν ἀναγκαίων μηδενὸς ἐνδεόμενος. Ὁ δὲ Χίλων ἔφη, Δεῖν μάλιστα βασιλευομένῃ πόλει προσεοικέναι τὸν οἶκον· εἶτα προσεῖπεν, ὅτι Λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι, Πρῶτος, ἔφη, ποίησον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου δημοκρατίαν.

13. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος ἔσχεν ὁ λόγος τέλος, ἡ μὲν Εὔμητις ἐξῆλθε μετὰ τῆς Μελίσσης· τοῦ δὲ Περιάνδρου τῷ Χίλωνι προπιόντος εὐμεγέθη κύλικα, τῷ δὲ Βίαντι τοῦ Χίλωνος, Ἄρδαλος ἐπαναστὰς καὶ προσαγορεύσας τὸν Αἴσωπον, Σὺ δὲ οὐκ ἂν, ἔφη, διαπέμψαιο δεῦρο τὸ ποτήριον πρὸς ἡμᾶς, ὁρῶν τούτους ὥσπερ τὴν Βαθυκλέους κύλικα διαπεμπομένους ἀλλήλοις, ἑτέρῳ δὲ μὴ μεταδιδόντας; Καὶ ὁ Αἴσωπος, Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, ἔφη, τὸ ποτήριον δημοτικὸν εἶναι, Σόλωνι γὰρ ἔκπαλαι παράκειται μόνῳ. Τὸν οὖν Μνησίφιλον προσαγορεύσας ὁ Πιττακὸς ἠρώτησε, Τί οὐ πίνει ὁ Σόλων, ἀλλὰ καταμαρτυρεῖ τῶν ποιημάτων, ἐν οἷς γέγραφε·

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα καὶ Διονύσου,
καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

Ὑποφθάσας δὲ Ἀνάχαρσις, Σὲ γὰρ, ὦ Πιττακὲ, καὶ τὸν σὸν ἐκεῖνον τὸν χαλεπὸν φοβεῖται νόμον, ἐν ᾧ γέγραφας, Ἐάν τις ὁτιοῦν μεθύων ἁμάρτῃ, διπλασίαν ἢ τῷ νήφοντι τὴν ζημίαν εἶναι. Καὶ ὁ Πιττακὸς, Σὺ δέ γε, εἶπεν, οὕτως ἐξύβρισας εἰς τὸν νόμον, ὥστε πέρυσι γὰρ καὶ νυνὶ μεθυσθεὶς, * ἆθλον αἰτεῖν καὶ στέφανον. Τί δὲ

ipsum animal cochleæ nomine afficeres : itaque non injuria risum tibi movit Solon, qui cum domum Crœsi sumptuose ornatam vidisset, non statim pronuntiavit dominum ejus beate ac feliciter habitare : quod bona in ipso domino sita potius, quam quæ circa ipsum erant, spectare cuperet. Atque apparet te tuæ oblitum vulpis, quæ cum in certamen de varietate ornatus cum panthera venisset, ea quæ intus sibi essent ornamenta disceptatorem inspicere jubebat : his enim se magis varie, quam panthera esset, ornatam. Tu vero fabrorum et lapicidarum opera circumspicis, eaque pro domo habes : non ea quæ intus quisque sua habet, liberos, conjugium, amicos, familiam : cum quibus probe compositis si quis vel in fovea formicaria, vel in nido aliquo degit, rerumque communitate utitur, domum is bonam et beatam incolit. Hæc ego cum Æsopo responsa volo, tum pro mea stipe Diocli collata : reliqui pro se suam quisque sententiam pronuntianto. Tum Solon : *Ea*, inquit, *mihi optima videtur domus, ubi res est neque injuste parta, neque in ea vel conservanda, diffidentiæ, vel insumenda, pœnitentiæ est locus.* Bias : *in qua dominus sua sponte talem se gerit qualem foris propter leges.* Thales : *in qua plurimum otii domino conceditur.* Cleobulus : *in qua plures sunt qui diligant, quam qui metuant dominum.* Pittacus : *ubi neque requiruntur supervacanea, neque desiderantur necessaria.* Chilon : *maxime oportet domum urbi quæ sub rege est similem esse :* adjecitque, Lycurgum cuidam qui populare imperium Spartæ instituere ipsum juberet, respondisse, Prius tu hoc domi tuæ facito.

XIII. Hoc quoque sermone exacto, Eumetis cum Melissa exivit. Cum autem Periander Chiloni bene magnum calicem præbibisset, ac Chilo Bianti, Ardalus assurgens Æsopo ait : Tu vero non huc ad nos poculum transmittes, cum videas istos calicem tanquam Bathyclis poculum inter sese circummittere, nemini alteri impertire? Et Æsopus : ne hoc quidem, inquit, publicum esse videtur poculum, ita jamdiu soli adstat Soloni. Tum Mnesiphilum compellans Pittacus : Cur, ait, Solon non bibit, sed versus suos testimonio suo impugnat hosce,

Nunc Veneris mihi grata, et læti munera Bacchi,
Musarumque : viris dant ea lætitiam.

Subjecit autem Anacharsis : quia tuam illam duram timet legem, qua si quis per ebrietatem delinquat, duplam ejus, quæ sobrio infligeretur, pœnam constituisti. Tu vero, inquit Pittacus, ita contumeliose in legem meam peccasti, ut et superiore anno, et nunc ebrius, præmium poposceris atque coronam. Quidni, ait Ana-

οὐκ ἔμελλον, ἔφη ὁ Ἀνάχαρσις, τῷ πλεῖον πιόντι προκειμένων ἄθλων, πρῶτος μεθυσθεὶς, ἀπαιτεῖν τὸ νικητήριον; ἢ διδάξατέ με ὑμεῖς, τί τέλος ἐστὶ τοῦ πολὺν πιεῖν ἄκρατον, ἢ τὸ μεθυσθῆναι. Τοῦ δὲ Πιττακοῦ γελάσαντος, ὁ Αἴσωπος λόγον εἶπε τοιοῦτον· Λύκος ἰδὼν ποιμένας ἐσθίοντας ἐν σκηνῇ πρόβατον, ἐγγὺς προσελθὼν, Ἡλίκος ἂν ἦν ὑμῖν θόρυβος, εἰ ἐγὼ τοῦτο ἐποίουν! Καὶ ὁ Χίλων, Ὀρθῶς, ἔφη, Αἴσωπος ἠμύνατο, μικρὸν ἔμπροσθεν ἐπιστομισθεὶς ὑφ' ἡμῶν, εἶτα νῦν ὁρῶν ἑτέρους τὸν Μνησιφίλου λόγον ὑφῃρηκότας· Μνησίφιλος γὰρ ᾐτήθη τὴν ὑπὲρ Σόλωνος ἀπόκρισιν. Καὶ λέγω, ὁ Μνησίφιλος εἶπεν, εἰδὼς, ὅτι Σόλωνι δοκεῖ πάσης τέχνης καὶ δυνάμεως ἀνθρωπίνης τε καὶ θείας ἔργον εἶναι τὸ γινόμενον μᾶλλον, ἢ δι' οὗ γίνεται, καὶ τὸ τέλος, ἢ τὰ πρὸς τὸ τέλος· ὑφάντης γὰρ ἂν, οἶμαι, χλαμύδα ποιῆσαι μᾶλλον ἔργον αὐτοῦ καὶ ἱμάτιον, ἢ κανόνων διάθεσιν καὶ ἀνέγερσιν ἀγνύθων· χαλκεύς τε κόλλησιν σιδήρου καὶ στόμωσιν πελέκεως μᾶλλον, ἤ τι τῶν ἕνεκα τούτου γενομένων ἀναγκαίων, οἷον ἀνθράκων ἐκζωπύρησιν, ἢ λατύπης παρασκευήν· ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχιτέκτων μέμψαιτ' ἂν ἡμᾶς ἔργον αὐτοῦ μὴ ναῦν, μηδὲ οἰκίαν ἀποφαίνοντας, ἀλλὰ τρυπῆσαι ξύλα, καὶ φυρᾶσαι πηλόν· αἱ δὲ Μοῦσαι καὶ παντάπασιν, εἰ νομίζομεν αὐτῶν ἔργον εἶναι κιθάραν καὶ αὐλοὺς, ἀλλὰ μὴ τὸ παιδεύειν τὰ ἤθη, καὶ παρηγορεῖν τὰ πάθη τῶν χρωμένων μέλεσι καὶ ἁρμονίαις· οὐκοῦν οὐδὲ τῆς Ἀφροδίτης ἔργον ἐστὶ συνουσία καὶ μῖξις, οὐδὲ τοῦ Διονύσου μέθη καὶ οἶνος, ἀλλ' ἣν ἐμποιοῦσι διὰ τούτων φιλοφροσύνην, καὶ πόθον, καὶ ὁμιλίαν ἡμῖν, καὶ συνήθειαν πρὸς ἀλλήλους· ταῦτα γὰρ ἔργα θεῖα καλεῖ Σόλων, καὶ ταῦτά φησιν ἀγαπᾶν καὶ διώκειν μάλιστα πρεσβύτης γενόμενος. Ἔστι δὲ τῆς μὲν πρὸς γυναῖκας ἀνδρῶν ὁμοφροσύνης καὶ φιλίας δημιουργὸς ἡ Ἀφροδίτη, τοῖς σώμασιν ὑφ' ἡδονῆς ἅμα συμμιγνύουσα καὶ συντήκουσα τὰς ψυχάς· τοῖς δὲ πολλοῖς καὶ μὴ πάνυ συνήθεσι, μηδὲ ἄγαν γνωρίμοις, ὁ Διόνυσος ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάσσων τὰ ἤθη καὶ ἀνυγραίνων ἀρχήν τινα συγκράσεως πρὸς ἀλλήλους καὶ φιλίας ἐνδίδωσιν. Ὅταν δὲ τοιοῦτοι συνέλθωσιν ἄνδρες, οἵους ὁ Περίανδρος ὑμᾶς παρακέκληκεν, οὐδὲν ἔργον ἐστὶν, οἶμαι, κύλικος, οὐδὲ οἰνοχόης, ἀλλ' αἱ Μοῦσαι, καθάπερ κρατῆρα νηφάλιον, ἐν μέσῳ προθέμεναι τὸν λόγον, ᾧ πλεῖστον ἡδονῆς ἅμα καὶ παιδιᾶς καὶ σπουδῆς ἔνεστιν, ἐγείρουσι τούτῳ καὶ κατάρδουσι καὶ διαχέουσι τὴν φιλοφροσύνην, ἐῶσαι τὰ πολλὰ τὴν οἰνοχόην ἀτρέμα κεῖσθαι κρατῆρος ὕπερθεν, ὅπερ ἀπηγόρευσεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πίνειν μᾶλλον ἢ διαλέγεσθαι δυναμένοις.

Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
δαιτρὸν πίνωσιν, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
[ἕστηκεν]·

ἐπεὶ τάς τε προπόσεις αὐτὰς, ἔφη, πυνθάνομαι λέγειν τοῖς παλαιοῖς, ἔνδεινον, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ μετρητὸν

charsis, proposito ei qui plus bibisset præmio, primus inebriatus præmium victoriæ poscerem? aut vos me docete quis alius sit multum bibendi merum finis, quam inebriari? Cum risisset ad hæc Pittacus, Æsopus talem narravit fabulam: Lupus cum videret pastores in tabernaculo ovem comedere, propius accedens, Quantus, inquit, tumultus exortus esset, si hoc ego fecissem? Tum Chilo: Recte, ait, Æsopus sese ultus est, cui paulo ante cum os obturaverimus, nunc videt a nobis Mnesiphilo præripi facultatem respondendi, interrogato cur Solon non biberet. Atqui, inquit Mnesiphilus, sciens affirmo Solonis hanc esse sententiam, uniuscujusvis artis seu facultatis tam divinæ quam humanæ opus esse id potius quod ab ea efficitur, quam quo id confit, et finem, quam quæ ad finem pertinent. Nimirum enim textor suum opus magis dixerit lænam aut tunicam, quam radiorum dispositionem, et insubulorum excitationem: ac faber ferruminationem potius, aut securis aciem solidam, quam aliquid eorum quæ ejus gratia necessario fiunt, ut carbonum succensio, et apparatus ramenti lapidum: sed et architectus multo magis nos reprehendat, si opus ejus affirmemus esse non navim aut domum, sed ligna terebrare, et lutum miscere. Musæ autem omnino indignentur, si putemus ipsarum opus esse citharam et fistulam, non morum institutionem, et affectuum animi moderationem, quæ consequuntur qui cantilenis et concentibus utuntur. Ergo Veneris etiam opus non est concubitus et corporum mixtio, neque vinum et ebrietas Bacchi: sed qui his conciliatur amor, et desiderium, ac mutua consuetudo et familiaritas. Hæc divina opera Solon vocat, eaque se ait diligere et consectari maxime in senectute. Est autem amoris virorum ac mulierum mutui effectrix Venus, ob voluptatem corporibus simul commiscens ac colliquefaciens animos. Multi porro non admodum inter se noti aut familiares a Baccho vini veluti ignis opera cujusdam ingeniis emollitis atque humectatis principium aliquod contemperationis inter se amicitiæque nanciscuntur. Cæterum ubi tales conveniunt viri, quales vos Periander convocavit, nihil (puto) est quod calix aut poculum agat: sed ipsæ Musæ, proposi toin medium sermone, tanquam sobrietatis cratera, cui plurimum voluptatis, joci seriæque rei item permultum adest, eo excitant, rigantque et diffundunt amicitiam: plerumque sinentes cyathum super cratera quiescere, quod Hesiodus prohibuit fieri apud eos qui bibere potius quam disserere norunt.

Namque ubi se vino criniti forsan Achivi
largius invitant, plenus scyphus est tibi semper.

Alioqui teneo, apud antiquos moris fuisse ut propinarent invicem, certaque, ut apud Homerum est, mensura bi-

ἑκάστου πίνοντος, εἶτα, ὥσπερ Αἴας, μερίδας μεταδιδόντας αὖ τῷ πλησίον. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Μνησιφίλου, Χερσίας ὁ ποιητής· ἀφεῖτο γὰρ ἤδη τῆς αἰτίας καὶ διήλλακτο τῷ Περιάνδρῳ νεωστὶ, Χίλωνος δεηθέντος· Ἆρα οὖν καὶ τοῖς θεοῖς ὁ Ζεὺς, ὥσπερ τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ Ἀγαμέμνων, μετρητὸν ἔχει τὸ ποτὸν, ὅτε προὔπινον ἀλλήλοις ἑστιώμενοι παρ' αὐτῷ; Καὶ ὁ Κλεόδημος, Σὺ δὲ, ὦ Χερσία, εἶπεν, εἰ τὴν ἀμβροσίαν τῷ Διὶ πελειάδες τινὲς κομίζουσιν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, τὰς Πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι χαλεπῶς καὶ μόλις, οὐ νομίζεις καὶ τὸ νέκταρ * αὐτῷ δυσπόριστον εἶναι καὶ σπάνιον, ὥστε φείδεσθαι καὶ παρέχειν ἑκάστῳ τεταμιευμένον;

14. Καὶ ἴσως, εἶπεν ὁ Χερσίας· ἀλλ' εἴτε πάλιν οἰκονομίας λόγος γέγονε, τίς ἂν ὑμῶν φράσειεν ἡμῖν τὸ ἀπολειπόμενον; ἀπολείπεται δὲ, οἶμαι, κτήσεώς τι λαβεῖν μέτρον αὐτάρκους καὶ ἱκανῆς ἐσομένης. Καὶ ὁ Κλεόβουλος, Ἀλλὰ τοῖς μὲν σοφοῖς, ἔφη, τὸ μέτρον ὁ νόμος δέδωκε, πρὸς δὲ τοὺς φαύλους ἐρῶ λόγον τῆς ἐμῆς μητρὸς, ὃν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἶπεν· ἔφη γὰρ τὴν Σελήνην δεῖσθαι τῆς ἑαυτῆς μητρὸς, ὅπως αὐτῇ χιτώνιον ὑφάνῃ σύμμετρον· τὴν δὲ εἰπεῖν, Καὶ πῶς σύμμετρον ὑφήνω; νῦν μὲν γὰρ ὁρῶ σε πανσέληνον, αὖθις δὲ μηνοειδῆ, ποτὲ δὲ ἀμφίκυρτον. Οὕτω δὴ, ὦ φίλε Χερσία, καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἀνόητον καὶ φαῦλον οὐδέν ἐστι μέτρον οὐσίας· ἄλλοτε γὰρ ἄλλος ἐστὶ ταῖς χρείαις, διὰ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς τύχας, ὥσπερ ὁ Αἰσώπου κύων, ὃν οὑτοσί φησιν ἐν τῷ χειμῶνι συστρεφόμενον καὶ συσπειρώμενον διὰ τὸ ῥιγοῦν, οἰκίαν ποιεῖν διανοεῖσθαι, θέρους δὲ αὖ πάλιν ἐκτεταμένον καθεύδοντα, φαίνεσθαι μέγαν ἑαυτῷ, καὶ μήτε ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι, μήτε μικρὸν ἔργον, οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην. Ἦ γὰρ οὐχ ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ Χερσία, καὶ τοὺς μικροὺς νῦν μὲν εἰς μικρὰ κομιδῇ συστέλλοντας ἑαυτοὺς, ὡς στρογγύλως καὶ Λακωνικῶς βιωσομένους, νῦν δὲ, εἰ μὴ τὰ πάντων ἔχουσιν ἰδιωτῶν ἅμα καὶ βασιλέων, ὑπ' ἐνδείας ἀπολεῖσθαι νομίζοντας; Ὡς οὖν ὁ Χερσίας ἀπεσιώπησεν, ὑπολαβὼν ὁ Κλεόδημος, Ἀλλὰ καὶ τοὺς σοφοὺς, εἶπεν, ὑμᾶς ὁρῶμεν ἀνίσοις μέτροις τὰς κτήσεις νενεμημένας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντας. Καὶ ὁ Κλεόβουλος, Ὁ γάρ τοι νόμος, εἶπεν, ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, ὡς ὑφάντης ἑκάστῳ τὸ πρέπον ἡμῶν καὶ τὸ μέτριον καὶ ἁρμόττον ἀποδίδωσι· καὶ σὺ, καθάπερ τῷ νόμῳ, τῷ λόγῳ τρέφων καὶ διαιτῶν καὶ [δια]φαρμακεύων τοὺς κάμνοντας, οὐκ ἴσον ἑκάστῳ, τὸ δὲ προσῆκον ἀπονέμεις ἅπασιν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἄρδαλος, Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ τὸν ἑταῖρον ὑμῶν, Σόλωνος δὲ ξένον, Ἐπιμενίδην, νόμος τις ἀπέχεσθαι τῶν ἄλλων σιτίων κελεύει, τῆς δὲ ἀλίμου δυνάμεως, ἣν ἡδονὴν αὐτὸς συντίθησι, μικρὸν εἰς τὸ στόμα λαμβάνοντα διημερεύειν ἀνάριστον καὶ ἄδειπνον; Ἐπιστήσαντος δὲ τοῦ λόγου τὸ συμπόσιον, ὁ μὲν Θαλῆς ἐπισκώπτων, εὖ φρονεῖν ἔφη τὸν Ἐπιμενίδην, ὅτι μὴ βούλεται πράγματα ἔχειν ἀλῶν τὰ σιτία, καὶ πέττων ἑαυτῷ, καθάπερ Πιττακός. Ἐγὼ γὰρ,

berent per ordinem, quomodo Ajax partes carnis ei qui juxta assidebat obtulit. Hæc cum dixisset Mnesiphilus, Chersias poeta (jam enim crimine eum Periander absolverat, inque gratiam Chilone deprecante receperat): Nonne, inquit, Diis Jupiter, sicut heroibus Agamemnon, potum fundit dimensum, ut apud eum convivantes invicem propinarent? Et Cleodemus, Si, ait, palumbes quædam, sicut vos narratis, Jovi ambrosiam afferunt, volatu difficulter ægreque superatis saxis concurrentibus, quas Planctas Homerus vocat, non censes etiam nectar ipsum paratu difficile ac rarum esse, ut parce depromptum cuique deorum tribuatur?

XIV. Fortasse ita est, respondit Chersias. Sed vellem de re familiari disputationem repeti, ut quod ei deest ab aliquo vestrum explicetur: puto enim omissum esse, quis modus rei faciundæ sit sufficiens. Ad hæc Cleobulus: Atqui, inquit, lex mensuram sapientibus præscripsit: ineptis fabulam narrabo, quam mater mea fratri objecit. Aiebat enim Lunam a matre petiisse, ut sibi tuniculam congruentem texeret: ac matrem respondisse: Qui possim vero, cum te jam plenam, mox in cornua attenuatam, rursum dimidio orbe videam? Sic etiam, mi Chersia, homini fatuo et vitioso nulla mensura opum est: necessitates enim ejus subinde cupiditatibus et fortuitis casibus mutantur, suntque similes Æsopi cani, quem is ait hyeme sese contrahentem ob frigus ac convolventem cogitare de domo sibi paranda: æstate autem cum porrectus dormiat, magnum sibi videri, et putare neque necessarium, et magni laboris opus esse tantam exstruere domum. Nonne enim vides, Chersia, eos qui modo humiles plane in arctum se cogunt, utpote præcise ac Laconice victuri, paulo post nisi omnes privatorum regumque res possideant, existimare se ob inopiam perituros? Postquam Chersias tacuit, excipiens sermonem Cleodemus: Verumtamen, inquit, videmus vos quoque, qui sapientes estis, inæqualibus mensuris, si quis comparationem instituat, distributa bona possidere. Tum Cleobulus: Nimirum, ait, mi homo, lex veluti textor cuique congruam decentemque et mediocrem portionem attribuit: nam tu quoque ratione legis instar in alendis corporibus, victus ratione præscribenda, adhibendisque medicamentis utens, non æqualia omnibus, sed convenientia singulis tribuis. Subjecit Ardalus hæc: Numnam ergo etiam sodalem vestrum, Solonis hospitem, Epimenidem lex aliqua reliquis abstinere cibis jubet, ac tantum exiguam partem arcentis famem materiæ, Alimum Græci vocant, quam ipse sibi componit voluptatem, sumere ore, itaque impransum incœnatumque perdurare? Hæc oratio cum omnes convivas attentos tacitosque reddidisset, Thales jocans, probe facere Epimenidem dixit, qui molendo coquendoque cibos molestias sibi ipsi facere nollet: quod Pit-

εἶπε, τῆς ξένης ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος, Ἄλει, μύλα, ἄλει, καὶ γὰρ Πιττακὸς ἄλεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. Ὁ δὲ Σόλων ἔφη θαυμάζειν τὸν Ἄρδαλον, εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ Ἡσιόδου γεγραμμένον· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος Ἐπιμενίδῃ σπέρματα τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν, καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας,

Ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Οἴει γὰρ, ὁ Περίανδρος εἶπε, τὸν Ἡσίοδον ἐννοῆσαί τι τοιοῦτον, οὐκ ἐπαινέτην ὄντα φειδοῦς ἀεὶ καὶ πρὸς τὰ λιτότατα τῶν ὄψων ὡς ἥδιστα παρακαλεῖν ἡμᾶς; ἀγαθὴ μὲν γὰρ ἡ μαλάχη βρωθῆναι, γλυκὺς δὲ ὁ ἀνθέρικος· τὰ δὲ ἄλιμα ταῦτα καὶ ἄδιψα φάρμακα μᾶλλον ἢ σιτία πυνθάνομαι, καὶ μέλι καὶ τυρόν τινα βαρβαρικὸν δέχεσθαι, καὶ σπέρματα πάμπολλα τῶν οὐκ εὐπορίστων· πῶς οὖν οὐκ ἐν τῷ Ἡσιόδῳ τὸ πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ κείμενον,

Ἔργα βοῶν τ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν,

εἰ τοσαύτης δεήσει παρασκευῆς; Θαυμάζω δέ σου τὸν ξένον, * ὦ Σόλων, εἰ Δηλίοις ἔναγχος ποιησάμενος τὸν μέγαν καθαρμὸν, οὐχ ἱστόρησε παρ' αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν κομιζόμενα τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα, μετ' ἄλλων εὐτελῶν καὶ αὐτοφυῶν, μαλάχην καὶ ἀνθέρικον· ὧν εἰκός ἐστι καὶ τὸν Ἡσίοδον προξενεῖν ἡμῖν τὴν λιτότητα καὶ ἀφέλειαν. Οὐ ταῦτα, ἔφη, μόνα, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν λαχάνων ἑκάτερον ἐπαινεῖται. Καὶ ὁ Κλεόδημος, Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις· ἰατρικὸς γὰρ Ἡσίοδος, ὡς δῆλός ἐστιν, οὐκ ἀμελῶς οὐδὲ ἀπείρως, περὶ διαίτης, καὶ κράσεως οἴνου, καὶ ἀρετῆς ὕδατος, καὶ γυναικῶν διαλεγόμενος, καὶ συνουσίας καιροῦ, καὶ βρεφῶν καθίσεως. Ἀλλ' Ἡσιόδου μὲν ἐμοὶ δοκεῖ δικαιότερον Αἴσωπος αὑτὸν ἀποφαίνειν μαθητὴν ἢ Ἐπιμενίδης· τούτῳ γὰρ ἀρχὴν τῆς καλῆς ταύτης καὶ ποικίλης καὶ πολυγλώσσου σοφίας ὁ πρὸς τὴν ἀηδόνα λόγος τοῦ ἱέρακος παρέσχηκεν. Ἐγὼ δ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι Σόλωνος· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν πεπύσθαι, πολὺν χρόνον Ἀθήνησιν Ἐπιμενίδῃ συγγενόμενον· ὅ τι δὴ παθὼν ἢ σοφιζόμενος ἐπὶ τοιαύτην ἦλθε δίαιταν.

15. Καὶ ὁ Σόλων ἔφη, Τί δὲ τοῦτο ἐκεῖνον ἐρωτᾶν ἔδει; δῆλον γὰρ ἦν, ὅτι τοῦ μεγίστου τῶν ἀγαθῶν καὶ κρατίστου δεύτερόν ἐστι τὸ δεῖσθαι τροφῆς βραχυτάτης· ἢ εἰ τὸ μέγιστον εὐδοκεῖ, τὸ μηδὲ ὅλως τροφῆς δεῖσθαι. Οὐδαμῶς, ὁ Κλεόδημος, ἔμοιγε, εἶπεν, εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, καὶ μάλιστα παρακειμένης τραπέζης, ἀναιροῦσιν αἰρομένης τροφῆς φιλίων θεῶν [βωμὸν] οὖσαν καὶ ξενίων. Ὡς δὲ Θάλης λέγει, τῆς γῆς ἀναιρεθείσης, σύγχυσιν τὸν ὅλον ἕξειν κόσμον, οὕτως οἴκου διάλυσίς ἐστι· συναναιρεῖται γὰρ αὐτῇ πῦρ ἑστιοῦχον, ἑστία, κρατῆρες, ὑποδοχαί, ξενισμοί, φιλανθρωπότατα καὶ πρῶτα κοινωνήματα πρὸς ἀλλήλους, μᾶλλον δὲ σύμπας ὁ βίος, εἴ γε διαγωγή τις ἐστὶν ἀνθρώπου πρά-

taco usuveniret : se enim, cum in Lesbum venisset, audivisse hospitam sic cantare ad pistrinum : *Mole, pistrinum, mole, nam et Pittacus molit, rex magnæ Mitylenæ.* Solon autem : Miror, inquit, Ardale, legem de victus Epimenidis ratione non legisse te in Hesiodi scriptam versibus : is enim est, qui primus Epimenidi semina hujus alimenti præbuit, dum eum docuit quærere,

Quanta sit utilitas in malvis asphodelisque.

Existimas vero, inquit Periander, tale aliquid Hesiodo in mentem venisse, ac non potius eum, ut est assiduus parcimoniæ laudator, ad cibos vilissimos nos, quippe dulcissimi qui sint, voluisse adhortari : utilis enim est malvæ esus, et suavis hastula regia? ista vero famem ac sitim arcentia, medicamenta potius esse audio quam cibos, recipientia mel et caseum barbaricum, et multa minime vulgarium seminum : quomodo ergo non, quod est apud Hesiodum, *in fumo poneretur clavus, et*

Mulorumque opera, atque boum jam cuncta perirent,

si tanto opus foret apparatu? Miror autem tuum, Solon, hospitem, si, nuper cum Deliis magnam lustrationem faceret, non observavit ab ipsis in templum inferri monimenta atque exempla primi alimenti, cum aliis sponte sua nascentibus, malvam et albucum : quorum probabile est Hesiodum quoque nobis utilitatem ac simplicitatem commendare. Non hæc modo, inquit Anacharsis, sed et ut ad sanitatem inter præcipua conducens utraque planta laudatur. Recte dicis, ait Cleodemus : apparet enim Hesiodum medicum fuisse, qui tam accurate et perite de victus ratione, vini temperie, aquæ bonitate, lavacris, mulieribus, coitus tempore et infantium sessione disseruerit. Mihi autem videtur Æsopus rectius sese Hesiodi discipulum professurus quam Epimenides : ille enim pulchræ suæ et variæ ac multarum linguarum usu ornatæ sapientiæ initium sumpsit ex accipitris ad lusciniam sermone. Cuperem autem Solonem audire : probabile enim est hunc, cum Athenis Epimenide multum temporis usus sit familiariter, nosse qua de causa quove instituto is talem amplexus sit victus rationem.

XV. Quid attinebat, respondit Solon, ex eo causam quærere? cum in promptu sit, proximum a summo et maximo bono esse hoc, quam minimum requirere nutrimentum : vel, si recte creditum est summum bonum esse, nullo prorsus alimento indigere. Hoc vero mihi nequaquam videtur, inquit Cleodemus, si quidem licet dicere quod sentio : maxime mensa apposita, quæ alimento sublato tollitur, cum sit diis amicitiæ hospitiique patronis consecrata. Sicut autem Thales ait, terra dempta totius universi exstituram confusionem : sic mensa abolita necesse videtur esse omnes familiæ partes deletum iri : simul enim tollitur ignis Vestalis, focus sacer, crateres, convivia, hospitia, quæ prima sunt et humanissima hominum inter se

ξεων ἔχουσα διέξοδον, ὧν ἡ τῆς τροφῆς χρεία καὶ παρασκευὴ τὰς πλείστας παρακαλεῖ. Δεινὸν μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὸ γεωργίας αὐτῆς· διαλυομένη γὰρ αὖθις, ἀπολείπει γῆν ἡμῖν ἄμορφον καὶ ἀκάθαρτον, ὕλης ἀκάρπου καὶ ῥευμάτων πλημμελῶς φερομένων ἀπὸ ἀργίας ἀνάπλεων· συναπόλλυσι δὲ καὶ τέχνας πάσας καὶ ἐργασίας, ὧν ἔξαρχός ἐστι, καὶ παρέχει βάσιν πάσαις καὶ ὕλην· καὶ τὸ μηδέν εἰσι, ταύτης ἐκποδὼν γενομένης· καταλύονται καὶ τιμαὶ θεῶν, Ἡλίῳ δὲ μικρὰν, ἔτι δὲ ἔλαττω Σελήνῃ χάριν αὐγῆς μόνον καὶ ἀλέας ἀνθρώπων ἐχόντων, ὀμβρίῳ δὲ Διὶ, καὶ προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ φυταλμίῳ Ποσειδῶνι ποῦ βωμὸς ἔσται; ποῦ δὲ θυσία; πῶς δὲ χαριτοδότης ὁ Διόνυσος, εἰ δεησόμεθα μηδενὸς ὧν δίδωσι; τί δὲ θύσομεν, ἢ σπείσομεν; τίνος δὲ ἀπαρξόμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τῶν μεγίστων ἀνατροπὴν καὶ σύγχυσιν ἔχει πραγμάτων. Ἡδονῆς δὲ πάσης μὲν περιέχεσθαι καὶ πάντως, ἀλόγιστόν ἐστι, πᾶσαν δὲ φεύγειν καὶ πάντων, ἀναίσθητον. Τὴν μὲν οὖν ψυχὴν ἑτέραις τισὶν ἡδοναῖς χρῆσθαι κρείττοσιν ὑπαρχέτω· τῷ δὲ σώματι λαβεῖν ἡδονὴν τῆς ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι δικαιοτέραν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ὅπερ οὐδένα λέληθεν ἀνθρώπων· ἣν γὰρ ἐν μέσῳ θέμενοι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις δείπνων καὶ τραπέζης· ἀφροδισίων δὲ νύκτα καὶ πολὺ προβάλλονται σκότος, ἡγούμενοι ταύτης τὸ κοινωνεῖν ἀναίσχυντον εἶναι καὶ θηριῶδες, ὡς τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκείνης. Ὑπολαβὼν οὖν ἐγὼ, τοῦ Κλεοδήμου διαλιπόντος, Ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπον, ὅτι καὶ τὸν ὕπνον ἅμα τῇ τροφῇ συνεκβάλλομεν; ὕπνου δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲ ὄνειρός ἐστιν, * ἀλλ' οἴχεται τὸ πρεσβύτατον ἡμῖν μαντεῖον· ἔσται δὲ μονοειδὴς ὁ βίος, καὶ τρόπον τινὰ μάτην τὸ σῶμα περικείσεται τῇ ψυχῇ· τὰ πλεῖστα γὰρ αὐτοῦ καὶ κυριώτατα τῶν μερῶν ἐπὶ τὴν τροφὴν ὄργανα παρεσκεύασται, γλῶττα καὶ ὀδόντες, καὶ στόμαχος, καὶ ἧπαρ· ἀργὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ πρὸς ἄλλην συντεταγμένον χρείαν· ὥστε ὁ μὴ δεόμενος τροφῆς, οὐδὲ σώματος δεῖται· τοῦτο δὲ ἦν αὐτὸν αὐτοῦ μὴ δεῖσθαι· σὺν σώματι γὰρ ἡμῶν ἕκαστος. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἔφην ἐγὼ, ταύτας τῇ γαστρὶ συμβολὰς εἰσφέρομεν· εἰ δὲ Σόλων ἤ τις ἄλλος τι κατηγορεῖ, ἀκουσόμεθα.

16. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σόλων, μὴ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀκριτώτεροι φανῶμεν, οἳ τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ, εἶτ' αὐτὰ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον, τοῦ δὲ ἄλλου σώματος ἤδη καθαροῦ γεγονότος ἐπιμέλονται. Τῷ γὰρ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρταρος, ὡς ἐν ᾅδου, δεινῶν τινων ῥευμάτων, καὶ πνεύματος ὁμοῦ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένου καὶ νεκρῶν περίπλεως. Ζῶν γὰρ ἀπ' οὐδενὸς τρέφεται ζῶντος, ἀλλὰ θανατοῦντες τὰ ἔμψυχα καὶ τὰ φυόμενα τῷ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι μετέχοντα τοῦ ζῆν ἀπολλύντες ἀδικοῦμεν· ἀπόλλυται γὰρ ἐξ οὗ πέφυκε τὸ μεταβάλλον εἰς ἄλλο, καὶ πᾶσαν φθείρεται φθορὰν, ὅπως ἂν θατέρου τροφὴ γένοιτο. Τὸ δὲ ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, ὥσπερ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν

commercia : atque adeo tota vitæ ratio peribit, siquidem a negotiis aliquod est hominibus ad oblectationes diverticulum, quibus victus apparatio et usurpatio plurimum præbet materiæ. Jam et in agriculturam hoc mali redundabit, qua cessante tellus nobis relinquetur informis, atque inculta, ob vacationem operum repleta sterilis materiæ, et fluviorum eluvione inundata : unaque peribunt artes omnes atque opificia quibus illa præest, fundamentumque et materiam suppeditat, ac quæ, illa remota, nihil sunt. Quin et honor diis nullus porro erit : qui Soli exiguus, Lunæ etiam minor habebitur, ubi ad homines ab iis præter lucem et teporem nihil rediturum sit. Jovi autem pluvio, et Cereri arationis auspici, et Neptuno stirpibus prospero, ubi ara erit? ubi sacrificium? Aut quomodo gratiarum dator Bacchus erit, si nihil eorum quæ largitur ipsi requiremus? Quid sacrificabimus, quid libabimus, quas offeremus primitias? Omnia hæc cum summarum subversione rerum conjuncta sunt. Equidem brutum est omnes et usquequaque consectari voluptates : fugere autem omnes, idque omnino, voluptates, stupidi est. Esto enim suas quasdam peculiares et præstantiores animi esse, quibus is fruatur, voluptates : certe nulla est corpori alia, qua innocentius frui possit, quam ab alimento voluptas : quod omnibus est compertum hominibus. Mensa enim in medio proposita, communicant cœnis : rei venereæ tenebras prætexunt densas : quia hujus voluptatis communicationem belluinam impudentemque judicant perinde atque illius abstinentiam. Ubi finem dicendi fecit Cleodemus, ego succedens in partes ejus, Hoc vero, inquam, præteris, quod somnus simul cum nutrimento proscribitur : et somno sublato, somnia nulla sunt, ac vetustissima nobis divinandi ratio aboletur. Ad hæc vita informis erit nostra, ac quodammodo corpus animo frustra fuerit circumdatum : plurimæ enim ejus, et præcipuæ partes ita sunt factæ, ut instrumenta sint nutritionis : lingua videlicet, dentes, stomachus, jecur : quorum nihil vel frustra, vel ad alios comparatum est usus. Itaque alimento qui non opus habet, ne corpore quidem is indiget : quod est nihil aliud, quam ipsum se ipso opus non habere : nemo enim nostrum sine corpore est. Atque hæc quidem, inquam, ego veluti symbolum ad patrocinandum ventri dare volui : si Solon, aut alius habet aliquis quod objiciat criminis, paratus sum audire.

XVI. Maxime vero, inquit Solon, nisi si volumus videri judicio quam Ægyptii minus valere : ii enim mortuum dissecto ventre Soli ostendunt, deinde intestinis in profluentem abjectis, reliquum cadaver ut jam purgatum procurant. Revera enim corporis nostri contaminatio sunt ista, atque orcus, veluti apud inferos, exitiosis quibusdam fluminibus, et ventis simul atque igni confusis, cadaveribusque oppletus. Vivum quippe nullum vivo nutritur alimento : sed nos necantes ea, quæ animata sunt atque nascuntur, et vita non carent, eo liquet quod aluntur et augescunt, injuste agimus. Nam perit quod in aliam naturam mutatur, et prorsus interit, ut corpus alienum nutriat. Enimvero esu carnium abstinere, quod factitasse Orpheum il-

στοροῦσι, σόφισμα μᾶλλον ἢ φυγὴ τῶν περὶ τὴν τροφὴν ἀδικημάτων ἐστί. Φυγὴ δὲ μία καὶ καθαρμὸς εἰς δικαιοσύνην τελειοῖ αὐτάρκη καὶ ἀνενδεῆ γενέσθαι. Ὧ δὲ ἄνευ κακώσεως ἑτέρου τὴν αὑτοῦ σωτηρίαν ἀμήχανον ὁ θεὸς πεποίηκε, τούτῳ τὴν φύσιν ἀρχὴν ἀδικίας προστέθεικεν. Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον, ὦ φίλε, συνεκτεμεῖν ἀδικίᾳ κοιλίαν καὶ στόμαχον καὶ ἧπαρ; ἃ καλοῦ μὲν οὐδενὸς αἴσθησιν ἡμῖν οὐδὲ ὄρεξιν ἐνδίδωσι, σκεύεσι δὲ μαγειρικοῖς, οἷα κοπίδες καὶ λέβητες, τὰ δὲ μυλωθρικοῖς καὶ καμίνοις καὶ φρεωρύχοις καὶ μακτηρίοις ἔοικεν. Ἀτεχνῶς δὲ τῶν πολλῶν ἴδοι τις ἄν, ὥσπερ ἐν μύλωνι, τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἐγκεκαλυμμένην, ἀεὶ περὶ τὴν τῆς ψυχῆς χρείαν κυκλοῦσαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἡμεῖς ἄρτι μὲν οὔθ' ἑωρῶμεν ἀλλήλους οὔτε ἠκούομεν, ἀλλ' ἕκαστος ἐγκεκυφὼς ἐδούλευε τῇ περὶ τὴν τροφὴν χρείᾳ· νυνὶ δὲ ἀπαρθεισῶν τῶν τραπεζῶν, ἐλεύθεροι γεγονότες, ὡς ὁρᾷς, ἐστεφανωμένοι περὶ λόγους διατρίβομεν, καὶ ἀλλήλοις σύνεσμεν, καὶ σχολὴν ἄγομεν, εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι τροφῆς ἐληλυθότες. Ἆρ' οὖν, ἄνπερ ἡ νῦν οὖσα περὶ ἡμᾶς ἕξις ἄπαυστος διαμένῃ παρὰ πάντα τὸν βίον, οὐκ ἀεὶ σχολὴν ἕξομεν ἀλλήλοις συνεῖναι, μὴ δεδιότες πενίαν, μηδὲ εἰδότες πλοῦτον; ὁ γὰρ τῶν περισσῶν ζῆλος εὐθὺς ἀκολουθεῖ, καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων. Ἀλλ' οἴεται δεῖν τροφὴν εἶναι Κλεόδημος, ὅπως τράπεζαι καὶ κρατῆρες ὦσιν, καὶ Δήμητρι καὶ Κόρῃ θύηται τι. Ἕτερος δέ τις ἀξιούτω μάχας εἶναι καὶ πόλεμον, ἵνα καὶ τείχη καὶ νεωσοίκους καὶ ὁπλοθήκας ἔχωμεν, καὶ θύωμεν ἑκατομφόνια, καθάπερ φασὶ νόμον εἶναι Μεσσηνίοις. Ἄλλον δὲ πρὸς τὴν ὑγίειαν οἶμαι χαλεπαίνειν· δεινὸν γάρ, εἰ, μηδενὸς νοσοῦντος, οὐ στρωμνῆς τι μαλακῆς ὄφελος, οὐ κλίνης· οὐκ Ἀσκληπιῷ θύσομεν, οὐκ ἀποτροπαίοις· ἰατρικὴ δὲ μετὰ ὀργάνων καὶ φαρμάκων ἀποκείσεται τοσούτων ἀκλεὴς καὶ ἀπόθετος. Ἢ τί ἐκείνων διαφέρει; καὶ γὰρ ἡ τροφὴ λιμοῦ φάρμακον προσάγεται, καὶ θεραπεύειν ἑαυτοὺς λέγονται πάντες οἱ τρεφόμενοι δίαιταν, * οὐχ ὡς ἡδύ τι καὶ κεχαρισμένον, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον τοῦτο τῇ φύσει πράττοντες. Ἐπεὶ λύπας γε πλείονας ἔστιν ἀπὸ τῆς τροφῆς τῶν ἡδονῶν γινομένας καταριθμῆσαι· μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἡδονὴ καὶ τόπον ἔχει βραχὺν ἐν τῷ σώματι, καὶ χρόνον οὐ πολύν· ἡ δὲ περὶ τὴν διοίκησιν αὐτῆς ἀσχολία καὶ δυσχέρεια, τί δεῖ λέγειν, ὅσων αἰσχρῶν καὶ ἀνιηρῶν ἡμᾶς ἐμπίπλησιν; Οἶμαι γάρ, εἰς τοσαῦτα βλέψαντα τὸν Ὅμηρον ἀποδεῖξαι κεχρῆσθαι περὶ θεῶν τοῦ μὴ ἀποθνήσκειν, τῷ μὴ τρέφεσθαι·

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·
τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται·

ὡς μὴ μόνον τοῦ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποθνήσκειν [τὴν] τροφὴν ἐφόδιον οὖσαν. Ἐκ ταύτης γὰρ αἱ νόσοι, συντρεφόμεναι τοῖς σώμασιν, οὐκ ἔλαττον ἐνδείας κακὸν ἔχουσι τὴν πλήρωσιν· πολλάκις δὲ καὶ μεῖζόν ἐστιν ἔργον τοῦ πορίσαι τροφὴν καὶ συναγαγεῖν, τὸ καταναlum priscum accepimus, calumnia magis arguta est, quam vera depulsio criminis injuriarum a cibo profectarum. Unica est ratio vitandi sceleris, et purum se præstandi, si quis se ipso contentus, nihilque extra se positum desiderans vivat. Quem vero deus ita comparavit, ut citra aliorum damnum suam salutem tutari non possit, huic ille naturam injustitiæ principium destinavit. Nonne igitur, mi Diocles, æquum erat cum injustitia simul exscindere ventrem et stomachum et jecur? quæ membra nullius bonæ rei sensum appetitumve ingenerant : coquorum autem instrumentis similia sunt, cultris puta, lebetibus, tum molitoriis, caminis, et puteorum fossioni, panique coquendo inservientibus. Nimirum enim possis animadvertere in multis hominibus animam in corpore esse tanquam in pistrino abditam, ejus tantum necessitatum causa hac illac circumcursitantem. Quemadmodum profecto nos quoque paulo ante invicem non vidimus neque audivimus, sed quivis nostrum pronus necessitati nutritionis inserviebat : nunc mensis remotis liberati, ut vides, sertisque redimiti, inter nos disserimus, mutuaque fruimur consuetudine, et otio, soluti necessitate expetendi alimenti. Quod si is status, in quo sumus in præsentia, per omnem nostram duraret vitam, nonne in perpetuo simul degeremus otio, neque paupertatem metuentes, et divitiarum ignari? Studium enim rerum supervacanearum statim comitatur necessariorum fruitionem. Jam quod alimentum debere esse putat Cleodemus, ut mensæ sint, et crateres, possitque Cereri et Proserpinæ sacrificari : alius eodem jure dixerit bella debere esse et pugnas, ut muros, navalia, armamentariaque habeamus, et centum hostibus occisis Hecatomphonia immolemus, quam ferunt apud Messenios legem valere : alius etiam sanitatem indigne ferat : scilicet inique fuerit comparatum, si nemine ægrotante lecti mollis nullus sit usus, nullus culcitræ, neque Æsculapio sacrificemus, neque diis averruncatoribus; et medicina cum instrumentis medicamentisque suis ingloria et abjecta negligetur : quid enim hæc ab illo differunt? certe enim cibus ut remedium famis sumitur : et curare se ipsos dicuntur, quicunque victus ratione utuntur certa : quod non voluptatem aut jucunditatem aliquam consectentur, sed naturæ necessitati obsequantur. Etenim molestias quam voluptates plures enumerare licet a cibo ortas : imo autem voluptati in corpore et locus exiguus, et temporis parum est : cibi apparandi occupatio et difficultas quantis nos impleat turpitudinibus et doloribus, quid attinet dicere? Equidem Homerum arbitror eo respexisse, cum Deos immortales esse eo argumento demonstraret, quod alimento nullo uterentur :

Nam neque edunt Cereris, neque Bacchi munera potant;
hinc immortales, et cassi sanguine habentur :

significat enim, non vivendi modo, sed et moriendi viaticum esse nutrimentum. Hinc enim morbi corporibus adhærescunt, quibus repletio sæpius quam inedia causam præbet : ac plerumque majoris est laboris ingestum consumere et dissipare alimentum, quam compa-

λῶσαι καὶ τὸ διαφορῆσαι πάλιν εἰς τὸ σῶμα παραγενομένην. Ἀλλ' ὥσπερ εἰ διαποροῖεν αἱ Δαναΐδες, τίνα βίον βιώσονται, καὶ τί πράξουσιν, ἀπαλλαγεῖσαι τῆς περὶ τὸν πίθον λατρείας καὶ πληρώσεως· οὕτω διαποροῦμεν ἡμεῖς, εἰ γένοιτο παύσασθαι φοροῦντας εἰς τὴν σάρκα τὴν ἄτρυτον ἐκ γῆς ἅμα καὶ θαλάττης τοσαῦτα, τί πράξομεν, ἀπειρίᾳ τῶν καλῶν τὸν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις στέργοντες βίον. Ὥσπερ οὖν οἱ δουλεύσαντες, ὅταν ἐλευθερωθῶσιν, ἃ πάλαι τοῖς δεσπόταις ἔπραττον ὑπηρετοῦντες, ταῦτα πράττουσιν αὑτοῖς καὶ δι' αὑτούς· οὕτως ἡ ψυχὴ νῦν μὲν τρέφει τὸ σῶμα πολλοῖς πόνοις, καὶ ἀσχολίαις, εἰ δὲ ἀπαλλαγείη τῆς λατρείας, αὑτὴν δήπουθεν ἐλευθέραν γενομένην θρέψει, καὶ βιώσεται εἰς αὑτὴν ὁρῶσα καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐδενὸς περισπῶντος οὐδὲ ἀπάγοντος. Τὰ μὲν οὖν ῥηθέντα περὶ τροφῆς, ὦ Νίκαρχε, ταῦτ' ἦν.

VII. Jam primum in iis quæ contra animi sententiam contingunt, mecum considera quomodo sit affectus qui nullos credit esse deos : siquidem alias moderatus fuerit homo, tacitus fert fortunam suam, auxiliaque sibi et solatia comparat : quod si iniquius eam fert, omnes suas querelas in fortunam et casum dirigit, vociferaturque non juste aut a providentia dispensari humanas res, sed omnia confuse ac promiscue ferri atque raptari. Non hic mos est superstitiosi : sed etiamsi levissimum aliquid acciderit malum, sedet mœrendo, alios sibi difficiles affectus, magnosque et pertinaces affingens, ultroque sibi ingerens metus ac terrores, suspiciones, trepidationes, omnique luctu et gemitu percellitur : non enim hominem, fortunam, occasionem, seve accusat, sed omnia deo imputat : ab eo in se ingruisse ait fluxum calamitatis divinitus immissæ, neque infortunatum se, sed diis exosum hominem a diis puniri, istaque perpeti merito suo. Rursum impius ægrotans reputat memoriaque recolligit quoties cibo se nimio aut vino oneraverit, aut victus rationem conturbaverit, aut labore contentiore defatigaverit, tum aëris aut loci mutationes insolitas. Quod si in gerenda republica offendit, et a populo ignominia affectus, aut apud principem falso crimine delatus est, causam in seipso et suis perquirit,

quæ prætergressus, quid gestum in tempore, quid non ?

At superstitioso quævis et corporis invaletudo, et pecuniæ jactura, et liberorum mors, et in actionibus civilibus offensio aut repulsa pro diritate divinitus invecta et ictu numinis habetur : itaque non audet opitulari, aut corrigere casum, neque mederi aut reluctari, ne videatur repugnare deo, eique pœnam infligenti resistere. Si ægrotat, excluditur medicus : si in luctu est, arcetur philosophus consolatum veniens : *Sine*, inquit, *me pœnas dare, hominem impium et detestabilem, diis geniisque exosum.* Hominis est deum esse ignorantis, ubi ingens dolor incessit, lacrymas abstergere, comam desecare, vestem ponere. Sed superstitiosum alloquendi aut sublevandi nulla permittitur occasio : foris sedet amictus sacco, aut sordidis cinctus centonibus : sæpe etiam nudus in cœno se volutans, peccata

κυλινδούμενος, ἐξαγορεύει τινὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ πλημμελείας, ὡς τόδε φαγόντος, ἢ πιόντος, ἢ βαδίσαντος ὁδὸν, ἣν οὐκ εἴα τὸ δαιμόνιον· ἂν δὲ ἄριστα πράττῃ, καὶ συνῇ πράῳ δεισιδαιμονίᾳ, περιθυόμενος οἴκοι κάθηται, περιματτόμενος, αἱ δὲ γρᾶες, καθάπερ παττάλῳ, φησὶν ὁ Βίων, ὅ τι ἂν τύχωσιν, αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι.

8. Τὸν Τηρίβαζόν φασιν ὑπὸ τῶν Περσῶν συλλαμβανόμενον, σπάσασθαί τε τὸν ἀκινάκην, εὔρωστον ὄντα, καὶ διαμάχεσθαι· μαρτυρομένων δὲ καὶ βοώντων, ὅτι συλλαμβάνουσιν αὐτὸν βασιλέως κελεύσαντος, αὐτίκα τὸ ξίφος καταβαλεῖν, καὶ τὼ χεῖρε συνδῆσαι παρασχεῖν. Ἆρ' οὖν οὐχ ὅμοιόν ἐστι τὸ γινόμενον; οἱ μὲν ἄλλοι διαμάχονται συμφοραῖς, καὶ διωθοῦνται τὰ πράγματα, φυγὰς ἑαυτοῖς μηχανώμενοι καὶ παρατροπὰς τῶν ἀβουλήτων· ὁ δὲ δεισιδαίμων, οὐδενὸς ἀκούσας, αὐτὸς πρὸς αὑτὸν εἰπὼν, Ταῦτα πάσχεις, ὦ κακόδαιμον, ἐκ προνοίας καὶ θεοῦ κελεύοντος, ἔῤῥιψε πᾶσαν ἐλπίδα, προήκατο ἑαυτὸν, ἔφυγε, διεκρούσατο τοὺς βοηθοῦντας. Πολλὰ τῶν μετρίων κακῶν ὀλέθρια ποιοῦσιν αἱ δεισιδαιμονίαι. Μίδας ὁ παλαιὸς, ὡς ἔοικεν, ἔκ τινων ἐνυπνίων ἀθυμῶν καὶ ταραττόμενος, οὕτω κακῶς ἔσχε τὴν ψυχὴν, ὥστε ἑκουσίως ἀποθανεῖν, αἷμα ταύρου πιών. Ὁ δὲ τῶν Μεσσηνίων βασιλεὺς Ἀριστόδημος, ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ, κυνῶν λύκοις ὠρυομένων ὅμοια, καὶ περὶ τὴν ἑστίαν αὐτοῦ τὴν πατρῴαν ἀγρώστεως ἀναβλαστανούσης, καὶ τῶν μάντεων τὰ σημεῖα φοβουμένων, ἐξαθυμήσας καὶ κατασβεσθεὶς ταῖς ἐλπίσιν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. Ἦν * δὲ ἴσως καὶ Νικίᾳ τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ κράτιστον οὕτως ἀπαλλαγῆναι τῆς δεισιδαιμονίας, ὡς Μίδας ἢ Ἀριστόδημος, ἢ φοβηθέντι τὴν σκιὰν ἐκλιπούσης τῆς σελήνης καθῆσθαι περιτειχιζόμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων· εἶτα ὁμοῦ τέτταρσι μυριάσιν ἀνθρώπων φονευθέντων ἢ ζώντων ἁλόντων, ὑποχείριον γενέσθαι, καὶ δυσκλεῶς ἀποθανεῖν. Οὐ γὰρ γῆς ἀντίφραξις ἐν μέσῳ γενομένης φοβερὸν, οὐδὲ δεινὸν ἐν καιρῷ περιόδων σκιᾶς πρὸς σελήνην ἀπάντησις· ἀλλὰ δεινὸν τὸ τῆς δεισιδαιμονίας σκότος, ἐμπεσόντος ἀνθρώπου συγχέαι, καὶ τυφλῶσαι λογισμὸν ἐν πράγμασι μάλιστα λογισμοῦ δεομένοις.

> Γλαῦχ', ὅρα· βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν ταράσσεται
> πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεῦον ὀρθὸν ἵσταται νέφος,
> σῆμα χειμῶνος·

τοῦτο ἰδὼν κυβερνήτης εὔχεται μὲν ὑπεκφυγεῖν, καὶ θεοὺς ἐπικαλεῖται σωτῆρας, εὐχόμενος δὲ τὸν οἴακα προσάγει, τὴν κεραίαν ὑφίησι,

> Φεύγει μέγα λαῖφος ὑποστολίσας
> ἐρεβώδεος ἐκ θαλάσσης.

Ὁ Ἡσίοδος κελεύει πρὸ ἀρότρου καὶ σπόρου τὸν γεωργὸν εὔχεσθαι Διί τε χθονίῳ Δημήτερί θ' ἁγνῇ τῆς ἐχέτλης ἐχόμενον· Ὅμηρος δὲ τὸν Αἴαντά φησι τῷ Ἕκτορι μέλλοντα μονομαχεῖν, εὔχεσθαι κελεύειν τοὺς Ἕλληνας ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς θεοῖς, εἶτα εὐχομένων ἐκεί-

quædam sua aut delicta eloquitur, quod aliquid ederit, biberitve, aut aliquo ambulaverit invito numine. Si vero optime cum ipso agatur, et superstitione laboret benigna, domi sedet, omnis generis sacrificiis circumdatus; vetulæ enim ei tanquam paxillo, ut Bio dicebat, in quamcunque inciderint rem, eam pro amuleto appendunt.

VIII. Teribazum ferunt, cum a Persis comprehenderetur, stricto acinace, ut erat vir robustus, sese defendere aggressum, testantibus iis ac vociferantibus jussu regis se ipsum capere, statim abjecto ense, manus ligandas porrexisse. Nonne id de quo disputamus, eodem modo habet? Alii repugnant rebus adversis, easque repellunt, et effugia sibi machinantur aversionesque incommodorum. Superstitiosus vero nemine alio hoc dicente, ipse sibi denuntians, miserum se providentia jussuque divino ista pati, omnem abjicit spem, prodit se ipsum, aversatur opitulantes. Multa mala de mediocribus exitialia redegit superstitio. Midas ille priscus perturbatus quibusdam, ut fertur, somniis, animique anxius, eo pervenit mœstitiæ, ut poto tauri sanguine mortem ultro sibi conscisceret. Aristodemus Messeniorum rex, in bello contra Lacedæmonios, cum canes luporum instar ululassent, et circa lares paternos *agrostis* herba enata esset, eaque signa arioli metuerent, animum despondit, sibique manus attulit. Ac, ni fallor, Niciam quoque Atheniensium ducem multo erat melius Midæ aut Aristodemi exemplo superstitione liberari, quam metu umbræ lunæ delinquentis otiosum sedere, dum ab hostibus circumcluderetur, ac deinde quadraginta millibus suorum partim occisis partim captis in potestatem hostium veniret, turpique morte periret. Nihil enim mali est, quod interjectu terræ luna a sole aliquando non illustratur, et in terræ umbram luna certis circuitionibus incidit. Id miserum est, quod Superstitionis caligini incidens homo ita confunditur, rationisque usus ejus excæcatur, cum eum res maxime flagitant. *Glauce,*

> Fluctus cœrulei jam mare concitant,
> et nubes rapidi prævia turbinis
> in gyrum celeri volvitur impetu :

hoc videns gubernator, votis quidem salutem expetit, ac deos Servatores invocat : inter vota nihilominus clavum adducit, antennas demittit,

> Atque inflata Noto carbasa contrahens
> obducto tenebris effugit e mari.

Hesiodus agricolæ præcipit, *ut ante arationem atque sationem stivam tenens vota nuncupet Diti ac Cereri.* Et apud Homerum Ajax singulari prœlio cum Hectore congressurus, Græcos jubet deos pro se comprecari,

νων ὁπλίζεσθαι. Καὶ ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτε τοῖς μαχομένοις προσέταξεν,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,

τότε παρὰ τοῦ Διὸς αἰτεῖ,

Δός με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον·

ἀρετῆς γὰρ ἐλπὶς ὁ θεός ἐστιν, οὐ δειλίας πρόφασις. Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι, σαββάτων ὄντων, ἐν ἀγνάπτοις καθεζόμενοι, τῶν πολεμίων κλίμακας προστιθέντων, καὶ τὰ τείχη καταλαμβανόντων, οὐκ ἀνέστησαν, ἀλλ' ἔμειναν ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνδεδεμένοι.

9. Τοιαύτη μὲν ἐν τοῖς ἀβουλήτοις καὶ περιστατικοῖς λεγομένοις πράγμασι καὶ καιροῖς ἡ δεισιδαιμονία· βελτίων δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἐν τοῖς ἡδίοσι τῆς ἀθεότητος. Ἥδιστα δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἑορταὶ καὶ εἰλαπίναι πρὸς ἱεροῖς, καὶ μυήσεις καὶ ὀργιασμοὶ, καὶ κατευχαὶ θεῶν καὶ προσκυνήσεις. Ἐνταῦθα τοίνυν σκόπει τὸν ἄθεον, γελῶντα μὲν μανικὸν καὶ Σαρδώνιον γέλωτα τούτοις ποιουμένοις, καί που παραφθεγγόμενον ἀτρέμα πρὸς τοὺς συνήθεις, ὅτι τετύφωνται καὶ δαιμονῶσιν οἱ θεοῖς ταῦτα δρᾶσθαι νομίζοντες, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔχοντα κακόν. Ὁ δὲ δεισιδαίμων βούλεται μὲν, οὐ δύναται δὲ χαίρειν, οὐδὲ ἥδεσθαι·

Πόλις δὲ ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων

ἡ ψυχὴ τοῦ δεισιδαίμονος. Ἐστεφανωμένος ὠχριᾷ, θύει καὶ φοβεῖται, εὔχεται φωνῇ παλλομένῃ, καὶ χερσὶν ἐπιθυμιᾷ τρεμούσαις· καὶ ὅλως ἀποδείκνυσι τὸν Πυθαγόρου λόγον φλυαρὸν, εἰπόντος, Ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες· τότε γὰρ ἀθλιώτατα καὶ κάκιστα πράττουσιν οἱ δεισιδαίμονες, ὥσπερ ἄρκτων φωλεοῖς, ἢ χειαῖς δρακόντων, ἢ μυχοῖς κητῶν, τοῖς τῶν θεῶν μεγάροις ἢ ἀνακτόροις προσιόντες.

10. Ὅθεν ἔμοιγε καὶ θαυμάζειν ἔπεισι τοὺς τὴν ἀθεότητα φάσκοντας ἀσέβειαν εἶναι, μὴ φάσκοντας δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. Καίτοι γε Ἀναξαγόρας δίκην ἔφυγεν ἀσεβείας ἐπὶ τῷ λίθον εἰπεῖν τὸν ἥλιον· Κιμμερίους δὲ οὐδεὶς εἶπεν ἀσεβεῖς, ὅτι τὸν ἥλιον οὐδ' εἶναι τοπαράπαν νομίζουσι. Τί σὺ λέγεις; ὁ μὴ νομίζων θεοὺς εἶναι, ἀνόσιός ἐστιν· ὁ δὲ τοιούτους νομίζων, οἵους οἱ δεισιδαίμονες, οὐ μακρῷ δόξαις ἀνοσιωτέραις σύνεστιν; Ἔγωγ' οὖν ἂν ἐθέλοιμι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους λέγειν περὶ ἐμοῦ, μήτε γεγονέναι * τοπαράπαν μηδὲ εἶναι Πλούταρχον, ἢ λέγειν, ὅτι Πλούταρχός ἐστιν ἄνθρωπος ἀβέβαιος, εὐμετάβολος, εὐχερὴς πρὸς ὀργὴν, ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι τιμωρητικὸς, μικρόλυπος· ἂν καλῶν ἐπὶ δεῖπνον ἑτέρους, παραλίπῃς ἐκεῖνον· ἂν, ἀσχολίας σοι γενομένης, ἐπὶ θύρας μὴ ἔλθῃς· ἢ μὴ προσείπῃς· διέδεταί σου τὸ σῶμα προσφὺς, καὶ συλλαβὼν ἀποτυμπανιεῖ τὸ παιδίον, ἢ θηρίον ἔχων τοῖς καρποῖς ἐφήσει, καὶ λυμανεῖται τὴν ὀπώραν. Τοῦ Τιμοθέου τὴν Ἀρτε-

ipse illis precantibus se armat. Et Agamemnon postquam pugnaturis præcepit,

Hastam quisque acuat, clypeumque fideliter aptet :

tum demum Jovem sic precatur,

Da Priami nobis evertere funditus aulam.

Virtutis enim spes, non timiditatis prætextus est deus. At vero Judæi sabbato desidentes sordidis in vestibus, hostibus scalas muris admoventibus, murosque occupantibus nihil se moverunt, sed superstitione tanquam reti capti se continuerunt.

IX. Talis est Superstitio rebus et occasionibus voluntati nostræ non convenientibus, et cum periculo conjunctis. Sed ne in jucundioribus quidem rebus præstat Impio Superstitiosus. Sunt vero jucundissimæ hominibus res, feriæ, epulæ ad templa, invitationes, orgia, votorum nuncupationes, et venerationes. Hic si consideres impium, videbis eum insano diffluentem cachinno, Sardonioque ista risu ludentem, et alicubi ad familiares submissa voce dicentem, vano fastu agi et insanire qui deos his rebus coli opinentur, præterea autem mali nihil eum habentem. Superstitiosus autem cupit quidem, sed non potest gaudere aut delectari,

urbs tota cum suffitibus referta sit,
pæanibusque : gemitibus et suspiriis

anima superstitiosi occupatur. Pallet coronatus, sacrificans trepidat, tremente voce vota facit, manibus adolet titubantibus, omninoque ostendit nugatum esse Pythagoram, cum diceret *optime nos habere cum ad deos accedimus* : tunc enim miserrime pessimeque affecti animo sunt superstitiosi, non aliter quam si ad ursorum caveas, aut draconum foveas, cetorumve specus irent, ad templa delubraque deorum adeuntes.

X. Itaque mirari me subit eos, a quibus Impietatis damnantur qui deos esse negant, et Superstitio Impietas esse non putatur. Atqui Anaxagoras Impietatis damnatus est, quod solem dixisset esse lapidem. Cimmerios nemo impios judicavit, qui ne esse quidem ullum censent solem. Quid ais? qui opinatur nullos esse deos, Impius est ? qui tales esse credit quales superstitiosus, non longe magis impiis opinionibus tenetur? Ego sane malim inter homines de me hunc esse sermonem, nullum omnino fuisse nec esse Plutarchum, quam hoc dici, Plutarchum hominem inconstantem, mutabilem, pronum ad iram, vindictæ ob levissimas causas cupidum, ob minima quæque indignantem : qui si vocandis ad cœnam aliis ipsum prætereas, aut occupatione impeditus ad eum non veneris salutatum, mordicus arrepto tibi corpus exedat, aut filium abreptum excarnificet, aut belluam ad hoc educatam frugibus tuis immittat vastetque proventus telluris. Athenis cum

μιν ᾄδοντος ἐν Ἀθήναις, καὶ λέγοντος, Θυάδα, φοιβάδα, μαινάδα, λυσσάδα, Κινησίας ὁ μελοποιὸς ἐκ τῶν θεατῶν ἀναστὰς, Τοιαύτη σοι, εἶπε, θυγάτηρ γένοιτο. Καὶ μὴν ὅμοια τούτοις καὶ χείρονα περὶ Ἀρτέμιδος οἱ δεισιδαίμονες ὑπολαμβάνουσιν, αἵ τε κἂν ἀπ' ἀγχόνας ἀίξασα, αἵ τε καλεχόνα κναίσατε, αἵ τε κἂν ἔκκεκρος μαίουσα ἂν πεφυρμένα ἐσῆλθες, αἵ τε καὶ ἐκ τριπόδων καθ' ἑρμάτεσσιν ἐπισπώμενα τῷ παλαμναίῳ συμπλεχθεῖσα. Οὐδὲν δὲ τούτων ἐπιεικέστερα φρονήσουσι περὶ Ἀπόλλωνος, περὶ Ἥρας, περὶ Ἀφροδίτης· πάντας γὰρ τούτους τρέμουσι καὶ δεδοίκασι. Καίτοι τί τοσοῦτον ἡ Νιόβη περὶ τῆς Λητοῦς ἐβλασφήμησεν, οἷον ἡ δεισιδαιμονία πέπεικε περὶ τῆς θεοῦ τοὺς ἄφρονας; ὡς ἄρα λοιδορηθεῖσα κατετόξευσε τῆς ἀθλίας γυναικὸς

Ἕξ μὲν θυγατέρας, ἓξ δ' υἱεῖς ἡβώοντας·

οὕτως ἄπληστος ἀλλοτρίων κακῶν ἦν καὶ ἀνίλαστος. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ἡ θεὸς χολὴν εἶχε, καὶ μισοπόνηρος ἦν, καὶ ἤλγει κακῶς ἀκούουσα, καὶ μὴ κατεγέλα τῆς ἀνθρωπίνης ἀμαθίας καὶ ἀγνοίας, ἀλλ' ἠγανάκτει· τούτους ἔδει τοξεῦσαι τοὺς τοσαύτην ὠμότητα καὶ πικρίαν καταψευδομένους αὐτῆς, καὶ τοιαῦτα γράφοντας καὶ λέγοντας. Τῆς γοῦν Ἑκάβης προβαλλόμεθα τὴν πικρίαν ὡς βάρβαρον καὶ θηριώδη, λεγούσης,

— Τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι
ἐσθέμεναι προσφῦσα·

τὴν δὲ Συρίαν θεὸν οἱ δεισιδαίμονες νομίζουσιν, ἂν μαινίδα τις ἢ ἀφύας φάγῃ, τὰ ἀντικνήμια διεσθίειν, ἕλκεσι τὸ σῶμα πιμπλάναι, συντήκειν τὸ ἧπαρ.

11. Ἆρ' οὖν τὸ μὲν λέγειν τὰ φαῦλα περὶ τῶν θεῶν, ἀνόσιον, τὸ δὲ δοξάζειν, οὐκ ἀνόσιον; ἢ καὶ τὴν φωνὴν ἄτοπον ἡ δόξα ποιεῖ τοῦ βλασφημοῦντος; Καὶ γὰρ ἡμεῖς τὴν βλασφημίαν, ὅτι δυσμενείας σημεῖόν ἐστι, προβαλλόμεθα· καὶ τοὺς κακῶς ἡμᾶς λέγοντας, ἐχθροὺς νομίζομεν, ὡς καὶ ἀπίστους καὶ κακῶς φρονοῦντας. Ὁρᾷς δὲ, οἷα περὶ τῶν θεῶν οἱ δεισιδαίμονες φρονοῦσιν, ἐμπλήκτους, ἀπίστους, εὐμεταβόλους, τιμωρητικοὺς, ὠμοὺς, μικρολυπους ὑπολαμβάνοντες· ἐξ ὧν ἀνάγκη καὶ μισεῖν τὸν δεισιδαίμονα καὶ φοβεῖσθαι τοὺς θεούς. Πῶς γὰρ οὐ μέλλει, τὰ μέγιστα τῶν κακῶν αὐτῷ δι' ἐκείνους οἰόμενος γεγονέναι, καὶ πάλιν γενήσεσθαι; μισῶν δὲ θεοὺς καὶ φοβούμενος, ἐχθρός ἐστι· κἂν δέδιε καὶ προσκυνεῖ καὶ θύει, καὶ κάθηται πρὸς ἱεροῖς, οὐ θαυμαστός ἐστι· καὶ γὰρ τοὺς τυράννους ἀσπάζονται, περιέπουσι, χρυσοῦς ἀνιστᾶσιν, ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ, κάρτα θύοντες. Ἀλέξανδρον Ἑρμόλαος ἐθεράπευε, Παυσανίας ἐδορυφόρει Φίλιππον, Χαιρέας Γάϊον· ἀλλ' ἕκαστος τούτων ἔλεγε παρακολουθῶν·

Ἦ σ' ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη.

Οὐκ οἴεται θεοὺς εἶναι ὁ ἄθεος· ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, πιστεύει δὲ ἄκων· ἀπιστεῖν γὰρ φοβεῖται. Καίτοι γε, ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ὑπαιωρούμενος, οὕτω καὶ οὗτος τὸν φόβον, ὡς οὐχ

Timotheus caneret Dianam *insanam*, *furiosam*, *divino instinctu concitam*, *rabiosam*, surgens de spectatoribus Cinesias cantilenarum conditor, *Talis*, inquit, *tibi detur filia*. Atqui similia his atque etiam deteriora superstitiosi de Diana sentiunt : *Quæ et ad suspendium ruentem feminam*, *Quæ et puerperam incendat : Quæ et e domo funebri inquinata et conspurcata tibi superveniat : Quæ et in trivio purgamentis involans*, *Piaculo te implicet*. Neque his meliora sentient de Apolline, Junone, et Venere : omnes enim hos deos metuunt ac tremunt. Et vero quid tam contumeliose dixit Niobe de Latona, quam de hac credere fecit Superstitio fatuos homines? scilicet eam maledicto irritatam sagittis confecisse miseræ Niobes

Sex natas, totidem natosque ætate vigentes :

adeo implacabilis scilicet erat, ut exsatiari alienis calamitatibus nequiret. Quæ dea si revera fel habebat, malosque oderat, et ferre maledicta nequibat, neque ridebat potius inscitiam ignorationemque humanam, succensere profecto iis debuit, qui tantam ei acerbitatem sævitiamque falso tribuunt, taliaque de ipsa dicunt ac litteris mandant. Objicimus Hecubæ immanitatem ut belluinam et barbaram, quæ dicit :

— Utinam medium jecur ejus
nacta vorare queam.

At Syriam deam superstitiosi putant, si quis mænam aut apuam edat, ejus crura corrodere, corpus ulceribus opplere, jecur colliquare.

XI. An ergo dicere de diis prava impium est, sentire non item ? aut vocem potius improbam opinio facit maledicentis? certe enim ideo maledicta damnamus, quia signum sunt malevolentiæ : et qui male nobis dicunt, eos pro inimicis habemus, ut infidos et male de nobis cogitantes. Vides quid de diis sentiant superstitiosi? insanos, infideles, mutabiles, vindictæ cupidos, crudeles, et qui minimis rebus offendantur, eos esse putant; unde necesse est superstitiosum et odisse deos et metuere. Quidni enim? cum ab iis maxima sibi illata esse, illatumque iri mala existimet. Jam qui deum odit et metuit, ejus est inimicus. Neque interim mirum est, quod eos timens, adorat ac sacris veneratur, et ad templa assidet. Nam tyrannos quoque coli videmus et salutari, iisque aureas statuas poni ab iis qui tacite eos oderunt et exsecrantur quamvis sacrificantes. Alexandrum Hermolaus demerebatur, stipator Philippi erat Pausanias, Chærea C. Caligulæ : sed horum unusquisque inter assectandum dicebat,

certe equidem pendes, modo sint vires mihi, pœnas.

Non credit deos esse impius : superstitiosus nullos esse cupit, invitusque esse credit, non audens diffidere. Quod si posset, sicut Tantalus lapidem cupit a se removere, superstitiosus opinionem suam, qua non levius

ἧττον ὑπ' αὐτοῦ πιεζόμενος, ἀγαπήσειεν ἄν, καὶ μακαρίσειε τὴν τοῦ ἀθέου διάθεσιν, ὡς ἐλευθερίαν· νυνὶ δὲ τῷ μὲν ἀθέῳ δεισιδαιμονίας οὐδὲν μέτεστιν, ὁ δὲ δεισιδαίμων τῇ προαιρέσει ἄθεος ὤν, ἀσθενέστερός ἐστιν ἢ ὥστε δοξάζειν περὶ θεῶν ὃ βούλεται.

12. * Καὶ μὴν ὁ ἄθεος δεισιδαιμονίας οὐδαμῇ συναίτιος· ἡ δὲ δεισιδαιμονία τῇ ἀθεότητι καὶ γενέσθαι παρέσχεν ἀρχὴν, καὶ γενομένῃ δίδωσιν ἀπολογίαν, οὐκ ἀληθῆ μὲν οὐδὲ καλὴν, προφάσεως δέ τινος οὐκ ἄμοιρον οὖσαν. Οὐ γὰρ ἐν οὐρανῷ τι μεμπτὸν, οὐδ' ἐν ἄστροις, οὐδ' ἐν ὥραις, ἢ περιόδοις σελήνης ἢ κινήσεσιν ἡλίου περὶ γῆν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς δημιουργοῖς, ἢ τροφαῖς ζώων, ἢ καρπῶν γενέσεσι πλημμελὲς καὶ ἄτακτον ἐνιδόντες, οὕτως ἀθεότητα τοῦ παντὸς κατέγνωσαν· ἀλλὰ τῆς δεισιδαιμονίας ἔργα καὶ πάθη καταγέλαστα, καὶ ῥήματα, καὶ κινήματα, καὶ γοητεῖαι, καὶ μαγεῖαι, καὶ περιδρομαὶ, καὶ τυμπανισμοὶ, καὶ ἀκάθαρτοι μὲν καθαρμοὶ, ῥυπαραὶ δὲ ἁγνεῖαι, βάρβαροι δὲ καὶ παράνομοι πρὸς ἱεροῖς κολασμοὶ καὶ προπηλακισμοί· ταῦτα δίδωσιν ἐνίοις λέγειν, ὡς μὴ εἶναι θεοὺς ἄμεινον, ἢ εἶναι, τοιαῦτα μὲν δεχομένους, τοιούτοις δὲ χαίροντας, οὕτω δὲ ὑβριστὰς, οὕτω δὲ μικρολόγους καὶ μικρολύπους.

13. Οὐκ ἄμεινον οὖν ἦν Γαλάταις ἐκείνοις καὶ Σκύθαις, τοπαράπαν μήτε ἔννοιαν ἔχειν θεῶν, μήτε φαντασίαν, μήτε ἱστορίαν, ἢ θεοὺς εἶναι νομίζειν χαίροντας ἀνθρώπων σφαττομένων αἵμασι, καὶ τελεωτάτην θυσίαν καὶ ἱερουργίαν ταύτην νομίζοντας; Τί δὲ Καρχηδονίοις οὐκ ἐλυσιτέλει Κριτίαν λαβοῦσιν ἢ Διαγόραν νομοθέτην ἀπ' ἀρχῆς, μήτε τινὰ θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζειν, ἢ τοιαῦτα θύειν, οἷα τῷ Κρόνῳ ἔθυον; οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι τῶν τὰ ζῶα θυόντων καθαπτόμενος,

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας,
σφάζει, ἐπευχόμενος μέγα νήπιος·

ἀλλ' εἰδότες καὶ γινώσκοντες αὐτοὶ τὰ αὑτῶν τέκνα καθιέρευον· οἱ δὲ ἄτεκνοι παρὰ τῶν πενήτων ὠνούμενοι παιδία κατέσφαζον, καθάπερ ἄρνας ἢ νεοσσούς· παρειστήκει δὲ ἡ μήτηρ ἄτεγκτος καὶ ἀστένακτος· εἰ δὲ στενάξειεν ἢ δακρύσειεν, ἔδει τῆς τιμῆς στέρεσθαι, τὸ δὲ παιδίον οὐδὲν ἧττον ἐθύετο· κρότου δὲ κατεπίμπλατο πάντα πρὸ τοῦ ἀγάλματος ἐπαυλούντων καὶ τυμπανιζόντων, ἕνεκα τοῦ μὴ γενέσθαι τὴν βόησιν τῶν θρήνων ἐξάκουστον. Εἰ δὲ Τυφῶνές τινες ἢ Γίγαντες ἦρχον ἡμῶν τοὺς θεοὺς ἐκβαλόντες, ποίαις ἂν ἥδοντο θυσίαις, ἢ τίνας ἄλλας ἱερουργίας ἀπῄτουν; Ἄμηστρις δὲ ἡ Ξέρξου γυνὴ δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας ὑπὲρ αὑτῆς τῷ ᾅδῃ· ὃν ὁ Πλάτων φησὶ φιλάνθρωπον ὄντα καὶ σοφὸν καὶ πλούσιον, πειθοῖ καὶ λόγῳ κατέχοντα τὰς ψυχὰς, ᾅδην ὠνομάσθαι. Ξενοφάνης δὲ ὁ φυσικὸς τοὺς Αἰγυπτίους, κοπτομένους ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ θρηνοῦντας ὁρῶν, ὑπέμνησεν οἰκείως· Οὗτοι, φησὶν, εἰ μὲν θεοί εἰσι, μὴ θρηνεῖτε αὐτούς· εἰ δὲ ἄνθρωποι, μὴ θύετε αὐτοῖς.

urgetur, abs se projicere, amplecteretur utique et beatam duceret impii sententiam, ut liberalem. Nunc impius quidem superstitione vacat, superstitiosus autem animi instituto impius, imbecillior est quam ut sentiat de diis quod vult.

XII. Præterea impius nusquam Superstitioni causam aliqua ex parte præbet : Superstitio et initium præbuit Impietati, et ortæ patrocinium non justum quidem aut honestum, tamen præscriptionis non exsors. Non enim in hanc sententiam homines venerunt ut Universum diis carere putarent, quod in cœlo, sideribus, tempestatibus, conversionibus et motibus solis circa terram, quibus dies et nox efficiuntur, aut alimentis animalium, frugumve proventibus culpandum aliquid inordinatumve viderent : sed ridicula superstitionis opera atque affectus, verba, motus, præstigiæ, incantationes, circumcursitationes, tympanorum pulsationes, lustrationes impuræ, sordidæ castimoniæ, barbarica et injusta in templis supplicia ac contumeliæ, occasionem exhibuerunt nonnullis dicendi, præstare nullos esse deos, quam qui talia probent iisque delectentur, adeoque sint contumeliosi, sordidi et morosi.

XIII. Nonne enim magis expediebat Galatis istis et Scythis nunquam in mentem venisse aliquid de diis, nihilque eos de ullo numine imaginatos fuisse aut auditu percepisse, quam opinari deos esse, qui sanguine jugulatorum hominum gaudeant, idque esse perfectissimum sacrificium statuant? Nonne utilius erat Carthaginiensibus jam inde ab initio Critia vel Diagora ad condendas leges adhibito decernere nullum esse deum, nullum genium, quam talia sacra facere, qualibus illi Saturno operabantur? ubi non, ut Empedocles ait, reprehendens eos qui animalia sacrificant,

Mutata genitor jugulans sua pignora forma
immolat, et vanis stultus ferit aera votis;

sed scientes prudentesque suos ipsi liberos sacrificabant : et quibus nulla erat proles, ii a pauperibus infantes tanquam agnos aut pullos avium ad eam rem emebant : adstabatque mater sine luctu aut gemitu, quæ si ederet aut fleret, pretio mulctabatur, et infans nihilominus mactabatur : et ante simulacrum omnia strepitu fistularum tympanorumque opplebantur, ne ejulatus mactati exaudiri posset. Quod si Typhones aliqui aut Gigantes, diis profligatis, nobis imperarent, putasne alia eos sacrificia, aliosve ritus fuisse desideraturos? Amestris, quæ Xerxis fuit uxor, Plutoni duodecim pro sese vivos homines defodit : quem quidem Ditem sive Haden Plato ait hoc nominis inde habere, quod humanus cum sit, et sapiens, atque dives, persuadendo ac sermone animas detineat. Xenophanes Physicus cum videret in solemnibus festivitatibus plangere et ejulare Ægyptios, apte eos sic monuit : *Hi siquidem dii sunt, nolit eos lugere; sin homines sint, nolite iis sacrificare.*

14. Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω πολυπλανὲς καὶ πολυπαθὲς νόσημα, καὶ μεμιγμένον ἐναντίαις δόξαις καὶ μαχομέναις μᾶλλον, ὡς τὸ τῆς δεισιδαιμονίας. Φευκτέον οὖν αὐτὴν ἀσφαλῶς τε καὶ συμφερόντως· οὐχ ὥσπερ οἱ λῃστῶν ἢ θηρίων ἔφοδον, ἢ πῦρ ἀπερισκέπτως καὶ ἀλογίστως περιφεύγοντες, ἐμπίπτουσιν εἰς ἀνοδίας βάραθρα καὶ κρημνοὺς ἐχούσας. Οὕτω γὰρ ἔνιοι φεύγοντες τὴν δεισιδαιμονίαν, ἐμπίπτουσιν εἰς ἀθεότητα τραχεῖαν καὶ ἀντίτυπον, ὑπερπηδήσαντες ἐν μέσῳ κειμένην τὴν εὐσέβειαν.

XIV. Cæterum nullus est animi morbus tam multis erroribus perturbationibusque scatens, ac tam inter se dissidentibus et pugnantibus opinionibus refertus, atque Superstitio. Fugienda itaque hæc est : non tamen eo modo, quo nonnulli latronum aut ferarum impetum, ignemve inconsiderate et imprudenter fugientes, incidunt in loca invia, ubi præcipitia sunt et voragines periculosæ. Sic enim quidam superstitionem fugientes, dum transiliunt in medio positam Pietatem, in asperam pertinacemque incidunt Impietatem.

*ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ

ΤΡΑΙΑΝΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὦ μέγιστε αὐτοκράτορ, Καῖσαρ Τραϊανέ, οὐχ ἧττον οἰόμενος βασιλικὸν καὶ φιλάνθρωπον εἶναι τοῦ μεγάλα διδόναι τὸ μικρὰ λαμβάνειν εὐμενῶς καὶ προθύμως, ἐπείπερ ἐλαύνοντος αὐτοῦ καθ' ὁδὸν, αὐτουργὸς ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης, οὐδὲν ἔχων ἕτερον, ἐκ τοῦ ποταμοῦ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ὕδωρ ὑπολαβὼν προσήνεγκεν, ἡδέως ἐδέξατο καὶ ἐμειδίασε, τῇ προθυμίᾳ τοῦ διδόντος, οὐ τῇ χρείᾳ τοῦ διδομένου, τὴν χάριν μετρήσας. Ὁ δὲ Λυκοῦργος εὐτελεστάτας ἐποίησεν ἐν Σπάρτῃ τὰς θυσίας, ἵνα ἀεὶ τοὺς θεοὺς τιμᾶν ἑτοίμως δύνωνται καὶ ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν παρόντων. Τοιαύτῃ δή τινι γνώμῃ κἀμοῦ λιτά σοι δῶρα καὶ ξένια καὶ κοινὰς ἀπαρχὰς προσφέροντος ἀπὸ φιλοσοφίας, ἅμα τῇ προθυμίᾳ καὶ τὴν χρείαν ἀπόδεξαι τῶν ἀπομνημονευμάτων, εἰ ὅρον ἔχει τινὰ πρὸς κατανόησιν ἠθῶν καὶ προαιρέσεων ἡγεμονικῶν, ἐμφαινομένων τοῖς λόγοις μᾶλλον ἢ ταῖς πράξεσιν αὐτῶν. Καίτοι καὶ βίους ἔχει τὸ σύνταγμα τῶν ἐπιφανεστάτων παρά τε Ῥωμαίοις καὶ παρ' Ἕλλησιν ἡγεμόνων καὶ νομοθετῶν καὶ αὐτοκρατόρων. Ἀλλὰ τῶν μὲν πράξεων αἱ πολλαὶ τύχην ἀναμεμιγμένην ἔχουσιν, αἱ δὲ γινόμεναι παρὰ τὰ ἔργα καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς τύχας ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, ὥσπερ ἐν κατόπτροις, καθαρῶς παρέχουσι τὴν ἑκάστου διάνοιαν ἀποθεωρεῖν. Καὶ Σειράμνης δὲ ὁ Πέρσης πρὸς τοὺς θαυμάζοντας, ὅτι τῶν λόγων αὐτοῦ νοῦν ἐχόντων, αἱ πράξεις οὐ κατορθοῦνται, τῶν μὲν λόγων ἔφη κύριος αὐτὸς εἶναι, τῶν δὲ πράξεων τὴν τύχην μετὰ τοῦ βασιλέως. Ἐκεῖ μὲν οὖν ἅμα αἱ ἀποφάσεις τῶν ἀνδρῶν τὰς πράξεις παρακειμένας ἔχουσαι, σχολάζουσαν φιληκοΐαν περιμένουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς καθ' αὑτοὺς, ὥσπερ δείγματα τῶν βίων καὶ σπέρματα συνειλεγμένους, οὐδὲν οἴομαί σοι τὸν καιρὸν ἐνοχλήσειν, ἐν βραχέσιν πολλῶν ἀναθεώρησιν ἀνδρῶν ἀξίων μνήμης γενομένων λαμβάνοντι.

REGUM ET IMPERATORUM APOPHTHEGMATA.

PLUTARCHUS

TRAJANO IMPERATORI S. P.

Artaxerxes Persarum rex, Trajane Cæsar, Imperator maxime, existimans non minus regiam majestatem decere et humanitatem, parva benigne alacriterque accipere, quam magna largiri, cum sibi iter facienti operarius quidam ac plebeius homo utraque manu haustam e profluente aquam (quia nihil habebat aliud) obtulisset, hilari vultu accepit, munus non usu rei oblatæ, sed studio dantis metiens. Et Lycurgus minimi sumptus sacrificia Spartæ constituit, ut deos immortales honorandi semper in promptu esset copia. Eo consilio ipse quoque tenue tibi munus, ac strenam, et primitias philosophiæ communes cum offeram, auctoris juxta studium, et commentarii utilitatem ut probes rogo ; si conducet ad perspicienda ingenia institutaque animi principum virorum, quæ magis in dictis eorum quam actionibus elucent. Sane etiam Vitas habet opus nostrum de claris apud Romanos et Græcos ducibus, legislatoribus, et imperatoribus. Verum enimvero pleræque actiones admixtam habent fortunam : quæ vero inter agendum, interque animi affectiones et eventa proferuntur voces atque pronuntiata, pure tanquam in speculis contemplandum uniuscujusque animi sensum proponunt. Ac Siramnes etiam Persa, admirantibus quod cum sermone uteretur prudenti, actiones tamen ipsius successu destituerentur, dixit : Se in sua potestate orationem habere suam, in actiones suas fortunæ ac regi jus esse. Cæterum in eo quod dixi opere dicta una cum factis commemorata, auditorem studio cognoscendi captum, sed eumdem otio fruentem exspectant : hic ipsos pro se collectos sermones, tanquam vitarum specimina et semina, legendi tempus arbitror tibi non fore molestum : cum brevi ejus spatio possis multos homines memorabiles considerare.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΚΥΡΟΥ.

1. Πέρσαι τῶν γρυπῶν ἐρῶσι, καὶ καλλίστους ὑπολαμβάνουσι, διὰ τὸ Κῦρον, ἀγαπηθέντα μάλιστα τῶν βασιλέων, γεγονέναι γρυπὸν τὸ εἶδος.

2. Ἔλεγε δὲ Κῦρος, ἑτέροις ἀναγκάζεσθαι τἀγαθὰ πορίζειν τοὺς αὑτοῖς μὴ θέλοντας· ἄρχειν δὲ μηδενὶ προσήκειν, ὃς οὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων.

3. Βουλομένους δὲ τοὺς Πέρσας ἀντὶ τῆς ἑαυτῶν, οὔσης ὀρεινῆς καὶ τραχείας, πεδιάδα καὶ μαλακὴν χώραν λαβεῖν, οὐκ εἴασεν, εἰπὼν, ὅτι καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται.

ΔΑΡΕΙΟΥ.

1. Δαρεῖος ὁ Ξέρξου πατὴρ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζων, ἔλεγεν ἐν ταῖς μάχαις καὶ παρὰ τὰ δεινὰ γίγνεσθαι φρονιμώτερος.

2. Τοὺς δὲ φόρους τοῖς ὑπηκόοις τάξας, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε, μὴ βαρεῖς εἰσι· φησάντων δὲ μετρίως ἔχειν, * ἐκέλευσε τελεῖν τοὺς ἡμίσεις ἕκαστον.

3. Ῥοιὰν δὲ μεγάλην ἀνοίξας, πυθομένου τινὸς, τί ἂν ἔχειν βούλοιτο τοσοῦτον, ὅσον ἐστὶ τῶν κόκκων τὸ πλῆθος, εἶπε, Ζωπύρους· ἦν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ φίλος ὁ Ζώπυρος.

4. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν αἰκισάμενος ὁ Ζώπυρος, καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα περικόψας, ἐξηπάτησε Βαβυλωνίους, καὶ πιστευθεὶς ὑπ' αὐτῶν παρέδωκε Δαρείῳ τὴν πόλιν, πολλάκις ὁ Δαρεῖος εἶπεν, οὐκ ἂν ἐθελῆσαι λαβεῖν ἑκατὸν Βαβυλῶνας ἐπὶ τῷ μὴ Ζώπυρον ἔχειν ὁλόκληρον.

ΣΕΜΙΡΑΜΙΔΟΣ.

Σεμίραμις δὲ ἑαυτῇ κατασκευάσασα τάφον, ἐπέγραψεν, Ὅστις ἂν χρημάτων δεηθῇ βασιλεὺς, διελόντα τὸ μνημεῖον, ὅσα βούλεται, λαβεῖν. Δαρεῖος οὖν διελὼν, χρήματα μὲν οὐχ εὗρε, γράμμασι δὲ ἑτέροις ἐνέτυχε τάδε φράζουσιν· Εἰ μὴ κακὸς ἦσθ' ἀνὴρ καὶ χρημάτων ἄπληστος, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἐκίνεις.

ΞΕΡΞΟΥ.

1. Ξέρξῃ τῷ Δαρείου περὶ τῆς βασιλείας ἀμφισβητῶν ὁ ἀδελφὸς Ἀριμένης, κατέβαινεν ἐκ τῆς Βακτριανῆς· ἔπεμψεν οὖν αὐτῷ δῶρα, φράσαι κελεύσας τοὺς διδόντας, Τούτοις σε τιμᾷ νῦν Ξέρξης ὁ ἀδελφός· ἐὰν δὲ βασιλεὺς ἀναγορευθῇ, πάντων ἔσῃ παρ' αὐτῷ μέγιστος. Ἀποδειχθέντος δὲ τοῦ Ξέρξου βασιλέως, ὁ μὲν Ἀριμένης εὐθὺς προσεκύνησε, καὶ τὸ διάδημα περιέθηκεν, ὁ δὲ Ξέρξης ἐκείνῳ τὴν δευτέραν μεθ' ἑαυτὸν ἔδωκε τάξιν.

2. Ὀργισθεὶς δὲ Βαβυλωνίοις ἀποστᾶσι, καὶ κρατήσας, προσέταξεν ὅπλα μὴ φέρειν, ἀλλὰ ψάλλειν καὶ αὐλεῖν καὶ πορνοβοσκεῖν καὶ καπηλεύειν, καὶ φορεῖν κολπωτοὺς χιτῶνας.

3. Ἀττικὰς δὲ ἰσχάδας οὐκ ἂν ἔφη φαγεῖν ὠνίους

APOPHTHEGMATA CYRI.

I. Persæ adunco naso præditos amant, pulcherrimosque eos judicant : quod tali forma fuit Cyrus, quo neminem regum ii majoris fecerunt.

II. Is dixit, qui sibi ipsis nollent, eos cogi aliis commoda parare. Item : magistratu dignum non esse quemquam, qui non sit melior subditis.

III. Cum Persæ vellent pro sua regione, montosa ea et aspera, aliam planam et mollem occupare, prohibuit : quod diceret et stirpium semina, et hominum mores locis assimilari.

DARII.

I. Darius Xerxis pater laudans se ipsum, dicebat se in prœliis et periculis esse solito prudentiorem.

II. Cum tributa imponeret subditis, proceres provinciarum evocatos interrogabat an ea essent gravia : cumque responderent esse mediocria, dimidium ejus quod proposuerat singulos pendere jubebat.

III. Aperto grandi malo punico, interrogatus, cujus rei tantam sibi optaret multitudinem quanta esset granorum ejus mali : respondit, Zopyrorum : erat autem Zopyrus amicus regis, et vir bonus.

IV. Is Zopyrus cum seipsum naso et auribus amputatis fœdasset, deceptisque hac fraude Babyloniis, rebus ab iis præfectus urbem Dario prodidisset, sæpenumero Darius dixit : Malle se integrum habere Zopyrum, quam centum Babylonibus potiri.

SEMIRAMIDIS.

Semiramis cum ipsa sibi sepulcrum condidisset, inscripsit hæc : Si quis rex pecunia indiguerit, is recluso hoc monimento, sumat quantum volet. Darius, aperto eo, nullam invenit pecuniam, sed in aliam incidit inscriptionem, cujus hic erat sensus : *Nisi malus fuisses homo, et pecuniæ insatiabilis, nunquam sane loculos mortuorum invasisses.*

XERXIS.

I. Arimenes cum fratre suo Xerxe Darii filio de regno contendens, e Bactriana descendebat. Ei Xerxes dona misit, ministris mandans, ut significarent his eum a fratre in præsentia affici, qui si regnum obtineret, primam ei apud se statuerit dignitatem, summamque potentiam deferre. Xerxe rege renuntiato, statim coram eo Arimenes genua flexit, illique diadema imposuit; Xerxes autem eum a se fecit secundum.

II. Idem Xerxes iratus Babyloniis ob defectionem, cum eos in potestatem suam redegisset, interdixit armorum gestatione : jussitque fidibus et fistulis canere, lenocinium et cauponam exercere, ac tunicas gestare sinuosas.

III. Ficus Atticas negavit se comesturum venum

κομισθείσας, ἀλλ' ὅταν τὴν φέρουσαν κτήσηται χώραν. Ἕλληνας δὲ κατασκόπους ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαβὼν, οὐδὲν ἠδίκησεν, ἀλλὰ τὴν στρατιὰν ἀδεῶς ἐπιδεῖν κελεύσας διαφῆκεν.

ΑΡΤΑΞΕΡΞΟΥ.

1. Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ μακρόχειρ προσαγορευθεὶς διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, ἔλεγεν, ὅτι τὸ προσθεῖναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστι.

2. Πρῶτος δὲ πρωτοβολεῖν ἐκέλευσε τῶν συγκυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους.

3. Πρῶτος δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι τῶν ἡγεμονικῶν τιμωρίαν ἔταξεν, ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα μαστιγοῦν, μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια, καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτίλλεσθαι, τὴν τιάραν ἀποθεμένων.

4. Σατιβαρζάνην δὲ τὸν κατακοιμιστὴν αἰτούμενόν τι παρ' αὐτοῦ τῶν μὴ δικαίων, αἰσθόμενος ἐπὶ τρισμυρίοις δαρεικοῖς τοῦτο ποιοῦντα, προσέταξε τῷ ταμίᾳ τρισμυρίους δαρεικοὺς κομίσαι· καὶ διδοὺς αὐτῷ, Λάβε, εἶπε, ὦ Σατιβαρζάνη· ταῦτα μὲν γὰρ δοὺς οὐκ ἔσομαι πενέστερος, ἐκεῖνα δὲ πράξας, ἀδικώτερος.

ΚΥΡΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Κῦρος ὁ νεώτερος τοὺς Λακεδαιμονίους συμμαχεῖν αὐτῷ παρακαλῶν, ἔλεγε τοῦ ἀδελφοῦ καρδίαν ἔχειν βαρυτέραν, καὶ πλείονα πίνειν ἄκρατον αὐτοῦ καὶ φέρειν βέλτιον· ἐκεῖνον δὲ μόλις ἐν ταῖς θήραις ἐπὶ τῶν ἵππων μένειν, ἐν δὲ τοῖς δεινοῖς μηδὲ ἐπὶ τοῦ θρόνου. Παρεκάλει δὲ ἄνδρας ἀποστέλλειν πρὸς αὐτὸν, ἐπαγγελλόμενος τοῖς μὲν πεζοῖς ἵππους δώσειν· τοῖς δὲ ἵππους ἔχουσιν, ἅρματα· τοῖς δὲ χωρία κεκτημένοις, κώμας· τοὺς δὲ κώμας ἔχοντας, πόλεων κυρίους ποιήσειν· ἀργυρίου δὲ καὶ χρυσίου οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλὰ σταθμὸν ἔσεσθαι.

ΑΡΤΑΞΕΡΞΟΥ ΤΟΥ ΜΝΗΜΟΝΟΣ.

1. Ἀρταξέρξης ὁ τούτου μὲν ἀδελφὸς, Μνήμων δὲ καλούμενος, οὐ μόνον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἑαυτὸν ἀνέδην παρεῖχεν, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα τὴν γνησίαν ἐκέλευσε τῆς ἁρμαμάξης τὰς αὐλαίας περιελεῖν, ὅπως οἱ δεόμενοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνωσι.

2. * Πένητος δὲ ἀνθρώπου μῆλον ὑπερφυὲς μεγέθει προσενέγκαντος αὐτῷ, δεξάμενος ἡδέως, Νὴ τὸν Μίθραν, εἶπεν, οὗτός μοι δοκεῖ καὶ πόλιν ἂν ἐκ μικρᾶς μεγάλην πιστευθεὶς ἀπεργάσασθαι. Ἐν δὲ φυγῇ τινι τῆς ἀποσκευῆς αὐτοῦ διαρπαγείσης, ξηρὰ σῦκα φαγὼν καὶ κρίθινον ἄρτον, Οἵας, εἶπεν, ἡδονῆς ἄπειρος ἤμην.

ΠΑΡΥΣΑΤΙΔΟΣ.

Παρύσατις ἡ Κύρου καὶ Ἀρταξέρξου μήτηρ, ἐκέλευε τὸν πρὸς βασιλέα μέλλοντα μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι.

ΟΡΟΝΤΟΥ.

Ὀρόντης ὁ βασιλέως Ἀρταξέρξου γαμβρὸς, ἀτιμίᾳ περιπεσὼν δι' ὀργὴν, καὶ καταγνωσθεὶς, ἔφη, Καθάπερ

allatas : sed tum, cum potitus fuerit terra eas producente. Cum in exercitu deprehendisset Græcos exploratores, jussit exercitum tuto perspicere, illæsosque dimisit.

ARTAXERXIS.

I. Artaxerxes Xerxis filius Longimanus cognomento, quod alteram manum haberet longiorem, dicebat : Magis regium esse addere, quam detrahere.

II. Hic primus in venatione jussit eum sociorum qui vellet ac posset, primum conjicere telum.

III. Idem primus instituit, ut cum principes viri supplicio afficerentur, non corpora, sed vestes quibus se exuissent flagellarentur, et non crines capitis evellerentur, sed tiara deponeretur.

IV. Satibarzanæ cubiculario injustum aliquid a se petenti, cum intelligeret hoc fieri impetrandorum trigesies millium Daricorum gratia, eam pecuniam a quæstore jussu suo allatam tradidit, inquiens : Accipe, Satibarzana : hoc enim largitus, nihilo pauperior fuero : isthuc vero si fecissem, essem injustior.

CYRI MINORIS.

Cyrus minor cum Lacedæmonios ad societatem belli hortaretur, dicebat se fratre esse cordatiorem, plusque meri illo bibere posse ac melius ferre : illum in venatione difficulter in equo, terrore oblato ne in solio quidem manere. Hortabatur ut sibi viros auxilio mitterent, promittens se peditibus equos, equitibus currus, iis qui villas possiderent, pagos; qui pagos, his urbes daturum, et argentum atque aurum non numero, sed pondere largiturum.

ARTAXERXIS MNEMONIS.

I. Hujus frater Artaxerxes, Mnemon (id est Memor) cognomine, non tantum compellantibus liberalissime vacabat, sed et uxorem suam jubebat pilenti aulæa dimovere, ut posset ab iis qui vellent compellari in via.

II. Cum ei pauper quidam pomum eximiæ magnitudinis obtulisset, hilare accepto eo : Per Solem, inquit, videtur hic mihi commissam sibi urbem de parva magnam redacturus. Cum impedimenta ejus quadam in fuga essent direpta, ficus comedens aridas et hordeaceum panem : Quantæ, ait, voluptatis imperitus fui.

PARYSATIDIS.

Parysatis Cyri et Artaxerxis mater eum qui libere cum rege colloqui vellet, byssinis jubebat uti verbis.

ORONTIS.

Orontes regis Artaxerxis gener ignominia a rege irato affectus ac damnatus, dixit : Quemadmodum

οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, τὸ αὐτὸ καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους, νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι, νῦν δὲ τοὐλάχιστον.

digiti rationes supputantium modo decem millia, modo unitatem repræsentant : ita regum amicos aliquando summo, mox infimo haberi loco.

ΜΕΜΝΟΝΟΣ.

Μέμνων Ἀλεξάνδρῳ πολεμῶν ὑπὲρ Δαρείου τοῦ βασιλέως, μισθοφόρον τινὰ πολλὰ βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ περὶ Ἀλεξάνδρου λέγοντα τῇ λόγχῃ πατάξας, Ἐγώ σε, εἶπε, τρέφω μαχούμενον, ἀλλ' οὐ λοιδορούμενον Ἀλεξάνδρῳ.

MEMNONIS.

Memnon, qui Darii exercitum adversus Alexandrum duxit, militem quemdam mercenarium suum, qui multis et impuris conviciis Alexandrum proscindebat, lancea feriens : Ego, inquit, te a o non ut maledicas Alexandro, sed ut contra eum pugnes.

ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΘΟΣ.

Οἱ Αἰγυπτίων βασιλεῖς κατὰ νόμον ἑαυτῶν τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, Ὅτι, κἂν βασιλεύς τι προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, οὐ κρινοῦσι.

ÆGYPTI REGUM MOS.

Ægyptiorum reges legem suam quamdam servant, qua juramento obstringunt judices, ut rege ipso injustam flagitante sententiam, ei morem non gerant.

ΠΟΛΤΥΟΣ.

Πόλτυς ὁ Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν ἅμα τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἐκέλευσε τὸν Ἀλέξανδρον ἀποδόντα τὴν Ἑλένην, δύο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν καλὰς γυναῖκας.

POLTYIS.

Poltys Thraciæ rex, cum bello Trojano ad ipsum simul et a Trojanis et a Græcis venissent legati, Paridi suasit, ut Græcis Helenam redderet, se ei daturum duas formosas fœminas pollicens.

ΤΗΡΟΥ.

Τήρης ὁ Σιτάλκου πατὴρ ἔλεγεν, Ὁπότε σχολάζοι καὶ μὴ στρατεύοιτο, τῶν ἱπποκόμων οἴεσθαι μηδὲν διαφέρειν.

TERIS.

Teres Sitalcæ pater dicebat, se cum in otio esset et a militia vacaret, nihilo meliorem suis equisonibus sibi videri.

ΚΟΤΥΟΣ.

Κότυς τῷ δωρησαμένῳ πάρδαλιν, ἀντεδωρήσατο λέοντα. Φύσει δὲ ὢν ὀξὺς εἰς ὀργὴν, καὶ πικρὸς τῶν ἁμαρτανόντων ἐν ταῖς διακονίαις κολαστὴς, σκεύη ποτὲ κεράμεα ξένου κομίσαντος εὔθραυστα καὶ λεπτὰ, πιθανῶς δὲ καὶ περιττῶς εἰργασμένα γλυφαῖς τισι καὶ τορείαις, τῷ μὲν ξένῳ ἔδωκε δῶρα, τὰ δὲ σκεύη πάντα συνέτριψεν, Ὅπως, εἶπε, μὴ δι' ὀργὴν πικρότερον κολάζω τοὺς συντρίβοντας.

COTYIS.

Cotys eum, qui panthera ipsum donaverat, leone remuneratus est. Hic cum natura iracundus, acerbeque in ministrorum delicta animadvertens, cum hospes quidam fictilia ei vasa attulisset tenuia et fragilia admodum, alioquin eleganter ac subtiliter sculpturis cælaturisque adornata : hunc quidem donis affecit, sed vasa ista omnia confregit, quod vereri se diceret, ne ministros, ea si confringerent, sævius puniret.

ΙΔΑΘΥΡΣΟΥ.

Ἰδάθυρσος ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς, ἐφ' ὃν διέβη Δαρεῖος, ἔπειθε τοὺς Ἰώνων τυράννους τὸ τοῦ Ἴστρου ζεῦγμα λύσαντας ἀπαλλάττεσθαι· μὴ βουληθέντας δὲ, διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον πίστιν, ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδραστα ἐκάλει.

IDATHYRSI.

Idathyrsus Scytharum rex, cum expeditionem adversus ipsum Darius fecisset, Ionum regulis suasit ut pontem quo Ister instratus erat solventes, jugum Darii excuterent : cumque ob fidem Dario datam id recusarent, proba et ignava eos vocavit mancipia.

ΑΤΕΟΥ.

Ἀτέας ἔγραφε πρὸς τὸν Φίλιππον· Σὺ μὲν ἄρχεις Μακεδόνων, ἀνθρώποις μεμαθηκότων πολεμεῖν· ἐγὼ δὲ Σκυθῶν, οἳ καὶ λιμῷ καὶ δίψει μάχεσθαι δύνανται. Τοὺς δὲ πρέσβεις τοῦ Φιλίππου, ψήχων τὸν ἵππον, ἠρώτησεν, Εἰ τοῦτο ποιεῖ Φίλιππος. Ἰσμηνίαν δὲ, τὸν ἄριστον αὐλητὴν, λαβὼν αἰχμάλωτον, ἐκέλευσεν αὐλῆσαι· θαυμαζόντων δὲ τῶν ἄλλων, αὐτὸς ὤμοσεν ἥδιον ἀκούειν τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος.

ATEÆ.

Ateas Philippo sic scripsit : Tu Macedonibus imperas, hominibus bellandi peritis. Ego Scythis, qui etiam adversus famem sitimque pugnare norunt. Equum porro strigili purgans, legatos Philippi interrogavit, an hoc quoque rex ipsorum faceret. Aminiam tibicinem præstantissimum cum cepisset, canere jussit : mirantibusque reliquis, juravit se majore cum voluptate audire hinnitum equi.

ΣΚΙΛΟΥΡΟΥ.

Σκίλουρος ὀγδοήκοντα παῖδας ἄῤῥενας ἀπολιπὼν, ἐπεὶ τελευτᾷν ἔμελλε, δέσμην ἀκοντίων ἑκάστῳ προτείνων, ἐκέλευσε καταθραῦσαι· πάντων δὲ ἀπαγορευ-

SCILURI.

Scilurus moriturus, cum octoginta filios post se esset relicturus, fasciculum hastilium singulis porrexit, ac confringere jussit : cum nullus id posset, ipse singu-

σάντων, καθ' ἓν αὐτὸς ἐξελὼν ἀκόντιον, ἅπαντα ῥᾳδίως συνέκλασε· διδάσκων ἐκείνους, Ὅτι συνεστῶτες, ἰσχυροὶ διαμενοῦσιν, ἀσθενεῖς δ' ἔσονται διαλυθέντες καὶ στασιάσαντες.

latim fasci unum post alterum eximens fregit : docens eos, junctos quidem inter se, vires habituros ac perduraturos : sin vero disjungerentur et discordiis agitarentur, infirmos fore.

ΓΕΛΩΝΟΣ.

1. * Γέλων ὁ τύραννος ὅτε Καρχηδονίους πρὸς Ἱμέραν κατεπολέμησεν, εἰρήνην ποιούμενος πρὸς αὐτοὺς, ἠνάγκασεν ἐγγράψαι ταῖς ὁμολογίαις, Ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῷ Κρόνῳ καταθύοντες.

2. Ἐξῆγε δὲ πολλάκις τοὺς Συρακουσίους ὡς ἐπὶ στρατείαν, τὴν φυτείαν, ὅπως ἥ τε χώρα βελτίων γένηται γεωργουμένη, καὶ μὴ χείρονες αὐτοὶ σχολάζοντες.

3. Αἰτῶν δὲ χρήματα τοὺς πολίτας, ἐπεὶ ἐθορύβησαν, αἰτεῖν εἶπεν ὡς ἀποδώσων, καὶ ἀπέδωκε μετὰ τὸν πόλεμον.

4. Ἐν δὲ συμποσίῳ λύρας περιφερομένης, ἁρμοζομένων τῶν ἄλλων ἐφεξῆς καὶ ᾀδόντων, αὐτὸς τὸν ἵππον εἰσαγαγεῖν κελεύσας, ἐλαφρῶς καὶ ῥᾳδίως ἀνεπήδησεν ἐπ' αὐτόν.

GELONIS.

I. Gelo tyrannus Carthaginiensibus ad Himeram debellatis, pacem componens cum victis, coegit eos inter conditiones pacis hanc quoque adscribere : Ipsos in posterum liberos Saturno nunquam immolaturos.

II. Sæpenumero ad culturam agrorum tanquam in militiam Syracusanos hic eduxit, ut et regio cultu melior redderetur, neque ipsi otio corrumperentur.

III. Cum pecuniam ipso poscente cives tumultuarentur, mutuam se petere dixit, belloque confecto reddidit.

IV. Cum in convivio lyra circumferretur, eamque convivæ ordine componerent atque canerent, ipse equum jussit adduci, et in eum facile atque expedite insiluit.

ΙΕΡΩΝΟΣ.

1. Ἱέρων ὁ μετὰ Γέλωνα τύραννος ἔλεγε, Μηδένα τῶν παῤῥησιαζομένων πρὸς αὐτὸν ἄκαιρον εἶναι.

2. Τοὺς δὲ ἀπόῤῥητον λόγον ἐκφέροντας, ἀδικεῖν ᾤετο καὶ τοὺς πρὸς οὓς ἐκφέρουσι· μισοῦμεν γὰρ οὐ μόνον τοὺς ἐκφέροντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούσαντας, ἃ μὴ βουλόμεθα.

3. Λοιδορηθεὶς δὲ ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τοῦ στόματος, ᾐτιᾶτο τὴν αὑτοῦ γυναῖκα μηδέποτε περὶ τούτου φράσασαν· ἡ δὲ εἶπεν· Ὤμην γὰρ, τοιοῦτον ἅπαντας τοὺς ἄνδρας ὄζειν.

4. Πρὸς δὲ Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον εἰπόντα μόλις οἰκέτας δύο τρέφειν, Ἀλλ' Ὅμηρος, εἶπεν, ὃν σὺ διασύρεις, πλείονας ἢ μυρίους τρέφει τεθνηκώς.

5. Ἐπίχαρμον δὲ τὸν κωμῳδοποιὸν, ὅτι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παρούσης εἶπέ τι τῶν ἀπρεπῶν, ἐζημίωσε.

HIERONIS.

I. Hiero, qui in tyrannide Geloni successit, neminem dixit sibi intempestivum esse qui libere adversum se loqueretur.

II. Qui arcanum enuntiarent, eos facere injuriam putabat iis quoque, quibus id patefacerent : quod non modo eos qui efferunt, sed hos quoque odimus qui inaudiunt quæ nolumus.

III. Exprobraverat ei quidam oris fœtorem : itaque uxorem suam culpavit, quod nunquam id sibi indicasset : illa vero ita se excusavit, quod diceret, Se putasse omnes viros hoc modo olere.

IV. Xenophani Colophonio ægre se duos servos alere querenti : Atqui Homerus, inquit, quem tu traducis, mortuus etiam amplius decem millia alit.

V. Epicharmum poetam mulctavit, quod is indecorum quippiam uxore præsente dixisset.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ.

1. Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, κληρουμένων κατὰ γράμμα τῶν δημηγορούντων, ὡς ἔλαχε τὸ Μ, πρὸς τὸν εἰπόντα, Μωρολογεῖς, Διονύσιε· Μοναρχήσω μὲν οὖν, εἶπε· καὶ δημηγορήσας, εὐθὺς ᾑρέθη στρατηγὸς ὑπὸ τῶν Συρακουσίων.

2. Ἐπεὶ δ' ἐν ἀρχῇ τῆς τυραννίδος ἐπολιορκεῖτο, συστάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν πολιτῶν, οἱ μὲν φίλοι συνεβούλευον ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀρχῆς, εἰ μὴ βούλεται κρατηθεὶς ἀποθανεῖν· ὁ δὲ, βοῦν ἰδὼν σφαττόμενον ὑπὸ μαγείρου, καὶ πίπτοντα ταχέως, Εἶτα οὐκ ἀηδές ἐστιν, εἶπεν, οὕτω βραχὺν ὄντα τὸν θάνατον φοβηθέντας ἡμᾶς ἀρχὴν ἐγκαταλιπεῖν τηλικαύτην;

3. Τὸν δὲ υἱὸν αἰσθόμενος, ᾧ τὴν ἀρχὴν ἀπολείπειν ἔμελλεν, ἀνδρὸς ἐλευθέρου διαφθείραντα γύναιον, ἠρώτησε μετ' ὀργῆς, Τί τοιοῦτον αὐτῷ σύνοιδεν. Εἰπόντος δὲ τοῦ νεανίσκου, Σὺ γὰρ οὐκ εἶχες πατέρα τύραννον, Οὐδὲ σὺ, εἶπεν, υἱὸν ἕξεις, ἐὰν μὴ παύσῃ ταῦτα ποιῶν.

DIONYSII MAJORIS.

I. Dionysius senior cum oratores publici sorte legerentur, ipsique littera M. obtigisset, dicenti, Morologus eris (id est, stultas orationes habebis) respondit : Imo monarcha sive tyrannus ero : habitaque oratione statim est a Syracusanis imperator creatus.

II. Initio statim tyrannidis cum oppugnaretur a civibus coitione facta, amicique hortarentur ut dimitteret imperium potius quam captus necaretur : cernens bovem a coquo jugulari ac celeriter corruere : Nonne, inquit, indignum est nos metu mortis tam brevis tantum deserere imperium?

III. Filium, quem successorem tyrannidis erat habiturus, ubi deprehendit viri liberi vitiasse uxorem, iratus interrogavit : Ecquid talis facinoris ipsi esset conscius? Cumque ei responderet adolescens : Tu non habuisti tyrannum patrem : neque tu, inquit, filium habebis tyrannum, si sic pergas.

4. Πάλιν δὲ πρὸς αὐτὸν εἰσελθὼν, καὶ θεασάμενος ἐκπωμάτων χρυσῶν καὶ ἀργυρῶν πλῆθος, ἀνεβόησεν, Οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος, ὃς ἀφ' ὧν λαμβάνεις ἀπ' ἐμοῦ ποτηρίων τοσούτων, φίλον οὐδένα σεαυτῷ πεποίηκας.

5. Χρήματα δὲ εἰσπράσσων τοὺς Συρακουσίους, εἶτα ὁρῶν ὀδυρομένους καὶ δεομένους, καὶ λέγοντας, ὡς οὐκ ἔχουσιν, ἐκέλευσεν ἕτερα πράττειν, καὶ δὶς ἢ τρὶς τοῦτο ἐποίησεν· ἐπεὶ δὲ προστάξας πλείονα, γελᾷν ἤκουσεν αὐτοὺς καὶ σκώπτειν ἐν ἀγορᾷ περιιόντας, ἐκέλευσε παύσασθαι· Νῦν γὰρ οὐδὲν ἔχουσιν, εἶπεν, ὅτε καταφρονοῦσιν ἡμῶν.

6. Τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ παρήλικος μὲν οὔσης, δοθῆναι δὲ ἀνδρὶ βουλομένης, ἔφη, Τοὺς μὲν τῆς πόλεως βιάσασθαι νόμους δύνασθαι, τοὺς δὲ τῆς φύσεως μὴ δύνασθαι.

7. Πικρῶς δὲ τοὺς ἄλλους κακούργους κολάζων, ἐφείδετο τῶν λωποδυτῶν· ὅπως παύσωνται οἱ Συρακούσιοι τοῦ δειπνεῖν καὶ μεθύσκεσθαι μετ' ἀλλήλων.

8. Ξένου δέ τινος ἰδίᾳ φράσειν φάσκοντος αὐτῷ καὶ διδάξειν, ὅπως προειδῇ τοὺς ἐπιβουλεύοντας, ἐκέλευσεν εἰπεῖν· * ἐπεὶ δὲ προσελθὼν, Δὸς, εἶπε, μοι τάλαντον, ἵνα δόξῃς ἀκηκοέναι τὰ σημεῖα τῶν ἐπιβουλευόντων· ἔδωκε προσποιούμενος ἀκηκοέναι, καὶ ἐθαύμαζε τὴν μέθοδον τοῦ ἀνθρώπου.

9. Πρὸς δὲ τὸν πυθόμενον, εἰ σχολάζοι, Μηδέποτε, εἶπεν, ἐμοὶ τοῦτο συμβαίη.

10. Δύο δὲ ἀκούσας νεανίσκους πολλὰ βλάσφημα περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς τυραννίδος εἰρηκέναι παρὰ πότον, ἀμφοτέρους ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον· ὁρῶν δὲ τὸν μὲν παροινοῦντα καὶ ληροῦντα πολλὰ, τὸν δὲ σπανίως καὶ μετ' εὐλαβείας ταῖς πόσεσι χρώμενον, ἐκεῖνον μὲν ἀπέλυσεν, ὡς φύσει παροινήσαντα καὶ διὰ μέθην κακολογήσαντα, τοῦτον δὲ ἀνεῖλεν, ὡς δύσνουν καὶ πολέμιον ἐκ προαιρέσεως.

11. Αἰτιωμένων δέ τινων, ὅτι τιμᾷ καὶ προάγεται πονηρὸν ἄνθρωπον καὶ δυσχεραινόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, Ἀλλὰ καὶ βούλομαι, εἶπεν, εἶναι τὸν ἐμοῦ μᾶλλον μισούμενον.

12. Ἐπεὶ δὲ Κορινθίων τοῖς πρέσβεσι δῶρα διδόντος αὐτοῦ, παρῃτοῦντο διὰ τὸν νόμον, ὃς οὐκ εἴα δῶρα λαμβάνειν παρὰ δυνάστου πρεσβεύοντας, Δεινὸν, ἔφη, πρᾶγμα ποιεῖν αὐτοὺς, ὃ μόνον αἱ τυραννίδες ἀγαθὸν ἔχουσιν ἀναιροῦντας, καὶ διδάσκοντας, ὅτι καὶ τὸ εὐπαθεῖν ὑπὸ τυράννου φοβερόν ἐστιν.

13. Ἀκούσας δέ τινα τῶν πολιτῶν χρυσίον ἔχειν οἴκοι κατορωρυγμένον, ἐκέλευσεν ἀνενεγκεῖν πρὸς αὐτόν· ἐπεὶ δὲ παρακλέψας ὀλίγον ὁ ἄνθρωπος, καὶ μεταστὰς εἰς ἑτέραν πόλιν, ἐωνήσατο χωρίον, μεταπεμψάμενος αὐτὸν, ἐκέλευσε πᾶν ἀπολαβεῖν, ἠργμένον χρῆσθαι τῷ πλούτῳ, καὶ μηκέτι ποιοῦντα τὸ χρήσιμον ἄχρηστον.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

1. Ὁ δὲ νεώτερος Διονύσιος ἔλεγε, πολλοὺς τρέφειν

IV. Rursus cum in ejus conclave intrasset, poculorumque aureorum et argenteorum multitudinem ibi offendisset, exclamavit : Non est in te tyrannidis capax ingenium, qui tot a me acceptis poculis nullo eorum ad parandum tibi amicum usus es.

V. Pecuniam cum exigeret a Syracusanis, videretque eos lamentari, ac deprecari, et inopiam prætendere, novam instituit exactionem, idque bis terve fecit : cum autem denuo imperans tributum, ridere eos audivit, et in foro obambulantes salse dicta in ipsum jacere, finem fieri jussit, dicens : Nunc nihil ipsis est reliquum pecuniæ, quando nos contemnunt.

VI. Ejus matre, cujus præterierat jam ad nubendum ætas, marito se dari postulante : Ego, inquit, civitatis legibus vim facere possum, naturæ legibus nequeo.

VII. Cum maleficia reliqua acerbe vindicaret, vestium furibus solis pepercit, ut Syracusani cogerentur aliquando finem convivandi et sese invicem inebriandi facere.

VIII. Hospes quidam seorsim dicebat indicaturum se ipsi rationem ac docturum quomodo insidiantes sibi prænosceret, jussusque dicere : Da, aiebat, mihi talentum, ut videaris percepisse indicia insidiantium : dedit ei hoc Dionysius, simulans ea se cognovisse, miratusque est hominis astum.

IX. Interrogatus a quodam, otiosusne esset : Istuc vero, inquit, absit ut unquam mihi contingat.

X. Inaudiverat duos adolescentes de ipso et tyrannide multa contumeliose locutos esse inter pocula : utrumque ad cœnam vocavit : quorum cum alterum videret in vino multa ineptire atque effutire, alterum raro et caute bibere : hunc ut malevolum et instituto animi hostem interfecit : illum ut natura futilem et per temulentiam conviciatum dimisit.

XI. Reprehendentibus quibusdam quod ornaret et eveheret malum civibusque invisum hominem : Etenim (inquit) volo esse aliquem, qui me magis exosus sit.

XII. Corinthiorum legati munera quæ iis offerebat, recusaverunt legis respectu, quæ dona a principe sumere prohibebat : eos indignam rem dixit facere, qui etiam quod unum bonum est tyrannidi, aboleant, doceantque beneficia etiam tyrannorum esse formidanda.

XIII. Audiverat quemdam civium habere aurum domi defossum : id sibi eum afferre jussit : cumque is paululum suffuratus in aliam migrasset urbem, fundumque ibi emisset, revocatum jussit reliquum omne aurum ad se recipere, quoniam uti cœpisset divitiis, neque amplius rem utilem inutilem faceret.

DIONYSII MINORIS.

I. Dionysius junior alere se aiebat multos sophistas,

σοφιστὰς, οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' ἐκείνων θαυμάζεσθαι βουλόμενος.

2. Πολυξένου δὲ τοῦ διαλεκτικοῦ φήσαντος αὐτὸν ἐξελέγχειν, Ἀμέλει τοῖς λόγοις, εἶπεν, ἐγὼ δέ σε τοῖς ἔργοις ἐλέγχω· τὰ γὰρ σεαυτοῦ καταλιπὼν, ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ θεραπεύεις.

3. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς ἀρχῆς, πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα, Τί σε Πλάτων καὶ φιλοσοφία ὠφέλησε; Τὸ τηλικαύτην, ἔφη, τύχης μεταβολὴν ῥαδίως ὑπομένειν.

4. Ἐπεὶ δὲ Σικελίας ἀποτυχὼν ἐξέπλει, μεταστραφεὶς ὀπίσω πρὸς τοὺς φίλους, Οἵαν, ἔφη, Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ἀπολείπομεν παλαίστραν!

5. Τῶν δὲ στρατιωτῶν Ἀετὸν αὐτὸν προσαγορευόντων, Τί γὰρ, εἶπεν, οὐ μέλλω, τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις, ὥσπερ ὠκυπτέροις, αἰρόμενος;

PYRRHI EPIROTÆ.

I. Pyrrhus a filiis pusionibus interrogatus cuinam regnum vellet relinquere : Ei, respondit, qui de vobis acutiorem habebit gladium.

II. Interrogatus de Pythone et Caphisio tibicinibus, uter eorum præstantior esset, respondit : Polysperchon imperator.

III. Cum duobus præliis vicisset Romanos, multosque amicorum et ducum amisisset, Si adhuc semel, inquit, Romanos vincemus, actum est de nobis.

IV. Sicilia excedens, cum inde solvisset, conversus retro ad amicos, dixit : Qualem Romanis et Carthaginiensibus palæstram relinquimus?

V. Militibus Aquilæ cognomen ei tribuentibus : Quidni sim aquila, inquit, vestris armis tanquam solidis alis sublevatus?

6. Ἀκούσας δὲ ὅτι νεανίσκοι πολλὰ βλάσφημα περὶ αὐτοῦ πίνοντες εἰρήκασιν, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι μεθ' ἡμέραν πρὸς αὐτὸν ἅπαντας· ἀχθέντων δὲ, τὸν πρῶτον ἠρώτησεν, εἰ ταῦτα εἰρήκασι περὶ αὐτοῦ· καὶ ὁ νεανίσκος, Ταῦτα, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ· πλείονα δ' ἂν τούτων εἰρήκειμεν, εἰ πλείονα οἶνον εἴχομεν.

VI. Audiebat adolescentes quosdam multis inter pocula maledictis ipsum proscidisse, eos postridie universos ad se adduci jussit, ex adductisque primum percunctatus est, an de ipso talia dixissent : Omnino, respondit hic, talia : pluraque his dixissemus, si plus vini nobis fuisset.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

1. Ἀντίοχος ὁ στρατεύσας δεύτερον ἐπὶ Πάρθους, ἔν τινι κυνηγεσίῳ καὶ διωγμῷ τῶν φίλων καὶ θεραπόντων ἀποπλανηθεὶς, εἰς ἔπαυλιν πενήτων ἀνθρώπων ἀγνοούμενος εἰσῆλθε· καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἐμβαλὼν λόγον περὶ τοῦ βασιλέως, ἤκουσεν, ὅτι τἄλλα χρηστός ἐστιν, φίλοις δὲ μοχθηροῖς ἐπιτρέπων τὰ πλεῖστα παρορᾷ, καὶ πολλάκις ἀμελεῖ τῶν ἀναγκαίων διὰ τὸ λίαν φιλόθηρος εἶναι· τότε μὲν οὖν ἐσιώπησεν· ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τῶν δορυφόρων παραγενομένων ἐπὶ τὴν ἔπαυλιν, φανερὸς γενόμενος, προσφερομένης τῆς πορφύρας αὐτῷ καὶ τοῦ διαδήματος, Ἀλλὰ ἀφ' ἧς, εἶπεν, ἡμέρας ὑμᾶς ἀνείληφα, πρῶτον ἐχθὲς ἀληθινῶν λόγων ἤκουσα περὶ ἐμαυτοῦ.

2. Τῶν δὲ Ἰουδαίων, πολιορκοῦντος αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα, πρὸς τὴν μεγίστην ἑορτὴν αἰτησαμένων ἑπτὰ ἡμερῶν ἀνοχὰς, οὐ μόνον ἔδωκε ταύτας, ἀλλὰ καὶ ταύρους χρυσόκερως παρασκευασάμενος, καὶ θυμιαμάτων καὶ ἀρωμάτων πλῆθος, ἄχρι τῶν πυλῶν ἐπόμπευσε· καὶ παραδοὺς τοῖς ἐκείνων ἱερεῦσι τὴν θυσίαν, αὐτὸς ἐπανῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι θαυμάσαντες, εὐθὺς ἑαυτοὺς μετὰ τὴν ἑορτὴν ἐνεχείρισαν.

ANTIOCHI.

I. Antiochus is qui iterum in Parthos expeditionem fecit, in venatione quadam dum feras insectatur, ab amicis et famulis aberravit, casamque hominum egenorum ignotus iis intravit : cumque inter cœnandum mentionem regis intulisset, responsum est esse regem alioqui bonum, sed qui pleraque amicis pravis hominibus mandaret ac negligeret, ac præ nimio venandi studio sæpenumero res necessarias omitteret. Ac tunc quidem tacuit : sub lucem autem cum ad casam venirent satellites, et allata purpura diademateque agnosceretur : Ab eo, inquit, die, quo vos recepi, heri primum veros de me sermones audivi.

II. Obsidentem Hierosolyma Judæi ut maximam suam festivitatem possent celebrare, septem dierum inducias poposcerunt. Non id modo concessit, sed et tauros auratis cornibus apparavit, aromatumque copiam, et usque ad portas cum pompa deduxit, traditaque ipsorum sacerdotibus victima in castra rediit. Quod mirati Judæi, statim post exactos festos dies deditionem fecerunt.

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ.

1. Θεμιστοκλῆς ἔτι μειράκιον ὢν ἐν πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξίν· ἐπεὶ δὲ Μιλτιάδης στρατηγῶν ἐνίκησεν ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους, οὐκ ἔτι ἦν ἐντυχεῖν * ἀτακτοῦντι Θεμιστοκλεῖ· πρὸς δὲ τοὺς θαυμάζοντας τὴν μεταβολὴν ἔλεγεν ὡς, Οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν οὐδὲ ῥαθυμεῖν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον.

2. Ἐρωτηθεὶς δὲ πότερον Ἀχιλλεὺς ἐβούλετ' ἂν ἢ Ὅμηρος εἶναι, Σὺ δ' αὐτὸς, ἔφη, πότερον ἤθελες ὁ νικῶν ἐν Ὀλυμπιάσιν ἢ ὁ κηρύσσων τοὺς νικῶντας εἶναι;

3. Ξέρξου δὲ καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τῷ μεγάλῳ στόλῳ, φοβηθεὶς Ἐπικύδην τὸν δημαγωγὸν αἰσχροκερδῆ καὶ δειλὸν ὄντα, μὴ στρατηγὸς γενόμενος ἀπολέσῃ τὴν πόλιν, ἔπεισεν ἀργυρίῳ τῆς στρατηγίας ἀποστῆναι.

4. Ἀδειμάντου δὲ ναυμαχεῖν μὴ τολμῶντος, εἰπόντος πρὸς τὸν Θεμιστοκλέα τοὺς Ἕλληνας παρακαλοῦντα καὶ προτρέποντα, Ὦ Θεμιστόκλεις, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν [ἀεὶ], Ναὶ, εἶπεν, ὦ Ἀδείμαντε· τοὺς δὲ λειπομένους οὐ στεφανοῦσιν.

5. Ἐπαραμένου δὲ τοῦ Εὐρυβιάδου τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, Πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ.

THEMISTOCLIS.

I. Themistocles adolescens etiamnum potabat ac scortabatur : sed postquam Miltiades imperator ad Marathonem barbaros vicit, non amplius offendere licuit Themistoclem aliquid contra officium facientem. Mirantibus mutationem : Non sinit, inquit, dormire me aut socordem esse trophæum Miltiadis.

II. Interroganti uter esse mallet, Achilles an Homerus, respondit : Tu vero mallesne Olympico certamine victor esse, an præco qui victorum nomina proclamaret?

III. Xerxe magna illa classe Græciam invadente, metuens ne Epicydes, unus de popularibus oratoribus, homo turpis lucri studiosus et timidus, imperium nactus urbem perderet, pecunia data eum a petendo imperio detraxit.

IV. Adimanto navali pugna cum hoste decernere trepidante, et sibi Græcos ad eam cohortanti atque animanti dicente, O Themistocles, flagris cædere moris est eos qui in certaminibus prius quam jubentur surgunt : respondit : Næ ita est, Adimante; sed neque coronantur qui justo tardius prodeunt.

V. Eurybiade baculum tollente ac plagam minante : Feri sane, inquit, modo audias.

6. Μὴ πείθων δὲ τὸν Εὐρυβιάδην ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι, κρύφα πρὸς τὸν βάρβαρον ἔπεμψε, παραινῶν, μὴ δεδιέναι τοὺς Ἕλληνας ἀποδιδράσκοντας· ἐπεὶ δὲ πεισθεὶς ἐκεῖνος ἡττήθη, ναυμαχήσας, ὅπου συνέφερε τοῖς Ἕλλησι, πάλιν ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν, κελεύων φεύγειν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον τὴν ταχίστην, ὡς τῶν Ἑλλήνων διανοουμένων λύειν τὴν γέφυραν· ἵνα σώζων τοὺς Ἕλληνας, ἐκεῖνον δοκῇ σώζειν.

7. Τοῦ δὲ Σεριφίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, ὡς οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν, ἔνδοξός ἐστιν, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ, Ἀθηναῖος.

8. Ἀντιφάτου δὲ τοῦ καλοῦ πρότερον μὲν ἐρῶντα τὸν Θεμιστοκλέα φεύγοντος καὶ καταφρονοῦντος, ἐπεὶ δὲ δόξαν ἔσχε μεγάλην καὶ δύναμιν, προσερχομένου καὶ κολακεύοντος, Ὦ μειράκιον, εἶπεν, ὀψὲ μὲν ἀμφότεροι, ἀλλὰ νοῦν ἐσχήκαμεν.

9. Πρὸς δὲ Σιμωνίδην ἐξαιτούμενόν τινα κρίσιν οὐ δικαίαν, ἔφη, Μήτ' ἂν ἐκεῖνον γενέσθαι ποιητὴν ἀγαθὸν, ᾄδοντα παρὰ μέλος· μήτ' αὐτὸν ἄρχοντα χρηστὸν, δικάζοντα παρὰ τὸν νόμον.

10. Τὸν δὲ υἱὸν ἐντρυφῶντα τῇ μητρὶ, πλεῖστον Ἑλλήνων ἔλεγε δύνασθαι· τῶν γὰρ Ἑλλήνων ἄρχειν Ἀθηναίους· Ἀθηναίων δὲ, ἑαυτόν· ἑαυτοῦ δὲ, τὴν ἐκείνου μητέρα· τῆς δὲ μητρὸς, ἐκεῖνον.

11. Τῶν δὲ τὴν θυγατέρα μνωμένων αὐτοῦ τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προτιμήσας, Ἄνδρα ἔφη ζητεῖν χρημάτων δεόμενον μᾶλλον ἢ χρήματα ἀνδρός.

12. Χωρίον δὲ πωλῶν, ἐκέλευσε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει.

13. Τῶν δὲ Ἀθηναίων αὐτὸν προπηλακιζόντων, Τί κοπιᾶτε, εἶπεν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὐχρηστούμενοι; καὶ ταῖς πλατάνοις ἀπείκαζεν αὑτὸν, αἷς ὑποτρέχουσι χειμαζόμενοι, γενομένης δὲ εὐδίας τίλλουσι παρερχόμενοι καὶ λοιδοροῦσι.

14. Τοὺς δὲ Ἐρετριεῖς ἐπισκώπτων, ἔλεγεν, ὥσπερ τευθίδας μάχαιραν μὲν ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν.

15. Ἐπεὶ δὲ ἐξέπεσε τῶν Ἀθηναίων τὸ πρῶτον, εἶτα καὶ τῆς Ἑλλάδος, ἀναβὰς πρὸς βασιλέα καὶ κελευόμενος λέγειν, ἔφη, Τὸν λόγον ἐοικέναι τοῖς ποικίλοις στρώμασιν· ὡς γὰρ ἐκεῖνα, καὶ τοῦτον ἐκτεινόμενον μὲν, ἐπιδεικνύναι τὰ εἴδη· συστελλόμενον δὲ, κρύπτειν καὶ διαφθείρειν.

16. Ἠτήσατο δὲ καὶ χρόνον, ὅπως τὴν Περσικὴν διάλεκτον καταμαθὼν, ὡς βούλεται, καὶ μὴ δι' ἑτέρου ποιήσαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἔνδειξιν.

17. Πολλῶν δὲ δωρεῶν ἀξιωθεὶς, καὶ ταχὺ πλούσιος γενόμενος, πρὸς τοὺς παῖδας εἶπεν, Ὦ παῖδες, ἀπωλόμεθ' ἂν, εἰ μὴ ἀπολώλειμεν.

ΜΥΡΩΝΙΔΟΥ.

Μυρωνίδης παρήγγειλεν ἔξοδον Ἀθηναίοις ἐπὶ Βοιωτοὺς στρατεύων· ἐνστάσης δὲ τῆς ὥρας, καὶ τῶν λοχαγῶν λεγόντων, * μηδέπω πάντας παρεῖναι, Πάρεισιν,

VI. Cum non persuaderet Eurybiadi ut in angustiis navale prælium consereret, clam ad barbarum misit, hortans ne metueret Græcos fugientes. Cumque is parens huic consilio pugnansque loco Græcis opportuno victus esset, rursum misso ad eum internuntio suasit ut quam primum ad Hellespontum fugeret : cogitare enim Græcos de ponte rescindendo : ut dum servaret Græcos, ipsius saluti consulere putaretur.

VII. Seriphio cuidam objicienti, non propter sese, sed propter urbem, celebrem ipsum esse : Verum, ait, dicis : cæterum neque ego si Seriphius fuissem, factus essem nobilis, neque tu, si Atheniensis.

VIII. Cum Antiphates formosus, qui amantem prius ipsum fugerat atque spreverat, gloria magna potentiaque auctum accederet atque adularetur : Heus, inquit, adolescens, sero ambo, sed tamen sapere cœpimus.

IX. Postulanti a se Simonidi, ut sententiam quamdam injustam ferret : Neque tu, inquit, poeta bonus esses, si præter numerum caneres, neque ego princeps probus, si contra leges judicarem.

X. Filium suum erga matrem petulantius se gerentem, omnibus Græcis potentia antecellere dicebat : Græcis enim imperare Athenienses, Atheniensibus se, sibi uxorem, huic filium.

XI. De filiæ procis probum diviti prætulit : quod diceret virum se malle pecuniæ, quam pecuniam viri egentem adsciscere.

XII. Fundum vendens, præconem indicare jussit commodum ejus esse vicinum.

XIII. Atheniensibus ipsum contumelia afficientibus : Quid laboratis, inquit, sæpe ab iisdem affecti beneficiis? Ac platano sese comparabat, sub quam confugiunt homines orta tempestate, reddita serenitate prætergredientes folia ejus stringunt, ipsamque dicteriis incessunt.

XIV. Eretrienses subsannans, dicebat eos instar teuthidum piscium gladios quidem habere, sed cor non habere.

XV. Ejectus Athenis primum, deinde etiam Græcia, ad Persarum regem se contulit ; jussusque loqui : Sermonem pictis aulæis similem esse dixit ; nam eorum in morem, exporrectum quidem ostendere formas, contractum autem occultare.

XVI. Petiit tempus sibi dari dum Persicam linguam addisceret, ut suo arbitrio suis ipsius verbis, non per interpretem, regi suam posset explicare sententiam.

XVII. Multis donis ornatus, et celeriter ditatus, pueris suis dixit : Periissemus, pueri, nisi periissemus.

MYRONIDIS.

Myronides bellum contra Bœotos faciens, expeditionem Atheniensibus denuntiaverat : cum instaret hora exeundi, ac centuriones significarent nondum omnes

εἶπεν, οἱ μέλλοντες μάχεσθαι· καὶ χρησάμενος αὐτοῖς προθύμοις, ἐνίκησε τοὺς πολεμίους.

ad signa convenisse : Præsto sunt, ait, qui pugnaturi sunt : iisque usus alacribus, hostem vicit.

ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ.

1. Ἀριστείδης δὲ ὁ δίκαιος ἀεὶ καθ' αὑτὸν ἐπολιτεύετο, καὶ τὰς ἑταιρείας ἔφευγεν, ὡς τῆς ἀπὸ τῶν φίλων δυνάμεως ἀδικεῖν ἐπαιρούσης.

2. Ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων ὁρμωμένων ἐπὶ τὸν ἐξοστρακισμὸν, ἄνθρωπος ἀγράμματος καὶ ἄγροικος ὄστρακον ἔχων προσῆλθεν αὐτῷ, κελεύων ἐγγράψαι τὸ ὄνομα τοῦ Ἀριστείδου, Γινώσκεις γὰρ, ἔφη, τὸν Ἀριστείδην; τοῦ δὲ ἀνθρώπου γινώσκειν μὲν οὐ φήσαντος, ἄχθεσθαι δὲ τῇ τοῦ δικαίου προσηγορίᾳ, σιωπήσας ἐνέγραψε τὸ ὄνομα τῷ ὀστράκῳ, καὶ ἀπέδωκεν.

3. Ἐχθρὸς δὲ ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους, καὶ πρεσβευτὴς ἐκπεμφθεὶς σὺν αὐτῷ, Βούλει, φησὶν, ὦ Θεμιστόκλεις, ἐπὶ τῶν ὅρων τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν; ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ληψόμεθα.

4. Τάξας δὲ τοὺς φόρους τοῖς Ἕλλησι, τοσούτῳ πτωχότερος ἐπανῆλθεν, ὅσον εἰς τὴν ἀποδημίαν ἀνήλωσεν.

5. Αἰσχύλου δὲ ποιήσαντος εἰς Ἀμφιάραον,

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

καὶ λεγομένων τούτων, πάντες εἰς Ἀριστείδην ἀπέβλεψαν.

ARISTIDIS.

I. Aristides cognomento justus semper pro se ac solus rempublicam gessit, societatesque fugit : quod parta amicorum præsidio potentia soleret ad injustos conatus animare.

II. Atheniensibus eo tendentibus, ut ostracismo ipsum urbe ejicerent, homo rusticus litterarumque rudis testam ei attulit, petiitque ut nomen Aristidis inscriberet. Nosti vero, inquit, Aristidem? Non equidem, respondit rusticus : sed molestum mihi est Justi cognomentum. Tum Aristides silens nomen suum testæ inscripsit, eamque homini reddidit.

III. Intercedebat ei cum Themistocle inimicitia : cum eo missus aliquo legatus : Visne, inquit, O Themistocles, inimicitiam in finibus deponamus? si enim videbitur, reversi eam rursum suscipiemus.

IV. Tributa Græcis imponens, tanto rediit pauperior, quantum in peregrinationem insumptum fuit.

V. Æschylus in Amphiaraum hos fecit versus,

Neque enim videri, sed vult esse is optimus,
sulcum profundum in pectore consitum suo
habens, veneranda consilia unde pullulant.

Hi cum in theatro recitarentur, omnium oculi sunt in Aristidem conjecti.

ΠΕΡΙΚΛΕΟΥΣ.

1. Περικλῆς, ὁπότε μέλλοι στρατηγεῖν, ἀναλαμβάνων τὴν χλαμύδα, πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, Πρόσεχε, Περίκλεις, ἐλευθέρων μέλλεις ἄρχειν, καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἀθηναίων.

2. Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἀθηναίους τὴν Αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιῶς.

3. Πρὸς δὲ φίλον τινὰ μαρτυρίας ψευδοῦς δεόμενον, ᾗ προσῆν καὶ ὅρκος, ἔφησε μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἶναι.

4. Μέλλων δὲ ἀποθνήσκειν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμακάριζεν, ὅτι μηδεὶς Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον δι' αὐτὸν ἐνεδύσατο.

PERICLIS.

I. Pericles præturam gesturus, chlænam sumens ita se ipsum solebat alloqui : Memento, Pericles, liberis te imperaturum, Græcis, atque Atheniensibus.

II. Æginam abolere jubebat, tanquam oculis Piræei damnosam.

III. Amico falsum a se testimonium, quod jurejurando erat sanciendum, exigenti, Amicum se usque ad aram esse respondit.

IV. Moriturus se ipsum felicem prædicavit, quod nulli Atheniensium atræ vestis gerendæ causa fuisset.

ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ.

1. Ἀλκιβιάδης ἔτι παῖς ὢν ἐλήφθη λαβὴν ἐν παλαίστρᾳ· καὶ μὴ δυνάμενος διαφυγεῖν, ἔδακε τὴν χεῖρα τοῦ καταπαλαίοντος· εἰπόντος δὲ ἐκείνου, Δάκνεις, ὡς αἱ γυναῖκες, Οὐμενοῦν, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.

2. Ἔχων δὲ κύνα πάγκαλον ἐωνημένον ἑπτακισχιλίων δραχμῶν, ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὴν οὐράν, Ὅπως, ἔφη, τοῦτο λέγωσιν Ἀθηναῖοι περὶ ἐμοῦ, καὶ μηδὲν ἄλλο πολυπραγμονῶσι.

3. Προσελθὼν δὲ διδασκαλείῳ, ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει· τοῦ δὲ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου φήσαντος, ἐντρίψας αὐτῷ κόνδυλον παρῆλθεν.

ALCIBIADIS.

I. Alcibiades etiamnum puer in palæstra ita comprehensus, ut non posset effugere, colluctantis manum momordit : qui cum diceret, Mordes sicut mulieres : respondit, Nequaquam, sed ut leones.

II. Canem possidebat perpulchrum, emptum septem millibus drachmarum : ei caudam amputavit, eo id se facere dicens, ut hoc haberent Athenienses quod de ipso loquerentur, neque in alias inquirerent res ejus.

III. Ad ludum aliquando litterarium veniens, rhapsodiam Iliadis poposcit magistrum : eique, cum nihil Homericum se habere diceret, colapho impacto transiit.

4. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ θύρας τοῦ Περικλέους, καὶ πυθόμενος αὐτὸν μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως ἀποδώσει λόγους Ἀθηναίοις, Οὐ βέλτιον, ἔφη, σκοπεῖν ἦν, ὅπως μὴ οὐκ ἀποδώσει;

5. Καλούμενος δὲ ἐπὶ κρίσιν θανατικὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας, ἔκρυψεν ἑαυτόν· εἰπὼν εὐήθη εἶναι τὸν δίκην ἔχοντα, ζητεῖν ἀποφυγὴν, ἐξὸν φυγεῖν.

6. Εἰπόντος δέ τινος, Οὐ πιστεύεις τῇ πατρίδι τὴν περὶ σεαυτοῦ κρίσιν; Ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὐδὲ τῇ μητρὶ, μή πως ἀγνοήσασα τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον ἀντὶ τῆς λευκῆς.

7. Ἀκούσας δὲ, ὅτι θάνατος αὐτοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κατέγνωσται, Δείξωμεν οὖν, εἶπεν, αὐτοῖς, ὅτι ζῶμεν· καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τρεψάμενος, τὸν Δεκελεικὸν ἤγειρεν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους πόλεμον.

IV. Veniens ad fores Periclis, audivit eum occupatum esse, ac circumspicere quomodo rationes posset Atheniensibus reddere : Nonne, inquit, præstabat ex cogitare rationem, ne eas redderet?

V. Evocatus ab Atheniensibus e Sicilia ad dicendam causam, cum quidem capitis inquireretur, abdidit sese stultum esse dicens reum qui cum fugere judicium liceat, quærat quomodo judicio absolvatur.

VI. Ac dicenti cuidam, Non fidis patriæ de te judicaturæ? ne matri quidem, inquit : metuerem enim ne per errorem atrum calculum pro albo in urnam injiceret.

VII. Audito se et qui cum ipso erant morti ab Atheniensibus addictos esse : Ostendamus, ait, illis nos vivere. Simulque se ad Lacedæmonios contulit, et bellum Decelicum contra Athenienses excitavit.

ΛΑΜΑΧΟΥ.

Λάμαχος ἐπετίμα τινὶ τῶν λοχαγῶν ἁμαρτόντι· τοῦ δὲ φήσαντος μήκετι τοῦτο ποιήσειν, Οὐκ ἔστιν, εἶπεν, ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν.

LAMACHI.

Lamachus centurionem quemdam commissi erroris causa verbis increpabat : ac respondenti, posthac se nihil tale admissurum, hoc referebat : In bello non licet bis peccare.

ΙΦΙΚΡΑΤΟΥΣ.

1. Ἰφικράτης, δοκῶν υἱὸς εἶναι σκυτοτόμου, κατεφρονεῖτο· * δόξαν δὲ τότε πρῶτον ἔσχε, ὅτε τραυματίαν πολέμιον ἄνδρα μετὰ τῶν ὅπλων ζῶντα συναρπάσας, εἰς τὴν ἑαυτοῦ τριήρη μετήνεγκεν.

2. Ἐν δὲ φιλίᾳ καὶ συμμάχῳ χώρᾳ στρατοπεδεύων καὶ χάρακα βαλλόμενος καὶ τάφρον ὀρύττων ἐπιμελῶς, πρὸς τὸν εἰπόντα, Τί γὰρ φοβούμεθα; Χειρίστην, ἔφησε, στρατηγοῦ φωνὴν εἶναι τὴν, Οὐκ ἂν προσεδόκησα.

3. Παραταττόμενος δὲ τοῖς βαρβάροις, ἔφη δεδιέναι, μὴ τὸν Ἰφικράτην οὐκ ἴσασιν, ᾧ καταπλήττεται τοὺς ἄλλους πολεμίους.

4. Κρινόμενος δὲ θανάτου, πρὸς τὸν συκοφάντην, Οἷα ποιεῖς, ὦ ἄνθρωπε, εἶπε, πολέμου περιεστῶτος, τὴν πόλιν περὶ ἐμοῦ πείθων βουλεύεσθαι, καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ!

5. Πρὸς δὲ Ἁρμόδιον, τὸν τοῦ παλαιοῦ Ἁρμοδίου ἀπόγονον, εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενον, ἔφη, Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται.

6. Ῥήτορος δέ τινος ἐπερωτῶντος αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ, Τίς ὢν μέγα φρονεῖς; πότερον ἱππεὺς, ἢ τοξότης, ἢ πελταστὴς, ἢ πεζός; Οὐδεὶς, ἔφη, τούτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τούτοις ἐπιστάμενος ἐπιτάττειν.

IPHICRATIS.

I. Iphicrates despiciebatur, quod cerdonis filius esse putaretur. Tunc primum existimationem sibi peperit cum saucium ipse hostem una cum armis vivum corripiens in suam transtulit triremem.

II. Is cum castra in regione amica et confœderata posuisset, accurateque ea vallo et fossa communivisset quærenti cujusnam metu hoc faceret : respondit, Turpissimam esse imperatoris vocem, Non putaram.

III. Pugnam contra barbaros instruens, aiebat vereri se Iphicratem barbaris non esse notum; suo enim nomine aliis hostibus terrorem se incutere.

IV. Rei capitalis postulatus, adversus calumniatorem dixit : Vide quam rem agas, qui instante bello suades civitati ut de me potius quam mecum decernat.

V. Cum ei Harmodius, unus de prisci illius Harmodii posteris, exprobraret ignobilitatem, respondit : Meum a me incipit genus, tuum in te desinit.

VI. Interrogatus a quodam oratore, quis tandem esset, qui ita magnifice de seipso sentiret, equesne an sagittarius, an peltam gerens, an pedester : Nihil, inquit, horum, sed qui sciat hisce omnibus imperare.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ.

1. Τιμόθεος εὐτυχὴς ἐνομίζετο στρατηγὸς εἶναι· καὶ φθονοῦντες αὐτῷ τινες ἐζωγράφουν τὰς πόλεις εἰς κύρτον αὐτομάτως ἐκείνου καθεύδοντος ἐνδυομένας· ἔλεγεν οὖν ὁ Τιμόθεος, Εἰ τηλικαύτας πόλεις λαμβάνω καθεύδων, τί με οἴεσθε ποιήσειν ἐγρηγορότα;

2. Τῶν δὲ τολμηρῶν στρατηγῶν τινος τραῦμα τοῖς

TIMOTHEI.

I. Timotheus videbatur fortunatus esse imperator, ac nonnulli invidi pingebant urbes ultro in ipsius dormientis nassam se induentes; dicebat itaque : Si tantas ego urbes per somnum capio, quid me vigilantem putatis facturum?

II. Quodam de audacibus ducibus vulnus acceptum

Ἀθηναίοις δεικνύοντος, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ᾐσχύνθην ὅτι μου στρατηγοῦντος ὑμῶν ἐν Σάμῳ καταπελτικὸν βέλος ἐγγὺς ἔπεσε.

3. Τῶν δὲ ῥητόρων τὸν Χάρητα προαγόντων, καὶ τοιοῦτον ἀξιούντων εἶναι τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν, Οὐ τὸν στρατηγὸν, εἶπεν ὁ Τιμόθεος, ἀλλὰ τὸν τῷ στρατηγῷ τὰ στρώματα κομίζοντα.

Atheniensibus demonstrante : Me vero, inquit Timotheus, puduit quod cum ego dux vester in Samo essem, prope me telum catapultæ decidit.

III. Oratoribus Charetem commendantibus, talemque debere Atheniensium esse imperatorem dicentibus : Non, inquit Timotheus, imperatorem, sed eum qui imperatori stragulam vestem portet.

ΧΑΒΡΙΟΥ.

1. Χαβρίας ἔλεγε κάλλιστα στρατηγεῖν τοὺς μάλιστα γινώσκοντας τὰ τῶν πολεμίων.

2. Δίκην δὲ φεύγων προδοσίας μετὰ Ἰφικράτους, ἐπιτιμῶντος αὐτῷ τοῦ Ἰφικράτους, ὅτι κινδυνεύων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδίζει καὶ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν ἀριστᾷ, Τοιγαροῦν, εἶπεν, ἂν ἄλλο τι γνῶσι περὶ ἡμῶν Ἀθηναῖοι, σὲ μὲν αὐχμῶντα καὶ ἄσιτον, ἐμὲ δὲ ἠριστηκότα καὶ ἀληλιμμένον ἀποκτενοῦσιν.

3. Εἰώθει δὲ λέγειν ὅτι, Φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λεόντος, ἢ λεόντων, ἐλάφου.

CHABRIÆ.

I. Chabrias dicebat optimum hunc esse imperatorem qui maxime cognitas habeat res hostium.

II. Proditionis una cum Iphicrate accusatus, gymnasium frequentabat, solitaque hora prandebat. Reprehensus eo nomine ab Iphicrate : Proinde, inquit, si quid sinistrum de nobis statuerint Athenienses, squalidum te et jejunum, me pransum unctumque interficient.

III. Solebat dicere : Terribiliorem esse cervorum exercitum leone duce, quam leonum agmen ducente cervo.

ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Ἡγησίππου τοῦ Κρωβύλου προσαγορευομένου παροξύνοντος τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ Φίλιππον, ὑπεφώνησέ τις ἐκ τῆς ἐκκλησίας, Πόλεμον εἰσηγῇ; Ναὶ μὰ Δία, εἶπε, καὶ μέλανα ἱμάτια, καὶ δημοσίας ἐκφορὰς, καὶ λόγους ἐπιταφίους, εἰ μέλλομεν ἐλεύθεροι βιώσεσθαι, καὶ μὴ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον Μακεδόσι.

HEGESIPPI.

Hegesippus cognomento Crobylus, adversus Philippum Athenienses instigabat : cumque e concione quidam occlamasset, Bellum introducis? Omnino, inquit, atque atras etiam mehercle vestes, et publicas funerationes, funebresque orationes, siquidem liberi vivere, neque facere Macedonum imperata volumus.

ΠΥΘΕΟΥ.

Πυθέας ἔτι μειράκιον ὢν, παρῆλθεν ἀντερῶν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου γραφομένοις ψηφίσμασιν· εἰπόντος δέ τινος, Σὺ νέος ὢν τολμᾷς λέγειν περὶ τηλικούτων; Καὶ μὴν Ἀλέξανδρος, εἶπεν, ὃν ψηφίζεσθε θεὸν, ἐμοῦ νεώτερός ἐστι.

PYTHEÆ.

Pytheas etiamnum adolescens progrediebatur in publicum, dicturus contra decreta de Alexandro promulgata : cumque diceret quidam, Tu adolescens cum sis, de tantis rebus audes dicere? Enimvero, inquit, Alexander, quem vos deum decreto vestro facitis, natu quam ego minor est.

ΦΩΚΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.

1. Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ὑπ' οὐδενὸς οὔτε γελῶν ὤφθη, οὔτε δακρύων.

2. Ἐκκλησίας δὲ γενομένης πρὸς τὸν εἰπόντα, Σκεπτομένῳ, ὦ Φωκίων, ἔοικας, Ὀρθῶς, ἔφη, τοπάζεις· σκέπτομαι γὰρ, εἴ τι δύναμαι περιελεῖν ὧν μέλλω λέγειν πρὸς Ἀθηναίους.

3. Μαντείας δὲ γενομένης Ἀθηναίοις, ὡς εἷς ἐστιν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ταῖς πάντων ἐναντιούμενος γνώμαις, καὶ τῶν Ἀθηναίων ζητεῖν κελευόντων, ὅστις ἐστὶ, καὶ βοώντων, Φωκίων ἑαυτὸν ἔφησε τοῦτον εἶναι· μόνῳ γὰρ ἑαυτῷ μηδὲν ἀρέσκειν ὧν οἱ πολλοὶ πράττουσι καὶ λέγουσιν.

4.* Ἐπεὶ δὲ λέγων ποτὲ γνώμην πρὸς τὸν δῆμον εὐδοκίμει, καὶ πάντας ὁμαλῶς ἑώρα τὸν λόγον ἀποδεχομένους, ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, Οὐ δήπου κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα;

5. Πρὸς δὲ θυσίαν τινὰ τῶν Ἀθηναίων αἰτούντων ἐπιδόσεις, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιδιδόντων, κληθεὶς πολλάκις, Αἰσχυνοίμην ἂν, εἶπεν, ὑμῖν ἐπιδιδοὺς, τούτῳ δὲ μὴ ἀποδιδούς· ἅμα δεικνύων τὸν δανειστήν.

PHOCIONIS.

I. Phocionem Atheniensem nemo neque ridentem vidit, neque lacrimantem.

II. Coacta concione dicenti, Videre mihi, O Phocion, cogitabundus : Recte, inquit, conjicis; delibero enim an aliquid amputare possim de verbis quæ sum ad populum facturus.

III. Oraculo Atheniensibus significatum erat, unum esse in civitate qui omnium adversaretur sententiis. Cum quæri juberent quisnam ille esset, ac vociferarentur, Se illum esse, Phocion dixit : soli enim sibi nihil eorum probari, quæ vulgo fierent ac dicerentur.

IV. Aliquando dicens suam sententiam, cum placere se, et æqualiter ab omnibus approbari suam videret orationem, conversus ad amicos : Numnam, inquit, mihi imprudenti pravum aliquod dictum excidit?

V. Postulantibus ad sacrificium quoddam stipem Atheniensibus, conferentibusque reliquis, aliquoties vocatus: Puderet vero me, inquit, vobis donare, huic (simul creditorem demonstrabat) non reddere.

6. Δημοσθένους δὲ τοῦ ῥήτορος εἰπόντος, Ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι, ἐὰν μανῶσι, Ναὶ, εἶπεν, ἐμὲ μὲν, ἂν μανῶσι· σὲ δὲ, ἂν σωφρονῶσι.

7. Ἀριστογείτονος δὲ τοῦ συκοφάντου μέλλοντος ἀποθνήσκειν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατακρίτου γεγονότος, καὶ δεομένου τὸν Φωκίωνα πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, τῶν δὲ φίλων οὐκ ἐώντων πρὸς ἄνθρωπον πονηρὸν βαδίζειν, Καὶ ποῦ τις ἂν, εἶπεν, ἥδιον Ἀριστογείτονι λαλήσειεν;

8. Ὀργιζομένων δὲ τοῖς Βυζαντίοις τῶν Ἀθηναίων, μὴ δεξαμένων τῇ πόλει Χάρητα πεμφθέντα μετὰ δυνάμεως βοηθὸν αὐτοῖς πρὸς Φίλιππον, εἰπὼν ὁ Φωκίων ὅτι, Δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστουμένοις ὀργίζεσθαι τῶν στρατηγῶν, αὐτὸς ᾑρέθη στρατηγός· καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων, ἐποίησε τὸν Φίλιππον ἀπελθεῖν ἄπρακτον.

9. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως ἑκατὸν τάλαντα δωρεὰν αὐτῷ πέμψαντος, ἠρώτησε τοὺς κομίζοντας, τί δήποτε, πολλῶν ὄντων Ἀθηναίων, αὐτῷ μόνῳ ταῦτα δίδωσιν Ἀλέξανδρος· εἰπόντων δὲ ἐκείνων, ὡς μόνον αὐτὸν ἡγεῖται καλὸν κἀγαθὸν εἶναι, Οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με καὶ δοκεῖν καὶ εἶναι τοιοῦτον.

10. Αἰτοῦντος δὲ Ἀλεξάνδρου τριήρεις, καὶ τοῦ δήμου κελεύοντος ὀνομαστὶ παριέναι τὸν Φωκίωνα καὶ συμβουλεύειν, ἀναστὰς ἔφη, Συμβουλεύω τοίνυν ὑμῖν, ἢ κρατεῖν τοῖς ὅπλοις αὐτοὺς, ἢ φίλους εἶναι τῶν κρατούντων.

11. Λόγου δὲ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἐμπεσόντος ἀδεσπότου, καὶ τῶν ῥητόρων ἀναπηδώντων εὐθὺς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ μὴ μέλλειν, ἀλλὰ πολεμεῖν ἤδη κελευόντων, ὁ Φωκίων ἠξίου περιμεῖναι, καὶ γνῶναι βεβαίως. Εἰ γὰρ τήμερον, ἔφη, τέθνηκε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰσέτι τεθνηκώς.

12. Τοῦ δὲ Λεωσθένους εἰς τὸν πόλεμον ἐμβαλόντος τὴν πόλιν, ἐλπίσι λαμπραῖς πρὸς τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα καὶ τῆς ἡγεμονίας ἐπαιρομένην, τοὺς λόγους αὐτοῦ ταῖς κυπαρίττοις ἀπείκαζε· Καλοὶ γὰρ ὄντες, ἔφη, καὶ ὑψηλοὶ, καρπὸν οὐκ ἔχουσι. Κατωρθωμένων δὲ τῶν πρώτων, καὶ τῆς πόλεως εὐαγγέλια θυούσης, ἐρωτηθεὶς, εἰ ταῦτα ἤθελεν οὕτω πεπρᾶχθαι, Πεπρᾶχθαι μὲν οὖν, ἔφη, ταῦτα, βεβουλεῦσθαι δὲ ἐκεῖνα.

13. Τῇ δὲ Ἀττικῇ τῶν Μακεδόνων προσβαλόντων, καὶ πορθούντων τὴν παραλίαν, ἐξήγαγε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ· πολλῶν δὲ συντρεχόντων πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεγκελευομένων ἐκεῖνον τὸν λόφον καταλαβεῖν, [καὶ] ἐνταῦθα τάξαι τὴν δύναμιν, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς πολλοὺς ὁρῶ στρατηγοὺς, στρατιώτας δὲ ὀλίγους! οὐ μὴν ἀλλὰ συμβαλὼν, ἐκράτησε, καὶ διέφθειρε Νικίωνα τὸν ἄρχοντα τῶν Μακεδόνων.

14. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τῷ πολέμῳ κρατηθέντες ἐδέξαντο φρουρὰν ὑπ' Ἀντιπάτρου· Μενύλλου δὲ τοῦ τῆς φρουρᾶς ἄρχοντος χρήματα τῷ Φωκίωνι διδόντος, ἀγανακτήσας εἶπε, μήτε ἐκεῖνον Ἀλεξάνδρου βελτίονα εἶναι, καὶ χείρονα τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ λήψεται νῦν, τότε μὴ δεξάμενος.

VI. Demosthene oratore dicente, interficient te Athe nienses si insanient : Plane, inquit, me, si insanient : te ubi sapient.

VII. Aristogiton sycophanta judicum sententiis mort addictus, cum jam moriturus in carcere flagitaret u Phocion ad se veniret, huncque amici ad malum homi nem accedere prohiberent : Et ubi tandem, ait Phocion Aristogitonem mallet aliquis compellare ?

VIII. Irascebantur Athenienses Byzantiis, quod i urbem non admisissent Charetem missum cum copii præsidio ipsis contra Philippum. Ibi Phocion non suc censendum sociis diffidentibus, sed ducibus potius fiden non merentibus pronuntians, ipse dux est creatus, ad missusque a Byzantiis fidem sibi habentibus, effecit u Philippus re infecta discederet.

IX. Alexandro rege centum talenta dono mittent ipsi, quæsivit ex afferentibus, quam ob rem de tant Atheniensium numero sibi soli istuc largiretur Alexan der. Cum responderent, solum ipsum a rege bonum vi rum judicari : Talem ergo, inquit, me et videri et ess patiatur.

X. Poscente Alexandro triremes, populoque nomina tim Phocionem prodire jubente et in medium consulere surgens : Suadeo, igitur, ait, ut vel ipsi armis poten tiam obtineatis, vel potentium amici sitis.

XI. Allatus incerto auctore erat de morte Alexandr nuntius. Ad quem cum oratores statim in rostra provo lassent, bellumque sine mora ulla suscipiendum autuma rent, Phocion exspectare jubebat, remque certo explo rare : Nam, dicebat, si hodie mortuus est Alexander cras etiam ac deinceps erit mortuus.

XII. Leosthenes Athenienses in bellum Lamiacun conjecerat, magna spe ob nomen parandæ libertatis e imperii exagitatos. Hujus orationem cupressorum si milem dicebat esse Phocion : quæ cum sint pulchræ e proceræ, fructum tamen ferunt nullum. Rebus Leo stheni initio prospere succedentibus, et civitate victi mas ob lætum nuntium immolante, interrogatus, A rem ita gestam non vellet : Vellem, inquit, alter modo decretum fuisse : hæc sic acta esse placet.

XIII. Macedonibus Atticam incursantibus, oramqu maritimam populantibus, eduxit qui ætate erant ad mi litiam apti. Multis autem ad ipsum concurrentibus hortantibusque ut tumulo quem monstrabant occupat ibi aciem instrueret : Dii boni, inquit, quam multos du ces, paucos milites video ! commissa tamen pugna vi cit, et Nicionem Macedonum ducem interfecit.

XIV. Non multo post tempore Atheniensibus bell victis præsidium ab Antipatro est impositum : cuju præfectus Menyllus pecuniam Phocioni cum offerret indigne id Phocion tulit, Neque hunc Alexandro melio rem esse, dicens, et se minus honestas accipiendi cau sas habere, qui olim repudiasset.

15. Ἀντίπατρος δὲ ἔφη, ὡς δυεῖν αὐτῷ φίλων Ἀθήνησιν ὄντων, οὔτε Φωκίωνα λαβεῖν πέπεικεν, οὔτε Δημάδην διδοὺς ἐμπέπληκεν.

16. Ἀξιοῦντος δὲ Ἀντιπάτρου ποιῆσαί τι τῶν μὴ δικαίων αὐτὸν, Οὐ δύνασαι, εἶπεν, Ἀντίπατρε, καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι, καὶ κόλακι.

17. * Μετὰ δὲ τὴν Ἀντιπάτρου τελευτὴν, δημοκρατίας Ἀθηναίοις γενομένης, κατεγνώσθη θάνατος τοῦ Φωκίωνος ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν φίλων· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κλαίοντες ἤγοντο· τῷ δὲ Φωκίωνι σιωπῇ βαδίζοντι τῶν ἐχθρῶν τις ἐνέπτυσεν ἀπαντήσας εἰς τὸ πρόσωπον. Ὁ δὲ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἀποβλέψας, Οὐ παύσει τις, εἶπε, τοῦτον ἀσχημονοῦντα;

18. Τῶν δὲ μελλόντων συναποθνήσκειν ἑνὸς ὀδυρομένου καὶ ἀγανακτοῦντος, Οὐκ ἀγαπᾷς, εἶπεν, ὦ Θούδιππε, μετὰ Φωκίωνος ἀποθανούμενος;

19. Ἤδη δὲ τῆς κύλικος αὐτῷ προσφερομένης, ἐρωτηθεὶς, εἴ τι λέγει πρὸς τὸν υἱὸν, Ἐγώ σοι, εἶπεν, ἐντέλλομαι καὶ παρακαλῶ μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακεῖν.

ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ.

1. Πεισίστρατος ὁ Ἀθηναίων τύραννος, ἐπεὶ τῶν φίλων τινὲς ἀποστάντες αὐτοῦ Φυλὴν κατέλαβον, ἦλθε πρὸς αὐτοὺς στρωματόδεσμον αὐτὸς κομίζων. Πυνθανομένων δὲ ἐκείνων, τί βούλεται, Πείσας ὑμᾶς, εἶπεν, ἀπαγαγεῖν, ἢ μὴ πείσας, μένειν μεθ' ὑμῶν, [καὶ] διὰ τοῦτο ἀφῖγμαι συνεσκευασμένος.

2. Διαβληθείσης δὲ τῆς μητρὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐρᾷ τινος νεανίσκου, καὶ κρύφα σύνεστι φοβουμένῳ καὶ παραιτουμένῳ ταπολλὰ, καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸν νεανίσκον ἠρώτησε δειπνήσαντα, Πῶς γέγονεν· Ἡδέως δὲ φήσαντος, Ταῦτά σοι, ἔφη, καθ' ἡμέραν ἔσται, ἐὰν τῇ μητρί μου ἀρέσκῃς.

3. Ἐπεὶ δὲ Θρασύβουλος ἐρῶν αὐτοῦ τῆς θυγατρὸς ἐφίλησεν ἀπαντήσας, παροξυνόμενος ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς γυναικὸς, Ἂν τοὺς φιλοῦντας, εἶπε, μισῶμεν, τί ποιήσομεν τοὺς μισοῦντας; καὶ ἔδωκε γυναῖκα τῷ Θρασυβούλῳ τὴν παρθένον.

4. Κωμαστῶν δέ τινων περιτυχόντων αὐτοῦ τῇ γυναικὶ, καὶ πολλὰ πραξάντων ἀσελγῆ καὶ εἰπόντων, μεθ' ἡμέραν δὲ τοῦ Πεισιστράτου δεομένων καὶ δακρυόντων, Ὑμεῖς μὲν, ἔφη, πειρᾶσθε σωφρονεῖν τὸ λοιπόν· ἡ δ' ἐμὴ γυνὴ τοπαράπαν ἐχθὲς οὐδαμῇ προῆλθε.

5. Τῶν δὲ παίδων, αὐτοῦ γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα μέλλοντος, διαπυνθανομένων, μή τι μεμφόμενος αὐτοὺς εἴη, Ἥκιστα, εἶπεν, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος ἑτέρους μοι παῖδας τοιούτους γενέσθαι.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν· ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται.

XV. Antipater autem dicebat duos se amicos habere Athenis Phocionem ac Demadem, quorum alterum nunquam adducere potuisset ut missa dona acciperet, alterum nunquam dandis muneribus exsaturasset.

* XVI. Eidem abs se injustam quamdam actionem postulanti, Phocion : Non potes, inquit, Antipater, Phocionem et amicum habere et adulatorem.

XVII. Post mortem Antipatri forma reipublicæ populari constituta, in concione pronuntiatum est Phocionem amicosque ejus morte mulctandos esse. Ibi reliqui flentes cum ad supplicium ducerentur, Phocioni tacite eunti inimicorum quidam obviam factus in faciem exspuit. Tum ad magistratum respiciens Phocion : Nemone, inquit, compescet hunc contra decorum agentem?

XVIII. Una moriturum Thudippum, idque deplorantem et indigne ferentem sic compellavit : Pigetne te cum Phocione mori?

XIX. Allato jam cicutæ poculo interrogatus filione aliquid mandaret : Mando, inquit, tibi, fili, atque hortor te, ne Atheniensibus memorem te injuriarum præbeas.

PISISTRATI.

I. Pisistratus Atheniensium tyrannus, cum ab eo facta defectione sociorum quidam Phylen occupassent, venit ad eos vestem stragulam portans. Interrogantibus quid vellet : Aut vobis, inquit, persuadere volo, ut mecum in astu redeatis, aut, si id non consequor, vobiscum hic manere, et ad eam rem instructus veni.

II. Delata apud ipsum erat mater, quod adolescentem quemdam deperiret, cum eoque rem haberet metuente sibi et crebro recusante. Hunc ad cœnam vocavit, eaque peracta percunctatus est, quomodo tractatus esset : respondentique jucunde : Hoc, inquit, quotidianum tibi erit, si matri meæ placueris.

III. Thrasybulus filiam ipsius amabat, obviamque aliquando factam osculatus erat. Instiganti ea de causa adversus illum uxori Pisistratus : Si, inquit, amantes odio prosequimur, quid faciemus iis, quibus in odio sumus? Virginem porro nuptum tradidit Thrasybulo.

IV. Comessatores quidam in uxorem ipsius inciderant, multaque lascive dixerant atque fecerant. Qui cum postridie lacrimis adhibitis veniam flagitarent a Pisistrato : Vos quidem, inquit, in posterum date operam modestiæ : mea uxor heri nusquam omnino prodiit.

V. Ducturum aliam uxorem interrogantibus filiis ecquid eo id faceret, quod ipsos improbaret, respondit : Nequaquam vero, sed vos laudo, cupioque alios præterea tales liberos nancisci.

DEMETRII PHALEREI.

Demetrius Phalereus regi Ptolemæo suadebat ut libros de regno et principatu pararet ac legeret, de quibus enim amici reges monere non audent, ea in libris exstare.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ.

1. Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος εἴθισε τοὺς πολίτας κομᾷν, λέγων, Ὅτι τοὺς μὲν καλοὺς ἡ κόμη εὐπρεπεστέρους ποιεῖ, τοὺς δὲ αἰσχροὺς, φοβερωτέρους.

2. Πρὸς δὲ τὸν κελεύοντα ποιεῖν ἐν τῇ πόλει δημοκρατίαν, Σὺ πρῶτος, εἶπεν, ἐν τῇ οἰκίᾳ σου ποίησον δημοκρατίαν.

3. Ἐκέλευε δὲ τὰς οἰκίας ποιεῖν ἀπὸ πελέκεως καὶ πρίονος μόνον· αἰσχύνεσθαι γὰρ εἰς οἰκίας λιτὰς ἐκπώματα καὶ στρώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς εἰσφέροντας.

4. Πυγμὴν δὲ καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν, ἵνα μηδὲ παίζοντες ἀπαυδᾷν ἐθίζωνται.

5. Στρατεύειν δὲ πολλάκις ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐκώλυσεν, ὅπως μὴ ποιῶσι μαχιμωτέρους. Ὕστερον γοῦν τοῦ Ἀγεσιλάου τρωθέντος, ὁ Ἀνταλκίδας εἶπεν, Καλὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων λαμβάνειν αὐτὸν, ἐθίσαντα καὶ διδάξαντα πολεμεῖν ἄκοντας.

ΧΑΡΙΛΛΟΥ.

1. Χάριλλος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς, διὰ τί νόμους ὀλίγους οὕτω Λυκοῦργος ἔθηκεν, ἀπεκρίνατο, Τοὺς χρωμένους ὀλίγοις λόγοις μὴ δεῖσθαι νόμων πολλῶν.

2. Τῶν δὲ εἱλώτων τινὸς θρασύτερον αὐτῷ προσφερομένου, Νὴ τὼ Σιὼ, εἶπε, κατέκτανον τεῦ εἰ μὴ ὠργιζόμαν.

3. Πρὸς δὲ τὸν πυθόμενον, διὰ τί κομῶσιν, εἶπεν, Ὅτι τῶν κόσμων ἀδαπανώτατος [οὗτός] ἐστι.

ΤΗΛΕΚΛΟΥ.

* Τήλεκλος ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐγκαλοῦντα τοῖς πολίταις ὡς ἀγνωμονέστερον αὐτῷ προσφερομένοις ἢ ἐκείνῳ, Σὺ γὰρ, εἶπεν, οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ.

Θεόπομπος ἔν τινι πόλει, πρὸς τὸν ἐπιδεικνύμενον τὸ τεῖχος αὐτῷ, καὶ πυνθανόμενον, εἰ δοκεῖ καλὸν καὶ ὑψηλὸν εἶναι, Οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

Ἀρχίδαμος ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, τῶν συμμάχων ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους αὐτοῖς, εἶπεν, Ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται.

ΒΡΑΣΙΔΟΥ.

1. Βρασίδας ἐν ἰσχάσι συλλαβὼν μῦν, καὶ δηχθεὶς, ἀφῆκεν· εἶτα πρὸς τοὺς παρόντας, Οὐδὲν οὕτως, ἔφη, μικρόν ἐστιν, ὃ μὴ σώζεται τολμῶν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας.

2. Ἐν δὲ μάχῃ διὰ τῆς ἀσπίδος ἀκοντισθεὶς, καὶ τὸ δόρυ τοῦ τραύματος ἑλκύσας, αὐτῷ τούτῳ τὸν πολέμιον ἀπέκτεινεν· ἐπερωτηθεὶς δὲ, πῶς ἐτρώθη, Προδούσης με τῆς ἀσπίδος, εἶπεν.

3. Ἐπειδὴ συνέβη πεσεῖν αὐτὸν ἐλευθεροῦντα τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης Ἕλληνας, οἱ δὲ πεμφθέντες εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις τῇ μητρὶ προσῆλθον αὐτοῦ, πρῶτον μὲν

LYCURGI.

I. Lycurgus Lacedæmonius cives assuefecit ad alendam comam, inquiens ea formosos, pulchriores: deformes, terribiliores reddi.

II. Poscenti ut popularem reipublicæ formam Spartæ institueret, jussit prius domi suæ id facere.

III. Domos non nisi securi et serra ædificare jussit: fore enim sic, ut pudeat in vilia domicilia pocula, et stragula, et mensas sumptuosas inferre.

IV. Pugillatione et pancratio interdixit, ut ne per jocum quidem victos se fateri sui discerent.

V. Vetuit iisdem sæpius bellum inferre, ne ii hoc pacto pugnaciores reddantur. Itaque inferioribus temporibus Antalcidas Agesilao vulnerato dixit præclara eum doctrinæ præmia a Thebanis reportare, quos invitos exercuerit docueritque bellum gerere.

CHARILLI.

I. Charillus rex interrogatus cur tam paucas leges Lycurgus posuisset, respondit, eos qui paucis uterentur verbis non habere opus multis legibus.

II. Ferocius se adversus ipsum gerenti de servis helotibus uni: Per Castores, inquit, occiderem te nisi irascerer.

III. Interrogatus cur comam Spartani nutrirent: Quia, inquit, omnium ornatuum hic minimo constat sumptu.

TELECLI.

Teleclus rex fratri cives apud ipsum accusanti, quod se non tanta quanta ipsum benevolentia prosequerentur: Causa est, inquit, quod ferre injurias tu non nosti.

THEOPOMPI.

Theopompus quadam in urbe ostentanti murum, et quærenti pulcherne videretur et altus, respondit: Ne si mulierum quidem sit.

ARCHIDAMI.

Archidamus bello Peloponnesiaco sociis poscentibus ut tributi certam præscriberet quantitatem: Bellum, ait, definito non alitur emolumento.

BRASIDÆ.

I. Brasidas inter caricas murem cum cepisset, morsus ab eo dimisit; tum iis qui aderant: Nihil, inquit, ita parvum est, quod salutem sibi non paret, si ulcisci adorientes audeat.

II. In prælio jaculum sibi per scutum adactum e vulnere extraxit, eoque ipso hostem interfecit: interrogatus autem quomodo vulneratus esset, respondit: Prodente me scuto.

III. Postquam hic liberatis qui ad Thraciam habitabant Græcis in pugna occubuit, missos Spartam legatos scitata est mater ejus ad se venientes primum, an ho[...]

ἠρώτησεν, εἰ καλῶς ὁ Βρασίδας ἀπέθανεν· ἐγκωμιαζόντων δὲ τῶν Θρᾳκῶν αὐτὸν, καὶ λεγόντων, ὡς οὐδεὶς ἄλλος ἔσται τοιοῦτος, Ἀγνοεῖτε, εἶπεν, ὦ ξένοι· Βρασίδας μὲν γὰρ ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἁ δὲ Λακεδαίμων πολλὼς ἔχει τήνω κάῤῥονας.

neste mortuus esset filius; et laudantibus eum Thracibus, neque similem ejus quemquam futurum dicentibus: Erratis, inquit, hospites; fuit Brasidas vir præclarus, sed habet Lacedæmon multos eo fortiores.

ΑΓΙΔΟΣ.

1. Ἆγις ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔφη τοὺς Λακεδαιμονίους ἐρωτᾷν, πόσοι εἰσὶν, ἀλλὰ ποῦ εἰσὶν οἱ πολέμιοι.

2. Ἐν δὲ Μαντινείᾳ κωλυόμενος διαμάχεσθαι τοῖς πολεμίοις πλείοσιν οὖσιν, εἶπεν, Ἀνάγκη πολλοῖς μάχεσθαι τὸν ἄρχειν πολλῶν βουλόμενον.

3. Ἐπαινουμένων δὲ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ τὰ Ὀλύμπια καλῶς ἄγειν, Τί δὲ, εἶπε, ποιοῦσι θαυμαστὸν, εἰ δι' ἐτῶν τεσσάρων μιᾷ ἡμέρᾳ χρῶνται τῇ δικαιοσύνῃ; Ἐπιμενόντων δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἔφη, Τί θαυμαστὸν, εἰ πράγματι καλῷ καλῶς χρῶνται, τῇ δικαιοσύνῃ;

4. Πρὸς δὲ ἄνθρωπον πονηρὸν ἐρωτῶντα πολλάκις, τίς ἄριστος εἴη Σπαρτιατῶν, εἶπεν, Ὁ τίνη ἀνομοιότατος.

5. Ἑτέρου δὲ πυνθανομένου, πόσοι εἰσὶν [οἱ] Λακεδαιμόνιοι, Ὅσοι, εἶπεν, ἱκανοὶ τοὺς κακοὺς ἀπείργειν.

6. Καὶ τὸ αὐτὸ ἑτέρου πυνθανομένου, Πολλοί σοι, ἔφη, δόξουσιν εἶναι, ἐὰν αὐτοὺς ἴδῃς μαχομένους.

AGIDIS.

I. Agis rex dicebat Lacedæmonios non interrogare quam multi, sed ubi sint hostes.

II. Et apud Mantineam vetantibus pugnam cum hostibus conserere, quod numero vincerent, dixit: Adversus multos pugnet necesse est, qui multis vult imperare.

III. Cum Elei laudarentur quod Olympia juste administrarent: Quid dignum, inquit, admiratione præstant, si toto quadriennio unum per diem justitia utuntur? Pergentibus autem laudare qui cœperant: Quasi vero, inquit, mirum sit, si re pulchra, nimirum justitia, pulchre utuntur?

IV. Homini malo sæpius quærenti quisnam Spartanorum sit optimus, respondit: Is, qui tui est dissimillimus.

V. Alii interroganti quanta sit Spartanorum multitudo, reddidit: Quanta sufficit malis arcendis.

VI. Idemque alio quærente: Multi, inquit, tibi videbuntur Lacedæmonii, si eos pugnantes spectes.

ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ.

1. Λύσανδρος, Διονυσίου τοῦ τυράννου πέμψαντος ἱμάτια ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ τῶν πολυτελῶν, οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν, Δεδιέναι, μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον αἰσχραὶ φανῶσιν.

2. Πρὸς δὲ τοὺς ψέγοντας αὐτὸν ἐπὶ τῷ δι' ἀπάτης τὰ πολλὰ πράσσειν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Ἡρακλέους, ἔλεγεν, Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν.

3. Πρὸς δὲ Ἀργείους δικαιότερα τῶν Λακεδαιμονίων λέγειν περὶ τῆς ἀμφισβητουμένης χώρας δοκούντων, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, Ὁ ταύτης, ἔφη, κρατῶν, βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται.

4. Τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους ὁρῶν ὀκνοῦντας προσμάχεσθαι τοῖς τείχεσι τῶν Κορινθίων, ὡς εἶδε λαγὼν ἐξαλλόμενον ἐκ τῆς τάφρου, Τοιούτους, ἔφη, φοβεῖσθε πολεμίους, ὧν οἱ λαγοὶ δι' ἀργίαν ἐν τοῖς τείχεσιν ἐγκαθεύδουσιν;

5. Μεγαρέως δὲ ἀνδρὸς ἐν κοινῷ συλλόγῳ παῤῥησίᾳ χρησαμένου πρὸς αὐτὸν, Οἱ λόγοι σου, εἶπε, πόλεως δέονται.

LYSANDRI.

I. Lysander, cum filiabus ipsius Dionysius tyrannus pretiosas vestes misisset, non accepit: quod vereri se diceret, ne filiæ iis indutæ turpiores viderentur.

II. Culpantibus ipsum, quod multa per dolum agendo parum dignum Hercule se gereret, dixit: Ubi leonina pellis non sufficit, ibi assuenda est vulpina.

III. De agro controverso cum viderentur Argivi justiora quam Spartani afferre argumenta, stringens gladium: Hunc, ait, qui tenet, is optime de agrorum finibus disputat.

IV. Cernens Lacedæmonios non satis habere animi ad oppugnandos Corinthiorum muros, cum e fossa leporem prosilire videret: Hosne, inquit, metuitis hostes, quorum ob ignaviam muris lepores indormiunt?

V. In concilio liberius a Megarensi quodam compellatus: Tua, inquit, verba civitate indigent.

ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.

1. Ἀγησίλαος ἔλεγε, τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς εἶναι, δούλους δὲ ἀγαθούς.

2. Εἰθισμένων δὲ αὐτῶν τὸν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, Τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;

3. Περὶ ἀνδρείας καὶ δικαιοσύνης ἐρωτηθεὶς, ποτέρα

AGESILAI.

I. Agesilaus dicebat Asiæ incolas, si libertate fruerentur, malos: si servirent, bonos esse.

II. Cum solerent illi Persarum regem appellare magnum: Quomodo, aiebat, is me major est, si non justior est et temperantior?

III. De fortitudine et justitia interrogatus, utra ha-

βελτίων, Οὐδὲν ἀνδρείας, ἔφη, χρήζομεν, ἐὰν πάντες ὦμεν δίκαιοι.

4. * Νυκτὸς δὲ μέλλων κατὰ τάχος ἀναζευγνύειν ἐκ τῆς πολεμίας, καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶν ἀπολειπόμενον δι' ἀσθένειαν, καὶ δακρύοντα, Χαλεπὸν, εἶπεν, ἅμα ἐλεεῖν καὶ φρονεῖν.

5. Μενεκράτους δὲ τοῦ ἰατροῦ Διὸς προσαγορευομένου, γράψαντος ἐπιστολὴν πρὸς αὐτὸν, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, ἀντέγραψεν, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν.

6. Λακεδαιμονίων δὲ νικησάντων Ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους ἐν Κορίνθῳ, πυθόμενος τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων νεκρῶν, Φεῦ τᾶς Ἑλλάδος, εἶπεν, ἃ τοσούτους ὑφ' αὐτᾶς ἀπολώλεκεν, ὅσοις ἀρκεῖ τοὺς βαρβάρους νικῆν ἅπαντας.

7. Χρησμὸν δὲ λαβὼν ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ Διὸς, ὃν ἤθελεν, εἶτα τῶν ἐφόρων κελευόντων καὶ τὸν Πύθιον ἐρωτῆσαι περὶ τῶν αὐτῶν, εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος ἠρώτησε τὸν θεὸν, Εἰ ἅπερ τῷ πατρὶ, δοκεῖ καὶ αὐτῷ.

8. Παραιτούμενος δέ τινα τῶν φίλων παρὰ τοῦ Καρὸς Ἰκαριέως, ἔγραψε πρὸς αὐτόν· Νικίας εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ, ἡμῖν ἄφες, πάντως δὲ ἄφες.

9. Τοῦ δὲ μιμουμένου τὴν τῆς ἀηδόνος φωνὴν ἀκοῦσαι παρακαλούμενος, Αὐτᾶς, εἶπεν, ἄκουκα πολλάκις.

10. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, πάντας τοὺς τρέσαντας ἀτίμους εἶναι τοῦ νόμου κελεύοντος, ὁρῶντες οἱ ἔφοροι τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἔρημον οὖσαν, ἐβούλοντο τὴν ἀτιμίαν λῦσαι, καὶ νομοθέτην ἀπέδειξαν τὸν Ἀγησίλαον· ὁ δὲ προελθὼν εἰς τὸ μέσον, ἐκέλευσε τοὺς νόμους ἀπὸ τῆς αὔριον κυρίους εἶναι.

11. Ἐπεὶ δὲ πεμφθεὶς τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων σύμμαχος ἐπολιορκεῖτο μετ' αὐτοῦ, πολλαπλασιόνων ὄντων τῶν πολεμίων, καὶ περιταφρευόντων τὸ στρατόπεδον, κελεύσαντος ἐπεξιέναι καὶ διαμάχεσθαι τοῦ βασιλέως, Οὐκ ἔφη διακωλύσειν τοὺς πολεμίους ἴσους αὐτοῖς γενέσθαι βουλομένους. Ἔτι δὲ μικρὸν ἀπολιπούσης τῆς τάφρου συνάψαι, κατὰ τοῦτο παρατάξας τὸ διαλεῖπον, καὶ πρὸς ἴσους ἴσοι ἀγωνισάμενοι ἐνίκησαν.

12. Ἀποθνήσκων δὲ, τοὺς φίλους ἐκέλευσε, Μηδεμίαν πλαστὰν μηδὲ μιμηλὰν ποιήσασθαι (τὰς εἰκόνας οὕτω προσαγορεύων)· εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖόν ἐστιν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.

Ἀρχίδαμος ὁ Ἀγησιλάου, καταπελτικὸν ἰδὼν βέλος τότε πρῶτον ἐκ Σικελίας κομισθὲν, ἀνεβόησεν, Ὦ Ἡράκλεις, ἀπόλωλεν ἀνδρὸς ἀρετά.

ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

1. Ὁ δὲ νεώτερος Ἆγις, Δημάδου λέγοντος, ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυμα-

rum major esset, respondit : Nihil opus fore fortitudine, si omnes justi essemus.

IV. Noctu subito castra ex hostico moturus, cum amasium videret ob imbecillitatem relinqui a tergo et flere : Difficile est, inquit, simul misereri et sapere.

V. Menecrati medico, qui Jupiter cognominabatur, in epistola ad se scribenti, Menecrates Jupiter Agesilao regi S., rescripsit : Rex Agesilaus Menecrati sanam mentem.

VI. Cum ad Corinthum Lacedæmonii vicissent Athenienses eorumque socios, multitudine hostium occisorum audita dixit : O infelicem Græciam, quæ tantum hominum ipsa sibi interemit, quantum satis erat ad universos vincendum barbaros !

VII. Olympiæ a Jove oraculum ex animi sententia consecutus, Ephorisque jubentibus Apollinem Pythium eadem de re consulere, profectus Delphos ex Deo quæsivit, An quod visum esset patri, idem ipse probaret.

VIII. Pro amico quodam apud Idrieum Carem intercedens, ita ad hunc scripsit : Si insons est Nicias, missum eum fac : si autem sons est, mea causa eum dimitte, omnino autem dimitte.

IX. Invitanti ad audiendum hominem qui lusciniæ vocem imitabatur, dixit : Ipsam sæpenumero audivi lusciniam.

X. A pugna Leuctrica cum lex juberet ignominia omnes affici qui trepidassent : Ephori videntes urbem virorum vacuam, ignominiam istam abolere statuerunt, Agesilaoque legis condendæ auctoritatem detulerunt. Hic igitur progressus in publicum : Jubeo, inquit, leges a crastina die ratas esse.

XI. Missus ut regi Ægyptiorum ferret suppetias, cum una cum eo obsideretur ab hostibus, quorum multitudinis partem tantum aliquantam suorum numero æquabat, iique fossam circum ipsorum castra molirentur; jussus a rege in aciem suos educere et pugna decernere : Ego vero, inquit, non impediam quominus hostes nobis fiant, quod instituerunt, æquales. Cum jam fossam ferme in orbem absolvissent, in ea quæ adhuc restabat intercapedine aciem instruxit, prælioque commisso æquali ordinum utrinque latitudine, victoriam reportavit.

XII. Moriens amicis mandavit, Ne ullum sibi fictile aut pictum monimentum (sic enim appellabat imagines) facerent : si quid enim egisset præclari, id sibi monimentum fore : alioqui vel magnam statuarum copiam nihil ad gloriam conducturam esse.

ARCHIDAMI AGESILAI FRATRIS.

Archidamus Agesilai frater catapultæ cernens telum, tunc primum e Sicilia allatum, exclamavit : Hercules, actum est de virtute viri.

AGIDIS MINORIS.

I. Agis junior, Demade dicente gladios Laconicos ob parvitatem devorari a præstigiatoribus : Atqui, re-

τοποιοὶ, Καὶ μὴν, ἔφη, μάλιστα οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται.

2. Τῷ δὲ προδότῃ παραδοῦναι στρατιώτας τῶν ἐφόρων κελευόντων, Οὐκ ἔφη πιστεύειν τοὺς ἀλλοτρίους τῷ προδόντι τοὺς ἰδίους.

ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ.

Κλεομένης πρὸς τὸν ὑπισχνούμενον αὐτῷ δώσειν ἀλεκτρυόνας ἀποθνήσκοντας ἐν τῷ μάχεσθαι, Μὴ σύ γε, εἶπεν, ἀλλὰ δός μοι τοὺς κατακτείνοντας ἐν τῷ μάχεσθαι.

ΠΑΙΔΑΡΕΤΟΥ.

Παιδάρετος οὐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους, ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσα τιμὴ τῇ τάξει, ἱλαρὸς καὶ μειδιῶν ἀπῄει, χαίρειν λέγων, εἰ τριακοσίους ἡ πόλις ἔχει πολίτας ἑαυτοῦ βελτίονας.

ΔΑΜΟΝΙΔΟΥ.

Δαμονίδας δὲ ταχθεὶς εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ χοροῦ τάξιν ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστάντος, Εὖγε, εἶπεν, ἐξεῦρες, πῶς καὶ αὐτὸς ἔντιμος γένηται.

ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ.

* Νικόστρατος ὁ τῶν Ἀργείων στρατηγὸς ὑπὸ Ἀρχιδάμου χωρίον τι προδοῦναι παρακαλούμενος ἐπὶ χρήμασι πολλοῖς καὶ γάμῳ Λακαίνης, ἣν βούλεται, δίχα τῶν βασιλικῶν, ἀπεκρίνατο, Μὴ εἶναι τὸν Ἀρχίδαμον ἀφ' Ἡρακλέους· τὸν μὲν γὰρ Ἡρακλέα, περιιόντα τοὺς κακοὺς κολάζειν, Ἀρχίδαμον δὲ τοὺς ἀγαθοὺς κακοὺς ποιεῖν.

ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΔΟΥ.

1. Εὐδαιμονίδας ἰδὼν ἐν Ἀκαδημίᾳ Ξενοκράτην πρεσβύτερον ἤδη μετὰ τῶν μαθητῶν φιλοσοφοῦντα, καὶ πυθόμενος, ὅτι τὴν ἀρετὴν ζητεῖ, Πότε οὖν, εἶπεν, αὐτῇ χρήσεται;

2. Πάλιν ἀκούσας φιλοσόφου διαλεχθέντος, ὅτι μόνος ἀγαθὸς στρατηγὸς ὁ σοφός ἐστιν, Ὁ μὲν λόγος, ἔφη, θαυμαστὸς, ὁ δὲ λέγων οὐ περισεσάλπισται.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Ἀντίοχος ἐφορεύων, ὡς ἤκουσεν, ὅτι Μεσσηνίοις Φίλιππος τὴν χώραν ἔδωκεν, ἠρώτησεν, εἰ καὶ τὸ κρατεῖν αὐτοῖς μαχομένοις περὶ τῆς χώρας ἔδωκεν.

ΑΝΤΑΛΚΙΔΟΥ.

1. Ἀνταλκίδας πρὸς τὸν Ἀθηναῖον ἀμαθεῖς ἀποκαλοῦντα τοὺς Λακεδαιμονίους, Μόνοι γοῦν, εἶπεν, ἡμεῖς οὐδὲν μεμαθήκαμεν κακὸν παρ' ὑμῶν.

2. Ἑτέρου δὲ Ἀθηναίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Κηφισσοῦ πολλάκις ὑμᾶς ἐδιώξαμεν, Ἡμεῖς δὲ οὐδέποτε, εἶπεν, ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα.

3. Σοφιστοῦ δὲ μέλλοντος ἀναγινώσκειν ἐγκώμιον Ἡρακλέους, ἔφη, Τίς γὰρ αὐτὸν ψέγει;

spondit, gladiis maxime Lacedæmonii suos hostes tangunt.

II. Jubentibus eum Ephoris milites suos proditori tradere, negavit alienos se crediturum ei qui proprios prodidisset.

CLEOMENIS.

Cleomenes promittenti daturum se ipsi gallos qui inter pugnandum moriantur : Ne dederis, inquit, mihi istos, sed qui in pugna interficiant.

PÆDARETI.

Pædaretus inter trecentos, qui primarius in urbe honor erat, non allectus, lætus ac renidens abiit, Gaudium se ex eo inquiens percipere, si civitas trecentos ipso meliores habeat cives.

DAMONIDÆ.

Damonidas ab eo qui chorum constituebat ultimo collocatus loco : Bene vero, inquit, factum ; invenisti enim hujus quoque stationis ornandæ rationem.

NICOSTRATI.

Nicostratus Argivorum dux Archidamo petenti ut castellum sibi quoddam proderet, mercedisque loco magnam pecuniam et nuptias Spartanæ mulieris quam vellet, solis exceptis regiis, pollicenti, respondit : Non tu es ex Herculis posteritate : hic enim terras obiens malos suppliciis affecit : tu de bonis malos vis reddere.

EUDAMIDÆ.

I. Eudamidas in Academia videns Xenocratem grandi jam natu cum discipulis philosophantem, audiensque virtutem ab eo quæri : Et quando, inquit, utetur ea?

II. Rursum philosophum audiens disputantem, solum sapientem esse bonum imperatorem : Verba quidem, ait, admirationem merentur, sed qui dicit, eum tubæ nunquam circumsonuerunt.

ANTIOCHI.

Antiochus Ephorus, audito Philippum Messeniis agrum attribuisse, quæsivit, An id quoque eis dederit, ut pro eo pugnantes possint vincere.

ANTALCIDÆ.

I. Antalcidas Atheniensi Spartanos appellanti indoctos : Soli ergo, inquit, nos nihil mali a vobis didicimus.

II. Alii Atheniensi dicenti, Enimvero nos aliquoties vobis a Cephisso profligatis institimus, respondit : Sed nos nunquam vos ab Eurota repulsos persecuti sumus.

III. Sophista laudationem Herculis recitaturo : Quis vero, inquit, eum vituperat?

ΕΠΑΜΙΝΩΝΔΟΥ.

1. Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου στρατηγοῦντος, οὐδέποτε πανικὸς θόρυβος ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον.

2. Ἔλεγε δὲ, τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον.

3. Τῶν δὲ ὁπλιτῶν δεῖν ἀπέφαινεν εἶναι τὸ σῶμα γεγυμνασμένον οὐκ ἀθλητικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιωτικῶς· διὸ καὶ τοῖς πολυσάρκοις ἐπολέμει, καί τινα τοιοῦτον ἀπήλασε τῆς στρατιᾶς, εἰπὼν, Ὅτι μόλις αὐτοῦ σκέπουσι τὴν γαστέρα ἀσπίδες τρεῖς ἢ τέσσαρες, δι' ἣν οὐχ ἑώρακεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον.

4. Οὕτω δὲ ἦν εὐτελὴς περὶ τὴν δίαιταν, ὥστε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὑπὸ γείτονος, εὑρὼν πεμμάτων καὶ ὄψων καὶ μύρων παρασκευὴν, ἀπῆλθεν εὐθὺς, εἰπὼν, Ἐγώ σε θύειν ᾤμην, οὐχ ὑβρίζειν.

5. Τοῦ δὲ μαγείρου τοῖς συνάρχουσιν ἡμερῶν τινων δαπάνην ἀπολογιζομένου, πρὸς μόνον ἠγανάκτησε τὸ πλῆθος τοῦ ἐλαίου· θαυμασάντων δὲ τῶν συναρχόντων, Οὐ τὸ τῆς δαπάνης, ἔφη, λυπεῖν αὐτὸν, ἀλλ' εἰ τοσοῦτον ἔλαιον ἐντὸς παραδέδεκται τοῦ σώματος.

6. Ἑορτὴν δὲ τῆς πόλεως ἀγούσης, καὶ πάντων ἐν πότοις καὶ συνουσίαις ὄντων, ἀπήντησέ τινι τῶν συνήθων αὐχμηρὸς καὶ σύννους βαδίζων· θαυμάζοντος δὲ, καὶ πυνθανομένου, τί δὴ μόνος οὕτως ἔχων περίεισιν, Ὅπως, εἶπεν, ἐξῇ πᾶσιν ὑμῖν μεθύειν καὶ ῥᾳθυμεῖν.

7. Ἄνθρωπον δὲ φαῦλον, ἐξημαρτηκότα τι τῶν μετρίων, τοῦ μὲν Πελοπίδα παρακαλοῦντος, οὐκ ἀφῆκε· τῆς δ' ἐρωμένης δεηθείσης, ἀφῆκεν, εἰπὼν, Ὅτι τοιαῦτα πρέπει λαμβάνειν ἑταιριδίοις, ἀλλὰ μὴ στρατηγοῖς.

8. Ἐπεὶ δὲ, Λακεδαιμονίων ἐπιστρατευομένων ἀνεφέροντο χρησμοὶ τοῖς Θηβαίοις, οἱ μὲν ἧτταν, οἱ δὲ νίκην φράζοντες, ἐκέλευε τοὺς μὲν ἐπὶ δεξιᾷ τοῦ βήματος θεῖναι, τοὺς δὲ ἐπ' ἀριστερᾷ. Τεθέντων δὲ πάντων, ἀναστὰς εἶπεν, Ἐὰν μὲν ἐθελήσητε τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, καὶ τοῖς πολεμίοις ὁμόσε χωρεῖν, οὗτοι ὑμῖν εἰσιν οἱ χρησμοὶ, δείξας τοὺς βελτίονας· ἐὰν δὲ ἀποδειλιάσητε πρὸς τὸν κίνδυνον, ἐκεῖνοι, πρὸς τοὺς χείρονας ἰδών.

9. Πάλιν δὲ προσάγων τοῖς πολεμίοις, βροντῆς γενομένης, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πυνθανομένων, τί σημαίνειν * οἴεται τὸν θεὸν, Ἐμβεβροντῆσθαι τοὺς πολεμίους, εἶπεν, ὅτι τοιούτων χωρίων ἐγγὺς ὄντων, ἐν τοιούτοις στρατοπεδεύουσιν.

10. Ἥδιστον δὲ πάντων αὐτῷ τῶν γεγονότων καλῶν καὶ ἀγαθῶν [εἶναι] ἔλεγε, τὸ τῶν γειναμένων αὐτὸν τοῦ πατρὸς ζῶντος ἔτι καὶ τῆς μητρὸς, ἐν Λεύκτροις νικῆσαι Λακεδαιμονίους.

11. Εἰωθὼς δὲ φαίνεσθαι τὸν ἄλλον χρόνον ἀληλιμμένος τὸ σῶμα, καὶ φαιδρὸς τῷ προσώπῳ, μετὰ τὴν μάχην ἐκείνην τῇ ὑστεραίᾳ προῆλθεν αὐχμηρὸς καὶ

EPAMINONDÆ.

I. Epaminonda Thebanorum imperatore, nunquam Panicus terror exercitui incidit.

II. Dicebat hic, pulcherrimam esse mortem in bello.

III. Pronuntiabat gravis armaturæ militum corpora debere esse exercitata non athletice tantum, sed et militari ratione. Itaque obesos oderat, et quemdam eorum exercitu ejecit, dicens, Ventrem ejus, præ quo sua virilia videre nequiret, vix tribus posse aut quatuor scutis tegi.

IV. Adeo autem frugali utebatur victus ratione, ut invitatus aliquando ad cœnam a vicino, cum invenisset ibi bellariorum, obsoniorum, unguentorumque apparatum, statim discesserit, inquiens : Ego te sacrificare putabam, non luxuriare.

V. Coquo collegis rationem de sumptu aliquot dierum reddente, soli olei impensi multitudini succensuit : quod cum ceteri mirarentur, est professus, Non sumptum se ægre ferre, sed quod olei tantum intra corpus esset receptum.

VI. Civitate diem festum agente, omnibusque vino et convivio deditis, occurrit cuidam familiarium squalidus et cogitabundus. Miranti et causam quærenti, cur solus ita affectus obambularet, respondit : Ut liceat vobis omnibus potare et animo esse otioso.

VII. Malum hominem, qui mediocrem aliquam culpam commiserat, Pelopida deprecante, non dimisit : amasia autem orante, absolvit : Hujusmodi dona, inquiens, accipere meretriculas convenit, non imperatores.

VIII. Lacedæmoniis bellum inferentibus cum essent allata Thebanis oracula, cladem quædam, victoriam alia denuntiantia : hæc ad dextram, illa ad sinistram tribunalis poni jussit. Quo peracto, surgens : Si, inquit, ducibus parere vultis et in hostem pugnare, hæc vobis oracula sunt, prospera ostendens : si periculum prælii formidatis, hæc sunt, deteriora monstrans.

IX. Cum jam ad hostem cum copiis accederet, et tonitru exstitisset, interrogantibus suis quid significari tonitru eo putaret, respondit : Deum attonitos reddidisse hostes, stuporemque iis injecisse, qui cum prope apta loca essent, iniquo loco castra ponerent.

X. Eorum quæ ipsi evenissent bona atque commoda, omnium hoc sibi aiebat accidisse jucundissimum, quod utroque vivente parente Lacedæmonios ad Leuctra vicisset.

XI. Solitus alias videri uncto corpore, vultuque sereno, post illam pugnam postridie processit squalidus atque humilis : et interrogantibus amicis ecquid adver-

ταπεινός· τῶν δὲ φίλων ἐρωτώντων, μή τι λυπηρὸν αὐτῷ συμπέπτωκεν, Οὐδὲν, εἶπεν, ἀλλ' ἐχθὲς ᾐσθόμην ἐμαυτοῦ μεῖζον ἢ καλῶς ἔχει φρονήσαντος· διὸ σήμερον κολάζω τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς.

12. Εἰδὼς δὲ τοὺς Σπαρτιάτας ἐπικρυπτομένους τὰ τοιαῦτα συμπτώματα, καὶ βουλόμενος ἐξελέγξαι τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς αὐτῶν, οὐχ ὁμοῦ πᾶσι νεκρῶν ἀναίρεσιν, ἀλλ' ἑκάστοις κατὰ πόλιν ἔδωκεν, ὥστε πλείονας ἢ χιλίους [ὄντας] ὀφθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίων.

13. Ἰάσονος δὲ τοῦ Θεσσαλῶν μονάρχου συμμάχου μὲν εἰς Θήβας παραγενομένου, δισχιλίους δὲ χρυσοῦς τῷ Ἐπαμινώνδᾳ πέμψαντος ἰσχυρῶς πενομένῳ, τὸ μὲν χρυσίον οὐκ ἔλαβε, τὸν δὲ Ἰάσονα θεασάμενος, Ἀδίκων, ἔφη, χειρῶν ἄρχεις· αὐτὸς δὲ πεντήκοντα δραχμὰς δανεισάμενος παρά τινος τῶν πολιτῶν, ἐφόδιον τᾶς στρατιᾶς, ἐνέβαλεν εἰς Πελοπόννησον.

14. Αὖθις δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως τρισμυρίους δαρεικοὺς ἀποστείλαντος αὐτῷ, καθήψατο πικρῶς Διομέδοντος, εἰ τοσοῦτον πλοῦν πέπλευκε διαφθερῶν Ἐπαμινώνδαν· καὶ πρὸς τὸν βασιλέα λέγειν ἐκέλευσεν, Ὅτι τὰ συμφέροντα Θηβαίοις φρονῶν, ἕξει προῖκα φίλον Ἐπαμινώνδαν· τὰ δὲ μὴ συμφέροντα, πολέμιον.

15. Ἐπεὶ δὲ Ἀργεῖοι μὲν ἐγένοντο σύμμαχοι Θηβαίων, Ἀθηναίων δὲ πρέσβεις εἰς Ἀρκαδίαν παραγενόμενοι κατηγόρουν ἀμφοτέρων, καὶ Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ ὠνείδισε τὸν Ὀρέστην καὶ τὸν Οἰδίποδα ταῖς πόλεσιν, ἐπαναστὰς ὁ Ἐπαμινώνδας, Ὁμολογοῦμεν, ἔφη, καὶ παρ' ἡμῖν πατροκτόνον γενέσθαι, καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον· ἀλλὰ τοὺς ταῦτα δράσαντας ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο.

16. Πρὸς δὲ τοὺς Σπαρτιάτας πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν Θηβαίων κατηγορήσαντας, Οὗτοι μέντοι, εἶπεν, ὑμᾶς βραχυλογοῦντας ἔπαυσαν.

17. Ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρον τὸν Φεραίων τύραννον, πολέμιον ὄντα Θηβαίων, Ἀθηναῖοι φίλον ἐποιήσαντο καὶ σύμμαχον ὑποσχόμενον αὐτοῖς ἡμιωβολίου τὴν μνᾶν κρεῶν ὤνιον παρέξειν, Ἡμεῖς δὲ, ἔφη ὁ Ἐπαμινώνδας, ξύλα προῖκα παρέξομεν Ἀθηναίοις ἐπὶ τὰ κρέα ταῦτα· τὴν γὰρ χώραν αὐτῶν τεμοῦμεν, ἂν πολυπραγμονῶσι.

18. Τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ὑπὸ σχολῆς ἐκλυομένους ἀεὶ βουλόμενος ἐν τοῖς ὅπλοις συνέχειν, ὁπότε Βοιωτάρχης αἱρεθείη, παραινῶν ἔλεγε, Ἔτι βουλεύσασθε, ἄνδρες· ἐὰν γὰρ ἐγὼ στρατηγῶ, στρατευτέον ἐστὶν ὑμῖν· καὶ τὴν χώραν ὑπτίαν οὖσαν καὶ ἀναπεπταμένην, πολέμου ὀρχήστραν προσηγόρευεν, ὡς μὴ δυναμένους κρατεῖν αὐτῆς, ἂν μὴ τὴν χεῖρα διὰ πόρπακος ἔχωσι.

19. Τοῦ δὲ Χαβρίου περὶ Κόρινθον ὀλίγους τινὰς τῶν Θηβαίων ὑπὸ τὰ τείχη φιλομαχοῦντας καταβαλόντος, καὶ στήσαντος τρόπαιον, ὁ Ἐπαμινώνδας καταγελῶν ἔφη, Ἐνταῦθα δεῖ οὐ τρόπαιον, ἀλλὰ Ἑκατήσιον ἑστάναι· τὴν γὰρ Ἑκάτην ἐπιεικῶς ἐν ταῖς πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρύοντο τριόδοις.

20. Ἀπαγγείλαντος δέ τινος, ὡς Ἀθηναῖοι στρά-

sum obtigisset : Non sane, inquit; sed heri sensi me animo altius quam rectum est elatum fuisse : itaque hodie immoderatum illud gaudium castigo.

XII. Sciens autem Spartanos id genus calamitatum tegere, ut magnitudinem cladis eorum demonstraret, cadaverum receptionem non simul universis, sed singulatim urbibus permisit : quo deprehensum est amplius mille Lacedæmoniorum cecidisse.

XIII. Cum Iason Thessalorum tyrannus Thebas (nam ea cum civitate fœdus ei societasque intercedebat) venisset, et Epaminondæ admodum egeno duo millia aureorum mitteret : aurum Epaminondas repudiavit, cumque Iasonem conspexisset : Injuriam, inquit, mihi infers ultro : et quinquaginta denariis a quodam cive mutuo sumptis, eo fretus expeditionis viatico in Peloponnesum irrupit.

XIV. Rursum cum ei rex Persarum tria Daricorum millia misisset : acerbe Diomedontem objurgavit, qui tantam navigationem confecisset corrumpendi Epaminondæ gratia, regique eum renuntiare jussit, Se ei gratis fore amicum, Thebanorum commodo studenti : incommoda autem eorum meditanti, hostem.

XV. Cum Argivi facti essent Thebanorum socii, et legati Atheniensium in Arcadiam missi utrosque culparent, atque Callistratus orator civitatibus his Orestem et Œdipum exprobraret; surgens Epaminondas : Fatemur, inquit, apud nos parricidam, apud Argivos fuisse matricidam : verum istos a nobis ejectos Athenienses receperunt.

XVI. Spartanis vero multa et magna Thebanis crimina impingentibus dixit : Hi quidem vestræ breviloquentiæ finem imposuerunt.

XVII. Postquam Alexandrum Pheræorum tyrannum, hostem Thebanorum, Athenienses socium sibi fœdere junxerunt, pollicitum se ipsis minam carnis semiobolo venditurum : Nos vero, inquit Epaminondas, Atheniensibus ligna ad coquendas carnes istas gratis suppeditabimus : nam si quid tentabunt novi, agrum eorum depopulabimur.

XVIII. Bœotos otio dissolutos cupiens semper in armis continere, cum Bœotarcha (sic summum apud eos magistratum vocant) deligeretur, hortari solebat, Ut denuo consultarent; se enim si crearent ducem, militandum ipsis fore. Regionemque ipsorum supinam atque apertam, *belli orchestram* appellabat, quod eam tenere non possent, nisi manu clypei ansæ inserta.

XIX. Chabrias apud Corinthum Thebanos paucos quosdam sub ipsos muros cupidius pugna progressos occiderat, ac tropæum ibi constituerat. Quod deridens Epaminondas, Ibi non tropæum, aiebat, sed Triviæ statua erigi debet. Solent enim Triviæ statuas ante portas in triviis ponere.

XX. Nuntiante quodam, Athenienses exercitum no-

τευμα καινοῖς κεκοσμημένον ὅπλοις εἰς Πελοπόννησον ἀπεστάλκασι, Τί οὖν, εἶπεν, Ἀντιγενίδας στένει καινοὺς Τέλληνος αὐλοὺς ἔχοντος; ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλης, κάκιστος, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας, κάλλιστος.

21. * Τὸν δὲ ὑπασπιστὴν αἰσθόμενος εἰληφότα χρήματα πολλὰ παρ' ἀνδρὸς αἰχμαλώτου γεγονότος, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα, σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον, ἐν ᾧ καταζήσεις· οὐκέτι γὰρ ἐθέλεις κινδυνεύειν ὁμοίως, εἷς τῶν πλουσίων γεγονὼς καὶ μακαρίων.

22. Ἐρωτηθεὶς δὲ, πότερον ἑαυτὸν ἡγεῖται βελτίονα στρατηγὸν ἢ Χαβρίαν ἢ Ἰφικράτην, Δύσκριτον, εἶπεν, ἕως ζῶμεν.

23. *Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς Λακωνικῆς ὑποστρέψας ἔφευγε θανάτου δίκην μετὰ τῶν συστρατηγῶν, ὡς ἐπιβαλὼν τῇ Βοιωταρχίᾳ παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας, τοὺς μὲν συνάρχοντας ἐκέλευεν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν ὡς ἐκβιασθέντας, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων λόγους· εἰ δὲ δεῖ τι πάντως εἰπεῖν πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀξιοῦν, ἂν ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην, ὅπως οἱ Ἕλληνες εἰδῶσιν, ὅτι μὴ βουλομένους Θηβαίους Ἐπαμινώνδας ἠνάγκασε τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι, πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδῄωτον οὖσαν· οἰκίσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων· συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸν Ἀρκάδας· ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν αὐτονομίαν. Ταῦτα γὰρ ἐπράχθη κατ' ἐκείνην τὴν στρατείαν. Ἐξῆλθον οὖν οἱ δικασταὶ σὺν πολλῷ γέλωτι, μηδὲ τὰς ψήφους ἐπ' αὐτὸν ἀναλαβόντες.

24. Ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ μάχῃ τρωθεὶς καὶ κομισθεὶς ἐπὶ σκηνὴν, ἐκάλει Δαΐφαντον, εἶτα μετ' ἐκεῖνον Ἰολλίδαν· τεθνάναι δὲ τοὺς ἄνδρας πυθόμενος, ἐκέλευε διαλύεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, ὡς οὐκ ὄντος αὐτοῖς στρατηγοῦ. Καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν, ὡς εἰδότος ἄριστα τοὺς πολίτας.

ΠΕΛΟΠΙΔΟΥ.

1. Πελοπίδας ὁ συστρατηγὸς Ἐπαμινώνδα, τῶν φίλων αὐτὸν ἀμελεῖν λεγόντων πράγματος ἀναγκαίου, χρημάτων συναγωγῆς, Ἀναγκαῖα τὰ χρήματα νὴ Δία, εἶπε, τούτῳ Νικομήδει, δείξας χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον.

2. Τῆς δὲ γυναικὸς, ἐπὶ μάχην ἐξιόντος αὐτοῦ, δεομένης σώζειν ἑαυτὸν, Ἄλλοις, ἔφη, δεῖν τοῦτο παραινεῖν, ἄρχοντι δὲ καὶ στρατηγῷ, σώζειν τοὺς πολίτας.

3. Εἰπόντος δέ τινος τῶν στρατιωτῶν, Ἐμπεπτώκαμεν εἰς τοὺς πολεμίους, Τί μᾶλλον, εἶπεν, ἢ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖνοι;

4. Ἐπεὶ δὲ παρασπονδηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίων τυράννου, καὶ δεθεὶς, κακῶς αὐτὸν ἔλεγεν, εἰπόντος ἐκείνου, Σπεύδεις ἀποθανεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, εἶπεν, ἵνα μᾶλλον ἐπὶ σε παροξυνθῶσι Θηβαῖοι, καὶ σὺ δίκην δῷς τάχιον.

vis armis ornatum in Peloponnesum misisse : Quid tum postea, inquit? ān gemit Antigenidas novas fistulas Tellene nacto? Erant autem tibicines, Antigenidas optimus, Telles pessimus.

XXI. Armigerum suum comperiens multum pecuniæ accepisse a quodam qui captus fuerat : Proinde inquit, scutum tu mihi redde, tibique cauponam eme in quā vitam exigas; dives enim et unus beatorum factus, non voles adhuc pericula adire.

XXII. Interrogatus, sene meliorem putaret imperatorem, Chabriam, aut Iphicratem, respondit : Hoc dijudicatu difficile est dum vivimus.

XXIII. Reversus ex Laconica, capitis postulatus est cumque eo reliqui duces. Crimen erat, quod Bœotarchiæ contra leges quatuor prorogasset menses. Tum reliquos duces in ipsum culpam conferre jussit, tanquam ab eo coactos. Ipse vero præfatus se non dicendo plus quam rebus gerendis valere : Si tamen, ait, omnino aliquid est ad judices dicendum, postulo ut si me interficitis inscribatis damnationem columnæ alicui; ut scire possint Græci, Epaminondam Thebanos invitos adegisse ad vastandam incendiis Laconicam, nihil hostile a quingentis annis passam, Messenenque post ducentos et triginta ab excidio annos condendam : et in unum corpus ut redigerent Arcades, ac redderent Græcis liberum suarum legum usum : hæc enim sunt isto expeditionis tempore acta. His auditis judices multo cum risu discesserunt, non admisso ad suffragia ferenda populo.

XXIV. Ultima in pugna accepto vulnere in tentorium relatus, Daiphantum vocavit, ac post illum Iollidam : quos cum interiisse intellexisset, suasit suis ut pacem cum hoste componerent, imperatore jam carentes. Verba ejus res comprobavit, ita præclare cives suos noverat.

PELOPIDÆ.

I. Pelopidas Epaminondæ collega, dicentibus amicis rem eum negligere necessariam, pecuniæ scilicet conquisitionem : Mehercle, inquit, pecunia res est necessaria huicce Nicomedi, monstrans hominem claudum et mutilum.

II. Cum exeuntem ad pugnam oraret uxor, ut se ipsum servaret : Aliis, inquit, hoc consulendum esse principi autem et imperatori, ut cives servet.

III. Quodam militum dicente, Incidimus in hostes: Qui magis, respondit, quam illi in nos?

IV. Postquam violata fide Alexander Pheræorum tyrannus in vinculis eum captivum tenuit, maledictisque impetitus ab eo dixit, Acceleras tibi mortem? Omnino, inquit, ut tanto magis irritati Thebani supplicium de te sumant.

5. Θήβης δὲ τῆς τοῦ τυράννου γυναικὸς ἐλθούσης πρὸς Πελοπίδαν, καὶ λεγούσης θαυμάζειν, ὅτι οὕτως ἱλαρός ἐστι δεδεμένος, Αὐτὸς, ἔφη, μᾶλλον θαυμάζειν ἐκείνην, ὅτι μὴ δεδεμένη ὑπομένει Ἀλέξανδρον.

6. Κομισαμένου δ' αὐτὸν τοῦ Ἐπαμινώνδου, Χάριν, εἶπεν, ἔχειν Ἀλεξάνδρῳ· πεπείραται γὰρ ἑαυτοῦ νῦν μάλιστα οὐ μόνον πρὸς πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς θάνατον εὐθαρσῶς ἔχοντος.

V. Thebæ autem tyranni uxori ad se venienti, mirarique dicenti quod ita hilaris esset in vinculis: Ego, inquit, te multo magis miror, quæ non vincta Alexandrum fers.

VI. Liberatus Epaminondæ opera, Gratiam se habere Alexandro dixit : nunc enim maxime expertum se esse, non ad bellum modo, sed etiam ad mortem animo se esse forti.

ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ΜΑΝΙΟΥ ΚΟΥΡΙΟΥ.

1. Μάνιος Κούριος, ἐγκαλούντων αὐτῷ τινων, ὅτι τῆς αἰχμαλώτου χώρας ὀλίγον ἑκάστῳ μέρος διένειμε, τὴν δὲ πολλὴν ἐποίησε δημοσίαν, ἐπηύξατο, Μηδένα γενέσθαι Ῥωμαίων, ὃς ὀλίγην ἡγήσεται γῆν τὴν τρέφουσαν.

2. Σαυνιτῶν δὲ μετὰ τὴν ἧτταν ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν, καὶ χρυσίον διδόντων, ἔτυχεν ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδας· ἀπεκρίνατο δὲ τοῖς Σαυνίταις μηδὲν χρυσίου δεῖσθαι τοιοῦτον δεῖπνον δειπνῶν· αὐτῷ δὲ βέλτιον εἶναι τοῦ χρυσίον ἔχειν τὸ κρατεῖν τῶν ἐχόντων.

ΓΑΙΟΥ ΦΑΒΡΙΚΙΟΥ.

1. Γάϊος Φαβρίκιος τὴν ὑπὸ Πύῤῥου Ῥωμαίων ἧτταν πυθόμενος, Λαβιήνῳ εἶπεν, Πύῤῥος, οὐκ Ἠπειρῶται Ῥωμαίους νενικήκασιν.

2. Ἐλθὼν δὲ πρὸς Πύῤῥον περὶ λύσεως αἰχμαλώτων, * χρυσίον μὲν πολὺ διδόντος, οὐκ ἔλαβε· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν μέγιστον ἐλέφαντα, τοῦ Πύῤῥου παρασκευάσαντος ἐξόπισθεν ἀγνοοῦντι τῷ Φαβρικίῳ ῥήξαντα φωνὴν ἐπιφανῆναι· καὶ τούτου γενομένου, ἐπιστραφεὶς ὁ Φαβρίκιος καὶ μειδιάσας, Ἐμὲ [μὲν], εἶπεν, οὔτε τὸ χρυσίον ἐχθὲς, οὔτε σήμερον τὸ θηρίον ἐξέπληξε.

3. Τοῦ δὲ Πύῤῥου παρακαλοῦντος αὐτὸν εἶναι σὺν αὐτῷ καὶ τὴν μετ' αὐτὸν ἔχειν ἡγεμονίαν, Οὐδὲ σοὶ, ἔφη, τοῦτο λυσιτελές ἐστιν· Ἠπειρῶται γὰρ ἐὰν ἀμφοτέρους γνῶσιν ἡμᾶς, ὑπ' ἐμοῦ βασιλεύεσθαι μᾶλλον ἢ σοῦ ἐθελήσουσιν.

4. Ὑπατεύοντι δὲ τῷ Φαβρικίῳ προσέπεμψεν ἐπιστολὴν ὁ τοῦ Πύῤῥου ἰατρὸς, ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν κελεύῃ, φαρμάκοις τὸν Πύῤῥον ἀποκτενεῖν· ὁ δὲ Φαβρίκιος τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Πύῤῥον ἔπεμψεν, αἰσθέσθαι κελεύσας, διότι καὶ φίλων κάκιστός ἐστι κριτὴς καὶ πολεμίων.

5. Ἐπεὶ δὲ φωράσας τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Πύῤῥος, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκρέμασε, τῷ δὲ Φαβρικίῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀπέδωκεν, οὐκ ἐδέξατο δωρεὰν, ἀλλ' ἴσους ἀντέδωκε, μὴ δόξῃ λαμβάνειν μισθόν· οὐδὲ γὰρ χάριτι Πύῤῥου μεμηνυκέναι τὴν ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὅπως μὴ δοκῶσι Ῥωμαῖοι δόλῳ κτείνειν, ὡς φανερῶς νικᾶν οὐ δυνάμενοι.

ROMANORUM APOPHTHEGMATA.

MANII CURII.

I. Manius Curius, reprehendentibus quibusdam quod de agro bello capto parvam singulis portionem attribuisset, maximam publicasset : optavit ne quis foret Romanorum, qui exiguum agrum putaret quo aleretur.

II. Samnites accepta clade ad eum venerunt aurum offerentes : elixabat autem tum forte rapas in olla. Respondit itaque iis, Nihil opus auro esse qui sic cœnaret: sibique utilius esse imperare aurum possidentibus, quam aurum possidere.

CAII FABRICII.

I. Caius Fabricius audito Romanos a Pyrrho victos, Lævino dixit : Non Epirotæ Romanos, sed Pyrrhus vicit.

II. Cum liberandorum captivorum gratia ad Pyrrhum venisset, multum ab eo auri oblatum non accepit. Postridie Pyrrhus curavit, ut maximus elephas Fabricio ignoranti a tergo statueretur et vocem ederet. Quod ubi factum est, conversus Fabricius, subridensque : Me, inquit, neque aurum heri, neque bellua hodie perculit.

III. Hortanti Pyrrho, ut secum maneret, proximoque a se loco imperaret : Hoc, ait, ne tibi quidem conduceret; nam si nos Epirotæ nossent, a me mallent quam a te regi.

IV. Consulatum gerenti Fabricio Pyrrhi medicus per epistolam promisit, se jubente ipso Pyrrhum veneno necaturum. Eam epistolam Fabricius Pyrrho misit, jussitque animadvertere, pessime ipsum et de amicis judicare et de inimicis.

V. Cumque insidiis cognitis Pyrrhus medicum suspendisset; et Fabricio captivos gratis reddidisset, non accepit hos ea conditione Fabricius, sed totidem captivos reddidit ne mercedem beneficii accipere videretur : non gratia enim Pyrrhi adductum insidias illas se patefecisse, sed ne putarentur Romani dolo interficere, tanquam aperto Marte vincere non valentes.

ΦΑΒΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

1. Φάβιος Μάξιμος Ἀννίβᾳ μάχεσθαι μὴ βουλόμενος, ἀλλὰ τρίβειν χρόνῳ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ χρημάτων ἐνδεᾶ καὶ σιτίων οὖσαν, ἐπηκολούθει διὰ τῶν τραχέων καὶ ὀρεινῶν ἀντιπαρεξιών· καταγελώντων δὲ τῶν πολλῶν καὶ παιδαγωγὸν Ἀννίβα καλούντων, μικρὰ φροντίζων ἐχρῆτο τοῖς αὑτοῦ λογισμοῖς· καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἔλεγεν, Ὅτι τὸν σκώμματα φοβούμενον καὶ λοιδορίας, δειλότερον ἡγεῖται τοῦ φεύγοντος τοὺς πολεμίους.

2. Ἐπεὶ δὲ τοῦ συνάρχοντος Μινουκίου καταβαλόντος τινὰς τῶν πολεμίων, πολὺς ἦν λόγος ὡς ἀνδρὸς ἀξίου τῆς Ῥώμης, Μᾶλλον ἔφη τὴν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἀτυχίαν τοῦ Μινουκίου φοβεῖσθαι. Καὶ μετὰ μικρὸν ἐνέδρᾳ περιπεσόντος καὶ κινδυνεύοντος ἀπολέσθαι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, ἐπιβοηθήσας, τῶν τε πολεμίων πολλοὺς διέφθειρε, κἀκεῖνον ἔσωσεν. Ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας εἶπε πρὸς τοὺς φίλους, Οὐ πολλάκις ὑμῖν προὔλεγον ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῶν ὀρῶν νεφέλην, ὅτι χειμάσει ποτὲ ἐφ' ἡμᾶς;

3. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Κάνναις ἀτυχίαν τῆς πόλεως, ἄρχων κατασταθεὶς μετὰ Κλαυδίου Μαρκέλλου τόλμαν ἔχοντος ἀνδρὸς, καὶ φιλομαχοῦντος ἀεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸς ἤλπιζεν, εἰ μηδεὶς μάχοιτο, ταχὺ τὴν δύναμιν τοῦ Ἀννίβα παρατεινομένην ἀπαγορεύσειν· ἔλεγεν οὖν ὁ Ἀννίβας, Ὅτι μᾶλλον φοβεῖται Μαρκέλλου μαχομένου Φάβιον μὴ μαχόμενον.

4. Στρατιώτου δέ τινος Λευκανοῦ κατηγορηθέντος πρὸς αὐτὸν, ὡς νύκτωρ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου πλανῷτο πολλάκις ἐρῶν γυναικὸς, τὰ δὲ ἄλλα θαυμαστὸν ἐν τοῖς ὅπλοις πυνθανόμενος εἶναι τὸν ἄνδρα, συλλαβεῖν ἐκέλευσε τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ κρύφα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν· ὡς δὲ ἤχθη, μεταπεμψάμενος τὸν ἄνθρωπον, Οὐ λέληθας, ἔφη, παρὰ τὸν νόμον ἀπονυκτερεύων· ἀλλ' οὐδὲ χρηστὸς ὢν πρότερον ἐλελήθεις· τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις, τὸ δὲ λοιπὸν ἔσῃ μεθ' ἡμῶν· ἔχω γὰρ ἐγγυήτην· καὶ προαγαγὼν συνέστησεν αὐτῷ τὸ γύναιον.

5. Ταραντίνους δὲ κατέχοντα φρουρᾷ τὸν Ἀννίβαν πλὴν τῆς ἀκροπόλεως, ἀπαγαγὼν πορρωτάτω δι' ἀπάτης, καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν καὶ διαρπάσας, τοῦ γραμματέως ἐπερωτήσαντος, τί περὶ τῶν ἱερῶν ἔγνωκεν ἀγαλμάτων, Ἀπολείπωμεν, ἔφη, Ταραντίνοις τοὺς θεοὺς κεχολωμένους.

6. Μάρκου δὲ Λιβίου, τοῦ τὴν ἀκρόπολιν φρουροῦντος, δι' ἑαυτὸν ἑαλωκέναι τὴν πόλιν λέγοντος, οἱ μὲν ἄλλοι * κατεγέλων, ὁ δὲ Φάβιος εἶπεν, Ἀληθῆ λέγεις· εἰ γὰρ μὴ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ ἀνέλαβον.

7. Ἤδη δὲ πρεσβύτερος ὢν, ὑπατεύοντος τοῦ υἱοῦ καὶ χρηματίζοντος ἐν δημοσίῳ πολλῶν παρόντων, ἀναβὰς ἐφ' ἵππου προῄει· πέμψαντος δὲ τοῦ νεανίσκου ῥαβδοῦχον καὶ καταβῆναι κελεύσαντος, οἱ μὲν ἄλλοι

FABII MAXIMI.

I. Fabius Maximus nolens cum Annibale prælio congredi, sed copias ejus meditatus tempore atterere, pecuniæ et commeatus inopes, sectabatur hostem per aspera et montosa ab altera parte ducens : ridentibusque multis et pædagogum Annibalis eum dictitantibus, contemptis dicteriis sua sequebatur consilia, et amicis dicebat, Qui maledicta et convicia metueret, hunc sibi timidiorem existimari eo qui hostes fugiat.

II. Cum autem collega ipsius Minucius quibusdam hostium dejectis in omnium esset ore, virque Roma dignus ferretur, dixit Fabius, Magis se a prospero Minucii quam adverso eventu aliquid timere mali. Eumdem paulo post in insidias delapsum, ac de sua et exercitus salute in summo versantem periculo, subveniens ipse magna cum strage hostium servavit. Itaque Annibal ad amicos dicebat : Nonne prædixi vobis, a nubecula ista montibus insidente tempestatem aliquando in nos erupturam?

III. Post Cannensem cladem consul creatus Claudio Marcello collega, homine audace, atque identidem cum Annibale præliari studente, ipse sperabat nemine pugnante mox exercitum Annibalis mora enervatum animos desponsurum. Itaque dicebat Annibal, magis se non pugnante Fabio, quam pugnante Marcello sibi timere.

IV. Erat apud Fabium delatus Lucanus quidam miles, qui ob amorem mulierculæ cujusdam frequenter noctu a castris evagaretur. Hunc cum alioqui in armis admiranda esse virtute inaudivisset, capi occulte atque ad se afferri mulierculam jussit : adductaque ea vocato ad se reo : Deprehensum est, ait, noctu te a castris contra leges abesse, sed ne hoc quidem me fefellit, strenuum te ante fuisse : meritis igitur peccata tuis tua condonata sunto ; in posterum autem nobiscum eris : habeo enim fidejussorem : simulque productam ei tradidit amicam.

V. Tarentum, quod præter arcem præsidio tenebatur ab Annibale, abducto per fallaciam hoste quam longissime, recepit ac diripuit : scribæque interroganti quid de sacris simulacris statuisset : Relinquamus, ait, Tarentinis deos iratos.

VI. Cum autem Marcus Livius, qui Tarentinam arcem præsidio tutabatur, sua opera eum Tarento potitum diceret, aliis deridentibus : Vera, inquit Fabius, dicis : nisi enim tu urbem amisisses, nunquam ego recepissem.

VII. Senectute jam ingravescente, cum filius ejus consul in publico magna hominum frequentia officio fungeretur, conscenso equo ad eum adivit : cumque filius misso lictore descendere eum ex equo jussisset,

διετράπησαν, αὐτὸς δὲ ὁ Φάβιος ἀποπηδήσας τοῦ ἵππου προσέδραμε παρ' ἡλικίαν, καὶ περιβαλὼν τὸν υἱὸν, Εὖγε, εἶπεν, ὦ παῖ, φρονεῖς, αἰσθόμενος, τίνων ἄρχεις, καὶ πηλίκης ἀρχῆς μέγεθος παρείληφας.

reliquis pudore affectis desiluit ex equo, et contentiore quam ætas ferret impetu accurrit ad filium, amplexusque eum : Recte, inquit, sapis, fili, sentiens quibus præsis, et quantam imperii majestatem adeptus sis.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ.

1. Σκιπίων δὲ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῶν στρατιῶν καὶ τῆς πολιτείας [σχολὴν] ἐν γράμμασι διατριβὴν ποιούμενος, ἔλεγεν, Ὁπότε σχολάζοι, πλείονα πράττειν.

2. Ἐπεὶ δὲ Καρχηδόνα κατὰ κράτος εἷλε, καὶ τῶν στρατιωτῶν τινες αἰχμάλωτον λαβόντες εὐπρεπῆ παρθένον, ἧκον κομίζοντες, αὐτῷ δὲ ἐδίδοσαν, Ἡδέως ἂν, ἔφη, ἔλαβον, εἴπερ ἦν ἰδιώτης [καὶ μὴ ἄρχων].

3. Πολιορκῶν δὲ πόλιν Βαθεῖαν, ἧς ὑπερεφαίνετο ναὸς Ἀφροδίτης, ἐκέλευσεν, Ἐκεῖ τὰς ἐγγύας ὁμολογεῖν, ὡς εἰς τρίτην ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀκουσόμενος τῶν διαδικούντων· καὶ τοῦτ' ἐποίησεν, ὡς προεῖπε, τῆς πόλεως ἁλούσης.

4. Πυνθανομένου δέ τινος ἐν Σικελίᾳ, τίνι πεποιθὼς ἐπὶ Καρχηδόνα μέλλει τὸν στόλον περαιοῦν, δείξας αὐτῷ ἐνόπλους ἄνδρας τριακοσίους γυμναζομένους, καὶ πύργον ὑψηλὸν ὑπὲρ θαλάττης, Οὐδεὶς, ἔφη, τούτων ἐστὶν, ὅστις ἐπὶ τὸν πύργον ἀναβὰς τοῦτον, οὐκ ἂν ἑαυτὸν ῥίψειεν ἐπὶ κεφαλὴν, ἐμοῦ κελεύσαντος.

5. Ἐπεὶ δὲ διαβὰς τῆς τε γῆς ἐκράτει, καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν πολεμίων κατέκαυσεν, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πέμψαντες ἐποιοῦντο συνθήκας, τά τε θηρία καὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ χρήματα δώσειν ὁμολογήσαντες· Ἀννίβου δὲ καταπλεύσαντος ἐξ Ἰταλίας, μετεμέλοντο ταῖς ὁμολογίαις διὰ τὸ θαῤῥεῖν· πυθόμενος δὲ ὁ Σκιπίων, ἔφη, Μηδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ἔτι τὰς σπονδὰς φυλάξειν, ἂν μὴ τάλαντα πεντακισχίλια προσεκτίσωσιν, ὅτι μετεπέμψαντο τὸν Ἀννίβαν.

6. Ἐπεὶ δὲ νικηθέντες οἱ Καρχηδόνιοι κατὰ κράτος, περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀπιέναι τοὺς ἥκοντας, ὡς οὐκ ἀκουσόμενος πρότερον αὐτῶν, ἢ Λεύκιον Τερέντιον ἀγάγωσιν· ἦν δὲ Ῥωμαῖος ὁ Τερέντιος, ἐπιεικὴς ἀνὴρ, γεγονὼς αἰχμάλωτος ὑπὸ Καρχηδονίων· ἐπεὶ δὲ ἧκον ἄγοντες τὸν ἄνδρα, καθίσας ἐν τῷ συμβουλίῳ παρ' αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὕτως ἐχρημάτισε τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ κατέλυσε τὸν πόλεμον.

7. Ὁ δὲ Τερέντιος ἐπηκολούθησεν αὐτῷ θριαμβεύοντι πίλιον ἔχων, ὥσπερ ἀπελεύθερος· ἀποθανόντος δὲ, τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγινομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι, καὶ τὰ ἄλλα περὶ τὴν ταφὴν ἐφιλοτιμήθη. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

8. Ἀντιόχου δὲ τοῦ βασιλέως, μετὰ τὸ διαβῆναι Ῥωμαίους ἐπ' αὐτὸν εἰς Ἀσίαν, πέμψαντος πρὸς τὸν Σκιπίωνα περὶ διαλύσεως, Ἔδει πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν, ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι.

9. Χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ

SCIPIONIS MAJORIS.

I. Scipio Major, quod otii a gerendis imperiis et republica erat, litterarum studiis insumens, dicebat, In otio se plura quam alias agere.

II. Cum vi expugnasset Carthaginem, ac milites quidam captam virginem eleganti forma ipsi adducerent atque offerrent : Perlibenter, inquit, accepissem, si privatus, neque cum imperio essem.

III. Cum oppugnaret urbem Batheiam, supra quam exstabat templum Veneris, vadimonia jussit eo promitti : nimirum tertia post die de causis cogniturus litigantium in illo Veneris templo. Pollicitum implevit, urbe ea capta.

IV. Interrogatus in Sicilia a quodam, qua re fretus auderet exercitum in Africam adversus Carthaginienses trajicere : demonstravit ei trecentos viros qui in armis exercebantur, turrimque ad mare excelsam : hocque addidit : Nullus horum est qui non me jubente sit conscensa hac turri præcipitem sese in mare dejecturus.

V. Idem cum pervenisset quo intenderat, occupassetque regionem, et castra hostium combussisset, Carthaginiensesque missis legatis pacem his conditionibus componerent, ut se belluas, naves, pecuniamque daturos promitterent : iidem vero, Annibale ex Italia advecto, resumptis animis pactorum ducerentur pœnitentia, intellecta re Scipio dixit, Se, ne si vellent quidem, pactis jam staturum, nisi addant quinque millia talentorum propter accitum Annibalem.

VI. Deinde illis devictis, ac legatos mittentibus qui pacem et pacta ambirent, statim eos jussit discedere, auditurum se eos negans ante, quam Lucium Terentium, Romanum captivum, adducerent. Erat autem Lucius ille Terentius vir bonus, captus a Carthaginiensibus, quem postquam adduxerunt, eo in tribunali pone se collocato, ita demum Carthaginiensibus responsa dedit, pacificationemque confecit.

VII. Atque huic Scipioni triumphanti comitavit Terentius pileum gerens tanquam libertus : et iis qui funeri affuerunt Scipionis efferendo, vinum melle mulsum propinavit, reliquaque justa liberali studio persolvit. Sed hæc posterioribus acta sunt temporibus.

VIII. Cum rex Antiochus, jam Romanis in Asiam contra ipsum transvectis, de componenda pace misisset ad ipsum, respondit, Hoc prius faciendum fuisse, non jam, ubi frænum sessoremque rex receperit.

IX. Decreverat senatus, ut ex ærario ei pecunia da-

ταμείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη· καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν, πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμεῖον.

10. Παιτιλίου δὲ καὶ Κοίντου πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων, εἰπὼν, Ὅτι τῇ σήμερον ἡμέρᾳ Καρχηδονίους καὶ Ἀννίβαν ἐνίκησεν, αὐτὸς μὲν ἔφη στεφανωσάμενος ἀναβαίνειν εἰς τὸ Καπετώλιον θύσων, τὸν δὲ βουλόμενον τὴν ψῆφον ἐκέλευσε φέρειν περὶ αὐτοῦ· καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀνέβαινεν· * ὁ δὲ δῆμος ἐπηκολούθησεν τοὺς κατηγόρους ἀπολιπὼν λέγοντας.

retur : hoc cum quæstores illa die nollent aperire, se ipsum aperturum dixit : se enim, qui id pecunia implevisset, in causa fuisse cur clauderetur.

X. Gravibus criminibus accusatus apud populum a duobus Petilliis : Hac ipsa, inquit, die Carthaginienses et Annibalem devici : itaque nunc coronatus ascendo ad Capitolium, rem ibi sacram facturus : qui volunt, de me ferant suffragia : atque hæc locutus, ascendit, sequente populo destitutisque qui ipsum accusabant.

ΤΙΤΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ.

1. Τίτος Κοΐντος οὕτως ἦν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐπιφανὴς, ὥστε πρὸ δημαρχίας καὶ στρατηγίας καὶ ἀγορανομίας ὕπατος αἱρεθῆναι. Πεμφθεὶς δὲ στρατηγὸς ἐπὶ Φίλιππον, εἰς λόγους ἐπείσθη συνελθεῖν αὐτῷ· τοῦ δὲ Φιλίππου λαβεῖν ὁμήρους ἀξιοῦντος, ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἶναι μετὰ πολλῶν Ῥωμαίων, ἑαυτὸν δὲ μόνον Μακεδόσι· Σὺ γὰρ μόνον, ὁ Κοΐντος ἔφη, ἑαυτὸν ἐποίησας, ἀποκτείνας τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς.

2. Νικήσας δὲ μάχῃ τὸν Φίλιππον, ἐκήρυξεν ἐν Ἰσθμίοις, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφίησιν. Ὅσοι δὲ Ῥωμαίων αἰχμάλωτοι γενόμενοι ἐν τοῖς κατ' Ἀννίβαν χρόνοις ἐδούλευον παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τούτων ἕκαστον οἱ Ἕλληνες ἐξωνησάμενοι δραχμῶν πεντακοσίων, δωρεὰν ἔδωκαν αὐτῷ, κἀκεῖνοι θριαμβεύοντι συνηκολούθησαν ἐν Ῥώμῃ, πίλια περὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐλευθερωθεῖσι.

3. Τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ἐπὶ τὴν Ζακυνθίων νῆσον διανοουμένους στρατεύειν ἐκέλευε φυλάττεσθαι, μὴ, καθάπερ αἱ χελῶναι, τὴν κεφαλὴν προτείναντες ἔξω τῆς Πελοποννήσου κινδυνεύσωσιν.

4. Ἀντιόχου δὲ τοῦ βασιλέως μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἥκοντος εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πάντων ἐκπεπληγμένων τὰ πλήθη καὶ τοὺς ὁπλισμοὺς, λόγον εἶπε τοιοῦτον πρὸς τοὺς Ἀχαιούς· ἔφη γάρ, ἐν Χαλκίδι παρὰ τῷ ξένῳ δειπνῶν θαυμάζειν τὸ τῶν κρεῶν πλῆθος· εἰπεῖν δὲ τὸν ξένον, ὅτι ταῦτα πάντα χοίρειά ἐστιν, ἡδύσμασι καὶ σκευασίαις διαφέροντα. Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, ἔφη, θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν δύναμιν, λογχοφόρους καὶ καταφράκτους καὶ πεζεταίρους καὶ ἀφιπποτοξότας ἀκούοντες· πάντες γάρ εἰσιν οὗτοι Σύροι ὁπλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες.

5. Φιλοποίμενι δὲ τῷ στρατηγῷ τῶν Ἀχαιῶν ἱππεῖς μὲν πολλοὺς καὶ ὁπλίτας ἔχοντι, χρημάτων δὲ οὐκ εὐποροῦντι, προσπαίζων ἔλεγεν ὅτι, Χεῖρας ἔχει Φιλοποίμην καὶ σκέλη, γαστέρα δὲ οὐκ ἔχει. Καὶ γὰρ καὶ τῇ φύσει τοῦ σώματος ἦν ὁ Φιλοποίμην τοιοῦτος.

TITI QUINCTII.

I. Titus Quinctius Flamininus ita fuit mature illustris, ut nondum obitis tribunatu plebis, prætura atque ædilitate, tamen consul renuntiaretur. Imperator missus adversus Philippum, persuaderi sibi passus est ut cum eo in colloquium veniret : cumque Philippus obsides peteret, quod illum multis stipatum Romanis se cum paucis adesse videret Macedonibus, ita respondit : Hanc tu circa te solitudinem ipse effecisti, amicis cognatisque interficiendis.

II. Victo pugna Philippo, in conventu Isthmico præconis voce omnes Græcos liberos et facultate suis legibus utendi donatos pronuntiavit. Quotquot autem Romanorum Annibalici belli tempore capti apud Græcos serviebant, horum unumquemque quingentis denariis redemptum Achæi, universos ei dono dederunt, iique Romæ triumphum ducentis currum sunt secuti, pileos in capitibus gestantes, qui mos fuit libertatem e servitute consecutorum.

III. Achivos bellum inferre Zacyntho molientes, monuit ne instar testudinum prolato extra Peloponnesum testam suam capite periculo sese exponant.

IV. Quo tempore Antiochus magno cum exercitu in Græciam contendebat, omnibus ob multitudinem et armaturam metu perculsis, ad Achæos hujusmodi fabulam recitavit : Se Chalcide apud hospitem in cœna quondam miratum fuisse multitudinem carnium : hospitem vero sibi dixisse, omnes eas carnes suillas esse, condimentisque duntaxat et apparatione differre : ita ipsos quoque non debere regis copias admirari, quod nominari audiant lancearios, cataphractos, pedestres, sagittarios equestres; omnes enim istos Syros esse, armaturæ nescio quibus modis differentes.

V. Philopœmeni Achæorum prætori, multis equitibus ac gravis armaturæ militibus instructo, pecuniis autem inopi, illudens, Manus eum aiebat habere et crura, sed ventre carere. Nam et corporis eo habitu erat Philopœmen.

ΓΝΑΙΟΥ ΔΟΜΙΤΙΟΥ.

Γναῖος Δομίτιος, ὃν Σκιπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ Λευκίῳ παρακατέστησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀντίοχον πολέμῳ, κατασκεψάμενος τὴν τῶν πολεμίων

CNEI DOMITII.

Cneus Domitius, quem Scipio Major pro se adjunxit Lucio Scipioni in bello contra Antiochum, hostium exercitu explorato et ducibus quos secum habebat

φάλαγγα, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἡγεμονικῶν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν κελευόντων, ἔφη, Τὴν ὥραν οὐκ ἐπαρκεῖν, ἵνα τοσαύτας μυριάδας κατακόψαντες, καὶ διαρπάσαντες τὴν ἀποσκευὴν, ἐπανελθόντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἑαυτῶν ἐπιμεληθῶσι, τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσειν αὔριον καθ' ὥραν. Καὶ συμβαλὼν τῇ ὑστεραίᾳ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνεῖλεν.

statim adoriri hostes jubentibus, non esse satis temporis respondit ad tam multa hostium millia occidendum, direptisque eorum impedimentis in castra redeundum et curandum corpora : cras hoc se tempestive facturum. Postridie commisso prælio quinquaginta millia hostium interfecit.

ΠΟΠΛΙΟΥ ΛΙΚΙΝΙΟΥ.

Πόπλιος Λικίνιος ὕπατος στρατηγὸς, ἡττηθεὶς ὑπὸ Περσέως τοῦ Μακεδόνων βασιλέως ἱππομαχίᾳ, δισχιλίους ὀκτακοσίους ἀπέβαλε, τοὺς μὲν, πεσόντας, τοὺς δὲ, ἁλόντας· ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν μάχην ἔπεμψεν ὁ Περσεὺς πρέσβεις περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης, ἐκέλευεν ὁ νενικημένος τὸν νενικηκότα Ῥωμαίοις ἐπιτρέπειν τὰ καθ' αὑτόν.

PUBLII LICINII.

Publius Licinius consul victus a Perseo Macedonum rege equestri prælio amiserat duo millia et octingentos viros partim occisos, partim captos : cum autem post pugnam Perseus legatos, ad ipsum de pacificatione misisset, respondit victus victori, debere eum suas res arbitratui Romanorum permittere.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ.

1. Παῦλος Αἰμίλιος δευτέραν ὑπατείαν μετελθὼν, ἀπέτυχεν· ἐπεὶ δὲ τοῦ πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας πολέμου μῆκος λαμβάνοντος ἀπειρίᾳ καὶ μαλακίᾳ τῶν στρατηγῶν, ἐκεῖνον ὕπατον ἀπέδειξαν, Οὐχ ἔφη χάριν ἔχειν αὐτοῖς· οὐ γὰρ αὐτὸς ἀρχῆς δεόμενος, ὡς ἐκείνων ἄρχοντος, ᾑρῆσθαι στρατηγός.

2. Ἐλθὼν δὲ εἰς οἶκον ἐξ ἀγορᾶς, καὶ τὴν Τερτίαν τὸ θυγάτριον εὑρὼν δεδακρυμένον, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν. *Εἰπούσης δὲ, ὅτι Περσεὺς τέθνηκεν ἡμῖν (κυνίδιον δ' ἦν οὕτως ὀνομαζόμενον). Ἀγαθῇ τύχῃ, εἶπεν, ὦ θύγατερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνόν.

3. Εὑρὼν δὲ ἐπὶ στρατοπέδου πολλὴν θρασύτητα καὶ λαλιὰν παραστρατηγούντων καὶ πολυπραγμονούντων, ἐκέλευεν, Ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ ποιεῖν ὀξείας τὰς μαχαίρας μόνον, αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων μελήσειν.

4. Τὰς δὲ νυκτερινὰς φυλακὰς ἐκέλευεν φυλάσσειν ἄνευ λόγχης καὶ ξίφους, ὅπως ἀμύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀπεγνωκότες, μᾶλλον διαμαχοῦνται πρὸς τὸν ὕπνον.

5. Ἐμβαλὼν δὲ διὰ τῶν ἄκρων εἰς Μακεδονίαν, καὶ συντεταγμένους ἰδὼν τοὺς πολεμίους, τοῦ Νασικᾶ παρακαλοῦντος αὐτὸν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν, Εἴγε τὴν σὴν, εἶπεν, ἡλικίαν εἶχον· αἱ δὲ πολλαί με πεῖραι κωλύουσιν ἐκ πορείας πρὸς φάλαγγα συντεταγμένην μάχεσθαι·

6. Νικήσας δὲ τὸν Περσέα καὶ τὰς ἐπινικίους ποιούμενος ἑστιάσεις, ἔλεγε, Τῆς αὐτῆς ἐμπειρίας εἶναι στράτευμα φοβερώτερον πολεμίοις, καὶ συμπόσιον ἥδιστον φίλοις παρασχεῖν.

7. Τοῦ δὲ Περσέως αἰχμαλώτου γενομένου, καὶ παρακρουομένου τὸν θρίαμβον, Ἐπὶ σοὶ, εἶπε, τοῦτ' ἔστιν· ἐξουσίαν διδοὺς αὐτῷ ἑαυτὸν ἀνελεῖν.

8. Χρημάτων δὲ ἀπείρων εὑρεθέντων, αὐτὸς μὲν οὐκ ἔλαβε· τῷ δὲ γαμβρῷ Τουβέρωνι φιάλην ἀργυρᾶν, ὁλκῆς πέντε λιτρῶν, ἀριστεῖον ἔδωκε. Καὶ τοῦτό φασι πρῶτον εἰς τὸν Αἰμιλίων οἶκον εἰσελθεῖν κειμήλιον ἀργυροῦν.

PAULI ÆMILII.

I. Paulus Æmilius secundum petens consulatum, repulsam tulit. Bello autem contra Perseum et Macedones moram trahente ob ducum imperitiam et mollitiem, consul creatus, negavit se populo gratiam habere : non enim se ita honoris egentem, ut illos imperatoris, ducem esse electum.

II. A foro domum reversus, Tertiam filiolam flentem reperit, causamque ei quærenti ea respondit, Perseum (catellum hoc nomine habuerat) mortuum esse : Accipio, inquit, faustum hoc omen.

III. In exercitu cum inveniret multum ferociæ ac garrulitatis, in imperatoris officia militibus sese ingerentibus, ac curiose multa agentibus, Quiescere eos jussit, ac gladios modo acuere : sibi reliqua curæ fore.

IV. Excubias sine gladio et hasta jussit peragi, ut eo magis somnum vitarent, quia spes adversus hostem se defendendi omnis adempta erat.

V. Cum per montium extremitates in Macedoniam pervenisset, hostiumque videret instructam aciem, Nasicæ hortanti ut statim eos aggrederetur : Facerem, inquit, si tua essem ætate : sed me diuturna experientia docuit non inire pugnam ex itinere adversus exercitum suis dispositum ordinibus.

VI. Victo Perseo cum pro gratulatione victoriæ convivia exhiberet, Ejusdem dicebat esse peritiæ exercitum hostibus valde terribilem, et amicis convivium admodum jucundum reddere.

VII. Cum Perseus captus duci in triumpho recusaret: In tua, inquit, hoc est potestate. Nimirum ei facultatem consciscendæ necis largiens.

VIII. Potitus innumera pecunia, nihil quicquam de ea ipse accepit, genero duntaxat suo Tuberoni pateram argenteam quinque pondo appendentem virtutis præmium eximium dedit. Quam primam argenteam supellectilem in Æmiliam domum venisse ferunt.

9. Τεσσάρων δὲ παίδων ἀῤῥένων αὐτῷ γεγονότων, δύο μὲν πρότερον ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι· δυοῖν δὲ ὄντων ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὁ μὲν ἡμέραις πέντε πρὸ τοῦ θριάμβου, τεσσαρεσκαίδεκα γεγονὼς ἔτη, ἀπέθανεν, ὁ δὲ ὕστερον πέντε τοῦ θριάμβου, δωδεκαέτης. Προελθὼν δὲ, τοῦ δήμου συναλγοῦντος αὐτῷ καὶ συμπενθοῦντος, Νῦν, ἔφη, περὶ τῆς πατρίδος ἀδεὴς γεγονέναι καὶ ἀκίνδυνος, ὁπότε τῶν εὐτυχημάτων τὴν νέμεσιν εἰς τὸν οἶκον ἀπερεισαμένης τῆς τύχης, ὑπὲρ πάντων αὐτὸς ἀναδέδεκται.

ΚΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ.

1. Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ δήμῳ τῆς ἀσωτίας καὶ πολυτελείας καθαπτόμενος εἶπεν, Ὡς χαλεπόν ἐστι λέγειν πρὸς γαστέρα ὦτα μὴ ἔχουσαν.

2. Θαυμάζειν δὲ, πῶς σώζεται πόλις, ἐν ᾗ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς ἢ βοῦς.

3. Λοιδορῶν δέ ποτε τὴν ἐπιπολάζουσαν γυναικοκράτειαν, Πάντες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων, ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες.

4. Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας, καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι χωρὶς ἑαυτοῦ δοῦναι συγγνώμην.

5. Παρορμῶν δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἔλεγε, Τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κατακελεύειν.

6. Τῶν δὲ νέων, ἔφη, χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι.

7. Στρατιώτην δὲ μισεῖν, ὃς ἐν τῷ περιπατεῖν τὰς χεῖρας, ἐν δὲ τῷ μάχεσθαι τοὺς πόδας κινεῖ, ῥέγχει δὲ μεῖζον ἢ ἀλαλάζει.

8. Κάκιστον δὲ ἔλεγεν ἄρχοντα εἶναι, τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

9. Μάλιστα δὲ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι.

10. Πολλῶν δὲ ὁρῶν ἀνισταμένους ἀνδριάντας, Ἐμοῦ δὲ, ἔφη, ἐρωτᾶν βούλομαι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τί ἀνδριὰς οὐ κεῖται Κάτωνος, ἢ διὰ τί κεῖται.

11. Φείδεσθαι δὲ τῆς ἐξουσίας παρεκάλει τοὺς δυναμένους, ὅπως ἀεὶ παραμένοι τὸ ἐξεῖναι.

12. Τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς τὴν τιμὴν ἀφαιροῦντας, ἔλεγε τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖν τῆς νεότητος.

13. Τὸν δὲ ἄρχοντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μηδὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι.

* 14. Τὴν δὲ ἀδικίαν ἔλεγε, τοῖς ἀδικοῦσι κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον, ἅπασι φέρειν.

15. Τῷ δὲ γήρᾳ πολλῶν αἰσχρῶν παρόντων, ἠξίου μὴ προστιθέναι τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην.

16. Τὸν δὲ ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν.

IX. De quatuor filiis suis jam ante duos adoptand tradiderat : reliquorum quos domi suæ retinuerat a ter quinque ante triumphum diebus vitam cum mort commutavit, annos natus quatuordecim, alter quin post triumphum die, anno ætatis duodecimo. Progre sus in publicum, populo calamitatem ejus lugent Nunc, inquit, patriæ metuere demum desino, pos quam fortuna quæ felicitatem calamitatibus solet com pensare, in meam incubuit domum, ejusque clad prosperos reipublicæ successus ulta est.

CATONIS MAJORIS.

I. Cato Major ad populum verba faciens, intemp rantiam ejus et luxum perstringens aiebat : Diffici est loqui ad ventrem auribus carentem.

II. Dicebat mirari se, quomodo salva possit ess urbs, in qua pluris vendatur piscis quam bos.

III. Aliquando imperia mulierum in viros nim quam usitata incessens dixit : Omnes homines mulie ribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis mu lieres.

IV. Aiebat malle se nullam pro beneficio colla gratiam adipisci, quam ob delictum non dare pœnam omnibusque se peccantibus, se uno excepto, ignoscere

V. Instigans magistratus ad imponenda sontib supplicia, dicebat, Eos qui male agentes prohibe possent, neque id facerent, eorum flagitiis assentir

VI. Adolescentibus erubescentibus aiebat magis s delectari, quam pallentibus.

VII. Odisse se affirmabat militem qui inter deamb landum manus, in pugna pedes moveret : et qui cla rius sterteret, quam in congressu pugnæ vocifera retur.

VIII. Pessimum esse principem, qui regere se ipsu nequiret.

IX. Unumquemque se ipsum maxime revereri de bere : neminem enim esse unquam sine se ipso.

X. Cum videret multis positas statuas : Malo, in quit, homines quærere cur Catoni non sit posita sta tua, quam cur sit.

XI. Parce usurpare potestate sua jubebat potentes ut liceret eam semper habere.

XII. Qui virtuti honorem detraherent, eos aieba virtutem adolescentiæ adimere.

XIII. Magistratum aiebat et judicem debere nequ opus habere exhortatione ad juste, neque pati exhor tando se permoveri ad injuste agendum.

XIV. Injuste facta, ut auctori non sint, omnibus ta men esse periculosa.

XV. Hortabatur senes, ne senectuti cui alias mult adessent incommoda, turpitudinem a vitiis proficiscen tem superadderent.

XVI. Iratum ab insano tempore duntaxat differre

17. Ἥκιστα δὲ φθονεῖσθαι τοὺς τῇ τύχῃ χρωμένους ἐπιεικῶς καὶ μετρίως· οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἡμᾶς φθονοῦσι.

18. Τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἔσεσθαι καταγελάστους.

19. Τὰς καλὰς πράξεις ἔλεγε δεῖν καταλαμβάνειν πράξεσι καλαῖς, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀποῤῥέωσιν.

20. Ἐπετίμα δὲ τοῖς πολίταις ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις ἄρχοντας· Δόξετε γὰρ, εἶπε, μὴ πολλοῦ τὸ ἄρχειν ἄξιον, ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι.

21. Τὸν δὲ τοὺς παραλίους ἀγροὺς πεπρακότα προσεποιεῖτο θαυμάζειν ὡς ἰσχυρότερον τῆς θαλάσσης· Ἃ γὰρ ἐκείνη μόλις ἐπικλύζει, οὗτος ῥᾳδίως καταπέπωκε.

22. Τιμητίαν δὲ μετιὼν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁρῶν δεομένους τῶν πολλῶν καὶ κολακεύοντας, αὐτὸς ἐβόα, Τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ καὶ μεγάλου καθαρμοῦ· δεῖν οὖν μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν ἀπαραίτητον αἱρεῖσθαι. Καὶ ταῦτα λέγων, ᾑρέθη πρὸ πάντων.

23. Διδάσκων δὲ τοὺς νέους εὐθαρσῶς μάχεσθαι, πολλάκις ἔλεγε, Τοῦ ξίφους τὸν λόγον μᾶλλον, καὶ τὴν φωνὴν τῆς χειρὸς, τρέπειν καὶ καταπλήττειν τοὺς πολεμίους.

24. Ἐπεὶ δὲ πολεμῶν τοῖς περὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν οἰκοῦσιν, εἰς κίνδυνον ὑπὸ πλήθους τῶν πολεμίων κατέστη, τῶν μὲν Κελτιβήρων ἐπὶ διακοσίοις ταλάντοις βουλομένων βοηθεῖν, τῶν δὲ Ῥωμαίων οὐκ ἐώντων ὁμολογεῖν μισθὸν ἀνθρώποις βαρβάροις, Ἁμαρτάνειν ἔφησεν αὐτούς· νικῶντας μὲν γὰρ ἀποδώσειν οὐ παρ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ παρὰ τῶν πολεμίων· ἡττωμένων δὲ, μήτε τοὺς ἀπῃτημένους, μήτε τοὺς ἀπαιτοῦντας ἔσεσθαι.

25. Πλείονας δὲ πόλεις ἑλὼν, ὥς φησι, τῶν ἡμερῶν, ἃς διέτριψεν ἐν τοῖς πολεμίοις, οὐδὲν αὐτὸς πλέον λαβεῖν ὧν ἔφαγε καὶ ἔπιεν ἐκ τῆς πολεμίας.

26. Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἑκάστῳ λίτραν ἀργύρου διανείμας, φησὶ, Βέλτιον εἶναι πολλοὺς ἔχοντας ἀργύριον, ἢ ὀλίγους χρυσίον, ἀπὸ τῆς στρατείας ἐπανελθεῖν· τῶν γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἄλλο δεῖν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἢ τὴν δόξαν αὐξάνεσθαι.

27. Πέντε δὲ οἰκέτας εἶχεν ἐπὶ τῆς στρατείας, ὧν εἷς αἰχμάλωτα τρία σώματα πριάμενος, ὡς οὐκ ἔλαθε τὸν Κάτωνα, πρὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, ἀπήγξατο.

28. Παρακληθεὶς δὲ ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ τοῖς Ἀχαιῶν συλλαβέσθαι φυγάσιν, ὅπως εἰς τὰς πατρίδας κατέλθωσιν, προσεποιεῖτο μηδὲν αὐτῷ μέλειν τοῦ πράγματος· ἐν δὲ τῇ συγκλήτῳ πολλῶν γινομένων λόγων ἀναστὰς, Ὥσπερ οὐκ ἔχοντες, εἶπεν, ὃ πράττωμεν, καθήμεθα περὶ Γραικῶν γεροντίων ζητοῦντες, πότερον ὑπὸ τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἢ ὑπὸ τῶν ἐκεῖ νεκροφόρων ἐξενεχθῶσι.

29. Ποστουμίου δὲ Λαβιήνου γράψαντος ἱστορίας

XVII. Minime invideri iis, qui fortunam æquo animo et moderate ferrent : non enim nobis, sed iis quæ circa nos sunt, invideri.

XVIII. Qui ridiculis rebus seriam impenderent operam, eos aiebat in rebus seriis fore ridiculos.

XIX. Honestas actiones, ne earum fama efflueret e memoria, confirmandas aliis esse honestis actionibus.

XX. Reprehendebat cives quod magistratus semper iisdem deferrent, inquiens : Aut magistratum gerere putatis rem esse non magno pretio dignam, aut paucos esse ea dignos.

XXI. Qui agrum mari vicinum vendiderat, mirari simulabat se, quod mari esset valentior : quæ enim mare vix illuvie proluerct, ea eum nullo negotio absorpsisse.

XXII. Censuram ambiens, cum cæteros videret rogare populum et adulari, ipse vociferatus est, populum opus habere acri medico et magna purgatione : non itaque blandissimum, sed inexorabilem aliquem et severissimum esse deligendum : hæc dicens, præ omnibus est censor renuntiatus.

XXIII. Docens adolescentes audacter pugnare, dicebat sæpe, sermone ac voce magis quam gladio et manu terreri fugarique hostem.

XXIV. Bellum gerens adversus Bætis fluvii accolas, cum ob hostium multitudinem in discrimine versaretur, et Celtiberi paciscentes ducentorum talentorum mercedem auxilia promitterent, Romani non sinerent eum hanc barbaris hominibus promittere : Erratis, inquit : si enim vincemus, non de nostra, sed hostium pecunia persolvemus ; si vincamur, neque qui exigat erit, neque a quo exigatur.

XXV. Cum autem plures cepisset urbes, quam dies in hostico egisset (ut ipse de se profitetur), nihil tamen præter cibum et potum inde se accepisse ait.

XXVI. Militibus viritim libram argenti largitus, præstare dicit multos a militia cum argento, quam paucos cum auro redire : ducum enim nihil præter gloriam debere in provinciis augeri.

XXVII. Militiæ quinque habebat famulos : quorum unus cum tria emisset mancipia, neque res Catonem latuisset, antequam in conspectum domini veniret, suspendio vitam sibi ademit.

XXVIII. Rogatus a Scipione Africano ut Achæis exulibus opem ferret, reditum in patriam flagitantibus, præ se tulit nihil se istud curare negotium. In senatu autem multis ea de re habitis sermonibus, surgens : Perinde, inquit, ac si deesset quod ageremus, sedemus hic disputantes de Græcis senibus, a nostrisne ii, an vero ab iis qui isthic sunt vespillonibus debeant efferri.

XXIX. Scripserat Posthumius Albinus historiam

Ἑλληνιστὶ, καὶ συγγνώμην παρὰ τῶν ἀκροωμένων αἰτοῦντος, εἰρωνευόμενος ὁ Κάτων ἔφη, Δοτέον εἶναι συγγνώμην, εἰ τῶν Ἀμφικτυόνων ψηφισαμένων ἀναγκασθεὶς ἔγραψε.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

1. Σκιπίωνα τὸν νεώτερον λέγουσιν ἔτεσι πεντήκοντα καὶ τέσσαρσιν, οἷς ἐβίωσε, μηδὲν πρίασθαι, μηδὲν ἀποδόσθαι, μηδὲν οἰκοδομῆσαι, λίτρας δὲ ἀργύρου τρεῖς καὶ τριάκοντα μόνας ἐν οὐσίᾳ μεγάλῃ, δύο δὲ χρυσίου καταλιπεῖν· καὶ ταῦτα, Καρχηδόνος κύριον ὄντα, καὶ μάλιστα τῶν στρατηγῶν πλουτίσαντα τοὺς στρατιώτας.

2. Τὸ δὲ Πολυβίου παράγγελμα διαφυλάττων, ἐπειρᾶτο μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσασθαί τινα συνήθη καὶ φίλον ἀμωσγέπως τῶν ἐντυγχανόντων.

3. * Ἔτι δὲ νέος ὢν, τοσαύτην εἶχε δόξαν ἀνδρείας καὶ συνέσεως, ὥστε Κάτωνα μὲν τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν ἐρωτηθέντα περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι στρατευομένων, ἐν οἷς καὶ Σκιπίων ἦν,

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

4. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθόντος ἀπὸ στρατείας, ἐκάλουν αὐτὸν, οὐκ ἐκείνῳ χαριζόμενοι, ἀλλ' ὡς Καρχηδόνα δι' ἐκείνου ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ληψόμενοι.

5. Ἐπεὶ δὲ παρελθὼν εἰς τὸ τεῖχος, τῶν Καρχηδονίων ἐκ τῆς ἄκρας ἀμυνομένων, [μὴ σὺ] τὴν διὰ μέσου θάλασσαν οὐ πάνυ βαθεῖαν οὖσαν, τοῦ Πολυβίου συμβουλεύοντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς, ἢ σανίδας ἐμβάλλειν κεντρωτὰς, ὅπως μὴ διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν· ἔφη, Γελοῖον εἶναι, κατειληφότας τὰ τείχη, καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς ὄντας, εἶτα πράττειν, ὅπως οὐ μαχοῦνται τοῖς πολεμίοις.

6. Εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν, ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.

7. Τῶν δὲ χρημάτων οὔτε δοῦλον οὔτε ἀπελεύθερον εἴα λαβεῖν οὐδένα, ἀλλ' οὐδὲ πρίασθαι, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων.

8. Γαΐῳ [δὲ] Λαιλίῳ τῷ φιλτάτῳ τῶν ἑταίρων ὑπατείαν μετιόντι συμπράττων ἐπηρώτησε Πομπήϊον εἰ καὶ αὐτὸς ὑπατείαν μέτεισιν· ἐδόκει δὲ ὁ Πομπήϊος υἱὸς αὐλητοῦ γεγονέναι· τοῦ δὲ φήσαντος μὴ μετιέναι, ἀλλὰ καὶ τὸν Λαίλιον ἐπαγγελλόμενος συμπεριάξειν καὶ συναρχαιρεσιάσειν, πιστεύσαντες καὶ περιμένοντες ἐκείνῳ, ἐξηπατήθησαν· ἀπηγγέλλετο γὰρ αὐτὸς ἐν ἀγορᾷ περιιὼν καὶ δεξιούμενος τοὺς πολίτας. Ἀγανακτούντων δὲ τῶν ἄλλων, ὁ Σκιπίων γελάσας, Ἀβελτηρίᾳ δὲ, εἶπεν, ἡμῶν, καθάπερ οὐκ ἀνθρώπους μέλλοντες, ἀλλὰ θεοὺς παρακαλεῖν, πάλαι διατρίβομεν αὐλητὴν ἀναμένοντες.

9. Ἀππίου δὲ Κλαυδίου περὶ τῆς τιμητικῆς ἀρχῆς

Græco sermone, veniamque a lectoribus petebat, quem subsannans Cato, Dandam ei veniam, aiebat, si decreto Amphictyonum coactus scripsisset.

SCIPIONIS MINORIS.

I. Scipionem juniorem tradunt quinquaginta et quatuor, quos vixit annis, nihil emisse, nihil vendidisse, nihil ædificasse : atque in tantis opibus non nisi triginta et tria argenti, duo auri pondo cum reliquisse; cum quidem Carthagine potitus fuisset, et magis quam ullus alius imperator milites collocupletasset.

1. Ἀγησίλαος ὁ μέγας παρὰ πότον ποτὲ λαχὼν συμποσίαρχος, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ οἰνοχόου, πόσον ἑκάστῳ προσφέροι, Εἰ μὲν πολὺς οἶνός ἐστι παρεσκευασμένος, ὅσον ἕκαστος αἰτεῖ· εἰ δὲ ὀλίγος, [φησὶν,] ἐξ ἴσου δίδου πᾶσι.

2. Κακούργου δέ τινος ἐμμόνως ὑπομείναντος βασάνους, Ὡς σφόδρα πονηρὸς, εἶπεν, ἄνθρωπος, εἰς μοχθηρὰ καὶ αἰσχρὰ πράγματα τὴν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν κατατιθέμενος.

3. Ἐπαινοῦντος δέ τινος ῥήτορα ἐπὶ τῷ δυνατῶς αὔξειν τὰ μικρὰ πράγματα, Οὐδὲ σκυτοτόμον, ἔφησεν, ἡγοῦμαι σπουδαῖον, ὃς μικρῷ ποδὶ ὑποδήματα μεγάλα περιτίθησι.

4. Φαμένου δέ τινός ποτε πρὸς αὐτὸν, Ὡμολόγηκας· καὶ πολλάκις τὸ αὐτὸ λέγοντος, Ναὶ δῆτα, εἴ γ' ἐστι δίκαιον, ἔφη, εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δὲ οὔ. Ἐπειπόντος δὲ, Ἀλλὰ μὴν δεῖ τοὺς βασιλεῖς ἐπιτελεῖν, ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσωσιν, Οὐ μᾶλλον, ἔφη, ἢ τοὺς προσιόντας τοῖς βασιλεῦσιν αἰτεῖσθαι δεῖ τὰ δίκαια καὶ λέγειν, στοχαζομένους τε τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ ἁρμόζοντος τοῖς βασιλεῦσιν.

5. Ὁπότε δὲ ψεγόντων ἢ ἐπαινούντων τινῶν ἀκούοι, οὐχ ἧττον ᾤετο δεῖν καταμανθάνειν τοὺς τῶν λεγόντων τρόπους, ἢ περὶ ὧν λέγοιεν.

6. Ἔτι δὲ παῖδα αὐτὸν ὄντα, γυμνοπαιδίας ἀγομέ-

APOPHTHEGMATA LACONICA.

AGASICLIS.

I. Agasicles Lacedæmoniorum rex cuidam miranti quod auditionis alias studiosus Philophanem tamen sophistam non admitteret, respondit, Se debere eorum esse discipulum, quorum etiam filius esset.

II. Idem interrogatus quomodo princeps absque stipatoribus esse posset tutus, respondit : Si subditis ita imperaret, ut pater filiis.

AGESILAI MAGNI.

I. Agesilaus magnus ille sorte quodam in convivio magisterium nactus, pincernæ interroganti quantum cuique convivarum vini juberet apponi : Si multum, inquit, vini in promptu est, cuivis quantum poscet fundito : si parum, æqualiter inter omnes distribue.

II. Malefico quodam constanter tormenta perpetiente : Quam valde, ait, malus hic homo est, in res malas ac turpes tolerantiam perseverantiamque impendens.

III. Laudante quodam rhetorem, quod magna dicendi facultate res parvas exaggeraret : Ne sutorem quidem, inquit, probum putem, qui parvo pedi magnum circumdet calceum.

IV. Dicenti cuidam, Assensus es, idque repetenti sæpius : Omnino, inquit, assensus sum, si res justa est : sin minus, dixi sane, verum assensus non sum. Inferentique, At vero reges par est implere

Quod capite annuerint; —

respondit : Non magis quam æquum est ut qui regem accedunt, petant dicantque justa, considerato quid occasio et decorum regis ferat.

V. Quoties laudantes aut vituperantes audiret, censebat non minus dicentium mores cognoscendos esse, quam eorum de quibus dicerent.

VI. Puerum ipsum etiamnum, cum puerorum nudo-

νης, ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον· ὁ δὲ ἐπείσθη, καίπερ ἤδη βασιλεὺς ἀποδεδειγμένος, καὶ εἶπεν, Εὖγε· δείξω γὰρ, ὅτι οὐχ οἱ τόποι τοὺς ἄνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιδεικνύουσι.

7. Προστάττοντος δέ τινος αὐτῷ ἰατροῦ περιεργοτέραν θεραπείαν καὶ οὐχ ἁπλῆν, Νὴ τὼ θεὼ, φησὶν, οὐ πάντως μοι πρόκειται ζῆν, οὐδὲ πάντα ἀναδέχομαι.

8. Ἐφεστὼς δέ ποτε τῷ βωμῷ τῆς Χαλκιοίκου βουθυτῶν, ἐπειδὴ φθεὶρ αὐτὸν ἔδακεν, οὐ διετράπη· λαβὼν δὲ περιφανῶς ἐναντίον πάντων ἀπέκτεινε, προσειπὼν, Νὴ τοὺς θεοὺς ἡδέως τὸν ἐπίβουλον καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ.

9. Ἄλλοτε ἰδὼν μῦν ἑλκόμενον ἐκ θυρίδος ὑπὸ παιδαρίου κρατοῦντος, ἐπεὶ ὁ μῦς ἐπιστραφεὶς ἔδακε τὴν χεῖρα τοῦ κρατοῦντος, καὶ ἔφυγεν, ἐπιδείξας τοῖς παροῦσιν, εἶπεν, Ὅταν τὸ ἐλάχιστον ζῶον οὕτως ἀμύνηται τοὺς ἀδικοῦντας, τί τοὺς ἄνδρας προσήκει ποιεῖν λογίζεσθε.

10. Βουλόμενος δὲ τὸν πρὸς τὸν Πέρσην συστήσασθαι πόλεμον, ἕνεκα τοῦ ἐλευθερῶσαι τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἕλληνας, τῷ κατὰ Δωδώνην Διὸς ἐχρήσατο μαντείῳ· κελεύσαντος δὲ (ὅπερ ἐστὶν ὡς δοκεῖ στρατεύεσθαι), τὸ χρησθὲν ἀνήγγειλε τοῖς ἐφόροις· * οἱ δὲ ἐκέλευσαν αὐτὸν καὶ εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενον περὶ τῶν αὐτῶν πυνθάνεσθαι. Πορευθεὶς οὖν εἰς τὸ μαντεῖον, ἐπηρώτησεν οὕτως, Ἄπολλον, ἦ δοκεῖ σοι, ὃ καὶ τῷ πατρί; Συναινέσαντος δὲ, αἱρεθεὶς οὕτως ἐστρατεύσατο.

11. Ἐπεὶ δὲ Τισσαφέρνης ἐν ἀρχῇ μὲν φοβηθεὶς τὸν Ἀγησίλαον, ἐποιήσατο σπονδὰς, τὰς πόλεις αὐτῷ τὰς Ἑλληνικὰς ἀφήσειν αὐτονόμους βασιλέα, μεταπεμψάμενος δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως πολὺ στράτευμα, πόλεμον κατήγγειλεν αὐτῷ, εἰ μὴ ἀπίοι τῆς Ἀσίας· ἄσμενος τὴν παράβασιν δεξάμενος ὥρμησε μὲν ὡς ἐπὶ Καρίαν προάξων· ἐκεῖ δὲ τὴν δύναμιν τοῦ Τισσαφέρνους ἀθροίσαντος, ἄρας εἰς Φρυγίαν ἐνέβαλε· καὶ λαβὼν πόλεις πλείστας καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔφη τοῖς φίλοις, Ἀποσπεισάμενον μὲν ἀδίκως, ἀσεβές· τοὺς δὲ πολεμίους παραλογίζεσθαι, οὐ μόνον δίκαιον καὶ ἔνδοξον, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ καὶ κερδαλέον.

12. Τοῖς δ' ἱππεῦσιν ἐλαττωθεὶς, ἀνεχώρησεν εἰς Ἔφεσον, καὶ τοῖς εὐπόροις προεῖπε παρέχειν ἵππον ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ ἄνδρα, καὶ ἀπολυόμενον τῆς στρατείας· ὥστε ταχὺ συνήχθησαν καὶ ἵπποι καὶ ἄνδρες ἐπιτήδειοι ἀντὶ δειλῶν καὶ πλουσίων. Καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἔφη ζηλοῦν· καὶ γὰρ ἐκεῖνον θήλειαν ἵππον ἀγαθὴν λαβόντα, κακὸν ἄνδρα καὶ πλούσιον τῆς στρατείας ἀπολῦσαι.

13. Ἐπεὶ δὲ κελεύσαντος αὐτοῦ τοὺς αἰχμαλώτους γυμνοὺς πωλεῖν, ἐπίπρασκον οἱ λαφυροπῶλαι, καὶ τῆς μὲν ἐσθῆτος ἦσαν ὠνηταὶ πολλοὶ, τῶν δὲ σωμάτων λευκῶν καὶ ἁπαλῶν παντάπασι διὰ τὰς σκιατραφίας κατεγέλων ὡς ἀχρήστων καὶ μηδενὸς ἀξίων· ἐπιστὰς ὁ Ἀγησίλαος, Ταῦτα μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ ὧν μάχεσθε, οὗτοι δὲ, οἷς μάχεσθε.

rum exhiberetur spectaculum, chori magister loco obscuro constituerat, obtemperavit, quanquam jam rex designatus, ita fatus : Bene habet; ostendam enim non loco virum, sed viro locum cohonestari.

VII. Medico cuidam rationem medendi corporis male ei demonstranti non simplicem, sed multis subtilibus ac supervacaneis admixtam : Ecastor, inquit, nec quavis conditione vivere velim, nec omnia remedia accipio.

VIII. Astans aliquando aræ Minervæ, quæ ab æde ærea Chalciœcus dicitur, bovemque immolans, morsus a pediculo, nihil reveritus in conspectu omnium arripuit eum et occidit, his additis verbis : Per deos, lubenter occido insidiatorem, etiam pone aram.

IX. Alio tempore videns murem a puero tenente trahi de fenestra, eumque mordere manum tenentis ac profugere, re iis qui aderant ostensa dixit : Quando minimum animalculum sic propulsat vim illatam, quid viros facere deceat cogitate.

X. Bellum regi Persarum illaturus liberandorum gratia Græcorum qui in Asia erant, oraculum Dodonæum consuluit : acceptoque responso, ut expeditionem sicuti animo agitabat, ita susciperet, id responsum Ephoris exposuit : hi eum jusserunt Delphos proficisci, deque eadem re sortem sciscitari. Eo itaque cum venisset, ita rogavit : Apollo, idemne tibi videtur, quod patri? Eoque astipulante imperator creatus, expeditionem fecit.

XI. Ejus in belli initio Tisaphernes Agesilaum metuens, pacis impetrandæ causa promiserat, regem urbibus Græcis libertatem, et quas ipsæ haberent legum usum permissurum : mox magnis a rege evocatis ad se copiis bellum ei denuntiavit, nisi Asia decederet. Grata fuit hæc perfidia Agesilao, simulansque in Cariam se ducturum, cum eo cogeret suas copias Tisaphernes, converso itinere in Phrygiam irrupit, plurimisque urbibus, et ingenti potitus est pecunia. Cum quidem amicis dixit, Impium esse injuste fidem datam violare : hostes autem decipere, non justum modo esse et laudabile, sed suave etiam ac lucrosum.

XII. Equis cum destitueretur, Ephesum reversus est, opulentisque injunxit, ut pro se quisque equum virumque præberet, hocque pacto ipse vacationem militiæ haberet. Ea ratione subito equi equitesque idonei timidorum divitumque loco collecti sunt. Qua in re imitari se Agamemnonem dicebat, qui accepta bona equa hominem ignavum ac divitem militiæ immunem fecisset.

XIII. Vendentibus nuda mancipia (quæ ceperat ex hoste) sectoribus, et vestium multis existentibus emptoribus, corpora autem alba et omnino tenera ob educationem intra parietes et in umbra factam omnibus deridentibus, quippe inutilia et nauci; assistens Agesilaus : Hæc, inquit, sunt propter quæ, isti vero adversus quos pugnatis.

14. Τρεψάμενος δὲ περὶ Λυδίαν Τισσαφέρνην, καὶ
λείστους ἀνελών, κατέτρεχε τῆς βασιλέως χώρας.
Γούτου δὲ χρήματα αὐτῷ προσπέμψαντος καὶ ἀξιοῦν-
ος διαλύσασθαι τὸν πόλεμον, ὁ Ἀγησίλαος, Τῆς μὲν
ἰρήνης, ἔφη, τὴν πόλιν εἶναι κυρίαν, τοὺς δὲ στρα-
ιώτας πλουτίζων ἥδεσθαι μᾶλλον ἢ αὐτὸς πλουτῶν·
αλὸν δὲ νομίζειν Ἕλληνας οὐ δῶρα λαμβάνειν ἀπὸ
ῶν πολεμίων, ἀλλὰ λάφυρα κτᾶσθαι.

15. Μεγαβάτου δὲ τοῦ Σπιθριδάτου παιδὸς, ὃς ἦν
άλλιστος τὴν μορφὴν, προσελθόντος αὐτῷ ὡς ἀσπα-
ομένου καὶ φιλήσοντος διὰ τὸ σφόδρα δοκεῖν ἀγαπᾶ-
θαι, ἐξέκλινεν· ὡς δ' ἐπαύσατο ἐκεῖνος προσιὼν, ἐπε-
ήτησεν αὐτὸν ὁ Ἀγησίλαος· τῶν δὲ φίλων φαμένων,
ς αὐτὸς εἴη αἴτιος, τρέσας τὸ τοῦ καλοῦ φίλημα
λθεῖν, καὶ μὴ ἀπὸ δειλίας ἥξειν ἐκεῖνον· χρόνον οὐκ
λίγον πρὸς αὐτῷ γενόμενος ὁ Ἀγησίλαος καὶ διασιω-
ήσας, Οὐδὲν, ἔφη, δεῖν πείθειν ἐκεῖνον ἡμᾶς· ἐγὼ γάρ
οι δοκῶ τῶν τοιούτων βούλεσθαι ἐπάνω εἶναι, ἢ τὴν
ανδροτάτην τῶν ἀντιτεταγμένων πόλιν κατὰ κράτος
λεῖν· ἄμεινον γὰρ ἑαυτῷ φυλάττειν τὴν ἐλευθερίαν τοῦ
τέρων ἀφαιρεῖσθαι.

16. Τὰ δὲ ἄλλα ἀκριβὴς ὢν καὶ νόμιμος, ἐν τοῖς φι-
ικοῖς πράγμασιν ἐνόμιζε πρόφασιν εἶναι τὸ λίαν δί-
αιον πρὸς αὐτούς. Φέρεται γοῦν ἐπιστόλιον αὐτοῦ
αραιτουμένου τινὰ τῶν φίλων πρὸς Ἱδριέα τὸν Κᾶρα,
ὕτω· Νικίας εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ,
μοὶ ἄφες· πάντως δὲ ἄφες.

17. Ἐν μὲν οὖν τοῖς πλείστοις ὑπὲρ τῶν φίλων
οιοῦτος ὁ Ἀγησίλαος· ἔστι δὲ ὅπου πρὸς τὸ συμφέρον
χρῆτο τῷ καιρῷ μᾶλλον. Ἀναζυγῆς γοῦν ποτε γενο-
ένης θορυβωδεστέρας, ἀσθενοῦντα καταλιπὼν τὸν
ρώμενον, ἐκείνου δεομένου καὶ ἀνακαλοῦντος μετὰ
ακρύων [αὐτὸν], ἐπιστραφεὶς εἶπεν· Ὡς χαλεπόν ἐστιν
λεεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν.

18. Δίαιταν δὲ τὴν περὶ τὸ σῶμα οὐδὲν ἀμείνονα
ῶν συνόντων εἶχε· κόρου μὲν καὶ μέθης τοπαράπαν
πεχόμενος, ὕπνῳ δὲ οὐ δεσπότῃ, ἀλλ' ἀρχομένῳ ὑπὸ
τῶν πράξεων χρώμενος· πρὸς δὲ θάλπος οὕτω καὶ ψῦ-
ος εἶχεν, ὥστε μόνος ἀεὶ χρῆσθαι ταῖς ὥραις· ἐν μέ-
οις δὲ τοῖς στρατιώταις σκηνῶν, οὐδενὸς ἀμείνονα
οίτην εἶχε.

19. Διετέλει δὲ λέγων, τὸν ἄρχοντα προσήκειν οὐ
αλακίᾳ [καὶ τρυφῇ], καρτερίᾳ δὲ καὶ ἀνδρείᾳ δεῖν
ῶν ἰδιωτῶν περιεῖναι.

20. Πυθομένου γοῦν τινος, τί περιεποίησαν οἱ Λυκούρ-
ου νόμοι τῇ Σπάρτῃ, Καταφρονεῖν, ἔφη, τῶν ἡδονῶν.

21. Πρὸς δὲ τὸν ἐπιθαυμάζοντα τὴν μετριότητα τῆς
σθῆτος καὶ τῆς τροφῆς αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Λακε-
αιμονίων, Ἀντὶ ταύτης, ἔφη, τῆς διαίτης, ὦ ξένε,
ὴν ἐλευθερίαν ἀμώμεθα.

22. Ἄλλου δὲ προτρεπομένου ἀνίεσθαι, καὶ λέγον-
ος, διὰ τὸ τῆς τύχης ἄδηλον, μήποτε καιρὸς τούτου
ένηται, Ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, ἐμαυτὸν ἐθίζω λέγων, ὥστ'
ν μηδεμιᾷ μεταβολῇ μεταβολὴν ζητεῖν.

XIV. Apud Lydiam cum ingenti hostium strage Tisaphernem profligasset, et regis ditionem popularetur, isque pecuniam dono ipsi mitteret, pacificationemque posceret, respondit, Pacis compositionem fore in reipublicæ Spartanæ potestate : se ditandis militibus magis delectari, quam opibus possidendis : hoc autem sibi pulchrum videri, si Græci non accipiant ab hostibus dona, sed manubias adipiscantur.

XV. Megabatem Spithridatis filium, qui erat formosissimus, offerendi osculi gratia accedentem (admodum enim amari se putabat) declinaverat : cumque is finem fecisset accedendi, requirebat eum ultro. Tum amicis dicentibus ipsum esse in culpa, qui pulchri osculum formidasset, præ timore non amplius venturi, paululum tacite secum meditatus Agesilaus : Nihil, inquit, attinet, eum a nobis adduci persuadendo; malle enim mihi videor hujusmodi vincere cupiditates, quam populosissimam hostium repugnantium urbem capere. Melius est enim suam ipsius conservare libertatem, quam aliis eam adimere.

XVI. Cætera accuratus et justus, in amicorum causis existimabat nimiam justitiam prætextum esse contra eos. Fertur sane epistolium ejus, pro amico apud Idrieum Carem sic intercedentis, tale : Si insons est Nicias, missum eum fac : si autem sons est, mea causa dimitte : omnino autem dimitte.

XVII. Ac in plerisque sane amicorum rebus talis fuit Agesilaus. Est tamen ubi occasionem ad utilitatem potius accommodavit. Castra enim aliquando movens nonnullo cum tumultu, invalidum a tergo relinquens amasium precantem, et cum lacrimis revocantem, conversus : Difficile est, dixit, simul misereri et sapere.

XVIII. Victus ratione nihilo quam qui una degebant usus est meliore : abstinuit omnino satietate et crapula : somno usus est non ut domino, sed eum actionibus habuit suis obedientem. Frigus et æstum ita facile tulit, ut solus quavis tempestate anni ad agendum uteretur. Tentorium in medio militum habens, nullo meliorem lectum habuit.

XIX. Assidue in ore hoc habebat : Ducem non mollitie et luxu, sed tolerantia ac fortitudine debere subditis anteire.

XX. Itaque cuidam interroganti, quid boni leges Lycurgi Spartanis attulissent, respondit : Contemptum voluptatum.

XXI. Admiranti ejus reliquorumque Lacedæmoniorum in vestitu et victu frugalitatem : Hac, inquit, e semente vitæ libertatem metimus.

XXII. Hortanti ut aliquid de severitate victus remitteret, monentique ob incerta casuum fieri posse ut postmodo nunquam vivere mollius detur, respondit : Ego vero me assuefacio ut in nulla mutatione mutationem quæram.

23. Καὶ πρεσβύτης δὲ γενόμενος, τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ ἐχρῆτο· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, διότι σφοδροῦ χειμῶνος ὄντος ἀχίτων περιέρχεται, εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἥκων, Ἵνα, φησὶν, οἱ νέοι μιμῶνται, παράδειγμα ἔχοντες τοὺς πρεσβυτάτους καὶ ἄρχοντας.

24. Θάσιοι δὲ τὴν χώραν αὐτῶν διαπορευομένῳ μετὰ τοῦ στρατεύματος, ἄλφιτα καὶ χῆνας καὶ τραγήματα καὶ μελίπηκτα καὶ ἄλλα παντοδαπὰ βρώματά τε καὶ πόματα πολυτελῆ ἔπεμψαν· μόνα δὲ τὰ ἄλφιτα δεξάμενος, τὰ λοιπὰ ἀπάγειν ἐκέλευσεν ὀπίσω τοὺς κεκομικότας, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὄντα χρήσιμα. Λιπαρούντων δὲ καὶ δεομένων πάντως λαβεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὰ τοῖς εἵλωσι διαδοῦναι. Πυθομένων δὲ τὴν αἰτίαν, ἔφη, Τοὺς ἀνδραγαθίαν ἀσκοῦντας τὰς τοιαύτας λιχνείας οὐχ ἁρμόζει προσίεσθαι· τὰ γὰρ δελεάζοντα τοὺς ἀνδραποδώδεις, τῶν ἐλευθέρων ἀλλότρια.

25. Πάλιν δὲ τῶν Θασίων, διὰ τὸ δοκεῖν μέγα ὑπ' αὐτοῦ εὐεργετεῖσθαι, ναοῖς αὐτὸν καὶ ἀποθεώσεσι τιμησάντων, καὶ περὶ τούτου πρεσβείαν ἀποστειλάντων, ἀναγνοὺς τὰς τιμὰς, ἃς αὐτῷ προσήνεγκαν οἱ πρέσβεις, ἠρώτησεν, εἰ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἀποθεοῦν ἀνθρώπους δύναται· φαμένων δὲ, Ἄγετ', ἔφη, ποιήσατε πρώτους ἑαυτούς· καὶ τοῦτ' ἂν πράξητε, τότε πιστεύσω ὑμῖν, ὅτι κἀμὲ δυνήσεσθε θεὸν ποιῆσαι.

26. Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλληνικῶν ἐθνῶν ψηφισαμένων ἐν ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν εἰκόνας ἀνιστᾷν αὐτοῦ, προσέγραψεν, Ἐμοῦ μηδεμία εἰκὼν ἔστω, μηδὲ γραπτὴ, μηδὲ πλαστὴ, μηδὲ κατασκευαστή.

27. Θεασάμενος δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας οἰκίαν τετραγώνοις ὠροφωμένην δοκοῖς, ἠρώτησε τὸν κεκτημένον, εἰ τετράγωνα παρ' αὐτοῖς φύεται ξύλα· φαμένου δὲ οὔ, ἀλλὰ στρογγύλα, Τί οὖν; εἶπεν, εἰ τετράγωνα ἦν, στρογγύλα ἐτελεῖτε;

28. Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, ἄχρι τίνος εἰσὶν οἱ τῆς Λακωνικῆς ὅροι, τὸ δόρυ κραδάνας, εἶπεν, Ἄχρις οὗ τοῦτο φθάνοι.

29. Ἄλλου δὲ ἐπιζητοῦντος, διὰ τί ἀτείχιστος ἡ Σπάρτη, ἐπιδείξας τοὺς πολίτας ἐξωπλισμένους, Ταῦτά ἐστιν, εἶπε, τὰ Λακεδαιμονίων τείχη.

30. Ἄλλου δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιζητοῦντος, Οὐ λίθοις δεῖ καὶ ξύλοις τετειχίσθαι τὰς πόλεις, ἔφη, ταῖς δὲ τῶν ἐνοικούντων ἀρεταῖς.

31. Τοῖς δὲ αὐτοῦ φίλοις παρήγγειλε, Μὴ χρήμασιν, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ἀρετῇ σπουδάζειν πλουτεῖν.

32. Ὁπότε δὲ βούλοιτο ἔργον τι ταχέως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν γενέσθαι, αὐτὸς πρῶτος ἐφήπτετο ἐν ὄψει ἁπάντων.

33. Ἐμεγαλύνετο δὲ ἐπὶ τῷ μηδενὸς ἧττον πονεῖν, καὶ ἐπὶ τῷ ἄρχειν ἑαυτοῦ, μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ βασιλεύειν.

34. Θεωρήσας δέ τινα Λάκωνα χωλὸν ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντα καὶ ἵππον ζητοῦντα, Οὐκ αἰσθάνῃ, ἔφη, ὅτι οὐ φευγόντων, ἀλλὰ μενόντων ὁ πόλεμος χρείαν ἔχει;

XXIII. Senior etiam factus, eamdem vivendi ten rationem. Ideo quærenti cur magno in frigore tan ipse natu sine tunica obambularet, respondit : Ut in tentur juvenes exemplum seniorum atque principum.

XXIV. Thasii per agrum ipsorum cum exercitu tra eunti farinam, anseres, bellaria, placentas, aliosq cibos sumptuosos potusque miserunt. solam autem f rinam accepit, reliqua eos, ut nulli usui sibi futur auferre jussit. Cum instarent, utque omnino accipe precarentur, in servos distribuere jussit : quærentibu que causam, dixit : Qui virtutem colunt, eos non a mittere hujusmodi gulæ delicias; aliena enim a libe ea esse, quibus servilia ingenia alliciuntur.

XXV. Rursum Thasiis eum, quod magna ab ipso adeptos beneficia sentirent, templis divinisque hono bus venerantibus, eaque de re legatos mittentibus, legit quos honores sibi decernerent, quæsivit e legat An civitas ipsorum homines in deos posset convertere cum affirmarent : Agedum, inquit, vos ipsos primu deos facite : eo facto, credam vobis posse me quoque vobis in deum mutari.

XXVI. Cum Græcæ in Asia gentes decrevissent ei nobilissimis urbibus statuas ponere, rescripsit : Nullu mei esto simulacrum, neque pictum, neque fictun neque artificio ullo adornatum.

XXVII. Conspicatus in Asia domum, quadrangul laqueatam trabibus, dominum ejus interrogavit, Ecqu ibi locorum arbores nascerentur quadrangulæ; respo denti, Non, sed rotundæ : Quid ergo, inquit, an, si qu drangulæ nascerentur, rotundas faceretis?

XXVIII. Interrogatus olim quousque fines Laconic pertingerent, hastam vibrans : Quousque, inquit, ha pervenit.

XXIX. Alii interroganti cur Sparta muris carere cives commonstrans armatos, Istos esse, dixit, Spart muros.

XXX. Alteri hac ipsa de re percunctanti respondi Urbes non lapidibus et lignis, sed virtute inhabitantiu debere esse munitas.

XXXI. Hortatus est amicos suos, ut non pecunia sed fortitudinis et virtutis fiant locupletes.

XXXII. Si quando aliquid vellet celeriter a militib peragi, id primus ipse in conspectu omnium aggress est.

XXXIII. Hoc gloriabatur, quod a nemine superar tur laborando, et sibi ipsi magis quam subditis imp raret.

XXXIV. Cum quendam Laconem claudum videret bellum exire, et equum quærere : Non sentis, inqui bellum opus habere manentibus, non fugientibus?

35. Ἐρωτώμενος δὲ, πῶς μεγάλην δόξαν περιεποιήσατο, Θανάτου καταφρονήσας, ἔφη.

36. Ἐπιζητοῦντος δέ τινος, διὰ τί * Σπαρτιάται μετ' αὐλῶν ἀγωνίζονται, ἔφη, Ἵν', ὅταν πρὸς ῥυθμὸν βαίνωσιν, οἵ τε δειλοὶ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι φανεροὶ ὦσι.

37. Μακαρίζοντος δέ τινος τὸν Περσῶν βασιλέα νέον κομιδῆ ὄντα, ε[ἶπ]εν, Ἀλλ' οὐδὲ Πρίαμος ταύτην ἔχων τὴν ἡλικίαν ἠτύχησε.

38. Πολλὴν δὲ τῆς Ἀσίας ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, διέγνω χωρεῖν ἐπ' αὐτὸν βασιλέα, ὅπως παύσῃ σχολὴν αὐτὸν ἄγοντα καὶ διαφθείροντα τοὺς τῶν Ἑλλήνων δημαγωγούς.

39. Μεταπεμφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἐφόρων ἕνεκα τῆς τοῦ περιεστηκότος τὴν Σπάρτην Ἑλληνικοῦ πολέμου αἰτίας, διὰ τὰ ὑπὸ Πέρσου διαπεμφθέντα χρήματα, εἰπὼν, Τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα δεῖν ὑπὸ τῶν νόμων ἄρχεσθαι, ἀπέπλευσε τῆς Ἀσίας, πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ἐνταῦθα Ἕλλησι καταλιπών.

40. Τοῦ δὲ Περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος, ἀναζευγνύων ἔφη, Τρισμυρίοις τοξόταις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς Ἀσίας· τοσούτων γὰρ εἰς Ἀθήνας καὶ Θήβας κομισθέντων διὰ Τιμοκράτους χρυσῶν δαρεικῶν καὶ διαδοθέντων τοῖς δημαγωγοῖς, ἐξεπολεμώθησαν οἱ δῆμοι πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας.

41. Καὶ ἀντέγραψε τοῖς Ἐφόροις ἐπιστολὴν τήνδε, « Ἀγησίλαος τοῖς Ἐφόροις χαίρειν· Τὰν πολλὰν τᾶς » Ἀσίας κατεστρεψάμεθα, καὶ τὼς βαρβάρως ἐλάσαμες, » καὶ ἐν τᾷ Ἰωνίᾳ ὅπλα ἐποιήσαμες πολλά· ἐπεὶ δὲ κέλε- » σθέ με κατὰ τὰν προθεσμίαν παραγίνεσθαι, ἕπομαι τᾷ » ἐπιστολᾷ, σχεδὸν δ' αὐτὰν καὶ φθάσω· ἄρχω γὰρ οὐκ » ἐμαυτῷ ἀρχὰν, ἀλλὰ τᾷ πόλει καὶ τοῖς συμμάχοις· » καὶ τότε ἄρχων ἄρχει ἀλαθέως κατὰ δίκαν, ὅταν καὶ » ἄρχηται ὑπό τε νόμων καὶ ἐφόρων, ἢ οἷοι ἂν ἄλλοι » ἐν πόλει ἄρχοντες ὦσιν. »

42. Ὡς δὲ διαβὰς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐβάδιζε διὰ τῆς Θρᾴκης, ἐδεήθη μὲν οὐδενὸς τῶν βαρβάρων, πέμπων δὲ πρὸς ἑκάστους, ἐπυνθάνετο, πότερον ὡς φιλίαν ἢ ὡς πολεμίαν διαπορεύηται τὴν χώραν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι φιλικῶς ἐδέχοντο, καὶ παρέπεμπον· οἱ δὲ καλούμενοι Τρωαδεῖς, οἷς καὶ Ξέρξης (ὡς λέγεται) δέδωκε δῶρα, τῆς διόδου μισθὸν ᾔτουν τὸν Ἀγησίλαον ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα, καὶ γυναῖκας τοσαύτας· ὁ δὲ κατειρωνευσάμενος αὐτῶν, καὶ φήσας, Τί οὖν οὐκ εὐθὺς ἤλθον ληψόμενοι; προσῆγε, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς παρατεταγμένοις, τρεψάμενος καὶ διαφθείρας πολλοὺς διῆλθε.

43. Τῷ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεῖ τὸ αὐτὸ ἐρώτημα προσέπεμψε· φήσαντος δ' ἐκείνου βουλεύεσθαι, Βουλευέσθω τοίνυν, εἶπεν, ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα. Θαυμάσας οὖν τὴν τόλμαν καὶ δείσας, ἐκέλευσεν ὡς φ[ί]λον προαίρειν.

44. Τῶν δὲ Θετταλῶν τοῖς πολεμίοις συμμαχούντων, ἐπόρθησε τὴν χώραν· εἰς δὲ Λάρισσαν ἔπεμψε Ξενοκλέα καὶ Σκύθην περὶ φιλίας· συλληφθέντων δὲ τούτων καὶ

XXXV. Interrogatus quomodo magnam parasset sibi gloriam, respondit : Contemnendo mortem.

XXXVI. Quærente quodam cur ad tibiæ cantum Spartani pugnarent : Ut, inquit, ad numerum iis incedentibus timidi fortesque sint in conspectu.

XXXVII. Fortunas Persarum regis prædicante quodam, juvenis admodum : Neque Priamus, inquit, ista ætate calamitosus fuit.

XXXVIII. Subacta magna Asiæ parte, statuit adversus ipsum regem ducere, finemque otio ejus imponere, quo is abusus Græcorum oratores solebat corrumpere.

XXXIX. Evocatus autem ab Ephoris ob bellum quod a Græcis Spartæ imminebat, cujus causa erat pecunia a rege Persarum transmissa, fatus bonum principem debere parere legibus, ex Asia abiit, magno sui desiderio Græcis ibi degentibus relicto.

XL. Et quia numisma Persicum sagittario erat signatum, castra movens dixit, Triginta sagittariorum millibus a rege se ex Asia expelli. Tot enim aureis Daricis a Timocrate Athenas et Thebas perlatis, et inter oratores divisis, populi ad bellum contra Spartanos suscipiendum concitati erant.

XLI. Ephoris autem in hanc rescripsit sententiam : « Agesilaus Ephoris S. Magnam Asiæ partem subegimus, barbaros profligavimus, et in Ionia multum armorum paravimus. Sed quoniam me ad definitum venire diem jubetis, sequor epistolam, fere autem et antevertam. Imperium enim gero non mihi, sed civitati ac sociis. Ac tum imperator vere justeque imperat, quando regitur a legibus et ephoris, aut si qui sunt alii in civitate magistratus. »

XLII. Postquam trajecto Hellesponto per Thraciam fuit proficiscendum, nullos barbarorum precatus est, sed misit ad singulas gentes quæsitum, utrum vellent se per ipsorum regionem ut sociam an ut hostilem transire. Cæteris amice eum admittentibus ac deducentibus, Troadenses, a quibus etiam Xerxes (ut fertur) transitum donis redemerat, mercedis nomine ab Agesilao postularunt centum talenta argenti, et totidem mulieres. Irrisit eos Agesilaus, dicensque, cur non recta venissent acceptum quod petebant, adduxit exercitum, collatisque signis eos multa ipsorum cum strage fudit, atque transiit.

XLIII. Macedonum regi cum eamdem proposuisset quæstionem, isque se deliberaturum diceret : Deliberet ergo, inquit, nos pergemus. Miratus itaque audaciam ejus Macedo, sibique timens, ut amicum transire jussit.

XLIV. Thessalorum, qui hostium erant socii, agrum populatus est, missis Larissam Xenocle et Scytha amicitiæ coeundæ causa. Qui cum comprehensi cu-

παραφυλαττομένων, οἱ μὲν ἄλλοι βαρέως φέροντες, ᾤοντο δεῖν τὸν Ἀγησίλαον περιστρατοπεδεύσαντα πολιορκεῖν τὴν Λάρισσαν· ὁ δὲ, φήσας οὐκ ἂν θελῆσαι Θεσσαλίαν ὅλην λαβεῖν ἀπολέσας τῶν ἀνδρῶν τὸν ἕτερον, ὑποσπόνδους αὐτοὺς ἀπέλαβε.

45. Πυθόμενος δὲ, μάχην γεγονέναι περὶ Κόρινθον, καὶ Σπαρτιατῶν μὲν παντάπασιν ὀλίγους τεθνάναι, Κορινθίων δὲ καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων αὐτοῖς παμπόλλους, οὐχ ὤφθη περιχαρὴς οὐδ' ἐπηρμένος τῇ νίκῃ, ἀλλὰ καὶ πάνυ βαρὺ στενάξας, Φεῦ τᾶς Ἑλλάδος, ἔφη, ἃ τοσούτους ὑφ' αὐτᾶς ἀπολώλεκεν, ὅσοις ἀρκεῖ τὼς βαρβάρως νικᾶν ἅπαντας.

46. Φαρσαλίων δὲ προσκειμένων καὶ κακουργούντων αὐτοῦ τὸ στράτευμα, πεντακοσίοις ἱππεῦσι τρεψάμενος αὐτοὺς, τρόπαιον ἔστησεν ὑπὸ τῷ Ναρθακίῳ· καὶ τὴν νίκην ἐκείνην πάντων ὑπερηγάπησεν, ὅτι συστησάμενος τὸ ἱππικὸν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, τούτῳ μόνῳ τοὺς μέγιστον ἐφ' ἱππικῇ φρονοῦντας ἐκράτησε.

47. *Διφρίδα δὲ οἴκοθεν ἀπαγγείλαντος αὐτῷ, εὐθὺς ἐκ παρόδου ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Βοιωτίαν, καίτοι ἐκ μείζονος παρασκευῆς τοῦτο ποιῆσαι ὕστερον διανοούμενος, οὐκ ἀπειθήσας τοῖς ἄρχουσι, δύο μυριάδας τῶν περὶ Κόρινθον στρατευομένων μεταπεμψάμενος, ἐπέβη τῆς Βοιωτίας· καὶ συμβαλὼν ἐν Κορωνείᾳ Θηβαίοις, Ἀθηναίοις, Ἀργείοις, Κορινθίοις, Λοκροῖς ἀμφοτέροις, ἐνίκησε, καίτοι ὑπὸ πολλῶν τραυμάτων κακῶς τὸ σῶμα διακείμενος, τὴν μεγίστην μάχην, ὥς φησι Ξενοφῶν, τῶν καθ' ἑαυτὸν γενομένων.

48. Οὐδὲν [δὲ] τῶν περὶ τὸν βίον καὶ τὴν δίαιταν, διὰ τὰς τοσαύτας εὐτυχίας καὶ νίκας, ἤλλαξεν οἴκαδ' ἐπανελθών.

49. Ὁρῶν δ' ἐνίους τῶν πολιτῶν ἀπὸ ἱπποτροφίας δοκοῦντας εἶναί τινας καὶ μεγαλοφρονοῦντας, ἔπεισε τὴν ἀδελφὴν Κυνίσκαν εἰς ἅρμα καθίσασαν, Ὀλυμπιάσιν ἀγωνίσασθαι· βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς Ἕλλησιν, ὡς οὐδεμιᾶς ἐστιν ἀρετῆς, πλούτου δὲ καὶ δαπάνης τὰ τοιαῦτα.

50. Ξενοφῶντα δὲ τὸν σοφὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ σπουδαζόμενον, ἐκέλευε τοὺς παῖδας ἐν Λακεδαίμονι τρέφειν, μεταπεμψάμενον, τὸ κάλλιστον τῶν μαθημάτων παιδευθησομένους, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι.

51. Ἄλλοτε δ' ἐρωτώμενος, διὰ τί μάλιστα παρὰ τοὺς ἄλλους εὐδοκιμοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, Διότι, εἶπε, παρὰ τοὺς ἄλλους ἀσκοῦσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι.

52. Λυσάνδρου δὲ τελευτήσαντος, εὑρὼν ἑταιρείαν πολλὴν συνεστῶσαν, ἣν ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀσίας συνέστησεν ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον, ὥρμησεν αὐτὸν ἐξελέγχειν, οἷος ἦν ζῶν πολίτης· καὶ λόγον ἀναγνοὺς ἐν βιβλίῳ ἀπολελειμμένον, ὃν ἔγραψε μὲν Κλέων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, ἔμελλε δὲ λέγειν ἀναλαβὼν ὁ Λύσανδρος ἐν τῷ δήμῳ περὶ πραγμάτων καινῶν καὶ μεταστάσεως τοῦ πολιτεύματος, ἠθέλησεν εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν· ἐπεὶ δέ τις τῶν γερόντων τὸν λόγον ἐπελθὼν κα

studirentur, reliquis graviter hoc ferentibus, ac censentibus debere Agesilaum obsidere atque oppugnare Larissam, fatus nolle se alterius istorum virorum interitu vel totam mercari Thessaliam, pactis conditionibus eos recepit.

XLV. Audito pugnatum esse apud Corinthum, et Spartanorum plane paucos, Corinthiorum, Atheniensium, reliquorumque sociorum permultos occubuisse, nullam in vultu lætitiam, aut ob victoriam animi elationem præ se tulit, sed alte ducto gemitu : O infelicem, dixit, Græciam, quæ tantum hominum ipsa sibi interemit, quantum satis erat ad universos vincendum barbaros!

XLVI. Pharsaliis ipsum urgentibus et exercitum ipsius vexantibus, quingentis equitibus eos fudit, tropæumque sub Narthacio statuit, et omnium victoriarum hac maxime delectatus est, quod suo instructo seorsim equitatu, eo solo superasset hos, qui re equestri maxime se jactabant.

XLVII. Diphrida Lacedæmone mandatum ei afferente ut statim ex itinere in Bœotiam irrumperet : quanquam id statuerat alio tempore et majore cum apparatu facere, paruit tamen magistratui, et accitis viginti millibus eorum qui ad Corinthum castra habebant, in Bœotiam invasit, prælioque ad Coroneam congressus cum Thebanis, Atheniensibus, Argivis, Corinthiis et Locrensibus utrisque, victoriam obtinuit; quanquam corpus ejus multis vulneribus male fuit ea in pugna mulctatum, quam omnium sui ævi Xenophon narrat fuisse maximam.

XLVIII. Nihil reversus domum in vitæ et victus ratione post tot victorias prosperosque successus mutavit.

XLIX. Videns civium quosdam equis alendis sibi arrogare famam ac superbire, Cyniscæ sorori persuasit, ut conscenso curru ludis Olympicis decertaret volens demonstrare Græcis certamina ista non virtutis alicujus, sed divitiarum esse et sumptuum.

L. Cum haberet secum studioseque tractaret Xenophontem sapientem, suasit ei ut filios suos Spartam arcesseret, ibique educaret, ut instituerentur omnium pulcherrima disciplina imperandi ac parendi.

LI. Alias interrogatus, quamnam ob causam Spartani aliis celebriores essent, respondit : Quia plus quam alii exercent se in imperando et obediendo.

LII. Lysandro mortuo cum invenisset magnam factionem, quam ille statim post reditum ex Asia adversus Agesilaum excitaverat, animum adjecit ad demonstrandum qualis dum viveret civis fuisset Lysander. Cumque orationem legisset in libro relictam, quam Cleo Halicarnassensis composuerat, Lysander autem fuerat ad populum habiturus de rebus novis, et immutanda republica, statuit eam in medium proponere. Sed um de senioribus quidam ea perlecta vim dicendi ar-

φοβηθεὶς τὴν δεινότητα, συνεβούλευσε μὴ τὸν Λύσανδρον ἀνορύττειν, ἀλλὰ τὸν λόγον μᾶλλον αὐτῷ συγκατορύττειν, ἐπείσθη καὶ ἡσύχασε.

53. Τοὺς δὲ ὑπεναντιουμένους αὐτῷ, φανερῶς μὲν οὐκ ἐτάραττε· διαπραττόμενος δ' ἕπεσθαι τινὰς ἀεὶ στρατηγοὺς καὶ ἄρχοντας ἐξ αὐτῶν ἀπεδείκνυε γενομένους ἐν ταῖς ἐξουσίαις πονηροὺς καὶ πλεονέκτας· εἶτα κρινομένοις πάλιν αὖ βοηθῶν καὶ συναγωνιζόμενος, οἰκείους ἐποιεῖτο καὶ μεθίστη πρὸς ἑαυτὸν, ὥστε οὐδένα ἀντίπαλον εἶναι.

54. Ἐδεήθη τις αὐτοῦ γράψαι πρὸς τοὺς ἐπ' Ἀσίας ξένους, ὅπως τύχοι τοῦ δικαίου. Ἀλλ' οἱ ἐμοὶ ξένοι, εἶπε, τὰ δίκαια δι' ἑαυτῶν, κἂν ἐγὼ μὴ γράφω, ποιοῦσιν.

55. Ἐπεδείκνυέ τις αὐτῷ τῆς πόλεως τὸ τεῖχος ὀχυρὸν καὶ καρτερῶς ἄγαν ἐξῳκοδομημένον, καὶ ἠρώτα, εἰ καλὸν αὐτῷ φαίνεται· Νὴ Δία, ἔφη, καλὸν, οὐχ ὡς ἀνδράσι δὲ, ἀλλ' ὡς γυναιξὶν ἐνοικεῖν.

56. Μεγαρέως δέ τινος περὶ τῆς πόλεως πρὸς αὐτὸν μεγαλαυχουμένου, Μειράκιον, ἔφη, οἱ λόγοι σου πολλῆς δυνάμεως δέονται.

57. Ἃ δὲ τοὺς ἄλλους ἑώρα θαυμάζοντας, ἐδόκει μηδὲ γινώσκειν. Καί ποτε Καλλιππίδης ὁ τῶν τραγῳδοποιῶν ὑποκριτὴς, ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ σπουδαζόμενος ὑπὸ πάντων, πρῶτον μὲν ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ προσεῖπεν, ἔπειτα σοβαρῶς εἰς τοὺς συμπαρόντας ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, ἐπεδείκνυτο, νομίζων ἐκεῖνον ἄρξαι τινὸς φιλοφρονήσεως· τέλος δὲ εἶπεν, Οὐκ ἐπιγινώσκεις με, ὦ βασιλεῦ, οὐδ' ἤκουσας, ὅστις εἰμί; ὁ δ' Ἀγησίλαος ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν, Ἀλλ' οὐ τύ ἐσσι Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας; Οὕτω δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς μίμους καλοῦσι.

58. Τοῦ δὲ μιμουμένου τὴν τῆς ἀηδόνος φωνὴν ἀκοῦσαι παρακαλούμενος, παρῃτήσατο, φήσας, Αὐτᾶς ἄκουκα πολλάκις.

59. * Μενεκράτους δὲ τοῦ ἰατροῦ, ἐπεὶ κατατυχὼν ἔν τισιν ἀπεγνωσμέναις θεραπείαις, Ζεὺς ἐπεκλήθη, φορτικῶς ταύτῃ χρωμένου τῇ προσωνυμίᾳ, καὶ δὴ πρὸς τὸν Ἀγησίλαον ἐπιστεῖλαι τολμήσαντος οὕτω, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, οὐκ ἀναγνοὺς τὰ λοιπὰ, ἀντέγραψε, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν.

60. Ἐπεὶ δὲ Κόνων καὶ Φαρνάβαζος τῷ βασιλέως ναυτικῷ θαλαττοκρατοῦντες ἐπολιόρκουν τὰ παράλια τῆς Λακωνικῆς, ἐτειχίσθη δὲ τὸ ἄστυ τῶν Ἀθηναίων, Φαρναβάζου χρήματα δόντος, εἰρήνην ἐποιήσαντο Λακεδαιμόνιοι πρὸς βασιλέα· [καὶ] πέμπουσι πολίτην Ἀνταλκίδαν πρὸς Τηρίβαζον, τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἕλληνας, ὑπὲρ ὧν ἐπολέμησεν Ἀγησίλαος, βασιλεῖ παραδιδόντες. Ὅθεν δὴ ἥκιστα συνέβη τῆς κακοδοξίας ταύτης Ἀγησιλάῳ μετασχεῖν· ὁ γὰρ Ἀνταλκίδας ἐχθρὸς ἦν αὐτῷ, καὶ τὴν εἰρήνην ἐξ ἅπαντος ἔπραττεν, ὡς τοῦ πολέμου τὸν Ἀγησίλαον αὔξοντος καὶ ποιοῦντος ἐνδοξότατον καὶ μέγιστον.

tificiumque metuens, suaderet ne e sepulcro effossum produceret Lysandrum, sed cum Lysandro defoderet orationem, obtemperavit, eamque rem omisit.

LIII. Eos autem, qui clanculum se ipsi opponebant, palam quidem non incessit: sed conficiens hoc ut quidam eorum se duces aut alio cum magistratu sequerentur, demonstravit eos ubi potestatem adepti essent, malos esse ac rapaces. Accusatis deinde opitulans atque patrocinans, familiares sibi redegit, atque ad se traduxit, ita ut nullum deinde haberet adversarium.

LIV. Petenti a se ut ipsius nomine suis in Asia hospitibus scriberet, ut quod justum erat consequi posset: Mei quidem, respondit, hospites ultro faciunt quod justum est, me etiam nihil scribente.

LV. Monstrabat ei quidam urbis alicujus muros valide admodum exstructos, et quærebat, pulchrosne eos judicaret, respondit: Ita per deos, sed non ut viri, verum uti mulieres intus habitent.

LVI. Megarensi cuidam ad se de urbe gloriose loquenti: Adolescens, inquit, tui sermones magna opus habent potentia.

LVII. Quæ alios admirari videbat, ea ne nosse quidem statuerat. Et cum aliquando Callippides tragœdiarum histrio, celebris apud Græcos famæ et cui omnes multum tribuerent, primum ei occurrisset atque salutasset, deinde proterve in comitatum se ingessisset, atque ostentaret, sperans blande se ab Agesilao compellatum iri, tandemque diceret, Non agnoscis me, rex, neque inaudivisti quis sim? intuitus in eum: Nonne, inquit, tu Callippides es dicelicta? Sic autem Lacedæmonii vocabant mimos.

LVIII. Ut audiret quemdam qui vocem lusciniæ imitabatur, rogatus renuit, quod diceret se ipsam sæpe audivisse lusciniam.

LIX. Menecrates medicus, quia in quibusdam desperatis morbis usus erat successu felici, cognominabatur Jupiter. Quo titulo cum uteretur importunius et ausus fuisset ad Agesilaum scribere, Menecrates Jupiter Agesilao regi Salutem; non lectis reliquis rescripsit: Rex Agesilaus Menecrati sanam mentem.

LX. Cum Conon et Pharnabazus classe regia mare obtinerent, et oram Laconicæ maritimam oppugnarent, Atheniensium autem Astu muniretur præbente pecuniam Pharnabazo: pacem cum rege Persarum fecerunt Lacedæmonii, miseruntque unum de suis civibus Antalcidam ad Tiribazum, qui regi ipsorum nomine Græcos in Asia habitantes traderet, pro quibus Agesilaus bellum gesserat. Quo factum est ut minime hujus rei infamiæ particeps esset Agesilaus. Inimicus enim ei erat Antalcidas, pacemque omnibus viribus machinabatur, quod bello Agesilaus cresceret, summamque adipisceretur gloriam et potentiam.

61. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, μηδίζειν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀπεκρίθη, Μᾶλλον τοὺς Μήδους λακωνίζειν.

62. Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, ὁποτέρα βελτίων τῶν ἀρετῶν, ἀνδρεία ἢ δικαιοσύνη, οὐδὲν ὄφελος ἀνδρείας ἔφασκεν εἶναι, μὴ παρούσης δικαιοσύνης· εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο, μηδὲν ἀνδρείας δεηθήσεσθαι.

63. Εἰθισμένων δὲ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων τὸν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, Τί δὲ ἐκεῖνος ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;

64. Ἔλεγε δὲ, τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς, δούλους δὲ ἀγαθοὺς εἶναι.

65. Ἐρωτηθεὶς [δὲ], πῶς ἄν τις μάλιστα παρ' ἀνθρώποις εὐδοκιμοίη, Εἰ λέγοι, εἶπε, τὰ ἄριστα, πράττοι δὲ τὰ κάλλιστα.

66. Τὸν δὲ στρατηγὸν δεῖν ἔφασκε πρὸς μὲν τοὺς ἐναντίους τόλμαν, πρὸς δὲ τοὺς ὑποτεταγμένους εὔνοιαν ἔχειν.

67. Ἐπιζητοῦντος δέ τινος, τίνα δεῖ μανθάνειν τοὺς παῖδας, Ταῦτ', εἶπεν, οἷς καὶ ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται.

68. Δικάζοντος δέ τινα δίκην αὐτοῦ, καὶ τοῦ μὲν κατηγόρου εὖ εἰρηκότος, τοῦ δὲ ἀπολογουμένου φαύλως, λέγοντος [δὲ] πρὸς ἕκαστα, Ἀγησίλαε, δεῖ τὸν βασιλέα τοῖς νόμοις βοηθεῖν, Καὶ τὴν οἰκίαν, ἔφη, εἴ τις σοι διέσκαπτε, καὶ τὸ ἱμάτιον εἰ ἀφῃρεῖτο, προσεδέχου ἂν τὸν οἰκοδόμον ἢ τὸν τὸ ἱμάτιον ὑφάναντα ἐπικουρήσειν σοι;

69. Ἐπιστολῆς δὲ αὐτῷ παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως κομισθείσης, τῆς εἰρήνης γενομένης, ἣν ὁ μετὰ Καλλίου τοῦ Λακεδαιμονίου Πέρσης ἤνεγκε, περὶ ξενίας καὶ φιλίας, οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν ἀπαγγεῖλαι βασιλεῖ, Ὡς ἰδίᾳ μὲν πρὸς αὐτὸν οὐδὲν δέοι ἐπιστολὰς πέμπειν· ἢν δὲ φίλος τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τῇ Ἑλλάδι εὔνους ὢν φαίνηται, ὅτι καὶ αὐτὸς φίλος αὐτῷ κατὰ κράτος ἔσοιτο· ἐὰν μέντοι ἐπιβουλεύων ἁλίσκηται, μηδ' ἂν πάνυ πολλὰς δέχωμαι ἐπιστολὰς, πιστευέτω φίλον με ἕξειν.

70. Φιλοτεκνότατος δ' ὢν διαφερόντως, λέγεται, ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις, κάλαμον περιβεβηκὼς, ὥσπερ ἵππον, οἴκοι συνέπαιζεν· ὀφθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν φίλων, παρεκάλει μηδενὶ φράζειν, πρὶν καὶ αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται.

71. Συνεχῶς δὲ αὐτοῦ τοῖς Θηβαίοις πολεμοῦντος, καὶ τρωθέντος ἐν τῇ μάχῃ, φασὶ τὸν Ἀνταλκίδαν εἰπεῖν, Καλὰ τὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων ἀπολαμβάνεις, μὴ βουλομένους αὐτοὺς μηδ' ἐπισταμένους μάχεσθαι διδάξας. Τῷ γὰρ ὄντι Θηβαίους αὐτοὺς ἑαυτῶν πολεμικωτάτους τότε φασὶ γενέσθαι ταῖς πολλαῖς στρατείαις τῶν Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτούς. Διὸ καὶ Λυκοῦργος ὁ παλαιὸς ἐν ταῖς καλουμέναις Ῥήτραις ἀπεῖπε, πολλάκις ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς στρατεύειν, ὅπως πολεμεῖν μὴ μανθάνωσιν.

72. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσε δυσχερᾶναί τε τοὺς συμμά-

LXI. Enimvero dicenti Lacedæmonios ad Medorum partes inclinare : Imo, respondit, Medi potius ad Lacedæmoniorum.

LXII. Interrogatus aliquando, utra virtutum harum fortitudinis et justitiæ, præstantior esset, respondit : Nullum fore usum fortitudinis non præsente justitia : omnibus autem justitiam colentibus, nihil opus fore fortitudine.

LXIII. Asianis regem Persarum ex consuetudine magnum appellantibus : Quid, inquit, major me est, si non justior est, neque temperantior?

LXIV. Qui in Asia habitabant, eos aiebat in libertate malos, in servitute bonos esse.

LXV. Interrogatus, quo quis maxime pacto inter homines præclarum invenire posset nomen, respondit : Si optima dicat, et pulcherrima agat.

LXVI. Ducem aiebat debere adversus hostes audacia, adversus subditos benevolentia instructum esse.

LXVII. Quærenti quid pueris esset discendum : Hæc, ait, quibus etiam ad virilem provecti ætatem utantur.

LXVIII. Jus dicens, cum actor bene dixisset, reus male, atque hic identidem inculcaret, Agesilae, regem tutari leges oportet : Si, inquit huic, domum tibi aliquis tuam perfodisset, aut vestem abstulisset, putasne architectum aut textorem tibi opem laturum fuisse?

LXIX. Pace composita, epistolam ad se a rege scriptam et a Persa quodam cum Callia Lacedæmonio missam, in qua hospitium et amicitia offerebantur, non accepit; sed regi jussit renuntiare, Nihil eum opus habere ad se mittendis epistolis; nam si amicum se rex Spartæ et Græciæ gerat, ipsum summopere ei fore amicum : sin vero insidiari deprehendatur, non esse quod se credat ipsi amicum fore, etiam si plurimas acciperet epistolas.

LXX. Ferunt eum, quod impensissime liberos suos diligebat, domi in arundine cum puerulis ludendi gratia equitasse : conspectumque a quodam amicorum monuisse, ne cuiquam hoc diceret priusquam ipse quoque pater esset factus.

LXXI. Continenter cum Thebanis bella eo gerente, et in pugna quadam vulnerato, Antalcidam ferunt dixisse : Pulchram a Thebanis mercedem reportas, quos invitos et nescientes pugnare docuisti. Nam re vera narratur, nunquam bellicosiores fuisse Thebanos quam tum temporis, ob crebras Lacedæmoniorum adversus eos expeditiones. Idcirco etiam Lycurgus ille priscus in legibus, quas Rhetras appellant, vetuit sæpius contra eosdem bellum gerere, ne ii bellandi rationes discerent.

LXXII. Ut intellexit molestum esse sociis, quod

χους * διὰ τὰς συνεχεῖς στρατείας, ὀλίγοις οὖσι τοῖς Λακεδαιμονίοις πολλοὶ ἀκολουθοῦντες, ἐλέγξαι βουλόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, ἐκέλευσεν ἅπαντας τοὺς συμμάχους καθίσαι μετ' ἀλλήλων ἀναμεμιγμένους, ἰδίᾳ δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ἑαυτῶν· εἶτα ἐκήρυττε τοὺς κεραμεῖς ἀνίστασθαι πρώτους, ὡς δὲ ἀνέστησαν οὗτοι, δευτέρους ἐκήρυττε τοὺς χαλκεῖς, εἶτα τέκτονας ἐφεξῆς καὶ οἰκοδόμους, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἑκάστην. Πάντες οὖν ὀλίγου δεῖν ἀνέστησαν οἱ σύμμαχοι, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐδείς· ἀπείρητο γὰρ αὐτοῖς τέχνην ἐργάζεσθαι [ἢ] μανθάνειν βάναυσον· οὕτω δὴ γελάσας ὁ Ἀγησίλαος, Ὁρᾶτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, ὅσῳ πλείονας ὑμῶν στρατιώτας ἐκπέμπομεν ἡμεῖς;

continentibus expeditionibus paucos Lacedæmonios ipsi tanta multitudine sequi cogerentur, ut eorum numerum demonstraret, omnes socios jussit inter sese permixtos sedere, seorsim Lacedæmonios. Tum præconis voce surgere jussit, primum figulos; et, postquam hi surrexerunt, fusores, deinde ærarios, tum fabros, post architectos, denique singulorum artificiorum id genus tractatores. Ita factum est, ut universi prope socii surgerent, nemo Lacedæmoniorum : his enim per leges non licet tractare ullam sordidam artem. Ridens ergo Agesilaus : Videtis, inquit, quanto nos plures quam vos milites emittamus?

73. Ἐν δὲ τῇ περὶ Λεῦκτρα μάχῃ, πολλῶν Λακεδαιμονίων φυγόντων, καὶ τούτων ταῖς ὑπὸ τοῦ νόμου αἰτίαις ὑπευθύνων ὄντων, οἱ ἔφοροι ἔρημον ἀνδρῶν τὴν πόλιν ὁρῶντες, δεομένην στρατιωτῶν, ἐβούλοντο τὴν ἀτιμίαν λῦσαι, καὶ τοὺς νόμους τηρεῖν. Αἱροῦνται οὖν νομοθέτην τὸν Ἀγησίλαον· ὁ δὲ, προσελθὼν εἰς τὸ δημόσιον, Νομοθέτης μὲν οὐκ ἂν γενοίμην ἑτέρων νόμων, εἶπε· τοῖς γὰρ οὖσιν οὔτ' ἂν προσθείην τι, οὔτ' ἂν ἀφέλοιμι, οὔτε μεταποιήσαιμι· τοὺς δὲ ὄντας ἡμῖν νόμους καλῶς ἔχον ἐστὶ κυρίους ἀπὸ τῆς αὔριον εἶναι.

LXXIII. In Leuctrica pugna multi Lacedæmonii fugerant, et obnoxii erant infamiæ legibus decretæ. Ibi cum Ephori viderent urbem viris vacuam, quæ tunc militibus opus habebat, cogitabant quo pacto salvis legibus illos tamen infamia liberarent, ideoque Agesilao munus legis ferendæ injungebant. Is in publicum progressus : Novarum, inquit, legum auctor equidem non fuero : neque enim iis quæ sunt, addere, detrahere, aut in iis mutare quicquam velim. Bene autem habet, ut leges nostræ a crastina die sint ratæ.

74. Τὸν δ' Ἐπαμινώνδαν ἐπελθόντα μετὰ τοσούτου ῥεύματος καὶ κλύδωνος, τῶν Θηβαίων καὶ συμμάχων μεγαλαυχουμένων ἐπὶ τῇ νίκῃ, ὅμως εἶρξε τῆς πόλεως καὶ ἀναστρέψαι ἐποίησεν, ὀλίγων ὄντων τῶν ἐν τῇ πόλει.

LXXIV. Epaminondam autem tanta cum procella et æstu irruentem dum Thebani unaque socii victoria elati superbirent, quanquam pauci essent in urbe, arcuit tamen Lacedæmone et repulit.

75. Ἐν δὲ τῇ περὶ Μαντίνειαν μάχῃ παρεκελεύσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς ἄλλους ἐάσαντας πάντας Ἐπαμινώνδᾳ μάχεσθαι, μόνους λέγων τοὺς ἔμφρονας ἀνδρείους εἶναι, καὶ μόνους νίκης αἰτίους ὑπάρχειν· εἰ οὖν τοῦτον ἀνέλοιμεν, ῥᾷστα τοὺς ἄλλους ὑποχειρίους ποιήσειν· ἄφρονας γὰρ εἶναι καὶ οὐδενὸς ἀξίους. Ὃ καὶ συνέβη· τῆς γὰρ νίκης σὺν Ἐπαμινώνδᾳ οὔσης, καὶ φυγῆς γενομένης, ἐπιστραφέντα αὐτὸν καὶ ἀνακαλούμενον τοὺς ἰδίους, τῶν Λακεδαιμονίων τις καιρίως ἐπάταξε, καὶ πεσόντος, ἀναστρέψαντες ἀπὸ τῆς φυγῆς οἱ σὺν Ἀγησιλάῳ, ἐφάμιλλον τὴν νίκην ἐποίησαν παρὰ πολὺ μὲν τῶν Θηβαίων χειρόνων, παρὰ πολὺ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων φανέντων.

LXXV. In pugna ad Mantineam hortatus est Lacedæmonios, ut omissis reliquis in solum pugnarent Epaminondam : solos, inquiens, prudentes esse fortes, iisque solis deberi victoriam : hoc igitur necato facilem fore de reliquis victoriam, fatuis et nullius pretii hominibus. Idque consilium exitus comprobavit. Cum enim vinceret Epaminondas, fugientibus Spartanis, hunc se obvertentem et suos vocantem quidam Lacedæmoniorum lethali vulnere dejecit. Tum reversi a fuga qui cum Agesilao erant dubiam reddiderunt victoriam, Thebanis multo quam ante deterioribus, Spartanis melioribus apparentibus.

76. Χρημάτων δὲ δεομένης τῆς Σπάρτης πρὸς πόλεμον καὶ ξενοτροφούσης, ἐπορεύθη ὁ Ἀγησίλαος εἰς Αἴγυπτον μεταπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Αἰγυπτίων ἐπὶ μισθῷ· διὰ δὲ τὸ λιτὸν τῆς ἐσθῆτος εἰς καταφρόνησιν ἦλθε τοῖς ἐγχωρίοις· προσεδόκων γὰρ τὸν Σπάρτης βασιλέα, καθάπερ τὸν Περσῶν, κεκοσμημένον ὄψεσθαι διαπρεπῶς τὸ σῶμα, φαύλην ἔχοντες περὶ βασιλέων δόξαν. Ἔδειξε γοῦν αὐτοῖς μεταξὺ, ὡς τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιόλογον οἰήσει καὶ ἀνδρείᾳ κτᾶσθαι προσήκει.

LXXVI. Cum pecuniæ egerent Spartani ad bellum, ut qui militem alerent peregrinum, profectus est in Ægyptum Agesilaus, mercede militaturus regi Ægypti ipsum arcessenti. Contemnebatur autem ab Ægyptiis ob vestitus vilitatem : putantibus regem Spartæ itidem ut Persarum visuros se in splendido corporis ornatu, male de regibus opinantes : ostendit enim eis deinde majestatem et gloriam prudentia et virtute esse parandam.

77. Ἐπεὶ δὲ τοὺς παρ' αὐτῷ παραστήσεσθαι μέλλοντας ἑώρα δεδιότας τὸν ἐπιόντα κίνδυνον διὰ τὸ τῶν πο-

LXXVII. Cum autem videret eos qui in pugna adfuturi ipsi erant, terreri periculo ingruente ob multitu-

λεμίων πλῆθος, εἴκοσι γὰρ ἦσαν μυριάδες, καὶ τὴν τῶν περὶ αὐτὸν ὀλιγότητα, πρὸ τῆς παρατάξεως ἔγνω προθυμήσεσθαί ἀσυνειδήτως τοῖς ἄλλοις· καὶ ἐπὶ τὴν ἀριστερὰν ὑπεστρωμένῃ τῇ χειρὶ νίκην προσέγραψε. Λαβὼν δὲ παρὰ τοῦ μάντεως τὸ ἧπαρ, ἐπέθηκε μὲν ἐπὶ τὴν ὑπογεγραμμένην χεῖρα· κρατῶν δὲ ἐφ' ἱκανὸν χρόνον,* ὑπέφαινε δισταγμὸν καὶ προσποίησιν ἔχειν ἀποροῦντος, μέχρι τῷ ἥπατι συναναληφθέντες ἐτυπώθησαν οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες. Καὶ τότε τοῖς συναγωνίζεσθαι μέλλουσιν ἐπεδείκνυε, φάμενος τοὺς θεοὺς διὰ τῶν γεγραμμένων ἐκφᾶναι νίκην. Ἀσφαλὲς οὖν τεκμήριον δόξαντες ἔχειν τοῦ κρατῆσαι, ἐθάῤῥησαν πρὸς τὴν μάχην.

78. Περιταφρευόντων δὲ τῶν πολεμίων τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ διὰ τὸ πλῆθος, καὶ Νεκταβίου, ᾧ συνεμάχει, ἀξιοῦντος ἐπεξιέναι καὶ διαμάχεσθαι, οὐκ ἔφη διακωλύειν τοὺς πολεμίους ἴσους αὐτοῖς γενέσθαι βουλομένους· * ἔτι δὲ μικρὸν ἀπολιπούσης τῆς τάφρου συνάψαι, κατὰ τοῦτο παρατάξας τὸ διαλεῖπον, καὶ πρὸς ἴσους ἴσοις ἀγωνισάμενος, τροπὴν ἐποιήσατο καὶ πολὺν φόνον τῶν πολεμίων ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις, καὶ χρήματα πολλὰ τῇ πόλει διεπέμψατο.

79. Κατὰ δὲ τὸν Αἰγύπτου ἀπόπλουν ἀποθνήσκων, ἐνετείλατο τοῖς περὶ αὐτὸν, μήτε πλαστὰν μήτε μιμηλὰν τοῦ σώματος εἰκόνα ποιήσασθαι. Εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖον ἔσται· εἰ δὲ μὴ, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες, βαναύσων οὐδενὸς ἀξίων ἔργα ὄντες.

ΑΓΗΣΙΠΟΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ.

1. Ἀγησίπολις ὁ Κλεομβρότου, εἰπόντος τινὸς, ὅτι Φίλιππος ἐν ὀλίγαις ἡμέραις Ὄλυνθον κατέσκαψε, Μὰ τοὺς θεοὺς, εἶπεν, ἄλλην τοιαύτην ἐν πολλαπλασίονι χρόνῳ οὐκ οἰκοδομήσει.

2. Ἄλλου δὲ εἰπόντος, ὅτι μετὰ τῶν ἀκμαζόντων βασιλεύων ὡμήρευσε, καὶ οὐχ οἱ παῖδες οὐδ' αἱ γυναῖκες αὐτῶν, Δικαίως, εἶπεν· αὐτοὺς γὰρ ἡμᾶς καλῶς ἔχον ἐστὶ τὰς αὐτῶν ἁμαρτίας φέρειν.

3. Βουλομένου δ' αὐτοῦ σκύλακας οἴκοθεν μεταπέμψασθαι, ὥς τις εἶπεν, Οὐκ ἔστιν ἐξαγωγὴ παρ' αὐτῶν, Οὐδὲ γὰρ ἀνδρῶν, ἔφη, πρόσθεν, ἀλλὰ νῦν ἐγένετο.

ΑΓΗΣΙΠΟΛΙΔΟΣ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ.

Ἀγησίπολις ὁ Παυσανίου, Ἀθηναίων πρὸς αὐτὸν περὶ ὧν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἐγκλημάτων, τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν ἔκκλητον λαμβανόντων, Αἰσχρὸν, ἔφη, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς ἀφηγησαμένους τῶν Ἑλλήνων ἧσσον εἰδέναι Μεγαρέων τὸ δίκαιον.

ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

1. Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου, τῶν Ἐφόρων ποτὲ εἰπόντων, Βάδιζε τοὺς ἡβῶντας ἔχων ἐπὶ τὴν τούτου πατρίδα· ἡγήσεται δέ σοι αὐτὸς οὗτος ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν,

dinem hostium (erant enim ducenta millia), et suorum paucitatem : statuit ante conflictum nemine conscio animare eos. Itaque manui substratæ victoriam sinistrorsum inscripsit, sumptoque ab ariolo jecinore id in manum notis inscriptam imposuit, aliquandiuque tenens, dubitare se et animi pendere simulavit tantisper dum a jecinore notæ receptæ et infixæ essent. Tunc sociis eam scripturam monstravit, Deos, inquiens, ei victoriam polliceri. Quod illi certum boni successus argumentum se habere putantes, ad pugnam animati sunt.

LXXVIII. Hostibus vero ob multitudinem castra Ægyptia fossa circumvenientibus, ac Nectanabi (huic enim regi opitulabatur) jubente in aciem educere ac decertare : Nolo, inquit, prohibere quin hostes, id quod agunt, nobis fiant æquales. Post exiguo interstitio fossæ extremis distantibus, acie eo ipso in interstitio instructa, æqualis latitudinis ordinibus cum hoste pugnans, paucis suis militibus fudit hostes, magnamque eorum stragem edidit, ac multum pecuniæ Spartam misit.

LXXIX. Ex Ægypto in patriam revertens, ea in navigatione vita decessit : cum quidem suis moriens mandavit, ne ullam sui corporis fingendo aut alia imitatione pararent imaginem. Si quid enim, aiebat, a me est præclare factum, id monimentum mihi erit : sin vero, ne omnes quidem statuæ, hominum opera illiberalium.

AGESIPOLIDIS CLEOMBR. FIL.

I. Agesipolis Cleombroti filius, narrante quodam Philippum intra paucos dies Olynthum evertisse : Atqui per deos, inquit, multis modis majori temporis spatio talem urbem non condet.

II. Objicienti, ipsum, cum rex esset, una cum iis qui ætate florebant obsidem fuisse, non mulieres et filios ipsorum : Quia enim, respondit, justum rectumque est nosmetipsos nostra peccata luere.

III. Cum vellet e patria catulos arcessere, quidamque diceret venales Spartæ nullos esse : Ante, inquit, ne viri quidem ; sed nunc sunt.

AGESIPOLIDIS PAUSAN. FIL.

Agesipolis Pausaniæ filius Atheniensibus de controversia quæ ipsi cum iis erat ad Megarensium provocantibus judicium : Turpe, inquit, est, principibus Græciæ minus esse jus notum quam Megarensibus.

AGIDIS ARCHIDAMI FIL.

I. Agis Archidami filius mandantibus aliquando Ephoris, ut assumpta juvenum manu quemdam in ejus patriam sequeretur, qui esset ipsum in arcem ducturus,

Καὶ πῶς, εἶπε, καλῶς ἔχον ἐστὶν, ὦ Ἔφοροι, τοσούτους νέους πιστεύειν τῷ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα προδιδόντι;

2. Ἐρωτηθεὶς [δὲ], τί μάθημα μάλιστα ἐν Σπάρτῃ ἀσκεῖται, Τὸ γινώσκειν, εἶπεν, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι.

3. Οὐκ ἔφη δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐρωτᾶν, πόσοι εἰσὶν οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ ποῦ εἰσιν.

4. Ἐν δὲ Μαντινείᾳ κωλυόμενος διαμάχεσθαι τοῖς πολεμίοις πλείοσιν οὖσιν, εἶπεν, Ἀνάγκη πολλοῖς μάχεσθαι τὸν ἄρχειν πολλῶν βουλόμενον.

5. Πυνθανομένου δέ τινος, πόσοι εἰσὶν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ὅσοι ἱκανοὶ, εἶπε, τοὺς κακοὺς ἀπερύκειν.

6. Διερχόμενος δὲ τὰ τῶν Κορινθίων τείχη, καὶ θεασάμενος ὑψηλά τε καὶ ὀχυρὰ, ἐπὶ πολύ τε παρατείνοντα, Τίνες, εἶπεν, αἳ τὸν τόπον κατοικοῦσι γυναῖκες;

7. Σοφιστοῦ δέ τινος εἰπόντος, Πάντων λόγος ἐστὶ κράτιστον, Οὐκοῦν, ἔφη, σὺ ἐὰν σιωπᾷς, οὐδενὸς ἄξιος εἶ.

8. Ὡς δὲ Ἀργεῖοι μετὰ τὴν ἧτταν ἀπήντων αὐτῷ πάλιν θρασύτερον, ταρασσομένους ὁρῶν τῶν συμμάχων τοὺς πλείους, Θαῤῥεῖτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες· ὅπου γὰρ ἡμεῖς οἱ νικῶντες ἐῤῥωδοῦμεν, τί δοκεῖτε ποιεῖν τοὺς ὑφ' ἡμῶν νενικημένους;

9. Πρὸς δὲ τὸν ἐκ τῶν Ἀβδήρων πρεσβευτὴν, ὅτε κατεπαύσατο πολλὰ εἰπὼν, ἐρωτῶντα, τί τοῖς πολίταις ἀπαγγείλοι, Ὅτι, ἔφη, ὅσον σὺ χρόνον λέγειν ἔχρῃζες, τοσοῦτον ἐγὼ σιωπῶν ἤκουον.

10. Ἐπαινούντων δέ τινων Ἠλείους, ὅτι δικαιότατοί εἰσι περὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, Καὶ τί μέγα, εἶπεν, ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν, εἰ ἐν ἔτεσι πέντε μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται;

11. Πρὸς δὲ τοὺς φάσκοντας, ὅτι φθονοῦσί τινες αὐτῷ τῶν ἐκ τῆς ἑτέρας οἰκίας, Οὐκοῦν, ἔφη, τὰ ἴδια αὐτοὺς κακὰ λυπήσει, καὶ πρὸς τούτοις τά τε ἐμὰ καὶ τὰ τῶν ἐμῶν φίλων ἀγαθά.

12. Συμβουλεύοντος δέ τινος, ὅτι δεῖ τοῖς φεύγουσι τῶν πολεμίων διδόναι δίοδον, Καὶ πῶς, ἔφη, τοῖς διὰ δειλίαν φεύγουσι μὴ μαχόμενοι, τοῖς δι' ἀνδρίαν μένουσι μαχεσόμεθα;

13. * Προσφερομένου δέ τινος περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας [λόγον] οὐκ ἀγεννῆ μὲν, δυσχερῆ δὲ ἐπιτελεσθῆναι, Προσδέονταί σου, ὦ ξένε, ἔφη, οἱ λόγοι δυνάμεως καὶ χρημάτων.

14. Λέγοντος δέ τινος, ὅτι Φίλιππος αὐτοῖς ἀνεπίβατον τὴν Ἑλλάδα ποιήσει, Ἱκανὴ ἡμῖν, ἔφη, ὦ ξένε, ἡ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀναστροφή.

15. Πρεσβευτὴς ἐκ Περίνθου παραγενόμενος εἰς Λακεδαίμονα, ἐμακρηγόρει· ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων, καὶ ἠρώτα τὸν Ἆγιν, τί δεῖ τοῖς Περινθίοις λέγειν, Τί δ' ἄλλο, ἔφη, ἢ ὅτι σὺ μὲν μόλις ἐπαύσω λέγειν, ἐγὼ δὲ ἐσιώπων;

respondit : Quomodo vero, Ephori, convenit tot juvenes credere ei, qui suam ipsius patriam prodit?

II. Interrogatus quænam disciplina maxime exerceretur Spartæ : Peritia, inquit, imperandi et parendi.

III. Dicebat Spartanos non quærere quot sint hostes, sed ubi sint.

IV. Ad Mantineam cum prohiberetur pugnare, quod hostes numero vincerent : Necesse est, inquit, contra multos pugnet, qui multis vult imperare.

V. Interroganti quot essent Lacedæmonii, respondit : Quanti ad profligandos malos sufficiunt.

VI. Corinthiorum muros perambulans, cum spectasset eos sublimes, validos, et in longum porrectos spatium : Quænam, inquit, hic habitant mulieres ?

VII. Sophistæ dicenti, orationem omnium rerum esse optimam : Proinde, inquit, tu, cum taces, nullius es pretii.

VIII. Cum Argivi accepta clade ferocius ei occurrerent, videretque sociorum plerosque turbari, dixit : Bono este animo, viri : ubi enim nos, qui vicimus, formido incessit, quid putatis animi esse iis qui a nobis fuerunt superati?

IX. Abderitarum legato, cum is tandem facto multa loquendi fine interrogaret quid civibus renuntiaret : Hoc, inquit, referes, quamdiu tibi visum fuit loqui, tamdiu me tacitum audivisse.

X. Laudantibus Eleos, quod justissime Olympicum certamen administrarent : Quid præclari est, inquit, quod toto quinquennio per unicum diem justitia funguntur ?

XI. Narrantibus invidere ei quosdam ex altera familia, respondit : Ergo et sua ipsis molesta erunt mala, et præterea mea amicorumque meorum bona.

XII. Consulenti ut fugientibus hostibus transitum concederet : Quomodo, inquit, pugnabimus contra eos qui fortitudine freti nos subsistunt, si in eos non pugnamus, qui præ timiditate fugiunt?

XIII. Proponente quodam de libertate Græcis paranda sententias, non ignobiles quidem eas, sed exsecutu difficiles : Tua, inquit, hospes, verba vim et pecuniam desiderant.

XIV. Dicenti Philippum ipsis Græciam inaccessam redditurum : Sufficit, inquit, nobis, ô hospes, in nostra versari terra.

XV. Legatus Perintho Spartam missus, cum post longum sermonem demum interrogaret Agin quid responsi Perinthiis ferri oporteret : Nihil aliud, inquit, quam te, me tacente, vix tandem finem loquendi fecisse.

16. Πρεσβεύων δὲ μόνος ἧκε πρὸς Φίλιππον· εἰπόντος δ' ἐκείνου, Τί τοῦτο; μόνος ἥκεις; ἔφη, Καὶ γὰρ πρὸς ἕνα.

17. Φήσαντος δέ τινος τῶν πρεσβυτέρων πρὸς αὐτὸν γηραιὸν ὄντα, ἐπειδὴ τὰ ἀρχαῖα νόμιμα ἐκλυόμενα ἑώρα, ἄλλα δὲ παρεισδυόμενα μοχθηρὰ, διότι τὰ ἄνω κάτω γίνεται ἐν τῇ Σπάρτῃ, παίζων εἶπε, Κατὰ λόγον οὕτω προβαίνει τὰ πράγματα, εἰ τοῦτο γίνεται· καὶ γὰρ ἐγὼ παῖς ὢν ἤκουον παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτι τὰ ἄνω κάτω γέγονε παρ' αὐτοῖς· ἔφη δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτῷ παιδὶ ὄντι τοῦτο εἰρηκέναι· ὥστε οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ χείρω τὰ μετὰ ταῦτα τῶν προτέρων, ἀλλ' εἴ που βελτίω καὶ παραπλήσια γένοιτο.

18. Ἐρωτηθεὶς δὲ, πῶς ἄν τις ἐλεύθερος διαμένοι, Θανάτου καταφρονῶν, ἔφη.

XVI. Cum solus venisset ad Philippum legatus isque quæreret quid ita solus venisset, respondit : Etenim ad unum.

XVII. Jam senior quidam antiquas leges videns elanguescere, pravasque alias obrepere, dicebat Spartæ res sursum versum inverti. Tum Agis per jocum : Hoc si fit, rationi convenienter fit. Nam puer ipse audivi patrem meum dicere, sursum versum res sua ætate inversas esse : idemque is se puerum ex suo patre audivisse aiebat. Non ergo mirandum, si posteriora prioribus deteriora eveniunt, sed si quando meliora aut similia obtingerent.

XVIII. Interrogatus, qua quis ratione liber permaneat, respondit : Si mortem despiciat.

ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

1. Ἆγις ὁ νεώτερος, Δημάδου λέγοντος, ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοὶ, Καὶ μὴν, ἔφη, οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται.

2. Πρὸς δὲ ἄνθρωπον πονηρὸν ἐρωτῶντα πολλάκις, τίς ἄριστος εἴη Σπαρτιάτης, Ὁ σοὶ ἀνομοιότατος.

AGIDIS MINORIS.

I. Agis minor, Demade dicente præstigiatores gladios Laconicos ob parvitatem deglutire : Atqui, inquit, gladiis potissimum nos hostem impetimus.

II. Pravo homini sæpenumero interroganti quis esset Spartanorum optimus, respondit : Qui tui est dissimillimus.

ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΥ.

Ἆγις ὁ τελευταῖος τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέων ἐξ ἐνέδρας συλληφθεὶς, καὶ καταδικασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἐφόρων χωρὶς δίκης, ἀπαγόμενος ἐπὶ τὸν βρόχον, ἰδών τινα τῶν ὑπηρετῶν κλαίοντα, Παῦσαι, εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε, ἐπ' ἐμοὶ κλαίειν· καὶ γὰρ οὕτω παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀπολλύμενος, κρείσσων εἰμὶ τῶν ἀναιρούντων. Καὶ ταῦτα εἰπὼν παρέδωκε τῷ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἑκουσίως.

AGIDIS ULTIMI.

Agis ultimus Lacedæmoniorum regum per insidias captus, indictaque causa damnatus ab Ephoris, cum ad laqueum, quo erat ei guttur elidendum, duceretur, cuidam ministrorum, quem plorare videbat : Desine, inquit, me deflere, qui tam scelerate atque injuste morti addictus, meliore sum quam qui me necant conditione : atque sic locutus, funi ultro cervicem præbuit.

ΑΚΡΟΤΑΤΟΥ.

Ἀκρότατος, ἐπειδὴ οἱ γονεῖς αὐτὸν ἀδικόν τι συμπρᾶξαι αὐτοῖς ἠξίουν, μέχρι τινὸς ἀντέλεγεν· ὡς δὲ ἐνέκειντο, εἶπεν, Ἕως μὲν παρ' ὑμῖν ἦν, οὐκ ἠπιστάμην δικαιοσύνης οὐδεμίαν ἔννοιαν· ἐπεὶ δέ με τῇ πατρίδι παρέδοτε καὶ τοῖς ταύτης νόμοις, ἔτι δὲ δικαιοσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ ἐπαιδεύσατε ὡς ἠδύνασθε, τούτοις πειράσομαι ἢ ὑμῖν ἕπεσθαι· καὶ ἐπεὶ θέλετε ἄριστα πράττειν, ἄριστα δὲ τὰ δίκαιά ἐστι καὶ ἰδιώτῃ καὶ πολὺ μᾶλλον ἄρχοντι, πράξω ἃ θέλετε· ἃ δὲ λέγετε, παραιτήσομαι.

ACROTATI.

Acrotatus, parentibus postulantibus ut injusta quadam in re operam ipsis navaret, cum aliquandiu verbis repugnasset, gravius urgentibus dixit : Quamdiu vobiscum vixi, nullam habui justitiæ notitiam : sed postquam me patriæ ejusque legibus tradidistis, et ad justitiam honestatemque pro viribus facultatibusque vestris erudivistis, conabor his potius quam vobis obsequi. Ac quoniam vultis me optima agere, optimum autem est cum privato, tum multo etiam magis principi id quod est justum : agam quæ vultis, quæ vero dicitis detrectabo.

ΑΛΚΑΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΤΗΛΕΚΡΟΥ.

1. Ἀλκαμένης ὁ Τηλέκρου, πυθομένου τινὸς, πῶς ἄν τις ἄριστα βασιλείαν διατηροίη, Εἰ περὶ πλείονος, ἔφη, τὸ κέρδος μὴ ποιοῖτο.

2. Ἑτέρου δὲ ἐπιζητοῦντος, διὰ τί παρὰ Μεσσηνίων δῶρα οὐκ ἐδέξατο, Ὅτι λαβόντος μου, ἔφη, πρὸς τοὺς νόμους εἰρήνην ἄγειν ἀδύνατον.

3. Λέγοντος δέ τινος, ὅτι συνεσταλμένως ζῇ ἱκανὴν οὐσίαν κεκτημένος, Καλὸν γὰρ, ἔφη, πολλὰ κε-

ALCAMENIS.

I. Alcamenes Telecli filius interrogatus quo quis pacto regnum optime conservaret, respondit : Si lucrum posthabeat.

II. Alii quærenti cur dona a Messeniis non accepisset, respondit : Quia iis acceptis fieri non poterat ut cum legibus pacem tenerem.

III. Dicenti vivere ipsum contracte, satis alioquin opulentum, Præclarum esse, dixit, eum, qui sit locu-

κτημένον ζῆν κατὰ λογισμὸν καὶ μὴ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.

1. Ἀλεξανδρίδας ὁ Λέοντος πρὸς τὸν δυσφοροῦντα διὰ τὴν ἐκ τῆς πόλεως αὐτῷ γενομένην φυγήν, Ὦ λῷστε, ἔφη, μὴ τὴν πόλιν φεύγων ὀῤῥώδει, ἀλλὰ τὴν δικαιοσύνην.

2. Τῷ δὲ τοῖς Ἐφόροις τὰ δέοντα μὲν λέγοντι, πλείω δὲ τῶν ἱκανῶν, Ὦ ξένε, ἔφη, οὐκ ἐν δέοντι τῷ δέοντι χρῇ.

3. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί τοῖς εἵλωσι τοὺς * ἀγροὺς ἐγχειρίζουσι, καὶ οὐκ αὐτοὶ ἐπιμελοῦνται, Ὅτι, ἔφη, οὐ τούτων ἐπιμελόμενοι, ἀλλ' αὑτῶν, αὐτοὺς ἐκτησάμεθα.

4. Ἑτέρου δέ τινος λέγοντος, ὅτι βλάπτουσιν αἱ δόξαι, καὶ ὅτι τούτων ὁ ἀπαλλαγεὶς εὐδαιμονήσει, Οὐκοῦν οἱ τὰ ἄδικα, ἔφη, ποιοῦντες, κατὰ τὸν σὸν λόγον εὐδαίμονες ἂν εἶεν· πῶς γὰρ ἄν τις ἱεροσυλῶν ἢ ἀδικῶν δόξης ἐπιμελοῖτο;

5. Ἄλλου δὲ ἐρωτῶντος, διὰ τί ἐν τοῖς πολέμοις Σπαρτιᾶται θαρσαλέως κινδυνεύουσιν, Ὅτι, ἔφη, αἰδεῖσθαι περὶ βίου μελετῶμεν, οὐχ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, φοβεῖσθαι.

6. Ἐρωτῶντος δέ τινος αὐτόν, διὰ τί τὰς περὶ [τοῦ] θανάτου δίκας πλείοσιν ἡμέραις οἱ γέροντες κρίνουσιν, κἂν ἀποφύγῃ τις, ἔτι οὐδὲν ἧσσόν ἐστιν ὑπόδικος, Πολλαῖς μέν, ἔφη, ἡμέραις κρίνουσι, ὅτι περὶ θανάτου τοῖς διαμαρτάνουσιν οὐκ ἔστι μεταβουλεύσασθαι· νόμων δὲ ὑπόδικον δεήσει εἶναι, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἂν εἴη καὶ τὸ κρεῖττονα βουλεύσασθαι.

ΑΝΑΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΕΥΡΥΚΡΑΤΕΟΣ.

Ἀνάξανδρος ὁ Εὐρυκράτεος, πυνθανομένου τινός, διὰ τί χρήματα οὐ συνάγουσιν εἰς τὸ δημόσιον, Ὅπως, ἔφη, μὴ οἱ φύλακες αὐτῶν γινόμενοι διαφθείρωνται.

ΑΝΑΞΙΛΑ.

Ἀναξίλας πρὸς τὸν θαυμάζοντα, διὰ τί οἱ Ἔφοροι τοῖς βασιλεῦσιν οὐχ ὑπεξανίστανται, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν βασιλέων καθιστάμενοι, Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἔφη, δι' ἣν ἐφορεύουσιν.

ΑΝΔΡΟΚΛΕΙΔΟΥ.

Ἀνδροκλείδας ὁ Λάκων πηρωθεὶς τὸ σκέλος, κατέταξεν αὑτὸν εἰς τοὺς πολεμιστάς· ὡς δ' ἐνίσταντό τινες διακωλύοντες, ὅτι ἐπεπήρωτο, Ἀλλ' οὐ φεύγοντα, εἶπε, μένοντα δὲ δεῖ τοῖς ἀντιτεταγμένοις μάχεσθαι.

ΑΝΤΑΛΚΙΔΟΥ.

1. Ἀνταλκίδας ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυούμενος, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἱερέως, τί δεινότερον δέδρακεν ἐν τῷ βίῳ, Εἴ τί μοι πέπρακται τοιοῦτον, εἴσονται, εἶπεν, αὐτοὶ οἱ θεοί.

ples, vivere secundum rationem, non secundum cupiditates.

ALEXANDRIDÆ.

I. Alexandridas Leontis filius cuidam exilium iniquius ferenti : Heus tu, inquit, non quod ab urbe sis alienus gravius est ferendum, sed si a justitia esses.

II. Ei qui ad Ephoros quædam non quidem abs re, sed tamen verbosius æquo verbis explicuerat : Hospes, inquit, re necessaria uteris nulla necessitate postulante.

III. Interroganti cur servis Helotibus agros colendos traderent, non ipsi curarent, respondit : Quia eos paravimus non ipsos, sed nosmet curantes.

IV. Quodam dicente, existimationem esse damnosam, beatumque fore qui de gloria paranda non laboret : Hac, inquit, tua ratione flagitiosi erunt beati : qui enim sacrilegus aut injuste agens famam curaret?

V. Interroganti cur Spartani in bellis ita audacter pericula adirent, respondit : Quia nobis studio est ut verecundi simus de vita, non, ut alii, timidi.

VI. Interrogatus cur cum de vita anquiritur in judicio, causa a senioribus per complures dies disceptetur, et qui absolvitur, nihilominus reus maneat, sic respondit : Plures dies judicio impendi, quod in tali casu error correctionem non admittat : interim reum legibus teneri, quia hac lege permissum sit rectius aliquid de eo decernere.

ANAXANDRI EURYCR. F.

Anaxander Eurycratis filius quærenti cur pecuniam in ærarium non colligerent Spartani, respondit : Ne custodes ei præfecti corrumpantur.

ANAXILÆ.

Anaxilas, miranti cur Ephori regibus non assurgerent, cum quidem ab iis constituantur : Causa, inquit, eadem est cum ea ob quam Ephori sunt.

ANDROCLIDÆ.

Androclidas Laco mutilatus pedem inter milites suum nomen professus est ; prohibentibus, quod eum mutilum dicerent : Atqui, inquit, non fugientem, sed manentem oportet pugnare in hostes.

ANTALCIDÆ.

I. Antalcidas in Samothrace cum initiaretur sacris, quærenti sacrificulo ecquid in vita flagitii perpetrasset : Si quid, ait, tale egi, per se norunt dii.

2. Πρὸς δὲ τὸν ἀμαθεῖς καλοῦντα τοὺς Λακεδαιμονίους Ἀθηναῖον, Μόνοι γοῦν, εἶπεν, ἡμεῖς οὐδὲν μεμαθήκαμεν παρ' ὑμῶν κακόν.

3. Ἑτέρου δ' Ἀθηναίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Κηφισοῦ πολλάκις ὑμᾶς ἐδιώξαμεν, Ἡμεῖς δὲ, ἔφη, οὐδέποτε ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα.

4. Ἄλλου δ' ἐρωτήσαντος, πῶς ἄν τις μάλιστα ἀρέσκοι τοῖς ἀνθρώποις, Εἰ ἥδιστα μὲν, ἔφη, αὐτοῖς διαλέγοιτο, ὠφελιμώτατα δὲ προσφέροιτο.

5. Σοφιστοῦ δέ τινος μέλλοντος ἀναγινώσκειν ἐγκώμιον Ἡρακλέους, Τίς γὰρ αὐτὸν, ἔφη, ψέγει;

6. Πρὸς Ἀγησίλαον πληγέντα ἐν μάχῃ ὑπὸ Θηβαίων, Ἀπέχεις, εἶπε, τὰ διδασκάλια, μὴ βουλομένους αὐτοὺς μηδ' ἐπισταμένους μάχεσθαι διδάξας. Ἐδόκουν γὰρ ταῖς συνεχέσιν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Ἀγησιλάου στρατείαις μάχιμοι γεγονέναι.

7. Ἔλεγε δὲ οὗτος τείχη εἶναι τῆς Σπάρτης, τοὺς νέους· ὅρια δὲ, τὰς ἐπιδορατίδας.

8. Πρὸς δὲ τὸν ἐπιζητοῦντα, ὅτι ἐγχειριδίοις βραχέσι κατὰ πόλεμον χρῶνται Λακεδαιμόνιοι, Διότι, εἶπε, πλησίον τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Ἀντίοχος ἐφορεύων ὡς ἤκουσεν, ὅτι Μεσσηνίοις Φίλιππος τὴν χώραν ἔδωκεν, ἠρώτησεν, Εἰ καὶ δύναμιν αὐτοῖς παρέσχετο, ὥστε μαχομένοις περὶ τῆς χώρας κρατεῖν.

ΑΡΗΓΕΩΣ.

1. Ἀρηγεὺς, ἐπαινούντων τινῶν οὐκ ἰδίας, ἀλλά τινας τῶν ἀλλοτρίων γυναικῶν, Μὰ τοὺς θεοὺς, εἶπε, περὶ τῶν καλῶν κἀγαθῶν γυναικῶν οὐδένα δεῖ λόγον εἰκῇ λέγεσθαι, ἀγνοεῖσθαι δ' αὐτὰς τὸ παράπαν, ὁποῖαι τυγχάνουσι, πλὴν μόνοις τοῖς συμβιοῦσι.

2. Διὰ Σελινοῦντος δέ ποτε τῆς Σικελίας πορευόμενος, ἰδὼν ἐπὶ μνήματος ἐλεγεῖον ἐπιγεγραμμένον,

Σβεννύντας ποτὲ τούσδε τυραννίδα χάλκεος Ἄρης
εἷλε· Σελινοῦντος δ' ἀμφὶ πύλαις ἔθανον,

Δικαίως, ἔφη, ἀπεθάνετε τυραννίδα καιομένην ἀποσβεννύναι ἐπιχειρήσαντες· τοὐναντίον γὰρ ἔδει ὅλην αὐτὴν ἀφεῖναι κατακαῆναι.

ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ.

1. * Ἀρίστων, ἐπαινοῦντός τινος τὴν τοῦ Κλεομένους χρείαν, ὅτι ἐρωτηθεὶς, τί δεῖ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα ποιεῖν, εἶπε, τοὺς μὲν φίλους εὐεργετεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν· Καὶ πόσῳ κρεῖσσον, ἔφη, ὦ λῷστε, τοὺς μὲν φίλους εὐεργετεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς φίλους ποιεῖν; Αὕτη Σωκράτους ὁμολογουμένη πρὸς πάντων χρεία οὖσα, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

2. [Πυνθανομένου δέ τινος, πόσοι Σπαρτιᾶται τὸ πλῆθος, Ὅσοι ἱκανοὶ, εἶπε, τοὺς ἐχθροὺς ἀπερύκειν.]

3. Τῶν Ἀθηναίων δέ τινος ἔπαινον ἐπιτάφιον ἀναγινώσκοντος τῶν πεσόντων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, Ποδαποὺς οὖν, εἶπε, νομίζεις εἶναι τοὺς ἡμετέρους νικήσαντας τούτους;

II. Atheniensi indoctos appellanti Spartanos dixit: Soli ergo nos nihil a vobis didicimus mali.

III. Alii Atheniensi dicenti, Nos quidem vobis a Cephiso pulsis sæpenumero institimus, respondit : At nos vobis nunquam ab Eurota.

IV. Interroganti, qua quis ratione maxime placer hominibus posset, respondit : Si dicendo eos quamplurimum delectet, et in vitæ usu maxime eis prosit.

V. Sophistæ cuidam laudationem Herculis recitar volenti : Quis enim, inquit, eum vituperat?

VI. Agesilao in pugna a Thebanis vulnerato : Habes ait, mercedem, qui eos invitos ignarosque pugnare docueris. Videbantur enim Thebani continentibus i ipsos Agesilai expeditionibus bellicosi facti.

VII. Muros Spartæ aiebat esse juvenes, termino autem, hastarum cuspides.

VIII. Quærenti cur in bello gladiis brevibus uteren tur Spartani, causam reddidit, quod cominus i hostem pugnarent.

ANTIOCHI.

Antiochus Ephorus, audito Messeniis agrum a Philippo assignatum : An, inquit, vim quoque iis dedit, u de eo pugnantes vincant?

AREGEI.

I. Aregeus, cum quidam non suas, sed alienas laudarent mulieres : Mehercle, inquit, de pulchris et honestis mulieribus nihil temere dici, sed quales eæ sin omnibus extra maritos ignotum esse oportebat.

II. Aliquando per Selinuntem Siciliæ urbem iter faciens, in monimento quodam hanc legit inscriptionem

Hos restinguentes Mars forte tyrannida sævus
pone Selinuntis mœnia stravit humi.

tum ille : Merito estis interfecti, aggressi tyrannidem ardentem restinguere, quæ ut conflagraret sinere potiu debebatis.

ARISTONIS.

I. Aristo, laudante quodam Cleomenis dictum, qu interrogatus quod esset boni regis officium, responderat, Amicis bene, inimicis male facere : Quanto, inquit, mi homo, rectius erat amicis bene facere, e inimicis autem amicos redigere! Hoc constat apu omnes Socratem dixisse, eique ut auctori acceptum fertur.

II. Interroganti quot numero essent Spartani : Tot, inquit, quot hostibus arcendis sufficiant.

III. Recitanti cuidam funebrem orationem in Athenienses a Lacedæmoniis cæsos : Quales, inquit, puta esse nostros, a quibus ii victi sunt?

ΑΡΧΙΔΑΜΙΔΟΥ.

1. Ἀρχιδαμίδας πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα Χαρίλαν, ὅτι πρὸς ἅπαντας ὁμοίως πρᾶος ἦν, Καὶ πῶς τις, ἔφη, δικαίως ἂν ἐπαινοῖτο, εἰ καὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς πρᾶος εἴη;

2. Μεμφομένου δέ τινος Ἑκαταῖον τὸν σοφιστὴν, ὅτι παραληφθεὶς εἰς τὸ συσσίτιον αὐτῶν, οὐδὲν ἔλεγεν, Ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς, εἶπεν, ὅτι ὁ εἰδὼς λόγον, καὶ τὸν τοῦ λέγειν καιρὸν οἶδεν.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΖΕΥΞΙΔΑΜΟΥ.

1. Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, πυθομένου τινὸς αὐτοῦ, τίνες προεστήκασι τῆς Σπάρτης, Οἱ νόμοι καὶ τὰ ἀρχεῖα, ἔφη, κατὰ τοὺς νόμους.

2. Πρὸς δὲ τὸν ἐπαινοῦντα κιθαρῳδὸν καὶ θαυμάζοντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ, Ὦ λῷστε, ἔφη, ποῖον γέρας παρά σου τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔσται, ὅταν [κιθαρῳδὸν] οὕτως ἐπαινῇς;

3. Ἐπεὶ δέ τις [αὐτῷ] συνιστὰς ψάλτην, εἶπεν, Οὗτος ἀγαθὸς ψάλτης ἐστὶν, Παρ' ἡμῖν δέ γε οὗτος, ἔφη, ἀγαθὸς ζωμοποιός· ὡς οὐδὲν διαφέρον ἢ δι' ὀργάνων φωνὴ ἡδονὴν ἐμποιεῖν, τῆς δι' ὄψων καὶ ζωμοῦ σκευασίας.

4. Ὑπισχνουμένου δέ τινος αὐτῷ τὸν οἶνον ἡδὺν ποιήσειν, Πρὸς τί, ἔφη; καὶ γὰρ δαπανηθήσεται πλείων, καὶ ποιήσει τὰ ἀνδρεῖα ἀχρηστότερα.

5. Στρατοπεδεύων [δὲ] περὶ Κόρινθον, εἶδεν ἐκ τοῦ περὶ τὸ τεῖχος τόπου λαγωοὺς ἀναστάντας· εἶπεν οὖν πρὸς τοὺς συστρατιώτας, Εὐάλωτοι ἡμῶν οἱ πολέμιοί εἰσι.

6. Δύο δέ τινων διαιτητὴν αὐτὸν λαβόντων, ἀγαγὼν εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου τέμενος, ἐξώρκισεν ἐμμεῖναι τοῖς κριθεῖσιν αὐτούς· ὁμοσάντων δὲ ἐκείνων, Κρίνω τοίνυν, ἔφη, μὴ πρότερον ἀπελθεῖν ὑμᾶς ἐκ τοῦ τεμένους, πρὶν ἂν τὰ πρὸς ἀλλήλους διαλύσησθε.

7. Ταῖς δὲ θυγατράσιν αὐτοῦ ἱματισμὸν πολυτελῆ Διονυσίου τοῦ τυράννου Σικελίας πέμψαντος, οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν, Φοβοῦμαι, μὴ περιθέμεναι αἱ κόραι φανῶσί μοι αἰσχραί.

8. Θεασάμενος δὲ τὸν υἱὸν προπετῶς μαχόμενον Ἀθηναίοις, Ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἔφη, ἢ τοῦ φρονήματος ὕφες.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.

1. Ἀρχίδαμος [ὁ] Ἀγησιλάου, Φιλίππου μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην σκληροτέραν αὐτῷ ἐπιστολὴν γράψαντος, ἀντέγραψεν, Εἰ μετρήσεις τὴν σεαυτοῦ σκιὰν, οὐκ ἂν εὕροις αὐτὴν μείζονα γεγενημένην ἢ πρὶν νικᾶν.

2. Ἐρωτηθεὶς δὲ, πόσης χώρας κρατοῦσι Σπαρτιᾶται, Ὅσης ἂν, ἔφη, τῷ δόρατι ἐφικῶνται.

3. Περιάνδρου δὲ τοῦ ἰατροῦ ἀξιολόγου κατὰ τέχνην ὄντος, καὶ ἐπαινουμένου ἐς τὰ μάλιστα, φαῦλα δὲ ποιήματα γράφοντος, Τί δήποτε, ὦ Περίανδρε, εἶπεν, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς;

ARCHIDAMIDÆ.

I. Archidamidas laudanti Charilaum, quod omnibus ex æquo mitis esset: Qui potest, inquit, juste laudari, qui etiam malis se mitem præbet?

II. Cuidam Hecateum sophistam reprehendenti, quod in convictum ipsorum (quod syssition vocant) receptus nihil diceret: Ignorare mihi videre, dixit, quod, qui dicere novit, tempus etiam dicendi non ignorat.

ARCHIDAMI ZEUXIDAMI F.

I. Archidamus Zeuxidami filius interrogatus quinam Spartæ præessent, respondit: Leges, et magistratus ex earum præscripto.

II. Laudanti citharœdum, ejusque peritiam admiranti, Mi homo, inquit, quis honor apud te erit bonis viris, qui fidicinem adeo laudes?

III. Cum ei quidam fidicinem commendaret ab arte: Hic quidem, dixit alio commonstrato, apud nos bonus est juris coctor: significans nihil præstare artificium quod voce voluptatem gignit ei quod obsonio aut jusculo parando voluptatem conciliat.

IV. Pollicenti se vinum ei dulce redditurum: Quid attinet: inquit? nam et plus insumetur, et convivia reddet minus utilia.

V. Castra ad Corinthum metatus, cum e loco muris vicino prodire lepores cerneret, commilitonibus dixit: Facile hostes in nostram venient potestatem.

VI. Arbiter a duobus sumptus, adductus in Chalciœci Minervæ fanum, sacramento devinxit, staturos eos ei quam tulisset ipse sententiæ. Qua confecta re, pronunciare se dixit, non nisi prius composita lite ipsos inde abire debere.

VII. Cum Dyonisius Siciliæ tyrannus pretiosas vestes filiabus ipsius misisset, non accepit: quod vereri se diceret, ne his indutæ deformes ipsi viderentur.

VIII. Filium audacius pugnare adversus Athenienses videns: Aut adde, inquit, viribus, aut aliquid de animi elatione deminue.

ARCHIDAMI AGESILAI F.

I. Archidamus Agesilai filius Philippo, qui ad Chæroneam victoria potitus litteras ad ipsum dederat asperiores, rescripsit: Si tuam umbram metiaris, deprehendes eam nihilo, quam fuit ante victoriam, esse longiorem.

II. Interrogatus quantum regionis Spartani possiderent: Quanto, respondit, hasta pertingimus.

III. Cum Periander nobilis laudatissimusque medicus inepta carmina scriberet: Quanam, inquit, de causa pro scito medico cupis appellari malus poeta?

4. Ἐν δὲ τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ συμβουλευόντων τινῶν, ὅτι πόῤῥω τῆς οἰκείας τὴν μάχην συνάπτειν δεῖ, Ἀλλ' οὐ τοῦτο, ἔφη, ὁρᾷν δεῖ, ἀλλ' εἰ μαχούμενοι, κρείσσονες τῶν πολεμίων ἐσόμεθα.

5. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας αὐτὸν, ὅτε τὴν πρὸς [τοὺς] Ἀρκάδας μάχην ἐνίκησε, Βέλτιον ἂν ἦν, εἰ τῇ φρονήσει, ἔφη, αὐτοὺς ἐνικῶμεν μᾶλλον ἢ τῇ ἰσχύϊ.

6.* Ὅτε δὲ εἰς Ἀρκαδίαν ἐνέβαλε, πυθόμενος βοηθεῖν αὐτοῖς Ἠλείους, ἐπέστειλεν αὐτοῖς, Ἀρχίδαμος Ἠλείοις· Καλὸν ἡσυχία.

7. Τῶν δὲ συμμάχων ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἐπιζητούντων, πόσα χρήματα ἀρκέσει, καὶ ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους, Ὁ πόλεμος, ἔφη, οὐ τεταγμένα σιτεῖται.

8. Καταπελτικὸν δὲ βέλος ἰδὼν τότε πρῶτον ἐκ Σικελίας κομισθὲν, ἀνεβόησεν, Ἡράκλεις, ἀπόλωλεν ἀνδρὸς ἀρετά.

9. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐβούλοντο Ἕλληνες πείθεσθαι αὐτῷ, καὶ λῦσαι τὰς πρὸς Ἀντίγονον καὶ Κρατερὸν τοὺς Μακεδόνας ὁμολογίας, καὶ ἐλεύθεροι εἶναι, ὡς χαλεπωτέρων ἐσομένων Λακεδαιμονίων ἢ Μακεδόνων, εἶπε, Πρόβατον μὲν ἀεὶ τὴν αὐτὴν φθέγγεται φωνὴν, ἄνθρωπος δὲ πολλὰς καὶ ποικίλας, ἕως ἂν τὸ δόξαν ἐπιτελέσῃ.

ΑΣΤΥΚΡΑΤΙΔΟΥ.

Ἀστυκρατίδας, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ, μετὰ τὸ ἡττηθῆναι Ἆγιν τὸν βασιλέα ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀντίγονον μάχῃ περὶ Μεγάλην πόλιν, Τί ποιήσετε, ὦ Λακεδαιμόνιοι; ἢ δουλεύσετε Μακεδόσιν; εἶπε, Τί δέ; κωλῦσαι ἂν δύναιτο Ἀντίπατρος μαχομένους ἡμᾶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ τῆς Σπάρτης;

ΒΙΑΝΤΟΣ.

Βίας ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ Ἰφικράτους τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ, καὶ ἐρωτώμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, τί δεῖ ποιεῖν, Τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ἢ ὑμᾶς μὲν σώζεσθαι, ἐμὲ δὲ μαχόμενον ἀποθανεῖν;

ΒΡΑΣΙΔΟΥ.

1. Βρασίδας ἐν ἰσχάσι συλλαβὼν μῦν, καὶ δηχθεὶς, ἀφῆκεν· εἶτα πρὸς τοὺς παρόντας, Οὐδὲν οὕτως, ἔφη, μικρόν ἐστιν, ὃ οὐ δύναται σώζεσθαι τολμῶν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας.

2. Ἐν δέ τινι μάχῃ διὰ τῆς ἀσπίδος ἀκοντισθεὶς, καὶ τὸ δόρυ τοῦ τραύματος ἐξελκύσας, αὐτῷ τούτῳ τὸν πολέμιον ἀπέκτεινε· καὶ, πῶς ἐτρώθη, ἐρωτηθεὶς, Προδούσης με, ἔφη, τῆς ἀσπίδος.

3. Ἐξελθὼν δὲ ἐπὶ πόλεμον ἔγραψε τοῖς Ἐφόροις, Ἅσσα δηλῶμαι πράξω ποττὸν πόλεμον, ἢ τεθναξοῦμαι.

4. Ἐπεὶ δὲ συνέβη πεσεῖν αὐτὸν ἐλευθεροῦντα τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης Ἕλληνας, οἱ δὲ πεμφθέντες εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἀργιλεωνίδι προσῆλθον· πρῶτον μὲν ἠρώτησεν, εἰ καλῶς ὁ Βρασίδας ἐτελεύτησεν· ἐγκωμιαζόντων δὲ τῶν Θρᾳκῶν, καὶ λεγόντων, ὡς

IV. In bello contra Philippum, suadentibus nonnullis procul a patria pugnandum esse : Non hoc, ait, considerandum est, sed an hostem prælio superaturi simus.

V. Laudantibus ipsum quod Arcades vicisset, respondit : Præstabat eos prudentia a nobis, quam viribus esse victos.

VI. Impressione in Arcadiam facta, Eleos Arcadibus auxilium velle ferre audiens, sic per litteras compellavit : Archidamus Eleis : Bonum est quiescere.

VII. Sociis in bello Peloponnesiaco quærentibus quantum pecuniæ sufficeret, et tributum definiri sibi postulantibus, respondit, Bellum determinato sumptu non ali.

VIII. Ubi catapultæ tormentum vidit, tum primum ex Sicilia allatum, exclamavit : Hercules, periit viri virtus.

IX. Græcis ei obtemperare, et solvere cum Antigono et Cratero Macedonibus inita pacta, libertatemque amplecti recusantibus, quia molestiores sibi fore Spartanos quam Macedones putarent : Ovis, dixit, semper voce utitur eadem : homo multis et variis, dum conficiat quod vult.

ASTYCRATIDÆ.

Astycratidas, postquam Agis rex ad Megalopolin fuit ab Antigono pugna superatus, dicenti, quid facietis Spartani? an Macedonibus servietis? respondit : Quid an impedire potest victor, ne pugnantes pro Sparta mortem oppetamus?

BIANTIS.

Bias insidiis circumventus ab Iphicrate Atheniensium duce, militibus interrogantibus quid faciendum foret : Quid aliud, inquit, quam ut vos vestræ saluti consulatis, ego pugnans moriar?

BRASIDÆ.

I. Brasidas murem in caricis a se deprehensum morsus ab eo dimisit; tum ad eos qui aderant conversa oratione : Nihil, inquit, ita est exiguum quod salvum esse non possit, si vim inferentes ulcisci audeat.

II. Quadam in pugna telo per clypeum adacto vulneratus, hoc ipso evulso hostem interfecit; interrogatusque quomodo vulnus accepisset, respondit : Prodente me clypeo.

III. In bellum proficiscens, Ephoris scripsit : In bello omnia quæ voluero recte geram, aut moriar.

IV. Postquam liberatis qui in Thracia habitabant Græcis in acie cecidit, missique Spartam legati matrem ejus Argileonidem convenerunt : primum ea quæsivit, an honeste obiisset Brasidas : deinde Thracibus cum laudibus ferentibus, nullumque alium esse talem

οὐδεὶς ἄλλος ἐστὶ τοιοῦτος, Ἀγνοεῖτε, εἶπεν, ὦ ξένοι· Βρασίδας γὰρ ἦν μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, πολλοὶ δ' ἐκείνου κρείσσονες ἐν τῇ Σπάρτῃ.

dicentibus : Erratis, inquit, hospites : vir egregius fuit Brasidas, sed multos eo præstantiores habet Sparta.

ΔΑΜΩΝΙΔΟΥ.

Δαμωνίδας ταχθεὶς ἔσχατος τοῦ χοροῦ ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστῶντος, Εὖγε, εἶπεν, ὦ χοραγὲ, ἐξεῦρες, πῶς καὶ αὕτη ἡ χώρα ἄτιμος οὖσα ἔντιμος γένηται.

DAMONIDÆ.

Damonidas ultimo loco in choro constitutus ab eo qui chorum instituebat : Laudo te, inquit, chorage, qui rationem inveneris, qua hunc quoque locum alioqui ignominiosum cohonestares.

ΔΑΜΙΔΟΣ.

Δᾶμις πρὸς τὰ ἐπισταλέντα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου, θεὸν εἶναι ψηφίσασθαι, Συγχωροῦμεν, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ἐὰν θέλῃ, θεὸς καλεῖσθαι.

DAMIDIS.

Damis ad postulata ab Alexandro missa, quibus decreto se in numerum deorum referri jubebat : Concedimus, inquit, Alexandro, ut, si ita vult, Deus vocetur.

ΔΑΜΙΝΔΟΥ.

Δαμίνδας, Φιλίππου ἐμβαλόντος εἰς Πελοπόννησον, καὶ εἰπόντος τινὸς, Κινδυνεύουσι δεινὰ παθεῖν Λακεδαιμόνιοι, εἰ μὴ τὰς πρὸς αὐτὸν διαλλαγὰς ποιήσονται, Ἀνδρόγυνε, εἶπε, τί δ' ἂν πάθοιμεν δεινὸν θανάτου καταφρονήσαντες;

DAMINDÆ.

Damindas Philippo in Peloponnesum irruente, cum quidam diceret fore in periculo Lacedæmonios, nisi cum illo pacem componerent, respondit : Semivir, quid mali nobis exspectandum est, qui mortem contemnimus?

ΔΕΡΚΥΛΛΙΔΟΥ.

Δερκυλλίδας, Πύῤῥου τὴν στρατείαν ἐπὶ τῆς Σπαρτιάτιδος ἔχοντος, πεμφθεὶς πρὸς αὐτὸν πρεσβευτὴς, τοῦ Πύῤῥου προστάττοντος καταδέχεσθαι τὸν βασιλέα αὐτῶν Κλεώνυμον, ἢ γνώσεσθαι, ὡς οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἀνδρειότεροι τυγχάνουσιν, ὑποτυχὼν εἶπεν, Εἰ μὲν θεός ἐστιν, οὐ φοβούμεθα τοῦτον· οὐδὲν γὰρ ἀδικοῦμεν· εἰ δὲ ἄνθρωπος, οὐχ ἡμῶν γε κρείσσων.

DERCYLLIDÆ.

Dercyllidas Pyrrho, ad quem jam exercitum ad Spartanorum fines habentem missus erat legatus, imperanti ut Cleonymum regem suum reciperent, alioqui cogni- turi nihilo se aliis fortiores esse, respondit : Si deus es, nihil te metuimus, nulla tibi orta a nobis injuria : sin homo es, nihilo nobis præstas.

ΔΗΜΑΡΑΤΟΥ.

1. Δημάρατος, Ὀρόντου πρὸς αὐτὸν σκληρότερον * ὁμιλήσαντος, καὶ εἰπόντος τινὸς, Σκληρῶς σοι κέχρηται Ὀρόντης, ὦ Δημάρατε, Οὐδὲν ἥμαρτεν εἰς ἐμὲ, εἶπεν· οἱ γὰρ πρὸς χάριν ὁμιλοῦντες, βλάπτουσιν, οὐχ οἱ μετὰ ἀπεχθείας.

2. Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ τί τοὺς μὲν τὰς ἀσπίδας παρ' αὐτοῖς ἀποβαλόντας ἀτιμοῦσι, τοὺς δὲ τὰ κράνη καὶ τοὺς θώρακας, οὐκ ἔτι, Ὅτι, ἔφη, ταῦτα μὲν χάριν ἑαυτῶν περιτίθενται· τὴν δὲ ἀσπίδα, τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα.

3. Ψάλτου δὲ ἀκροώμενος, Οὐ κακῶς, εἶπε, φαίνεταί μοι φλυαρεῖν.

4. Ἐν δέ τινι συνεδρίῳ ἐρωτώμενος, πότερον διὰ μωρίαν ἢ δι' ἀπορίαν λόγων σιωπᾷ, Ἀλλ' ὅγε μωρὸς οὐκ ἂν δύναιτο σιωπᾶν, ἔφη.

5. Πυθομένου δέ τινος, διὰ τί φεύγει τὴν Σπάρτην βασιλεὺς ὢν, Ὅτι, ἔφη, κρείσσονες αὐτῆς οἱ νόμοι εἰσί.

6. Τῶν δὲ Περσῶν τινος διὰ τὸ συνεχὲς τῆς δωροδοκίας τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ ἀπαγαγόντος, καὶ λέγοντος, Ὦ Λάκων, τεθήρευκά σου τὸν ἐρώμενον, Μὰ τοὺς θεοὺς, ἔφη, οὐχὶ σύ γε, ἀλλ' ἠγόρακας.

7. Ἀποστάντος δέ τινος τῶν Περσῶν τοῦ βασιλέως, καὶ μεταπεισθέντος ὑπὸ Δημαράτου ἐπανελθεῖν, καὶ

DEMARATI.

I. Demaratus verbis ab Oronte asperius tractatus, dicenti, Duriter te usus est, Demarate, Orontes, respondit : Nihil is in me peccavit; nocent enim non qui ex odio loquuntur, sed qui gratiam blandiendo captant.

II. Interrogatus a quodam, cur Lacedæmone ignominia notarentur qui clypeum amisissent, non item qui galeam aut thoracem, retulit : Quia hæc sui ipsorum causa gestant, clypeum autem propter communem ordinem.

III. Audito fidicine : Videtur, inquit, mihi hic non male nugari.

IV. Quodam in consessu interrogatus, an ob fatuitatem quidam, aut potius ob inopiam materiæ dicendi taceret : Atqui, inquit, stultus tacere non possit.

V. Quærenti cur, rex cum esset, Sparta exularet, respondit : Quia subjecta est legibus.

VI. Persæ cuidam, qui continentibus largitionibus amasium ipsi abstulisset, ac diceret, Heus Laco, venatus sum tuum amasium, respondit : Minime vero, sed emisti.

VII. Defecerat quidam Persa a rege suo, eique Demaratus persuaserat ut ad regem rediret. Quem cum

μέλλοντος τοῦ βασιλέως τὸν Πέρσην διαχειρίζεσθαι, Αἰσχρὸν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ὅτε μὲν ἐχθρὸς ἦν σοι, μὴ δύνασθαι δίκην τῆς ἀποστάσεως παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ὅτε δὲ φίλος γέγονεν, ἀποκτείνειν.

8. Πρὸς δὲ τὸν παρασιτοῦντα τῷ βασιλεῖ καὶ περὶ τῆς φυγῆς πολλάκις ἐπισκώπτοντα αὐτὸν, Οὐ μαχοῦμαί σοι, ἔφη, ὦ ξένε· κατανάλωκα γὰρ τὴν τοῦ βίου τάξιν.

deinde rex necare intenderet, Demaratus : Turpe, inquit, est, ô rex, a quo cum inimicus esset pœnas sumere defectionis non potuisti, eum nunc amicum factum a te occidi.

VIII. Parasito regis sæpius exilium sibi exprobranti respondit : Nolo, hospes, tecum contendere, consumpsi enim vitæ ordinatos sumptus.

ΕΜΠΡΕΠΟΥΣ.

Ἐμπρεπὴς, Ἔφορος, Φρύνιδος τοῦ μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα ἐξέτεμεν, εἰπὼν, Μὴ κακούργει τὴν μουσικήν.

EMPREPIS.

Emprepes, Ephorus, Phrynidis musici fides de novem duas ascia præcidit, inquiens : Noli maleficium Musicæ inferre.

ΕΠΑΙΝΕΤΟΥ.

Ἐπαίνετος πάντων ἔφη τοὺς ψεύστας τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν ἀδικημάτων αἰτίους εἶναι.

EPÆNETI.

Epænetus, omnium aiebat peccatorum et injuriarum causam esse homines mendaces.

ΕΥΒΟΙΔΟΥ.

Εὐβοίδας ἀκούων τινῶν ἐπαινούντων γυναῖκα ἀλλοτρίαν, οὐκ ἀπεδέχετο, φήσας, Ὅλως περὶ γυναικείας φύσεως παρὰ τοῖς ἔξω λόγον εἶναι οὐδένα δεῖ.

EUBOIDÆ.

Euboidas quosdam audiens mulierem laudantes alienam improbavit, dicens, omnino de muliebri natura apud exteros nullum debere sermonem fieri.

ΕΥΔΑΜΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

1. Εὐδαμίδας ὁ Ἀρχιδάμου, ἀδελφὸς δὲ Ἄγιδος, ἰδὼν Ξενοκράτην ἐν Ἀκαδημίᾳ πρεσβύτερον ἤδη μετὰ τῶν γνωρίμων φιλοσοφοῦντα, ἐπύθετο, τίς ὁ πρεσβύτης· φαμένου δέ τινος, ὅτι σοφὸς ἀνὴρ καὶ τῶν ζητούντων τὴν ἀρετὴν, Καὶ πότε, ἔφη, χρήσεται, ἐὰν ἄρτι ζητῇ;

2. Ἀκούσας δὲ φιλοσόφου διαλεχθέντος, ὅτι μόνος ἀγαθὸς στρατηγὸς ὁ σοφός ἐστιν, Ὁ μὲν λόγος, ἔφη, θαυμαστός· ὁ δὲ λέγων, ἄπιστος· οὐ γὰρ περισεσάλπισται.

3. Τὴν θέσιν δὲ Ξενοκράτους εἰρηκότος, καὶ καταπαυομένου, παρῆν ὁ Εὐδαμίδας· ὡς δ' εἶπέ τις τῶν μετ' αὐτοῦ, Ὅτε πάρεσμεν ἡμεῖς, τότε πέπαυται· Καλῶς δὲ, ἔφη, εἴπερ ἤδη ἔλεξε ταῦτα, ἃ ἔχρηζε· τοῦ δ' εἰπόντος, Καλὸν ἦν ἀκοῦσαι· Ἦ καὶ πρὸς δεδειπνηκότα μολόντες, εἶπεν, ἠξιοῦμεν πάλιν αὐτὸν δειπνεῖν;

4. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί τῶν πολιτῶν αἱρουμένων τὸν πρὸς Μακεδόνας πόλεμον, αὐτὸς ἡσυχίαν ἄγειν δοκιμάζει, Ὅτι, ἔφη, οὐ χρήζω ψευδομένους αὐτοὺς ἐλέγξαι.

5. Ἑτέρου δὲ προφερομένου τὰ κατὰ Περσῶν ἀριστεῖα, καὶ προτρέποντος ἐπὶ τὸν πόλεμον, Ἀγνοεῖν, ἔφη, μοι δοκεῖς γε, ὅτι ταυτόν ἐστι χιλίων προβάτων κρατήσαντα, πεντήκοντα λύκοις μάχεσθαι.

6. Ψάλτου δέ τινος εὐημερήσαντος, ἠρώτησαν αὐτὸν, ποδαπός τις αὐτῷ δοκεῖ εἶναι· Μέγας, ἔφη, κηληκτὰς ἐν μικρῷ πράγματι.

7. Ἐπαινοῦντος δέ τινος τὰς Ἀθήνας, ἔφη, Καὶ τίς ἂν ταύτην τὴν πόλιν δεόντως ἐπαινοίη, ἣν οὐδεὶς ἔστερξε γενόμενος βελτίων;

EUDAMIDÆ ARCHIDAMI F.

Eudamidas Archidami filius, Agidis frater, videns in Academia Xenocratem jam grandi natu cum discipulis philosophantem, quæsivit quisnam esset iste senex. Cum responderetur, sapientem esse, unumque eorum qui virtutem quærerent : Et quando, inquit, utetur virtute, si eam etiamnum quærit?

II. Philosophum audiens disserere, solum sapientem esse bonum imperatorem : Oratio, inquit, admiratione digna, sed qui dicit fidem non meretur ; non enim eum tubæ circumsonuerunt.

III. Venit ad Xenocratem Eudamidas : cum is explicato proposito jam finem dicendi fecisset, ac quodam comitum dicente, Quando nos venimus, iste cessat disserere ; respondit : Non injuria, siquidem jam dixit quæ voluit : comite dicente, Atqui expediebat audire ipse reposuit : Quid? si venissemus ad jam cœnatum juberemus eum denuo cœnare?

IV. Interrogatus cur civibus bellum contra Macedones molientibus ipse quiescere decrevisset : Quia, inquit, nihil mihi opus est eos erroris convincere.

V. Alio Persicis victoriis commemorandis eum ad bellum exhortante : Videris, inquit, mihi ignorare hoc idem esse, ac si quis quod mille oves superasset, contra quinquaginta lupos pugnandum sibi duceret.

VI. Cum fidicen quidam placuisset, rogatus qualis sibi is videretur, respondit : Magnus delinitor in re exigua.

VII. Laudante quodam Athenas, dixit, non posse merito laudari eam urbem, quam nemo propterea dilexerit, quod ibi esset factus melior.

8. Ἀργείου δέ τινος λέγοντος, ὡς φαυλότεροι γίνονται κατὰ τὰς ἀποδημίας οἱ Λάκωνες, ἐξιστάμενοι τῶν πατρίων νόμων,* Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς, ἔφη, εἰς τὴν Σπάρτην ἐλθόντες, χείρονες, ἀλλὰ βελτίονες γίνεσθε.

9. Ἀλεξάνδρου δὲ κηρύξαντος ἐν Ὀλυμπίᾳ κατιέναι τοὺς φυγάδας ἅπαντας εἰς τὴν ἰδίαν, πλὴν Θηβαίων, Ἀτυχὲς μὲν, ἔφη, ὦ Θηβαῖοι, τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἔνδοξον· μόνους γὰρ ὑμᾶς φοβεῖται Ἀλέξανδρος.

10. Ἐρωτηθεὶς δὲ, τίνος ἕνεκα πρὸ τῶν κινδύνων ταῖς Μούσαις σφαγιάζουσιν, Ὅπως, ἔφη, αἱ πράξεις λόγων ἀγαθῶν τυγχάνωσιν.

ΕΥΡΥΚΡΑΤΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.

Εὐρυκρατίδας ὁ Ἀναξανδρίδου, πυθομένου τινὸς, διὰ τί περὶ τῶν συμβολαίων δίκαια ἑκάστης ἡμέρας κρίνουσιν οἱ Ἔφοροι, Ὅπως, ἔφη, καὶ ἐν τοῖς πολεμίοις πιστεύωμεν ἀλλήλοις.

ΖΕΥΞΙΔΑΜΟΥ.

1. Ζευξίδαμος, πυθομένου τινὸς, διὰ τί τοὺς περὶ ἀνδρείας νόμους ἀγράφους τηροῦσι, καὶ τοῖς νέοις ἀπογραψάμενοι οὐ διδόασιν ἀναγινώσκειν, Ὅτι, ἔφη, συνεθίζεσθαι δεῖ ταῖς ἀνδραγαθίαις κρεῖττον ἢ ταῖς γραφαῖς προσέχειν.

2. Αἰτωλοῦ δέ τινος λέγοντος, ὅτι τοῖς ἀνδραγαθεῖν βουλομένοις κρείσσων τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος, Οὐ μὰ τοὺς θεοὺς, ἔφη, ἀλλὰ τούτοις κρείσσων ὁ θάνατος τῆς ζωῆς.

ΗΡΩΝΔΟΥ.

Ἡρώνδας, Ἀθήνησιν ἁλόντος τινὸς γραφὴν ἀργίας, παρὼν καὶ πυθόμενος, ἐκέλευσεν ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὸν τὴν ἐλευθερίαν δίκην ἡττηθέντα.

ΘΕΑΡΙΔΟΥ.

Θεαρίδας ξίφος ἀκονῶν, ἠρωτήθη, εἰ ὀξύ ἐστι, Καὶ, εἶπεν, ὀξύτερον διαβολῆς.

ΘΕΜΙΣΤΕΟΥ.

Θεμιστέας προεῖπε μὲν Λεωνίδῃ τῷ βασιλεῖ τὴν γενησομένην ἀπώλειαν περὶ Θερμοπύλας αὐτοῦ τε καὶ τῶν συστρατευομένων αὐτῷ, μάντις ὤν· ἀποπεμπόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ Λεωνίδου εἰς τὴν Λακεδαίμονα προφάσει τοῦ ἀπαγγεῖλαι τὰ συμβησόμενα, ταῖς δ' ἀληθείαις, ἵνα μὴ παραπόληται, οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' εἶπε, Μαχητὴς ἐπέμφθην, οὐκ ἀγγελιαφόρος.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ.

1. Θεόπομπος πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, πῶς ἂν τις ἀσφαλῶς τηροίη τὴν βασιλείαν, Εἰ τοῖς μὲν φίλοις, ἔφη, μεταδιδοίη παῤῥησίας δικαίας, τοὺς δὲ ἀρχομένους κατὰ δύναμιν μὴ περιορῴη ἀδικουμένους.

2. Πρὸς δὲ τὸν ξένον τὸν λέγοντα, ὅτι παρὰ τοῖς αὑτοῦ πολίταις καλεῖται φιλολάκων, Κρεῖσσον, ἔφη, ἦν σε φιλοπολίτην ἢ φιλολάκωνα καλεῖσθαι.

3. Τοῦ δ' ἐκ τῆς Ἤλιδος πρεσβευτοῦ εἰπόντος, ὅτι

VIII. Argivo cuidam dicenti Lacones deteriores peregrinando fieri, quod a patriis descisccrent legibus: At vos, inquit, Spartam venientes non deteriores abitis, sed meliores.

IX. Alexandro apud Olympiam edicto omnibus exulibus reditum in patriam permittente, solis demptis Thebanis: Infelix quidem, aiebat, ô Thebani, hoc edictum vobis, sed gloriosum. Vos enim solos Alexander metuit.

X. Interrogatus cur ante pugnam Musis litarent: Ut, inquit, actionibus bona obveniant præconia.

EURYCRATIDÆ ANAXANDR. F.

Eurycratidas Anaxandridæ filius quærenti cur de contractibus Ephori quotidie jus dicerent, respondit: Ut etiam in hostico nobis invicem credamus.

ZEUXIDAMI.

I. Zeuxidamus interroganti cur de fortitudine leges non scriptas servarent, neque potius litteris conceptas adolescentibus ad legendum proponerent: Quia, inquit, condocefaciendi sunt ut facinoribus fortibus potius animum advertant, quam scripturis.

II. Ætolo quodam dicente virtutem affectanti commodius esse bellum pace: Non per deos, inquit, sed ei mors quam vita est melior.

HERONDÆ.

Herondas Athenis quodam otii damnato, cum adesset, idque inaudivisset, ostendi sibi petiit istum, qui tam liberalis criminis esset convictus.

THEARIDÆ.

Thearidas gladium in cote subigens, cum interrogaretur acutusne esset, respondit: Acutior est quam calumnia.

THEMISTEÆ.

Themisteas vates cum prædixisset Leonidæ regi suam et exercitus ad Thermopylas internecionem, rexque ipsum Spartam ablegaret, prætextu eo ut quæ futura erant significaret, re ipsa autem ut ne una is periret, non sustinuit abire, sed dixit, Pugnatum se, non nuntiatum a patria missum.

THEOPOMPI.

I. Theopompus interroganti quo quis modo regnum tuto conservaret, respondit: Si justam dicendi libertatem amicis permittat, et subditorum, quantum fieri potest, vindicet injurias.

II. Hospiti dicenti apud suos se cives amatorem Laconum appellari: Præstabat, inquit, civium te quam Laconum amatorem nominari.

III. Legato Elide misso, qui se idcirco a civibus ale-

διὰ τοῦτ' αὐτὸν ἐξαπέστειλαν οἱ πολῖται, ὅτι μόνος Λακωνικὸν ἐζήλωσε βίον, Καὶ πότερον, ἔφη, ὁ σὸς ἢ ὁ τῶν ἄλλων πολιτῶν βίος βελτίων ἐστί; τοῦ δὲ εἰπόντος, τὸν αὑτοῦ, Πῶς οὖν ἄν, ἔφη, αὕτη ἡ πόλις σώζοιτο, ἐν ᾗ πολλῶν ὄντων, εἷς μόνος ἀγαθός ἐστι;

4. Λέγοντος δέ τινος, ὅτι ἡ Σπάρτη σώζεται διὰ τοὺς βασιλεῖς ἀρχικοὺς ὄντας, Οὐκ, ἔφη, ἀλλὰ διὰ τοὺς πολίτας πειθαρχικοὺς ὄντας.

5. Πυλίων δὲ αὐτῷ μείζονας τιμὰς ψηφισαμένων, ἐνέγραψεν, Ὅτι τὰς μὲν μετρίας ὁ χρόνος αὔξει, τὰς δ' ὑπεραιρούσας ἀφανίζει.

ΘΩΡΥΚΙΩΝΟΣ.

Θωρυκίων ἐκ Δελφῶν παραγενόμενος, ἰδὼν τὸ Φιλίππου στρατόπεδον ἐν Ἰσθμῷ τὰ στενὰ κατειληφότος, Κακούς, ἔφη, πυλωροὺς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ Πελοπόννησος ἔχει.

ΘΕΚΤΑΜΕΝΟΥΣ.

Θεκταμένης, καταγνόντων αὐτοῦ θάνατον τῶν Ἐφόρων, ἀπῄει μειδιῶν· καί τινος τῶν παρόντων ἐρωτήσαντος, εἰ καὶ καταφρονεῖ τῶν τῆς Σπάρτης νομίμων, Οὐχί, εἶπεν, ἀλλὰ γέγηθα, ὅτι δεῖ με τὴν ζημίαν ἐκτίσαι ταύτην, παρ' οὐδενὸς οὔτε διαιτήσαντά με, οὔτε δανεισάμενον.

ΙΠΠΟΔΑΜΟΥ.

* Ἱππόδαμος, ὅτε Ἆγις Ἀρχιδάμῳ παρετάσσετο, συμπεμφθεὶς τῷ Ἄγιδι εἰς Σπάρτην ἐκεῖ τὰς χρείας παρέχεσθαι, Ἀλλ' οὗτος, ἔφη, οὔτοι κάλλιον θάνατον ἀποθανοῦμαι ὑπὲρ Σπάρτης ἀνδραγαθῶν; ἦν δὲ βεβιωκὼς ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ στὰς ἐν δεξιᾷ τοῦ βασιλέως, μαχόμενος ἀποθνήσκει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΙΔΟΥ.

1. Ἱπποκρατίδας πρὸς τὸν τῆς Καρίας σατράπην ἐπιστείλαντα, διότι Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ, ἐπιβουλευόντων τινῶν συνειδὼς, τὴν ἐπιβουλὴν κατεσιώπησε, καὶ προσθέντος, πῶς χρήσεται αὐτῷ, ἀντέγραψεν, Εἰ μὲν μέγα τι αὐτὸν ἀγαθὸν πεποίηκας, κατάκτανε· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῆς χώρας ἔκβαλε, δειλὸν πρὸς ἀρετὴν ὄντα.

2. Ἀπαντήσαντος δέ ποτε αὐτῷ μειρακίου, ᾧ ἠκολούθει ἐραστής τις, καὶ διατραπέντος, Μετὰ τοιούτων, ἔφη, βαδίζειν δεῖ, μεθ' ὧν ὀφθεὶς τὴν αὐτὴν χρόαν τηρήσεις.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΟΥ.

1. Καλλικρατίδας ναύαρχος, τῶν Λυσάνδρου φίλων ἀξιούντων ἐπιτρέψαι αὐτοῖς ἕνα τινὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνελεῖν, καὶ λαβεῖν πεντήκοντα τάλαντα, καίτοι σφόδρα δεόμενος χρημάτων εἰς ὀψώνια τοῖς ναύταις, οὐ συνεχώρησε. Κλέανδρος δὲ σύμβουλος ὢν, Ἀλλ' ἔγωγε ἂν ἔλαβον, εἶπεν, εἰ σὺ ἤμην· Καὶ γὰρ αὐτὸς, εἶπεν, εἰ σὺ ἦν.

bat missum, quod solus Laconicam imitaretur vivendi rationem : Tuane, inquit, an reliquorum vita melior est? respondente suam : Quomodo igitur, inquit, servari ea potest urbs, in qua de multis unus tantum est bonus?

IV. Dicente quodam Spartæ salutem inde proficisci quod reges ad imperandum haberet idoneos : Imo, inquit, quia cives ad obtemperandum habet idoneos.

V. Pyliis majores honores ipsi decernentibus, scripsit, Mediocres honores tempore augeri, nimios aboleri.

THORYCIONIS.

Thorycion Delphis domum proficiscens cum in Isthmo videret angustias ab exercitu Philippi occupatas, dixit Malis vobis, ô Corinthii, Janitoribus utitur Peloponnesus.

THECTAMENIS.

Thectamenes judicio Ephorum addictus morti, subridens abibat; ac quodam eorum qui una aderant rogante, anne Spartæ leges contemneret : Nequaquam respondit; sed lætor hanc mihi solvendam esse mulctam, quam possum neque precario, neque fœnore sumpto quoquam, præstare.

HIPPODAMI.

Hippodamus cum Agide, qui tum Archidamo in castris aderat, a rege Spartam missus ut ibi res necessarias administraret : Nonne, inquit, honestius moriar pro Sparta fortiter pugnans? (excesserat autem jam annum ætatis octogesimum) ac postmodo sumptis armis, et ad dexteram regi astans in pugna mortem obiit.

HIPPOCRATIDÆ.

I. Hippocratidas, Satrapæ Cariæ, qui per litteras significabat Lacedæmonium quemdam conscium insidiarum sibi structarum eas reticuisse, quærebatque quid de eo statuendum putaret, rescripsit : Si magno eum aliquo affecisti beneficio, interfice : sin vero, ditione tua ejice hominem ob timiditatem ineptum ad virtutem.

II. Occurrenti adolescenti, quem amator insequebatur, et colorem præ pudore mutanti : Cum talibus, dixit, ambulandum est, quibuscum visus eumdem retineas colorem.

CALLICRATIDÆ.

I. Callicratidas classis præfectus, Lysandri amicis flagitantibus ut faceret ipsis facultatem cujusdam inimici interficiendi, eoque nomine quinquaginta talenta offerentibus, quanquam ad stipendia navalibus sociis danda admodum pecuniæ egeret, tamen non assensit. Cumque Cleander unus de consiliariis diceret : Ego si tuo fuissem loco, accepissem ; respondit : Et ipse, si tuo

2. Παραγενόμενος δὲ πρὸς Κῦρον τὸν νεώτερον εἰς Σάρδεις, σύμμαχον ὄντα Λακεδαιμονίοις, ἐπὶ χρήματα τῷ ναυτικῷ, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν εἰσαγγεῖλαι, ὅτι βούλεται Κύρῳ ἐντυχεῖν· ὡς δ' ἤκουσε πίνειν, Προσμενῶ, εἶπεν, ἕως ἂν πίῃ. Καὶ τότε μὲν ἀπηλλάγη, ὡς ἔγνω οὐχ οἷόν τε εἶναι συμβαλεῖν αὐτῷ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, δόξας ἀγροικότερος εἶναι. Τῇ δ' ἐχομένῃ, ὡς πάλιν αὐτὸν πίνειν ἤκουσε, καὶ οὐ προϊόντα, φήσας, Οὐχ οὕτω σπουδαστέον χρήματα λαβεῖν, ὡς μηδὲν ἀνάξιον τῆς Σπάρτης ποιεῖν, ἀπηλλάγη εἰς Ἔφεσον, πολλὰ μὲν ἐπαρώμενος κακὰ τοῖς πρώτοις ἐντρυφηθεῖσιν ὑπὸ βαρβάρων, καὶ διδάξασιν αὐτοὺς ὑβρίζειν διὰ πλοῦτον· ὤμνυέ τε πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς, ὅταν πρῶτον εἰς Σπάρτην παραγένηται, πάντα ποιήσειν ὑπὲρ τοῦ διαλλάξαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς φοβερώτεροι τοῖς βαρβάροις εἶεν, καὶ παύσαιντο τῆς ἐκείνων ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι δυνάμεως.

II. Sardes ad Cyrum juniorem profectus confœderatum Lacedæmoniorum, impetrandæ gratia pecuniæ ad stipendia classiariis persolvenda, qua prima venit die, Cyro jussit nuntiari se ipsius colloquium expetere: cumque responsum esset Cyrum bibere: Exspectabo, inquit, donec biberit. Ac tum quidem, ut sensit congrediendi sibi copiam non fieri, discessit relicta de se rustici hominis opinione. Postridie iterum audiens eum bibere, et non prodire, fatus majorem in id operam impendendum, ut nihil indignum Sparta agatur, quam pecunia ut paretur, Ephesum rediit: diris prosecutus eos, qui primi sese barbarorum contumeliis exposuissent, eosque docuissent propter divitias aliis insultare: juravitque coram præsentibus, se, ubi primum Spartam rediisset, omnia conaturum ut Græcos in concordiam redigeret, barbaris ita terrori futuros, neque eorum auxiliis, dum se invicem premerent, opus posthac habituros.

3. Ἐρωτηθεὶς δὲ, ὁποῖοι ἄνδρες εἰσὶν οἱ Ἴωνες, Ἐλεύθεροι μὲν, ἔφη, κακοὶ, δοῦλοι δὲ ἀγαθοί.

III. Interrogatus quales viri essent Iones, respondit: In libertate mali, in servitute boni.

4. Τοῦ δὲ Κύρου τὸν μισθὸν προπέμψαντος τοῖς στρατιώταις καὶ ξένια αὐτῷ, μόνον ἔλαβε τὸν μισθὸν, τὰ δὲ ξένια ἀντέπεμψε, φήσας, Μὴ δεῖν φιλίαν αὐτῷ ἰδίαν πρὸς αὐτὸν εἶναι, ἀλλὰ τὴν κοινὴν πρὸς ἅπαντας Λακεδαιμονίους γεγονυῖαν, καὶ αὐτῷ ὑπάρχειν.

IV. Cum Cyrus classiariis stipendia, ipsi autem xenia misisset, remissis xeniis sola accepit stipendia, nihil sibi cum Cyro opus esse privata amicitia: ad se enim pertinere eam quæ cum republica Lacedæmoniorum esset facta, inquiens.

5. Μέλλων δὲ περὶ τὰς Ἀργινούσας ναυμαχεῖν, Ἑρμωνος τοῦ κυβερνήτου εἰπόντος, ὅτι καλῶς ἔχει ἀποπλεῦσαι, αἱ γὰρ τριήρεις τῶν Ἀθηναίων πολλῷ πλείους εἰσὶν, εἶπε, Καὶ τί τοῦτο; ἀλλὰ φεύγειν αἰσχρὸν καὶ βλαβερὸν τῇ Σπάρτῃ· μένοντα δὲ ἢ ἀποθανεῖν ἢ νικᾷν, ἄριστον.

V. Apud Arginusas navali prælio decertaturus, Hermoni gubernatori monenti ex re esse classem abducere, quod multo plures essent Atheniensium triremes, respondit: Quid tum postea? fugere quidem et turpe est, et damnosum Spartæ. Optimum est manentem aut mori aut vincere.

6. Προθυσάμενος δὲ, ὡς ἤκουσε τοῦ μάντεως σημαίνεσθαι διὰ τῶν ἐμπύρων τῷ μὲν στρατῷ νίκην, τῷ δὲ στρατηγοῦντι θάνατον, οὐδὲν καταπλαγεὶς εἶπεν, Οὐ παρ' ἕνα τᾷ Σπάρτᾳ· ἀποθανόντος γάρ μου, οὐδὲν ἡ πατρὶς ἐλαττωθήσεται· εἴξαντος δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐλαττωθήσεται. Ἀποδείξας οὖν ἀνθ' ἑαυτοῦ Κλέανδρον ἡγεμόνα, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ μαχόμενος τελευτᾷ.

VI. Ante conflictum cum audiret aruspicem ex extis vaticinari exercitui victoriam, duci obitum, nihil territus, idque tantum fatus, non in unius vita verti res Spartæ: ac se mortuo nihil decessurum patriæ, decessurum autem si hostibus cedat. Cleandrum suo loco subire jussit præfecturæ classis, et ad prælium navale se contulit, inque eo occubuit.

ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ.

* Κλεόμβροτος ὁ Παυσανίου, ξένου τινὸς διαφερομένου πρὸς τὸν πατέρα περὶ ἀρετῆς, Μέχρι τούτου, εἶπεν, κρείσσων σου ἐστὶν ὁ πατὴρ, μέχρις ἂν καὶ σὺ γεννήσῃς.

CLEOMBROTI.

Cleombrotus Pausaniæ filius hospiti cum patre de virtute contendenti: Eo usque, inquit, pater tibi præstabit, dum et tu genueris.

ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.

1. Κλεομένης ὁ Ἀναξανδρίδεω τὸν μὲν Ὅμηρον Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν ἔφη, τὸν δὲ Ἡσίοδον, τῶν εἱλώτων· τὸν μὲν γὰρ, ὡς χρὴ πολεμεῖν, τὸν δὲ, ὡς χρὴ γεωργεῖν, παρηγγελκέναι.

CLEOMENIS ANAX. F.

I. Cleomenes Anaxandridæ filius Homerum Lacedæmoniorum poetam esse dicebat, Hesiodum servorum Helotum: illum enim præcepisse quomodo bellum sit gerendum; hunc, quomodo agri colendi.

2. Ἀνοχὰς δὲ ἑφθημέρους πρὸς Ἀργείους ποιησάμενος, φυλάξας αὐτοὺς τῇ τρίτῃ νυκτὶ κοιμωμένους, διὰ τὸ πεποιθέναι ταῖς σπονδαῖς, ἐπέθετο· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβεν.

II. Hic septem dierum pactus cum Argivis inducias, cum explorasset eos tertia nocte dormire, fretos induciis, adortus partim necavit, partim cepit.

3. Ὀνειδιζόμενος δὲ ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν ὅρκων, οὐκ ἔφη προσομωμοκέναι ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας· ἄλλως τε καὶ ὅ τι ἂν κακόν τις ποιῇ τοὺς πολεμίους, τοῦτο καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις δίκης ὑπέρτερον νομίζεσθαι.

4. Συνέβη δ' αὐτῷ τοῦ μὲν Ἄργους, δι' ὃ παρεσπόνδησεν, ἀποπεσεῖν διὰ τὸ τὰς γυναῖκας τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν καθελούσας ὅπλα, τούτοις αὐτὸν ἀμύνεσθαι· καὶ ὕστερον δὲ τῶν φρενῶν ἔξω γενόμενον δράξασθαί τινος μαχαιρίου, καὶ αὐτὸν ἀνατεμεῖν, ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἕως ἐπὶ τοὺς καιρίους τόπους, καὶ οὕτως ἐκλιπεῖν τὸν βίον γελῶντα καὶ σεσηρότα.

5. Τοῦ δὲ μάντεως ἀποτρέποντος μὴ ἄγειν ἐπὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν τὸ στράτευμα· τὴν γὰρ ἐπάνοδον αἰσχρὰν γενήσεσθαι· προσελθὼν τῇ πόλει ὡς τὰς μὲν πύλας κεκλεισμένας εἶδε, τὰς δὲ γυναῖκας ἐπὶ τῶν τειχῶν· Αὕτη σοι, ἔφη, ἡ ἐπάνοδος αἰσχρὰ φαίνεται εἶναι, ἐν ᾗ τῶν ἀνδρῶν τεθνηκότων αἱ γυναῖκες τὰς πύλας κεκλείκασι;

6. Πρὸς δὲ τοὺς λοιδοροῦντας αὐτὸν τῶν Ἀργείων ὡς ἐπίορκον καὶ ἀσεβῆ, Τοῦ μὲν κακῶς λέγειν, ἔφη, ὑμεῖς κύριοι, τοῦ δὲ κακῶς ὑμᾶς ποιεῖν, ἐγώ.

7. Τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Σάμου πρέσβεσι παρακαλοῦσιν αὐτὸν Πολυκράτει τῷ τυράννῳ πολεμεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μακρολογοῦσιν, Ὧν εἰρήκατε, ἔφη, τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς οὐ μέμνημαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰ μέσα οὐ συνίημι· τὰ δ' ἐπὶ πᾶσιν οὐ δοκιμάζω.

8. Πειρατοῦ δὲ καταδραμόντος τὴν χώραν, καὶ ὡς ἑάλω, λέγοντος, Ὅτι τροφὴν οὐκ εἶχον τοῖς στρατιώταις παρέχειν, πρὸς τοὺς ἔχοντας οὖν, ἑκοντὶ δ' οὐκ ἂν δόντας, βίᾳ ληψόμενος ἦλθον· ἔφη, Σύντομος ἡ πονηρία.

9. Φαύλου δέ τινος κακῶς αὐτὸν λέγοντος, Ἆρα διὰ τοῦτο, ἔφη, πάντας σὺ κακῶς λέγεις, ἵνα ἀπολογούμενοι μὴ εὐκαιρῶμεν περὶ τῆς σῆς κακίας λέγειν.

10. Τῶν δὲ πολιτῶν τινος λέγοντος, ὅτι τὸν ἀγαθὸν βασιλέα πάντη [πάντως] πρᾷον εἶναι δεῖ, Οὐκοῦν, ἔφη, ἄχρι τοῦ μὴ εὐκαταφρόνητον εἶναι.

11. Ἑλκυσθεὶς δὲ νόσῳ μακρᾷ, ἐπεὶ καθαρταῖς καὶ μάντεσι προσεῖχε, τὸ πρὶν οὐ προσέχων, θαυμάζοντός τινος, Τί θαυμάζεις, ἔφη; οὐ γάρ εἰμι ὁ αὐτὸς νῦν καὶ τότε· οὐκ ὢν δὲ ὁ αὐτὸς, οὐδὲ τὰ αὐτὰ δοκιμάζω.

12. Σοφιστοῦ δέ τινος περὶ ἀνδρείας λέγοντος, πλείω ἐγέλασε· τοῦ δὲ εἰπόντος, Τί γελᾷς, Κλεόμενες, περὶ ἀνδρείας λέγοντος ἀκούων, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ὤν; Ὅτι, ἔφη, ξένε, καὶ ἡ χελιδὼν εἰ περὶ αὐτῆς ἂν ἔλεγε, τὸ αὐτὸ ἂν ἐποίουν· εἰ δὲ ἀετὸς, πολλὴν ἂν εἶχον ἠρεμίαν.

13. Τῶν δὲ Ἀργείων τὴν προτέραν ἧτταν φασκόντων ἀναμαχεῖσθαι, Θαυμάζω, ἔφη, εἰ δύο συλλαβῶν προσθήκῃ νῦν κρείσσονες ἐγένεσθε, ἢ πρόσθεν ἦτε.

14. Λοιδοροῦντος δέ τινος αὐτὸν, καὶ φήσαντος,

III. Cum ei violatio jurisjurandi exprobraretur, negabat se una cum diebus noctes in eo complexum fuisse: cæterum, quocunque quis hostes modo læderet, et apud deos et apud homines summo jure factum putari.

IV. Usu tamen ei venit, ut et tum Argis, quorum occupandorum gratia fidem fefellerat datam, non potiretur, cum mulieres Argivæ arma e templis detrahentes iis eum propulsarent: et postmodo mente captus, arrepto quodam cultro a talis usque ad loca letalibus opportuna vulneribus sese dissecaret, itaque inter ridendum ac ringendum vita abiret.

V. Vate dehortante a ducendo ad Argos exercitu ignominiosumque fore discessum inde prædicente, duxit tamen eum ad urbem; cumque portas invenisset clausas, et mulieres in muris stantes: Hic tibi, inquit, videtur inglorius recessus, ubi mortuis viris mulieres portas occluserunt?

VI. Argivis ei perjurium et impietatem exprobrantibus: Penes vos est, inquit, male ut mihi dicatis: penes me, male ut vobis faciam.

VII. Legatis a Samo prolixa prorsum oratione hortantibus ut bellum Polycrati tyranno faceret, sic respondit: Eorum quæ dixistis, prima non memini, ideoque ne media quidem intelligo: ultima vero mihi non probantur.

VIII. Cum maritimus prædo incursiones in agrum fecisset Laconicum, essetque deprehensus, ac diceret, Se non habuisse unde stipendia militibus suis persolveret, neque se ab habentibus potuisse impetrare ultro ut darent, itaque venisse, ut vi auferret: Compendiosam hanc esse dixit malitiam.

IX. Maledictis ab improbo quodam proscissus: Videre, inquit, mihi propterea omnibus male dicere, ut nobis defendendis nostris conviciis tempus de tua malitia dicendi præripiatur.

X. Quodam cive dicente bonum regem debere usquequaque benignum esse: Sane, inquit, dum non exponat se contemptui.

XI. Diuturno vexatus morbo, cum animum lustratoribus nonnullis atque ariolis, de quibus ante diversum senserat, adverteret, miranti factum: Quid, ait, miraris? non sum idem qui ante, mutatus itaque et sententiam mutavi.

XII. Sophista quodam de fortitudine disserente, affatim risit: dicentique, Quid rides, Cleomenes, audiens de fortitudine disserentem, cum quidem rex sis? respondit: Idem, hospes, fecissem, hoc argumentum tractante hirundine: aquila autem perorante, quietissime audivissem.

XIII. Cum Argivi dicerent se acceptam cladem exsarcituros (Græci hoc *anamachesthæ* dicunt; *machesthæ* pugnaturum esse): Miror, inquit, si duarum syllabarum additio meliores vos, quam eratis ante reddidit.

XIV. Delicatiusculam vivendi rationem objicienti,

θρυπτικὸς εἶ, ὦ Κλεόμενες, Ἀλλὰ κρεῖσσον, ἔφη, ἄδικον εἶναι· σὺ δὲ φιλοχρήματος, καίπερ ἱκανὰ εκτημένος.

15. [Ψάλτην δέ τις αὐτῷ βουλόμενος συστῆσαι, τά ε ἄλλα τὸν ἄνδρα ἐπῄνει, * καὶ ψάλτην αὐτὸν ἔφη ράτιστον εἶναι τῶν Ἑλλήνων· ὁ δὲ δείξας τινὰ τῶν λησίων, Νὴ τοὺς θεοὺς, ἔφη, οὗτος παρ' ἐμοὶ ζωοποιός.]

16. Μαιάνδρου δὲ τοῦ τῆς Σάμου τυράννου διὰ τὴν Ιερσῶν ἔφοδον εἰς Σπάρτην φυγόντος, καὶ ἐπιδείξανος, ὅσα κεκομίκει χρήματα, χαριζομένου τε, ὅσα ούλεται, ἔλαβε μὲν οὐδὲν, εὐλαβούμενος δὲ, μὴ ἑτέοις τισὶ τῶν ἀστῶν διαδῷ, πορευθεὶς ἐπὶ τοὺς Ἐφόους, Ἄμεινον, ἔφη, εἶναι τῇ Σπάρτῃ, τὸν ξένον υτοῦ Σάμιον ἀπαλλάττεσθαι τῆς Πελοποννήσου, α μὴ πείσῃ τινὰ τῶν Σπαρτιατῶν κακὸν γενέσθαι. ἱ δὲ ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν τὸν Μαίανδρον αὐτῆς μέρας.

17. Εἰπόντος δέ τινος, Διὰ τί πολεμοῦντας ὑμῖν Ἀρείους πολλάκις κρατήσαντες οὐκ ἀνῃρήκατε; Οὐδ' ἂν νέλοιμεν, ἔφη, ὡς ἂν γυμναστὰς τοῖς νέοισιν ἔχοιμεν.

18. Πυνθανομένου δέ τινος αὐτοῦ, διὰ τί Σπαρτιᾶαι τοῖς θεοῖς οὐκ ἀνατιθέασι τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων κῦλα, Ὅτι, ἔφη, ἀπὸ δειλῶν ἐστι· τὰ γοῦν ἀπὸ τῶν κτημένων διὰ δειλίαν θηραθέντα, οὔτε τοὺς νέους ρᾶν καλὸν, οὔτε τοῖς θεοῖς ἀνατιθέναι.

ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ.

Κλεομένης ὁ Κλεομβρότου, διδόντος αὐτῷ τινος μαμους ἀλεκτρυόνας, καὶ λέγοντος, ὅτι μαχόμενοι τοθνήσκουσι περὶ νίκης, Τῶν κατακτεινόντων τοίνυν ὐτούς τινας δός μοι, ἐκεῖνοι γὰρ τούτων ἀμείνους.

ΛΑΒΩΤΟΥ.

Λάβωτος, μακρολογοῦντός τινος, εἶπε, Τί μοι μιῶν πέρι μεγάλα φροιμιάζῃ; ὅσον γὰρ εἴη πρᾶγμα, οσοῦτον καὶ ὁ λόγος ᾧ χρῆσαι.

ΛΕΩΤΥΧΙΔΟΥ.

Sous fertur, cum loco quodam iniquo et aquæ experte a Clitoriis obsideretur, pactus esse agrum se iis bello partum traditurum, si de proximo fonte omnes qui cum ipso erant bibissent. Hunc vero tenebant hostes. Jurejurando pactis ultro citroque firmatis, suos convocasse, regnumque detulisse ei qui non biberet : nullo autem sitim cohibente, omnibusque bibentibus, postremum ipsum descendisse, seque aqua conspersisse, et præsentibus adhuc hostibus discessisse, ditionemque ut qui non bibisset, obtinuisse.

ΤΗΛΕΚΡΟΥ.

1. Τήλεκρος πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι ὁ πατὴρ λέγει κακῶς αὐτὸν, Εἰ μὴ αὐτῷ, ἔφη, λεκτὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγεν.

2. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ, ὅτι οὐχ ὁμοίως αὐτῷ προσφέρονται οἱ πολῖται, ὡς ἐκείνῳ, ὄντι ἐκ τῶν αὐτῶν, ἀγνωμονέστερον δὲ, εἶπεν, Σὺ γὰρ οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι, ἐγὼ δέ.

3. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί ἔθος παρ' αὐτοῖς ἐστι τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις ἐξανίστασθαι, Ὅπως, ἔφη, περὶ τοὺς μὴ προσήκοντας οὕτως ἔχοντες τιμῆς, μᾶλλον τιμῶσι τοὺς γονέας.

4. Πυθομένου δέ τινος, πόσην κέκτηται οὐσίαν, ἔφη, Οὐ πλείω τῆς ἱκανῆς.

TELECRI.

I. Telecrus narranti, male de te loquitur pater tuus : Non faceret, inquit, si non esset faciundum.

II. Fratri querenti non eadem se benevolentia qua ipsum apud cives accipi, iisdem ortum parentibus, respondit : Non enim item, ut ego, ferre nosti injurias.

III. Interrogatus causam consuetudinis Spartanæ qua senioribus juniores assurgunt, respondit, Eo id fieri, ut assueti hoc honoris deferre alienis, tanto magis venerentur parentes.

IV. Quærenti quantas possideret opes, respondit : Non majores quam satis est.

ΧΑΡΙΛΛΟΥ.

1. Χάριλλος ἐρωτηθεὶς, διὰ τί τοὺς νόμους ὁ Λυκοῦργος οὕτως ὀλίγους ἔθηκεν, Ὅτι, ἔφη, τοῖς ὀλίγα λέγουσιν ὀλίγων καὶ νόμων ἐστὶ χρεία.

2. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί τὰς μὲν κόρας ἀκαλύπτους, τὰς δὲ γυναῖκας ἐγκεκαλυμμένας εἰς τοὐμφανὲς ἄγουσιν, Ὅτι, ἔφη, τὰς μὲν κόρας, ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ· τὰς δὲ γυναῖκας, σώζειν τοὺς ἔχοντας.

3. Τῶν δὲ εἱλώτων τινὸς θρασύτερον αὐτῷ προσφερομένου, Εἰ μὴ ὠργιζόμην, εἶπε, κατέκτανον ἄν σε.

4. Ἐρωτηθεὶς δὲ, τίνα νομίζει πολιτείαν ἀρίστην, ἔφη, Ἐν ᾗ ἂν περὶ ἀρετῆς πλεῖστοι πολιτευόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἄνευ στάσεως ἀγωνίζωνται.

5. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί πάντα τὰ τῶν θεῶν ξόανα μεθ' ὅπλων ἵδρυται παρ' αὐτοῖς, Ὅπως, ἔφη, μήτε τὰ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὀνείδη λεγόμενα διὰ τὴν δειλίαν ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρωμεν, μήτε οἱ νέοι τοῖς θεοῖς ἄνοπλοι εὔχωνται.

CHARILAI.

I. Charilaus interrogatus cur tam paucas leges posuisset Lycurgus : Quia, inquit, pauca loquentes paucis opus habent legibus.

II. Quærenti cur Spartani virgines detectas, mulieres velatas in publicum emitterent : Quia, inquit, virginibus quærendi sunt viri, mulieribus opera danda ut servent maritos.

III. Heloti cuidam asperius ipsi se opponenti : Interficerem te, inquit, nisi iratus essem.

IV. Interrogatus quænam esset optima reipublicæ forma, respondit : In qua plurimi de virtutis laude absque seditione certant.

V. Causam scitanti cur Spartæ omnia deorum simulacra essent armata : Ne, inquit, quæ opprobria hominibus objiciuntur ob ignaviam in deos referamus : ac ne inermes nostri juvenes diis vota nuncupent.

ΔΙΑΦΟΡΑ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΛΑΚΩΣΙΝ ΑΔΟΞΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Σαμίων πρεσβευταῖς μακρολογοῦσιν ἔφασαν οἱ Σπαρτιᾶται, Τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμες, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμες, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι.

2. Πρὸς Θηβαίους περί τινων ἀντιλέγοντας, Ἢ φρονεῖν, εἶπον, δεῖ ἔλασσον, ἢ δύνασθαι μεῖζον.

VARIA LACONUM APOPHTHEGMATA,

OMISSIS AUCTORUM NOMINIBUS.

I. Samiorum legatis longa usis oratione Spartani responderunt : Priorum obliti sumus, eamque ob rem posteriora non intelleximus.

II. Thebanis controversiam quibusdam de rebus moventibus dixerunt : Aut submissiores oportet vestros animos, aut majorem esse potentiam.

3. Λάκων ἐρωτηθεὶς, δι' ἣν αἰτίαν τὰς τοῦ πώγωνος ...ίχας ἐπὶ πολὺ κομώσας ἔχεις; εἶπεν, Ἵνα βλέπων τὰς ...λιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω.

4. Ἐπαινοῦντός τινος τοὺς ἀρίστους μαχητὰς, Λά...ων ἀκούσας εἶπεν, Ἐν Τροίᾳ.

5. Ἕτερος ἀκούσας δειπνήσαντάς τινας βιάζεσθαι ...ίνειν, Μὴ καὶ ἐσθίειν, εἶπε, βιάζονται;

6. Πινδάρου γράψαντος, Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι· ...άκων ἔφη, Καταπεσεῖν ἂν τὴν Ἑλλάδα ὀχουμένην ...είσματι τοιούτῳ.

7. Ἐπεὶ δὲ ἰδών τις ἐν πίνακι γραπτῷ Λάκωνας ὑπὸ ...θηναίων σφαττομένους, ἔλεγεν, Ἀνδρεῖοί γ' Ἀθη...ῖοι, Λάκων ὑποτυχὼν, Ἐν τῷ πίνακι, εἶπεν.

8. Πρός δέ τινα προσιέμενον τὰς ἐκ διαβολῆς βλα...φημίας, Λάκων εἶπε, Παῦσαι κατ' ἐμοῦ τὰ ὦτα χο...γῶν.

9. Πρὸς δὲ τὸν κολαζόμενον, καὶ λέγοντα, Ἄκων ...μαρτον, εἶπέ τις, Ἄκων τοίνυν καὶ κολάζου.

10. Ἰδών τις ἐν ἀποχωρήσει θακέοντας ἐπὶ δίφρων ...θρώπους, Μὴ γένοιτο, εἶπεν, ἐνταῦθα καθίσαι, ὅθεν ...κ ἔστιν ἐξαναστῆναι πρεσβυτέρῳ.

11. Χίων ποτὲ κατ' ἐπιδημίαν ἀπὸ δείπνου ἐμεσάν...ων ἐν τῷ ἐφορείῳ, καὶ χεσάντων ἐπὶ τῶν δίφρων, ἔνθα Ἔφοροι ἐκάθηντο, * τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρῶς ἀνεζή...ουν τοὺς ποιήσαντας, μὴ πολῖται τυγχάνωσιν· ὡς δ' ...θοντο, ὅτι Χῖοι ἦσαν, ἐκήρυξαν, Τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ...σελγαίνειν.

12. Ἐπεὶ δέ τις τὰς ἀμυγδαλὰς τῶν σκληρῶν ἑώρα ...πλασίου πωλουμένας, Μὴ σπάνιοι, ἔφη, οἱ λίθοι;

13. Τίλας τις ἀηδόνα, καὶ βραχεῖαν πάνυ σάρκα εὑ...ὼν, εἶπε, Φωνά τύ τις ἐσσὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο.

14. Ἰδών τις Λάκων Διογένην τὸν κύνα περιλαμ...άνοντα ἀνδριάντα χάλκεον, ψύχους ὄντος σφοδροῦ, ...ύθετο, εἰ ῥιγῴη· ἀρνησαμένου δὲ, Τί οὖν, ἔφη, μέγα ...ιεῖς;

15. Ὀνειδισθείς τις τῶν Μεταποντίων εἰς δειλίαν ...τὸ Λάκωνος, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, οὐκ ὀλίγα τῆς ἀλλοτρίας ...ομεν· ὁ δὲ, Οὐ μόνον ἄρα, ἔφη, δειλοὶ, ἀλλὰ καὶ ...ικοί ἐστε.

16. Κατ' ἐπιδημίαν τις ἐν Σπάρτῃ κρηπιδούμενος ...θὸς ἐπὶ θατέρου σκέλους, εἶπε πρὸς Λάκωνα, Οὐκ ... οἶμαί σε, ὦ Λάκων, τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ τοῦ πο...ς, ὅσον ἐγὼ, στῆναι. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν, Οὐ γὰρ, ἔφη· ...ῶν μέντοι χηνῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὔ.

17. Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέ...νῃ, εἶπέ τις Λάκων, Ἀλλὰ νὴ τὼ Σιὼ, τέχνη ἄνευ ...ῦ ἀληθείας ἧφθαι, οὔτε ἐστὶν, οὔτε μήποτε γένηται.

18. Ἀργείου ποτὲ εἰπόντος, Πολλοὶ τάφοι παρ' ἡμῖν ...σι Σπαρτιατῶν, Λάκων εἶπεν, Ἀλλὰ μὴν παρ' ἡμῖν ...ργείων οὐδὲ εἷς· ὡς αὐτῶν μὲν πολλάκις Ἄργους ἐπι...εβηκότων, Ἀργείων δὲ τῆς Σπάρτης οὐδέποτε.

19. Λάκων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πιπρασκόμενος, τοῦ ...ήρυκος λέγοντος, Λάκωνα πωλῶ, ἐπεστόμισεν, εἰπὼν, ...ἰχμάλωτον κήρυσσε.

III. Laco quidam interrogatus, Cur tam prolixam alis barbam? respondit : Ut canos videns, nihil iis indignum in me admittam.

IV. Laudante quodam optimos bellatores, Laco : Ad Trojam, ait, fuerunt.

V. Alius cum audiret quosdam in cœna se ad bibendum invicem coegisse, dixit : An etiam ad edendum?

VI. Cum Pindarus scripsisset Athenas fulcrum esse Græciæ, dixit Laco quidam, Utique Græciam collapsuram, quæ tali inniteretur fulcro.

VII. Spectanti in tabula pictos Spartanos qui ab Atheniensibus occiderentur, ac dicenti, Fortes sane Athenienses, excipiens Laco verba : In tabula, inquit.

VIII. Cuidam calumnias admittenti Laco : Desine, inquit, contra me aures impendere.

IX. Qui supplicio afficiebatur, ac se nolentem peccasse dicebat, ei quidam dixit : Nolens itaque etiam pœnas da.

X. Videns quidam exonerandæ alvi causa in sellis sedere alios : Absit, inquit, ut ibi sedeam, unde seniori assurgere non licet.

XI. Chii Spartam profecti cum a cœna in Ephoreo vomuissent, oletumque fecissent in sellis Ephororum ; principio inquisitum accurate est in auctores facinoris, si forte cives essent : sed ubi senserunt Ephori Chios esse, edixerunt publice, Chiis permissum esse turpiter agere.

XII. Quidam amygdalas duras videns duplo vendi : An, inquit, rari sunt lapides?

XIII. Laco cum plumis lusciniam nudasset, ac parum admodum carnis reperiret, dixit : Vox tu es, et nihil præterea.

XIV. Laco Diogenem canem videns statuam æneam amplecti cum esset acre frigus, interrogavit, An riges? neganti : Quid ergo, inquit, magnum facis?

XV. Laco Metapontino cuidam timiditatem objiciebat. Qui cum diceret : atqui multum agri alieni nos possidemus, respondit Laco : Ergo non timidi solum, sed injusti etiam estis.

XVI. Peregrinus quidam Spartæ rectus uno stans in pede, Laconi dicebat : non arbitror te tamdiu uni pedi posse insistere ; respondit Laco : Sane ; sed nullus est anserum, qui hoc non possit.

XVII. Jactanti se ob artem oratoriam, Laco quidam : Per Castores, inquit, neque est, neque erit ars ulla sine veritate.

XVIII. Argivo dicenti apud Argos multa esse Spartanorum sepulcra, respondit Laco : At Spartæ Argivorum nulla sunt : significans, Spartanos sæpe Argos adivisse, Argivos Lacedæmonem nunquam.

XIX. Laco captivus cum venderetur, præconi clamanti Laconem se vendere, os obturavit : Captivum, inquiens, proclama.

20. Τῶν παρὰ Λυσιμάχῳ στρατευομένων ἐρωτηθείς τις ὑπ' αὐτοῦ, μή τις τῶν εἱλώτων ἐστὶ, Σὺ δ' οἴει, ἔφη, ἐπὶ τὸ παρὰ σοῦ τετρώβολον Λάκωνα ἥξειν;

21. Ὅτε Θηβαῖοι νικήσαντες τοὺς Λάκωνας ἐν Λεύκτροις πρὸς αὐτὸν παρῆσαν τὸν Εὐρώταν, καί τις μεγαλαυχῶν εἶπε, Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ Λάκωνες; Σπαρτιάτης ληφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, Οὐ πάρεισιν, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ὑμεῖς δεῦρο ἤλθετε.

22. Ἀθηναίων ἀξιούντων, ὅτε παρέδωκαν τὸ ἄστυ, Σάμον αὐτοῖς μόνον ἐᾶσαι, εἶπον, Ὅταν αὐτῶν οὐχ ἦτε, τότε καὶ ἄλλους ἔχειν ζητεῖτε; Ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία,

Ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει.

23. Πόλιν τινὰ κατὰ κράτος ἑλόντων Λακεδαιμονίων, οἱ Ἔφοροι εἶπον, Οἴχεται τὸ πάλαισμα τῶν νέων· οὐκ ἔτι ἕξουσιν ἀνταγωνιστάς.

24. Ἄλλην πόλιν ὑπισχνουμένου τοῦ βασιλέως αὐτῶν τέλεον ἀφανιεῖν, ἣν συμβεβήκει πράγματα πολλάκις παρεσχῆσθαι τοῖς Λάκωσιν, οὐκ ἐπέτρεψαν, φάμενοι, Μηδαμῶς ἀφανίσῃς μηδ' ἀνέλῃς τὰν ἀκόναν τῶν νέων.

25. Τοῖς παλαίουσι παιδοτρίβας οὐκ ἐφίστανον, ἵνα μὴ τέχνης, ἀλλ' ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. Διὸ καὶ Λύσανδρος ἐρωτώμενος, ὅπως ὁ Χάρων ἐνίκησεν αὐτὸν, Τᾷ πολυμηχανίᾳ, εἶπε.

26. Φιλίππου γράφοντος, ὅτε εἰς τὴν χώραν αὐτῶν παρεγίνετο, πότερον βούλεται φίλιον ἐλθεῖν ἢ πολέμιον αὐτὸν, ἀντεφώνησαν, Οὐδέτερον.

27. Πρεσβευτήν τινα πέμψαντες πρὸς Ἀντίγονον τὸν Δημητρίου, πυθόμενοι, ὅτι ἐκάλεσεν αὐτὸν βασιλέα, ἐζημίωσαν, καίτοι μέδιμνον πυρῶν ἑκάστῳ παρ' αὐτοῦ, σιτοδείας οὔσης, κομίζοντα.

28. Ἐνέγκαντός τινος ἀρίστην γνώμην μοχθηροῦ, ταύτην μὲν ἀπεδέξαντο, περιελόμενοι δὲ τούτου, περιέθηκαν ἑτέρῳ καλῶς βεβιωκότι.

29. Ἀδελφῶν πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων, τον πατέρα ἐζημίωσαν, ὅτι τοὺς υἱεῖς στασιάζοντας περιορᾷ.

30. Ψάλτην ἐπιδημήσαντα ἐζημίωσαν, ὅτι δακτύλοις κιθαρίζει.

31. Δύο παῖδες ἐμάχοντο, ἅτερος δὲ αὐτῶν τὸν ἕτερον ἔτρωσε δρεπάνῳ, πληγῇ θανασίμῳ· τῶν δὲ συνήθων παίδων, ἐπεὶ διαλύεσθαι ἔμελλον, ἐπαγγελλομένων ἀμυνεῖσθαι καὶ ἀναιρήσειν τὸν πλήξαντα, * Μηδαμῶς, εἶπε, πρὸς θεῶν· οὐ γὰρ δίκαιον· καὶ γὰρ ἂν ἐγὼ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔφθασα καὶ ἀγαθὸς ἐγενόμην.

32. Ἕτερον παιδάριον, ἐπεὶ παρῆν ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ κλέπτειν νενόμιστο τοὺς ἐλευθέρους παῖδας, ὅ τι τις δύναιτο, καὶ μὴ λαθεῖν αἰσχρὸν ἦν, ὡς οἱ σὺν αὐτῷ παῖδες ζῶν ἔκλεψαν ἀλωπέκιον, καὶ ἔδοσαν αὐτῷ φυλάττειν· παραγενομένων τῶν ἀπολωλεκότων ἐπὶ ζήτησιν, ἔτυχε μὲν ὑποβαλὼν τὸ ἀλωπέκιον ὑπὸ τὸ αὑτοῦ ἱμάτιον· ἀγριαίνοντος δὲ τοῦ θηρίου καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ κατεσθίοντος μέχρι τῶν σπλάγχνων, ἠρέμει,

XX. Æra apud Lysimachum merentium quidam ipso interrogatus an ex Helotibus unus esset : Pu vero, inquit, Laconem aliquem ad tuum denarii be sem venturum ?

XXI. Thebani victis ad Leuctra Spartanis cum ipsum Eurotam accessissent, ac quidam gloriabund diceret, Ubi sunt Lacones? quidam Spartanus ab captus : Absunt, inquit ; alioqui vos huc non veni setis.

XXII. Atheniensibus Spartani urbem dedentibus Samum duntaxat sibi relinqui postulantibus, respond runt : Quo tempore vestri juris non estis, alios vol dari poscitis ? Hinc proverbium :

Qui non habet se ipsum, habere vult Samum.

XXIII. Cum Lacedæmonii urbem quamdam vi c pissent, Ephori dixerunt : Periit palæstra juvenum non habiturorum concertatores.

XXIV. Aliam urbem, quæ sæpe negotium exhibu rat Spartanis, rege ipsorum pollicente se funditus d leturum, non permiserunt, inquientes : Noli abole aut delere cotem juventutis.

XXV. In palæstra se exercentibus nullos adjunx runt pædotribas ; ut ne artis, sed virtutis istud ess certamen. Itaque Lysander etiam interrogatus qu modo esset victus a Charonte, respondit : Artificii v rietate.

XXVI. Philippo, cum in agrum Laconicum venisse per litteras quærenti amicumne ipsum vellet Sparta a inimicum venire, responderunt Spartani : Neutrum.

XXVII. Legatum quem ad Antigonum Demetrii f lium miserant, quanquam in penuria ille ab hoc m dimnum tritici in caput civis impetratum affereba tamen quod regem appellasset Antigonum, mulctav runt.

XXVIII. Cum pravus homo optimam tulisset senten tiam, probaverunt quidem eam, sed ab eo ad homine qui honeste vixisset tanquam ejus auctorem transtul runt.

XXIX. Fratribus inter se litigantibus, patre mulctaverunt, quod dissidere filios pateretur.

XXX. Peregrinum fidicinem mulctaverunt, qu digitis fides feriret.

XXXI. Duo pueri pugnabant, horum alter alte falce vulnus letale intulit. Cum autem pueri famili res qui pacis componendæ gratia intervenerant, pr mitterent se ultores fore, et percussorem interfectu ros : Nolite, obsecro, inquit : fiet hoc injuste : ide enim ipse facturus eram, si strenuus fuissem, et a tevertissem.

XXXII. Alius pusio, cum appetiisset tempus q lege jubebantur ingenui pueri furari quidquid possen turpe autem habebatur deprehendi : sociis vulpecula furatis, ipsique ut asservaret tradentibus, ubi quæs tum venerunt qui perdiderant, subter tunica abdider bestiam. Quæ cum efferata latus ejus usque ad visce corroderet, tamen se continuit, ne furtivam rem pr deret. Illis deinde digressis cum æquales viderent qu esset perpessus, reprehenderentque factum, præstare d

ἵνα μὴ γένηται καταφανής. Ὡς δὲ ὕστερον ἐκείνων ἐπελθόντων ἐθεάσαντο τὸ γεγονὸς οἱ παῖδες καὶ ἐμέμφοντο, λέγοντες ἄμεινον εἶναι φανερὸν ποιῆσαι τὸ ἀλωπέκιον, ἢ μέχρι θανάτου κρύπτειν, Οὔμενουν, εἶπεν, ἀλλὰ κρεῖττον ταῖς ἀλγηδόσιν τελευτᾶν, ἢ περίφωρον γενόμενον, διὰ μαλακίαν τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι.

33. Περιτυχόντες τινὲς Λάκωσι καθ' ὁδὸν, εἶπον, Εὐτυχήκατε, ἀρτίως ἐντεῦθεν λῃστῶν ἀπιόντων. Οἱ δὲ, Οὐ μὰ τὸν Ἐνυάλιον, ἀλλ' ἐκεῖνοι, μὴ περιτυχόντες ἡμῖν.

34. Λάκων ἐρωτηθεὶς, τί ἐπίσταται, εἶπεν, Ἐλεύθερος εἶναι.

35. Παῖς Σπαρτιάτης αἰχμαλωτισθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως καὶ πραθεὶς, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὑπήκοος ἦν τῷ πριαμένῳ, ὅσα ᾤετο προσήκειν ἐλευθέρῳ ποιεῖν· ὡς δὲ προσέταξεν ἀμίδα κομίζειν, οὐκ ἠνέσχετο, εἰπὼν, Οὐ δουλεύσω· ἐνισταμένου δὲ ἐκείνου, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κέραμον, καὶ εἰπὼν, Εἴσῃ τῆς ὠνῆς· ἔβαλεν ἑαυτὸν κάτω, καὶ ἐτελεύτα.

36. Ἕτερος πωλούμενος, εἰπόντος τινὸς, Χρήσιμος ἔσῃ, ἐὰν ἀγοράσω σε; Κἂν μὴ ἀγοράσῃς, εἶπεν.

37. Ἄλλος αἰχμάλωτος πιπρασκόμενος, τοῦ κήρυκος ἐπιλέγοντος ἀνδράποδον πωλεῖν, Κατάρατε, εἶπεν, οὐκ ἐρεῖς αἰχμάλωτον;

38. Λάκων ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μυῖαν ἔχων ἐπίσημον, καὶ ταύτην οὐ μείζω τῆς ἀληθινῆς, ὡς καταγελῶντές τινες ἔλεγον, ὑπὲρ τοῦ λανθάνειν τοῦτο πεποιήκει, Ἵνα μὲν οὖν, εἶπε, φανερὸς ὦ· οὕτω γὰρ τοῖς πολεμίοις πλησίον προσέρχομαι, ὥστε τὸ ἐπίσημον, ἡλίκον ἐστὶν, ὑπ' αὐτῶν ὁρᾶσθαι.

39. Ἕτερος, ἐν συμποσίῳ προσενεχθείσης λύρας, Οὐ Λακωνικὸν, εἶπε, τὸ φλυαρεῖν.

40. Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς, εἰ ἀσφαλὴς ἡ εἰς Σπάρτην ὁδὸς, εἶπεν, Ὁποῖος καθίσεις· οἱ μὲν γὰρ λέοντες βαδίζοντες ἀποκλαίοντι, τοὺς δὲ λαγὼς ἐπὶ τᾷ σκηνᾷ θηρεύομες.

41. Ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος τοῦ προστραχηλίζοντος κενοσπούδως, καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπειδὴ τῷ σώματι ἐλείπετο ὁ προσπεσὼν, ἔδακε τὸν βραχίονα· καὶ ὁ ἕτερος εἶπε, Δάκνεις, ὦ Λάκων, ὥσπερ αἱ γυναῖκες· Οὔμενουν, εἶπεν ἅτερος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες.

42. Χωλὸς ἐπὶ πόλεμον ἐξιὼν καὶ διαγελώμενος, εἶπεν, Οὐ φευγόντων δεῖ, ἀλλ' ἱσταμένων καὶ τὴν τάξιν τηρούντων.

43. Ἕτερος τοξευθεὶς καὶ τὸν βίον ἐκλείπων, ἔλεγεν, Οὐ μέλει μοι τοῦτο, ὅτι ἀποθανοῦμαι, ἀλλ' ὅτι ὑπὸ γύννιδος τοξότου καὶ μηδὲν πράξας.

44. Εἰς πανδοχεῖόν τις καταλύσας καὶ δοὺς ὄψον τῷ πανδοκεῖ σκευάσαι, ὡς ἅτερος τυρὸν ᾔτει καὶ ἔλαιον, Τί, ἔφη, εἰ τυρὸν εἶχον, ἔτι ἂν ἐδεόμην ὄψου;

45. Πρὸς δὲ τὸν μακαρίζοντα Λάμπιν τὸν Αἰγινήτην, διότι ἐδόκει πλουσιώτατος εἶναι ναυκλήρια πολλὰ ἔχων,

centes vulpeculam detegere, quam usque ad mortem occultare: Nequaquam, inquit; nam moriendum potius fuit in doloribus, quam furti compertum ob mollitiem vita turpiter potiri.

XXXIII. Obvii quidam in itinere facti Laconibus dicebant, Favit vobis fortuna; jam enim latrones hinc discesserunt; responderunt: Non, per Martem! sed latronibus fuit secunda, quod in nos ii non inciderunt.

XXXIV. Laco quid sciret interrogatus, respondit: Liber esse.

XXXV. Puer Spartanus captus a rege Antigono et venditus, omnibus in rebus emptori morem gessit, quas libero convenire putabat: jussus autem matulam afferre, recusavit, serviturum se negans: et, urgente domino, tectum conscendit, fatusque, Scies quid emeris, præcipitem se inde dedit, ac vita decessit.

XXXVI. Alius cum venderetur, quærenti, Probusne eris, si te emero? respondit: Etiam si non emeris.

XXXVII. Alius captivus cum venderetur, et præco proclamaret, Mancipium vendo: Sceleste, inquit, cur non dicis captivum?

XXXVIII. Laco quidam clypeum musca insigniverat, non excedente vivæ muscæ quantitatem. Cum deridentes eum nonnulli dicerent latendi causa ab eo factum hoc esse: Imo, inquit, ut agnoscar; ita enim prope ad hostes accedo, ut cernere possint insignis mei quantitatem.

XXXIX. Alius allata in convivio lyra dixit: Non est Laconicum nugari.

XL. Spartanus interrogatus an tuta esset Spartam via, respondit: Pro eo atque descenderis; leones enim venatum prodimus, lepores in latebris venamur.

XLI. In lucta quidam cum apprehensus collo, adversarium dejicere frustra conatus, ad terram detraheretur, neque corpus sustinere posset, colluctantis brachium momordit; cumque hic diceret, Mordes, ô Laco, sicut mulieres, respondit: Nequaquam, sed ut leones.

XLII. Claudus in militiam proficiscens cum derideretur, dixit: Non fugientibus opus est, sed stantibus et locum suum tuentibus.

XLIII. Alius sagitta ictus cum animam ageret, aiebat, Non mortem sibi molestam esse, sed quod nulla re gesta necatus esset ab effeminato sagittario.

XLIV. Quidam cum in diversorium publicum se recepisset, cauponi, cui apparandum dederat obsonium, caseum oleumque poscenti: Quid, inquit, si caseum haberem, an præterea obsonium requirerem?

XLV. Felicem prædicanti Lampidem Æginetam, quod prædives putabatur ob multarum negotiationibus

Λάκων εἶπεν, Οὐ προσέχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένῃ.

46. Εἰπόντος δέ τινος Λάκωνι, ὅτι ψεύδεται, ἀπεκρίνατο, Ἐλεύθεροι γὰρ εἰμές· οἱ δ' ἄλλοι, αἴκα μὴ τὰ ἀληθῆ λέγοντι, οἰμώξονται.

47. Προθέμενός τις νεκρὸν στῆσαι ὄρθιον, ὡς πάντα ποιῶν οὐκ ἠδύνατο, Νὴ Δία, εἶπεν, ἔνδον τι εἶναι δεῖ.

48. Τύννιχος, Θρασυβούλου τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος, εὐρώστως ἤνεγκε· καὶ ἐπίγραμμα εἰς τοῦτον ἐγένετο,

*Τὰν Πιτάναν Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
δεικνὺς ἀντία πάντα· τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
θεὶς ἐπὶ πυρκαϊὴν Τύννιχος εἶπε τάδε,
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

49. Ἀλκιβιάδῃ τῷ Ἀθηναίῳ βαλανέως ἐπὶ πλεῖστον παραχέοντος ὕδωρ, Λάκων εἶπε, Τί τοῦτο ὡς οὐ καθαρῷ; σφόδρα δὲ ὡς ῥυπαρῷ πλεῖον παράχει.

50. Φίλιππος ὅτε ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι, εἶπε δὲ πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν, Τί νῦν ποιήσετε, ὦ Λάκωνες; Τί γὰρ, ἔφη, ἄλλο, ἢ ἀνδρείως ἀποθανούμεθα; μόνοι γὰρ ἡμεῖς Ἑλλήνων ἐλεύθεροι εἶναι καὶ μὴ ὑπακούειν ἄλλοις ἐμάθομεν.

51. Μετὰ δὲ τὴν Ἄγιδος ἧτταν ὁμήρους αἰτοῦντος Ἀντιπάτρου πεντήκοντα παῖδας, Ἐτεοκλῆς ἐφορεύων εἶπε, Παῖδας μὲν οὐ δώσειν, ἵνα μὴ ἀπαίδευτοι γένωνται, τῆς πατρίου ἀγωγῆς ἀτακτήσαντες· οὐδὲ πολῖται γὰρ ἂν εἴησαν· πρεσβύτας δ' ἢ γυναῖκας, εἰ βούλοιτο, διπλασίους δώσειν. Ἀπειλοῦντος δ' αὐτοῦ δεινὰ, εἰ μὴ λάβοι, ἀπεκρίναντο κοινῇ, Ἐὰν χαλεπώτερα θανάτου ἐπιτάττῃς, εὐκολώτερον ἀποθανούμεθα.

52. Πρεσβύτης ἐν Ὀλυμπίᾳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος προθυμούμενος θεάσασθαι, καθέδρας ἠπόρει· πολλοὺς δ' ἐπιπορευόμενος τόπους, ὑβρίζετο καὶ ἐσκώπτετο, μηδενὸς αὐτὸν παραδεχομένου· ὡς δὲ κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους ἧκεν, ἀνέστησαν πάντες οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν, τοῦ τόπου ἐκχωροῦντες· τῶν δὲ Πανελλήνων ἐπισημειωσαμένων κρότῳ τὸ ἔθος καὶ ὑπερεπαινούντων, ὁ πρεσβύτης

Κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,

καὶ δακρύσας, Οἴμοι τῶν κακῶν, φησὶν, ὡς ἅπαντες μὲν οἱ Ἕλληνες ἐπίστανται τὰ καλὰ, χρῶνται δ' αὐτοῖς μόνοι Λακεδαιμόνιοι. Φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ Ἀθήνησι τὸ αὐτὸ ἐγένετο· Παναθηναίων γὰρ ὄντων οἱ Ἀττικοὶ γέροντα προεπηλάκιζον, προσκαλούμενοι μὲν ὡς παραδεξόμενοι, εἰ δὲ παραγένοιτο, οὐ προσδεχόμενοι· ὡς δὲ διεξιὼν σχεδὸν ἅπαντας, ἐγένετο κατὰ τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων θεωροὺς, ἅπαντες τῶν βάθρων ἀναστάντες, τοῦ τόπου παρεχώρουν· ἀγασθεὶς δὲ ὁ ὄχλος ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἐκρότησε μετὰ πολλῆς ἐπισημασίας,

destinatarum navium possessionem, Laco quidam dixit: Non moveor felicitate a funibus pendente.

XLVI. Laco ei qui mentiri ipsum dicebat: Quia enim, inquit, liberi sumus: reliqui, nisi vera dicant, ejulabunt.

XLVII. Intendebat quidam cadaver rectum constituere; cum autem omnia experto res non succederet: Profecto, inquit, oportebat aliquid intus esse.

XLVIII. Tynnichus Thrasybuli filii mortem magno tulit animo: exstatque in hunc tale epigramma:

Exanimis Pitanam Thrasybulus in aspide venit,
Argivi septem vulnera cui dederant,
cuncta gerens adversa: rogo pater huncce cruentum
Tynnichus imponens protulit ista senex:
Florentur timidi: te, fili, siccus humabo
lumina, qui meus es, qui Lacedæmonius.

XLIX. Cum Alcibiadi Atheniensi plurimum aquæ præberet balneator, Laco dixit: Quid hoc? ut mundo multum affundis, ut sordido plus affunde.

L. Philippus cum in Laconicam irrupisset, Spartanisque universis videretur exitium imminere, dixit cuidam Spartano, Quid nunc facietis, Lacones? respondit is: Quid aliud, quam moriemur fortiter? soli enim Græcorum nos liberi esse, et non obedire aliis didicimus.

LI. Post cladem duce Agide acceptam, cum Antipater obsidum loco posceret quinquaginta pueros, Eteocles tum ephorus daturum se eos negavit, ne male educarentur, et ab institutis patriæ desciscentes civitati incommodi fierent: senum autem aut mulierum duplum, si vellet, numerum obtulit. Cumque Antipater atrocia minaretur, nisi darentur, publico nomine respondit: Si difficiliora morte imperas, facilius nobis erit mori.

LII. Senex quidam Olympiæ commissum certamen spectare cupiens, sedem non inveniebat; cumque multa obiret loca, a nemine admissus contumeliis insuper dicteriisque exagitabatur: cum autem ad Lacedæmonios venisset, omnes ei pueri assurrexerunt, multique viri, loco cedentes. Quem morem universis Græcis plausu approbantibus, summisque laudibus ferentibus, senex iste,

Concutiens canam barbamque et tempora cana,

et lacrimatus, Proh, inquit, calamitatem! norunt omnes Græci quid sit honestum, sed eo soli utuntur Spartani. Idem aiunt Athenis quoque evenisse. Cum enim agerentur Panathenæa, Attici senem contumeliose vexabant vocantes ut locum daturi, neque tamen, si accessisset, recipientes: qui cum pene præter omnes ivisset, ut venit ad eos qui Lacedæmone spectatum missi erant, universi relictis subselliis locum dederunt ei. Quod factum cum populus magno cum plausu et admiratione approbasset,

αί τις εἶπε τῶν Σπαρτιατῶν, Νὴ τὼ Σιὼ, ἴσασι μὲν ἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλὰ, οὐ πράσσουσι δέ.

53. Ἐπαίτης ᾔτησε Λάκωνα· Ἀλλὰ εἰ δοίην σοι, ἔφη, ἄλλον πτωχεύσεις· τῆς δὲ ἀσχημοσύνης σου ταύτης, πρῶτος μεταδοὺς, αἴτιος, ἀργόν σε ποιήσας.

54. Λάκων ἰδὼν ἀγείροντά τινα θεοῖς, Οὐδὲν, εἶπε, ροντίζειν θεῶν πτωχοτέρων ἑαυτοῦ.

55. Λαβών τις μοιχὸν ἐπ' αἰσχρᾷ γυναικὶ, Ἄθλιε, ἶπε, τίς τοι ἀνάγκα;

56. Ἄλλος ἀκούων ῥήτορος μεγάλας στρέφοντος εριόδους, Ἀλλὰ νὴ τὼ Σιὼ, εἶπεν, ἀνδρεῖός γε ὁ νθρωπος πρὸς οὐδὲν ὑποκείμενον εὖ στροβιλοῖ τὴν λῶσσαν.

57. Εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενός τις, καὶ τὴν ρὸς τοὺς πρεσβύτας τῶν νέων τιμὴν θεασάμενος, Ἐν πάρτῃ μόνῃ, εἶπε, λυσιτελεῖ γηράσκειν.

58. Ἐρωτηθεὶς Λάκων, ὁποῖός ἐστι Τυρταῖος ὁ οιητὴς, Ἀγαθὸς, εἶπε, κακανεῖν νέων ψυχάς.

59. Ἕτερος ἀλγῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξῄει ἐπὶ πόλεμον· λεγόντων δὲ αὐτῷ τινῶν, Ποῦ ἄπει οὕτως ἔχων, τί ποιήσων; Κἂν μηδὲν ἕτερον πράξω, ἔφη, πολεμίου δὲ μάχαιραν ἀμβλυνῶ.

60. Βοῦρις καὶ Σπέρτις Λακεδαιμόνιοι πορευθέντες θελονταὶ πρὸς Ξέρξην τὸν Περσῶν βασιλέα ἐπὶ τιμωρίᾳ, ἣν ὤφειλεν ἡ Λακεδαίμων κατὰ χρησμὸν, διότι κήρυκας πεμφθέντας ἀπὸ τοῦ Πέρσου ὡς αὐτοὺς ἀπέκτειναν· ἐλθόντες πρὸς τὸν Ξέρξην, ἐκέλευον ὃ βούλεται τρόπῳ διαχρήσασθαι αὐτοὺς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀγασθεὶς ἀπέλυσε τοὺς ἄνδρας, καὶ ἠξίου μένειν παρ' αὐτῷ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφασαν, υναίμεθα ζῆν ἐνταῦθα, πατρίδα καταλιπόντες καὶ νόμους, καὶ τούτους τοὺς ἄνδρας, ὑπὲρ ὧν τοσαύτην ἤλθομεν ὁδὸν ἀποθανούμενοι; Ἰνδάρνου δὲ τοῦ στρατηγοῦ πὶ πλέον δεομένου, καὶ λέγοντος τεύξεσθαι αὐτοὺς τῆς σης τιμῆς τοῖς μάλιστα ἐν προαγωγῇ φίλοις τοῦ βασιλέως, ἔφησαν, Ἀγνοεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἡλίκον ἐστὶ τὸ τῆς ἐλευθερίας, ἧς οὐκ ἂν ἀλλάξαιτό τις νοῦν ἔχων τὴν Περσῶν βασιλείαν.

61. Λάκων, ἐπεὶ τῇ μὲν προτέρᾳ ἡμέρᾳ ὁ ξένος αὐτὸν ἐξέκλινε, τῇ δ' ἑξῆς στρώματα χρησάμενος δαψιλῶς ὑπεδέχετο, ἐπιβὰς τοῖς στρώμασι, κατεπάτει, ἐπιλέγων, Διὰ ταῦτα ἐχθὲς οὐδ' ἐπὶ ψιάθου ὑπνωκέναι.

62. Ἕτερος ἐλθὼν εἰς Ἀθήνας καὶ ὁρῶν τοὺς Ἀθηναίους τὸ τάριχος ἀποκηρύττοντας καὶ τὸ ὄψον, καὶ τελωνοῦντας, καὶ πορνοβοσκοῦντας, καὶ ἕτερα ἔργα ἀσχήμονα πράττοντας, καὶ μηδὲν αἰσχρὸν ἡγουμένους· ὅτε ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα, τῶν πολιτῶν πυνθανομένων αὐτοῦ, ποῖά τινα τὰ ἐν Ἀθήναις, Πάντα, εἶπε, καλά· εἰρωνευόμενος, καὶ παριστὰς, ὅτι πάντα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καλὰ νομίζεται, αἰσχρὸν δὲ οὐδέν.

63. Ἄλλος ἐρωτώμενος περί τινος, ἀπεκρίνατο, Οὔ· ὡς δὲ ὁ ἐρωτήσας ἀπεκρίνατο ὅτι Ψεύδῃ, Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι μάταιος εἶ περὶ ὧν ἐπίστασαι ἐρωτῶν.

64. Ἧκόν ποτε κατὰ πρεσβείαν Λάκωνες πρὸς

Spartanus quidam : Per Castores, inquit, norunt Athenienses quid sit honestum, sed non agunt.

LIII. Mendicus a Lacone stipem petebat; hic vero : Si darem, inquit, tibi, eo magis mendicares; nam huic tuæ deformitati causam præbuit is qui primus tibi dedit, eoque te ignavum reddidit.

LIV. Laco videns quemdam diis stipem colligentem: Non curo, ait, deos me pauperiores.

LV. Quidam cum deprehendisset adulterum cum uxore deformi: Infelix, inquit, quæ te hoc coegit necessitas?

LVI. Alius rhetorem audiens magnas torquentem conversiones orationis : Æcastor, inquit, fortis iste homo est, in nulla materia tam bene volvens linguam.

LVII. Quidam cum venisset Spartam, ac cerneret quem honorem senibus juniores haberent, Hac sola in urbe dixit expedire fieri senem.

LVIII. Laco interrogatus qualis esset Tyrtæus poeta: Utilis, respondit, ad blande ducendos juvenum animos.

LIX. Alius ex oculis laborans ad pugnam ibat : interrogatus quo iret, aut quid facturus, qui hoc modo esset affectus : Si nihil aliud agam, inquit, hostis saltem gladium hebetabo.

LX. Buris et Spertis Lacedæmonii sponte sua profecti sunt ad Xerxem Persarum regem, pœnas persoluturi, quas ex oraculo debebat Lacedæmon ob interfectos præcones Persæ ad civitatem missos. Ut ad regem venerunt, jusserunt eum ipsos quo vellet modo pro Lacedæmoniis interficere. Absoluti a rege virtutem eorum admirante, rogatique ut secum manerent, dixerunt : At qui possemus hic vivere, patria legibusque relictis, iisque viris pro quibus morituri tantum confecimus iter? Indarno duce impensius orante, ac promittente æquali eos in honore fore cum primariis regis amicis, responderunt : Videre nobis ignorare, quanta res sit libertas, quam qui sapit, non permutaret Persarum regno.

LXI. Lacon hospite, qui pridie ipsum declinaverat, splendide cum precario sumpta veste stragula excipiente, pedibus vestem stragulam calcavit, inquiens : Propter ista heri ne in storea quidam dormivi.

LXII. Alius cum Athenas venisset, videretque Athenienses salsamenta et obsonia præcone proclamante vendere, vectigalia exigere, lenocinium exercere, multaque alia parum decora agere, nihilque inhonestum ducere : reversus in patriam, civibus interrogantibus, Quales Athenis res essent, respondit : Omnia pulchra; per jocum et simulationem significans, apud Athenienses omnia pulchra putari, turpe nihil.

LXIII. Alius quadam de re interrogatus, negavit; et cum qui interrogaverat responderet, Mentiris : Viden', inquit, vanum te esse hominem, qui interroges de re tibi nota?

LXIV. Venerunt aliquando legati Lacones ad Ly-

Αὔγδαμιν τὸν τύραννον· ὡς δ' ἐκεῖνος ὑπερτιθέμενος πολλάκις συντυχεῖν ἀνεβάλλετο, τὸ δ' ἐπὶ πᾶσι μαλακῶς ἔχειν αὐτὸν ἔφη τις, οἱ πρέσβεις, Λέγε αὐτῷ, εἶπον, ὅτι μὰ τοὺς θεοὺς οὐ παλαισόμενοι πρὸς αὐτὸν ἐληλύθαμεν, ἀλλὰ διαλεχθησόμενοι.

65. Λάκωνά τινά τις μυσταγωγῶν ἠρώτα, τί πράξας ἑαυτῷ σύνοιδεν ἀσεβέστατον· ὁ δὲ, Γινώσκουσιν οἱ θεοὶ, ἔφη· ἐπικειμένου δὲ μᾶλλον, καὶ λέγοντος, Πάντως σε δεῖ εἰπεῖν· ὁ Λάκων ἀντηρώτησε, Τίνι με δεῖ εἰπεῖν, σοὶ ἢ τῷ θεῷ; τοῦ δὲ εἰπόντος, Τῷ θεῷ· Σὺ τοίνυν, ἔφη, ἀποχώρησον.

66. Ἕτερος νυκτὸς μνῆμα παριὼν καὶ φαντασιωθεὶς δαιμόνιόν τι, ἐπέδραμε τῇ λόγχῃ διαράμενος, καὶ ἐναπερείδων, εἶπε, Πῆ με φεύγεις, δὶς ἀποθανουμένα ψυχά;

67. Ἄλλος εὐξάμενος ἀπὸ τοῦ Λευκάτα ῥίπτειν ἑαυτον, ἀνέβη, καὶ ὑπέστρεψεν ἰδὼν τὸ ὕψος· ὀνειδιζόμενος δὲ εἶπεν, Οὐκ ᾤμαν τὰν εὐχὰν ἄλλας μείζονος εὐχᾶς δεῖσθαι.

68. Ἄλλος ἐπὶ παρατάξεως τῷ πολεμίῳ τὸ ξίφος καταφέρειν μέλλων, ἐπεὶ τὸ ἀνακλητικὸν ἐσήμηνεν, οὐκ ἔτι κατήνεγκε· πυθομένου δέ τινος, διὰ τί τὸν ἐχθρὸν ἔχων ὑποχείριον, οὐκ ἀπέκτεινας; Ὅτι, ἔφη, βέλτιόν ἐστι τοῦ φονεύειν τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι.

69. Λάκωνί τινι ἡττωμένῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ, εἶπέ τις, Ὁ ἀνταγωνιστής, ὦ Λάκων, ἐγένετό σου κρείσσων· Οὔμενουν, ἔφη, ἀλλὰ καββαλικώτερος.

gdamin tyrannum. Qui cum aliquoties colloquio diem produxisset, tandemque indicari juberet valetudine se non satis esse firma, responderunt : Atqui per deos non colluctatum advenimus, sed collocutum.

LXV. Laconem quidam sacris initians, dicere jubebat cujus maximi sceleris sibi ipsi conscius esset : respondit Laco, Diis id notum esse : instantemque et omnino profitendum esse dicentem, interrogavit, Cui ergo id indicandum est? tibine an deo? cum responderet, Deo : Tu ergo, inquit, interim recede.

LXVI. Alius noctu sepulcrum præteriens, spectrumque imaginatus, hasta irruit, eaque id trajecit dicens : Quo fugis, anima bis moritura?

LXVII. Alius cum vovisset se præcipitem a Leucata sese daturum, altitudine conspecta abiit retro : cumque id ei vitio verteretur, dixit : Non putaveram hoc votum alio majore voto indigere.

LXVIII. Alius in prælio gladium hosti jam incussurus, cum audiret receptui cani, ictum non intulit. Interrogatus, Cur pepercisti hosti quem necare potuisses? respondit : Quia melius est imperatori parere quam interficere.

LXIX. Laco quidam ad Olympiam victus, dicenti, Colluctator tuus te fuit melior : Nequaquam, inquit, sed dejiciendi peritior.

ΤΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ.

1. Τῶν δὲ εἰσιόντων εἰς τὰ συσσίτια ἑκάστῳ δεικνύων ὁ πρεσβύτατος τὰς θύρας, Διὰ τούτων, φησὶν, οὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος.

2. Δοκιμαζομένου μάλιστα παρ' αὐτοῖς τοῦ μέλανος λεγομένου ζωμοῦ, ὥστε μὴ κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, παραχωρεῖν δὲ τοὺς νεανίσκους, λέγεται Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος τούτου χάριν Λακωνικὸν μάγειρον πρίασθαι καὶ προστάξαι σκευάσαι αὐτῷ μηδενὸς φειδόμενον ἀναλώματος· ἔπειτα γευσάμενον καὶ δυσχεράναντα ἀποπτύσαι· καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν, * Ὦ βασιλεῦ, τοῦτον δεῖ τὸν ζωμὸν γυμνασάμενον Λακωνικῶς, καὶ τῷ Εὐρώτᾳ λελουμένον ἐποψᾶσθαι.

3. Πιόντες οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς συσσιτίοις μετρίως, ἀπίασι δίχα λαμπάδος· οὐ γὰρ ἔξεστι πρὸς φῶς βαδίζειν οὔτε ταύτην οὔτε ἄλλην ὁδὸν, ὅπως ἐθίζωνται σκότους καὶ νυκτὸς εὐθαρσῶς καὶ ἀδεῶς ὁδεύειν.

4. Γράμματα ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον· τῶν δὲ ἄλλων παιδευμάτων ξενηλασίαν ἐποιοῦντο, οὐ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ λόγων. Ἡ δὲ παιδεία ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς, καὶ καρτερεῖν πονοῦντα, καὶ μαχόμενον νικᾶν ἢ ἀποθνήσκειν.

ANTIQUA INSTITUTA LACONICA.

I. Ingredientium in syssitia unicuique maximus natu ostendens januam : Per has, aiebat, nullus effertur sermo.

II. Maxime apud eos probabatur jus atrum quod vocabant, ita ut seniores carnem non requirerent, sed eam adolescentibus concederent. Ejus gratia fertur Dionysius Siciliæ tyrannus Laconicum coquum emisse, ac jussisse ut nulli parcens impendio jus illud coqueret : coctum autem cum gustasset, indignatum exspuisse; tum ei coquum dixisse : O rex, corpore prius Laconicum in morem exercitato, et abluto in Eurota jus istud cœnandum est.

III. Lacones ubi mediocriter in Syssitiis biberunt, domum absque face abeunt. Non enim licet iis vel hanc vel aliam viam ire cum lumine, ut assuescant in tenebris et noctu audacter et sine pavore ambulare.

IV. Litteras usus gratia discebant : reliquas disciplinas urbe sua exigebant, ut et peregrinos homines. Institutio ipsis erat bene obtemperandi, labores tolerandi, et in pugna aut vincendi aut moriendi.

5. Διετέλουν δὲ καὶ ἄνευ χιτῶνος, ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες, αὐχμηροὶ τὰ σώματα, καὶ λουτρῶν καὶ ἀλειμμάτων κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπεχόμενοι.

6. Ἐκάθευδον δὲ οἱ νέοι ὁμοῦ κατ' ἴλην καὶ κατὰ ἀγέλην ἐπὶ στιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν, τοῦ παρὰ τῷ Εὐρώτᾳ πεφυκότος καλάμου τὰ ἄκρα ταῖς χερσὶν ἄνευ σιδήρου κατακλάσαντες· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τοὺς λεγομένους λυκοφώνας ὑπεβάλλοντο καὶ κατεμίγνυσαν ταῖς στιβάσι, θερμαντικὸν ἔχειν τι τῆς ὕλης δοκούσης.

7. Ἐρᾶν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων παίδων ἐφίετο· τὸ δὲ πλησιάζειν, αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν.

8. Ἔθος ἦν καὶ τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἐρωτᾶσθαι, ποῦ πορεύονται, καὶ ἐπὶ τί· καὶ τὸν μὴ ἀποκρινόμενον, ἢ προφάσεις πλέκοντα, ἐπιπλήττειν· ὁ δὲ μὴ ἐπιπλήττων παρόντος αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα, ἔνοχος ἦν τῷ ἴσῳ ἐπιτιμίῳ ὥσπερ καὶ ὁ ἁμαρτών· καὶ ὁ δυσχεραίνων δὲ, εἰ ἐπιτιμῷτο, ἐν μεγάλῳ ὀνείδει ἦν.

9. Εἴ τις φωραθείη ἁμαρτάνων, ἔδει τοῦτον βωμόν τινα τῶν ἐν τῇ πόλει κύκλῳ περιιέναι, ψόγον ᾄδοντα πεποιημένον εἰς ἑαυτόν· ὅπερ ἦν οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐπιπλήττειν αὐτὸν ἑαυτῷ.

10. Καὶ τοὺς νέους δὲ, οὐ μόνον τοὺς ἰδίους αἰδεῖσθαι πατέρας, καὶ ὑπηκόους τούτοις εἶναι, ἀλλὰ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἐντρέπεσθαι, καὶ ὁδῶν ὑποχωροῦντας καὶ καθέδρας ὑπεξισταμένους, καὶ παρόντων ἡσυχάζοντας. Διὸ καὶ ἦρχεν ἕκαστος, οὐχ ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, τῶν αὑτοῦ τέκνων καὶ δούλων καὶ κτημάτων· ἀλλ' ὥσπερ τῶν αὑτοῦ, καὶ τῶν τοῦ πλησίον, ὅπως ὅτι μάλιστα κοινωνῶσι καὶ φροντίζωσιν ὡς ἰδίων.

11. Παῖς δὲ ὑπό τινος κολασθεὶς, εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας· ἐπίστευον γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς πατρίου ἀγωγῆς μηδὲν αἰσχρὸν προστάξαι τοῖς τέκνοις.

12. Κλέπτουσι δὲ οἱ νέοι καὶ τῶν σιτίων ὅ τι ἂν δύνωνται, μανθάνοντες εὐφυῶς ἐπιτίθεσθαι τοῖς καθεύδουσιν, ἢ ῥαθύμως φυλάσσουσι· τῷ δὲ ἁλόντι ζημία πληγαὶ καὶ τὸ πεινῆν. Γλίσχρον γὰρ αὐτοῖς ἐστι δεῖπνον, ὅπως δι' αὐτῶν ἀμυνόμενοι τὴν ἔνδειαν ἀναγκάζωνται τολμᾶν καὶ πανουργεῖν.

13. Τὸ δὲ ἔργον τῆς σιτοδείας, διά τε ταῦτα γλίσχρον ἦν, καὶ ἵν' ἐθίζωνται μηδέποτε γίνεσθαι πλήρεις, δύνασθαι δὲ πεινῆν· οὕτω γὰρ ᾤοντο καὶ ἐν πολέμῳ χρησιμωτέρους ἔσεσθαι, εἰ δύναιντο καὶ ἀσιτήσαντες ἐπιπονῆσαι· καὶ ἐγκρατεστέρους δὲ καὶ εὐτελεστέρους, εἰ πλείω χρόνον διάγοιεν ἀπὸ μικρᾶς δαπάνης· τὴν δ' ἀνοψίαν ὑποφέρειν, ᾧ βρῶμα τὸ τυχὸν προσφέρεσθαι ᾤοντο ὑγιεινότερα τὰ σώματα ἀπὸ τῆς ἐλλειπούσης ποιεῖν τροφῆς, καὶ αὔξειν εἰς βάθος καὶ πλάτος, μὴ πιεζόμε-

V. Permanebant absque toga, et unicam in annum sumebant tunicam, squalidi corpora, et plerumque lavacris unctioneque abstinentes.

VI. Simul dormiebant adolescentes gregatim ac turmatim in toris, quos ipsi congerebant arundinum quas Eurotas fert, summa manibus sine ferro defringentes. Hyeme lycophonas quos vocant substernebant, et toris permiscebant, quod ista materia vim calefaciendi putabatur habere.

VII. Permissum erat amare pueros præclara indole præditos : sed turpe judicabatur, si quis ab animo ad corpus amorem transferret : et qui polluisse aliquem crederetur, is infamis per omnem vitam habebatur.

VIII. Mos erat porro ut juniores a senioribus interrogarentur, quorsum irent, et cujus rei gratia : ac qui non responderet, vel prætextus necteret, objurgaretur. Qui se præsente peccantem non castigaret verbis, in eadem erat culpa cum delinquente : et qui ægre ferret se increpari, in magno erat probro.

IX. Qui in aliquo delicto deprehendebatur, cogebatur aram quamdam urbis in orbem circuire, compositamque sui ipsius vituperationem cantare. Quod nihil erat aliud, quam ipsum a se ipso objurgari.

X. Condocefaciebant pueros, ut non suos modo parentes revererentur, iisque obedirent, sed et omnes alios senes, iisque et de via decederent, et de sedibus assurgerent, et præsentibus quiescerent. Quo factum est, ut quisque præesset, non ut aliis in civitatibus, suis tantum liberis, servis, atque bonis, sed ut de suis, ita et de vicini rebus curam gereret : ut quam maxime inter se communia haberent omnia, et tanquam propria quivis procuraret.

XI. Puer punitus ab aliquo si id ad patrem deferret, turpe erat patri non alia porro addere verbera : ex patria enim quisque disciplina persuasum sibi habebat, nihil quemquam pueris inhonestum mandare.

XII. Furabantur adolescentes etiam cibi quidquid poterant, discentes callide insidiari dormientibus, aut negligenter sua asservantibus. Deprehensi pœna erant plagæ et fames. Cœna enim tenuis dabatur, ut suapte opera inopiam profligare coacti, auderent et astuti fierent.

XIII. Cum hac de causa parce cibus dabatur, tum ut assuescerent nunquam repleri, sed famem posse ferre. Sic enim existimabant eos et in bello majori fore usui, si etiam post inediam nossent laborare : et temperantiores atque frugaliores, si in longius tempus sumptus exiguus sufficeret. Et si absque obsonio cibus proximus quisque usurparetur, id ad augendam corporum sanitatem censebant conducere, cum corpora possent in altum ac profundum ali, neque obstaret nutrimentum

νον ἐπαίρειν εἰς ὕψος τὰ σώματα· καὶ καλὰ δὲ ποιεῖν· τὰς γὰρ ἰσχνὰς καὶ διακένους ἕξεις ὑπακούειν πρὸς τὴν διάρθρωσιν, τὰς δὲ πολυτρόφους, διὰ βάρος ἀντιβαίνειν.

14. * Ἐσπούδαζον δὲ καὶ περὶ τὰ μέλη καὶ τὰς ᾠδὰς οὐδὲν ἧττον· κέντρον δ' εἶχε ταῦτα ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ φρονήματος, καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πρακτικῆς· καὶ ἡ λέξις ἦν ἀφελὴς καὶ ἄθρυπτος· οὐδὲν δ' ἕτερον εἶχεν ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν καὶ κακοδαίμονα βιούντων βίον· ἐπαγγελία τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετὴν πρέπουσα ταῖς ἡλικίαις.

15. Τριῶν οὖν χορῶν ὄντων κατὰ [τὰς] τρεῖς ἡλικίας, καὶ συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος ᾖδεν,

Ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι·

εἶτα ὁ τῶν ἀκμαζόντων ἀνδρῶν, ἀμειβόμενος,

Ἄμες δέ γ' ἐσμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο·

ὁ δὲ τρίτος, ὁ τῶν παίδων,

Ἄμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.

16. Καὶ οἱ ἐμβατήριοι δὲ ῥυθμοὶ παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ θαῤῥαλεότητα καὶ ὑπερφρόνησιν θανάτου, οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς καὶ πρὸς αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις· ὁ γὰρ Λυκοῦργος παρέζευξε τῇ κατὰ πόλεμον ἀσκήσει τὴν φιλομουσίαν, ὅπως τὸ ἄγαν πολεμικὸν τῷ ἐμμελεῖ κερασθὲν, συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν ἔχῃ· διὸ καὶ ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο ταῖς μούσαις ὁ βασιλεὺς, ἵνα λόγου ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις οἱ μαχόμενοι καὶ μνήμης εὐκλεοῦς.

17. Εἰ δέ τις παραβαίνοι τι τῆς ἀρχαίας μουσικῆς, οὐκ ἐπέτρεπον· ἀλλὰ καὶ τὸν Τέρπανδρον ἀρχαϊκώτερον ὄντα καὶ ἄριστον τῶν καθ' ἑαυτὸν κιθαρῳδῶν, καὶ τῶν ἡρωϊκῶν πράξεων ἐπαινέτην, ὅμως οἱ ἔφοροι ἐζημίωσαν, καὶ τὴν κιθάραν αὐτοῦ προσεπαττάλευσαν φέροντες· ὅτι μίαν μόνην χορδὴν ἐνέτεινε περισσοτέραν, τοῦ ποικίλου τῆς φωνῆς χάριν· μόνα γὰρ τὰ ἁπλούστερα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον. Τιμοθέου δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Κάρνεια, εἷς τῶν ἐφόρων μάχαιραν λαβὼν ἠρώτησεν αὐτὸν, ἐκ ποτέρου τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς πλείους τῶν ἑπτὰ χορδῶν.

18. Τῶν δὲ τάφων ἀνεῖλε τὴν δεισιδαιμονίαν ἅπασαν ὁ Λυκοῦργος, ἐν τῇ πόλει θάπτειν τοὺς νεκροὺς καὶ πλησίον ἔχειν τὰ μνημεῖα τῶν ἱερῶν συγχωρήσας. Περιεῖλε δὲ καὶ τοὺς μιασμοὺς, συνθάπτειν δὲ οὐδὲν ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας θέντας, τὸ σῶμα περιστέλλειν κατ' ἴσον ἅπαντας· ἀνεῖλε δὲ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς τὰς ἐπὶ τῶν μνημείων, πλὴν τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων, καὶ τὰ πένθη καὶ τοὺς ὀδυρμούς.

19. Ἀποδημεῖν δὲ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς, ἵνα μὴ ξενικῶν ἐθῶν καὶ βίων ἀπαιδεύτων μετάσχωσι.

incremento in altitudinem : quin et ad pulchritudinem corporum hoc conferre : gracilem enim et laxum corporis habitum formandis artubus esse obsequentem : cum alimento multo usa ob molem resistant.

XIV. Modulationibus quoque et cantilenis non minus impenderunt studii, quæ stimulum haberent ad excitandum augendumque animum, impetumque et quasi instinctum quemdam ad agendum ingenerarent. Dictio simplex erat minimeque fucata : materia, laudes eorum qui præclare vixissent, ac pro Sparta occubuissent, et beati prædicarentur : item vituperationes eorum qui timide se gessissent, quippe vitam miseram infelicemque degentium : tum exhortatio ad virtutem, et gloriatio ætatibus consentanea.

XV. Tres enim chori erant in festivitatibus pro triplicis ratione ætatis, quorum princeps senum sic canebat :

Olim juventutem nos strenuam egimus :

cui respondebat virorum ætate vigentium chorus :

Fortes sumus nos : fac, si vis, periculum;

tertius puerorum cantabat :

Nos erimus præstantiores plurimo.

XVI. Embaterii quoque moduli ad fortitudinem, audaciam, mortisque contemptum animabant, quibus utebantur cum choris et ad tibiam ducentes in hostem. Lycurgus enim bellicæ exercitationi musicæ adjunxerat studium, ut nimium belli studium modulatione temperatum concinnitatem nancisceretur. Itaque ante pugnam Musis immolabat rex, ut pugnantium forent memorabiles actiones, bonaque dignæ fama.

XVII. Neque patiebantur quemquam priscæ musicæ modum egredi : sed et Terpandrum admodum vetustum citharœdum ac sua ætate fidicinum principem, heroicorumque facinorum laudatorem, mulctaverunt Ephori citharamque ei ademptam in publico affixerunt, quod una chorda amplius intendisset vocis variandæ gratia. Sola enim simplicia probabant carmina. Et cum Timotheus Carneia certaret, unus Ephororum arrepto cultro quæsivit, ab utra parte vellet abscindi nervos qui septem essent plures.

XVIII. Universam de sepulcris superstitionem Lycurgus abstulit, concesso ut in urbe mortui sepelirentur, et monimenta essent templis vicina. Sustulit et pollutiones, et nihil permisit cum cadavere humari: verum illud in punicea veste ac foliis oleæ componi eodem ab omnibus modo jussit. Inscriptiones quoque monimentorum, nisi si quis in bello cecidisset, et luctus ejulationesque abolevit.

XIX. Peregrinando Spartanis interdixit, ne mores peregrinos, vitæque male institutam rationem addiscerent.

20. Καὶ ξενηλασίας δὲ εἰσηγήσατο, ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινος τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι.

21. Τῶν πολιτῶν ὃς ἂν μὴ ὑπομείνῃ τὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, οὐ μετεῖχε τῶν τῆς πόλεως δικαίων.

22. Ἔνιοι δ' ἔφασαν, ὅτι καὶ τῶν ξένων ὃς ἂν ὑπομείνῃ ταύτην τὴν ἄσκησιν τῆς πολιτείας, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Λυκούργου μετεῖχε τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας· πωλεῖν δ' οὐκ ἐξῆν.

23. Τοῖς τῶν πλησίον οἰκέταις ὡς ἰδίοις χρῆσθαι ἔθος ἦν, εἴ που δέοιντο, καὶ κυσὶ καὶ ἵπποις, εἰ μὴ οἱ δεσπόται χρῄζοιεν· καὶ ἐν ἀγρῷ δὲ εἴ τις τινὸς ἐλλιπὴς γενόμενος δεηθείη, ἀνοίξας καὶ βαστάσας τὰ ἐπιτήδεια τοῦ ἔχοντος, τὰ ταμεῖα σημηνάμενος κατέλειπεν.

24. Ἐν τοῖς πολέμοις φοινικίσιν ἐχρῶντο· ἅμα μὲν γὰρ ἡ χρόα δοκεῖ αὐτοῖς ἀνδρικὴ εἶναι, ἅμα δὲ τὸ αἱματῶδες τοῦ χρώματος πλείονα τοῖς ἀπείροις φόβον παρέχειν· καὶ τὸ μὴ εὐπερίφωρον δὲ τοῖς πολεμίοις εἶναι, ἐάν τις αὐτῶν πληγῇ, ἀλλὰ διαλανθάνειν διὰ τὸ ὁμόχρουν, χρήσιμον.

25. Ὅταν στρατηγήματι τοὺς πολεμίους νικήσωσι, βοῦν τῷ Ἄρει θύουσιν· ὅταν δ' ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἀλεκτρυόνα· ἐθίζοντες τοὺς ἡγουμένους οὐ μόνον πολεμικοὺς, ἀλλὰ καὶ στρατηγικοὺς εἶναι.

26.* Ταῖς εὐχαῖς προστιθέασι τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι.

27. Εὐχὴ δ' αὐτῶν, διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλέον οὐδέν.

28. Ἀφροδίτην σέβουσι τὴν ἐνόπλιον· καὶ πάντας δὲ τοὺς θεοὺς θήλεις καὶ ἄρρενας λόγχας ἔχοντας ποιοῦνται, ὡς ἁπάντων τὴν πολεμικὴν ἀρετὴν ἐχόντων.

29. Ἐπιλέγουσι δὲ καὶ παροιμιαζόμενοι,

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν·

ὡς δέον ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεοὺς μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν, ἄλλως δὲ μή.

30. Τοῖς παισὶν ἐπεδείκνυον τοὺς εἵλωτας μεθύσαντας, εἰς ἀποτροπὴν πολυοινίας.

31. Ἔθος ἦν αὐτοῖς μηδὲ κόπτειν τὰς αὐλείους [θύρας], ἀλλ' ἔξωθεν βοᾶν.

32. Στλεγγίσιν οὐ σιδηραῖς, ἀλλὰ καλαμίναις, ἐχρῶντο.

33. Κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἠκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ, μήτε ἐν παιδιᾷ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις.

34. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον, αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν·

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
Ἀσπὶς ἐκείνη
ἐῤῥέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

35. Κόραις καὶ κόροις κοινὰ τὰ ἱερά.

XX. Quin et arcuit Sparta peregrinos, ne in urbem illi se insinuantes malum aliquid cives docerent.

XXI. Si quis civium non pateretur puerorum institutionem, is jure civitatis excludebatur.

XXII. Sunt qui dicant peregrinos quoque huic se institutioni accomodantes, admissos a Lycurgo fuisse in partem civitatis ab initio destinatam. Vendere autem non licuisse.

XXIII. Vicinorum servis itemque canibus et equis, nisi domini usu eorum indigerent, uti licebat tanquam propriis. Sed et rure si quis aliqua re opus haberet, aperto vicini penu inde necessaria auferebat, penuque obsignatum relinquebat.

XXIV. Punicea veste in bellis utebantur. Nam et color virilis videbatur, et ob similitudinem sanguinis formidinem imperitis oblaturus, utilisque ad fallendum hostem ob eamdem rem, si quis vulnus accepisset.

XXV. Cum callido consilio hostem vicissent, bovem Marti mactabant; si aperte, gallum : duces assuefacientes, ut non pugnaces modo, sed callidi etiam fierent.

XXVI. Votis hoc annectebant, posse ferre injurias.

XXVII. Votum autem erat, Pulchra post bona cons-qui : nihil præterea.

XXVIII. Venerem colebant armatam, omnesque alios deos, tam mares quam feminas, hastatos faciebant : omnes eos virtute militari præditos significantes.

XXIX. Proverbio jactabant,

Postquam manum operi admoris, Fortunam invoca :

monentes dei opem implorandum non esse, nisi rem aggressus ipse sis, aliquidque egeris.

XXX. Ut pueros ab ebrietate averterent, servos iis vini plenos demonstrabant.

XXXI. Moris erat apud ipsos, non pulsare ostia, sed foris clamare.

XXXII. Strigilibus non ferreis, sed e calamo factis utebantur.

XXXIII. Comœdias et tragœdias non audiebant, ne vel serio vel joco contra leges dicentibus aures præberent.

XXXIV. Archilochum poetam, cum is venisset Spartam, eadem hora expulerunt, quod in carmine quodam eum scripsisse intellexissent, præstare arma abjicere, quam mori.

Nunc aliquis nostra se ex hostibus aspide jactet,
sub vepre quam reliqui invitus integram.
Illa quidem valeat : nunc ipse a clade superstes
emam suo non deteriorem tempore.

XXXV. Pueris et puellis communia erant sacra.

36. Σκιραφίδαν ἐζημίωσαν οἱ ἔφοροι, ὅτι ὑπὸ πολλῶν ἠδικεῖτο.

37. Σακκοφόρον ἀνεῖλον, διότι παρυφὴν εἰς τὸν σάκκον ἐνέβαλε.

38. Τὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου νεανίσκον ἐπετίμων, ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίστατο.

39. Κηφισοφῶντα, εἰπόντα περὶ τοῦ τυχόντος δύνασθαι ὅλην τὴν ἡμέραν λέγειν, ἐξέβαλον, φάμενοι τὸν ἀγαθὸν μυθητὰν δεῖν τοῖς πράγμασιν ἴσον τὸν λόγον ἔχειν.

40. Οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν, ἱλαροὶ καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπιπλέον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος· καὶ ὁ περιγενόμενος, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι. Καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαστίγωσις· γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος.

41. Ἓν δέ τι τῶν καλῶν καὶ μακαρίων ἐδόκει παρεσκευακέναι τοῖς πολίταις ὁ Λυκοῦργος, ἀφθονίαν σχολῆς· τέχνης μὲν γὰρ ἅψασθαι βαναύσου τὸ παράπαν οὐκ ἔξεστι· χρηματισμοῦ δὲ συναγωγὴν ἔχοντος ἐργώδη καὶ πραγματείας, οὐδ' ὁτιοῦν ἔδει, διὰ τὸ κομιδῆ τὸν πλοῦτον ἄζηλον πεποιηκέναι καὶ ἄτιμον. Οἱ δὲ εἵλωτες αὐτοῖς εἰργάζοντο τὴν γῆν, ἀποφέροντες ἀποφορὰν τὴν ἄνωθεν ἱσταμένην. Ἐπάρατον δ' ἦν πλείονός τινα μισθῶσαι, ἵνα ἐκεῖνοι μὲν κερδαίνοντες, ἡδέως ὑπηρετῶσιν· οὗτοι δὲ μὴ πλέον ἐπιζητῶσιν.

42. Ἀπείρητο δ' αὐτοῖς ναύταις εἶναι καὶ ναυμαχεῖν· ὕστερον μέντοι ἐναυμάχησαν, καὶ τῆς θαλάσσης κρατήσαντες, πάλιν ἀπέστησαν, διαφθειρόμενα τὰ ἤθη τῶν πολιτῶν θεωροῦντες· ἀλλὰ πάλιν μετεβάλοντο, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι. Καὶ γὰρ χρημάτων συναχθέντων τοῖς Λακεδαιμονίοις, οἱ συναγαγόντες θανάτῳ κατεδικάσθησαν. Ἀλκαμένει γὰρ καὶ Θεοπόμπῳ τοῖς βασιλεῦσι χρησμὸς ἐδόθη·

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ.

Ἀλλ' ὅμως Λύσανδρος ἑλὼν Ἀθηναίους, πολὺν χρυσὸν καὶ ἄργυρον εἰσήγαγε, καὶ παρεδέξαντο καὶ ἐτίμησαν τὸν ἄνδρα. Τοῖς μὲν οὖν Λυκούργου χρωμένη νόμοις ἡ πόλις, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμείνασα, ἐπρώτευε τῆς Ἑλλάδος εὐνομίᾳ καὶ δόξῃ χρόνον ἐτῶν πεντακοσίων· κατ' ὀλίγον δὲ παραβαινομένων, καὶ φιλοπλουτίας * καὶ πλεονεξίας παρεισδυομένης, καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ἠλαττοῦτο· καὶ οἱ σύμμαχοι διὰ ταῦτα δυσμενῶς εἶχον πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ὅμως οὕτως ἔχοντες μετὰ τὴν Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος ἐν Χαιρωνείᾳ νίκην, πάντων αὐτὸν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνα κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἀναγορευσάντων, καὶ μεταξὺ δ' Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν μετὰ τὴν Θηβαίων καταστροφήν, μόνοι Λακεδαιμόνιοι (καίπερ ἀτείχιστον πόλιν ἔχοντες, καὶ ὀλίγοι πάνυ ὄντες, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους καὶ πολὺ ἀσθενέστεροι καὶ εὐχείρωτοι γενόμενοι), πάνυ βραχέα τινὰ ζώπυρα διασώζοντες τῆς Λυκούργου νομοθεσίας,

XXXVI. Sciraphidam ephori mulctarunt, quod multi ipsum injuria afficerent.

XXXVII. Saccos solitum bajulare necarunt, quod prætextam sacco inseruisset.

XXXVIII. Adolescentem a gymnasio verbis corripuerunt acribus, quod viam nosset, quæ ducit ad portam, ubi in trivio colloqui homines solebant.

XXXIX. Cephisophontem professum de quavis re per integrum diem se dicere posse, urbe ejecerunt, dicentes : Boni oratoris esse orationem rebus æqualem habere.

XL. Lacedæmone pueri per integrum diem flagellis cæsi, sæpenumero ad mortem usque apud Dianæ Orthiæ aram, læti alacresque tolerant, atque inter se de victoria certant, in eo posita, quis diutius magisque perferat verbera : victoremque summa consequitur gloria. Certamen illud flagellatio dicitur, et quotannis habetur.

XLI. Unum hoc eximium et apprime felix parasse videtur Lycurgus civibus, otii abunde. Nam artem attingere sordidam omnino ipsis non licebat : neque opus erat laboriosa aut negotiosa pecuniæ acquisitione, cum plane omnem honorem et admirationem divitiis jam ademisset. Helotes agros colebant, ac antiquitus constitutos reditus pendebant : cum diris agendum statuissent si quis pluris prædium locasset. Causa erat, ut et helotes lucrum facientes eo libentius operam navarent, et domini solito amplius non requirerent.

XLII. Cavit etiam lege, ne Spartani vel nautæ fierent, vel navali prælio pugnarent. Posterioribus tamen temporibus, navalibus pugnis decertaverunt : marisque imperio potiti, rursum destiterunt, videntes mores civium corrumpi. Sed et in hac re, et in aliis, inconstantes fuerunt. Aliquando enim qui pecunias Spartanis collegerant, morti fuerunt adjudicati; quod Alcameni et Theopompo regibus oraculum erat datum,

Nil Spartam perdet, nisi cara pecunia facta.

Nihilominus Lysander, captis Athenis, multum auri argentique intulit Lacedæmoni, probatumque ejus id factum et honor ei habitus fuit. Enimvero Sparta, quamdiu institutis Lycurgi stetit, jusjurandumque ratum servavit : per annos quingentos princeps Græciæ fuit, cum legum bonitate, tum gloria reliquis superior urbibus. Paulatim vero desciscentibus civibus, divitiarumque studio et iniqua avaritia irrepentibus cum vires deminutæ sunt, tum animi sociorum majorem in modum abalienati. Et tamen isto rerum suarum statu, cum Philippum Macedonem victoria ad Chæroneam potitum, omnes Græci terra marique ducem renuntiassent, itemque Alexandrum ejus filium post subactos Thebanos : Lacedæmonii quanquam et muris carentem urbem incolerent, et continentibus bellis ad parvum essent redacti numerum, multoque imbecilliores et oppressu faciliores redditi, paucas admodum

ὔτε συνεστράτευσαν οὔτε τούτοις, οὔτε τοῖς μεταξὺ Ἰακεδονικοῖς βασιλεῦσιν, οὔτ᾽ εἰς συνέδριον κοινὸν ἰσῆλθον, οὐδὲ φόρον ἤνεγκαν· ἕως οὗ παντάπασιν ιπεριδόντες τὴν Λυκούργου νομοθεσίαν, ὑπὸ τῶν ἰδίων τολιτῶν ἐτυραννεύθησαν, μηδὲν ἔτι σώζοντες τῆς πα-ρίου ἀγωγῆς· καὶ παραπλήσιοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, τὴν πρόσθεν εὔκλειαν καὶ παῤῥησίαν ἀπέθεντο καὶ εἰς ὀουλείαν μετέστησαν, καὶ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίοις, καθάπερ ιἱ ἄλλοι Ἕλληνες, ἐγένοντο.

ΛΑΚΑΙΝΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ΑΡΓΙΛΕΩΝΙΔΟΣ.

Ἀργιλεωνὶς ἡ Βρασίδου μήτηρ, τελευτήσαντος αὐτῇ τοῦ υἱοῦ, ὡς παραγενόμενοί τινες τῶν Ἀμφιπολιτῶν ἰς Σπάρτην, ἧκον πρὸς αὐτὴν, ἠρώτησεν, εἰ καλῶς καὶ ἀξίως τῆς Σπάρτης ὁ υἱὸς ἐτελεύτα· μεγαλυνόν-των δ᾽ ἐκεῖνον, καὶ λεγόντων ἄριστον ἐν τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἁπάντων Λακεδαιμονίων εἶναι, εἶπεν· Ὦ ξένοι, καλὸς μὲν ἦν καὶ ἀγαθὸς ὁ παῖς μου, πολλοὺς δ᾽ ἄνδρας Λακεδαίμων ἔχει τήνω κάῤῥονας.

ΓΟΡΓΟΥΣ.

1. Γοργὼ, βασιλέως Κλεομένους θυγάτηρ, Ἀρισταγόρου τοῦ Μιλησίου παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον ὑπὲρ Ἰώνων, καὶ ὑπισχνουμένου χρημάτων πλῆθος, καὶ ὅσῳ ἀντέλεγε, πλείονα προσ-τιθέντος· Καταφθερεῖ σε, ἔφη, ὦ πάτερ, τὸ ξενύλλιον, ἂν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς.

2. Προστάξαντος δέ ποτε αὐτῇ τοῦ πατρὸς δοῦναί τινι σῖτον εἰς μισθοῦ λόγον, καὶ προστιθέντος· Ἐδίδαξε γάρ με τὸν οἶνον χρηστὸν ποιεῖν· Οὐκοῦν, ὦ πάτερ, ἔφη, ὅ τ᾽ οἶνος πλείων ἐκποθήσεται, καὶ οἱ πίνοντες θρυπτικώτεροι καὶ χείρονες ἔσονται.

3. Τὸν δ᾽ Ἀρισταγόραν ὑπό τινος τῶν οἰκετῶν ὑποδούμενον θεασαμένη· Πάτερ, ἔφη, ὁ ξένος χεῖρας οὐκ ἔχει.

4. Ξένου δέ τινος μαλακῶς στολὴν προσαγαγόντος, παρωσαμένη αὐτόν· Οὐκ ἄπει ἐντεῦθεν, εἶπεν, οὔτε τὰ γυναικὸς δυνάμενος;

ΓΥΡΤΙΑΔΟΣ.

1. Γυρτιὰς, Ἀκροτάτου ποτὲ τοῦ θυγατριδοῦ αὐτῆς ἔκ τινος τῶν παίδων μάχης πολλὰς πληγὰς λαβόντος, καὶ ἀπενεχθέντος οἴκαδε ὡς τεθνηκότος, κλαιόντων τῶν οἰκείων τε καὶ γνωρίμων· Οὐ σιωπήσετε, ἔφη; ἔδειξε γὰρ, οἵου αἵματος ἦν, καὶ οὐκ ἔφη δεῖν τοὺς ἀγαθοὺς βοᾶν, ἀλλ᾽ ἰατρεύεσθαι.

2. Ὅτε ἄγγελος ἦλθεν ἐκ Κρήτης τὸν Ἀκροτάτου θάνατον ἐπαγγέλλων· Οὐκ ἔμελλεν, ἔφη, πρὸς τοὺς πολεμίους ἥκων, ἢ αὐτὸς ἀποθανεῖσθαι, ἢ κατακαίνειν ἐκείνους; ἥδιον δ᾽ ἀκούειν, ὅτι ἀπέθανε καὶ ἑαυτῆς καὶ

Lycurgo latarum legum servantes reliquias, neque his, neque aliis deinceps Macedonum regibus socios se expeditionum præbuerunt, aut in commune concilium se adjunxerunt, aut tributum contulerunt, donec prorsum posthabitis Lycurgi legibus, tyrannidi suorum civium subjecti, nihilque priscorum institutorum servantes, pristina gloria et libertate amissis, reliquorum similes sunt facti, inque servitutem redacti. Et nunc Romanis, sicut et cæteri Græci, obediunt.

LACÆNARUM APOPHTHEGMATA.

ARGILEONIDIS.

Argileonis Brasidæ mater, cum occubuisset filius ipsius, et ab Amphipoli Spartam nonnulli profecti ipsam convenissent, quæsivit ex eis, an honeste et Spartæ convenienter Brasidas mortem oppetiisset. Magnifice eum prædicantibus, affirmantibusque præstantissimum eum Lacedæmoniorum in id genus rebus gerendis fuisse, respondit : Fuit, hospites, vir præclarus meus filius, sed multos Lacedæmon habet viros eo fortiores.

GORGONIS.

I. Gorgo, regis Cleomenis filia, cum patrem Aristagoras Milesius magnæ pecuniæ pollicitatione ad bellum pro Ionibus contra regem Persarum suscipiendum hortaretur, et quanto magis repugnabat verbis, tanto plura adderet: Corrumpet te, dixit, mi pater, homuncio hic peregrinus, nisi eum quam primum domo exturbas.

II. Mandanti patri aliquando ut frumentum cuidam mercedis loco daret, dicentique eum sibi tradidisse rationem, qua vinum mite redderetur : Proinde, inquit, mi pater, et vini plus exhaurietur, et bibentes magis luxuriabunt, eruntque deteriores.

III. Calceos videns Aristagoræ a servo subnecti : Pater, inquit, hospes hic manus non habet.

IV. Peregrinum quemdam difficulter stolam amicientem depulit, inquiens : Non tu hinc te aufers, qui ne ea quidem potes, quæ mulieres præstant ?

GYRTIADIS.

I. Gyrtias, cum quodam tempore Acrotatus nepos ipsius in puerorum conflictu multis acceptis plagis pro mortuo domum referretur, domesticis et familiaribus plorantibus : Non, inquit, tacebitis? Ostendit quo sanguine ortus sit : neque vociferari debent boni, sed medicinam applicare.

II. Cum e Creta nuntius esset de morte Acrotati allatus, dixit illa : An non debuit cum ad hostes venisset, aut illos interficere, aut ipse mori? Mihi quidem jucundius est audire eum, me ipsa, patria, majoribus-

τῆς πόλεως ἀξίως καὶ τῶν προγόνων, ἢ εἰ ἔζη τὸν ἅπαντα χρόνον κακὸς ὤν.

ΔΑΜΑΤΡΙΑΣ.

Δαματρία τὸν υἱὸν δειλὸν καὶ ἀνάξιον ἑαυτοῦ ἀκούσασα, παραγενόμενον ἀνεῖλε· τὸ δ' ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῆς τόδε·

Τὸν παραβάντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ,
ἁ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.

ΛΑΚΑΙΝΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

1. * Ἑτέρα Λάκαινα τὸν υἱὸν λειποτακτήσαντα ὡς ἀνάξιον τῆς πατρίδος ἀνεῖλεν, εἰποῦσα· Οὐκ ἐμὸν τὸ φίτυμα. Ἐφ' ἧς τὸ ἐπίγραμμα τόδε·

Ἔρρε κακὸν φίτυμα διὰ σκότος, οὗ διὰ μῖσος
Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι.
Ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς, ἔρρε ποθ' ᾅδαν,
ἔρρε· τὸ μὴ Σπάρτας ἄξιον οὐδ' ἔτεκον.

2. Ἀκούσασά τις τὸν υἱὸν σεσωσμένον καὶ πεφευγότα ἐκ τῶν πολεμίων, γράφει αὐτῷ· Κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται· ἢ ταύταν [νῦν] ἔκνιψαι, ἢ μὴ ἔσο.

3. Ἄλλη, τῶν υἱῶν φυγόντων ἐκ μάχης, καὶ παραγενομένων ὡς αὐτήν· Ποῦ, φησὶν, ἥκετε δραπετεύσαντες, κακὰ ἀνδράποδα; ἢ δεῦρο ὅθεν ἐξέδυτε καταδυσόμενοι; ἀνασυραμένη, καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς [τὴν κοιλίαν].

4. Προσάγοντά τις τὸν υἱὸν θεασαμένη, ἐπύθετο, τί πράσσει ἡ πατρίς· εἰπόντος δέ· Πάντες ἀπολώλασι· κεραμίδα ἄρασα, ἐπαφῆκεν αὐτῷ, καὶ ἀνεῖλεν, εἰποῦσα· Σὲ οὖν κακάγγελον ἔπεμψαν ἁμῖν;

5. Διηγουμένου τινὸς τῇ μητρὶ γενναῖον θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ· Εἶτ' οὐκ αἰσχρὸν, εἶπε, τοιαύτης συνοδίας ἀποτυχεῖν;

6. Ἐκπέμψασά τις τοὺς υἱοὺς αὐτῆς πέντε ὄντας ἐπὶ πόλεμον, ἐν τοῖς προαστείοις εἱστήκει, καραδοκοῦσα, τί ἐκ τῆς μάχης ἀποβήσοιτο· ὡς δὲ παραγενόμενός τις πυθομένῃ ἀπήγγειλε, τοὺς παῖδας ἅπαντας τετελευτηκέναι· Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐπυθόμην, εἶπε, κακὸν ἀνδράποδον, ἀλλὰ τί πράσσει ἡ πατρίς. Φήσαντος δὲ, ὅτι νικᾷ· Ἀσμένη τοίνυν, εἶπε, δέχομαι καὶ τὸν τῶν παίδων θάνατον.

7. Θάπτουσά τις τὸν υἱὸν, ὡς γραΐδιον εὐτελὲς προσελθὸν αὐτῇ· Ὦ γύναι τᾶς τύχας, εἶπε· Νὴ τὼ Σιὼ τᾶς καλᾶς γε, ἔφη! οὗ γὰρ αὐτὸν ἕνεκεν ἔτεκον, ἵνα ὑπὲρ τᾶς Σπάρτας ἀποθάνῃ, τοῦτό μοι συνέβη.

8. Σεμνυνομένης γυναικός τινος Ἰωνικῆς ἐπί τινι τῶν ἑαυτῆς ὑφασμάτων ὄντι πολυτελεῖ, Λάκαινα ἐπιδείξασα τοὺς τέσσαρας υἱοὺς ὄντας κοσμιωτάτους, Τοιαῦτα, ἔφη, δεῖ εἶναι τὰ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γυναικὸς ἔργα, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν.

9. Ἄλλη ἀκούσασα περὶ τοῦ υἱοῦ, ὡς κακῶς ἐπὶ τῆς ξένης ἀναστρέφοιτο, ἔγραψε· Κακά τοι φάμα κακκέχυται· ταύταν ἀπόθευ, ἢ μὴ ἔσο.

10. Παραπλησίως δὲ καὶ Χίων φυγάδες ἐλθόντες εἰς

que dignam mortem oppetiisse, quam habuisse cum diu ignominiose viventem.

DAMATRIÆ.

Damatria filium ad se reversum, timide et indigne se gessisse eum audito, interfecit. In hanc epigramma fertur tale :

Peccantem in leges Damatrion ipsa peremit
Spartanum mater de Lacedæmoniis.

LACÆNARUM INCERT.

I. Alia Lacæna filium, qui ordines deseruisset, ut indignum patria necavit, inquiens : Non mea est hæc soboles. De qua hoc exstat epigramma;:

I pessum, proles mala, nunc, tenebrasque petitum :
Eurotas cervis ne fluat ut timidis.
I catule, i, mala sors, pessum manesque petitum.
Indigno Spartæ sit male : non peperi.

II. Alia cum fuga servatum ex hostibus intellexisset filium, sic ad eum scripsit : Mala de te fama spargitur : aut igitur hanc elue, aut vivere cessa.

III. Alia, cum filii e prælio fugissent, et ad ipsam venirent : Quo, inquit, perfugere voluistis, mala mancipia ? an huc (simul veste sublata ventrem nudatum eis ostendebat) unde existis, redituri ?

IV. Quædam filium adventantem cernens, interrogavit quo loco res patriæ essent, cumque responderet, occidione cives esse occisos, sublata eum tegula petiit atque interfecit, dicens : Ergo te infaustæ rei nuntium illi miserunt nobis ?

V. Cum quidam matri narraret fratrem honesta morte obiisse : Non, inquit ea, turpe est talis te comitatus occasionem dimisisse?

VI. Quædam cum quinque filios in bellum emisisset, stans in suburbio exspectabat pugnæ exitum : cumque ei quidam adveniens scitanti quid rei ageretur, renuntiaret filios omnes occubuisse : Pravum, inquit, mancipium, non hoc quærebam, sed quo loco essent res patriæ. Cum responderet, victoria suos potiri : Ergo, inquit, mortem quoque filiorum non invita audio.

VII. Ad quamdam, quæ filium sepeliebat, anicula accedens dicebat, Heu fortunam! tum illa : Per Castores, inquit, propitiam : cujus enim rei gratia eum peperi, ut pro Sparta moreretur, id sum consecuta.

VIII. Ionicæ cuidam mulieri glorianti de suo quodam pretioso texto, Lacæna commonstratis quatuor suis filiis elegantissimis : Hujusmodi, inquit, esse oportet honestæ mulieris opera, hisque eas sese jactare.

IX. Alia, cum auditu accepisset filium peregre male se gerere, scripsit ei : Mala de te spargitur fama, aut abole eam, aut vivere desine.

X. Affine huic est illud. Chii exsules cum venis-

Σπάρτην πολλὰ Παιδαρήτου κατηγόρουν· μεταπεμψαμένη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Τελευτία, καὶ ἀκούσασα ὧν ἐνεκάλουν, ἐπεὶ ἐδόκει αὐτῇ ἁμαρτάνειν ὁ υἱὸς, ἐπέστειλεν, Ἁ μάτηρ Παιδαρήτῳ. Ἢ βελτίονα πράσσειν τε, ἢ αὖθι μένε, ἀπογνοὺς τὰν ἐς Σπάρταν σωτηρίαν.

11. Ἑτέρα ἐπ' ἀδικήματι τῷ παιδὶ κρινομένῳ· Τέκνον, ἔφη, ἢ τὰς αἰτίας, ἢ σεαυτὸν τοῦ ζῆν ἀπόλυσον.

12. Ἄλλη χωλὸν υἱὸν ἐπὶ παράταξιν προπέμπουσα, Τέκνον, εἶπε, κατὰ βῆμα τῆς ἀρετῆς μέμνησο.

13. Ἄλλη, τοῦ παιδὸς αὐτῇ ἀφικομένου ἀπὸ παρατάξεως τετρωμένου τὸν πόδα, καὶ σφόδρα ἀλγοῦντος· Ἐὰν τῆς ἀρετῆς, εἶπε, μέμνῃ, ὦ τέκνον, καὶ ἄπονος ἔσῃ καὶ θαῤῥήσεις.

14. Λάκων τρωθεὶς ἐν πολέμῳ, καὶ βαδίζειν οὐ δυνάμενος, τετραποδιστὶ ὥδευεν. Αἰσχυνομένῳ δ' αὐτῷ ἐν γελοίῳ, ἡ μήτηρ· Καὶ πόσῳ βέλτιον, ὦ τέκνον, εἶπε, μᾶλλον ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ γεγηθέναι, ἢ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ γέλωτι ἀνοήτῳ;

15. Ἄλλη προσαναδιδοῦσα τῷ παιδὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ παρακελευομένη· Τέκνον, ἔφη, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς.

16. Ἄλλη προϊόντι τῷ υἱῷ ἐπὶ πόλεμον ἀναδιδοῦσα τὴν ἀσπίδα· Ταύτην, ἔφη, ὁ πατήρ σοι ἀεὶ ἔσωζε· καὶ σὺ οὖν ταύταν σῶζε, ἢ μὴ ἔσο.

17. Ἄλλη πρὸς τὸν υἱὸν λέγοντα, μικρὸν ἔχειν τὸ ξίφος, εἶπε· Καὶ βῆμα πρόσθες.

18. * Ἄλλη ἀκούσασα, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐν παρατάξει ἀνδραγαθήσας ἀπέθανεν· Ἐμὸς γὰρ ἦν, εἶπε. Περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου πυθομένη, ὅτι ἀποδειλιάσας σώζεται· Οὐ γὰρ ἦν ἐμὸς, ἔφη.

19. Ἑτέρα ἀκούσασα τεθνηκέναι τὸν υἱὸν ἐν μάχῃ, καθάπερ ἐτέτακτο· Κάτθετε αὐτὸν, ἔφη, ἀναπληρωσάτω δὲ τὴν ἐκείνου τάξιν ὁ ἀδελφός.

20. Ἄλλη πομπὴν τελοῦσα πάνδημον, ἤκουσεν ἐπὶ τῆς παρατάξεως νικᾷν τὸν υἱὸν, ἐκ δὲ τῶν τραυμάτων πολλῶν γενομένων θνήσκειν. Οὐ περιελομένη οὖν τὸν στέφανον, ἀλλὰ σεμνυνθεῖσα πρὸς τὰς πλησίον, εἶπεν· Ὡς πολλῷ κάλλιον, ὦ φίλαι, ἐστὶν ἐν παρατάξει νικῶντα τελευτᾷν, ἢ τὰ Ὀλύμπια περιγινόμενον ζῆν.

21. Διηγουμένου τινὸς τῇ ἀδελφῇ γενναῖον θάνατον τοῦ παιδὸς αὐτῆς, ἐκείνη εἶπεν, ὅτι, Ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ γέγηθα, τοσοῦτον ἐπὶ σοὶ ἄχθομαι, ἐναρέτου συνοδίας ἀπολειφθέντι.

22. Λακαίνῃ τις προσέπεμψεν, εἰ φθορᾷ συνεπινεύει. Ἡ δ' ἔφη· Παῖς μὲν οὖσα ἔμαθον τῷ πατρὶ πείθεσθαι, καὶ τοῦτο ἔπραξα· γυνὴ δὲ γενομένη, τῷ ἀνδρί· εἰ οὖν δίκαιά με παρακαλεῖ, τούτῳ φανερὸν ποιησάτω πρῶτον.

23. Παρθένος πενιχρὰ ἐρωτηθεῖσα, τίνα δίδωσι τῷ γαμοῦντι προῖκα· Τὴν πάτριον, ἔφη, σωφροσύνην.

24. Λάκαινα ἐρωτηθεῖσα, εἰ ἀνδρὶ προσελήλυθεν· Οὐκ ἐγὼ, εἶπεν, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ἐμοί.

25. Κρύφα τις διαπαρθενευθεῖσα, καὶ διαφθείρασα τὸ βρέφος, οὕτως ἐνεκαρτέρησε μηδεμίαν προενεγκαμένη φωνὴν, ὥστε καὶ τὸν πατέρα καὶ ἄλλους πλησίον

sent Spartam, multa de Pædareto vulgabant crimina. Accivit eos Teleutia mater, criminibusque auditis, cum sontem judicaret filium, ita per epistolam compellavit: Mater Pædareto. Aut vive rectius, aut isthic, desperato in Spartam reditu, mane.

XI. Altera filio criminis alicujus causa in judicium vocato, dixit: Aut crimen amolire, aut vitam.

XII. Alia claudum filium in pugnam emittens: Fili, inquit, ad singulos gressus virtutis recordare.

XIII. Alia filio revertenti a pugna, in qua vulnus in pede acceperat, et ex eo magnum percipiebat dolorem: Si, inquit, fili, virtutis sis memor, et dolore levaberis et bono eris animo.

XIV. Laco in bello ita erat sauciatus, ut cum aliter nequiret, quadrupes cogeretur incedere. Ei, cum puderet ipsum ita esse deridiculum, mater: Quanto, inquit, præstat de virtute gaudere, quam ob risum fatuum pudore affici?

XV. Alia cum filio clypeum traderet eumque ad rem bene gerendam hortari vellet: Fili, inquit, aut hunc, aut super hoc.

XVI. Alia filio in bellum proficiscenti porrigens scutum: Hoc, ait, pater tuus semper servavit; itaque aut tu idem facito, aut peri.

XVII. Alia filio dicenti parvum sibi esse gladium: Adde, inquit, gressum.

XVIII. Alia audito filium re probe gesta in acie cecidisse: Meus enim, inquit, erat. Alterum audiens fuga ob timiditatem sibi salutem parasse: Non enim, inquit, meus erat.

XIX. Alia cum narraretur filium ipsius in pugna statione sua servata cecidisse: Hunc, inquit, sepelite, inque ipsius locum frater ejus succedat.

XX. Alia cum solemni pompæ ducendæ interesset, nuntiato filium in prælio victoria potitum e vulneribus quæ multa accepisset mori; non detracto serto, sed jactabunda proximis mulieribus dixit: Multo pulchrius est, amicæ, vincentem in acie mortem oppetere, quam superstitem vincere Olympia.

XXI. Cum quidam sorori narraret suæ, filium ejus mortem generose obiisse, respondit ea: Quantum ejus nomine gaudii, tantum tui gratia mihi doloris accidit, qui comitatum tam honestum non assecutus sis.

XXII. Ad Lacænam mittebat quidam percunctatum, an vitio vellet assentiri. Respondit ea, Puellam se didicisse patri obtemperare, idque fecisse: mulierem autem viro. Proinde si quid honestum peteret, primum id viro declararet.

XXIII. Virgo inops interrogata quid dotis esset sponso allatura: Paternam, inquit, pudicitiam.

XXIV. Lacæna interrogata an virum adivisset: Non, inquit, sed vir me.

XXV. Quædam occulte compressa virgo, cum fœtum interfecisset, tanta patientia dolores pertulit, vocemque protinus inhibuit, ut et patrem et vicinos par-

όντας λαθεῖν ἀποκυήσασα· τὸ γὰρ μέγεθος τῶν ἀλγηδόνων τῇ εὐσχημοσύνῃ τὸ ἄσχημον προσπεσὸν ἐνίκησε.

26. Λάκαινα πιπρασκομένη, καὶ ἐρωτωμένη, τί ἐπίσταται, ἔφη· Πιστὰ ἦμεν.

27. Ἄλλη αἰχμαλωτισθεῖσα, καὶ ἐρωτωμένη παραπλησίως· Εὖ οἰκεῖν οἶκον, ἔφη.

28. Ἐρωτηθεῖσά τις ὑπό τινος, εἰ ἔσται ἀγαθὴ, ἂν αὐτὴν ἀγοράσῃ, εἶπεν· [Κἂν μὴ ἀγοράσῃς].

29. Ἄλλη πιπρασκομένη, τοῦ κήρυκος πυνθανομένου, τί ἐπίσταται, εἶπεν· Ἐλευθέρα ἦμεν. Ὡς δὲ ὁ ὠνησάμενος προσέτασσέ τινα αὐτῇ οὐχ ἁρμόζοντα ἐλευθέρᾳ, εἰποῦσα· Οἰμώξῃ, φθονήσας σεαυτῷ τοιούτου κτήματος, ἐξήγαγεν ἑαυτήν.

tus fefellerit : opprimente magnitudinem doloris metu dedecoris.

XXVI. Lacæna cum veniret, interrogata quid sciret : Fidelis, inquit, esse.

XXVII. Alia eadem conditione, cum ex ipsa idem quæreretur : Novi, inquit, domum bene incolere.

XXVIII. Quædam scitanti, Probane esset futura, si ipsam emeret : Sum, inquit, proba futura, etiam si non emas.

XXIX. Alia dum venderetur, præconi quid nosset quærenti : Libera, inquit, esse novi. Cumque emptor quædam ei injungeret, non decentia liberam ; hoc fata, Flebis, qui tibi talem possessionem invideris, mortem sibi ipsa conscivit.

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΑΡΕΤΑΙ.

Περὶ ἀρετῆς, ὦ Κλέα, γυναικῶν, οὐ τὴν αὐτὴν τῷ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν. Ὁ μὲν γὰρ, ἧς ἂν ἐλάχιστος ᾖ παρὰ τοῖς ἐκτὸς ψόγου πέρι ἢ ἐπαίνου λόγος, ἀρίστην ἀποφαίνεται· καθάπερ τὸ σῶμα καὶ τοὔνομα τῆς ἀγαθῆς γυναικὸς οἰόμενος δεῖν κατάκλειστον εἶναι καὶ ἀνέξοδον. Ἡμῖν δὲ κομψότερος μὲν ὁ Γοργίας φαίνεται, κελεύων, μὴ τὸ εἶδος, ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός. Ἄριστα δὲ ὁ Ῥωμαίων δοκεῖ νόμος ἔχειν, ὥσπερ ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶ δημοσίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν τοὺς προσήκοντας ἀποδιδοὺς ἐπαίνους. Διὸ καὶ Λεοντίδος τῆς ἀρίστης ἀποθανούσης, εὐθύς τε μετὰ σοῦ τότε πολὺν λόγον εἴχομεν, οὐκ ἀμοιροῦντα παραμυθίας φιλοσόφου· καὶ νῦν, ὡς ἠβουλήθης, τὰ ὑπόλοιπα τῶν λεγομένων εἰς τὸ μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς ἀρετὴν, προσανέγραψά σοι, * τὸ ἱστορικὸν ἀποδεικτικὸν ἔχοντα, καὶ πρὸς ἡδονὴν μὲν ἀκοῆς οὐ συντεταγμένα· εἰ δὲ τῷ πείθοντι καὶ τὸ τέρπον ἔνεστι φύσει τοῦ παραδείγματος, οὐ φεύγει χάριν ἀποδείξεως συνεργὸν ὁ λόγος, οὐδ' αἰσχύνεται ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας συγκαταμιγνὺς καλλίστην συζυγίαν, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἐκ τοῦ φιλοκάλου μάλιστα τῆς ψυχῆς ἀναδούμενος τὴν πίστιν. Φέρε γὰρ, εἰ, λέγοντες τὴν αὐτὴν εἶναι ζωγραφίαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, παρειχόμεθα τοιαύτας γραφὰς γυναικῶν, οἵας Ἀπελλῆς ἀπολέλοιπεν, ἢ Ζεῦξις, ἢ Νικόμαχος, ἆρ' ἄν τις ἐπετίμησεν ἡμῖν, ὡς τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ψυχαγωγεῖν μᾶλλον, ἢ τοῦ πείθειν, στοχαζομένοις; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. Τί δέ; ἐὰν ποιητικὴν πάλιν ἢ μιμητικὴν ἀποφαίνοντες οὐχ ἑτέραν μὲν ἀνδρῶν, ἑτέραν δὲ γυναικῶν οὖσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν, τὰ Σαπφοῦς μέλη τοῖς Ἀνακρέοντος, ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βάκιδος ἀντιπαραβάλλοιμεν, ἕξει τις αἰτιάσασθαι δικαίως τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι χαίροντα καὶ τερπόμενον ἐπάγει τῇ πίστει τὸν ἀκροατήν; οὐδὲ τοῦτο ἂν εἴποις. Καὶ μὴν οὐκ ἔστιν ἀρετῆς γυναικείας καὶ ἀνδρείας ὁμοιότητα καὶ διαφορὰν ἄλλοθεν καταμαθεῖν μᾶλλον, ἢ βίους βίοις, καὶ πράξεσι πράξεις, ὥσπερ ἔργα μεγάλης

MULIERUM VIRTUTES.

Alia est, ô Clea, de mulierum virtute mea quam Thucydidis sententia. Is enim ei primam laudem tribuit feminæ, *de qua foris minimus est vel in bonam vel in malam partem sermo :* censens nimirum ut corpus, ita famam quoque bonæ mulieris domi inclusam esse, neque in publicum exire debere. Mihi autem elegantior videtur Gorgiæ opinio, qui *mulieris non formam, sed famam vult multis esse notam.* Et Romanam legem maxime probo, quæ mulieres itidem ut viros post mortem publice laudari pro dignitate jubet. Itaque optima Leontide vita defuncta, cum statim tunc mihi tecum colloquium fuit non expers philosophicæ consolationis : tum in præsentia quidquid restabat eorum, quæ ad docendum eamdem esse viri ac mulieris virtutem, disseruntur, historica demonstratione tibi conscripsi : non est illa comparata ad voluptatem auditione parandam : sed tamen, si exemplorum hæc est natura ut persuadendo simul oblectent, oratio non abhorrebit a venustate demonstrationem adjuvante, neque verebitur *Musis admiscere Gratias*, *pulcherrimo*, ut ait Euripides, *conjugio*, maxime cum ab ea parte animi, quæ honestati studet, fidem sibi conciliet. Agedum enim, si dicentes eamdem esse virorum ac mulierum artem pingendi, tales a mulieribus elaboratas proferremus picturas, quales Apelles, Zeuxis, aut Nicomachus reliquerunt, essetne qui nos reprehenderet, ac gratificandi et delectandi majorem nos, quam fidem faciendi, rationem habuisse diceret? non sane opinor. Rursum si poeticam imitandive artem eamdem esse mulierum et virorum affirmantes, Sapphus carmina cum Anacreonteis, aut Sybillæ cum Bacidis oracula compararemus, justene aliquis culpare demonstrationem posset, quod gaudentem ea et voluptate affectum auditorem ad fidem proposito habendam adduceret? non profecto. Atqui similitudinem ac discrimen mulieris atque virilis virtutis aliunde rectius discere non possis, quam si vitas vitis, et actiones actionibus tanquam

τέχνης, παρατιθέντας ἅμα· καὶ σκοποῦντας, εἰ τὸν αὐτὸν ἔχει χαρακτῆρα καὶ τύπον ἡ Σεμιράμεως μεγαλοπραγμοσύνη τῇ Σεσώστριος, ἢ ἡ Τανακυλλίδος σύνεσις τῇ Σερουΐου τοῦ βασιλέως, ἢ τὸ Πορκίας φρόνημα τῷ Βρούτου, καὶ τὸ Πελοπίδου τῷ Τιμοκλείας, κατὰ τὴν κυριωτάτην ὁμοιότητα καὶ δύναμιν. Ἐπειδὴ διαφοράς γε τινὰς ἑτέρας, ὥσπερ χροιὰς ἰδίας, αἱ ἀρεταὶ διὰ τὰς φύσεις λαμβάνουσι, καὶ συνεξομοιοῦνται τοῖς ὑποκειμένοις ἔθεσι καὶ κράσεσι σωμάτων καὶ τροφαῖς καὶ διαίταις· ἄλλως γὰρ ἀνδρεῖος ὁ Ἀχιλλεύς, ἄλλως ὁ Αἴας· καὶ φρόνησις Ὀδυσσέως οὐχ ὁμοία τῇ Νέστορος, οὐδὲ δίκαιος ὡσαύτως Κάτων καὶ Ἀγησίλαος, οὐδ' Εἰρήνη φίλανδρος, ὡς Ἄλκηστις, οὐδὲ Κορνηλία μεγαλόφρων, ὡς Ὀλυμπιάς. Ἀλλὰ μὴ παρὰ τοῦτο πολλὰς καὶ διαφόρους ποιῶμεν ἀνδρίας καὶ φρονήσεις καὶ δικαιοσύνας, ἂν μόνον τοῦ λόγου τοῦ οἰκείου μηδεμίαν αἱ καθ' ἕκαστον ἀνομοιότητες ἐκβιάζωσι. Τὰ μὲν οὖν ἄγαν περιβόητα, καὶ ὅσων οἶμαί σε βεβαίοις βιβλίοις ἐντυχοῦσαν ἱστορίαν ἔχειν καὶ γνῶσιν, ἤδη παρήσω· πλὴν εἰ μή τινας τοὺς τὰ κοινὰ καὶ δεδημευμένα πρὸ ἡμῶν ἱστορήσαντας, ἀκοῆς ἄξια διαπέφευγεν. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ γυναιξὶν ἄξια λόγου πέπρακται, βραχέα τῶν κοινῶν οὐ χεῖρόν ἐστι προϊστορῆσαι.

ΤΡΩΑΔΕΣ.

Τῶν ἀπ' Ἰλίου περὶ τὴν ἅλωσιν ἐκφυγόντων οἱ πλεῖστοι χειμῶνι χρησάμενοι, καὶ δι' ἀπειρίαν τοῦ πλοῦ καὶ ἄγνοιαν τῆς θαλάττης, ἀπενεχθέντες εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν ὅρμοις καὶ ναυλόχοις ἀναγκαίοις μόλις ὑποδραμόντες, αὐτοὶ μὲν ἐπλανῶντο περὶ τὴν χώραν, φραστήρων δεόμενοι· ταῖς δὲ γυναιξὶν ἐμπίπτει λογισμός, ὡς ἡτισοῦν ἵδρυσις ἐν γῇ πάσῃ πλάνης καὶ ναυτιλίας εὖ τε καὶ καλῶς πράττουσιν ἀνθρώποις ἀμείνων ἐστί, καὶ πατρίδα δεῖ ποιεῖν αὐτούς, ἀπολαβεῖν, ἣν ἀπολωλέκασι, μὴ δυναμένους. Ἐκ δὲ τούτου συμφρονήσασαι κατέφλεξαν τὰ πλοῖα, μιᾶς καταρξαμένης, ὥς φασι, Ῥώμης· πράξασαι δὲ ταῦτα, τοῖς ἀνδράσιν ἀπήντων βοηθοῦσι πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ φοβούμεναι τὴν ὀργήν, αἱ μὲν ἀνδρῶν, αἱ δ' οἰκείων,* ἀντιλαμβανόμεναι καὶ καταφιλοῦσαι λιπαρῶς, ἐξεπράϋναν τῷ τρόπῳ τῆς φιλοφροσύνης. Διὸ καὶ γέγονε καὶ παραμένει ταῖς Ῥωμαίων γυναιξὶν ἔτι νῦν ἔθος ἀσπάζεσθαι μετὰ τοῦ καταφιλεῖν τοὺς κατὰ γένος προσήκοντας αὐταῖς. Συνιδόντες γὰρ (ὡς ἔοικε) τὴν ἀνάγκην οἱ Τρῶες, καὶ ἅμα πειρώμενοι τῶν ἐγχωρίων, εὐμενῶς καὶ φιλανθρώπως προσδεχομένων, ἠγάπησαν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ συγκατῴκησαν αὐτόθι τοῖς Λατίνοις.

ΦΩΚΙΔΕΣ.

Τὸ δὲ τῶν Φωκίδων ἐνδόξου μὲν οὐ τετύχηκε συγγραφέως, οὐδενὸς δὲ τῶν γυναικείων ἔλαττον εἰς ἀρετήν ἐστι, μαρτυρούμενον ἱεροῖς τε μεγάλοις, ἃ δρῶσι Φωκεῖς ἔτι νῦν περὶ Ὑάμπολιν, καὶ δό-

magnæ artis opera componens, consideres eamdemne habeant formam atque effigiem Semiramidis et Sesostris magnificentia, Tanaquilidis et Servii regis calliditas, Porciæ magnanimitas et Bruti, Timocleæ et Pelopidæ, si ad vim istarum virtutum præcipuam respiciatur. Alias enim quasdam differentias virtus, tanquam colores quosdam peculiares, accipit ob diversitatem naturæ, assimilaturque moribus, temperiei corporis, cibo et vivendi rationi ejus cui inest. Aliter enim fortis fuit Achilles, aliter Ajax : neque prudentiæ Nestoris similis fuit Ulyssis prudentia : neque eodem modo justi fuerunt Cato et Agesilaus : aliter maritum dilexit Irene quam Alcestis : diversa fuit ratio magnanimitatis Corneliæ et Olympiadis. Neque tamen eo adducimur, ut multas et diversas constituamus fortitudines, prudentias, et justitias : dum modo diversitates singulorum nullam virtutem sua definitione excludant. Proinde exempla nimis trita, et quæ tibi, quippe versatæ in frequenti librorum lectione, cognita esse puto, in præsentia omittam, nisi si qua digna memoratu fugerunt eos qui ante nos vulgaria et publice nota in litteras retulerunt. Quando autem mulieres multa præclara facinora cum publice tum privatim ediderunt, pauca quædam de publicis referre operæ pretium videtur.

I. TROJANÆ.

Qui ab Ilio, cum id everteretur, profugerunt, eorum plerique tempestatis vi, et ob imperitiam navigandi, marisque ignorationem, ad Italiam sunt delati : et ad Tiberim fluvium ægre portubus ac stationibus necessariis subvecti, pervagati sunt regionem, quærentes qui ipsis locorum istorum conditiones enarrarent. Interim mulieribus cogitatio incidit, qualemcunque sedem quavis in terra potiorem esse quavis quamvis felicium hominum navigatione : patriamque eam esse faciendam, cum amissa recuperari non possit. Proinde conspiratione facta, naves cremaverunt, duce facinoris Roma, ut aiunt. Hoc facto, maritis opitulatum navibus ad mare contendentibus occurrerunt, metuentesque iram eorum, aliæ maritos, aliæ necessarios amplexæ, blandeque deosculatæ sunt, eaque suavitate animos eorum deliniverunt. Inde mos ortus est etiamnum durans, ut Romanæ feminæ cognatos osculo salutent. Nam necessitatem nimirum cernentes Trojani, simulque humanos et benignos experti incolas eorum locorum, factum mulierum probaverunt, ibique cum Latinis habitaverunt.

II. PHOCIDES.

Phocidum facinus a nullo nobili scriptore commemoratur, sed virtutis laude nulli muliebri facto cedit. Testimonium ei ferunt magna sacrificia, quæ Phocenses hodieque ad Hyampolin peragunt, ac vetusta decreta.

γμασι παλαιοῖς, ὧν τὸ μὲν καθ' ἕκαστον τῆς πράξεως ἐν τῷ Δαϊφάντου βίῳ γέγραπται· τὸ δὲ τῶν γυναικῶν τοιοῦτόν ἐστιν. Ἄσπονδος ἦν Θετταλοῖς πρὸς Φωκέας πόλεμος· οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντας αὐτῶν καὶ τυράννους ἐν ταῖς Φωκικαῖς πόλεσιν ἡμέρᾳ μιᾷ πάντας ἀπέκτειναν, οἱ δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίους ἐκείνων ὁμήρους κατηλόησαν· εἶτα πανστρατιᾷ διὰ Λοκρῶν ἐνέβαλον, δόγμα θέμενοι μηδενὸς φείδεσθαι τῶν ἐν ἡλικίᾳ, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσασθαι. Δαΐφαντος οὖν ὁ Βαθυλλίου, τρίτος αὐτὸς ἄρχων, ἔπεισε τοὺς Φωκεῖς μὲν, αὐτοὺς ἀπαντήσαντας, τοῖς Θετταλοῖς μάχεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας ἅμα τοῖς τέκνοις εἰς ἕνα που τόπον συναγαγόντας ἐξ ἁπάσης τῆς Φωκίδος, ὕλην τε περινῆσαι ξύλων καὶ φυλακὰς καταλιπεῖν, πρόσταγμα δόντας, ἂν αἴσθωνται νικωμένους αὐτοὺς, κατὰ τάχος τὴν ὕλην ἀνάψαι καὶ καταπρῆσαι τὰ σώματα. Ψηφισαμένων δὲ ταῦτα τῶν ἄλλων, εἷς ἐξαναστὰς ἔφη, δίκαιον εἶναι ταῦτα συνδοκεῖν καὶ ταῖς γυναιξίν· εἰ δὲ μὴ, χαίρειν ἐᾶν, καὶ μὴ προσβιάζεσθαι. Τούτου τοῦ λόγου διελθόντος εἰς τὰς γυναῖκας, αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς συνελθοῦσαι ταῦτα ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν Δαΐφαντον ἀνέδησαν, ὡς τὰ ἄριστα τῇ Φωκίδι βεβουλευμένον· τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοὺς παῖδας ἰδίᾳ φασὶν ἐκκλησιάσαντας ἐπιψηφίσασθαι. Πραχθέντων δὲ τούτων, συμβαλόντες οἱ Φωκεῖς περὶ Κλεωνὰς τῆς Ὑαμπόλιδος ἐνίκησαν. Τὸ μὲν οὖν ψήφισμα Φωκέων Ἀπόνοιαν οἱ Ἕλληνες ὠνόμασαν· ἑορτὴν δ' ἐκ πασῶν μεγίστην τὰ Ἐλαφηβόλια μέχρι νῦν τῇ Ἀρτέμιδι τῆς νίκης ἐκείνης ἐν Ὑαμπόλιδι τελοῦσιν.

ΧΙΑΙ.

Χῖοι Λευκωνίαν ἐπῴκισαν ἐκ τοιαύτης αἰτίας. Ἐγάμει τις ἐν Χίῳ τῶν δοκούντων γνωρίμων εἶναι· ἀγομένης δὲ τῆς νύμφης ἐπὶ ζεύγους, ὁ βασιλεὺς Ἵπποκλος, ἐπιτήδειος ὢν τῷ γαμοῦντι, καὶ παρὼν, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, μέθης οὔσης καὶ γέλωτος, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὸ ζεῦγος, οὐδὲν ὑβριστικὸν πράξων, ἀλλ' ἔθει κοινῷ καὶ παιδιᾷ χρώμενος· οἱ δὲ φίλοι τοῦ γαμοῦντος ἀπέκτειναν αὐτόν· μηνιμάτων δὲ τοῖς Χίοις προφαινομένων, καὶ τοῦ θεοῦ κελεύσαντος τοὺς Ἵπποκλον ἀνελόντας ἀνελεῖν, ἅπαντες ἔφασαν Ἵπποκλον ἀνῃρηκέναι. Πάντας οὖν αὖθις ὁ θεὸς ἐκέλευσε τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, εἰ πᾶσι τοῦ ἄγους μέτεστιν. Οὕτω δὴ τοὺς αἰτίους καὶ μετασχόντας τοῦ φόνου, καὶ συνεπαινέσαντας ἁμωσγέπως, οὐκ ὀλίγους γενομένους, οὐδ' ἀδυνάτους ὄντας, ἀπῴκισαν εἰς Λευκωνίαν, ἣν Κορωνεῖς ἀφελόμενοι πρότερον ἐκτήσαντο μετ' Ἐρυθραίων. Ὕστερον δὲ πολέμου πρὸς τοὺς Ἐρυθραίους αὐτοῖς γενομένου, μέγιστον Ἰώνων δυναμένους, τότε κἀκείνων ἐπὶ τὴν Λευκωνίαν στρατευσάντων ἀντέχειν μὴ δυνάμενοι, συνεχώρησαν * ἐξελθεῖν ὑπόσπονδοι, χλαῖναν μίαν ἑκάστου καὶ ἱμάτιον, ἄλλο δὲ μηδὲν ἔχοντος· αἱ δὲ γυναῖκες ἐκάκιζον αὐτοὺς, εἰ προέμενοι τὰ ὅπλα, γυμνοὶ διὰ τῶν πολεμίων ἐξίασιν. Ὀμωμοκέναι δὲ φασκόντων,

Singulas historiæ totius partes ego in vita Daiphanti perscripsi. Phocidum res ita gesta est. Implacabile bellum erat ortum inter Thessalos et Phocenses. Hi enim principes ipsorum et tyrannos in Phocicis urbibus una die universos necaverant; illi autem ducentos et quinquaginta Phocensium obsides trucidaverant, omnibusque cum copiis per Locros in Phocidem irrumpebant, decretoque facto jubebant nulli adulto parcere, pueros et mulieres captivos abducere. Ibi Daiphantus Bathyllii filius, qui cum duobus collegis Phocensium reipublicæ præerat, suis persuasit, ut ad pugnam conserendam Thessalis obviam irent: mulieres autem cum liberis unum in locum ex universa Phocide conducerent, eumque congestis lignis cingerent, ac custodes adderent, mandato ut si suos victos sentirent, confestim materiam accenderent, ac corpora comburerent. Hæc cum esset reliquorum sententia, unus in concilio surgens: *Æquum est*, inquit, *ut mulieres quoque isthuc probent, alioquin omittendum est, neque vi eo sunt adigendæ.* Qui sermo ut pervenit ad mulieres, ipsæ seorsim convenerunt, itaque fieri debere decreverunt, Daiphantumque coronaverunt, ut qui optime rebus Phocicis consuluisset. Idem quoque pueros aiunt concione privatim convocata scivisse. His ita actis, Phocenses ad Cleonas Hyampolidis cum hoste conflixerunt, victoriaque sunt potiti. Decretum hoc Phocensium, Græci *Aponœam*, utpote desperatis rebus audacter factum, appellaverunt. Omnium autem festivitatum suarum maximam Elaphebolia Minervæ Phocenses in hunc usque diem Hyampolide quotannis peragunt atque celebrant.

III. CHIÆ.

Chii Leuconiam coloniam deduxerunt tali de causa. Quidam in Chio non minimi nominis matrimonium contraxerat. Cum autem sponsa in curru duceretur, rex Hippoclus sponsi familiaris, qui una cum reliquis aderat, oborto ex ebrietate jocandi studio, in currum insiluit, non animo ullius injuriæ faciendæ, sed communem consuetudinem lusumque secutus: tamen hunc sponsi amici interfecerunt. Inde cum Chii iræ divinæ argumenta cernerent, oraculo consulto jussi sunt *percussores Hippocli necare*, cumque universos ejus cædis sontes se esse dicerent, *universos* deus jussit *urbe excedere, si quidem universi flagitio isto se obstrinxissent.* Ita demum sontes, cædisque socios aut approbatores, utcunque et multos et potentes, in Leuconiam deportaverunt. Hanc Coronensibus ademptam primum cum Erythræis possederant Chii. Postea temporis bello cum Erythræis Ionum potentissimis contracto, cum hi ad Leuconiam ducerent exercitum, Chii impares se viribus videntes, pacti sunt excessuros se Leuconia, unam tantum quoque chlænam, unamque tunicam secum auferente. Mulieres autem Chios objurgabant quod armis dimissis nudi per hostes essent exituri

ἐκέλευον αὐτοὺς τὰ μὲν ὅπλα μὴ καταλιπεῖν, λέγειν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους, ὅτι χλαῖνα μέν ἐστι τὸ ξυστὸν, χιτὼν δὲ ἡ ἀσπὶς ἀνδρὶ θυμὸν ἔχοντι. Πεισθέντων δὲ ταῦτα τῶν Χίων, καὶ πρὸς τοὺς Ἐρυθραίους παῤῥησιαζομένων, καὶ τὰ ὅπλα δεικνυόντων, ἐφοβήθησαν οἱ Ἐρυθραῖοι τὴν τόλμαν αὐτῶν, καὶ οὐδεὶς προσῆλθεν, οὐδὲ ἐκώλυσεν, ἀλλ' ἠγάπησαν ἀπαλλαγέντων. Οὗτοι μὲν οὖν θαῤῥεῖν διδαχθέντες ὑπὸ τῶν γυναικῶν, οὕτως ἐσώθησαν.

Τούτου δ' οὐδέν τι λειπόμενον ἔργον ἀρετῇ καὶ χρόνοις ὕστερον πολλοῖς ἐπράχθη ταῖς Χίων γυναιξὶν, ὁπηνίκα Φίλιππος ὁ Δημητρίου πολιορκῶν τὴν πόλιν ἐκήρυξε κήρυγμα βάρβαρον καὶ ὑπερήφανον, ἀφίστασθαι τοὺς οἰκέτας πρὸς ἑαυτὸν ἐπ' ἐλευθερίᾳ καὶ γάμῳ τῆς κεκτημένης, ὡς συνοικιῶν αὐτοὺς ταῖς τῶν δεσποτῶν γυναιξί. Δεινὸν δὲ αἱ γυναῖκες καὶ ἄγριον θυμὸν λαβοῦσαι, μετὰ τῶν οἰκετῶν καὶ αὐτῶν συναγανακτούντων καὶ συμπαρόντων, ὥρμησαν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ λίθους καὶ βέλη προσφέρουσαι, καὶ παρακελευόμεναι καὶ προσλιπαροῦσαι τοῖς μαχομένοις, τέλος δ' ἀμυνόμεναι καὶ βάλλουσαι τοὺς πολεμίους, ἀπώσαντο τὸν Φίλιππον, οὐδενὸς δούλου τοπαράπαν ἀποστάντος πρὸς αὐτόν.

ΑΡΓΕΙΑΙ.

Οὐδενὸς δὲ ἧττον ἔνδοξόν ἐστι τῶν κοινῇ διαπεπραγμένων γυναιξὶν ἔργων ὁ πρὸς Κλεομένη περὶ Ἄργους ἀγὼν, ὃν ἠγωνίσαντο, Τελεσίλλης τῆς ποιητρίας προτρεψαμένης. Ταύτην δέ φασιν οἰκίας οὖσαν ἐνδόξου, τῷ δὲ σώματι νοσηματικὴν, εἰς θεοὺς πέμψαι περὶ ὑγιείας, καὶ χρησθὲν αὐτῇ Μούσας θεραπεύειν, πειθομένην τῇ θεῷ, καὶ ἐπιθεμένην ᾠδῇ καὶ ἁρμονίᾳ, τοῦ τε πάθους ἀπαλλαγῆναι ταχὺ, καὶ θαυμάζεσθαι διὰ ποιητικὴν ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Ἐπεὶ δὲ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς τῶν Σπαρτιατῶν πολλοὺς ἀποκτείνας (οὐ μὴν, ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσιν, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακοσίους πρὸς ἑπτακισχιλίους), ἐβάδιζε πρὸς τὴν πόλιν, ὁρμὴ καὶ τόλμα δαιμόνιος παρέστη ταῖς ἀκμαζούσαις τῶν γυναικῶν ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Ἡγουμένης δὲ τῆς Τελεσίλλης, ὅπλα λαμβάνουσι, καὶ παρ' ἔπαλξιν ἱστάμεναι κύκλῳ τὰ τείχη περιέστεψαν, ὥστε θαυμάζειν τοὺς πολεμίους. Τὸν μὲν οὖν Κλεομένην, πολλῶν πεσόντων, ἀπεκρούσαντο· τὸν δὲ ἕτερον βασιλέα, Δημάρατον, ὥς Σωκράτης φησὶν, ἐντὸς γενόμενον καὶ κατασχόντα τὸ Παμφυλιακὸν, ἐξέωσαν. Οὕτω δὲ τῆς πόλεως περιγενομένης, τὰς μὲν πεσούσας ἐν τῇ μάχῃ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς Ἀργείας ἔθαψαν, ταῖς δὲ σωθείσαις ὑπόμνημα τῆς ἀριστείας ἔδοσαν ἱδρύσασθαι τὸν Ἐνυάλιον. Τὴν δὲ μάχην οἱ μὲν ἑβδόμῃ λέγουσιν ἱσταμένου μηνὸς, οἱ δὲ νουμηνίᾳ γενέσθαι τοῦ νῦν μὲν τετάρτου, πάλαι δὲ Ἑρμαίου παρ' Ἀργείοις, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ Ὑβριστικὰ τελοῦσι, γυναῖκας μὲν ἀνδρείοις χιτῶσι καὶ χλαμύσιν, ἄνδρας δὲ πέπλοις

cumque hi dicerent jurejurando adhibito se id promisisse, monuerunt ne arma relinquerent, sed hostibus dicerent *hastam esse loco chlænæ, clypeum loco tunicæ viro animoso*. Cum obtemperassent Chii, libereque adversus Erythræos locuti arma ostenderent : territi eorum audacia Erythræi sunt, nemoque eorum accessit aut prohibuit, sed discessum eorum gratum habuerunt. Atque hi quidem a mulieribus edocti audere, hoc modo tum servati sunt.

Sed nihilo minoris virtutis facinus est Chiarum mulierum, longo post perpetratum tempore. Philippus Demetrii filius urbem Chiorum oppugnans, superbum ac barbaricum edictum proposuerat, quo servos ad defectionem ad se invitabat, pollicens iis dominarum conjugia et libertatem. Mulieres vero atroci atque effera correptæ ira una cum servis, ipsis quoque una indignantibus et auxilium ferentibus, cum impetu in muros evaserunt, lapidesque et tela congerentes, ac pugnantes exhortantes et animantes, ipsæque etiam ad extremum hostem profligantes et telis impetentes, Philippum repulerunt : cum quidem ad hunc nullus omnino servorum transivisset.

IV. ARGIVÆ.

Inter res a mulieribus publice præclare gestas, nullum illustrius exstat facinus certamine, quod Argivæ pro patria adversus Cleomenem, Telesillæ poetriæ hortatu, obierunt. Hanc ferunt nobili ortam familia, cum esset corpore morbis obnoxio, deos de paranda bona valetudine consuluisse : oraculoque monitam ut *Musas coleret*, deæ obtemperasse, studiumque in carmina et harmoniam collocasse : et cum morbo brevi liberatam esse, tum ob poeticam in admiratione mulieribus fuisse. Cum Cleomenes Spartæ rex multis Argivorum occisis (fabula est quod quidam numerum eorum perhibent septies millenos, septingenos, septagenos et septem), ad ipsam urbem duceret, impetus et divinitus quædam injecta audacia mulieres quæ ætate integra essent, excitavit ad propulsandos a patria hostes. Proinde Telesilla duce arma capiunt, propugnacula occupant, muros corona cingunt, non sine admiratione hostium. Ac Cleomenem quidem repulerunt, multos suorum desiderantem : alterum regem Demaratum, ut Socrates ait, qui in urbem pervenerat, et Pamphyliacum occupaverat, vi exturbarunt. Hoc modo urbe servata, mulieres quæ in pugna ceciderant, in via Argiva sepultæ sunt a civibus : superstitibus autem præmium virtutis dedicatio Martis concessa est. Pugnatum alii septima die, alii ipso in novilunio tradunt mensis, qui nunc quartus, olim Hermæus, id est Mercurialis, apud Argivos dicitur. Ea die etiam hodie Hybristica (id est contumeliosa) sacra

γυναικῶν καὶ καλύπτραις ἀμφιεννύντες. Ἐπανορθούμενοι δὲ τὴν ὀλιγανδρίαν, οὐχ (ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ) τοῖς δούλοις, ἀλλὰ τῶν περιοίκων ποιησάμενοι πολίτας τοὺς ἀρίστους, συνῴκισαν τὰς γυναῖκας· ἐδόκουν δὲ καὶ τούτους ἀτιμάζειν καὶ περιορᾶν ἐν τῷ συγκαθεύδειν, ὡς χείρονας. Ὅθεν ἔθεντο νόμον τὸν κελεύοντα, πώγωνα δεῖν ἐχούσας συναναπαύεσθαι τοῖς ἀνδράσι τὰς γεγαμημένας.

ΠΕΡΣΙΔΕΣ.

* Πέρσας Ἀστυάγου βασιλέως καὶ Μήδων ἀποστήσας Κῦρος, ἡττήθη μάχῃ· φεύγουσι δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς τὴν πόλιν, ὀλίγον ἀπεχόντων συνεισπεσεῖν τῶν πολεμίων, ἀπήντησαν αἱ γυναῖκες πρὸ τῆς πόλεως, καὶ τοὺς πέπλους ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπάρασαι· Ποῖ φέρεσθε, εἶπον, ὦ κάκιστοι πάντων ἀνθρώπων; οὐ γὰρ ἐνταῦθά γε δύνασθε καταδῦναι φεύγοντες, ὅθεν ἐξεγένεσθε. Ταύτην τὴν ὄψιν ἅμα καὶ τὴν φωνὴν αἰδεσθέντες οἱ Πέρσαι, καὶ κακίσαντες ἑαυτοὺς, ἀνέστρεψάν τε καὶ συμβαλόντες ἐξ ἀρχῆς ἐτρέψαντο τοὺς πολεμίους. Ἐκ τούτου κατέστη νόμος, εἰσελάσαντος βασιλέως εἰς τὴν πόλιν, ἑκάστην γυναῖκα χρυσοῦν λαμβάνειν, Κύρου νομοθετήσαντος. Ὦχον δέ φασι, τά τ' ἄλλα μοχθηρὸν καὶ φιλοκερδέστατον βασιλέων ὄντα, περικάμψαι τὴν πόλιν ἀεὶ, καὶ μὴ παρελθεῖν, ἀλλ' ἀποστερῆσαι τῆς δωρεᾶς τὰς γυναῖκας· Ἀλέξανδρος δὲ καὶ δὶς εἰσῆλθε καὶ ταῖς κυούσαις διπλοῦν ἔδωκε.

ΚΕΛΤΑΙ.

Κελτοῖς, πρὶν ὑπερβαλεῖν Ἄλπεις καὶ κατοικῆσαι τῆς Ἰταλίας ἣν νῦν νέμονται χώραν, στάσις ἐμπεσοῦσα δεινὴ καὶ δυσκατάπαυστος, εἰς πόλεμον ἐμφύλιον προῆλθεν. Αἱ δὲ γυναῖκες, ἐν μέσῳ τῶν ὅπλων γενόμεναι, καὶ παραλαβοῦσαι τὰ νείκη, διῄτησαν οὕτως ἀμέμπτως καὶ διέκριναν, ὥστε φιλίαν πᾶσι θαυμαστὴν καὶ κατὰ πόλεις καὶ κατ' οἴκους γενέσθαι πρὸς πάντας. Ἐκ τούτου διετέλουν περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης βουλευόμενοι μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους ἀμφίβολα δι' ἐκείνων βραβεύοντες. Ἐν γοῦν ταῖς πρὸς Ἀννίβαν συνθήκαις ἐγράψαντο, Κελτῶν μὲν ἐγκαλούντων Καρχηδονίοις, τοὺς ἐν Ἰβηρίᾳ Καρχηδονίων ἐπάρχους καὶ στρατηγοὺς εἶναι δικαστάς· ἂν δὴ Καρχηδόνιοι Κελτοῖς ἐγκαλῶσι, τὰς Κελτῶν γυναῖκας.

ΜΗΛΙΑΙ.

Μήλιοι, γῆς χρῄζοντες ἀμφιλαφοῦς, Νυμφαῖον ἡγεμόνα τῆς ἀποικίας ἐποιήσαντο, νέον ἄνδρα καὶ κάλλει διαφέροντα· τοῦ δὲ θεοῦ πλεῖν κελεύσαντος αὐτοὺς, ὅπου δ' ἂν ἀποβάλωσι τοὺς κομιστῆρας, ἐκεῖ κατοικεῖν, συνέπεσε τῇ Καρίᾳ προσβαλοῦσιν αὐτοῖς καὶ ἀποβᾶσι, τὰς ναῦς ὑπὸ χειμῶνος διαφθαρῆναι. Τῶν δὲ Καρῶν οἱ Κρύασσαν οἰκοῦντες, εἴτε τὴν ἀπορίαν οἰκτείραντες, εἴτε δείσαντες αὐτῶν τὴν τόλμαν,

agunt, mulieres virilibus tunicis et lænis, viros mulie[-]bribus vittis ac velis vestientes. Virorum penuriam u[t] exsarcirent, mulieres non, ut Herodotus narrat, ser[-]vis, sed vicinorum optimis in civitatem receptis con[-]junxerunt : quos illæ videbantur contemnere et igno[-]minia afficere in concubitu, ut se deteriores. Itaqu[e] legem posuerunt, quæ nuptas barbam jubebat haber[e] quando cum viris concumberent.

V. PERSIDES.

Cyrus cum Persas ab Astyage rege et Medis abalie[-]nasset, prælio victus est. Persis autem fuga se ad urben[m] recipientibus, cum parum abesset quin simul hoste[s] irruerent, occurrerunt ante urbem mulieres, vestibus[-]que sursum ab inferioribus partibus attractis, dixerunt *Quo fugitis, omnium hominum pessimi? non quiden[m] fuga hâc penetrare potestis unde exivistis.* Hoc specta[-]culum, atque hæc vox pudorem incussit Persis, sequ[e] ipsos culpantes conversi sunt, et instaurata pugna ho[-]stes fuderunt. Inde lex posita a Cyro est, ut quoties re[x] in urbem intrat, singulis mulieribus aureus detur Ochum ferunt, alioquin etiam pravum hominem et re[-]gum avarissimum, semper circumivisse urbem, nequ[e] ingredi unquam voluisse, itaque mulieres dono defrau[-]dasse. Alexander vero bis intravit, et gravidis duplum dedit.

VI. CELTICÆ.

Celtæ, antequam Alpes transgressi Italiæ eam obtine[-]rent partem quam nunc incolunt, e gravi et implacabil[i] discordia in bellum inciderant civile. Mulieres auten[m] inter media arma progressæ, cognitis controversiis, tam dextre eas et inculpate dijudicaverunt, ut admirabili[s] earum ex arbitrio amicitia omnium cum omnibus pe[r] urbes singulasque familias exstiterit. Itaque in poste[-]rum a Celtis mos servatus est, ut consultationibus d[e] bello et pace mulieres suas adhiberent, et lites cum sociis ortas earum opera disceptarent. Quare in su[o] etiam fœdere, quod cum Annibale icerunt, scripserunt *Si Celtæ haberent quo nomine Carthaginienses accusa[-]rent, judicium fore Carthaginiensium ducum ac præfe[-]ctorum in Hispania : si vero Carthaginienses Celtis aliqui[d] objicerent, causæ cognitionem futuram penes Celtarum mulieres.*

VII. MELIÆ.

Melii cum solo ampliore indigerent, Nymphæo juven[i] pulcherrimo coloniæ deducendæ præfecto, navigave[-]runt, deo jubente *ibi habitare ubi, a quibus porta[-]bantur, amitterent.* Accidit autem ut cum ad Carian[m] navibus applicatis egressi in terram essent, naves tempe[-]state perderentur. Cares qui Cryassam incolebant, siv[e] inopiam eorum miserati, sive audaciam metuentes, ha[-]bitare eos secum jusserunt, partemque agri sui imper[-]

ἐκέλευον οἰκεῖν παρ' αὐτοῖς, καὶ τῆς χώρας μετέδωκαν· εἶτα πολλὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ λαμβάνοντας αὔξησιν ὁρῶντες, ἐπεβούλευον ἀνελεῖν, εὐωχίαν τινὰ καὶ θοίνην παρασκευάσαντες. Ἔτυχε δὲ Καρίνη παρθένος ἐρῶσα τοῦ Νυμφαίου, καὶ λανθάνουσα τοὺς ἄλλους· ἐκαλεῖτο δὲ Καφένη· πραττομένων δὲ τούτων, οὐ δυναμένη τὸν Νυμφαῖον περιορᾶν ἀπολλύμενον, ἐξήγγειλε τὴν διάνοιαν αὐτῷ τῶν πολιτῶν. Ὡς οὖν ἧκον οἱ Κρυασσεῖς καλοῦντες αὐτοὺς, οὐκ ἔφη νόμον ὁ Νυμφαῖος Ἕλλησιν εἶναι βαδίζειν ἐπὶ δεῖπνον ἄνευ γυναικῶν· ἀκούσαντες δὲ οἱ Κᾶρες, ἐκέλευον ἄγειν καὶ τὰς γυναῖκας. Οὕτω δὴ φράσας τὰ πεπραγμένα Μηλίοις, ἐκέλευσεν αὐτοὺς μὲν ἀνόπλους ἐν ἱματίοις βαδίζειν, τῶν δὲ γυναικῶν ἑκάστην ξίφος ἐν τῷ κόλπῳ κομίζειν, καὶ καθέζεσθαι παρὰ τὸν αὐτῆς. Ἐπεὶ δὲ, τοῦ δείπνου μεσοῦντος, ἐδόθη τὸ σύνθημα τοῖς Καρσὶ, καὶ συνῄσθοντο τὸν καιρὸν οἱ Ἕλληνες, αἱ μὲν γυναῖκες ἅμα πᾶσαι τοὺς κόλπους διέσχον, οἱ δὲ τὰ ξίφη λαβόντες ἐπέθεντο τοῖς βαρβάροις, καὶ διέφθειραν αὐτοὺς ἅμα πάντας· κτησάμενοι δὲ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν ἐκείνην καταβαλόντες, ᾤκισαν ἑτέραν, ἣν νέαν Κρύασσαν ὠνόμασαν. * Ἡ δὲ Καφένη τῷ Νυμφαίῳ γαμηθεῖσα, τιμὴν καὶ χάριν ἔσχε ταῖς εὐεργεσίαις πρέπουσαν. Ἄξιον οὖν ἄγασθαι τῶν γυναικῶν καὶ τὴν σιωπὴν καὶ τὸ θάρσος, καὶ τὸ μηδεμίαν ἐν πολλαῖς μηδ' ἄκουσαν ὑπὸ δειλίας κακὴν γενέσθαι.

ΤΥΡΡΗΝΙΔΕΣ.

Τυῤῥηνῶν τοίνυν τῶν Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κατασχόντων, ἁρπασάντων δὲ Βραυρωνόθεν τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, ἐγένοντο παῖδες, οὓς ἐξήλασαν Ἀθηναῖοι, μιξοβαρβάρους ὄντας, ἐκ τῶν νήσων. Οἱ δ' εἰς Ταίναρον κατάραντες, ἐγένοντο χρήσιμοι Σπαρτιάταις περὶ τὸν εἱλωτικὸν πόλεμον, καὶ διὰ τοῦτο πολιτείας καὶ γάμων τυχόντες, οὐκ ἀξιούμενοι δὲ ἀρχείων καὶ βουλῆς, ὑπόνοιαν ἔσχον, ὡς ἐπὶ νεωτερισμῷ συνερχόμενοι, καὶ διανοούμενοι τὰ καθεστῶτα κινεῖν. Συλλαβόντες οὖν αὐτοὺς οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ καθείρξαντες, ἐφύλαττον ἰσχυρῶς, ζητοῦντες ἑλεῖν σαφέσι καὶ βεβαίοις ἐλέγχοις· αἱ δὲ τῶν καθειργμένων γυναῖκες ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν παραγενόμεναι, πολλαῖς ἱκεσίαις καὶ δεήσεσι παρείθησαν ὑπὸ τῶν φυλάκων, ὅσον ἀσπάσασθαι καὶ προσειπεῖν τοὺς ἄνδρας. Ἐπεὶ δ' εἰσῆλθον, ἐκέλευον αὐτοὺς μεταμφιέννυσθαι ταχὺ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἐκείναις ἀπολιπεῖν, τὰ δ' ἐκείνων ἐνδύντας αὐτοὺς ἀπιέναι περικαλυψαμένους. Γενομένων δὲ τούτων, αἱ μὲν ὑπέμειναν αὐτοῦ, παραταξάμεναι πρὸς πάντα τὰ δεινὰ, τοὺς δ' ἄνδρας ἐξαπατηθέντες οἱ φύλακες παρῆκαν, ὡς δὴ γυναῖκας. Ἐκ δὴ τούτου καταλαβομένων αὐτῶν τὰ Ταΰγετα, καὶ τὸ εἱλωτικὸν ἀφιστάντων καὶ προσδεχομένων, οἱ Σπαρτιᾶται εἰς πολὺν φόβον καταστάντες ἐπεκηρυκεύσαντο, καὶ διηλλάγησαν ἐπὶ τῷ κομίσασθαι μὲν αὐτοὺς τὰς γυναῖκας, χρήματα δὲ καὶ ναῦς λαβόντας ἐκπλεῦσαι,

tiverunt: deinde, cum viderent eos brevi temporis spatio magna fecisse incrementa, per insidias eos interficere statuerunt, lauto convivio ad hoc instructo. Forte virgo quædam Caria, nomine Caphena, Nymphæum amabat. Quæ, cum ista agerentur, non sustinens salutem amasii negligere, consilium ei civium aperuit. Cum ergo Cryassenses venirent eos vocatum, respondit Nymphæus moris non esse Græcis, ad cœnam venire sine mulieribus. Quo audito Cares eas ut secum adducerent jusserunt. Tum Nymphæus re Meliis exposita, ipsos tunicatos et inermes secum ire ad cœnam jussit, mulierum autem quamque gladium sub sinu gestare et suo marito assidere. Sub mediam cœnam cum Cares tesseram dedissent, Græci articulum temporis rei gerendæ adesse sentientes, simul omnibus uxoribus sinus pandentibus, gladios arripuerunt, barbarosque adorti universos interfecerunt: agroque et urbe ea potiti, aliam novam condiderunt, *Cryassamque Novam* appellaverunt. Caphena autem Nymphæo nupsit, dignamque beneficio gratiam et meritos honores consecuta est. Digna autem est admiratione mulierum taciturnitas atque audacia, et quod nulla earum inter tam multas ne invita quidem præ metu officium prodidit.

VIII. TYRRHENÆ.

Tyrrheni cum Lemnum et Imbrum occupassent, Atheniensium mulieribus Braurone abreptis filios procreaverunt, quos ut semibarbaros Athenienses insulis expulerunt. Hi cum Tænarum appulissent, Lacedæmoniis in servili seu helotico bello utilem præbuerunt operam, ideoque civitate et matrimoniis dignati sunt. Quod autem in senatum et ad consilia non adhibebantur, venerunt in suspicionem quasi novarum rerum moliendarum causa coirent. Itaque a Spartanis comprehensi et in carcerem conjecti, accurate custodiebantur, cupientibus liquidis et stabilibus eos convincere argumentis. Captorum vero uxores ad carcerem venerunt, multisque obsecrationibus et precibus a custodibus impetraverunt, ut ad maritos intromitterentur, salutaturæ eos et compellaturæ. Postquam intro venerunt, celeriter viros secum permutare vestes jusserunt, muliebribusque in vestibus exire. Ita mulieres quidem paratæ ad omnia adversa in carcere manserunt, viros autem decepti custodes pro uxoribus dimiserunt. Exinde Tyrrheni Taygeta occupaverunt, helotesque ad defectionem suamque societatem pertraxerunt: qua re Spartani cum in magnum venissent metum, pacem cum iis per internuncios composuerunt, ea conditione, ut receptis uxoribus, acceptaque pecunia et navibus disce-

καὶ γῆς τυχόντας ἀλλαχόσε καὶ πόλεως, ἀποίκους Λακεδαιμονίων καὶ συγγενεῖς νομίζεσθαι. Ταῦτ' ἔπραττον οἱ Πελασγοὶ, Πόλλιν ἡγεμόνα, καὶ ἀδελφὸν Κραταΐδαν, Λακεδαιμονίους, λαβόντες· καὶ μέρος μὲν αὐτῶν ἐν Μήλῳ κατῴκησαν· τοὺς δὲ πλείστους οἱ περὶ Πόλλιν ἔχοντες, εἰς Κρήτην ἔπλευσαν, ἀποπειρώμενοι τῶν λογίων. Ἐχρήσθη γὰρ αὐτοῖς, ὅταν τὴν θεὸν καὶ τὴν ἄγκυραν ἀπολέσωσι, παύσασθαι πλάνης, καὶ πόλιν ἐκεῖ συνοικίζειν. Ὁρμισθεῖσιν οὖν πρὸς τῇ λεγομένῃ Χεῤῥονήσῳ θόρυβοι πανικοὶ προσέπεσον νύκτωρ· ὑφ' ὧν διαπτοηθέντες, ἐνεπήδησαν εἰς τὰς ναῦς ἀκόσμως, ἀπολιπόντες ἐν τῇ γῇ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ πατρῷον ἦν αὐτοῖς εἰς Λῆμνον ἐκ Βραύρωνος κομισθὲν, ἐκ δὲ Λήμνου πανταχοῦ συμπεριαγόμενον. Ἐπεὶ δὲ, τοῦ θορύβου λήξαντος, ἐπόθησαν αὐτὸ κατὰ πλοῦν, ἅμα δὲ ὁ Πόλλις κατέμαθε τῇ ἀγκύρᾳ τὸν ὄνυχα μὴ προσόντα (βίᾳ γὰρ ἑλκομένης, ὡς ἔοικεν, ἐν τόποις ὑποπέτροις ἀποσπασθεὶς ἔλαθε), περαίνεσθαι τὰ πυθόχρηστα φήσας, ἐσήμαινεν ἀναστρέφειν· καὶ κατέσχε τὴν χώραν, καὶ μάχαις πολλαῖς τῶν ἀντιταξαμένων ἐπικρατήσας, Λύκτον ᾤκησε, καὶ πόλεις ἄλλας ὑποχειρίους ἔλαβε. Διὸ καὶ νομίζουσιν, αὐτοὺς Ἀθηναίοις τε διὰ τὰς μητέρας κατὰ γένος προσήκειν, καὶ Σπαρτιατῶν ἀποίκους εἶναι.

ΛΥΚΙΑΙ.

Τὸ δ' ἐν Λυκίᾳ γενέσθαι λεγόμενον μυθῶδες μέν ἐστιν, ἔχει δέ τινα φήμην ὁμοῦ μαρτυροῦσαν. Ἀμισώδαρος γὰρ, ὥς φασιν, ὃν Ἰσάραν Λύκιοι καλοῦσιν, ἧκεν ἐκ τῆς περὶ Ζέλειαν ἀποικίας Λυκίων, λῃστρίδας ἄγων ναῦς, ὧν Χίμαῤῥος ἡγεῖτο, πολεμιστὴς μὲν ἀνὴρ, ὠμὸς δὲ καὶ θηριώδης. Ἔπλει δὲ πλοίῳ λέοντα μὲν ἔχοντι πρώραθεν ἐπίσημον, * ἐκ δὲ πρύμνης δράκοντα, καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς Λυκίους ἐποίει, καὶ πλεῦσαι τὴν θάλατταν οὐκ ἦν, οὐδὲ τὰς ἐγγὺς θαλάττης πόλεις οἰκεῖν. Τοῦτον οὖν ἀποκτείνας ὁ Βελλεροφόντης φεύγοντα τῷ Πηγάσῳ διώξας, ἐκβαλὼν δὲ καὶ τὰς Ἀμαζόνας, οὐδενὸς ἐτύγχανε τῶν δικαίων, ἀλλ' ἦν ἀδικώτατος περὶ αὐτὸν Ἰοβάτης, ὅθεν εἰς τὴν θάλατταν ἐμβὰς, ηὔξατο κατ' αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι τὴν χώραν ἄκαρπον γενέσθαι καὶ ἀνόνητον. Εἶτα ὁ μὲν ἀπῄει κατευξάμενος, κῦμα δὲ διαρθὲν ἐπέκλυζε τὴν γῆν· καὶ θέαμα δεινὸν ἦν, ἑπομένης μετεώρου τῆς θαλάττης, καὶ ἀποκρυπτούσης τὸ πεδίον. Ἐπεὶ δὲ, τῶν ἀνδρῶν δεομένων τὸν Βελλεροφόντην ἐπισχεῖν, οὐδὲν ἔπειθον, αἱ γυναῖκες ἀνασυράμεναι τοὺς χιτωνίσκους, ἀπήντησαν αὐτῷ· πάλιν οὖν ὑπ' αἰσχύνης ἀναχωροῦντος ὀπίσω, καὶ τὸ κῦμα λέγεται συνυποχωρῆσαι. Τινὲς δὲ τοῦ λόγου τούτου παραμυθούμενοι τὸ μυθῶδες, οὔ φασι κατάραις ὑπαγαγέσθαι τὴν θάλασσαν αὐτὸν, ἀλλὰ τοῦ πεδίου τὸ πιότατον ὑποκεῖσθαι τῇ θαλάσσῃ ταπεινότερον· ὀφρὺν δὲ παρατείνουσαν ἀκτῆς, ἣ διεῖργε τὴν θάλασσαν, ἐκρῆξαι τὸν Βελλεροφόντην, καὶ βίᾳ τοῦ πελάγους ἐπιφερομένου καὶ κατακλύζοντος τὸ πεδίον,

derent, alibique agrum et urbem nacti, coloni Lacedæmoniorum cognatique haberentur. Fecerunt hoc Pelasgi, ducibus Polli, Delpho, Crataida, Lacedæmoniis: ac pars quidem eorum in Melo sedem fixit: plerique cum Polli in Cretam navigarunt, oraculique eventum periclitati sunt: responsum enim fuerat, *ubi deam et anchoram amisissent, fore finem errorum, ibique eis esse urbem condendam.* Cum ergo ad locum Cretæ, qui dicitur Cherronesus (id est peninsula), appulissent, noctu panici terrores oblati iis sunt: quibus consternati tumultuaria festinatione naves conscenderunt, relicto in terra Dianæ simulacro, quod a majoribus acceperant Braurone in Lemnum advectum, et a Lemno semper secum circumtulerant. Cum autem tumultu sedato navigantes id desiderarent, Pollis, qui simul etiam anchoræ unguem deesse senserat (vi enim attracta anchora, is in saxosis, ut apparet, locis abruptus erat), oraculum Pythiæ finem suum consequi jam dicens, signo dato retro navigavit in Cretam, occupavitque regionem, multisque pugnis cum vicisset hostes, Lyctum aliasque urbes in suam potestatem redactas incoluit. Itaque Lyctii et Atheniensium se cognatos matrum causa ducunt et Spartanorum colonos.

IX. LYCIÆ.

Fabulosum est quod evenisse in Lycia dicitur, quanquam ei fama testimonium ferat. Sic autem narratur. Amisodarus, quem Isaram Lycii nominant, ex colonia Lyciorum quæ apud Zeliam erat, cum navibus venit piraticis, duce Chimaro, homine bellicoso, cæterum crudeli et effero: ejus navis in prora leonis, in puppi draconis habebat insigne. Multum is mali fecit Lyciis, infestumque habuit mare, ut neque navigari hoc, neque maritimæ urbes habitari possent. Hunc cum interfecisset Bellerophontes, fugientem Pegaso insecutus, et Amazones quoque ejecisset, nullam retulit ab Iobate gratiam, sed est ab eo injustissime tractatus. Itaque ad mare accessit, ac Neptunum precatus est ut Iobatæ regionem sterilem inutilemque redderet, votisque factis retro discessit. Fluctus autem elatus terram inundavit: eratque atrox spectaculum, cum sublime mare sequeretur eum et agros occultaret. Cum deprecantes viri Bellerophontem non moverent, mulieres occurrerunt ei, tunicis sublatis corpora denudantes: itaque præ pudore eo retro recedente, fluctus quoque, ut aiunt, simul recessit. Alii fabulam vitantes, non exsecrationibus mare ab eo adductum dicunt: sed cum pinguissima pars planitiei ad mare esset humilior, supercilium montanum, quod præter littus maris porrectum undas arcebat, fuisse a Bellerophonte perruptum: cumque mare vi inferretur, et planitiem illuvie tegeret, viros Bellerophontem deprecando nihil impetrasse, mu-

τοὺς μὲν ἄνδρας οὐδὲν περαίνειν δεομένους αὐτοῦ, τὰς δὲ γυναῖκας ἀθρόας περιχυθείσας, αἰδοῦς τυχεῖν καὶ ἀποπαῦσαι τὴν ὀργήν. Οἱ δ' ὅλως τὴν λεγομένην Χίμαιραν ὄρος ἀντήλιον γεγονέναι φασὶ, καὶ ποιεῖν ἀνακλάσεις καὶ ἀνακαύσεις ἐν τῷ ὄρει χαλεπὰς καὶ πυρώδεις, ὑφ' ὧν ἀνὰ τὸ πεδίον σκεδαννυμένων, μαραίνεσθαι τοὺς καρπούς. Τὸν δὲ Βελλεροφόντην συμφρονήσαντα, διακόψαι τοῦ κρημνοῦ τὸ λειότατον, καὶ μάλιστα τὰς ἀνακλάσεις ἀνταποστέλλον· ἐπεὶ δ' οὐκ ἐτύγχανε χάριτος, ὀργῇ πρὸς ἄμυναν τραπέσθαι τῶν Λυκίων, πεισθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Ἦν δὲ Νύμφις ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Ἡρακλείας αἰτίαν εἴρηκεν, ἥκιστα μυθώδης ἐστί· λέγει γὰρ, ὅτι σῦν ἄγριον ἐν τῇ Ξανθίων χώρᾳ καὶ ζῷα καὶ καρποὺς λυμαινόμενον ἀνελὼν ὁ Βελλεροφόντης, οὐδεμιᾶς ἐτύγχανεν ἀμοιβῆς· καταρασαμένου δὲ τῶν Ξανθίων αὐτοῦ πρὸς τὸν Ποσειδῶνα, πᾶν τὸ πεδίον ἐξήνθησεν ἁλμυρίδα, καὶ διέφθαρτο παντάπασι, τῆς γῆς πικρᾶς γενομένης· μέχρις οὗ τὰς γυναῖκας αἰδεσθεὶς δεομένας, εὔξατο τῷ Ποσειδῶνι τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι. Διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρῶν, χρηματίζειν.

ΣΑΛΜΑΤΙΔΕΣ.

Ἀννίβα δὲ τοῦ Βάρκα, πρὶν ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύειν, ἐν Ἰβηρίᾳ πόλει μεγάλῃ Σαλματικῇ προσμαχομένου, πρῶτον μὲν ἔδεισαν οἱ πολιορκούμενοι, καὶ συνέθεντο ποιήσειν τὸ προσταττόμενον, Ἀννίβᾳ τριακόσια δόντες ἀργυρίου τάλαντα καὶ τριακοσίους ὁμήρους. Ἀνέντος δὲ τὴν πολιορκίαν ἐκείνου, μεταγνόντες οὐδὲν ἔπραττον ὧν ὡμολόγησαν. Αὖθις οὖν ἐπιστρέψαντος αὐτοῦ, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ διαρπαγῇ χρημάτων κελεύσαντος ἐπιχειρεῖν τῇ πόλει, παντάπασι καταπλαγέντες οἱ βάρβαροι, συνεχώρησαν ἐξελθεῖν ἐν ἱματίῳ τοὺς ἐλευθέρους, ὅπλα καὶ χρήματα καὶ ἀνδράποδα καὶ τὴν πόλιν καταλιπόντας. Αἱ δὲ γυναῖκες, οἰόμεναι, τῶν μὲν ἀνδρῶν φωράσειν ἕκαστον ἐξιόντα τοὺς πολεμίους, αὐτῶν δ' οὐκ ἂν ἅψασθαι, ξίφη λαβοῦσαι καὶ ἀποκρύψασαι, συνεξέπιπτον τοῖς ἀνδράσιν. Ἐξελθόντων δὲ πάντων ὁ Ἀννίβας. φρουρὰν Μασαισυλίων ἐπιστήσας, ἐν τῷ προαστείῳ συνεῖχεν αὐτοὺς, οἱ δ' ἄλλοι τὴν πόλιν ἀτάκτως ἐμπεσόντες διήρπαζον. Πολλῶν δ' ἀγομένων, οἱ Μασαισύλιοι καρτερεῖν οὐκ ἠδύναντο βλέποντες, * οὐδὲ τῇ φυλακῇ τὸν νοῦν προσεῖχον, ἀλλ' ἠγανάκτουν, καὶ ἀπεχώρουν, ὡς μεθέξοντες τῆς ὠφελείας. Ἐν τούτῳ δὲ αἱ γυναῖκες ἐμβοήσασαι τοῖς ἀνδράσι τὰ ξίφη παρέδοσαν, ἔνιαι δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν ἐπετίθεντο τοῖς φρουροῦσι· μία δὲ καὶ λόγχην ἐξαρπάσασα Βάνωνος τοῦ ἑρμηνέως, αὐτὸν ἐκεῖνον ἔπαισεν· ἔτυχε δὲ τεθωρακισμένος· τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν καταβαλόντες, τοὺς δὲ τρεψάμενοι, διεξέπεσον ἀθρόοι μετὰ τῶν γυναικῶν. Πυθόμενος δὲ ὁ Ἀννίβας καὶ διώξας, τοὺς μὲν καταλειφθέντας εἷλεν· οἱ δὲ τῶν ὀρῶν ἐπιλαβόμενοι, παραχρῆμα μὲν διέφυγον, ὕστερον δὲ πέμψαντες ἱκετηρίαν, εἰς τὴν

lieres autem facto agmine circumfusas obtinuisse ut ipsas reveritus iram poneret. Sunt qui affirment, Chimæram illam poetarum fabulis nobilitatam, montem omnino fuisse soli oppositum, in quem Solis radii cum reflecterentur, et æstum vehementem ac quasi igneum in planitiem retorquerent, factum esse ut fruges marcescerent. Bellerophontem autem causa mali intellecta, eam præcipitii partem quæ erat lævissima, et maxime solis radios reflectebat, excidisse : cumque ei non haberentur gratiæ, iratum ad ulciscendum Lycios se contulisse, a mulieribus autem fuisse placatum. Nymphis quarto de Heraclea libro causam affert a fabula maxime remotam. Aprum, qui in agro Xanthio animalia et fructus perderet, fuisse interemptum a Bellerophonte, neque ei ullam relatam gratiam. Itaque cum Xanthios fuisse exsecratum, impetrasseque ut totum solum salsuginem emitteret, terræque amarore indito omnes fruges corrumperentur : idque durasse, donec mulierum victus reverentia deprecantium, Neptunum exoraverit ut finem iræ faceret. Atque hinc legem esse apud Xanthios, ut non a patribus, sed a matribus nomina sumant.

X. SALMANTICÆ.

Cum Annibal Barcæ filius, antequam bellum Romanis inferret, in Hispania Salmanticam urbem magnam oppugnaret, metuentes sibi oppidani, promiserunt imperata se facturos, daturosque Annibali trecenta argenti talenta, et trecentos obsides. Ut Annibal ab obsidione destitit, mutata Salmantici sententia promissis non steterunt. Itaque reversus est, urbemque diripiendam militibus proposuit. Ibi tum prorsus perterriti barbari, pacti sunt, ut liceret liberis corporibus discedere tunicatis, relicta urbe, armis, opibus, et mancipiis. At mulieres ratæ in viros inquisitum singulatim, se exploratum non iri, gladiis sumptis occultatisque viros exeuntes comitatæ sunt. Egressis omnibus Annibal custodiæ causa Masæsylios addidit, inque suburbio eos his stipatos continuit : reliqui promiscue urbem diripuerunt. Masæsylii autem magnam agi prædam cernentes, continere se amplius, aut captivorum custodiæ intenti esse non potuerunt : sed indigne suam ferentes sortem, ipsi quoque abiverunt ut prædæ partem peterent. Interim mulieres viros suos exhortatæ sunt clamore, eisque gladios tradiderunt : atque adeo nonnullæ ipsæ custodes sunt adortæ : inter quas una Banoni interpreti hastam eripuit, eaque ipsum, quamvis thorace indutum, feriit : viri, aliis fugatis, aliis occisis, frequentes una cum mulieribus effugerunt. Annibal nuntio rei accepto insecutus, quos in fuga arripere potuit, necavit : reliqui, montes cum attigissent, cæde evitata, postmodo sup-

πόλιν ὑπ' αὐτοῦ κατήχθησαν, ἀδείας καὶ φιλανθρωπίας τυχόντες.

ΜΙΛΗΣΙΑΙ.

Τὰς Μιλησίων ποτὲ παρθένους δεινὸν πάθος καὶ ἀλλόκοτον κατέσχεν, ἐκ δή τινος αἰτίας ἀδήλου· μάλιστα δ' εἰκάζετο κρᾶσιν ἐκστατικὴν καὶ φαρμακώδη λαβὼν ὁ ἀὴρ, τροπὴν αὐταῖς καὶ παραφορὰν τῆς διανοίας ἀνεργάσασθαι. Πάσαις μὲν γὰρ ἐξαίφνης ἐπιθυμία θανάτου καὶ πρὸς ἀγχόνην ὁρμὴ περιμανὴς ἐνέπιπτε, πολλαὶ δ' ἀπήγχοντο λανθάνουσαι· λόγοι δὲ καὶ δάκρυα γονέων καὶ παρηγορίαι φίλων οὐδὲν ἐπέραινον, ἀλλὰ περιῆσαν ἐπινοίας καὶ πανουργίας ἁπάσης τῶν φυλαττόντων, ἑαυτὰς διαχρώμεναι. Καὶ τὸ κακὸν ἐδόκει δαιμόνιον εἶναι καὶ κρεῖττον ἀνθρωπίνης βοηθείας, ἄχρις οὗ γνώμῃ νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐγράφη προβούλευμα, τὰς ἀπαγχομένας γυμνὰς ἐκκομίζεσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς· καὶ τοῦτο κυρωθὲν οὐ μόνον ἐπέσχεν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἔπαυσε θανατώσας τὰς παρθένους. Μέγα δὴ τεκμήριον εὐφυΐας καὶ ἀρετῆς ἡ τῆς ἀδοξίας εὐλάβεια, καὶ τὸ πρὸς τὰ δεινότατα τῶν ὄντων, θάνατον καὶ πόνον, ἀδεῶς ἐχούσας, αἰσχροῦ φαντασίαν μὴ ὑπομεῖναι, μηδ' ἐνεγκεῖν αἰσχύνης μετὰ θάνατον ἐσομένης.

ΚΙΑΙ.

Ταῖς Κίων παρθένοις ἔθος ἦν, εἰς ἱερὰ δημόσια συμπορεύεσθαι καὶ διημερεύειν μετ' ἀλλήλων, οἱ δὲ μνηστῆρες ἐθεῶντο παιζούσας καὶ χορευούσας· ἑσπέρας δὲ πρὸς ἑκάστην ἀνὰ μέρος βαδίζοντες διηκονοῦντο τοῖς αὐτῶν γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς, ἄχρι τοῦ καὶ τοὺς πόδας ἀπονίζειν. Ἥρων πολλάκις μιᾶς πλείονες οὕτω κόσμιον ἔρωτα καὶ νόμιμον, ὥστε, τῆς κόρης ἐγγυηθείσης ἑνὶ, τοὺς ἄλλους εὐθὺς πεπαῦσθαι. Κεφάλαιον δὲ τῆς εὐταξίας τῶν γυναικῶν, τὸ μήτε μοιχείαν, μήτε φθορὰν ἀνέγγυον ἐτῶν ἑπτακοσίων μνημονεύεσθαι παρ' αὐτοῖς γενομένην.

ΦΩΚΙΔΕΣ.

Τῶν ἐν Φωκεῦσι τυράννων κατειληφότων Δελφοὺς, καὶ τὸν ἱερὸν κληθέντα πόλεμον Θηβαίων πολεμούντων πρὸς αὐτοὺς, αἱ περὶ τὸν Διόνυσον γυναῖκες, ἃς Θυιάδας ὀνομάζουσιν, ἐκμανεῖσαι καὶ περιπλανηθεῖσαι νυκτὸς, ἔλαθον ἐν Ἀμφίσσῃ γενόμεναι· κατάκοποι δ' οὖσαι, καὶ μηδέπω τοῦ φρονεῖν παρόντος αὐταῖς, ἐν τῇ ἀγορᾷ προέμεναι τὰ σώματα, σποράδην ἔκειντο καθεύδουσαι. Τῶν δ' Ἀμφισσέων αἱ γυναῖκες, φοβηθεῖσαι, μὴ διὰ τὸ σύμμαχον τὴν πόλιν Φωκέων γεγονέναι, καὶ συχνοὺς στρατιώτας παρεῖναι τῶν τυράννων, ἀγνωμονηθῶσιν αἱ Θυιάδες, ἐξέδραμον εἰς τὴν ἀγορὰν ἅπασαι καὶ κύκλῳ περιστᾶσαι σιωπῇ, κοιμωμέναις μὲν οὐ προσῄεσαν, ἐπεὶ δ' ἐξανέστησαν, ἄλλαι περὶ ἄλλας ἐγίνοντο θεραπεύουσαι, καὶ τροφὴν προσφέρουσαι· τέλος δὲ πείσασαι τοὺς ἄνδρας ἐπηκο-

plicibus missis deprecatoribus, gratia impunitateque impetrata, in urbem ab eo sunt reducti.

XI. MILESIÆ.

Milesias virgines quodam tempore atrox animi et absurda incessit perturbatio ; qua de causa, incertum. Putabatur aeris temperies veneno infecta, et ad insaniam excitandam parata, mutationem istam animorum atque abalienationem effecisse. Subito omnes mortis cupiditas, et ad vitam suspendio finiendam furiosus impetus egit, et multæ se ipsas clam suspendebant. Verba et lacrimæ parentum, amicorumque alloquia nihil valebant, sed sese interficiendis omnem ipsas custodientium industriam atque calliditatem vincebant. Et calamitas divinitus immissa, et remediis humanis videbatur major : donec quidam homo prudens legem promulgavit, quæ juberet, *omnes quæ sibi suspendio mortem conscivissent, nudas per forum efferri.* Hæc lex sancita, non inhibuit modo, sed et omnino abolevit illam qua virgines laborabant mortis cupiditatem. Magnum vero argumentum est bonæ indolis ac virtutis, metus ignominiæ : et quod nihil formidantes mortem ac dolorem, quæ omnium maxime terribilia habentur, turpitudinis tamen imaginationem non pertulerunt, neque sustinuerunt dedecus post mortem ipsis eventurum.

XII. CIÆ.

Cianis virginibus mos erat, ut ad sacra publica coirent, diemque una exigerent : proci autem ludentium et choreas ducentium spectatores erant : sub vesperam autem singularum domos adibant, invicemque parentibus et fratribus inserviebant, adeo ut pedes eorum abluerent. Sæpe eamdem plures amabant, ita modeste atque legitime, ut puella uni desponsa, reliqui statim eam amare desinerent. Muliebris autem hujus modestiæ, ut in summa dicam, hic fuit fructus, quod apud Cianos annorum septingentorum spatio, neque adulterii ullius, neque virginitati oblati extra matrimonium vitii mentio ulla fuit.

XIII. PHOCIDES.

Cum Phocensium tyranni Delphos occupassent, contraque eos a Thebanis bellum, quod *Sacrum* usurpatur, gereretur ; Baccho addictæ mulieres, quas Thyiadas vocant, furore correptæ, actæque per noctem erroribus, imprudentes Amphissam venerunt : utque erant defatigatæ, necdum ad sese redierant, corporibus sparsim in foro demissis obdormiverunt. Amphissensium autem uxores veritæ, ne, quia multi tyrannorum milites ea in urbe, Phocensibus nimirum fœdere juncta, aderant, injuria aliqua Thyiadibus fieret : in forum universæ procurrerunt, tacitæque in orbem astantes, neque aggressæ dormientes, somno solutis aliæ aliis operam dederunt, cibumque obtulerunt, tandemque a maritis hoc

λούθησαν αὐταῖς ἄχρι τῶν ὅρων ἀσφαλῶς προπεμπομέναις.

* ΟΥΑΛΕΡΙΑ ΚΑΙ ΚΛΟΙΛΙΑ.

Ταρκύνιον Σούπερβον, ἕβδομον ἀπὸ Ῥωμύλου βασιλεύοντα Ῥωμαίων, ἐξήλασεν ὕβρις καὶ ἀρετὴ Λουκρητίας, γυναικὸς ἀνδρὶ γεγαμημένης λαμπρῷ καὶ κατὰ γένος προσήκοντι τοῖς βασιλεῦσιν. Ἐβιάσθη μὲν γὰρ ὑφ' ἑνὸς τῶν Ταρκυνίου παίδων, ἐπιξενωθέντος αὐτῇ· φράσασα δὲ τοῖς φίλοις καὶ οἰκείοις τὸ πάθος, εὐθὺς ἀπέσφαξεν ἑαυτήν. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς ἀρχῆς ὁ Ταρκύνιος, ἄλλους τε πολλοὺς ἐπολέμησε πολέμους, πειρώμενος ἀναλαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν· καὶ τέλος ἄρχοντα Τυῤῥηνῶν Πορσίναν ἔπεισεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην στρατεῦσαι μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Ἅμα δὲ τῷ πολέμῳ καὶ λιμοῦ συνεπιτιθεμένου τοῖς Ῥωμαίοις, πυνθανόμενοι, τὸν Πορσίναν οὐ πολεμικὸν εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιον ἄνδρα καὶ χρηστὸν, ἐβούλοντο χρῆσθαι δικαστῇ πρὸς τὸν Ταρκύνιον. Ἀπαυθαδισαμένου δὲ τοῦ Ταρκυνίου, καὶ τὸν Πορσίναν, εἰ μὴ μένει σύμμαχος βέβαιος, οὐδὲ κριτὴν δίκαιον ἔσεσθαι φάσκοντος, ἀφεὶς ἐκεῖνον ὁ Πορσίνας, ἔπραττεν, ὅπως φίλος ἄπεισι Ῥωμαίων, τῆς τε χώρας ὅσην ἀπετέτμηντο Τυῤῥηνῶν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους κομισάμενος. Ἐπὶ τούτοις ὁμήρων αὐτῷ δοθέντων, δέκα μὲν ἀῤῥένων παίδων, δέκα δὲ θηλειῶν (ἐν αἷς ἦν ἡ Ποπλικόλα τοῦ ὑπάτου θυγάτηρ Οὐαλερία), πᾶσαν εὐθὺς ἀνῆκε τὴν πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευὴν, καίπερ οὔπω τέλος ἐχούσης τῆς ὁμολογίας. Αἱ δὲ παρθένοι κατέβησαν μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς λουσόμεναι μικρὸν ἀπωτέρω τοῦ στρατοπέδου· μιᾶς δ' αὐτῶν, ὄνομα Κλοιλίας, προτρεψαμένης, ἀναδησάμεναι περὶ τὰς κεφαλὰς τοὺς χιτωνίσκους, παρεβάλλοντο πρὸς ῥεῦμα πολὺ, καὶ δίνας βαθείας νέουσαι διεπέρασαν ἀλλήλων ἐχόμεναι πολυπόνως καὶ μόλις. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ἵππου τὴν Κλοιλίαν εὐπορήσασαν, αὐτὴν μὲν ἐπιβῆναι καὶ διεξελαύνειν ἠρέμα, ταῖς δ' ἄλλαις ὑφηγεῖσθαι παραθαρσύνουσαν νηχομένας καὶ παραβοηθοῦσαν. Ὧ δὲ τεκμηρίῳ χρῶνται, μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν. Ἐπεὶ δὲ σωθείσας εἶδον οἱ Ῥωμαῖοι, τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὴν τόλμαν ἐθαύμασαν, τὴν δὲ κομιδὴν οὐκ ἠγάπησαν, οὐδ' ὑπέμειναν ἐν πίστει χείρονες ἀνδρὸς ἑνὸς γενέσθαι. Πάλιν οὖν τὰς κόρας ἐκέλευσαν ἀπιέναι, καὶ συνέπεμψαν αὐταῖς ἀγωγούς· οἷς διαβᾶσι τὸν ποταμὸν ἐνέδραν ὑφεὶς ὁ Ταρκύνιος, ὀλίγον ἐδέησεν ἐγκρατὴς γενέσθαι τῶν παρθένων. Ἡ μὲν οὖν τοῦ ὑπάτου Ποπλικόλα θυγάτηρ, Οὐαλερία, μετὰ τριῶν προεξέφυγεν οἰκετῶν εἰς τὸ τοῦ Πορσίνα στρατόπεδον, τὰς δ' ἄλλας ὁ τοῦ Πορσίνα υἱὸς, Ἄῤῥους, ταχὺ προσβοηθήσας ἐξείλετο τῶν πολεμίων. Ἐπεὶ δ' ἤχθησαν, ἰδὼν αὐτὰς ὁ Πορσίνας, ἐκέλευσεν εἰπεῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ προτρεψαμένη καὶ κατάρξασα τοῦ βουλεύματος. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι φοβηθεῖσαι περὶ τῆς Κλοιλίας ἐσιώπησαν· αὐτῆς δὲ τῆς Κλοιλίας εἰπούσης ἑαυτὴν, ἀγασθεὶς ὁ Πορσίνας, ἐκέλευσεν ἵππον ἀχθῆναι κεκοσμημένον εὐπρεπῶς, καὶ τῇ

impetraverunt, ut eas tuto deductas ipsæ ad fines usque comitarentur.

XIV. VALERIA ET CLŒLIA.

Tarquinium Superbum, qui septimus a Romulo fuit Romæ rex, expulit Lucretiæ et contumelia et virtus mulieris nuptæ claro viro et regibus genere cognato. Nam quum unus e Tarquinii filiis hospitio ejus usus, vim ei intulisset, illa facinus amicis et necessariis aperuit, et continuo se ipsam interfecit. Expulsus Tarquinius cum alia multa gessit bella, conatus regnum recipere: tum Porsenæ Etruscorum principi persuasit, ut magno cum exercitu ad Romam expeditionem faceret. Romani simul et bello et fame pressi, cognito Porsenam non bello tantum, sed et justitia atque humanitate præclarum esse, arbitrium huic causæ Tarquinianæ detulerunt. Contumaciter hoc Tarquinio recusante, ac dicente Porsenam justum arbitrum non fore, si in fide societatis non persisteret: eo omisso Porsena hoc egit, ut Romanorum amicus, quem hi Etruscis ademerant agro captivisque receptis, discederet. Datis ei hanc ob rem obsidibus decem pueris, totidemque puellis (inter quas erat Valeria, Poplicolæ consulis filia), tametsi nondum confectis pactis, omnem statim belli apparatum dimisit. Virgines, quas obsides datas dixi, cum sub lavandi præscriptione ad fluvium aliquantulum longius a castris processissent, una earum Clœlia ipsas exhortante, tuniculis circum capita alligatis, ausæ sunt fluvium vastum atque vorticibus profundis periculosum magno cum labore tranare, invicem sese tenentes, ægreque ulteriorem in ripam evaserunt. Sunt qui Clœliam dicant nactam equum, eo conscenso sensim transivisse, aliisque natantibus ducem se præbuisse, et animum verbis adjecisse, opemque tulisse. Quo hi utantur argumento, mox dicetur. Romani ubi eas salvas rediisse videre, audaciam quidem et virtutem admirati sunt, reditum tamen non probaverunt, neque vinci se fide ab uno homine sustinuerunt. Itaque additis qui deducerent in castra eas Porsenæ remiserunt: cum transiissent fluvium, parum abfuit quin per insidias a Tarquinio interciperentur. Consulis tamen Poplicolæ filia Valeria cum tribus famulis occupavit in castra Porsenæ effugere: reliquas Porsenæ filius, Aruns, armis statim suppetiis latis ex hostibus eripuit. Adductas ad se conspicatus Porsena, quæsivit quænam auctor fuisset hujus consilii. Tum Clœlia, reliquis, quod ei metuerent tacentibus, ipsa de sese indicium professa est. Magna autem admiratione permotus Porsena, equum egregie ornatum adduci jus-

Κλοιλίᾳ δωρησάμενος, ἀπέπεμψεν εὐμενῶς καὶ φιλανθρώπως πάσας. Τοῦτο ποιοῦνται σημεῖον οἱ πολλοὶ τοῦ τὴν Κλοιλίαν ἵππῳ διεξελάσαι τὸν ποταμόν· οἱ δὲ οὔ φασιν, ἀλλὰ τὴν ῥώμην θαυμάσαντα καὶ τὴν τόλμαν αὐτῆς, ὡς κρείττονα γυναικὸς, ἀξιῶσαι δωρεᾶς ἀνδρὶ πολεμιστῇ πρεπούσης. Ἀνέκειτο γοῦν ἔφιππος εἰκὼν γυναικὸς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς λεγομένης, ἣν οἱ μὲν τῆς Κλοιλίας, οἱ δὲ τῆς Οὐαλερίας λέγουσιν εἶναι.

ΜΙΚΚΑ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΩ.

Ἀριστότιμος Ἠλείοις ἐπαναστὰς τύραννος ἴσχυε μὲν δι' Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, ἐχρῆτο δὲ τῇ δυνάμει πρὸς οὐδὲν ἐπιεικὲς, οὐδὲ μέτριον· * καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν φύσει θηριώδης, καὶ τοῖς φυλάττουσι τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ σῶμα βαρβάροις μιγάσι δουλεύων ὑπὸ φόβου, πολλὰ μὲν ὑβριστικὰ, πολλὰ δ' ὠμὰ τοὺς πολίτας ὑπ' αὐτῶν περιεώρα πάσχοντας· οἷον ἦν καὶ τὸ Φιλοδήμου πάθος. Ἔχοντος γὰρ αὐτοῦ θυγατέρα καλὴν, ὄνομα Μίκκαν, ἐπεχείρησέ τις τῶν περὶ τὸν τύραννον ξεναγῶν, ὄνομα Λεύκιος, ὕβρει μᾶλλον, ἢ ἔρωτι, συγγενέσθαι· καὶ πέμψας ἐκάλει τὴν παρθένον. Οἱ μὲν οὖν γονεῖς τὴν ἀνάγκην ὁρῶντες, ἐκέλευον βαδίζειν· ἡ δὲ παῖς οὖσα γενναία καὶ μεγαλόφρων, ἐδεῖτο τοῦ πατρὸς περιπλεκομένη καὶ καθικετεύουσα, μᾶλλον αὐτὴν περιιδεῖν ἀποθανοῦσαν ἢ τὴν παρθενίαν αἰσχρῶς καὶ παρανόμως ἀφαιρεθεῖσαν. Καὶ διατριβῆς γενομένης, σπαργῶν καὶ μεθύων ὁ Λεύκιος αὐτὸς ἐξανέστη μεταξὺ πίνων πρὸς ὀργήν· καὶ τὴν Μίκκαν εὑρὼν ἐν τοῖς γόνασι τοῦ πατρὸς τὴν κεφαλὴν ἔχουσαν, ἐκέλευσεν αὐτῷ συνακολουθεῖν· οὐ βουλομένης δὲ τὸ χιτώνιον περιῤῥήξας ἐμαστίγου γυμνὴν, αὐτὴν μὲν ἐγκαρτεροῦσαν σιωπῇ ταῖς ἀλγηδόσιν· ὁ δὲ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ, ὡς οὐδὲν ἀντιβολοῦντες καὶ δακρύοντες ἐπέραινον, ἐτράποντο πρὸς θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀνάκλησιν, ὡς δεινὰ καὶ παράνομα πάσχοντες. Ὁ δὲ βάρβαρος, ἐκμανεὶς παντάπασιν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ μέθης, ἀποσφάττει τὴν παρθένον, ὡς ἔτυχεν, ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ἔχουσαν τὸ πρόσωπον. Ἀλλ' οὐδὲ τούτοις ὁ τύραννος ἐκάμπτετο, πολλοὺς δ' ἀνῄρει, καὶ πλείονας ἐφυγάδευεν· ὀκτακόσιοι γοῦν λέγονται καταφυγεῖν ἐπ' Αἰτωλοὺς, δεόμενοι τὰς γυναῖκας αὐτοῖς καὶ τὰ νήπια τέκνα κομίσασθαι παρὰ τοῦ τυράννου. Ὀλίγῳ δ' ὕστερον αὐτὸς ἐκήρυξε τὰς βουλομένας γυναῖκας ἀπιέναι πρὸς τοὺς ἄνδρας, ὅσαι βούλονται, τῶν γυναικείων χρημάτων ἐπιφερομένας. Ἐπεὶ δὲ πάσας ᾔσθετο μεθ' ἡδονῆς τὸ κήρυγμα δεδεγμένας (ἐγένοντο γὰρ ὑπὲρ ἑξακόσιαι τὸ πλῆθος), ἐκέλευσεν ἀθρόας ἡμέρᾳ ῥητῇ βαδίζειν, ὡς τὴν ἀσφάλειαν αὐτὸς παρέξων. Ἐνστάσης δὲ τῆς ἡμέρας, αἱ μὲν ἐπὶ τὰς πύλας ἠθροίζοντο τὰ χρήματα συσκευασάμεναι, καὶ τῶν τέκνων τὰ μὲν ἐν ταῖς ἀγκάλαις φέρουσαι, τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἔχουσαι, καὶ περιέμενον ἀλλήλας· ἄφνω δὲ πολλοὶ τῶν τοῦ τυράννου ἐπεφέροντο, μένειν βοῶντες ἔτι πόῤῥωθεν. Ὡς δ' ἐγγὺς ἐγένοντο, τὰς

sit, eo Clœliam donavit, universasque benigne et humane suis remisit. Hoc signo multi docere volunt, Clœliam equo amnem trajecisse. Alii hoc negant, sed Porsenam aiunt, virtutem ejus audaciamque muliebri majorem admiratum, dignatum esse dono quod bellatori conveniret viro. Sane equestris statua posita est mulieris in via sacra : ab aliis ea Clœliæ, ab aliis Valeriæ attribuitur.

XV. MICCA ET MEGISTO.

Aristotimus auxilio regis Antigoni tyrannide, quam in Eleos occupaverat, constabilita, inique admodum atque immoderate sua usus est potentia : quippe homo natura ferus, barbarisque stipatoribus corpus tyrannidemque ejus tutantibus convenis serviens præ metu, multa ab iis in cives contumeliose, multa crudeliter facta dissimulabat. Quo in numero fuit Philodemi calamitas. Hujus enim filiam formosam, Miccam nomine, quidam tyranni peregrinis militibus dux præfectus Lucius, contumeliæ inferendæ magis studio quam amore ductus, cum cuperet corrumpere, misit qui eam arcesserent. Parentes quidem necessitatem animadvertentes, ire eam jubebant. Micca vero, ut erat generosa indole, animoque magno, patrem amplexa supplexque obsecrare, pateretur potius mori ipsam, quam ita turpiter atque injuste virginitate spoliari. Interjecta mora, ipse Lucius libidine ac vino ebrius, inter potandum prosiluit iratus : cumque Miccam invenisset caput inter patris habentem genua, sequi se jussit : detrectanti vestem deripuit, flagrisque eam cecidit, tacite dolores perferentem; cum pater et mater, postquam deprecando et flendo nihil se proficere sentirent, deos hominesque testarentur atrocia se et iniqua pati. Tandem barbarus ira et crapula plane in furorem actus, virginem, ut in patris tum sinu faciem habebat, confodit. Neque hoc animum tyranni flexit facinus : sed et multos interfecit, et plures in exsilium ejecit; nam octingenti ad Ætolos venisse dicuntur extorres, flagitantes ut se in uxoribus et liberis a tyranno auferendis juvarent. Paulo post Aristotimus ultro proposuit edictum, quo mulieribus, si quæ vellent, permittebat proficisci ad maritos, ac de dotalibus bonis quantum vellent secum ferre. Ubi sensit omnibus gratum esse hoc edictum (nam amplius sexcentis erant quæ se ad iter parabant), diem definiit ad quam confertim irent, tutum se iter ipsis præbiturum simulans. Cum dies appetiisset, et mulieres ad portam convenirent, pecuniamque congererent, et pueros aliæ in ulnis gestarent, aliæ curribus imponerent, ac se invicem præstolarentur; subito multi a tyranno immissi satellites, eminus clamore elato eas

μὲν γυναῖκας ἐκέλευον ἀναχωρεῖν ὀπίσω, τὰ δὲ ζεύγη καὶ τὰς ἁμάξας ὑποστρέψαντες ἔωσαν εἰς αὐτὰς, καὶ διὰ μέσων ἀφειδῶς διήλαυνον, οὔτ' ἀκολουθεῖν, οὔτε μένειν ἐῶντες, οὔτε τοῖς νηπίοις βοηθεῖν ἀπολλυμένοις (τὰ μὲν γὰρ ἐκπίπτοντα τῶν ἁμαξῶν, τὰ δ' ὑποπίπτοντα διεφθείροντο), βοῇ καὶ μάστιξιν, ὥσπερ πρόβατα, τῶν μισθοφόρων ἐπειγόντων ἀνατρεπομένας ὑπ' ἀλλήλων, ἕως εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνέβαλον ἁπάσας, τὰ δὲ χρήματα πρὸς τὸν Ἀριστότιμον ἀπεκομίσθη. Χαλεπῶς δὲ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τούτοις ἐχόντων, αἱ περὶ τὸν Διόνυσον ἱεραὶ γυναῖκες, ἃς ἑκκαίδεκα καλοῦσιν, ἱκετηρίας καὶ στέμματα τῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ λαβοῦσαι, περὶ τὴν ἀγορὰν ἀπήντησαν τῷ Ἀριστοτίμῳ, καὶ τῶν δορυφόρων ὑπ' αἰδοῦς διαστάντων, ἔστησαν τὸ πρῶτον σιωπῇ ὁσίως προϊσχόμεναι τὰς ἱκετηρίας. Ἐπεὶ δ' ἐγένοντο φανεραὶ δεόμεναι καὶ παραιτούμεναι τὴν ὀργὴν ὑπὲρ τῶν γυναικῶν, παροξυνθεὶς πρὸς τοὺς δορυφόρους, καὶ κεκραγὼς, ὅτι προσελθεῖν εἴασαν αὐτὰς, ἐποίησε τὰς μὲν ὠθοῦντας, τὰς δὲ τύπτοντας ἐξελάσαι ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ἑκάστην δὲ δυσὶ ταλάντοις ἐζημίωσε. Γενομένων δὲ τούτων, ἐν μὲν τῇ πόλει συνέστησε πρᾶξιν ἐπὶ τὸν τύραννον Ἑλλάνικος, ἀνὴρ διὰ γῆρας ἤδη καὶ δύο τέκνων θάνατον, ὡς οὐδὲν ἂν πράξας, ὑπὸ τοῦ τυράννου περιορώμενος. * Ἐκ δ' Αἰτωλίας διαπεράσαντες οἱ φυγάδες, καταλαμβάνουσι τῆς χώρας ἐπιτήδειον ἐμπολεμεῖν ἔρυμα τὴν Ἀμυμώνην, καὶ συχνοὺς προσεδέχοντο τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς Ἤλιδος ἀποδιδράσκοντας. Ταῦτα δὲ δείσας ὁ Ἀριστότιμος, εἰσῆλθε πρὸς τὰς γυναῖκας, καὶ νομίζων, φόβῳ μᾶλλον, ἢ χάριτι, διαπράξεσθαι, προσέταττε πέμπειν καὶ γράφειν αὐτὰς τοῖς ἀνδράσιν, ὅπως ἀπίωσιν ἐκ τῆς χώρας· εἰ δὲ μὴ, κατασφάξειν ἠπείλει πάσας αἰκισάμενος, καὶ προανελὼν τοὺς παῖδας. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι, πολὺν χρόνον ἐφεστῶτος καὶ κελεύοντος εἰπεῖν εἴ τι πράξουσι τούτων, οὐδὲν ἀπεκρίναντο πρὸς ἐκεῖνον, ἀλλὰ προσέβλεψαν ἀλλήλαις σιωπῇ, καὶ διένευσαν, ἀνθομολογούμεναι, τὸ μὴ δεδιέναι μηδ' ἐκπεπλῆχθαι τὴν ἀπειλήν. Μεγιστὼ δὲ, ἡ Τιμολέοντος γυνὴ, καὶ διὰ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν ἀρετὴν, ἡγεμονικὴν ἔχουσα τάξιν, διαναστῆναι μὲν οὐκ ἠξίωσεν οὐδ' εἴασε τὰς ἄλλας· καθεζομένη δ' ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· Εἰ μὲν ἦς ἀνὴρ φρόνιμος, οὐκ ἂν διελέγου γυναιξὶ περὶ ἀνδρῶν, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἂν, ὡς κυρίους ἡμῶν, ἔπεμπες, ἀμείνονας λόγους εὑρὼν, ἢ δι' ὧν ἡμᾶς ἐξηπάτησας· εἰ δ' αὐτὸς ἐκείνους πεῖσαι ἀπεγνωκὼς, δι' ἡμῶν ἐπιχειρεῖς παραλογίζεσθαι, μήτε ἡμᾶς ἔλπιζε πάλιν ἐξαπατήσειν, μήτ' ἐκεῖνοι κακῶς οὕτω φρονήσειαν, ὥστε, φειδόμενοι παιδαρίων καὶ γυναικῶν, ἐγκαταλιπεῖν τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν· οὐ γὰρ τοσοῦτο κακὸν αὐτοῖς ἡμᾶς ἀπολέσαι, μηδὲ νῦν ἔχοντας, ὅσον ἀγαθὸν ἐξελέσθαι τῆς σῆς ὠμότητος καὶ ὕβρεως τοὺς πολίτας. Ταῦτα τῆς Μεγιστοῦς λεγούσης, οὐκ ἀνασχόμενος ὁ Ἀριστότιμος, ἐκέλευσε τὸ παιδίον αὐτῆς, ὡς ἀποκτενῶν, ἐν ὄψει κομισθῆναι. Ζητούντων δὲ τῶν ὑπηρετῶν ἀναμεμιγμένον

manere jusserunt : cum autem appropinquassent, mulieribus ut retro abirent imperaverunt, currusque et vehicula invertentes per ipsas retro impulerunt, nihil cuiquam parcentes, et neque abire, neque manere, aut infantibus opitulari sinentes : quorum alii curribus excidentes peribant, alii curribus supervehentibus delapsos elidebantur : veluti oves, clamore et flagris eas urgentibus mercenariis militibus, subversas a se invicem, universas in carcerem compulerunt, et pecuniam ad Aristotimum retulerunt. Hanc rem cum graviter ferrent Elei, Baccho sacræ mulieres, quas *Sedecim* vocant, supplicibus ramis et stemmatibus dei sumptis, in foro obvias sese Aristotimo tulerunt, decedentibusque ob reverentiam stipatoribus, tacitæ primum astiterunt, supplicatorias frondes prætendentes. At Aristotimus, simul atque deprecari eas pro mulieribus sensit, stipatoribus iratus et cum clamore exprobrans quod eas passi essent accedere, effecit ut alias trudendo, alias verberando e foro exigerent : unamquamque porro duobus talentis mulctavit. His ita actis, Hellanicus Elide consilium de opprimendo tyranno agitavit, re cum aliis composita : homo quem, ut senem et duobus filiis orbatum, nihil quicquam ausum unquam, tyrannus negligebat. Simul etiam exsules ex Ætolia trajicientes, in agro Eleo Amymonam, locum commodam arcem bello futurum, occuparunt, compluresque civium Elide profugientes ad se receperunt. Aristotimus, cui metum ista objiciebant, ad captivas se contulit, remque terrendo se facilius quam gratia confecturum ratus, mandavit ut missis ad maritos litteris discedere ex ea regione juberent : ni facerent, universas se contumeliose vexatas necaturum, liberis ante interfectis, minitans. Cum aliquandiu instaret atque dicere juberet an facturæ essent quod postulabat, reliquæ nihil respondentes, intuitæ sunt sese mutuo, tacita invicem benevolentia significantes, nihil se metuere, neque minis his terreri. At Megisto Timoleontis uxor, et cum mariti, tum propriæ virtutis causa cæterarum facile princeps, non dignata assurgere, neque reliquas passa, sedens tyranno respondit : *Si vir esses cordatus, non utique de viris cum mulieribus colloquereris : sed ad ipsos, ut qui in nos jus habent, misisses meliori inventa oratione, quam qua nos decepisti : quod si autem desperato te iis persuasurum, nostra opera imponere illis moliris : neque sperare debes te nobis denuo verba daturum, et absit tam nullius ii consilii ut sint, ut dum parcant mulieribus et infantibus suis, patriæ prodant libertatem ; non enim tantum ipsis mali est nos amittere, quibus quidem alias carent, quantum boni est cives tua sævitia et insolentia liberare.* Hæc fata Megistone Aristotimus animi impos, filium ejus afferri illico jussit, ante oculos ma-

ἐν τοῖς ἄλλοις παίζουσι καὶ διαπαλαίουσιν, ἡ μήτηρ ὀνομαστὶ προσκαλεσαμένη· Δεῦρο, ἔφη, τέκνον, πρὶν αἰσθέσθαι καὶ φρονεῖν, ἀπαλλάγηθι τῆς πικρᾶς τυραννίδος· ὡς ἐμοὶ βαρύτερόν ἐστι δουλεύοντά σε παρ' ἀξίαν ἐφορᾶν, ἢ ἀποθνήσκοντα. Τοῦ δ' Ἀριστοτίμου σπασαμένου τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτὴν ἐκείνην, καὶ μετ' ὀργῆς ἐπιφερομένου, τῶν συνήθων τις αὐτῷ, Κύλων ὄνομα, πιστὸς δοκῶν εἶναι, μισῶν δὲ καὶ μετέχων τῆς συνωμοσίας τοῖς περὶ τὸν Ἑλλάνικον, ἀντέστη, καὶ ἀπέστρεψε δεόμενος, καὶ λέγων, ἀγεννὲς εἶναι καὶ γυναικῶδες, οὐκ ἀνδρὸς ἡγεμονικοῦ καὶ πράγμασι χρῆσθαι μεμαθηκότος, τὸ ἔργον· ὥστε μόλις ἔννουν γενόμενον τὸν Ἀριστότιμον ἀπελθεῖν. Γίνεται δὲ σημεῖον αὐτῷ μέγα· μεσημβρία μὲν γὰρ ἦν, καὶ μετὰ τῆς γυναικὸς ἀνεπαύετο· παρασκευαζομένων δὲ τῶν περὶ τὸ δεῖπνον, ἀετὸς μετέωρος ὤφθη δινούμενος ὑπὲρ τῆς οἰκίας, εἶθ', ὥσπερ ἐκ προνοίας καὶ στοχασμοῦ, λίθον ἀφῆκεν εὐμεγέθη κατ' ἐκεῖνο τῆς στέγης τὸ μέρος, οὗ τὸ δωμάτιον ἦν, ἐν ᾧ κατακείμενος ἐτύγχανεν ὁ Ἀριστότιμος. Ἅμα δ' ἄνωθεν ψόφου μεγάλου καὶ κραυγῆς ἔξωθεν ὑπὸ τῶν ἰδόντων τὸν ὄρνιν γενομένης, ἐκπλαγεὶς καὶ πυθόμενος τὸ γεγονὸς, μετεπέμψατο μάντιν, ᾧ χρώμενος διετέλει κατ' ἀγορὰν, καὶ διηρώτα περὶ τοῦ σημείου συντεταραγμένος. Ὁ δ' ἐκεῖνον μὲν παρεκάλει, ὡς τοῦ Διὸς αὐτὸν ἐξεγείροντος καὶ βοηθοῦντος· οἷς δ' ἐπίστευε τῶν πολιτῶν, ἔφρασεν, ὅσον οὔπω τὴν δίκην αἰωρουμένην ὑπὲρ κεφαλῆς ἐμπεσεῖσθαι τῷ τυράννῳ. Διὸ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἑλλάνικον ἔδοξε μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἐπιτίθεσθαι τῇ ὑστεραίᾳ. Τῆς δὲ νυκτὸς Ἑλλάνικος ἐδόκει κατὰ τοὺς ὕπνους τῶν τεθνηκότων υἱῶν τὸν ἕτερον λέγειν αὐτῷ παραστάντα· Τί πέπονθας, ὦ πάτερ, καθεύδων; αὔριον δέ σε δεῖ τῆς πόλεως στρατηγεῖν. * Οὗτός τε δὴ διὰ τὴν ὄψιν εὐθαρσὴς γεγενημένος, παρεκάλει τοὺς ἑτέρους· ὅ τ' Ἀριστότιμος, πυθόμενος, Κρατερὸν αὐτῷ βοηθοῦντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐν Ὀλυμπίᾳ καταστρατοπεδεύειν, οὕτως ἐξεθάρσησεν, ὥστ' ἄνευ δορυφόρων εἰς τὴν ἀγορὰν προσελθεῖν μετὰ τοῦ Κύλωνος. Ὡς οὖν συνεῖδε τὸν καιρὸν Ἑλλάνικος, ὃ μὲν ἦν σημεῖον αὐτῷ πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιχειρεῖν συγκείμενον, οὐκ ἔδωκε, λαμπρᾷ δὲ τῇ φωνῇ, καὶ ἅμα τὰς χεῖρας προτείνων ἀμφοτέρας· Τί μέλλετε, ἄνδρες ἀγαθοὶ, καλὸν τὸ θέατρον ἐν μέσῳ τῆς πατρίδος ἐναγωνίσασθαι; Πρῶτος μὲν οὖν ὁ Κύλων σπασάμενος τὸ ξίφος παίει τινὰ τῶν ἑπομένων τῷ Ἀριστοτίμῳ· Θρασυβούλου δὲ καὶ Λάμπιδος ἐξ ἐναντίας ἐπιφερομένων, ἔφθη μὲν ὁ Ἀριστότιμος εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν καταφυγών· ἐκεῖ δ' ἀποκτείναντες αὐτὸν, καὶ τὸ σῶμα προβαλόντες εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐκάλουν τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν. Οὐ μὴν ἔφθησάν γε πολλοὶ τὰς γυναῖκας· εὐθὺς γὰρ ἐξέδραμον μετὰ χαρᾶς καὶ ὀλολυγμοῦ, καὶ περιστᾶσαι τοὺς ἄνδρας ἀνέδουν καὶ κατέστεφον· εἶτα τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ τυράννου ῥυέντος, ἡ μὲν γυνὴ συγκλείσασα τὸν θάλαμον, αὑτὴν ἀνήρτησε. Δύο δ' ἦσαν αὐτῷ θυ-

tris eum necaturus. Quem cum quærerent ministri inter alios ludentem et lucta se exercentem, mater eum nominatim vocans : *Ades huc,* inquit, *fili, et antequam sentias et intelligas, liberare acerba tyrannide ; mihi enim difficilius fuerit servientem te indigne, quam morientem cernere.* Aristotimum vero stricto gladio ipsam jam matrem impetiturum, iraque concitum in eam ruentem, Cylo unus de familiaribus, cui tyrannus fidem habebat, cum quidem is ipsum odisset, sociusque factæ ab Hellanico conspirationis esset, restitit, eumque avertit orans, monensque, Indignum fore hoc ipso, et muliebre factum, non conveniens principi viro et rerum gerendarum gnaro; itaque vix tandem Aristotimus, cum ad se rediisset, inde abiit. Magnum vero ostentum ei factum est. Cum enim meridie cum uxore cubaret, prandiumque esset paratum, visa est aquila in aere se librans supra domum, ac quasi prudens et dedita opera lapidem justæ magnitudinis in eam partem tecti dejecit, ubi erat cubiculum in quo jacebat Aristotimus. Simul autem desuper ingenti sonitu existente, et foris clamore sublato ab his qui avem viderant, perterritus tyrannus re cognita vatem accivit, quo solebat assidue in foro uti, perturbatusque interrogavit quid isto signo portenderetur. Vates bono ipsum esse animo jussit, quod excitatus et adjutus esset a Jove : civium autem quibus fidebat, iis dixit, vindictam tyranni capiti impendere, et jamjam illapsuram. Itaque etiam Hellanico visum est non cunctandum, sed postridie rem gerendam. Nocte autem ista Hellanicus per quietem imaginatus est alterum filiorum suorum mortuorum sibi astare, ac dixisse : *Pater, quid tibi accidit ut dormires ? cras te civitatis ducem esse oportet.* Hoc ille somnio confirmatus, socios ad institutum exsequendum cohortatus est. Et Aristotimus audito Craterum auxilii sibi ferendi gratia Olympiæ cum magno exercitu castra habere, tantum concepit audaciæ, ut absque stipatoribus in forum Cylone comitante descenderit. Hellanicus occasione conspecta, tesseram, qua data ad irruendum e composito fuerat hortaturus, non protulit ; sed ambas intendens manus, clara voce : *Quid cessatis,* inquit, *viri boni ? præclarum est hoc theatrum in medio patriæ certaturis.* Primus ibi Cylo ense stricto quemdam comitum Aristotimi feriit. Thrasybulo autem et Lampide adversis sese ei inferentibus, Aristotimus fuga in Jovis templum evasit. Hic eum interfecerunt, et cadavere in forum protracto, cives ad libertatem vocarunt. Neque vero multum anteverterunt mulieres suas; statim enim eæ procurrerunt cum gaudio et ejulatu, virisque circumfusæ eos coronaverunt. Deinde multitudine ad tyranni domum confluente, uxor ejus cubiculo clauso sese suspendio vita eduxit. Erant

γατέρες, παρθένοι μὲν ἔτι, κάλλισται δὲ τὴν ὄψιν, ἤδη γάμων ὥραν ἔχουσαι. Ταύτας συλλαβόντες, εἷλκον ἔξω πάντως μὲν ἀνελεῖν, αἰκίσασθαι δὲ καὶ καθυβρίσαι πρότερον ἐγνωκότες. Ἀπαντήσασα δὲ ἡ Μεγιστὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ἐβόα δεινὰ ποιεῖν αὐτοὺς, εἰ, δῆμος ἀξιοῦντες εἶναι, ταῦτα τολμῶσι καὶ ἀσελγαίνουσι τοῖς τυράννοις ὅμοια. Ἐντρεπομένων δὲ πολλῶν τὸ ἀξίωμα τῆς γυναικὸς παῤῥησιαζομένης καὶ δακρυούσης, ἔδοξεν ἀφελεῖν τὴν ὕβριν, αὐτὰς δ' ἐᾶσαι δι' αὑτῶν ἀποθανεῖν. Ὡς δ' οὖν ἀναστρέψαντες ἔνδον ἐκέλευον εὐθὺς ἀποθνήσκειν τὰς παρθένους, ἡ πρεσβυτέρα, Μυρὼ, λύσασα τὴν ζώνην, καὶ βρόχον ἐνάψασα, τὴν ἀδελφὴν κατησπάζετο, καὶ παρεκάλει προσέχειν καὶ ποιεῖν, ἅπερ ἂν αὐτὴν θεάσηται ποιοῦσαν· Ὅπως ἂν, ἔφη, μὴ ταπεινῶς, μηδ' ἀναξίως ἑαυτῶν, καταστρέψωμεν. Τῆς δὲ νεωτέρας δεομένης αὐτῇ παρεῖναι προτέρᾳ ἀποθανεῖν, καὶ τῆς ζώνης ἀντιλαμβανομένης, Οὐδὲν ἄλλο πώποτε, εἶπεν, οὐδὲν ἤρνημαί σοι δεομένῃ· καὶ ταύτην οὖν λάβε τὴν χάριν, ἐγὼ δὲ ὑπομενῶ καὶ τλήσομαι τοῦ θανάτου βαρύτερον, τὸ σὲ, φιλτάτη, προτέραν ἰδεῖν ἀποθνήσκουσαν. Ἐκ τούτου τὴν μὲν ἀδελφὴν αὐτὴ διδάξασα τῷ τραχήλῳ περιβαλέσθαι τὸν βρόχον, ὡς ᾔσθετο τεθνηκυῖαν, καθεῖλε καὶ κατεκάλυψεν· αὐτὴν δὲ τὴν Μεγιστὼ παρεκάλεσεν ἐπιμεληθῆναι, καὶ μὴ περιιδεῖν αἰσχρῶς, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, τεθεῖσαν· ὥστε μηδένα πικρὸν, μηδὲ μισοτύραννον οὕτω γενέσθαι τῶν παρόντων, ὃς οὐκ ἔκλαυσεν, οὐδὲ κατηλέησε τὴν τῶν παρθένων εὐγένειαν. Τῶν μὲν οὖν κοινῇ πεπραγμένων γυναιξὶ, μυρίων ὄντων, ἱκανὰ ταῦτα παραδείγματα· τὰς δὲ καθ' ἑκάστην ἀρετὰς, ὅπως ἂν ἐπίῃ, σποράδην ἀναγράψομεν, οὐδὲν οἰόμενοι τῆς κατὰ χρόνον τάξεως δεῖσθαι τὴν ὑποκειμένην ἱστορίαν.

ΠΙΕΡΙΑ.

Τῶν εἰς Μίλητον ἀφικομένων Ἰώνων στασιάσαντες ἔνιοι πρὸς τοὺς Νείλεω παῖδας, ἀπεχώρησαν εἰς Μυοῦντα, κἀκεῖ κατῴκουν, πολλὰ κακὰ πάσχοντες ὑπὸ τῶν Μιλησίων· ἐπολέμουν γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν ἀποστασίαν. Οὐ μὴν ἀκήρυκτος ἦν, οὐδ' ἀνεπίμικτος ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἔν τισιν ἑορταῖς ἐφοίτων εἰς Μίλητον ἐκ τοῦ Μυοῦντος αἱ γυναῖκες. Ἦν δὲ Πύθης ἀνὴρ ἐν αὐτοῖς ἐμφανὴς, γυναῖκα μὲν ἔχων Ἰαπυγίαν, θυγατέρα δὲ Πιερίαν. Οὔσης οὖν ἑορτῆς Ἀρτέμιδι καὶ θυσίας παρὰ Μιλησίοις, ἣν * Νηληΐδα προσαγορεύουσιν, ἔπεμψε τὴν γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα, δεηθείσας, ὅπως τῆς ἑορτῆς μετάσχωσι· τῶν δὲ Νείλεω παίδων ὁ δυνατώτατος, ὄνομα Φρύγιος, τῆς Πιερίας ἐρασθεὶς, ἐνενόει, τί ἂν αὐτῇ μάλιστα γένοιτο παρ' αὐτοῦ κεχαρισμένον. Εἰπούσης δ' ἐκείνης, Εἰ διαπράξαιό μοι τὸ πολλάκις ἐνταῦθα καὶ μετὰ πολλῶν βαδίζειν. Συνεὶς οὖν ὁ Φρύγιος δεομένην φιλίας καὶ εἰρήνης τοῖς πολίταις, κατέπαυσε τὸν πόλεμον. Ἦν οὖν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι δόξα καὶ τιμὴ τῆς Πιερίας, ὥστε καὶ τὰς Μιλησίων εὔχεσθαι γυναῖκας ἄχρι νῦν, οὐ-

tyranno duæ filiæ, virgines adhuc et forma pulcherrima, jamque nuptiis tempestivæ : has Elei captas foras protaxerunt, omnino quidem necaturi, sed prius excruciare ac contumeliis afficere volentes. Quibus occurrens cum aliis Megisto vociferata est, Indignum vero eos facinus meditari, qui populum se profitentes liberum, facinora libidinosorum tyrannorum imitentur. Multis dignitatem mulieris reverentibus, libere loquentis ac plorantis, placuit, omissis contumeliis, ipsis vita exeundi permittere potestatem. Cum intro adductas virgines jussissent absque mora necem sibi consciscere, major natu Myro cum zonam solutam collo circumdedisset, sororem consalutavit, hortataque est ut se imitaretur : *Ne*, inquiens, *abjecte nobisque indigne finiamus vitam.* Juniore precante ut sibi prius moriendi copiam faceret, cingulumque apprehendente : *Neque, ante*, inquit, *quicquam tibi oranti denegavi, et nunc hanc quoque tibi facio gratiam : ego autem id, quod morte ipsa mihi est gravius, tolerabo, spectans te, carissima, me prius morientem.* Proinde cum docuisset sororem cingulo cervicem elidere, ut mortuam vidit, deposuit atque texit : ipsa autem Megistonem oravit, ut curam sui gereret, neque pateretur mortuam se indecore collocari. Itaque inter eos qui aderant nemo ita infensus tyrannis, qui non defleret aut miseraretur virginum egregiam indolem.

Hæc exempla rerum a mulieribus publice præclare gestarum, de innumeris pauca, sufficiant. Singularum autem pulchra facinora sparsim uti sese nobis offerent referemus : nihil arbitrati temporum ordine præsentem indigere narrationem.

XVI. PIERIA.

Ionum, qui Miletum se contulerant, nonnulli ob natam cum Nelei filiis discordiam Myuntem sunt profecti : quibus ob defectionem Milesii bellum multaque damna intulerunt. Neque tamen id bellum omnino induciis commerciisque carebat, sed quibusdam festis diebus mulieres Myunte Miletum commeabant. Erat inter Myuntios Pythes quidam vir illustris, eique uxor Iapygia, filia Pieria. Is cum festivitas Mileti in honorem Dianæ esset, et sacrificium, quod Neleium dicebatur, eo uxorem et filiam misit, precatas ut ei se paterentur interesse festivitati. Ibi Phrygius Nelei filiorum potentia primus, amore Pieriæ flagrans, cogitare cœpit quidnam præstare posset ei quam maxime gratum. Illa vero significavit, nihil sibi fore acceptius, quam si efficeret, ut frequenter sibi Miletum et multis comitatæ venire liceret. Sensit Phrygius, amicitiam suis eam civibus ac pacem expetere, bellumque pacavit. Ex eo celebris utraque in urbe, inque honore fuit Pieria : ac

τως ἐρᾷν τοὺς ἄνδρας αὐτῶν, ὡς Φρύγιος ἠράσθη Πιερίας.

ΠΟΛΥΚΡΙΤΗ.

Ναξίοις καὶ Μιλησίοις συνέστη πόλεμος διὰ τὴν Ὑψικρέοντος τοῦ Μιλησίου γυναῖκα, Νέαιραν. Αὕτη γὰρ ἠράσθη Προμέδοντος Ναξίου, καὶ συνέπλευσεν, ὃς ἦν μὲν ξένος τοῦ Ὑψικρέοντος, ἐρασθείσῃ δὲ τῇ Νεαίρᾳ συνῆλθε, καὶ τὸν ἄνδρα φοβουμένην ἀπαγαγὼν εἰς Νάξον, ἱκέτιν τῆς Ἑστίας ἐκάθισεν. Τῶν δὲ Ναξίων οὐκ ἐκδιδόντων, χάριν τοῦ Προμέδοντος, ἄλλως δὲ ποιουμένων πρόφασιν τὴν ἱκετείαν, ὁ πόλεμος συνέστη. Τοῖς δὲ Μιλησίοις ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ προθυμότατα τῶν Ἰώνων Ἐρυθραῖοι συνεμάχουν, καὶ μῆκος ἔσχε καὶ συμφορὰς ἤνεγκε μεγάλας ὁ πόλεμος· εἶτ' ἐπαύσατο δι' ἀρετὴν γυναικὸς, ὡς συνέστη διὰ μοχθηρίαν. Διόγνητος γὰρ ὁ τῶν Ἐρυθραίων στρατηγὸς, ἔχων καὶ πεπιστευμένος ἔρυμα κατὰ τῆς Ναξίων πόλεως εὖ πεφυκὸς καὶ κατεσκευασμένον, ἠλάσατο λείαν τῶν Ναξίων πολλὴν, καὶ γυναῖκας ἐλευθέρους καὶ παρθένους ἔλαβεν. Ὧν μιᾶς, Πολυκρίτης, ἐρασθεὶς, εἶχεν αὐτὴν οὐχ ὡς αἰχμάλωτον, ἀλλ' ἐν τάξει γαμετῆς γυναικός. Ἑορτῆς δὲ τοῖς Μιλησίοις καθηκούσης ἐν τῇ στρατιᾷ, καὶ πρὸς πόσιν ἁπάντων καὶ συνουσίας τραπομένων, ἠρώτησε τὸν Διόγνητον ἡ Πολυκρίτη, μή τι κωλύοι πεμμάτων μερίδας ἀποπέμψαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῆς. Ἐπιτρέψαντος δ' ἐκείνου καὶ κελεύσαντος, ἐνέβαλε μολίβδινον γραμματίδιον εἰς πλακοῦντα, κελεύσασα φράσαι τὸν κομίζοντα τοῖς ἀδελφοῖς, ὅπως αὐτοὶ μόνοι καταναλώσωσιν ἃ ἔπεμψε. Οἱ δ' ἐντυχόντες τῷ μολίβδῳ, καὶ τὰ γράμματα τῆς Πολυκρίτης ἀναγνόντες, κελευούσης νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, ὡς ὑπὸ μέθης διὰ τὴν ἑορτὴν ἐξημελημένων πάντων, προσήγγειλαν τοῖς στρατηγοῖς, καὶ παρώρμησαν ἐξελθεῖν μετ' αὐτῶν. Ἁλόντος δὲ τοῦ χωρίου, καὶ πολλῶν διαφθαρέντων, ἐξῃτήσατο τὸν Διόγνητον ἡ Πολυκρίτη παρὰ τῶν πολιτῶν, καὶ διέσωσεν. Αὐτὴ δὲ, πρὸς ταῖς πύλαις γενομένη τοὺς πολίτας ἀπαντῶντας αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα περὶ τὴν πύλην· ὅπου τέθαπται, καὶ καλεῖται βασκάνου τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Οὕτω μὲν οἱ Ναξίων συγγραφεῖς ἱστοροῦσ ν· ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, οὐδ' ἁλούσης τῆς Πολυκρίτης, ἄλλως δέ πως ἰδόντα τὸν Διόγνητον ἐρασθῆναι, καὶ πάντα διδόναι καὶ ποιεῖν ἕτοιμον εἶναι· τὴν δὲ ὁμολογεῖν ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἑνὸς μόνου τυχοῦσαν, περὶ οὗ τὸν Διόγνητον (ὥς φησιν ὁ φιλόσοφος) ὅρκον ᾔτησεν· ἐπεὶ δ' ὤμοσεν, ἠξίου τὸ Δήλιον αὐτῇ δοθῆναι (Δήλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ χωρίον), ἄλλως δ' οὐκ ἂν ἔφη συνελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ διὰ τὸν ὅρκον ἐξέστη, καὶ παρέδωκε τῇ Πολυκρίτῃ τὸν τόπον, ἐκείνη δὲ τοῖς πολίταις. Ἐκ δὲ τούτου πάλιν εἰς ἴσον

mulieres Milesiæ etiamnum optant ita se amari a viris, ut Pieriam amavit Phrygius.

XVII. POLYCRITA.

Propter Neæram Hypsicreontis Milesii uxorem bellum inter Naxios et Milesios ortum fuit. Ea enim cum amaret Promedontem Naxium mariti sui hospitem, corpus cum eo miscuit, veritaque iram mariti, cum eo in Naxum navigavit. Eam Promedon supplicem Vestæ collocavit. Naxiis autem mulierem sub præscriptione supplicationis in gratiam Promedontis non dedentibus, bellum quod dixi, conflatum est. Milesiis cum alii multi, tum Ionum studiosissime Erythræi auxilia tulerunt, bellumque hoc tractum magnis calamitatibus, tandem virtute mulieris finitum est, sicuti cœperat mulieris ob pravitatem. Diognetus Erythræorum dux munitionem quamdam sibi commissam tenebat, opportune admodum contra Naxiorum urbem sitam; itaque et magnam Naxiis prædam abstulit, et mulieres ac virgines liberas. Harum unam, nomine Polycritam, amore captus, secum non ut captivam, sed uxoris loco habuit. Evenit ut in castris Milesiorum dies ageretur festus : ibi cum omnes poculis essent ac conviviis dediti, rogavit Diognetum Polycrita, ut liceret sibi fratribus partes placentarum mittere. Cumque is permitteret ac juberet, plumbeam tabellam placentæ inseruit, mandato ei qui eam fratribus afferebat, ut solos vesci juberet fratres iis quæ mittebat. Hi cum offendissent tabellam et legissent quæ scripserat Polycrita (hortabatur autem ut noctu hostes adorirentur, ob ebrietatem festo die contractam plane socordia dissolutos), rem ducibus Naxiorum significaverunt, et permoverunt ut secum exirent rei gerendæ causa. Occupato a Naxiis castello, multisque hostium interfectis, Diogneto precibus Polycrita a civibus impetravit salutem. Ipsa autem civibus ad portam occurrentibus magno cum gaudio, collaudantibusque et serta ferentibus, magnitudine lætitiæ exanimata, in ipsa porta concidit mortua : atque ibi sepulta est, et monimentum ejus vocatur *Livoris tumulus :* quod invidia quadam fortunæ fascinata Polycrita putaretur meritis honoribus non potuisse frui. Hæc Naxiorum historicorum est narratio. Aristoteles captam Polycritam fuisse non dicit, sed conspectam a Diogneto, sui eum amore irretivisse, ipsumque promisisse omnia se, ut ea potiretur, dare ac facere paratum esse : at Polycritam se ad ipsum venturam pollicitam, si unicum quippiam ab eo obtineret, fuisse : cumque id jurejurando interposito Diognetus confirmasset, tradi sibi Delium postulasse (id enim castello nomen erat), aliter se morem gesturam ipsi negasse : victum amore Diognetum, et jurejurandi permotum religione, Polycritæ castellum, hocque eam ci-

καταστάντες, ἐφ' οἷς ἠβούλοντο, πρὸς τοὺς Μιλησίους διελύθησαν.

* ΛΑΜΨΑΚΗ.

Ἐκ Φωκαίας, τοῦ Κοδριδῶν γένους, ἦσαν ἀδελφοὶ δίδυμοι Φόβος καὶ Βλέψος· ὧν ὁ Φόβος ἀπὸ τῶν Λευκάδων πετρῶν πρῶτος ἀφῆκεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν, ὡς Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστόρηκεν. Ἔχων δὲ δύναμιν καὶ βασιλικὸν ἀξίωμα, παρέπλευσεν εἰς Πάριον, ἰδίων ἕνεκα πραγμάτων· καὶ γενόμενος φίλος καὶ ξένος Μάνδρωνι, βασιλεύοντι Βεβρύκων τῶν Πιτυοεσσηνῶν προσαγορευομένων, ἐβοήθησε καὶ συνεπολέμησεν αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προσοίκων ἐνοχλουμένοις. Ὁ δὲ Μάνδρων ἄλλην τε πολλὴν ἐνεδείξατο τῷ Φόβῳ φιλοφροσύνην ἀποπλέοντι, καὶ μέρος τῆς τε χώρας καὶ τῆς πόλεως ὑπισχνεῖτο δώσειν, εἰ βούλοιτο Φωκαεῖς ἔχων ἐποίκους εἰς τὴν Πιτυόεσσαν ἀφικέσθαι. Πείσας οὖν τοὺς πολίτας ὁ Φόβος ἐξέπεμψε τὸν ἀδελφὸν ἄγοντα τοὺς ἐποίκους· καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Μάνδρωνος ὑπῆρχεν αὐτοῖς, ὥσπερ προσεδόκησαν· ὠφελείας δὲ μεγάλας καὶ λάφυρα καὶ λείας ἀπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων λαμβάνοντες, ἐπίφθονοι τοπρῶτον, εἶτα καὶ φοβεροὶ τοῖς Βέβρυξιν ἦσαν. Ἐπιθυμοῦντες οὖν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι, τὸν μὲν Μάνδρωνα, χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον ἄνδρα, περὶ τοὺς Ἕλληνας οὐκ ἔπεισαν, ἀποδημήσαντος δ' ἐκείνου, παρεσκευάζοντο τοὺς Φωκαεῖς δόλῳ διαφθεῖραι. Τοῦ δὲ Μάνδρωνος ἡ θυγάτηρ, Λαμψάκη, παρθένος οὖσα, τὴν ἐπιβουλὴν προέγνω, καὶ πρῶτον μὲν ἐπεχείρει τοὺς φίλους καὶ οἰκείους ἀποτρέπειν, καὶ διδάσκειν, ὡς ἔργον δεινὸν καὶ ἀσεβὲς ἐγχειροῦσι πράττειν, εὐεργέτας καὶ συμμάχους ἄνδρας, νῦν δὲ καὶ πολίτας, ἀποκτιννύντες. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, τοῖς Ἕλλησιν ἔφρασε κρύφα τὰ πραττόμενα, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττεσθαι. Οἱ δὲ θυσίαν τινὰ παρασκευασάμενοι καὶ θοίνην, ἐξεκαλέσαντο τοὺς Πιτυοεσσηνοὺς εἰς τὸ προάστειον· αὐτοὺς δὲ διελόντες δίχα, τοῖς μὲν τὰ τείχη κατελάβοντο, τοῖς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον. Οὕτω δὴ τὴν πόλιν κατασχόντες, τόν τε Μάνδρωνα μετεπέμποντο, συμβασιλεύειν τοῖς παρ' αὐτῶν κελεύοντες· καὶ τὴν Λαμψάκην, ἐξ ἀῤῥωστίας ἀποθανοῦσαν, ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάνδρων, προδοσίας ὑποψίαν φεύγων, τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο, παῖδας δὲ τῶν τεθνηκότων καὶ γυναῖκας ἠξίωσε κομίσασθαι· καὶ ταῦτα προθύμως οὐδὲν ἀδικήσαντες ἐξέπεμψαν, καὶ τῇ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες, ὕστερον ὡς θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο· καὶ διατελοῦσιν οὕτω θύοντες.

ΑΡΕΤΑΦΙΛΑ.

Ἀρεταφίλα δὲ, ἡ Κυρηναία, παλαιὰ μὲν οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐν τοῖς Μιθριδατικοῖς καιροῖς, ἀρετὴν δὲ καὶ πρᾶξιν ἐνάμιλλον τῇ βουλῇ τῶν ἡρωΐδων

vibus tradidisse. Ita Naxios rursum Milesiis pares viribus factos, pacem in suas leges confecisse.

XVIII. LAMPSACE.

Codridæ genere, patria Phocæenses fuerunt duo gemini fratres Phobus et Blepsus : quorum Phobus primus a Leucadibus petris in mare se dedit, ut Charo Lampsacenus scriptum reliquit. Is Phobus, vir potentia et dignitate præditus regia, cum navigasset Parium suorum causa negotiorum, amicitiam et hospitii jus contraxit cum Mandrone Bebrycum rege, eorum qui Pityoesseni cognominantur, eique a vicinis bello infestato auxilium tulit. Mandro autem navibus avehenti Phobo cum alia detulit officia, tum partem urbis agrique largiturum se promisit, si Phocæensium coloniam vellet Pityoessam deducere. Phobus cum id consilium civibus probasset, fratrem misit, qui colonos eo duceret. Stetit sane promissis Mandro. Sed Phocæenses, cum spoliis, præda, opibusque magnis e finitimis barbaris potirentur, invisi primum, post etiam terrori Bebrycibus fuerunt. Cupientes itaque iis liberari, cum Mandro homo probus et justus persuaderi sibi non pateretur ut mala fide cum Græcis ageret, peregre eo profecto moliti sunt, quomodo eos per dolum necarent. Lampsace autem Mandronis filia virgo, cum insidias prænosset, primum a facinore hoc amicos et domesticos avertere dictis aggressa est, impiam docens eos rem et atrocem perpetraturos, si benefactores, et quorum auxiliis in bello usi essent, eosque jam cives, interficerent. Ubi non persuasit, occulte Græcis quid ageretur detexit, utque sibi caverent monuit. Phocæenses sacrificio quodam et convivio apparato, Pityoessenos in suburbium evocaverunt : ipsi in duo divisi agmina, altero urbem occuparunt, altero homines trucidaverunt. Sic urbe potiti, Mandronem acciverunt, ut regni particeps esset : Lampsacenque, cum ea ex invaletudine mortua esset, magnifice in urbe sepeliverunt, cui et ab ejus nomine Lampsaci nomen imposuerunt. Ut autem Mandro proditionis vitans suspicionem, habitare cum ipsis recusavit, petiitque ut mulieres liberique defunctorum ad se mitterentur : Phocæenses absque omni maleficio studiose eos miserunt, et Lampsacæ cum initio heroicos honores habuissent, postmodo ut numini sacrificandum decreverunt : idque decretum adhuc ratum est apud eos.

XIX. ARETAPHILA.

Aretaphila Cyrenæa, non ita prisca fuit, ut quæ belli Mithridatici tempore vixerit; sed virtute et rebus gestis comparari cum heroidibus posse meruit. Filia

παρέσχεν. Ἦν δὲ θυγάτηρ μὲν Αἰγλάτορος, Φαιδίμου δὲ γυνὴ, γνωρίμων ἀνδρῶν· καλὴ δὲ τὴν ὄψιν οὖσα, καὶ τὸ φρονεῖν ἐδόκει περιττή τις εἶναι καὶ πολιτικῆς δεινότητος οὐκ ἄμοιρος· ἐπιφανῆ δ' αὐτὴν αἱ κοιναὶ τύχαι τῆς πατρίδος ἐποίησαν. Νικοκράτης γὰρ, ἐπαναστὰς Κυρηναίοις τύραννος, ἄλλους τε πολλοὺς ἐφόνευε τῶν πολιτῶν, καὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτόχειρ ἀνελὼν, Μελάνιππον, εἶχε τὴν ἱερωσύνην· ἀνεῖλε δὲ καὶ Φαίδιμον, τὸν τῆς Ἀρεταφίλας ἄνδρα, καὶ τὴν Ἀρεταφίλαν ἔγημεν ἄκουσαν. Πρὸς δὲ μυρίοις ἄλλοις παρανομήμασι φύλακας ἐπὶ τῶν πυλῶν κατέστησεν, οἳ τοὺς ἐκφερομένους νεκροὺς ἐλυμαίνοντο νύττοντες ξιφιδίοις, καὶ καυτήρια προσβάλλοντες, ὑπὲρ τοῦ μηδένα τῶν πολιτῶν ὡς νεκρὸν λαθεῖν ἐκκομιζόμενον. Δύσφορα μὲν οὖν καὶ τῇ Ἀρεταφίλᾳ τὰ οἰκεῖα κακὰ, καίπερ ἐνδιδόντος αὐτῇ δι' ἔρωτα τοῦ τυράννου πλεῖστον * ἀπολαύειν τῆς δυνάμεως (ἥττητο γὰρ ἐκείνης, καὶ μόνῃ χειροήθη παρεῖχεν αὐτὸν, ἄτεγκτος ὢν τἄλλα καὶ θηριώδης)· ἠνία δὲ μᾶλλον αὐτὴν ἡ πατρὶς οἰκτρὰ πάσχουσα παρ' ἀξίαν. Ἄλλος γὰρ ἐπ' ἄλλῳ τῶν πολιτῶν ἐσφάττετο, τιμωρία δ' ἀπ' οὐδενὸς ἠλπίζετο· καὶ γὰρ οἱ φυγάδες, ἀσθενεῖς παντάπασιν ὄντες καὶ περίφοβοι, διεσπάρησαν. Αὑτὴν οὖν ἡ Ἀρεταφίλα ὑποθεῖσα μόνην τοῖς κοινοῖς ἐλπίδα, καὶ τὰ Θήβης ζηλώσασα τῆς Φεραίας καλὰ καὶ περιβόητα τολμήματα, συμμάχων δὲ πιστῶν καὶ οἰκείων, οἵους ἐκείνῃ τὰ πράγματα παρέσχεν, ἔρημος οὖσα, φαρμάκοις ἐπεχείρησε διεργάσασθαι τὸν ἄνδρα. Παρασκευαζομένη δὲ καὶ πορίζουσα, καὶ διαπειρωμένη πολλῶν δυνάμεων, οὐκ ἔλαθεν, ἀλλ' ἐμηνύθη· καὶ γινομένων ἐλέγχων, Καλβία μὲν, ἡ τοῦ Νικοκράτους μήτηρ, φύσει φονικὴ γυνὴ καὶ ἀπαραίτητος, εὐθὺς ᾤετο δεῖν ἀναιρεῖν αἰκισαμένην τὴν Ἀρεταφίλαν· τοῦ δὲ Νικοκράτους μέλλησιν ἐνεποίει τῇ ὀργῇ καὶ ἀσθένειαν ὁ ἔρως, καὶ τὸ τὴν Ἀρεταφίλαν ἐῤῥωμένως ὁμόσε χωρεῖν ταῖς κατηγορίαις ἀμύνουσαν ἑαυτῇ, πρόφασίν τινα τῷ πάθει παρεῖχεν. Ἐπεὶ δὲ κατελαμβάνετο τοῖς ἐλέγχοις, καὶ τὴν παρασκευὴν τῆς φαρμακείας ἑώρα μὴ δεχομένην ἄρνησιν, ὡμολόγει, παρεσκευάσθαι δ' οὐκ ὀλέθριον φαρμακείαν· Ἀλλ' ὑπὲρ μεγάλων, εἶπεν, ὦ ἄνερ, ἀγωνίζομαι, τῆς σῆς εὐνοίας πρὸς ἐμὲ καὶ δόξης, καὶ δυνάμεως, ἣν διὰ σὲ καρποῦμαι, πολλαῖς ἐπίφθονος οὖσα κακαῖς γυναιξίν· ὧν φάρμακα δεδοικυῖα καὶ μηχανὰς, ἐπείσθην ἀντιμηχανήσασθαι, μωρὰ μὲν ἴσως καὶ γυναικεῖα, θανάτου δ' οὐκ ἄξια· πλὴν εἰ κριτῇ σοι δόξειε φίλτρων ἕνεκα καὶ γοητείας κτεῖναι γυναῖκα, πλεῖον, ἢ σὺ βούλει, φιλεῖσθαι δεομένην. Τοιαῦτα τὴν Ἀρεταφίλαν ἀπολογουμένην ἔδοξε τῷ Νικοκράτει βασανίσαι· καὶ τῆς Καλβίας ἐφεστώσης ἀτέγκτου καὶ ἀπαραιτήτου, ταῖς βασάνοις ἀνέκρινε· καὶ διεφύλαττεν αὐτὴν ἀήττητον ἐν ταῖς ἀνάγκαις, ἄχρι καὶ τὴν Καλβίαν ἀποκαμεῖν ἄκουσαν. Ὁ δὲ Νικοκράτης ἀφῆκε πεισθεὶς, καὶ μετενόει βασανίσας· καὶ χρόνον οὐ πολὺν διαλιπὼν, αὖθις ἧκεν ὑπὸ τοῦ πάθους εἰς αὐτὴν φερόμενος, καὶ συνῆν αὖθις,

fuit Æglatoris, uxor Phædimi, illustrium virorum, forma egregia, prudentia singulari, et rerum civilium dextre gerendarum non ignara. Hanc communes patriæ calamitates illustrem reddiderunt. Nicocrates enim occupata in Cyrenæos tyrannide, cum alios civium multos interfecit, tum sua manu Melanippum Apollinis sacerdotem, idque sacerdotium ipse invasit. Maritum quoque Aretaphilæ Phædimum interemit, et ipsam invitam uxorem duxit. Infinitis aliis contra leges institutis adjecit hoc : custodes ad portas urbis constituit, qui mortuos quotquot efferrentur violarent, mucronibus eos pungentes, et materiam ardentem applicantes; ne quis civium sub mortui specie clam efferri urbe posset. Enimvero Aretaphilæ cum propriæ calamitates molestæ erant : quanquam tyrannus ob amorem ipsius, quo subactus erat, maxima potentiæ parte frui eam sineret, mulierique huic soli cicurem et mansuetum se præberet, durissimus alioqui et efferus : tum apprime patriæ vicem dolebat, indignis modis atrocia patientis. Jugulabatur enim civium unus post alium, neque erat unde ultio speraretur : cum exsules timidi plane atque infirmi, hinc inde dispersi essent. Itaque Aretaphila spes patriæ in se solam recipiens, æmulatione quadam Thebes Pherææ pulchrorum egregiorumque conatuum, adjutoribus tamen fidelibus et domesticis, quales huic res ipsæ suggesserunt, destituta, venenis maritum interficere aggressa est. Quam ad rem dum se parat, materiam cogit, et vires venenorum periclitatur, non latuit delato indicio; et argumentis perquisitis, Calbia, Nicocratis mater, femina ad cædes natura proclivis atque implacabilis, censuit statim interficiendam esse, prius tamen contumeliose tractatam, Aretaphilam : Nicocratis autem iræ moram injiciebat viresque adimebat amor : eique affectioni excusationem parabat, quod Aretaphila animose criminibus se opponebat, et sese defendebat. Quæ ubi vidit se convinci, neque locum esse veneficii negandi, fassa venenum se, non tamen exitiale, parasse : *Magnis*, inquit, *est mihi de rebus certamen : qua enim gloria fruor, quaque potentia ob tuam erga me benevolentiam, ea me invisam multis reddidit malis mulieribus ; quarum ego metuens veneficia et technas, animum induxi contra quædam moliri : fatua fortassis, et muliebria, mortis tamen non digna supplicio, nisi forte tibi judici videbitur uxor interficienda amatorii gratia veneficii, quod amplius atque tu velles, diligi voluerit.* Visum est Nicocrati Aretaphilam hoc modo se defendentem quæstioni subjicere ; et præsidente tormentis Calbia, immiti implacabilique muliere, inquisivit. At enim Aretaphila in cruciatibus ita sibi constitit, adeoque invictam se præbuit, ut ipsa tandem Calbia invita et defatigata concesserit, ac Nicocrates fide innocentiæ sibi facta, missam uxorem fecerit, torturæque pœnitentia ductus sit. Exiguo autem intermisso tempore, statim amore superatus ad eam venit,

ἀναλαμβάνων τιμαῖς καὶ φιλοφροσύναις τὴν εὔνοιαν. Ἡ δ' οὐκ ἔμελλε χάριτος ἡττᾶσθαι, κρατήσασα βασάνων καὶ πόνων, ἀλλὰ τῷ φιλοκάλῳ φιλονεικίας προσγενομένης, ἑτέρας ἥπτετο μηχανῆς. Ἦν γὰρ αὐτῇ θυγάτηρ ἀνδρὸς ὥραν ἔχουσα, καὶ τὴν ὄψιν ἱκανή· ταύτην ὑφῆκε τἀδελφῷ τοῦ τυράννου δέλεαρ, ὄντι μειρακίῳ πρὸς ἡδονὰς εὐαλώτῳ. Πολὺς δὲ λόγος ἐστὶ, χρησαμένην γοητείᾳ καὶ φαρμάκοις ἐπὶ τῇ κόρῃ τὴν Ἀρεταφίλαν, χειρώσασθαι καὶ διαφθεῖραι τοῦ νεανίσκου τὸν λογισμόν· ἐκαλεῖτο δὲ Λέανδρος. Ἐπεὶ δὲ ἡλώκει καὶ λιπαρήσας τὸν ἀδελφὸν, ἔτυχε τοῦ γάμου· τὰ μὲν ἡ κόρη παρῆγεν αὐτὸν ὑπὸ τῆς μητρὸς διδασκομένη, καὶ ἀνέπειθεν ἐλευθεροῦν τὴν πόλιν, ὡς μηδ' αὐτὸν ἐλεύθερον ἐν τυραννίδι ζῶντα, μηδὲ τοῦ λαβεῖν γάμον ἢ φυλάξαι κύριον ὄντα, τὰ δὲ οἱ φίλοι τῇ Ἀρεταφίλᾳ χαριζόμενοι, διαβολάς τινας ἀεὶ καὶ ὑπονοίας κατεσκεύαζον αὐτῷ πρὸς τὸν ἀδελφόν. Ὡς δ' ᾔσθετο καὶ τὴν Ἀρεταφίλαν τὰ αὐτὰ βουλευομένην καὶ σπουδάζουσαν, ἐπεχείρει τὸ ἔργον, καὶ Δάφνιν οἰκέτην παρορμήσας, ἀπέκτεινε δι' ἐκείνου τὸν Νικοκράτην. Τὰ λοιπὰ δ' οὐκ ἔτι τῇ Ἀρεταφίλᾳ προσεῖχεν, ἀλλ' εὐθὺς ἔδειξε τοῖς ἔργοις ἀδελφοκτόνος, οὐ τυραννοκτόνος γεγονώς· ἦρχε γὰρ ἐμπλήκτως καὶ ἀνοήτως.* Τιμὴ δέ τις ὅμως ἦν τῆς Ἀρεταφίλας παρ' αὐτῷ καὶ δύναμις, οὐκ ἀπεχθανομένης, οὐδὲ πολεμούσης ἄντικρυς, ἀλλ' ἀδήλως διαταττούσης τὰ πράγματα. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ Λιβυκὸν ὑπεκίνησε πόλεμον, Ἀνάβουν τινὰ πείσασα δυνάστην τὴν χώραν ἐπιδραμεῖν, καὶ τῇ πόλει προσαγαγεῖν, ἔπειτα διέβαλε τοὺς φίλους καὶ τοὺς στρατηγοὺς πρὸς τὸν Λέανδρον, ὡς πολεμεῖν οὐκ ὄντας προθύμους, εἰρήνης δὲ μᾶλλον δεομένους καὶ ἡσυχίας· ἣν καὶ τὰ πράγματα ποθεῖν αὐτοῦ καὶ τὴν τυραννίδα, βουλομένου βεβαίως κρατεῖν τῶν πολιτῶν· αὐτὴ δὲ πράξειν ἔφη τὰς διαλύσεις, καὶ τὸν Ἀνάβουν εἰς λόγους αὐτῷ συνάξειν, ἐὰν κελεύῃ, πρὶν ἀνήκεστόν τι τὸν πόλεμον ἐξεργάσασθαι. Κελεύσαντος δὲ τοῦ Λεάνδρου, πρότερον αὐτὴ τῷ Λίβυϊ διελέχθη, συλλαβεῖν δεομένη τὸν τύραννον ἐπὶ δωρεαῖς μεγάλαις καὶ χρήμασιν, ὅταν εἰς λόγους αὐτῷ παραγένηται. Πεισθέντος δὲ τοῦ Λίβυος, ὤκνει μὲν ὁ Λέανδρος, αἰδεσθεὶς δὲ τὴν Ἀρεταφίλαν, αὐτὴν παρέσεσθαι φάσκουσαν, ἐξῆλθεν ἄνοπλος καὶ ἀφύλακτος. Ὡς δ' ἐγγὺς ἦλθε, καὶ τὸν Ἀνάβουν εἶδεν, αὖθις ἐδυσχέραινε, καὶ περιμένειν ἐβούλετο τοὺς δορυφόρους· ἡ δ' Ἀρεταφίλα παροῦσα, τὰ μὲν ἐθάῤῥυνεν αὐτὸν, τὰ δ' ἐκάκιζε· τέλος δὲ γενομένης διατριβῆς, ἐφελκυσαμένη τῆς χειρὸς ἰταμῶς πάνυ καὶ τεθαῤῥηκότως προσήγαγε τῷ βαρβάρῳ καὶ παρέδωκεν. Εὐθὺς οὖν ἀνήρπαστο καὶ συνείληπτο, καὶ δεθεὶς ὑπὸ τῶν Λιβύων ἐτηρεῖτο, ἄχρις οὗ τὰ χρήματα τῇ Ἀρεταφίλᾳ κομίζοντες οἱ φίλοι παρεγένοντο μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν. Πυθόμενοι γὰρ οἱ πλεῖστοι ἐξέδραμον ἐπὶ τὴν παράκλησιν· ὡς δ' εἶδον τὴν Ἀρεταφίλαν, ὀλίγον ἐδέησαν ἐκλαθέσθαι τῆς πρὸς τὸν τύραννον ὀργῆς, καὶ πάρεργον τὴν ἐκείνου τιμωρίαν ἐνόμι-

benevolentiamque blanditiis et honoribus reparans, ejus usus est consuetudine. Illa vero, quæ tormentis ac doloribus nihil fracta esset, demerendo se everti passa non est : sed ad studium honestatis accedente quadam pulchri propositi tenendi pervicacia, rem alia via instituit aggredi. Filiam habebat satis elegante forma, et jam viro maturam : hanc tyranni fratri Leandro submisit, ut eum inescaret adolescentem qui voluptatibus propositis facile caperetur. Fama tenet, Aretaphilam præstigiis et veneficiis usam ita comparasse filiam, ut adolescentem ei manciparet, ac de sanæ mentis usu dimoveret. Postquam in casses incidit, precibusque multis a fratre impetrato matrimonio est potitus : partim eum puella a matre docta instigare ad libertatem civitati reddendam, quando in tyrannide ne ipsi quidem libero esse, aut ducendæ retinendæve uxoris potestatem habere liceret : partim amici Aretaphilæ gratificantes subinde calumnias ei adversus fratrem aliquas et suspiciones suggerere. Leander ubi Aretaphilam sensit eadem consilia tractantem, negotium aggressus, Daphnidem subornavit famulum, qui Nicocratem jussu ipsius necavit. Deinceps autem Aretaphilæ animum non advertit, sed factis illico demonstravit fratricidam se esse, non tyrannicidam : cum stolide et insolenter rebus præesset. Erat tamen Aretaphilæ suus apud eum honor atque potentia, non inimicam se gerenti, neque palam repugnanti, sed occulte suas res disponenti. Ea primum adversus Leandrum concitavit bellum Africum, pellecto Anabo quodam regulo ad incursandam regionem hostiliterque ad urbem accedendum. Deinde amicos et duces apud generum culpavit, ut ad bellum non alacres, sed pacem magis quietemque requirentes : quam quidem etiam flagitare tyranni res aiebat, si firmam in cives vellet obtinere imperium, se quoque promittebat pacificationem confecturam, et Anabum in colloquium ad componendas cum eo res adducturam, si ita juberet, priusquam immedicabile aliquod damnum ex eo bello acciperetur. Mandante ut ita ageret Leandro, prius ipsa cum Afro est collocuta, magnisque donis et multa promissa pecunia impetravit, ut tyrannum ad colloquium venientem a se comprehensum iri polliceretur. At vero Leander cunctari, et tamen verecundia Aretaphilæ, interfuturam sese colloquio dicentis, permotus, sine armis et præsidio exire : et ubi propius accessisset, conspecto Anabo tergiversari, et stipatores operiri cupere. Socrus contra præsens eum qua cohortari, qua incusare : ac tandem cum mora necteretur, manu injecta audacter plane ac proterve ad barbarum adducere, eique tradere. Leander confestim abreptus ab Afris, comprehensus vinctusque est asservatus, donec promissam mercedem Aretaphilæ amici, comitantibus reliquis civibus, attulerunt. Horum enim plerique re nuntiata, ad locum colloquio destinatum excurrerunt : et conspecta Aretaphila, parum abfuit quin iræ in tyrannum obliti, supplicium de eo sumere aliis rebus posthaberent : atque adeo primum hunc li-

ζον· ἔργον δὲ πρῶτον ἦν αὐτοῖς καὶ ἀπόλαυσμα τῆς ἐλευθερίας, ἐκείνην ἀσπάσασθαι μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων, ὥσπερ ἀγάλματι θεοῦ προσπίπτοντας. Ἄλλων δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπιῤῥεόντων, μόλις ἑσπέρας τὸν Λέανδρον παραλαβόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν πόλιν. Ἐπεὶ δὲ τῶν τιμῶν τῆς Ἀρεταφίλας καὶ τῶν ἐπαίνων ἐνεπλήσθησαν, οὕτω τραπόμενοι πρὸς τοὺς τυράννους, τὴν μὲν Καλβίαν ζῶσαν κατέκαυσαν, τὸν δὲ Λέανδρον ἐνράψαντες εἰς βύρσαν, κατεπόντισαν. Ἠξίουν δὲ τὴν Ἀρεταφίλαν συνάρχειν καὶ συνδιοικεῖν τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι τὴν πολιτείαν. Ἡ δὲ, ὡς ποικίλον τι δρᾶμα καὶ πολυμερὲς ἀγωνισαμένη μέχρι στεφάνου διαδόσεως, ὡς ἐπεῖδε τὴν πόλιν ἐλευθέραν, εὐθὺς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ἐνεδύετο, καὶ τοῦ πολυπραγμονεῖν ὁτιοῦν παραβαλλομένη, τὸν λοιπὸν χρόνον ἐν ἱστοῖς ἡσυχίαν ἄγουσα μετὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων διετέλεσεν.

ΚΑΜΜΑ.

Ἦσαν ἐν Γαλατίᾳ δυνατώτατοι τῶν τετραρχῶν, καί τι καὶ κατὰ γένος προσήκοντες ἀλλήλοις, Σινάτος τε καὶ Συνόριξ. Ὧν ὁ Σινάτος γυναῖκα παρθένον ἔσχε, Κάμμαν ὄνομα, περίβλεπτον μὲν ἰδέᾳ σώματος καὶ ὥρᾳ, θαυμαζομένην δὲ μᾶλλον δι' ἀρετήν. Οὐ γὰρ μόνον σώφρων καὶ φίλανδρος, ἀλλὰ καὶ συνετὴ καὶ μεγαλόφρων, καὶ ποθεινὴ τοῖς ὑπηκόοις ἦν διαφερόντως ὑπ' εὐμενείας καὶ χρηστότητος· ἐπιφανεστέραν δ' αὐτὴν ἐποίει καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρειαν εἶναι, ἣν μάλιστα Γαλάται σέβουσι, περί τε πομπὰς ἀεὶ καὶ θυσίας κεκοσμημένην ὁρᾶσθαι μεγαλοπρεπῶς. Ἐρασθεὶς οὖν αὐτῆς ὁ Συνόριξ, καὶ μήτε πεῖσαι, μήτε βιάσασθαι, ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, δυνατὸς ὢν, ἔργον εἰργάσατο δεινόν· ἀπέκτεινε γὰρ δόλῳ τὸν Σινάτον, καὶ χρόνον οὐ πολὺν διαλιπὼν, ἐμνᾶτο τὴν Κάμμαν ἐν τῷ ἱερῷ ποιουμένην διατριβὰς, * καὶ φέρουσαν οὐκ οἰκτρῶς καὶ ταπεινῶς, ἀλλὰ θυμῷ νοῦν ἔχοντι καὶ καιρὸν περιμένοντι τὴν τοῦ Συνόριγος παρανομίαν. Ὁ δὲ λιπαρὴς ἦν περὶ τὰς δεήσεις, καὶ λόγων ἐδόκει μὴ παντάπασιν ἀπορεῖν εὐπρέπειαν ἐχόντων, ὡς τὰ μὲν ἄλλα Σινάτου βελτίονα παρεσχηκὼς ἑαυτὸν, ἀνελὼν δ' ἐκεῖνον ἔρωτι τῆς Κάμμας, μὴ δι' ἑτέραν τινὰ πονηρίαν. Ἦσαν οὖν τοπρῶτον ἀρνήσεις οὐκ ἄγαν ἀπηνεῖς τῆς γυναικὸς, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐδόκει μαλάσσεσθαι· καὶ γὰρ οἰκεῖοι καὶ φίλοι προσέκειντο θεραπείᾳ καὶ χάριτι τοῦ Συνόριγος μέγιστον δυναμένου, πείθοντες αὐτὴν καὶ καταβιαζόμενοι· τέλος δὲ συνεχώρει, καὶ μετεπέμπετο πρὸς ἑαυτὴν ἐκεῖνον, ὡς παρὰ τῇ θεῷ τῆς συναινέσεως καὶ καταπιστώσεως γενησομένης. Ἐλθόντα δὲ δεξαμένη φιλοφρόνως, καὶ προσαγαγοῦσα τῷ βωμῷ, κατέσπεισεν ἐκ φιάλης, καὶ τὸ μὲν ἐξέπιεν αὐτὴ, τὸ δ' ἐκεῖνον ἐκέλευσεν· ἦν δὲ πεφαρμαγμένον μελίκρατον. Ὡς δ' εἶδε πεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξε, καὶ τὴν θεὸν προσκυνήσασα· Μαρτύρομαί σε, εἶπεν, ὦ πολυτίμητε δαῖμον, ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς ἡμέρας ἐπέζησα τῷ Σινάτου φόνῳ, χρόνον τοσοῦτον οὐδὲν ἀπολαβοῦσα τοῦ

bertatis ceperunt fructum, nihilque aliud eo duxerunt antiquius, quam ut eam læti flentesque salutarent, tanquam simulacro alicujus dei circumfusi. Aliis autem supra alios affluentibus, vix tandem sub vesperam recepto Leandro in urbem reverterunt. Ibi postquam honoranda et laudanda Aretaphila cupiditati suæ satisfecerunt, ita demum ad tyrannos conversi, Calbiam vivam cremaverunt, Leandrum culleo insutum in mare abjecerunt. Ab Aretaphila contenderunt, ut gerendæ gubernandæque reipublicæ sociam sese adjungeret optimatibus. Illa vero, tanquam si variam et multis constantem partibus in theatro fabulam usque ad coronæ donationem peregisset, simul atque liberam esse vidit civitatem, continuo in gynæceum sese recepit, omnique rebus tractandis se admiscendi repudiato studio, reliquum ætatis inter stamina cum amicis et familiaribus exegit.

XX. CAMMA.

Inter Galatiæ tetrarchas potentissimi erant Sinatus et Sinorix, genere etiam invicem propinqui. Erat Sinato uxor, quam virginem duxerat, Camma nomine, non formæ duntaxat præstantia et ætatis flore spectabilis, sed multo magis ob virtutem in admiratione habita; non enim pudica modo et mariti amans fuit, sed et prudens et magnanima, ac propter mansuetudinem benignitatemque subditis mirifice accepta: augebat etiam splendorem, quod Dianæ, quam deam maxime colunt Galatæ, sacerdos, semper in sacris pompis et apud sacrificia magnifice ornata spectabatur. Eam cum deperiret Sinorix, et neque pellicere neque vim facere vivo marito posset, facinus ausus immane, Sinatum dolo necavit exiguoque interposito temporis spatio, Cammam ambivit, in fano frequenter degentem, casumque mariti non abjecte aut miserabiliter, sed animose ferentem, prudenterque intentam occasioni ulciscendi Sinorigis. Ille vero assiduis ambiebat mulierem precibus, videbaturque ei non prorsus deesse honesta in speciem oratio : *aliis se in rebus præstantiorem fuisse Sinato, ac interfecisse eum non malitia, sed amore Cammæ impulsum.* Illa initio non admodum aspere denegare, ac deinde paulatim molliri videbatur : nam et amici ac familiares instabant, Sinorigem, cujus maxima erat potentia, demerentes, suadebantque ut assentiretur et urgebant. Tandem concessit Camma, et ad se venire Sinorigem jussit, ut coram dea matrimonium stipularentur invicem. Venientem blande excepit, et ad aram adduxit, cumque deæ libasset e patera, reliqui partem ipsa hausit, partem ei ebibendam propinavit : erat autem mulsum veneno infectum. Postquam bibisse eum vidit, claro sublato ejulatu deam adorans : *Te*, inquit, *venerandissima dea, testem invoco, hujus me diei causa vitam a morte Sinati produxisse, tanto tempore nullum*

βίου χρηστὸν, ἀλλὰ τὴν ἐλπίδα τῆς δίκης, ἣν ἔχουσα καταβαίνω πρὸς τὸν ἐμὸν ἄνδρα. Σοὶ δὲ, ὦ πάντων ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τάφον ἀντὶ θαλάμου καὶ γάμου παρασκευαζέτωσαν οἱ προσήκοντες. Ταῦτα δ' ἀκούσας ὁ Γαλάτης, καὶ τοῦ φαρμάκου δρῶντος ἤδη καὶ διακινοῦντος τὸ σῶμα συναισθόμενος, ἐπέβη μὲν ὀχήματος, ὡς σάλῳ καὶ τιναγμῷ χρησόμενος, ἐξέστη δὲ παραχρῆμα, καὶ μεταβὰς εἰς φορεῖον, ἑσπέρας ἀπέθανεν. Ἡ δὲ Κάμμα διενεγκοῦσα τὴν νύκτα, καὶ πυθομένη, τέλος ἔχειν ἐκεῖνον, εὐθύμως καὶ ἱλαρῶς κατέστρεψεν.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ.

Παρέσχε δὲ ἡ Γαλατία καὶ Στρατονίκην, τὴν Δηϊοτάρου, καὶ Χιομάραν, τὴν Ὀρτιάγοντος, ἀξίας μνήμης γυναῖκας· ἡ μὲν οὖν Στρατονίκη δεόμενον γνησίων παίδων ἐπὶ διαδοχῇ τῆς βασιλείας ἐπισταμένη τὸν ἄνδρα, μὴ τίκτουσα δ' αὐτὴ συνέπεισεν ἐξ ἑτέρας γυναικὸς παιδοποιησάμενον αὐτῇ τὸ παιδίον περιιδεῖν ὑποβαλλόμενον. Τοῦ δὲ Δηϊοτάρου τήν τε γνώμην θαυμάσαντος, καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ ποιησαμένου, παρθένον εὐπρεπῆ παρασκευάσασα τῶν αἰχμαλώτων, ὄνομα Ἠλέκτραν, συνεῖρξε τῷ Δηϊοτάρῳ, καὶ τοὺς γενομένους παῖδας, ὥσπερ γνησίους αὐτῆς, ἔθρεψε φιλοστόργως καὶ μεγαλοπρεπῶς.

ΧΙΟΜΑΡΑ.

Χιομάραν δὲ συνέβη τὴν Ὀρτιάγοντος αἰχμάλωτον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ὅτε Ῥωμαῖοι καὶ Γναῖος ἐνίκησαν μάχῃ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Γαλάτας. Ὁ δὲ λαβὼν αὐτὴν ταξίαρχος ἐχρήσατο τῇ τύχῃ στρατιωτικῶς καὶ κατῄσχυνεν· ἦν δ' ἄρα καὶ πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀργύριον ἀμαθὴς καὶ ἀκρατὴς ἄνθρωπος· ἡττήθη δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φιλαργυρίας, καὶ χρυσίου συχνοῦ διομολογηθέντος ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, ἦγεν αὐτὴν ἀπολυτρώσων, ποταμοῦ τινος ἐν μέσῳ διείργοντος. Ὡς δὲ διαβάντες οἱ Γαλάται τὸ χρυσίον ἔδωκαν αὐτῷ καὶ παρελάμβανον τὴν Χιομάραν· ἡ μὲν ἀπὸ νεύματος προσέταξεν ἑνὶ παῖσαι τὸν Ῥωμαῖον ἀσπαζόμενον αὐτὴν καὶ φιλοφρονούμενον· ἐκείνου δὲ πεισθέντος καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαντος, ἀραμένη καὶ περιστείλασα τοῖς κόλποις ἀπήλαυνεν. Ὡς δ' ἦλθε πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῷ προὔβαλεν, ἐκείνου θαυμάσαντος, καὶ εἰπόντος· Ὦ γύναι, καλὸν ἡ πίστις· Ναὶ, εἶπεν, ἀλλὰ κάλλιον ἕνα μόνον ζῆν ἐμοὶ συγγεγενημένον. Ταύτῃ μὲν ὁ Πολύβιός φησι διὰ λόγων ἐν Σάρδεσι γενόμενος θαυμάσαι τό τε φρόνημα καὶ τὴν σύνεσιν.

* ΓΥΝΑΙΟΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ.

Ἐπεὶ δὲ Μιθριδάτης ἑξήκοντα Γαλατῶν τοὺς ἀρίστους μεταπεμψάμενος εἰς Πέργαμον ὡς φίλους, ὑβριστικῶς ἐδόκει καὶ δεσποτικῶς προσφέρεσθαι, καὶ πάντες ἠγανάκτουν, Πορηδόραξ, ἀνὴρ τό τε σῶμα ῥωμαλέος καὶ τὴν ψυχὴν διαφέρων (ἦν δὲ Τοσιω-

ex ea fructum adeptam præter spem ultionis : quam consecuta nunc ad maritum meum descendo. Tibi vero, omnium scelestissime hominum, loco thalami et nuptiarum apparent sepulcrum tui. Hæc cum audivisset Sinorix, et agere jam venenum, corporique motum inferre sentiret, vehiculum conscendit, ut agitatione et concussione sibi mederetur; statim autem eo relicto in lecticam se posuit, ac vesperi est mortuus. At Camma cum per noctem durasset, audito eum vivendi finem fecisse, læto animo exspiravit.

XXI. STRATONICA.

Eadem Galatia Stratonicam Dejotari, et Chiomaram Ortiagontis uxores protulit, dignas memoratu. Stratonica cum esset sterilis maritumque legitimos liberos quos hæredes relinqueret desiderare sciret, persuasit ei, ut alia ex muliere prolem susciperet, sibique eam subderet. Dejotaro sententiam admirante, uxorisque arbitrio rem totam permittente, formosam ea ex captivis virginem Electram nomine adornavit, et Dejotaro copulavit : natosque ex ea liberos tanquam suos amanter ac magnifice educavit.

XXII. CHIOMARA.

Quo tempore Romani duce Cneo Manlio vicerunt Gallos Asiaticos, qui iidem Gallogræci dicuntur et Galatæ, usuvenit uxori Ortiagontis, Chiomaræ, ut inter alias ipsa quoque duceretur captiva. Qui ea potitus erat centurio, homo et libidinosus et avarus, militum more egit et pudicitiæ ejus vim fecit. Victus deinde pecuniæ cupiditate, cum mulier corporis sui liberandi gratia magnam ei vim auri pollicita esset, eduxit eam ad locum, qui amne secabatur. Hunc cum transivissent qui eam redemptum venerant Galatæ, datoque auro Chiomaram recepissent, uni eorum illa innuit, ut centurionem, qui ipsam tum amplectens valedicebat, percuteret : cumque is paruisset, et caput occiso amputasset, Chiomara id gremio involutum secum abstulit. Cumque ad maritum venisset, caput ante eum projecit, et mirante eo, ac dicente : *O mulier, præclara res est fides;* respondit : *Est sane! sed id pulchrius est, unum tantum vivere qui mecum rem habuerit.* Cum hac muliere Polybius scribit se collocutum Sardibus, miratumque fuisse animi magnitudinem ejus ac prudentiam.

XXIII. MULIER PERGAMENA.

Mithridates Galatarum præstantissimos sexaginta sub amicitiæ specie Pergamum evocatos cum tractaret contumeliose ac pro imperio, omnesque id indigne ferrent; Poredorix, Tosioporum tetrarcha, vir et corpore robustus, et animo magno præditus, in se recepit,

πῶν τετράρχης), ἀνεδέξατο τὸν Μιθριδάτην, ὅταν ἐν τῷ βήματι γυμνασίῳ χρηματίζῃ συναρπάσας, ὤσειν ἅμα σὺν αὐτῷ κατὰ τῆς φάραγγος. Τύχῃ δέ τινι τῆς ἡμέρας ἐκείνης οὐκ ἀναβάντος εἰς τὸ γυμνάσιον αὐτοῦ, μεταπεμπομένου δὲ τοὺς Γαλάτους οἴκαδε, θαῤῥεῖν παρεκάλει, καὶ ὅταν ἐν ταυτῷ γένωνται, διασπάσαι τὸ σῶμα καὶ διαφθεῖραι πανταχόθεν προσπεσόντας. Τοῦτο οὐκ ἔλαθε τὸν Μιθριδάτην, ἀλλὰ μηνύσεως γενομένης, καθ' ἕνα τῶν Γαλατῶν παρεδίδου σφαγησόμενον· εἶτά πως ἀναμνησθεὶς νεανίσκου πολὺ προέχοντος [πρωτεύσαντος] ὥρᾳ καὶ κάλλει τῶν καθ' αὑτὸν, ᾤκτειρε καὶ μετενόει· καὶ δῆλος ἦν ἀχθόμενος, ὡς ἐν πρώτοις ἀπολωλότος, ὅμως δ' ἔπεμψεν, εἰ ζῶν εὑρεθείη, μεθεῖναι κελεύων· ἦν δ' ὄνομα τῷ νεανίσκῳ Βηπολιτανός. Καί τις αὐτῷ τύχη θαυμαστὴ συνέπεσε· καλὴν γὰρ ἐσθῆτα καὶ πολυτελῆ συνελήφθη φορῶν· ἣν ὁ δήμιος ἀναίμακτον αὐτῷ καὶ καθαρὰν διαφυλάξαι βουλόμενος, καὶ ἀποδύων ἀτρέμα τὸν νεανίσκον, εἶδε τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως προσθέοντας, ἅμα καὶ τοὔνομα τοῦ μειρακίου βοῶντας. Τὸν μὲν οὖν Βηπολιτανὸν ἡ πολλοὺς ἀπολέσασα φιλαργυρία διέσωσεν ἀπροσδοκήτως. Ὁ δὲ Πορηδόραξ κατακοπεὶς ἄταφος ἐξεβέβλητο, καὶ τῶν φίλων οὐδεὶς ἐτόλμησε προσελθεῖν· γύναιον δὲ Περγαμηνὸν, ἐγνωσμένον ἀφ' ὥρας ζῶντι τῷ Γαλάτῃ, παρεκινδύνευσε θάψαι καὶ περιστεῖλαι τὸν νεκρόν· ᾔσθοντο δὲ οἱ φύλακες, καὶ συλλαβόντες ἀνήγαγον πρὸς τὸν βασιλέα. Λέγεται μὲν οὖν τι καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτῆς παθεῖν ὁ Μιθριδάτης, νέας παντάπασι καὶ ἀκάκου τῆς παιδίσκης φανείσης, ἔτι δὲ μᾶλλον, ὡς ἔοικε, τὴν αἰτίαν γνοὺς ἐρωτικὴν οὖσαν, ἐπεκλάσθη καὶ συνεχώρησεν ἀνελέσθαι καὶ θάψαι τὸν νεκρὸν ἐσθῆτα καὶ κόσμον ἐκ τῶν ἐκείνου λαβοῦσαν.

ΤΙΜΟΚΛΕΙΑ.

Θεαγένης ὁ Θηβαῖος, Ἐπαμινώνδᾳ καὶ Πελοπίδᾳ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι τὴν αὐτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως λαβὼν διάνοιαν, ἔπταισε περὶ τὴν κοινὴν τύχην τῆς Ἑλλάδος ἐν Χαιρωνείᾳ, κρατῶν ἤδη καὶ διώκων τοὺς κατ' αὐτὸν ἀντιτεταγμένους. Ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ πρὸς τὸν ἐμβοήσαντα, Μέχρι ποῦ διώκεις; ἀποκρινάμενος· Μέχρι Μακεδονίας. Ἀποθανόντι δ' αὐτῷ περιῆν ἀδελφὴ, μαρτυροῦσα, κἀκεῖνον ἀρετῇ γένους καὶ φύσει μέγαν ἄνδρα καὶ λαμπρὸν γενέσθαι· πλὴν ταύτῃ γε καὶ χρηστὸν ἀπολαῦσαί τι τῆς ἀρετῆς ὑπῆρξεν, ὥστε κουφότερον, ὅσον τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων εἰς αὐτὴν ἦλθεν, ἐνεγκεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ἐκράτησε Θηβαίων Ἀλέξανδρος, ἄλλοι δ' ἄλλα τῆς πόλεως ἐπόρθουν ὡς ἐπιόντες, ἔτυχε τὴν Τιμοκλείας οἰκίαν καταλαβὼν ἄνθρωπος οὐκ ἐπιεικὴς, οὐδὲ ἥμερος, ἀλλ' ὑβριστὴς καὶ ἀνόητος· ἦρχε δὲ Θρᾳκίου τινὸς ἴλης, καὶ ὁμώνυμος ἦν τοῦ βασιλέως, οὐδὲν δὲ ὅμοιος. Οὔτε γὰρ τὸ γένος, οὔτε τὸν βίον αἰδεσθεὶς τῆς γυναικὸς, ὡς ἐνέπλησεν ἑαυτὸν οἴνου, μετὰ δεῖπνον ἐκάλει συναναπαυσομένην. Καὶ τοῦτο πέρας οὐκ ἦν· ἀλλὰ καὶ χρυ-

velle se Mithridatem, quando is in gymnasio pro tribunali sedens jus diceret, arreptum cum tribunali in convallem præcipitare. Cum forte fortuna Mithridates in gymnasium ea die non ascendisset, Galatasque ad se domum suam vocaret, bono idem animo suos esse jussit, cumque convenissent, undique in eum impetum facere, corpusque ejus divellere. Non fefellit hoc Mithridatem, sed, re ex indicio cognita, Galatas unum post alterum jugulandos tradidit. Deinde recordatus adolescentis inter eos cujusdam, qui elegantia formæ reliquis antecedebat æqualibus omnibus, miserabatur eum, ac factum mutabat, satisque præ se ferebat, ægre se interitum ejus ferre, quem inter primos necatum fuisse putabat : misit tamen qui vivum relinqui juberent, si nondum periisset. Nomen adolescenti Bepolitanus erat, eique mirabilis casus evenit : cum enim comprehenderetur, pulchram et pretiosam gestabat vestem, quam dum sibi puram a sanguine servare cupit carnifex, ideoque paulatim detrahit, vidit regis nuntios accurrere, nomen Bepolitani clamantes. Ita huic avaritia, quæ multos perdidit, insperatam attulit salutem. Poredorix occisus, et sepultura cadaveri projecto negata est; nec amicorum quisquam accedere audebat. Muliercula autem Pergamena, cum qua is vivus consueverat, ausa est mortui corpus componere et humare : quam custodes deprehensam ad regem adduxerunt. Fertur sane Mithridates aliquantulum fuisse conspectu puellæ affectus, cum juvencula plane simplex videretur : magis tamen inflexit animum, quod causam ei facinoris fuisse amatoriam audiebat; itaque ei permisit, ut vestitu et ornamentis de bonis ipsius sumptis auferret ac sepeliret Poredorigem.

XXIV. TIMOCLEA.

Theagenes Thebanus de civitate eamdem cum Epaminonda, Pelopida, aliisque optimis viris sectatus sententiam, in communi Græciæ ad Chæroneam clade occubuit, cum jam vicisset et persequeretur sibi oppositos. Is enim fuit qui vociferanti, *Quousque persequeris?* respondit : *Usque ad Macedoniam.* Mortuo ei soror superfuit, quæ testaretur et ipsum virtute generis et natura magnum illustremque factum virum : huic tamen mulieri contigit fructum percipere suæ virtutis præclarum, ut tanto facilius ferret quantum in ipsam ex publicis redundavit calamitatibus. Cum enim Thebas in potestatem redegisset Alexander, aliique alias urbis partes pervagantes diriperent, domum Timocleæ occupavit homo nihil minus quam modestus, sed insolentem injurius atque stolidus, Thraciæ cujusdam turmæ dux, Alexandri cognominis, sed plane cætera dissimilis. Is neque genus, neque vitam mulieris reveritus, cum sese vino implevisset, a cœna dormire Timocleam secum coegit. Neque hunc injuriarum finem fecit, sed præterea aurum argentumque requirebat, si quid

τὸν ἐζήτει καὶ ἄργυρον, εἴ τις εἴη κεκρυμμένος ὑπ' αὐτῆς, τὰ μὲν ὡς ἀπειλῶν, τὰ δὲ ὡς ἕξων διὰ παντὸς ἐν τάξει γυναικός. Ἡ δὲ δεξαμένη λαβὴν αὐτοῦ διδόντος, Ὤφελον μὲν, εἶπε, τεθνάναι πρὸ ταύτης ἐγὼ τῆς νυκτὸς, ἢ ζῆν, τὸ γοῦν σῶμα πάντων * [ἀπολλυμένων] ἀπείρατον ὕβρεως διεφύλαξα· πεπραγμένων δὲ οὕτως, εἴ σε κηδεμόνα καὶ δεσπότην καὶ ἄνδρα δεῖ νομίζειν, τοῦ δαίμονος διδόντος, οὐκ ἀποστερήσω σε τῶν σῶν· ἐμαυτὴν γὰρ ὅ τι βουλήσῃ ὁρῶ γεγενημένην. Ἐμοὶ περὶ σῶμα κόσμος ἦν, καὶ ἄργυρος ἐν ἐκπώμασιν, ἦν τι καὶ χρυσοῦ καὶ νομίσματος. Ὡς δὲ ἡ πόλις ἡλίσκετο, πάντα συλλαβεῖν κελεύσασα τὰς θεραπαινίδας ἔῤῥιψα, μᾶλλον δὲ κατεθέμην εἰς φρέαρ ὕδωρ οὐκ ἔχον· οὐδ' ἴσασιν αὐτὸ πολλοί· πῶμα γὰρ ἔπεστι, καὶ κύκλῳ περιπέφυκεν ὕλη σύσκιος. Ταῦτα σὺ μὲν εὐτυχοίης λαβὼν, ἐμοὶ δ' ἔσται πρός σε μαρτύρια καὶ γνωρίσματα τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐτυχίας καὶ λαμπρότητος. Ἀκούσας οὖν ὁ Μακεδὼν, οὐ περιέμεινε τὴν ἡμέραν, ἀλλ' εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἡγουμένης τῆς Τιμοκλείας· καὶ τὸν κῆπον ἀποκλεῖσαι κελεύσας, ὅπως αἴσθοιτο μηδεὶς, κατέβαινεν ἐν τῷ χιτῶνι. Στυγερὰ δὲ ἡγεῖτο Κλωθὼ τιμωρὸς ὑπὸ τῆς Τιμοκλείας ἐφεστώσης ἄνωθεν. Ὡς δ' ᾔσθετο τῇ φωνῇ κάτω γεγονότος, πολλοὺς μὲν αὐτὴ τῶν λίθων ἐπέφερε, πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους αἱ θεραπαινίδες ἐπεκυλίνδουν· ἄχρις οὗ κατέκοψαν αὐτὸν καὶ κατέχωσαν. Ὡς δ' ἔγνωσαν οἱ Μακεδόνες, καὶ τὸν νεκρὸν ἀνείλοντο· κηρύγματος ἤδη γεγονότος, μηδένα κτείνειν Θηβαίων, ἦγον αὐτὴν συλλαβόντες ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ προσήγγειλαν τὸ τετολμημένον. Ὁ δὲ καὶ τῇ καταστάσει τοῦ προσώπου καὶ τῷ σχολαίῳ τοῦ βαδίσματος ἀξιωματικόν τι καὶ γενναῖον ἐνιδὼν, πρῶτον ἀνέκρινεν αὐτὴν, τίς εἴη γυναικῶν. Ἡ δ' ἀνεκπλήκτως πάνυ καὶ τεθαῤῥηκότως εἶπεν· Ἐμοὶ Θεαγένης ἦν ἀδελφὸς, ὃς ἐν Χαιρωνείᾳ στρατηγῶν καὶ μαχόμενος πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, ἔπεσεν, ὅπως ἡμεῖς μηδὲν τοιοῦτον πάθωμεν· ἐπεὶ δὲ πεπόνθαμεν ἀνάξια τοῦ γένους, ἀποθανεῖν οὐ φεύγομεν· οὐδὲ γὰρ ἄμεινον ἴσως ζῶσαν ἑτέρας πειρᾶσθαι νυκτὸς, εἰ σὺ τοῦτο μὴ κωλύσῃς. Οἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστατοι τῶν παρόντων ἐδάκρυσαν, Ἀλεξάνδρῳ δ' οἰκτείρειν μὲν οὐκ ἐπῄει τὴν ἄνθρωπον ὡς μείζονα, θαυμάσας δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον εὖ μάλα καθαψάμενον αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἡγεμόσι παρήγγειλε προσέχειν, καὶ φυλάττειν, μὴ πάλιν ὕβρισμα τοιοῦτον εἰς οἰκίαν ἔνδοξον γένηται· τὴν δὲ Τιμόκλειαν ἀφῆκεν, αὐτήν τε καὶ πάντας, ὅσοι κατὰ γένος αὐτῇ προσήκοντες εὑρέθησαν.

ΕΡΥΞΩ.

Βάττου, τοῦ ἐπικληθέντος Εὐδαίμονος, υἱὸς Ἀρκεσίλαος ἦν, οὐδὲν ὅμοιος τῷ πατρὶ τοὺς τρόπους· καὶ γὰρ ζῶντος ἔτι περὶ τὴν οἰκίαν περιθεὶς ἐπάλξεις, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐζημιώθη ταλάντῳ· καὶ τελευτήσαντος ἐκείνου, τοῦτο μὲν οὖν φύσει χαλεπὸς ὢν (ὅπερ καὶ ἐπεκλήθη), τοῦτο δὲ φίλῳ πονηρῷ, Λαάρχῳ,

horum ea reconditi haberet, adhibitis partim minis, partim pollicitationibus, quod habiturum se eam perpetuo uxoris loco diceret. Illa ansam ab eo sibi præbitam arripiens : *Utinam vero*, inquit, *hanc noctem mors mea antevertisset : ut omnibus rebus perditis saltem corpus contumeliæ inexpertum conservassem. Nunc quando res ita acta est, et te divinitus mihi tutorem, dominum, virumque datum existimare debeo, non spoliabo te tuis rebus : nam me quidem id futuram video, quod tu volueris. Habui mundum muliebrem, et pocula argentea, nonnihil etiam auri et numismatis : cum autem urbs caperetur, ancillis mandavi ut omnia convasarent, abjecique, aut potius deposui in puteum aqua carentem paucisque notum; est enim tectus operculo, umbrosumque circa nemus occultat. Hæc tibi accipienti fausta sint : mihi quidem apud te erunt argumenta et indicia fortunarum ac splendoris familiæ meæ.* His auditis Macedo, non exspectata die confestim ad locum perrexit, ducente Timoclea, et hortum claudi jussit ne quis sentiret, tunicatusque in puteum descendit. Horribile autem eum ducebat ad supplicium Parca Vindex, sub persona Timocleæ, superne instantis. Quæ, cum e voce sensit eum in imo esse, multos ingessit lapides, multos etiam magnosque advolutos ancillæ injecerunt, donec eum contuderunt atque obruerunt saxis. Macedones ubi de ea re facti sunt certiores, sublato cadavere, cum jam edictum esset ne quis Thebanorum occideretur, captam Timocleam ad regem adduxerunt, facinusque narraverunt. Alexander ex vultus constantia, lentoque incessu gravitatem generosamque indolem ratiocinatus, principio quæsivit quænam esset mulier. Illa vero impavide prorsus et confidenter : *Mihi*, inquit, *frater fuit Theagenes, qui ad Chæroneam dux exercitus et contra vos pro libertate Græciæ dimicans cecidit, ne quid nobis tale accideret : cum autem perpessa sim genere meo indigna, mori non recuso; potius enim hoc est, quam viventem aliam talem experiri noctem, nisi tu id prohibeas.* Humanissimus quisque astantium ad hæc lacrymas emisit. Alexandro miserari mulierem, ut miseratione superiorem, non subiit : admiratus autem virtutem, orationemque, qua satis graviter se notatum sentiebat, ducibus mandavit ut attenderent præstarentque, ne porro talis contumelia familiæ alicui illustri inferretur : Timocleam autem dimisit, omnesque qui eam cognatione attingere inventi sunt.

XXV. ERYXO.

Batti, ejus qui Felicis cognomentum tulit, filius fuit Arcesilaus, moribus patri nequaquam similis. Nam et vivens eum pater talento mulctaverat, quod propugnacula ædibus suis circumposuisset : et mortuo patre, cum et ingenio esset aspero (unde et cognomen Asperi reperit), et amico malo uteretur Laarcho, pro rege ty-

χρώμενος, ἀντὶ βασιλέως ἐγεγόνει τύραννος. Ὁ δὲ Λάαρχος ἐπιβουλεύων τῇ τυραννίδι, καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν Κυρηναίων ἐξελαύνων, ἢ φονεύων, ἐπὶ τὸν Ἀρκεσίλαον τὰς αἰτίας ἔτρεπε· καὶ τέλος ἐκεῖνον μὲν εἰς νόσον ἐμβαλὼν φθινάδα καὶ χαλεπὴν, λαγὼν πιόντα θαλάσσιον διέφθειρεν, αὐτὸς δὲ τὴν ἀρχὴν εἶχεν, ὡς τῷ παιδὶ τῷ ἐκείνου, Βάττῳ, διαφυλάττων. Ὁ μὲν οὖν παῖς καὶ διὰ τὴν χωλότητα καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν κατεφρονεῖτο, τῇ δὲ μητρὶ πολλοὶ προσεῖχον αὐτοῦ· σώφρων τε γὰρ ἦν καὶ φιλάνθρωπος, οἰκείους τε πολλοὺς καὶ δυνατοὺς εἶχε. Διὸ καὶ θεραπεύων αὐτὴν ὁ Λάαρχος ἐμνηστεύετο, καὶ τὸν Βάττον ἠξίου παῖδα θέσθαι, γήμας ἐκείνην, καὶ κοινωνὸν ἀποδείξας τῆς ἀρχῆς· ἡ δ' Ἐρυξὼ (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ γυναικὶ) βουλευσαμένη μετὰ τῶν ἀδελφῶν, ἐκέλευε τὸν Λάαρχον ἐντυγχάνειν ἐκείνοις, * ὡς αὐτῆς προσιεμένης τὸν γάμον. Ἐπεὶ δ' ὁ Λάαρχος ἐνετύγχανε τοῖς ἀδελφοῖς, ἐκεῖνοι δ' ἐπίτηδες παρῆγον καὶ ἀνεβάλλοντο, πέμπει πρὸς αὐτὸν ἡ Ἐρυξὼ θεραπαινίδα παρ' αὐτῆς, παραγγέλλουσαν, ὅτι νῦν μὲν ἀντιλέγουσιν οἱ ἀδελφοὶ, γενομένης δὲ τῆς συνόδου, παύσονται διαφερόμενοι καὶ συγχωρήσουσι· δεῖ οὖν αὐτὸν, εἰ βούλεται, νύκτωρ ἀφικέσθαι πρὸς αὐτήν· καλῶς γὰρ ἕξειν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς γενομένης. Ἦν οὖν ταῦτα πρὸς ἡδονὴν τῷ Λαάρχῳ, καὶ παντάπασιν ἀναπτοηθεὶς πρὸς τὴν φιλοφροσύνην τῆς γυναικὸς, ὡμολόγησεν ἥξειν, ὅταν ἐκείνη κελεύῃ. Ταῦτα δ' ἔπραττεν ἡ Ἐρυξὼ μετὰ Πολυάρχου, τοῦ πρεσβυτέρου τῶν ἀδελφῶν. Ὁρισθέντος δὲ καιροῦ πρὸς τὴν σύνοδον, ὁ Πολύαρχος εἰς τὸ δωμάτιον τῆς ἀδελφῆς παρεισήχθη κρύφα, νεανίσκους ἔχων δύο σὺν αὐτῷ ξιφήρεις, φόνῳ πατρὸς ἐπεξιόντας, ὃν ὁ Λάαρχος ἐτύγχανεν ἀπεκτονὼς νεωστί· μεταπεμψαμένης δὲ τῆς Ἐρυξοῦς αὐτὸν, ἄνευ δορυφόρων εἰσῆλθε, καὶ τῶν νεανίσκων αὐτῷ προσπεσόντων, τυπτόμενος τοῖς ξίφεσιν ἀπέθανε. Τὸν μὲν οὖν νεκρὸν ἔρριψαν ὑπὲρ τὸ τεῖχος, τὸν δὲ Βάττον προσαγαγόντες ἀνέδειξαν ἐπὶ τοῖς πατρίοις βασιλέα, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς πολιτείαν ὁ Πολύαρχος ἀπέδωκε τοῖς Κυρηναίοις. Ἐτύγχανον δ' Ἀμάσιδος, τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, στρατιῶται συχνοὶ παρόντες, οἷς ὁ Λάαρχος ἐχρῆτο πιστοῖς, καὶ φοβερὸς ἦν οὐχ ἥκιστα δι' ἐκείνων τοῖς πολίταις. Οὗτοι πρὸς Ἄμασιν ἔπεμψαν τοὺς κατηγορήσοντας τοῦ τε Πολυάρχου καὶ τῆς Ἐρυξοῦς· χαλεπαίνοντος δ' ἐκείνου, καὶ διανοουμένου πολεμεῖν τοῖς Κυρηναίοις, συνέβη τὴν μητέρα τελευτῆσαι, καὶ ταφὰς αὐτῆς ἐπιτελοῦντος, ἀπαγγέλλοντας ἐλθεῖν περὶ τοῦ Ἀμάσιδος. Ἔδοξεν οὖν τῷ Πολυάρχῳ βαδίζειν ἀπολογησομένῳ· τῆς δ' Ἐρυξοῦς μὴ ἀπολειπομένης, ἀλλ' ἕπεσθαι καὶ συγκινδυνεύειν βουλομένης, οὐδὲ ἡ μήτηρ Κριτόλα, καίπερ οὖσα πρεσβῦτις, ἀπελείπετο. Μέγιστον δ' αὐτῆς ἦν ἀξίωμα, Βάττου γεγενημένης ἀδελφῆς τοῦ Εὐδαίμονος. Ὡς οὖν ἦλθον εἰς Αἴγυπτον, οἵ τ' ἄλλοι θαυμαστῶς ἀπεδέξαντο τὴν πρᾶξιν αὐτῶν, καὶ ὁ Ἄμασις οὐ μετρίως ἀπεδέξατο τήν τε σωφροσύνην καὶ τὴν ἀνδρείαν τῆς

rannus fuit. Laarchus autem cum affectaret tyrannidem, ac Cyrenæorum optimos aut pelleret urbe aut interficeret, culpam in Arcesilaum conferebat : tandemque eum in morbum gravem ac tabificum propinato lepore marino conjecit, vitaque exuit : et ipse imperium occupavit, Batto ejus filio id se asservare prætendens. Filius porro Arcesilai et quia claudus erat, et propter ætatem contemnebatur : matrem ejus magni faciebant plerique, feminam pudicam atque humanam, et familiaribus multis potentibusque stipatam. Itaque eam Laarchus demerens, nuptias ipsius expetebat, promittebatque se ea ducta Battum adoptaturum, et socium regni habiturum. Eryxo (ita enim appellabatur mulier) re cum fratribus deliberata, Laarchum cum his agere jussit, se fingens assentiri. Laarcho cum fratribus Eryxus locuto, cum rem illi de industria traherent, moramque producerent, Eryxo ancillam ad eum mittit, nuntiatque : *Fratres in præsentia repugnare : quod si secum concubuisset, finem eos dissentiendi facturos, et concessuros nuptias : veniret itaque ad se noctu, si videretur : facto enim initio, reliqua facile successura.* Voluptati hæc fuerunt Laarcho, animoque ob blanditias mulieris vana spe protinus inflato, venturum se, ubi ipsa jussisset, pollicitus est. Hæc autem Eryxo agebat Polyarchi, qui fratrum natu erat maximus, consilio. Constituto coitus tempore, Polyarchus occulte in cubile sororis introductus est, stipatus duobus adolescentibus gladios tenentibus, pœnasque de nece patris exacturis, quem Laarchus recens interfecerat. Laarchus ab Eryxone vocatus, sine stipatoribus venit, et irruentibus in eum adolescentibus, gladiis confossus periit. Cadavere trans murum ejecto, Battum productum regni paterni successorem declaraverunt, pristinamque reipublicæ constitutionem Polyarchus Cyrenæis restituit. Aderant ea tempestate permulti milites Amasidis regis Ægyptiorum, quorum fideli opera usus Laarchus, et propter eos non minime terribilis civibus fuerat. Hi ad Amasin miserunt, qui Polyarchum et Eryxonem accusarent. Is cum indignaretur, ac de bello Cyrenæis inferendo cogitaret, matrem ejus mori contigit : justaque ipso faciente, renuntiatum est illud Cyrenam. Placuit itaque Polyarcho sui excusandi gratia ad Amasidem proficisci : cumque Eryxo una ire ac periculum obire vellet, mater etiam Critola, quantumvis vetula, comitem se adjunxit, maximæ auctoritatis mulier, utpote soror Batti quondam Felicis. Postquam in Ægyptum venerunt, cum aliis majorem in modum causam suam probavere, tum ipse Amasis maximo opere pudicitiam

Ἐρυξοῦς· δώροις δὲ τιμήσας καὶ θεραπείᾳ βασιλικῇ τόν τε Πολύαρχον καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κυρήνην ἀπέστειλεν.

ΞΕΝΟΚΡΙΤΗ.

Οὐχ ἧττον δ' ἄν τις ἀγάσαιτο τὴν Κυμαίαν Ξενοκρίτην ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι περὶ Ἀριστόδημον τὸν τύραννον, ᾧ τινες Μαλακὸν ἐπίκλησιν οἴονται γεγονέναι, τὸ ἀληθὲς ἀγνοοῦντες. Ἐπεκλήθη γὰρ ὑπὸ τῶν βαρβάρων Μαλακὸς, ὅπερ ἐστὶν ἀντίπαις, ὅτι μειράκιον ὢν παντάπασι μετὰ τῶν ἡλίκων ἔτι κομώντων (οὓς κορωνιστὰς, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τῆς κόμης ὠνόμαζον) ἐν τοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμοις ἐπιφανὴς ἦν καὶ λαμπρὸς, οὐ τόλμῃ μόνον, οὐδὲ χειρὸς ἔργοις, ἀλλὰ καὶ συνέσει καὶ προνοίᾳ φανεὶς περιττός. Ὅθεν εἰς τὰς μεγίστας προῆλθεν ἀρχὰς, θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ Ῥωμαίοις ἐπικουρίαν ἄγων ἐπέμφθη πολεμουμένοις ὑπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν, Ταρκύνιον Σούπερβον ἐπὶ τὴν βασιλείαν καταγόντων. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ στρατιᾷ, μακρᾷ γενομένῃ, πάντῃ πρὸς χάριν ἐνδιδοὺς τοῖς στρατευομένοις τῶν πολιτῶν, καὶ δημαγωγῶν μᾶλλον, ἢ στρατηγῶν, ἔπεισεν αὐτοὺς συνεπιθέσθαι τῇ βουλῇ, καὶ συνεκβαλεῖν τοὺς ἀρίστους καὶ δυνατωτάτους. Ἐκ δὲ τούτου γενόμενος τύραννος, ἦν μὲν ἐν ταῖς περὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐλευθέρους ἀδικίαις αὐτὸς ἑαυτοῦ μοχθηρότατος. Ἱστόρηται γὰρ, ὅτι τοὺς μὲν ἄῤῥενας παῖδας ἤσκει κόμαις καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, καὶ φορεῖν * ἐφηβικὰς χλαμύδας καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐξαιρέτως ἐρασθεὶς τῆς Ξενοκρίτης, εἶχεν αὐτὴν φυγάδος οὖσαν πατρὸς, οὐ καταγαγὼν, οὐδὲ πείσας ἐκεῖνον, ἀλλ' ὁπωσοῦν ἡγούμενος ἀγαπᾶν συνοῦσαν αὐτῷ τὴν κόρην, ἅτε [δὴ] ζηλουμένην καὶ μακαριζομένην ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Τὴν δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἐξέπληττεν· ἀχθομένη δ' ἐπὶ τῷ συνοικεῖν ἀνέκδοτος καὶ ἀνέγγυος, οὐδὲν ἧττον ἐπόθει τῶν μισουμένων ὑπὸ τοῦ τυράννου τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν. Ἔτυχε δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τάφρον ἄγων κύκλῳ περὶ τὴν χώραν ὁ Ἀριστόδημος, οὔτ' ἀναγκαῖον ἔργον, οὔτε χρήσιμον, ἄλλως δὲ τρίβειν καὶ ἀποκναίειν πόνοις καὶ ἀσχολίαις τοὺς πολίτας βουλόμενος· ἦν γὰρ προστεταγμένον ἑκάστῳ μέτρων τινῶν ἀριθμὸν ἐκφέρειν τῆς γῆς. Ὡς εἶδεν ἐπιόντα τὸν Ἀριστόδημον, ἐξέκλινε καὶ παρεκαλύψατο τῷ χιτωνίσκῳ τὸ πρόσωπον. Ἀπελθόντος οὖν τοῦ Ἀριστοδήμου, σκώπτοντες οἱ νεανίσκοι καὶ παίζοντες ἠρώτων, ὅτι δὴ μόνον ὑπ' αἰδοῦς φύγοι τὸν Ἀριστόδημον, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὐδὲν πάθοι τοιοῦτον. Ἡ δὲ καὶ μάλα μετὰ σπουδῆς ἀπεκρίνατο· Μόνος γὰρ, ἔφη, Κυμαίων Ἀριστόδημος ἀνήρ ἐστι. Τοῦτο γοῦν λεχθὲν τὸ ῥῆμα πάντων μὲν ἥψατο, τοὺς δὲ γενναίους καὶ παρώξυνεν αἰσχύνῃ τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. Λέγεται δὲ καὶ Ξενοκρίτην ἀκούσασαν εἰπεῖν, ὡς ἐβούλετο ἂν καὶ αὐτὴ γῆν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς φέρειν παρόντος, ἢ τρυφῆς συμμετέχειν

fortitudinemque Eryxonis est amplexus : donisque honoris gratia affectos, et regio more tractatos, Polyarchum ac mulieres Cyrenam remisit.

XXVI. XENOCRITA.

Non minorem admirationem meretur Xenocrita Cumana, ob facinus in Aristodemum tyrannum. Qui Mollem hunc a mollitie cognominatum putant, ignoratione veri id faciunt. Fuit enim Mollis dictus a barbaris, quasi Ephebus : quod adolescentulus admodum inter æquales adhuc comam alentes, quos, ut apparet, coronistas a coma dicebant, in bellis contra barbaros claruit, non audacia modo et opere militari, sed calliditate etiam ac providentia usus singulari. Itaque a civibus in admiratione habitus, et ad maxima imperia evectus est. Romanis quoque missus est suppetias adducens, cum ii bello urgerentur ab Etruscis Tarquinium Superbum in regnum restituere conantibus. In ea expeditione, quæ diu duravit, omnia in gratiam militum agens, magisque popularem captantis favorem quam ducis personam gerens, persuasit eis ut se in invadendo senatu, ejiciendisque urbe Cumana optimis potentissimisque civibus adjuvarent. Inde potitus tyrannide, injuriis quas in mulieres et ingenuos pueros exercebat, omnia sua superavit flagitia. Memoriæ enim proditum est, masculos cum pueros condocefecisse ut comam alerent aurumque gestarent : mulieres autem coegisse ut tonderentur rotunde, chlamydes epheborum gestarent, et tuniculas perbreves. Erat Xenocrita quædam Cumis, puella patre nata, qui tum in exilium actus erat. Hanc Aristodemus singulari amore ardens secum habuit, non adductam aut persuaso patre conciliatam sibi, sed ratus utcunque gratum futurum puellæ, quod cum tyranno viveret, et a civibus suspiceretur ac beata putaretur. At Xenocritam hæc nihil movebant, sed cum moleste ferebat se nullis pactis nuptialibus, absque ulla desponsione cum viro degere, tum eorum qui tyrannum oderant libertatis patriæ cedebat desiderio nemini. Forte tum eo tempore Aristodemus fossa regionem quamdam ambiebat : quod opus neque necessarium erat, neque utile, tantum ad vexandos laboribusque atterendos cives excogitatum. Erat enim singulis certa mensura egerendæ terræ designata atque imperata. Quædam videns accedentem Aristodemum, declinavit, tunicaque faciem velavit, eoque digresso, cum adolescentes per jocum et illudendi gratia quærerent, quid esset causæ, quod solum præ pudore fugeret Aristodemum, neque aliis maribus eodem modo afficeretur ; plane serio respondit : *Solus enim inter Cumanos Aristodemus vir est.* Ea vox cum omnes tangeret, generosos etiam pudor instigavit ad recuperandæ libertatis studium. Et quidem ipsam Xenocritam aiunt, cum hoc audivisset, dixisse : *Malle se quoque pro patre, si ei reditus esset in patriam datus, terram portare, quam in tanto luxu et potentia cum Aristodemo vivere.* Hæc confirma-

Ἀριστοδήμῳ καὶ δυνάμεως τοσαύτης. Ἐπέῤῥωσεν οὖν ταῦτα συνισταμένους ἐπὶ τὸν Ἀριστόδημον, ὧν ἡγεῖτο Θυμοτέλης· καὶ τῆς Ξενοκρίτης εἰσόδου παρεχούσης αὐτοῖς ἄδειαν, καὶ τὸν Ἀριστόδημον ἄοπλον καὶ ἀφύλακτον, οὐ χαλεπῶς παρεισπεσόντες, διαφθείρουσιν αὐτόν. Οὕτω μὲν ἡ Κυμαίων πόλις ἠλευθερώθη δυεῖν ἀρετῇ γυναικῶν, τῆς μὲν ἐπίνοιαν αὐτοῖς καὶ ὁρμὴν ἐμβαλούσης τοῦ ἔργου, τῆς δὲ πρὸς τὸ τέλος συλλαβομένης. Τιμῶν δὲ καὶ δωρεῶν μεγάλων τῇ Ξενοκρίτῃ προτεινομένων, ἐάσασα πάσας, ἓν ᾐτήσατο θάψαι τὸ σῶμα τοῦ Ἀριστοδήμου· καὶ τοῦτο οὖν ἔδοσαν αὐτῇ, καὶ Δήμητρος ἱερείαν αὐτὴν εἵλοντο, οὐχ ἧττον οἰόμενοι τῇ θεῷ κεχαρισμένην, ἢ πρέπουσαν ἐκείνῃ, τιμὴν ἔσεσθαι.

[ΠΥΘΕΩ ΓΥΝΗ.]

Λέγεται δὲ καὶ τὴν Πύθεω τοῦ κατὰ Ξέρξην γυναῖκα σοφὴν γενέσθαι καὶ χρηστήν. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Πύθης, ὡς ἔοικε, χρυσείοις ἐντυχὼν μετάλλοις, καὶ ἀγαπήσας τὸν ἐξ αὐτῶν πλοῦτον οὐ μετρίως, ἀλλ' ἀπλήστως καὶ περιττῶς, αὐτός τε περὶ ταῦτα διέτριβε, καὶ τοὺς πολίτας καταβιβάζων ἅπαντας ὁμαλῶς ὀρύττειν, ἢ φορεῖν, ἢ καθαίρειν ἠνάγκαζε τὸ χρυσίον, ἄλλο μηδὲν ἐργαζομένους τὸ παράπαν, μηδὲ πράττοντας. Ἀπολλυμένων δὲ πολλῶν, πάντων δ' ἀπαγορευόντων, αἱ γυναῖκες ἱκετηρίαν ἔθεσαν ἐπὶ τὰς θύρας ἐλθοῦσαι τῆς [τοῦ] Πύθεω γυναικός. Ἡ δ' ἐκείνας μὲν ἀπιέναι καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν, αὐτὴ δὲ τῶν περὶ τὸ χρυσίον τεχνιτῶν, οἷς ἐπίστευε μάλιστα, καλέσασα καὶ καθείρξασα, ποιεῖν ἐκέλευεν ἄρτους τε χρυσοῦς, καὶ πέμματα παντοδαπὰ καὶ ὀπώρας, καὶ ὅσοις δὴ μάλιστα τὸν Πύθην ἐγίνωσκεν ἡδόμενον ὄψοις καὶ βρώμασι. Ποιηθέντων δὲ πάντων, ὁ μὲν Πύθης ἧκεν ἀπὸ τῆς ξένης· ἐτύγχανε γὰρ ἀποδημῶν· ἡ δὲ γυνὴ δεῖπνον αἰτοῦντι παρέθηκε χρυσῆν τράπεζαν οὐδὲν ἐδώδιμον ἔχουσαν, ἀλλὰ πάντα χρυσᾶ. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἔχαιρε Πύθης τοῖς μιμήμασιν, ἐμπλησθεὶς δὲ τῆς ὄψεως, ᾔτει φαγεῖν· ἡ δὲ χρυσοῦν, ὅ τι τύχοι ποθήσας, προσέφερε. Δυσχεραίνοντος δ' αὐτοῦ καὶ πεινῆν βοῶντος· Ἀλλὰ σύ γε τούτων, εἶπεν, ἄλλου δ' οὐδενὸς, εὐπορίαν πεποίηκας ἡμῖν· * καὶ γὰρ ἐμπειρία καὶ τέχνη πᾶσα φροῦδος, γεωργεῖ δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ τὰ σπειρόμενα καὶ φυτευόμενα καὶ τρέφοντα τῆς γῆς ὀπίσω καταλιπόντες, ὀρύσσομεν ἄχρηστα καὶ ζητοῦμεν, ἀποκναίοντες αὑτοὺς καὶ τοὺς πολίτας. Ἐκίνησε ταῦτα τὸν Πύθην, καὶ πᾶσαν μὲν οὐ κατέλυσε τὴν περὶ τὰ μέταλλα πραγματείαν, ἀνὰ μέρος δὲ τὸ πέμπτον ἐργάζεσθαι κελεύσας τῶν πολιτῶν, τοὺς λοιποὺς περὶ γεωργίαν καὶ τὰς τέχνας ἔτρεψε. Ξέρξου δὲ καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, λαμπρότατος ἐν ταῖς ὑποδοχαῖς καὶ ταῖς δωρεαῖς γενόμενος, χάριν ᾐτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως, πλειόνων αὐτῷ παίδων ὄντων, ἕνα παρεῖναι τῆς στρατείας, καὶ καταλιπεῖν αὐτῷ γηροβοσκεῖν. Ὁ δὲ Ξέρξης ὑπ' ὀργῆς τοῦτον μόνον, ὃν ἐξ-

verunt eorum animos, qui principe Thymotele in Aristodemum conspiraverunt : cumque eis aditum securum præberet Xenocrita, et Aristodemum inermem atque custodiæ expertem, non magno negotio irruerunt, eumque trucidaverunt. Hoc modo Cumæ duarum mulierum virtute libertatem receperunt : altera cogitationem eis rei gerendæ, stimulumque injiciente : altera ad rem conficiendam auxilium ferente. Cum autem magni honores et dona ampla Xenocritæ offerrentur, omnibus ea repudiatis hoc petiit, ut Aristodemi cadaver sibi sepelire liceret. Neque hoc tantum a civibus impetravit, sed et Cereris eam sacerdotem fecerunt : rati hunc honorem non minus gratum deæ, quam Xenocritæ decorum fore.

XXVII. PYTHIS UXOR.

Pythis quoque uxor, qui Xerxis ætate vixit, a sapientia et humanitate commendatur. Inciderat, ut aiunt, maritus ejus in metalla auri : et quas inde consequebatur divitias, non moderate amplexus, sed inexpleti animi studio persequens, cum ipse supra modum ei negotio vacabat, tum universos cives eo adductos ex æquo fodere, aut egerere, aut purgare aurum cogebat, omnibus aliis actionibus operibusque prorsum neglectis. Multis tum pereuntibus, omnibusque animum despondentibus, mulieres ad januam Pythis uxoris sese contulerunt, ibique de more supplicationis signum deposuerunt. Ea, discedere his, et bono esse animo jussis, aurifabros, quibus maxime fidebat, ad se accivit, domique inclusos jussit panes, bellaria, poma, et alios cibos quibus maxime delectari Pythen noverat, ex auro omnia conficere. Iverat tum forte Pythes peregre. Qui ut domum rediit, cœnamque poposcit, auream ei mulier mensam apposuit, nullo esui apto cibo, sed omnibus aureis instructam. Cum initio delectatus artificio naturam imitante, satur spectaculi posceret cibum, quodcunque peteret, id aureum ei mulier attulit. Indignanti, et esurire se respondenti : Atqui, inquit, harum tu nobis rerum copiam, nullius præterea paravisti : omnia enim artificia, omnis usus aliarum rerum desertus est : agros nemo colit, et posthabita satione, plantatione, alimentorumque e tellure comparatione, fodimus inutilia ac quærimus, nobis civibusque extremam exhibentes molestiam. Permovit hæc oratio Pythen : et quanquam a secturis aureis non plane destitit, contentus tamen quinta civium parte ad hanc rem, reliquos agriculturæ et artibus incumbere jussit. Is Pythes cum Xerxem in Græciam proficiscentem splendidissime excepisset, donisque amplissimis demeritus esset, hanc sibi petiit a rege fieri gratiam, ut cum plures haberet filios, unus eorum immunitate militiæ donaretur, qui domi manens senem patrem curaret. Xerxes vero iratus, hunc unum, quem sibi relinqui pater oraverat, jugulari ac dissecari jussit ;

ᾐτήσατο, σφάξας καὶ διατεμὼν, ἐκέλευσε τὸν στρατὸν διελθεῖν, τοὺς δ' ἄλλους ἐπηγάγετο, καὶ πάντες ἀπώλοντο κατὰ τὰς μάχας. Ἐφ' οἷς ὁ Πύθης ἀθυμήσας ἔπαθεν ὅμοια πολλοῖς τῶν κακῶν καὶ ἀνοήτων· τὸν μὲν γὰρ θάνατον ἐφοβεῖτο, τῷ βίῳ δ' ἤχθετο. Βουλόμενος δὲ μὴ ζῆν, προέσθαι δὲ τὸ ζῆν μὴ δυνάμενος, χώματος ὄντος ἐν τῇ πόλει μεγάλου, καὶ ποταμοῦ διαρρέοντος, ὃν Πυθοπολίτην ὠνόμαζον, ἐν μὲν τῷ χώματι κατεσκεύασε μνημεῖον, ἐκτρέψας δὲ τὸ ῥεῖθρον, ὥστε διὰ τοῦ χώματος φέρεσθαι ψαύοντα τοῦ τάφου τὸν ποταμόν· ἐπὶ τούτοις συντελεσθεῖσιν, αὐτὸς μὲν εἰς τὸ μνημεῖον κατῆλθε, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πόλιν ἀναθεὶς ἅπασαν ἐκέλευσε μὴ προσιέναι, πέμπειν δὲ τὸ δεῖπνον αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς βᾶριν ἐντιθεῖσαν, ἄχρις οὗ τὸν τάφον ἡ βᾶρις παρέλθῃ τὸ δεῖπνον ἀκέραιον ἔχουσα, τότε δὲ παύσασθαι πέμπουσαν, ὡς αὐτοῦ τεθνηκότος. Ἐκεῖνος μὲν οὕτω τὸν λοιπὸν βίον διῆγεν, ἡ δὲ γυνὴ τῆς ἀρχῆς καλῶς ἐπεμελήθη, καὶ μεταβολὴν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις παρέσχεν.

castrisque motis reliquos omnes abduxit ejus fratres : omnes diversis in prœliis perierunt. Qua ex re cum magnum animi dolorem cepisset Pythes, idem in se est expertus, quod vitiosis solet fatuisque evenire hominibus. Nam et mortem timebat, et vitam ægre tolerabat. Cumque et vivere nollet, et vitam projicere nequiret, hoc egit. Agger in urbe erat magnus, perque eam amnis labebatur, quem Pythopoliten nominabant. Eo in aggere monimentum sibi paravit, fluviique alveum ita avertit, ut delapsu suo sepulcrum attingeret : opere perfecto, uxori urbem imperiumque omne commisit, mandato ne ad monimentum accederet, sed sibi quotidie cœnam lintri impositam per amnem demitteret, tantisper dum linter cum cibo intacto sepulcrum præterveheretur : hoc si eveniret, tum mittendi faceret finem, seque mortuum sciret. Hoc ille modo vitæ reliquum consumpsit. Uxor autem rebus præclare præfuit, civibusque malorum mutationem paravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΚΑΤΑΓΡΑΦΗ.

ΡΩΜΑΙΚΑ.

1. « Διὰ τί τὴν γαμουμένην ἅπτεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύουσι; » Πότερον τούτων, ὡς ἐν στοιχείοις καὶ ἀρχαῖς, τὸ μὲν ἄρρεν ἐστὶ, τὸ δὲ θῆλυ· καὶ τὸ μὲν ἀρχὰς κινήσεως ἐνίησι, τὸ δὲ ὑποκειμένου καὶ ὕλης δύναμιν; ἢ διότι τὸ πῦρ καθαίρει, καὶ τὸ ὕδωρ ἁγνίζει· δεῖ δὲ καθαρὰν καὶ ἁγνὴν διαμένειν τὴν γαμηθεῖσαν; Ἢ ὅτι, καθάπερ τὸ πῦρ χωρὶς ὑγρότητος ἄτροφόν ἐστι καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ἄνευ θερμότητος ἄγονον καὶ ἀργόν· οὕτω καὶ τὸ ἄρρεν ἀδρανὲς καὶ τὸ θῆλυ χωρὶς ἀλλήλων, ἡ δὲ σύνοδος ἀμφοῖν ἐπιτελεῖ τοῖς γάμοις τὴν συμβίωσιν; Ἢ οὐκ ἀπολειπτέον, καὶ κοινωνητέον ἁπάσης τύχης, κἂν καλοῦ μηδενὸς, ἢ πυρὸς καὶ ὕδατος, μέλλωσι κοινωνεῖν ἀλλήλοις;

XXIX. *Cur nuptam non patiuntur ipsam transcendere limen domus, sed sublatam transportant pronubi ?* An quia in prima raptione mulieres non ultro intraverunt domos, sed illatæ sunt? Aut quia videri volunt non volentes, sed vi coactæ eo ingredi, ubi sunt virgi-

ὅπου μέλλουσι διαλύειν τὴν παρθενίαν; Ἢ σύμβολόν ἐστι τοῦ μηδὲ ἐξιέναι δι' αὐτῆς, μηδὲ καταλιπεῖν τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ βιασθείη, καθάπερ καὶ εἰσῆλθε βιασθεῖσα; Καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν ἐν Βοιωτίᾳ καίουσι πρὸ τῆς θύρας τὸν ἄξονα τῆς ἁμάξης, ἐμφαίνοντες δεῖν τὴν νύμφην ἐμμένειν ὡς ἀνῃρημένου τοῦ ἀπάξοντος.

30. « Διὰ τί τὴν νύμφην εἰσάγοντες, λέγειν κελεύουσιν· Ὅπου σὺ Γάϊος, ἐγὼ Γαΐα; » Πότερον, ὥσπερ ἐπὶ ῥητοῖς εὐθὺς εἴσεισι τῷ κοινωνεῖν ἁπάντων καὶ συνάρχειν, καὶ τὸ μὲν δηλούμενόν ἐστιν· Ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα· τοῖς δ' ὀνόμασι τούτοις ἄλλως κέχρηνται κοινοῖς οὖσιν, ὥσπερ οἱ νομικοὶ Γάϊον, Σήϊον, καὶ Λούκιον, Τίτιον, καὶ οἱ φιλόσοφοι Δίωνα καὶ Θέωνα παραλαμβάνουσιν; Ἢ διὰ Γαΐαν Καικιλίαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα, τῶν Ταρκυνίου παίδων ἑνὶ συνοικήσασαν, ἧς ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου ἱερῷ χαλκοῦς ἀνδριὰς ἕστηκεν; ἔκειτο δὲ πάλαι καὶ σανδάλια καὶ ἄτρακτοι, τὸ μὲν, οἰκουρίας αὐτῆς, τὸ δὲ, ἐνεργείας σύμβολον.

31. « Διὰ τί ὁ πολυθρύλλητος ᾄδεται Ταλάσιος ἐν τοῖς γάμοις; » Πότερον ἀπὸ τῆς ταλασίας; Καὶ γὰρ τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι· καὶ τὴν νύμφην εἰσάγοντες, νάκος ὑποστρωννύουσιν· αὐτὴ δ' εἰσφέρει μὲν ἠλακάτην καὶ τὴν ἄτρακτον, ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός. Ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἱστορικῶν, ἀληθές, ὅτι νεανίας ἦν τις λαμπρὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς καὶ τἆλλα χρηστὸς, ὄνομα Ταλάσιος· ἐπεὶ δὲ ἥρπαζον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς τῶν Σαβίνων θυγατέρας ἐλθούσας ἐπὶ θέαν, * ἐκομίζετο τῷ Ταλασίῳ παρθένος ἐκπρεπὴς τὴν ὄψιν ὑπὸ δημοτικῶν τινων καὶ πελατῶν τοῦ Ταλασίου, βοώντων ὑπὲρ ἀσφαλείας, καὶ τοῦ μηδένα πελάζειν, μηδὲ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς παιδὸς, ὡς Ταλασίῳ γυνὴ φέροιτο. Τιμῶντες οὖν οἱ λοιποὶ τὸν Ταλάσιον, καὶ συνεχόμενοι καὶ συνευφημοῦντες, εἵποντο καὶ παρέπεμπον· ὅθεν, εὐτυχοῦς γάμου γενομένου, καὶ τοῖς ἄλλοις εἰθίσθησαν ἐπιφωνεῖν τὸν Ταλάσιον, ὥσπερ Ἕλληνες τὸν Ὑμέναιον.

32. « Διὰ τί τοῦ Μαΐου μηνὸς, περὶ τὴν πανσέληνον, ἀπὸ τῆς ξυλίνης γεφύρας εἴδωλα ῥιπτοῦντες ἀνθρώπων εἰς τὸν ποταμὸν Ἀργείους τὰ ῥιπτούμενα καλοῦσιν; » Ἢ τοπαλαιὸν οἱ περὶ τὸν τόπον οἰκοῦντες βάρβαροι τοὺς ἁλισκομένους Ἕλληνας οὕτως ἀπώλλυσαν· Ἡρακλῆς δὲ θαυμασθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔπαυσε μὲν τὴν ξενοκτονίαν, ἐδίδαξε δὲ τὸ ἔθος καὶ τὴν δεισιδαιμονίαν ἀπομιμουμένους εἴδωλα ῥιπτεῖν; Ἀργείους δὲ τοὺς Ἕλληνας οἱ παλαιοὶ πάντας ὁμαλῶς προσηγόρευον. Εἰ μὴ νὴ Δία τῶν Ἀρκάδων πολεμίους καὶ τοὺς Ἀργείους διὰ τὴν γειτνίασιν ἡγουμένων, οἱ περὶ Εὔανδρον ἐκ τῆς Ἑλλάδος φυγόντες καὶ κατοικήσαντες αὐτόθι, τὴν μνησικακίαν καὶ τὴν ἔχθραν διεφύλαττον.

33. « Διὰ τί τοπαλαιὸν οὐκ ἐδείπνουν ἔξω χωρὶς τῶν υἱῶν, ἔτι τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἐχόντων; » Ἢ τοῦτο μὲν καὶ Λυκοῦργος εἴθισε, τοὺς παῖδας ἐπεισάγων τοῖς φιδιτίοις, ὅπως ἐθίζωνται μὴ θηριωδῶς, μηδ' ἀτάκτως,

nitatem amissuræ? Aut hoc signum est, exire etiam eas domumve relinquere non debere, nisi vi ejiciantur, sicut vi introductæ sunt? Nam etiam apud nos in Bœotia in nuptiis axem plaustri ante fores cremant, ostendentes, *sponsæ manendum esse, sublato avehendi instrumento.*

XXX. *Cur sponsam introducentes dicere jubent, Ubi tu Caius, ego Caia?* An quia hac conditione pacta intrat, ut particeps omnium rerum et gubernandæ familiæ sit? Itaque hæc verba id significant, Ubi tu dominus eris et paterfamilias, ego domina ero et materfamilias. Nomine autem Caii et Caiæ communibus usi sunt peculiariter, quomodo Jureconsulti Caium, Seium, Lucium, Titium, nomen ei de quo agitur imponunt: et Philosophi Dionis aut Theonis voces usurpant? Aut quia Caia Cæcilia honesta fuit ac proba matrona, uxor unius de filiis Tarquinii? Cui Caiæ in Sancti templo statua ænea priscis temporibus posita fuit cum sandaliis et fuso: quæ domi actæ vitæ, industriæque sunt signa.

XXXI. *Cur in nuptiis canitur iste omnium sermone notus Talasius?* An a lanificio, quæ Græcis est talasia, talasum pro talaro dicentibus? Nam sponsæ introductæ vellus substernunt, ipsaque secum colum et fusum importat, ac mariti januam lana coronat. An verum est, quod Historici tradiderunt? est autem tale. Quo tempore Romani Sabinarum filias Romam ad spectaculum profectas rapuerunt, Talasio (erat autem hic Talasius juvenis re bellica præclarus, et cætera probus) virginem insigni forma plebeii quidam et ejus clientes afferebant, utque id eo possent tutius, neque interciperentur aut virgo ipsis eriperetur, vociferabantur eam se Talasio adducere: ita reliqui honorem Talasio habentes, faustis acclamationibus et comprecationibus eos sunt prosecuti ac comitati: cumque feliciter istud conjugium cecidisset, morem introduxerunt aliis quoque Talasium accinendi, ut Hymenæum solent Græci.

XXXII. *Cur simulacra hominum, quæ Maio mense, dum luna plena est, de ponte ligneo in flumen abjiciuntur, Argeos vocant?* An quod antiquitus barbari ista loca incolentes hoc modo interficiebant si quos Græcorum cepissent: Hercules autem, cujus virtutem admirabantur, docuit eos, more interficiendi peregrinos dimisso, simulacris eum repræsentare, iisque jaciundis religione se solvere? Argeos autem, sive Argivos antiquitas simpliciter quosvis Græcos nominavit. Nisi hoc potius sentiendum est: cum ab Arcadibus Argivi ob viciniam inimici haberentur, Evandrum e Græcia profugum, cum in istis consedisset Italiæ locis, istam odii et inimicitiarum memoriam conservasse.

XXXIII. *Cur antiquitus foris non cœnabant absque filiis pueritiam etiamnum agentibus?* An hoc est quod etiam Lycurgus instituit, ut pueri in phiditia introducerentur, assueturi non belluino more aut incomposite,

ἀλλὰ μετ' εὐλαβείας ταῖς ἡδοναῖς προσφέρεσθαι, τοὺς πρεσβυτέρους οἷον ἐπισκόπους καὶ θεατὰς ἔχοντες; Οὐχ ἔλαττον δὴ τοῦτο καὶ τοὺς πατέρας αὐτοὺς μᾶλλον αἰδεῖσθαι, καὶ σωφρονεῖν τῶν υἱῶν παρόντων· ὅπου γὰρ ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἐνταῦθα ἀνάγκη καὶ νέους ἀναισχυντοτάτους εἶναι.

34. « Διὰ τί, τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, Δέκιμος Βροῦτος, ὡς Κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ Δεκεμβρίῳ τοῦτ' ἔπραττεν (ἦν δὲ οὗτος ὁ Λυσιτάνειαν ἐπελθὼν, καὶ πρῶτος ἐπέκεινα στρατῷ διαβὰς τὸν τῆς Λήθης ποταμόν); » Πότερον, ὥσπερ ἡμέρας ληγούσης καὶ μηνὸς φθίνοντος εἰώθασιν ἐναγίζειν οἱ πολλοὶ, λόγον ἔχει, καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ καταστρέφοντος, ἐν τῷ τελευταίῳ μηνὶ τιμᾶν τοὺς τεθνηκότας; ἔστι δὲ τῶν μηνῶν τελευταῖος ὁ Δεκέμβριος. Ἢ χθονίων μὲν αἱ τιμαὶ θεῶν, τιμᾶν δὲ τοὺς χθονίους ὡραῖόν ἐστι, τῶν καρπῶν ἁπάντων εἰληφότων συντέλειαν; Ἢ, ὅτε κινοῦσι τὴν γῆν ἀρχόμενοι σπόρου, μεμνῆσθαι μάλιστα τῶν κάτω προσήκει; Ἢ Κρόνῳ μὲν οὗτος ὁ μὴν ὑπὸ Ῥωμαίων καθιέρωται, Κρόνον δὲ τῶν κάτω θεῶν, οὐ τῶν ἄνω νομίζουσιν; Ἢ μεγίστης αὐτοῖς ἑορτῆς τῶν Κρονίων καθεστώσης, καὶ συνουσίας τε πλείστας καὶ ἀπολαύσεις ἔχειν δοκούσης, ἔδοξε καὶ ταύτης ἀπονέμειν τινὰς ἀπαρχὰς τοῖς τεθνηκόσιν; Ἢ τοῦτο, μόνον Βροῦτον ἐναγίζειν ἐν τῷ μηνὶ τούτῳ, καθόλου ψεῦδός ἐστι; Καὶ γὰρ τῇ Λαρεντίᾳ ποιοῦσι τὸν ἐναγισμὸν, καὶ χοὰς ἐπιφέρουσιν ἐπὶ τὸν τάφον, τοῦ Δεκεμβρίου μηνός.

35. « Διὰ τί δὲ τὴν Λαρεντίαν, ἑταίραν γεγενημένην, οὕτω τιμῶσιν; » Ἄλλην γὰρ εἶναι Λαρεντίαν Ἄκκαν ἱστοροῦσι, τὴν Ῥωμύλου τροφὸν, ἣν τῷ Ἀπριλλίῳ μηνὶ τιμῶσι. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ Λαρεντίᾳ Φαβόλαν ἐπίκλησιν εἶναι λέγουσιν, ἐγνωρίσθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ζάκορός τις Ἡρακλέους, ὡς ἔοικεν, ἀπολαύων σχολῆς, ἔθος εἶχεν ἐν πεττοῖς καὶ κύβοις τὰ πολλὰ διημερεύειν· καί ποτε τῶν εἰωθότων παίζειν σὺν αὐτῷ καὶ μετέχειν τῆς τοιαύτης διατριβῆς, κατὰ τύχην μηδενὸς παρόντος, ἀδημονῶν, τὸν θεὸν προὐκαλεῖτο διαβαλέσθαι τοῖς κύβοις πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐπὶ ῥητοῖς· καὶ νικήσας μὲν, εὑρέσθαι τι παρὰ * τοῦ θεοῦ χρηστόν· ἂν δὲ λειφθῇ, δεῖπνον αὐτὸς τῷ θεῷ παρασχεῖν, καὶ μείρακα καλὴν συναναπαυσομένην. Ἐκ τούτου δὲ τοὺς κύβους προθέμενος, τὸν μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τὸν δὲ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ βαλὼν ἐλείφθη. Ταῖς οὖν προκλήσεσιν ἐμμένων, τράπεζάν τε λαμπροτέραν παρεσκεύασε τῷ θεῷ, καὶ τὴν Λαρεντίαν παραλαβὼν ἐμφανῶς ἑταιροῦσαν εἱστίασε, καὶ κατέκλινεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς θύρας ἀπιὼν ἔκλεισε. Λέγεται δὲ νύκτωρ ἐντυχεῖν αὐτῇ τὸν θεὸν οὐκ ἀνθρωπίνως, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἕωθεν εἰς ἀγορὰν, ᾧ δ' ἂν ἐντύχῃ πρώτῳ, προσέχειν μάλιστα καὶ ποιεῖσθαι φίλον. Ἀναστᾶσαν οὖν τὴν Λαρεντίαν βαδίζειν, καὶ συντυχεῖν τινι τῶν πλουσίων, ἀγάμων δὲ καὶ παρηκμακότων, ὄνομα Ταῤῥουτίῳ· γνωρισθεῖσαν δὲ τούτῳ, καὶ ζῶντος, ἄρχειν τοῦ οἴκου, καὶ κληρονο-

sed modeste voluptates adire, cum haberent senes qui inspicerent ac moderarentur? Imo vel magis hæc causa fuit ut filiis præsentibus ipsi patres verecundius ac modestius sese gererent. Ubi enim, inquit Plato, inverecunde agunt senes, ibi necesse est adolescentes fieri impudentissimos.

XXXIV. *Cur cum reliqui Romani Februario mense mortuis parentent, Decimus Brutus, ut Cicero narrat, mense Decembri hoc egit? Is autem Brutus est qui Lusitaniam peragravit, primusque cum exercitu Oblivionem fluvium transiit.* An quemadmodum sub mensis et diei finem solent vulgo mortuis justa persolvere, ita rationi consentaneum est etiam ultimo mense et anno desinente id fieri? Ultimus autem mensium est December. An quia diis manibus isti honores habentur, quos venerari tempestivum est omnibus fructibus jam perfectis? Aut quia tunc potissimum mentio inferorum est facienda, cum appetente satione terra incipit moveri? Aut quia Saturno a Romanis est hic mensis consecratus, quem in Manibus, non superis diis censent? Aut cum Saturnalia sint instituta, festivitas facile maxima, et in qua conviviorum oblectationisque plurimum usurparetur, horum quoque primitias quasdam mortuis tribuere placuit? Quid si falsum omnino est, solum Brutum isto mense parentasse, cum Larentiæ quoque mense Decembri parentetur, et ad sepulcrum ejus libationes offerantur?

XXXV. *Quid vero causæ est, quod Larentiam tanto afficiunt honore, cum fuerit meretrix?* Aliam enim fuisse perhibent Accam Larentiam Romuli nutricem, quam Aprili mense venerantur. Sed Larentia scortum, cujus cognomen *Fabula* editur, hac ratione innotuit. Ædituus quidam Herculis abundans, ut fit, otio, solebat dies ludo talorum ac cuborum consumere : et quodam tempore, cum casu factum esset ut sociorum ludi nemo adesset, tædii impatiens ipsum deum ad cuborum ludum provocavit, hoc pactus, ut si vicisset deum, aliquid ab eo beneficii consequeretur : sin victus ipse esset, se deo cœnam exhibiturum, et puellam elegantem quicum concumberet : tesseris deinde duabus, una pro deo, altera pro se propositis ac jactis, superatus stetit pactis, ac deo et cœnam adornavit splendidiorem, et Larentiam, quæ palam corpore quæstum faceret, ei cœnæ adhibuit, fanique foribus clausis intus eam reliquit. Porro aiunt eam a deo cognitam non humano fuisse more, jussamque prima luce in forum prodire, et in quem primum incideret, eum observare amicitiamque ejus captare. Larentiam, ut surrexit et ivit, Tarrutio cuidam occurrisse, homini opulento, sed liberorum experti, et jam ætate ad senium vergente : qui postquam notitiam ipsius habuit, cum vivus familiæ præfecerit, tum moriens hæredem

μῆσαι, τελευτήσαντος· ὕστερον δὲ χρόνοις αὐτὴν τελευτῶσαν τῇ πόλει τὴν οὐσίαν ἀπολιπεῖν, διὸ τὰς τιμὰς ἔχειν ταύτας.

36. « Διὰ τί πύλην μίαν θυρίδα καλοῦσι (τὴν γὰρ φαινέστραν τοῦτο σημαίνειν), καὶ παρ' αὐτὴν ὁ καλούμενος Τύχης θάλαμός ἐστι; » Πότερον ὅτι Σέρβιος ὁ βασιλεὺς εὐτυχέστατος γενόμενος, δόξαν ἔσχε τῇ Τύχῃ συνεῖναι φοιτώσῃ διὰ θυρίδος πρὸς αὐτόν; Ἢ τοῦτο μὲν μῦθός ἐστιν; ἐπεὶ δὲ Ταρκυνίου Πρίσκου τοῦ βασιλέως ἀποθανόντος ἡ γυνὴ Τανακυλλὶς, ἔμφρων οὖσα καὶ βασιλικὴ, διὰ θυρίδος προκύψασα τοῖς πολίταις ἐνέτυχε, καὶ συνέπεισεν ἀποδεῖξαι βασιλέα τὸν Σέρβιον, ἔσχε ταύτην ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν;

37. « Διὰ τί τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμισται περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ, καὶ μήτε προσκυνεῖν, μήτ' ἐπισκευάζειν; » Πότερον ἵνα τὴν δόξαν οἰόμενοι τοῖς πρώτοις συνεκλιπεῖν, ἀεί τι πρόσφατον ὑπόμνημα τῆς ἀρετῆς ζητῶσι κομίζειν; Ἢ μᾶλλον, ὅτι τοῦ χρόνου τὰ σημεῖα τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους διαφορᾶς ἀμαυροῦντος, αὐτοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ καινοποιεῖν ἐπίφθονόν ἐστι καὶ φιλαπεχθῆμον; Οὐδὲ γὰρ παρ' Ἕλλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον καὶ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον εὐδοκιμοῦσι.

38. « Διὰ τί Κόϊντος Μέτελλος, ἀρχιερεὺς γενόμενος, καὶ τἄλλα δοκῶν φρόνιμος εἶναι καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ, ἐκώλυεν οἰωνίζεσθαι μετὰ τὸν Σεξτίλιον μῆνα, τὸν νῦν Αὔγουστον προσαγορευόμενον; » Πότερον ὅτι καθάπερ ἡμέρας ἀκμαζούσης ἢ ἀρχομένης πράττομεν τὰ τοιαῦτα, καὶ μηνὸς ἱσταμένου καὶ αὐξομένου, τὰς δὲ ἀποκλίτους ὡς ἀχρηματίστους φυλαττόμεθα· παραπλησίως τὸν μετὰ μῆνας ὀκτὼ χρόνον, ὥσπερ ἑσπέραν τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δείλην ἀποκλίνοντος ἤδη καὶ φθίνοντος νομίζειν; Ἢ καὶ τοῖς ὄρνισι χρηστέον ἀκμαίοις καὶ τελείοις; Εἰσὶ δὲ πρὸ τοῦ θέρους τοιοῦτοι· περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον οἱ μὲν ἀσθενεῖς καὶ νοσώδεις, οἱ δὲ νεοσσοὶ καὶ ἀτελεῖς, οἱ δὲ παντάπασι φροῦδοι διὰ τὴν ὥραν ἐκτοπίζοντες.

39. « Διὰ τί τοῖς μὴ στρατευομένοις μὲν, ἐν στρατοπέδῳ δ' ἄλλως ἀναστρεφομένοις, οὐκ ἐξῆν ἄνδρα βαλεῖν πολέμιον, οὐδὲ τρῶσαι; » καὶ τοῦτο Κάτων ὁ πρεσβύτης ἐν ἐπιστολῇ τινι δεδήλωκε, γράφων πρὸς τὸν υἱὸν καὶ κελεύων, εἰ παρεθείη τῆς στρατείας ἀποπληρώσας τὸν χρόνον, ὑποστρέφειν· ἢ προσμένοντα, λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸ ἐξεῖναι τρῶσαι καὶ ἀνελεῖν πολέμιον. Πότερον ὅτι τὴν ἀνάγκην μόνην ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τοῦ ἀνελεῖν ἄνθρωπον· ὁ δ' ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀνδροφόνος ἐστί; Διὸ καὶ Χρυσάνταν ἐπήνεσεν ὁ Κῦρος, ὅτι μέλλων ἀναιρεῖν πολέμιον, καὶ τὴν κοπίδα διηρμένος, ἀκούσας τὸ ἀνακλητικὸν, ἀφῆκε τὸν ἄνδρα, καὶ οὐκ ἔπαισεν, ὡς κεκωλυμένος. * Ἢ δεῖ τὸν συνιστάμενον πολεμίοις καὶ μαχόμενον, ἂν ἀποδειλιάσῃ, μὴ ἀνυπεύθυνον εἶναι, μηδ' ἀθῷον; Οὐ γὰρ οὕτω βαλών τινα καὶ τρώσας ὠφέλησεν, ὡς φυγὼν καὶ ἀναχωρήσας ἔβλαψεν. Ὁ μὲν οὖν ἀφειμένος

instituerit. Larentiam postea temporis sub mortem opum suarum hæreditatem P. R. nuncupasse : ideoque honores ei istos haberi.

XXXVI. *Cur Romæ portarum una appellatur Fenestra, juxta quam est Fortunæ qui vocatur thalamus?* An quod Servius fortuna usus secundissima, cum Fortuna consuescere creditus est, per fenestram ad ipsum commeante? An hoc quidem fabulosum est? Quoniam autem, rege Tarquinio Prisco mortuo, Tanaquil uxor Servii, mulier prudens et regia, capite per fenestram exserto cives allocuta permovit ut Servio regnum deferrent, loco id cognominis fuit inditum?

XXXVII. *Cur inter ea quæ diis consecrantur, lege permissum est ut sola spolia sinantur tempore corrumpi atque aboleri, neque ea licet reparare aut instaurare?* An ut existimantes gloriam priorem simul cum spoliis intercidere, semper novum aliquod virtutis monimentum parare operam dent? Aut potius, quod cum tempus signa contentionum cum hostibus habitarum obscuret, odiosum est et nimii discordiarum studii ea reficere atque innovare? Nam apud Græcos etiam parum laudis adepti sunt, qui primi lapidea aut ærea statuerunt tropæa.

XXXVIII. *Cur Quinctius Metellus, vir prudens ac civilis creditus, cum esset factus summus Pontifex, auspiciis uti post Sextilem mensem, qui nunc est Augustus, prohibuit?* An quoniam sicut die nascente aut adulta istas res agitamus, itemque initio et medio mensis : cavemus autem a diei fine et mensis tanquam agendo inutilibus : ita ipse etiam tempus anni post finitos octo menses reliquum pro vespera quadam anni jam ad exitum vergentis ac deficientis habuit? An vero avibus utendum est vigentibus et integris? Tales autem sunt ante æstatem : circa autumnum morbis et imbecillitate languent aliæ, aliæ pulli adhuc sunt et imperfectæ, aliæ omnino ob anni tempestatem nusquam visuntur, in alias avectæ regiones.

XXXIX. *Cur qui sacramento militari non tenebantur, etiamsi alias in castris et exercitu versarentur, non habebant jus interficiendi aut vulnerandi hostis?* Rem sic habere, Cato Major in epistola quadam ad filium demonstravit, qua jubet eum si tempore completo militiæ exauctoratus esset, domum redire : aut si manere vellet cum exercitu, ab imperatore potestatem cædendi necandique hostis impetrare. An quod solam necessitatem oportet homini hominis necem permittere : qui nulla lege nullove mandato hominem occidit, is homicida est? Ideoque Chrysantam laudavit Cyrus, quod sublato jam gladio hostem interfecturus, ut receptui cani audivit, cæde sibi interdictum putans, hominem intactum dimisit. Aut quod qui in prælio manum cum hoste est conserturus, si formidine victus pedem referat, non debet hoc impune ferre, aut exlex esse? Non enim tantum utilitatis feriendo hostem affert,

στρατείας, ἀπήλλακται τῶν στρατιωτικῶν νόμων· ὁ δ' αἰτησάμενος τὸ πράττειν τὰ τῶν στρατευομένων, πάλιν ἑαυτὸν ὑπεύθυνον τῷ νόμῳ καὶ τῷ στρατηγῷ δέδωκεν.

40. « Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι; » Πότερον ὅτι καὶ παῖδας γυμνοῦσθαι, πατρὸς ὁρῶντος, καὶ πενθεροῦ γαμβρὸν, οὐχ ὅσιον ἦν, οὐδὲ καλόν· οὐδὲ συνελούοντο τοπαλαιὸν ἀλλήλοις; Πατὴρ δὲ ὁ Ζεὺς, καὶ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ μάλιστά πως εἶναι δοκεῖ τοῦ Διὸς ἐνώπιον. Ἢ, καθάπερ ἐν ναῷ καὶ ἱερῷ γυμνοῦν ἑαυτὸν ἀθέμιτόν ἐστιν, οὕτω τὸν ὕπαιθρον ἀέρα καὶ τὸν ὑπουράνιον, ὄντα καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων μεστὸν, ἐξευλαβοῦντο; Διὸ καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ στέγῃ δρῶμεν ἐπικρυπτόμενοι καὶ ἐπικαλυπτόμενοι ταῖς οἰκίαις πρὸς τὸ θεῖον. Ἢ τὰ μὲν μόνῳ τῷ ἱερεῖ, τὰ δὲ πᾶσιν ὑπὸ τοῦ νόμου προστέτακται διὰ τοῦ ἱερέως; Διὸ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ μὲν στεφανηφορεῖν καὶ κομᾷν καὶ [μὴ] σιδηροφορεῖν, μηδὲ τοῖς Φωκέων ὅροις ἐμβαίνειν, ἴδια λειτουργήματα τοῦ ἄρχοντός ἐστι. Τὸ δ' ὀπώρας μὴ γεύεσθαι πρὸ ἰσημερίας μετοπωρινῆς, μηδ' ἄμπελον τέμνειν πρὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς, ὁμοῦ τι πᾶσι δηλοῦται διὰ τοῦ ἄρχοντος· ἑκατέρου γὰρ ὁ καιρὸς ἐκεῖνός ἐστι. Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, ὡς ἔοικε, καὶ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις ἱερέως ἴδιόν ἐστι τὸ μήτε ἵππῳ χρῆσθαι, μήτε πλείονας νύκτας ἀποδημεῖν τριῶν, μηδ' ἀποτίθεσθαι τὸν πῖλον, ἀφ' οὗ καὶ φλάμεν κέκληται. Πολλὰ δ' ἄλλα δηλοῦται πᾶσι διὰ τοῦ ἱερέως· ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ μὴ ἀλείφεσθαι. Τὸ γὰρ ξηραλοιφεῖν ὑφεωρῶντο Ῥωμαῖοι σφόδρα, καὶ τοῖς Ἕλλησιν οἴονται μηδὲν οὕτως αἴτιον δουλείας γεγονέναι καὶ μαλακίας, ὡς τὰ γυμνάσια καὶ τὰς παλαίστρας, πολὺν ἄλυν καὶ σχολὴν ἐντεκούσας ταῖς πόλεσι καὶ κακοσχολίαν, καὶ τὸ παιδεραστεῖν, καὶ τὸ διαφθείρειν τὰ σώματα τῶν νέων ὕπνοις καὶ περιπάτοις καὶ κινήσεσιν εὐρύθμοις καὶ διαίταις ἀκριβέσιν, ὑφ' ὧν ἔλαθον ἐκρυέντες τῶν ὅπλων, καὶ ἀγαπήσαντες ἀνθ' ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων ἀγαθῶν, εὐτράπελοι καὶ παλαιστρῖται καὶ καλοὶ λέγεσθαι. Ταῦτα γοῦν ἔργον ἐστὶν ἀποφυγεῖν εἰς ὕπαιθρον ἀποδυομένους· οἱ δὲ κατ' οἰκίαν ἀλειφόμενοι καὶ θεραπεύοντες ἑαυτοὺς, οὐδὲν ἁμαρτάνουσι.

41. « Διὰ τί τὸ παλαιὸν νόμισμα, τῇ μὲν εἶχεν Ἰάνου διπρόσωπον εἰκόνα, τῇ δὲ πλοίου πρύμναν, ἢ πρῴραν ἐγκεχαραγμένην; » Πότερον, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἐπὶ τιμῇ τοῦ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν; Ἢ τοῦτο μέν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν λέγειν; (καὶ γὰρ Ἰάνος καὶ Εὔανδρος καὶ Αἰνείας ἐκ θαλάττης προσεκομίσθησαν·) ἐκεῖνο δ' ἄν τις μᾶλλον εἰκάσειεν, ὅτι τὰ μὲν καλὰ ταῖς πόλεσίν ἐστι, τὰ δ' ἀναγκαῖα· καὶ μέγιστον τῶν μὲν καλῶν, ἡ εὐνομία, τῶν δ' ἀναγκαίων, ἡ εὐπορία. Ἐπεὶ τοίνυν εὐκοσμίαν μὲν Ἰάνος κατέστησεν αὐτοῖς, ἐξημερώσας τὸν βίον, ἀφθονίαν δὲ παρέχει τῶν ἀναγκαίων ὁ ποταμὸς πλώϊμος ὢν, καὶ τὰ μὲν ἐκ θαλάττης, τὰ δ' ἀπὸ τῆς χώρας κατακομίζων, σύμβολον ἔσχε τὸ νόμισμα, τοῦ μὲν νομοθέτου, τὸ δίμορ-

quantum damni fugiendo. At qui exauctoratus est legibus proinde militaribus non tenetur : is vero qui rogavit ut quæ militum sunt sibi liceat agere, rursum se legibus jam et imperatoris judicio submisit.

XL. *Cur Jovis flamini non licet sub dio inungi?* An quia etiam filios in conspectu patrum, aut generum vidente socero nudari inhonestumque nefasque putabatur, neque antiquitus una lavabant? Pater autem est Jupiter, et ejus oculis maxime expositum videtur quod est sub dio. An quemadmodum in templo aut fano nudare sese nefas est, ita aerem etiam sub aperto cœlo et dio reverebantur, ut diis geniisque refertum? Itaque ergo plerasque res necessarias sub tecto facimus, domi nosmet occultantes, et deorum subtrahentes conspectui. Aut alia quidem soli sacerdoti, alia lex per sacerdotem omnibus imperat? Hoc sane modo apud nos corenatum esse, comam alere, ferro armatum Phocensium fines non ingredi, propria sunt sacerdotis munia : pomum non gustare ante æquinoctium autumnale, vitem non putare ante æquinoctium vernum, fere a magistratu universis imperatur : utrumque enim ut suo fiat tempore, edicitur. Eodem plane modo apparet apud Romanos proprium esse hoc pontificis, ut equo non vehatur, neque plures tribus noctes ab urbe absit, neque pileum (apicem ipsi vocant) unde flaminis habet nomen, unquam deponat. Multa vero alia pontifici dicta, ad omnes alios pertinent : de quibus hoc etiam est, *sub dio non inungi*. Ista enim sicci (ut verbum exprimamus) corporis inunctio valde male apud Romanos audit : et existimant non ullam aliam rem magis in causa fuisse quod Græci ita emollirentur, et in servitutem redigerentur, atque fuere gymnasia et palæstræ : quæ res multum tædii, maliquo otii urbibus inferrent, unde extiterint puerorum obscœni amores, et corruptelæ corporum apud adolescentes ob somnos, ambulationes, motusque suis omnia legibus determinata, ac victus exquisitiorem vulgari rationem : quibus rebus Græci paulatim, ac ne sentientes quidem, armorum usu abdicato, gratum habuerunt loco bonorum gravis armaturæ militum et equitum, agiles, palæstritæ, formosique nominari. Hanc vero mollitiem difficulter possunt effugere, qui sub dio nudantur : qui vero domi inunguntur et corpora sua curant, ii nihil peccant.

XLI. *Cur antiquum numisma ab una parte Jani bifrontis imaginem, ab altera navis aut puppim aut proram insculptam habet?* An, quæ vulgata est opinio, in honorem hoc fit Saturni, navigio in Italiam advecti? Aut hoc ei cum multis aliis est commune? Nam Janus quoque, Evander, et Æneas mari in Italiam appulerunt. Id profecto probabilius est, cum urbibus alia bono sint, alia necessitatibus inserviant : ac bonorum maximum sit bona legum constitutio, necessariarum autem rerum copia. Quandoquidem Janus eis vitæ rationem tradidit ordinatam moribus ad mansuetudinem redactis, abundantiam autem rerum necessariarum præbet fluvius, eas partim a mari, partim ex agris convehens : ideo nomisma monimentum legumlatoris

φον, ὡς εἴρηται, διὰ τὴν μεταβολήν· τοῦ δὲ ποταμοῦ, τὸ πορθμεῖον. Ἑτέρῳ δ' ἐχρήσαντο νομίσματι βοῦν ἔχοντι καὶ πρόβατον καὶ ὗν παράσημον, εὐποροῦντες ἀπὸ τῶν θρεμμάτων μάλιστα, καὶ τὴν περιουσίαν ἀπὸ τούτων ἔχοντες· διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς, * Συέλλιοι καὶ Βουβολκοὶ καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φαινεστέλλας εἴρηκεν.

42. « Διὰ τί τῷ τοῦ Κρόνου ναῷ χρῶνται ταμείῳ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἅμα δὲ καὶ φυλακτηρίῳ τῶν συμβολαίων; » Πότερον ὅτι δόξα κατεῖχε καὶ λόγος, οὐκ εἶναι πλεονεξίαν ἐν ἀνθρώποις, οὐδ' ἀδικίαν, Κρόνου βασιλεύοντος, ἀλλὰ πίστιν καὶ δικαιοσύνην; Ἢ ὅτι καρπῶν ἀρετῆς, ἢ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεός; ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαίνει· καὶ οὐχ, ὡς γέγραφεν Ἀντίμαχος Ἡσιόδῳ πειθόμενος·

Λέχριε δὲ δρεπάνῳ τέμνων ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Οὐρανοῦ Ἀκμονίδεω λάσιος Κρόνος ἀντιτέτυκτο.

Καρπῶν δ' ἀφθονία καὶ διάθεσις, γένεσίς ἐστι νομίσματος· διὸ τὸν αἴτιον καὶ φύλακα ποιοῦνται τῆς εὐδαιμονίας. Μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ, τὸ τὰς ἀγομένας δι' ἐννέα ἡμερῶν ἐπ' ἀγορὰν συνόδους, νουνδίνας δὲ καλουμένας, ἱερὰς τοῦ Κρόνου νομίζεσθαι· πράσεως γὰρ καὶ ὠνῆς περιουσία καρπῶν ἀρχὴν παρέσχεν. Ἢ ταῦτα μέν ἐστι παλαιά, πρῶτος δὲ ταμεῖον ἀπέδειξε τὸ Κρόνιον, τῶν βασιλέων καταλυθέντων, Οὐαλέριος Ποπλικόλας, πειθόμενος εὐερκῆ καὶ καταφανῆ καὶ δυσεπιβούλευτον εἶναι τὸν τόπον;

43. « Διὰ τί δὲ οἱ πρεσβεύοντες εἰς Ῥώμην ὁποθενοῦν, ἐπὶ τὸν τοῦ Κρόνου ναὸν βαδίζοντες, ἀπογράφονται πρὸς τοὺς ἐπάρχους τοῦ ταμείου; » Πότερον ὡς ξένου τοῦ Κρόνου γενομένου, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ξένοις χαίροντος; Ἢ καὶ τοῦτο λύεται τῇ ἱστορίᾳ; Τὸ γὰρ παλαιόν, ὡς ἔοικεν, οἱ ταμίαι ξένια τοῖς πρεσβεύουσιν ἔπεμπον (ἐκαλεῖτο δὲ λαύτεια τὰ πεμπόμενα), καὶ νοσούντων ἐπεμέλοντο, καὶ τελευτήσαντας ἔθαπτον ἐκ δημοσίου· νῦν δὲ ὑπὸ πλήθους τῶν ἀφικνουμένων πρέσβεων ἐκλέλειπται τὸ τῆς δαπάνης, μένει δ' ἔτι [τὸ] τοῖς ἐπάρχοις τοῦ ταμείου προεντυγχάνειν διὰ τῆς ἀπογραφῆς.

44. « Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ὀμόσαι; » Πότερον ὅτι βάσανός τις ἐλευθέρων ὁ ὅρκος ἐστί, δεῖ δὲ ἀβασάνιστον εἶναι καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἱερέως; Ἢ ὅτι περὶ μικρῶν ἀπιστεῖσθαι τὸν τὰ θεῖα καὶ μέγιστα πεπιστευμένον οὐκ εἰκός ἐστιν; Ἢ ὅτι πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας, κατάρα δὲ δύσφημον καὶ σκυθρωπόν; Ὅθεν οὐδ' ἄλλοις ἐπαρᾶσθαι νομίζεται τοὺς ἱερεῖς. Ἐπῃνέθη γοῦν Ἀθήνησιν ἡ ἱέρεια μὴ θελήσασα καταράσασθαι τῷ Ἀλκιβιάδῃ, τοῦ δήμου κελεύοντος· ἔφη γάρ, εὐχῆς, οὐ κατάρας, ἱέρεια γεγονέναι. Ἢ κοινὸς ὁ τῆς ἐπιορκίας κίνδυνος, ἂν ἀνὴρ ἀσεβὴς καὶ ἐπίορκος εὐχῶν κατάρχηται καὶ ἱερῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως;

45. « Διὰ τί τῶν Οὐενεραλίων τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης; » Πότερον, ὡς

quidem habuit caput bifrons ob mutationem, ut docuimus, factam : fluvii autem, navigium. Alio etiam usi sunt numismate, cui bos erat insculptus, et ovis, et sus; quod re maxime pecuaria se alerent, indeque opes pararent. Hinc et nomina apud veteres multa sunt deducta, ut Suilliorum, ut Bubulcorum, ut Porciorum : auctor Fenestella.

XLII. *Cur Saturni templo utuntur loco ærarii, ibidemque contractuum monimenta asservant?* An quia obtinuit opinio, regnante Saturno avaritiam apud homines injustitiamque locum non habuisse, sed fidem et justitiam? Aut quia deus ille fructuum atque agriculturæ præesse creditur? Hoc enim falx designat : non id quod Hesiodum imitatus dixit Antimachus :

Hunc contra situs est hirtus, genitalia patris
Acmonidæ Cœli Saturnus falce revellens.

Ex ubertate autem frugum et venditione pecuniæ nascitur copia. Itaque Saturnum auctorem custodemque ejus faciunt. Huic sententiæ testimonio esse id potest, quod coitus in forum, qui nono quoque die celebrantur, *Nundinas* vocant, Saturno sunt consecrati : frugum quippe abundantia, venditioni et emptioni præbuit initium. Aut hæc quidem vetusta sunt? Primus autem ædem Saturni ærarium fecit post exactos reges Valerius Poplicola, cum sentiret locum istum munitum esse et conspicuum atque ab insidiis tutum?

XLIII. *Cur legati, undecunque Romam missi, ad Saturni ædem accedunt, ibique nomina sua dant præfectis ærarii?* An hoc fit eo quod Saturnus, cum fuerit peregrinus, hospitibus gaudeat? Aut historia potius quæstionem solvit? Antiquitus enim, ut apparet, quæstores legatis munera mittebant, quæ *lauteia* dicebantur, ægrotantium curam suscipiebant, mortuisque funus e publico faciebant : nunc autem ob multitudinem legatorum qui veniunt, sumptu omisso id tamen servatur ut legati accedant præfectos ærarii, qui eorum nomina in tabulas referunt.

XLIV. *Cur flamini Diali non licet jurare?* An quia tormentum liberorum est jusjurandum, sacerdotis autem et animum et corpus oportet torturæ esse expers? Aut quia non convenit de rebus parvis fidem non haberi ei cui res sacræ et maximæ sunt creditæ? Aut quia omne jusjurandum in exsecrationem perjurii desinit, est autem exsecratio tristis res et mali ominis? Quæ causa est ut dira imprecari aliis sacerdotes per leges non possint. Et sane laudi datum est Athenis sacerdoti quæ populo jubente Alcibiadem devovere noluit, votorum se, non detestandi causa, antistitam esse inquiens. Aut quia publicum est perjurii periculum, si homo impius ac perjurus pro civitate vota nuncupet ac sacris operetur?

XLV. *Cur Veneralibus multum vini effunditur e templo Veneris?* An verum est quod plurimi narrant : Me-

οἱ πλεῖστοι λέγουσι, Μεζέντιος ὁ Τυῤῥηνῶν στρατηγὸς ἔπεμψε πρὸς Αἰνείαν σπενδόμενος ἐπὶ τῷ λαβεῖν τὸν ἐπέτειον οἶνον· ἀρνησαμένου δ' ἐκείνου, τοῖς Τυῤῥηνοῖς ὑπέσχετο κρατήσας μάχῃ δώσειν τὸν οἶνον· Αἰνείας δὲ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτοῦ πυθόμενος, τοῖς θεοῖς τὸν οἶνον καθιέρωσε, καὶ μετὰ τὸ νικῆσαι διαγαγὼν τὸ καρπευθὲν, ἐξέχεε πρὸ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης; Ἢ καὶ τοῦτο σύμβολόν ἐστι τοῦ χρῆναι νήφοντας ἑορτάζειν, ἀλλὰ μὴ μεθύοντας, ὡς τῶν θεῶν μᾶλλον τοῖς ἐκχέουσι χαιρόντων τὸν πολὺν ἄκρατον, ἢ τοῖς πίνουσι;

46. « Διὰ τί τὸν τῆς Ὅρτας ναὸν ἀνεῳγμένον εἶχον οἱ παλαιοὶ διαπαντός; Πότερον, ὡς Ἀντίστιος Λαβεὼν ἱστόρηκε, τοῦ παρορμᾶν ὁρτάρι λεγομένου, τὴν οἷον ἐγκελευομένην πρὸς τὰ καλὰ καὶ παρορμῶσαν θεὸν, Ὅρταν λεγομένην, ᾤοντο δεῖν ὡς ἐνεργὸν ἀεὶ μηδέποτε μέλλειν, μηδ' ἀποκεκλεῖσθαι, μηδὲ ἐλινύειν; Ἢ μᾶλλον ὡς νῦν ὀνομάζουσιν αὐτὴν Ὥραν μηκυνομένης τῆς προτέρας συλλαβῆς,* ἐπιστρεφῆ τινα καὶ πολυωρητικὴν θεὸν, ἣν διαφυλακτικὴν καὶ φροντιστικὴν οὖσαν, οὐδέποτε ῥᾴθυμον, οὐδὲ ὀλίγωρον εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων ἐνόμιζον; Ἢ, καθάπερ ἄλλα πολλὰ, καὶ τοῦτο τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων ἐστὶ, καὶ δηλοῖ θεὸν ἐπισκοποῦσαν καὶ ἐφορῶσαν; Ὅθεν, ὡς ἀκοιμήτου καὶ ἀΰπνου, διαπαντὸς ἀνεῳγμένον ἦν τὸ ἱερὸν αὐτῆς. Εἰ μέντοι τὴν ὥραν ὀρθῶς ὁ Λαβεὼν ἀπὸ τοῦ παρορμᾶν ὠνομάσθαι δέδειχε, σκόπει, μὴ τὸν ὠράτορα προτρεπτικόν τινα καὶ παρορμητικὸν ὄντα σύμβουλον, ἢ δημαγωγὸν, οὕτως ὠνομάσθαι φατέον, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρᾶς καὶ εὐχῆς, ὡς ἔνιοι λέγουσι.

47. « Διὰ τί τὸ τοῦ Ἡφαίστου ἱερὸν ἔξω πόλεως ὁ Ῥωμύλος ἱδρύσατο; » Πότερον διὰ τὴν μυθολογουμένην πρὸς Ἄρη ζηλοτυπίαν τοῦ Ἡφαίστου δι' Ἀφροδίτην, υἱὸς εἶναι δοκῶν Ἄρεος, οὐκ ἐποιήσατο σύνοικον, οὐδὲ ὁμόπολιν αὐτόν; Ἢ τοῦτο μὲν ἀβέλτερον, ᾠκοδομήθη δὲ ὁ ναὸς ἐξ ἀρχῆς, συνέδριον καὶ βουλευτήριον ἀπόῤῥητον αὐτῷ μετὰ Τατίου τοῦ συμβασιλεύσαντος, ὅπως συνιόντες ἐνταῦθα μετὰ τῶν γερόντων, ἄνευ τοῦ παρενοχλεῖσθαι καθ' ἡσυχίαν βουλεύοιντο περὶ τῶν πραγμάτων; Ἢ, πρὸς ἐμπρησμὸν ἄνωθεν ἐπισφαλῶς τῆς Ῥώμης ἐχούσης, ἔδοξε τιμᾶν μὲν, ἐξοικίσαι δὲ τῆς πόλεως τὸν θεόν;

48. « Διὰ τί τῇ τῶν Κωνσαλίων ἑορτῇ καὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ὄνους στεφανοῦσι καὶ σχολάζειν ἐῶσι; » Πότερον ὅτι Ποσειδῶνι μὲν ἄγουσιν Ἱππείῳ τὴν ἑορτὴν, ὁ δ' ὄνος τῷ ἵππῳ συναπολαύει καὶ συμμετέχει τῆς ἀδείας; Ἢ ὅτι, ναυτιλίας φανείσης καὶ κομιδῆς κατὰ θάλατταν, ὑπῆρξέ τις ἁμωσγέπως ῥαστώνη καὶ ἀνάπαυσις τοῖς ὑποζυγίοις;

49. « Διὰ τί τοὺς παραγγέλλοντας ἄρχειν, ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας, ὡς Κάτων ἱστόρηκε; » Πότερον ἵνα μὴ δεκάζωσιν, ἀργύριον ἐν τῷ κόλπῳ κομίζοντες; Ἢ μᾶλλον ὅτι τοὺς ἀξίους ἄρχειν, οὐ γένεσιν, οὐδὲ χρήμασιν, οὐδὲ δόξαις, ἀλλὰ τραύμασι καὶ ὠτει-

zentium Etruscorum imperatorem Æneæ per internuntios pacem ea conditione obtulisse, ut sibi is annuum vinum daret : et, abnuente Ænea, suis id vinum promisisse, si prælio victor discessisset : Æneam cognita ejus pollicitatione, diis vinum id consecrasse, partaque victoria vinum e congestis uvis factum ante fanum Veneris effudisse? An hoc signo monebant festos dies sobrie, non per ebrietatem debere agitari, quod dii magis delectentur nimium merum effundentibus, quam bibentibus?

XLVI. *Cur Hortæ templum antiquitus semper mansit apertum?* An quia, ut Antistius Labeo tradit, ab hortando dictam deam, quæ ad honestas actiones exhortaretur et incitaret, existimaverunt ut industriam semperque occupatam nunquam cunctari debere, nunquam inclusam impeditamve teneri? Aut potius ea est quam nunc Horam dicunt, producta syllaba prima, agilis dea et multis intenta negotiis, quæ cum observet omnia et sollicita sit, nunquam ab ea res humanas negligi voluerunt indicare? Aut potius id quoque nomen, ut multa alia, Græcum est, significatque *deam inspicientem res* (*horan* Græcis est *videre*) : ideoque ejus ut pervigilis semper apertum erat templum? Quod si Horam ab hortando recte deducit Labeo, videndum an non potius indidem dicatur orator, qui consulendo suadendoque exhortetur et incitet, quam ab orando seu precando, ut nonnulli volunt.

XLVII. *Cur Vulcani fanum Romulus extra urbem posuit?* An quod filius Martis cum existimaretur, propter fabulosam illam Vulcani adversus Martem Veneris causa simultatem, Vulcanum in eadem urbe eodemque cum Marte domicilio esse noluit? Aut hoc quidem ineptum est : sed illud templum jam inde ab initio ædificatum a Romulo fuit, ut ibi una cum collega suo Tatio curiam haberet, in qua de rebus arcanis cum senatu absque interventoribus quiete possent consultare? Aut cum Romæ ab incendiis statim a primis temporibus multum esset periculi, colendum quidem deum igni præfectum, sed extra urbem locum ei assignandum statuerunt?

XLVIII. *Cur Consalibus feriis equos asinosque coronant, et otiari sinunt?* An quia feriæ istæ Conso, qui equester Neptunus est, aguntur, asinus tum equo consors est, juxtaque fruitur vacatione laboris? Aut quia tum commoda navigandi maris tempestas exhibita, jumentis qualemcumque quietem præbet?

XLIX. *Cur qui magistratum petebant, mos erat ut hoc sine tunica in toga facerent : sic enim Cato tradit?* An ne argentum in sinu gestantes suffragia redimerent? Aut potius quod magistratu dignos non generis nobilitate, opibus, aut fama, sed vulneribus et cica-

λαῖς ἔκρινον; ὅπως οὖν ταῦτα καθορῷτο τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀχίτωνες ἐπὶ τὰς ἐπαγγελίας κατῄεσαν; Ἢ καθάπερ τῷ δεξιοῦσθαι καὶ παρακαλεῖν καὶ ὑποπίπτειν, οὕτω τῇ γυμνότητι ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς ἐδημαγώγουν;

50. « Διὰ τί ὁ ἱερεὺς τοῦ Διός, ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς γυναικός, ἀπετίθετο τὴν ἀρχήν, ὡς Ἀτήϊος ἱστόρηκε; » Πότερον ὅτι τοῦ μὴ λαβόντος ὁ λαβών, εἶτα ἀποβαλὼν γυναῖκα γαμετὴν ἀτυχέστερος; Ὁ μὲν γὰρ τοῦ γεγαμηκότος οἶκος, τέλειος· ὁ δὲ τοῦ γήμαντος, εἶτα ἀποβαλόντος, οὐκ ἀτελὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ πεπηρωμένος. Ἢ συνιερᾶται μὲν ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ (ὥς καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν οὐκ ἔστι δρᾶσαι μὴ γαμετῆς συμπαρούσης)· τὸ δὲ γαμεῖν εὐθὺς ἑτέραν, ἀποβαλόντα τὴν προτέραν, οὔτ' ἴσως δυνατὸν, οὔτ' ἄλλως ἐπιεικές; Ὅθεν οὐδ' ἀποπέμψασθαι πρότερον ἐξῆν, οὐδὲ νῦν, ὡς ἔοικεν, ἔξεστιν, ἀλλὰ ἐφ' ἡμῶν ἐπέτρεψεν ἐντευχθεὶς Δομετιανός. Οἱ δὲ ἱερεῖς παρεγένοντο τῇ τοῦ γάμου διαλύσει, πολλὰ φρικώδη καὶ ἀλλόκοτα καὶ σκυθρωπὰ δρῶντες. Ἧττον δ' ἄν τις τοῦτο θαυμάσειε προσιστορήσας, ὅτι καὶ, τῶν τιμητῶν θατέρου τελευτήσαντος, ἔδει καὶ τὸν ἕτερον πεπαῦσθαι τῆς ἀρχῆς· ἀποθανόντος δὲ τιμητοῦ Λιβίου Δρούσου, Σκαῦρος Αἰμίλιος συνάρχων οὐκ ἐβούλετο τὴν ἀρχὴν ἀπείπασθαι, μέχρις οὗ τῶν δημάρχων τινὲς αὐτὸν ἐκέλευον εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγεσθαι.

51. « Διὰ τί τῶν Λαρητῶν, οὓς ἰδίως πραιστίτας καλοῦσι, τούτοις κύων παρέστηκεν, αὐτοὶ δὲ κυνῶν διφθέραις ἀμπέχονται; » Ἢ πραιστίτης μὲν οἱ προεστῶτές εἰσι, τοὺς δὲ προεστῶτας οἴκου φυλακτικοὺς εἶναι προσήκει, καὶ φοβεροὺς μὲν τοῖς ἀλλοτρίοις, ὥσπερ ὁ κύων ἐστὶν, ἠπίους δὲ καὶ πρᾴους τοῖς συνοικοῦσιν; Ἢ μᾶλλον, ὃ λέγουσιν ἔνιοι Ῥωμαίων, ἀληθές ἐστι; καὶ, καθάπερ οἱ περὶ Χρύσιππον * οἴονται φιλόσοφοι φαῦλα δαιμόνια περινοστεῖν, οἷς οἱ θεοὶ δημίοις χρῶνται κολασταῖς ἐπὶ τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους· οὕτως οἱ Λάρητες ἐριννυώδεις τινές εἰσι καὶ ποίνιμοι δαίμονες, ἐπίσκοποι βίων καὶ οἴκων· διὸ καὶ κυνῶν δέρμασιν ἀμπέχονται, καὶ κύων πάρεδρός ἐστιν, ὡς δεινοῖς οὖσιν ἐξιχνεῦσαι καὶ μετελθεῖν τοὺς πονηρούς;

52. « Διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι, καὶ κατεύχονται μηδένα χρηστὸν ἀποβῆναι τῶν οἰκογενῶν; » Ἢ ὅτι δαίμων ἐστὶν ἡ Γενείτα περὶ τὰς γενέσεις καὶ τὰς λοχείας τῶν φθαρτῶν; ῥύσιν γάρ τινα σημαίνει τοὔνομα καὶ γένεσιν, ἢ ῥέουσαν γένεσιν· ὥσπερ οὖν οἱ Ἕλληνες τῇ Ἑκάτῃ, καὶ τῇ Γενείτῃ κύνα Ῥωμαῖοι θύουσιν ὑπὲρ τῶν οἰκογενῶν; Ἀργείους δὲ Σωκράτης φησὶ τῇ Εἰλιονείᾳ κύνα θύειν διὰ τὴν ῥᾳστώνην τῆς λοχείας. Τὸ δὲ τῆς εὐχῆς πότερον οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων, ἐστιν οἰκογενῶν, μηδένα χρηστὸν γενέσθαι, ἀλλὰ κυνῶν; χαλεποὺς γὰρ εἶναι δεῖ καὶ φοβεροὺς τοὺς κύνας. Ἢ διὰ τὸ χρηστοὺς κομψῶς λέγεσθαι τοὺς τελευτῶντας, αἰνιττόμενοι διὰ τῆς εὐχῆς, αἰτοῦν-

tricibus cum judicarent, ut conspicua hæc essent, absque toga comitia obibant? Aut quemadmodum prensando, orando, et sese submittendo, ita nuditate quoque corporis humiliter gratiam populi captabant?

L. *Cur flamen Dialis uxore mortua flaminio decedit: sic enim Ateius tradidit?* An quia cœlibe miserior est qui uxorem amittit? Qui enim uxorem duxit, ejus domus perfecta est : qui ductam amisit, ejus non imperfecta modo, sed et mutilata est familia. Aut quia in plerisque sacris rebus obeundis uxor ei adest, neque ea absente peragi eas fas est? Cæterum uxore mortua confestim aliam ducere, neque factu fortassis facile, neque, ut sit, humanum videtur. Itaque etiam antiquitus uxorem repudiare non licuit, ac ne nunc quidem licet : nisi quod hoc permisit ejus rei gratia interpellatus nostra ætate Domitianus : aderant autem dissidio matrimonii sacerdotes, terribilia multa et inusitata atque tristia agentes. Minus autem hunc morem flaminis Dialis mirabitur, qui observavit etiam censorum altero vita defuncto, alterum abdicare se censura opus habuisse. Mortuo quidem Livio Druso censore, collega ejus Æmilius Scaurus abdicare non ante voluit, quam eum tribunorum plebis quidam duci in carcerem jusserunt.

LI. *Cur Laribus, quos Præstites proprie vocant, canis apponitur, ipsi autem caninis pellibus amiciuntur?* An præstites sunt qui præsunt, ideoque custodiam domus ejus curæ, alienisque eos terrori esse par est, domesticis mansuetos, qualis est canum natura? Aut id verius est, quod nonnulli Romanorum dicunt? sicut qui Chrysippum sectantur philosophi dicunt oberrare quosdam malos genios, quibus loco carnificum dii utantur in puniendis flagitiosis et impiis hominibus : ita Lares genios quosdam esse diros ac furiarum naturæ affines ad puniendum factos, qui in vitas et familias hominum inspiciant : itaque canum exuviis vestiri, et canem eis assidere, ut callidis scrutari atque ulcisci malorum facinora?

LII. *Cur Manæ Genetæ canem immolant, votoque petunt ne quis domi natorum bonus fiat?* An quod hæc dea ortui ac partui præest obnoxiorum interitui ac fluxorum corporum? *Fluxum* enim quemdam et *generationem*, seu *generationem fluxam* vox a manando ducta indicat : ut igitur Græci Hecatæ, sic Romani Genetæ canem immolant pro domi nascentibus. Argivos etiam Socrates ait cane Lucinæ rem sacram facere, ob facilitatem pariendi. Votum autem quid, si non ad homines pertinet domi nascentes, sed ad canes? ut hos optent non bonos aut placidos, sed iracundos fieri et terribiles. Aut quoniam venuste boni dicuntur, qui mortem cum vita commutaverunt, hoc voto oblique precantur ne quis

ται μηδένα τῶν συνοίκων ἀποθανεῖν; Οὐ δεῖ δὲ τοῦτο θαυμάζειν· καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἀρκάδων πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκαις γεγράφθαι φησὶ, μηδένα χρηστὸν ποιεῖν βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν· ὅπερ εἶναι, μηδένα ἀποκτιννύναι.

53. « Διὰ τί τοῖς Καπιτωλίοις θέας ἄγοντες ἔτι νῦν κηρύττουσι Σαρδιανοὺς ὠνίους, καὶ γέρων τις ἐπὶ χλευασμῷ προάγεται, παιδικὸν ἐναψάμενος περιδέραιον, ὃ καλοῦσι βοῦλλαν; » Ἢ ὅτι Ῥωμύλῳ πολὺν χρόνον ἐπολέμησαν οἱ λεγόμενοι Οὐήϊοι Τυῤῥηνῶν, καὶ ταύτην πόλιν ἐσχάτην εἷλε, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπεκήρυξε μετὰ τοῦ βασιλέως, ἐπισκώπτων αὐτοῦ τὴν ἠλιθιότητα καὶ τὴν ἀβελτηρίαν; Ἐπεὶ δὲ Λυδοὶ μὲν ἦσαν οἱ Τυῤῥηνοὶ ἐξ ἀρχῆς, Λυδῶν δὲ μητρόπολις αἱ Σάρδεις, οὕτω τοὺς Οὐηΐους ἀπεκήρυττον· καὶ μέχρι νῦν ἐν παιδιᾷ τὸ ἔθος διαφυλάττουσι.

54. « Διὰ τί τὰ κρεωπώλια μάκελλα καὶ μακέλλας καλοῦσι; » Πότερον ἀπὸ τῶν μαγείρων τοὔνομα διαφθαρὲν, ὥσπερ ἄλλα πολλὰ, τῇ συνηθείᾳ κεκράτηκε; καὶ γὰρ τὸ κ πρὸς τὸ γ συγγένειαν ἔχει παρ' αὐτοῖς· ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ γάμμα Καρβειλίου Σπορίου προσεξευρόντος· καὶ τὸ λ πάλιν τοῖς ἀπολισθαίνουσι τοῦ ρ, δι' ἀμβλύτητα τῆς γλώττης, ὑπόκειται τραυλιζόμενον. Ἢ καὶ τοῦτο λυτέον τῇ ἱστορίᾳ; Λέγεται γὰρ ἐν Ῥώμῃ βίαιον ἄνδρα καὶ λῃστρικὸν γενόμενον, καὶ περικόψαντα πολλοὺς, Μάκελλον τοὔνομα, μόγις ἁλῶναι καὶ κολασθῆναι· ἐκ δὲ τῶν χρημάτων αὐτοῦ δημόσιον οἰκοδομηθῆναι κρεωπώλιον ἀπ' ἐκείνου κτησάμενον τὴν προσηγορίαν.

55. « Διὰ τί ταῖς Ἰανουαρίαις εἰδοῖς περιιέναι δέδοται τοῖς αὐληταῖς τὴν πόλιν ἐσθῆτας γυναικείας φοροῦντας; » Ἢ διὰ τὴν λεγομένην αἰτίαν; Μεγάλας γὰρ, ὡς ἔοικε, τιμὰς ἐκαρποῦντο, τοῦ βασιλέως Νουμᾶ δόντος αὐτοῖς, διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον ὁσιότητα. Ταύτας δὲ ὕστερον ἀφαιρεθέντες ὑπὸ τῆς ἀνθυπατικῆς δεκαδαρχίας, ἀπεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως. Ἦν οὖν ἐπιζήτησις αὐτῶν, καί τις ἧπτ το δεισιδαιμονία τῶν ἱερέων ἄναυλα θυόντων. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπείθοντο μεταπεμπομένοις, ἀλλ' ἐν τῇ Τιβουρίδι διέτριβον, ἀνὴρ ἀπελεύθερος κρύφα τοῖς ἄρχουσιν ἐπηγγείλατο κατάξειν αὐτούς. Καὶ παρασκευάσας θοίνην ἄφθονον, ὡς τεθυκὼς θεοῖς, ἐκάλεσε τοὺς αὐλητάς· καὶ γύναια παρῆν ἅμα τῷ πότῳ, καὶ παννυχὶς συνεκροτεῖτο παιζόντων καὶ χορευόντων. Εἶτα ἐξαίφνης ὁ ἄνθρωπος ἐμβαλὼν λόγον ὡς * τοῦ πάτρωνος ἐπιόντος αὐτῷ, καὶ ταραττόμενος, συνέπεισε τοὺς αὐλητὰς ἀναβάντας ἐφ' ἁμάξας δέῤῥεσι κύκλῳ περικαλυπτομένας, εἰς τὸ Τιβοῦρι κομίζεσθαι. Τοῦτο δ' ἦν ἀπάτη· περιαγαγὼν γὰρ τὰς ἁμάξας οὐ συνορῶντας αὐτοὺς διὰ τὸν οἶνον καὶ τὸ σκότος, ἔλαθεν εἰς Ῥώμην καταγαγὼν ἅπαντας ἕωθεν· ἐτύγχανον δὲ οἱ πολλοὶ διὰ τὴν παννυχίδα καὶ τὸν πότον ἐν ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ γυναικείαις ὄντες. Ὡς οὖν ἐπείσθησαν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ διηλλάγησαν, ἐνομίσθη, τὴν ἡμέραν ἐκείνην οὕτως ἀμπεχομένους, σοβεῖν διὰ τῆς πόλεως.

domesticorum moriatur? Atque hoc alienum putare nemo debet : nam in fœdere Arcadum cum Spartanis facto scriptum esse Aristoteles testatur, *Neminem Tegeatarum debere bonum reddi* (id est *interfici*), *si auxilii causa rebus Lacedæmoniorum studeat.*

LIII. *Cur ludis Capitolinis etiamnum præconis voce proclamant Sardianos venales, et senex quidam ludibrii gratia producitur bullam collo appensam gerens puerilem?* An quia Veientes Etruscorum populus per longum tempus Romulo bello restiterunt, hancque is ultimam urbem cepit, multosque captivos sub hasta vendidit una cum ipsorum rege, futilitatem ejus et stultitiam deridens? Nam Etrusci a Lydis originem trahunt, Lydorum primaria urbs Sardes : ideo Veientes Sardianorum nomine proclamant, et in hunc usque diem ludicri gratia morem istum conservant.

LIV. *Cur locus ubi carnes publice venduntur, macellum dicitur?* An consuetudo ut multa alia, ita hoc quoque vocabulum a *mageiris* (qui Græca lingua sunt *coci*) depravatum retinuit? Sunt enim C et G cognatæ litteræ, et G littera sero uti cœperunt, a Spurio Carbilio adjecta reliquis : et qui blæsi sunt, lingua ob hebetudinem aberrante a R littera ad L delabuntur. Aut historia rem explicabit? Ferunt enim Romæ latronem truculentum fuisse, nomine Macellum, qui multis deverberatis vix tandem captus, supplicioque affectus, et ex pecunia ejus locus carnibus publice vendendis ædificatus fuerit, nomen ab ipso habens.

LV. *Cur Idibus Januarii tibicinibus permissum est per urbem circuire, vestem indutis muliebrem?* An hoc fit propter causam quæ subjicietur? Magnos illis honores Numa rex religionis causa contulerat : quibus cum postea tribunis militum consulari potestate rempublicam administrantibus privarentur, universi Roma Tibur secesserunt : desiderati inde, quod religio animos tenebat Romanorum, nemine sacrificiis præcinente, acciti que cum non obtemperarent, sed Tibure manerent, lib rtus quidam magistratibus promisit occulte, se eos Romam reducturum. Instructo proinde pollucto, tanquam si diis rem sacram fecisset, invitat tibicines, adhibitis etiam convivio mulieribus, et per totam noctem compotatio, joci choreæque protrahuntur : tum subito ficta trepidatione, improviso patroni superventu se perturbatum ait, persuadetque tibicinibus ut vehicula circumquaque pellibus obtecta conscendant, Tibur se eos revecturum dolose promittens. Ibi circumactis vehiculis eos, qui per temulentiam et tenebras animadvertere ubi locorum essent nequibant, universos Romam prima luce perfert : erant autem plerique vestibus floridis et muliebribus amicti ob nocturnam comessationem et convivium. Exinde cum magistratu tibicines in gratiam redierunt, decretumque est ut tali habitu istum diem eis per urbem vagari liceret.

56. « Διὰ τί τὸ τῆς Καρμέντης ἱερὸν ἐξ ἀρχῆς δοκοῦσιν αἱ μητέρες ἱδρύσασθαι, καὶ νῦν μάλιστα σέβονται; » Λέγεται γάρ τις λόγος, ὡς ἐκωλύθησαν ὑπὸ τῆς βουλῆς αἱ γυναῖκες ὀχήμασι χρῆσθαι ζευκτοῖς· συνέθεντο οὖν ἀλλήλαις, μὴ κυΐσκεσθαι, μηδὲ τίκτειν, ἀμυνόμεναι τοὺς ἄνδρας, ἄχρις οὗ μετέγνωσαν καὶ συνεχώρησαν αὐταῖς· γενομένων δὲ παίδων, εὐτεκνοῦσαι καὶ πολυτεκνοῦσαι τὸ τῆς Καρμέντης ἱερὸν ἱδρύσαντο. Τὴν δὲ Καρμένταν οἱ μὲν Εὐάνδρου μητέρα λέγουσιν οὖσαν ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν, ὀνομαζομένην Θέμιν, ὡς δ' ἔνιοι, Νικοστράτην. Ἐμμέτρους δὲ χρησμοὺς ᾄδουσαν, ὑπὸ τῶν Λατίνων Καρμένταν ὀνομάζεσθαι· τὰ γὰρ ἔπη, κάρμινα καλοῦσιν. Οἱ δὲ μοῖραν ἡγοῦνται τὴν Καρμένταν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο θύειν αὐτῇ τὰς μητέρας. Ἔστι δὲ τοῦ ὀνόματος τὸ ἔτυμον, ἐστερημένη νοῦ διὰ τὰς θεοφορήσεις. Ὅθεν οὐ τὰ κάρμινα τῇ Καρμέντῃ τοὔνομα παρέσχεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπ' ἐκείνης ἐκλήθη, διὰ τὸ τοὺς χρησμοὺς ἐν ἔπεσι καὶ μέτροις ἐνθουσιῶσαν ᾄδειν.

57. « Διὰ τί τῇ Ῥουμίνᾳ θύουσαι, γάλα κατασπένδουσι τῶν ἱερῶν, οἶνον δ' οὐ προσφέρουσιν; » Ἢ ῥοῦμαν Λατῖνοι τὴν θηλὴν καλοῦσι, καὶ Ῥουμανάλιν ὀνομασθῆναι λέγουσιν, παρόσον ἡ λύκαινα τῷ Ῥωμύλῳ τὴν θηλὴν παρέσχεν; ὥσπερ οὖν ἡμεῖς τὰς τρεφούσας τὰ παιδία γάλακτι, θηλονὰς ἀπὸ τῆς θηλῆς καλοῦμεν, οὕτως ἡ Ῥουμίνα θηλώ τις οὖσα καὶ τιθήνη καὶ κουροτρόφος, οὐ προσίεται τὸν ἄκρατον, ὡς βλαβερὸν ὄντα τοῖς νηπίοις;

58. « Διὰ τί τῶν συγκλητικῶν τοὺς μὲν, πατέρας συγγεγραμμένους, τοὺς δὲ, ἁπλῶς πατέρας προσηγόρευον; » Ἢ τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς κατανεμηθέντας ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου, πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους, οἷον εὐπατρίδας ὄντας, πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι· τοὺς δὲ ὕστερον ἐπεγγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν, συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμασαν;

59. « Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν; » Ἢ ὅτι γράμματα τοὺς περὶ Εὔανδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε; Καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐνομίζετο, φίλους καὶ συγγενεῖς διδασκόντων· ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρβίλιος ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος.

60. « Διὰ τί, δυεῖν βωμῶν Ἡρακλέους ὄντων, οὐ μεταλαμβάνουσι γυναῖκες οὐδὲ γεύονται τῶν ἐπὶ τοῦ μείζονος θυομένων; » Πότερον ὅτι τῶν ἱερῶν αἱ περὶ τὴν Καρμένταν ὑστέρησαν, ὑστέρησε δὲ καὶ τὸ Πιναρίων γένος; Ὅθεν εἰργόμενοι τῆς θοίνης, ἑστιωμένων τῶν ἄλλων, Πινάριοι προσηγορεύθησαν. Ἢ διὰ τὰ μυθολογούμενα περὶ τοῦ χιτῶνος καὶ τῆς Δηϊανείρας;

61. « Διὰ τί τὸν θεὸν ἐκεῖνον, ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σώζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, εἴτ' ἐστὶν ἄρρην, εἴτε θήλεια, καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ζητεῖν καὶ ὀνομάζειν; Ταύτην δὲ τὴν ἀπόρρησιν ἐξάπτουσι δεισιδαι-

LVI. *Quamobrem Carmentæ templum matronæ et antiquitus dedicaverunt, et hodie in primis colunt?* Memoria proditum est matres, cum usu vehiculorum, quibus jumenta trahendis jungerentur, Senatus ipsis interdixisset, inter se conspirasse, neque uterum gerere se neque parere velle, ac viros hac ratione ulcisci : idque fecisse, donec mutata sententia usus vehiculorum concessus fuit. Exinde cum parerent, fecundæ et liberorum copia claræ, templum Carmentæ posuerunt. Ea Carmenta nimirum Evandri mater fuit, nomine suo Themis, aut, ut alii volunt, Nicostrata : quæ cum in Italiam venisset, oraculaque versibus illigata caneret, a Latinis Carmenta dicta est, voce a *carmine* deducta. Sunt qui Carmentam putent esse Parcam, ideoque ei matronas sacrificare. Ratio autem nominis hæc est, *Carens mente*, ob instinctus videlicet divinos, quibus ad fatiloqua fundenda carmina impellebatur : quare non Carmenta a carminibus, sed carmina potius ab ipsa appellata sunt.

LVII. *Cur Ruminæ sacrificantes mulieres, lac victimæ invergunt, vinum non adhibent?* An quia Ruma Latinis mammam significat : et ruminalem ficum eam appellant, ad quam lupa mammam Romulo præbuit : ergo Rumina, id est lactentibus ac nutricibus et alendis pueris præfecta, merum non admittit, quod est infantibus perniciosum?

LVIII. *Cur senatorum alios patres conscriptos, alios simpliciter patres vocant?* An patres et patricii vocantur qui initio a Romulo sunt lecti, qui possent suos patres ciere : qui vero postmodo ex plebeiis adscripti sunt, patres conscripti dicuntur?

LIX. *Cur communis fuit ara Herculis et Musarum?* An quia Evandrum litteras docuit Hercules, ut Juba narrat? Resque ea videbatur perhonesta, cum litteras prisci amicis ac cognatis traderent. Sero cœptum est mercede doceri, primusque ludum litterarium aperuit Spurius Carbilius, Carbilii libertus ejus, qui primus uxorem dimisit.

LX. *Quare cum duæ sint aræ Herculis, mulieres nihil sumunt neque gustant de iis, quæ in earum majore immolantur?* An quia post sacrificium jam peractum supervenit Carmenta? Hoc idem familiæ Pinariorum accidit, qui inde nomen habent; nam exclusi ab epulis, aliis edentibus esuriunt, quod Græce est *peinan*. Aut propter fabulam quæ de tunica et Dejanira fertur?

LXI. *Cur tutelarem Romæ deum, masne sit an femina, dicere aut quærere, ejusque nomen efferre nefas est : quod quidam interdictum a superstitione repetunt, narrantes Valerium Soranum male periisse, quod no-*

μονίας, ἱστοροῦντες, Οὐαλέριον Σωρανὸν ἀπολέσθαι κακῶς διὰ τὸ ἐξειπεῖν.» Πότερον, ὡς τῶν Ῥωμαϊκῶν τινες ἱστορήκασιν, ἐκκλήσεις εἰσὶ καὶ γοητεῖαι θεῶν; αἷς νομίζοντες καὶ αὐτοὶ θεούς τινας ἐκκεκλῆσθαι παρὰ τῶν πολεμίων, καὶ μετῳκηκέναι πρὸς αὐτοὺς, * ἐφοβοῦντο τὸ αὐτὸ παθεῖν ὑφ' ἑτέρων; Ὥσπερ οὖν Τύριοι δεσμοὺς ἀγάλμασι λέγονται περιβαλεῖν, ἕτεροι δ' αἰτεῖν ἐγγυητὰς ἐπὶ λουτρὸν ἢ καθαρμόν τινα προπέμποντες, οὕτως ᾤοντο Ῥωμαῖοι τὸ ἄῤῥητον καὶ τὸ ἄγνωστον ἀσφαλεστάτην εἶναι θεοῦ καὶ βεβαιοτάτην φρουράν. Ἢ, καθάπερ Ὁμήρῳ πεποίηται, τὸ Γαῖα δ' ἐστὶ ξυνὴ πάντων; ὅπως οἱ ἄνθρωποι τοὺς θεοὺς πάντας σέβωνται, καὶ τιμῶσι τὴν γῆν κοινῶς ἔχοντας, οὕτως ἀπεκρύψαντο τὸν κύριον τῆς σωτηρίας οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι, βουλόμενοι μὴ μόνον τοῦτον, ἀλλὰ πάντας ὑπὸ τῶν πολιτῶν τοὺς θεοὺς τιμᾶσθαι.

62. « Διὰ τί τῶν λεγομένων φιτιαλίων, Ἑλληνιστὶ δὲ οἷον εἰρηνοποιῶν, σπονδοφόρων, ὁ καλούμενος πάτερ πατράτος ἐνομίζετο μέγιστος; Ἔστι δὲ οὗτος, ᾧ πατὴρ ζῇ καὶ παῖδές εἰσιν· ἔχει δὲ καὶ νῦν προνομίαν τινὰ καὶ πίστιν· οἱ γὰρ στρατηγοὶ τὰ δι' εὐμορφίαν καὶ ὥραν ἐπιμελοῦς δεόμενα καὶ σώφρονος φυλακῆς σώματα, τούτοις παρακατατίθενται.» Πότερον ὅτι τὸ αἰδεῖσθαι τοὺς παῖδας αὐτοῖς καὶ τὸ φοβεῖσθαι τοὺς πατέρας πρόσεστιν; Ἢ τοὔνομα τὴν αἰτίαν ὑπαγορεύει; Βούλεται γὰρ εἶναι τὸ πατράτον, οἱονεὶ συμπεπερασμένον καὶ πεπερατωμένον, ὡς τελειοτέρου τῶν ἄλλων ὄντος, ᾧ συμβέβηκε πατέρα κεκτημένῳ πατρὶ γενέσθαι. Ἢ δεῖ τὸν ὅρκων καὶ εἰρήνης προϊστάμενον, ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω καθ' Ὅμηρον ὁρᾷν; Εἴη δ' ἂν μάλιστα τοιοῦτος, ᾧ παῖς ἐστιν, ὑπὲρ οὗ βουλεύεται, καὶ πατὴρ, μεθ' οὗ βουλεύεται.

63. « Διὰ τί τῷ καλουμένῳ ῥῆγι σακρώρουμ (οὗτος δέ ἐστι βασιλεὺς ἱερῶν) ἀπείρηται καὶ ἄρχειν καὶ δημηγορεῖν; » Ἢ τοπαλαιὸν οἱ βασιλεῖς τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν ἱερῶν ἔδρων, καὶ τὰς θυσίας ἔθυον αὐτοὶ μετὰ τῶν ἱερέων; Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐμετρίαζον, ἀλλ' ἦσαν ὑπερήφανοι καὶ βαρεῖς, τῶν μὲν Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν περιελόμενοι, μόνον τὸ θύειν τοῖς θεοῖς ἀπέλιπον· Ῥωμαῖοι δὲ παντάπασι τοὺς βασιλεῖς ἐκβαλόντες, ἄλλον ἐπὶ τὰς θυσίας ἔταξαν, οὔτ' ἄρχειν ἐάσαντες, οὔτε δημαγωγεῖν, ὅπως μόνον ἐν τοῖς ἱεροῖς βασιλεύεσθαι δοκῶσι, καὶ βασιλείαν διὰ τοὺς θεοὺς ὑπομένειν. Ἔστι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία πρὸς τῷ λεγομένῳ Κομητίῳ πάτριος, ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς, κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς.

64. « Διὰ τί τὴν τράπεζαν οὐκ εἴων ἀναιρεῖσθαι κενὴν, ἀλλὰ πάντως τινὸς ἐπόντος; » Πότερον αἰνιττόμενοι τὸ δεῖν ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν; Ἢ νομίζοντες ἀστεῖον εἶναι τὸ συστέλλειν καὶ ἀνέχειν τὴν ὄρεξιν, ἔτι παρούσης τῆς ἀπολαύσεως; Ἧττον γὰρ ἐπιθυμοῦσι τῶν ἀπόντων, ἐθισθέντες ἀπέχεσθαι τῶν

men illud edidisset? An quia, ut nonnulli rerum Romanarum scriptores tradunt, carmina quædam sunt et præstigiæ, quibus dii eliciuntur, quibus usi Romani, cum putarent se quosdam hostium deos ad se traduxisse, cavere voluerunt ne idem sibi ab aliis eveniret? Itaque sicut Tyrii vincula injicere simulacris dicuntur, alii autem cum ea ad lavacrum aut lustrationem aliquam deducunt, fidejussores pro reditu exigunt : ita Romani tutissime ac constantissime asservari deum crediderunt, qui neque de nomine notus aliis esset. An, quemadmodum Homerus scripsit :

Terra est communis cunctis cœlestibus una,

ut homines universos deos colerent æquo jure terram tenentes : ita prisci Romani salutis publicæ auctorem occultaverunt, quod vellent non istum duntaxat, sed omnes etiam alios deos a civibus suis coli?

LXII. *Cur inter Feciales maximus est is, quem Patrem Patratum appellant? Is autem est qui liberos habet vivo adhuc patre suo : atque etiamnum privilegium auctoritatemque aliquam retinet : prætores enim corpora quæ ob formam et florem ætatis custodia opus habent pudica, eorum fidei commendant.* An quia et liberos reverentur suos, et timent genitores? An ipsum nomen rem explicat? Est enim *patratum* quasi perfectum et absolutum : et perfectior aliis putabatur, qui vivo patre pater esset factus. Aut jurisjurandi et pacis præsidem oportet simul, ut ait Homerus, prorsum et retrorsum videre? Id vero maxime præstare possit, qui et filium habet de quo, et patrem quicum, deliberet.

LXIII. *Cur Regi Sacrorum magistratum gerere aut orationem ad populum habere non licet?* An quod antiquitus reges pleraque et potissima sacra peragebant, inque immolandis hostiis sacerdotibus aderant? Cum vero modum non servarent, sed superbe et inique dominarentur, Græci plerique iis omnem ademerunt potentiam, id tantum relinquentes ut diis sacra facerent : Romani autem regibus omnino ejectis, sacrificiis alium præfecerunt, neque magistratum gerere eum, neque cum populo agere sinentes : ut nunquam nisi in sacris servire, et in gratiam deorum sustinere regnum viderentur. Sane a majoribus tradito ritu ante Comitium Rex Sacrorum, postquam rem divinam fecit, fuga sese inde e foro proripit.

LXIV. *Cur mensa cum tolleretur, semper omnino aliquid super ea volebant relinqui?* An hac ambage significabant semper ex partis aliquid in futurum reservandum, et in præsenti die subsecuturæ aliquam habendam rationem? Aut scitum putabant appetitum cohibere eumque reprimere, dum adhuc aliquid ad fruendum in promptu est? Minus enim appetunt absentia, qui præsentibus abstinere didicerunt. Aut erga famulos aliquid

παρόντων. Ἢ καὶ πρὸς οἰκέτας φιλάνθρωπον τὸ ἔθος; Οὐ γὰρ οὕτω λαμβάνοντες ὡς μεταλαμβάνοντες ἀγαπῶσι, κοινωνεῖν τρόπον τινὰ τραπέζης ἡγούμενοι τοῖς δεσπόταις. Ἢ τῶν ἱερῶν οὐδέποτε δεῖν κενὸν οὐθὲν περιορᾶν; ἱερὸν δὲ ἡ τράπεζα.

65. « Διὰ τί τῇ νύμφῃ τοπρῶτον οὐκ ἐντυγχάνει μετὰ φωτὸς ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ διὰ σκότους; » Πότερον ὅτι αἰδεῖται, πρὶν ἢ συνελθεῖν ἀλλοτρίαν νομίζων; Ἢ καὶ πρὸς ἰδίαν προσιέναι μετὰ αἰδοῦς ἐθιζόμενος; Ἢ, καθάπερ ὁ Σόλων ἔγραψε, μήλου κυδωνίου τὴν νύμφην ἐντραγοῦσαν εἰς τὸν θάλαμον βαδίζειν, ὅπως τὸ πρῶτον ἄσπασμα μὴ δυσχερὲς γένηται, μηδ' ἀχάριστον· οὕτως ὁ Ῥωμαῖος νομοθέτης, εἰ δή τι προσῆν ἄτοπον τῷ σώματι καὶ δυσχερὲς, ἔκρυψεν; Ἢ διαβολή τις ἐστὶν ἀφροδισίων παρανόμων τὸ γινόμενον, ὡς καὶ τοῖς νομίμοις αἰσχύνης τινὸς προσούσης;

66. « Διὰ τί τῶν ἱπποδρόμων εἷς Φλαμίνιος καλεῖται; » Ἢ ὅτι * Φλαμινίου τινὸς τῶν παλαιῶν τῇ πόλει χώραν ἐπιδόντος, ἐχρῶντο ταῖς προσόδοις εἰς τοὺς ἱππικοὺς ἀγῶνας; ἔτι δὲ περιόντων χρημάτων, κατεσκεύασαν ὁδὸν, ἣν καὶ αὐτὴν Φλαμινίαν προσηγόρευσαν;

67. « Διὰ τί λικτώρεις τοὺς ῥαβδούχους ὀνομάζουσι; » Πότερον ὅτι καὶ συνέδεον τοὺς ἀκολασταίνοντας οὗτοι, καὶ τῷ Ῥωμύλῳ παρηκολούθουν ἱμάντας ἐν τοῖς κόλποις κομίζοντες; τὸ δὲ δεσμεύειν ἀλλιγάρε λέγουσιν οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων· οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι, λιγάρε. Ἢ νῦν μὲν παρέγκειται τὸ κ, πρότερον δὲ λιτώρεις ἐκαλοῦντο, λειτουργοί τινες ὄντες περὶ τὸ δημόσιον; ὅτι γὰρ λῆτον ἄχρι νῦν τὸ δημόσιον ἐν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων νόμων γέγραπται, οὐδένα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, λέληθε.

68. « Διὰ τί κύνα θύουσιν οἱ Λούπερκοι; Λούπερκοι δέ εἰσιν οἱ τοῖς Λουπερκαλίοις γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώμασι, καὶ καθικνούμενοι σκύτει τῶν ἀπαντώντων. » Πότερον ὅτι καθαρμός ἐστι τῆς πόλεως τὰ δρώμενα; καὶ γὰρ τὸν μῆνα Φεβρουάριον καλοῦσι, καὶ νὴ Δία τὴν ἡμέραν ἐκείνην φεβράτην, καὶ φεβράριν τὸ τῶν σκυτῶν ἤθει καθικνεῖσθαι, τοῦ ῥήματος τὸ καθαίρειν σημαίνοντος; Τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς· καὶ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι, καὶ περιμάττουσι σκυλακίοις τοὺς ἁγνισμοῦ δεομένους, περισκυλακισμὸν τὸ τοιοῦτον γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες. Ἢ λύκος μὲν ὁ λοῦπός ἐστι, καὶ Λύκαια τὰ Λουπερκάλια· λύκῳ δὲ κύων πολέμιος, καὶ διὰ τοῦτο θύεται τοῖς Λυκαίοις; Ἢ ὅτι τοὺς Λουπέρκους ὑλακτοῦσι καὶ παραλυποῦσιν οἱ κύνες ἐν τῇ πόλει διαθέοντας; Ἢ Πανὶ μὲν ἡ θυσία γίνεται, Πανὶ δὲ κύων προσφιλὲς διὰ τὰ αἰπόλια;

69. « Διὰ τί τῷ καλουμένῳ Σεπτομουντίῳ παρεφύλαττον ὀχήμασι ζευκτοῖς μὴ χρῆσθαι, καὶ μέχρι νῦν οἱ τῶν παλαιῶν μὴ καταφρονοῦντες παραφυλάττουσι· τὸ

habet humanitatis mos iste, qui sic quodam modo videntur a dominis ad societatem mensæ admitti? Non enim tantum delectantur accipiendo, quantum participando. Aut rerum sacrarum nulla unquam debet inanis relinqui? Est autem mensa sacra.

LXV. *Cur vir primo cum sponsa non congreditur luce, sed in tenebris?* An præ verecundia, quod ante coitum alienam existimat? An etiam cum propria verecunde coire doctus? Aut quemadmodum Solon mandavit ut sponsa manducato malo Cydonio in thalamum veniat, ut prima salutatio non injucunda sit aut ingrata: sic Romanus legislator occultari voluit si quod esset corporis sponsæ vitium? Aut eo more illiciti coitus damnantur, ubi etiam legitimis pudor adhibetur?

LXVI. *Cur Circorum uni nomen est Flaminio?* An quod cum de priscis Romanis quidam Flaminius urbem agro donasset, ejus reditibus usi sunt ad equestria certamina? cumque adhuc superessent pecuniæ, viam ex ea straverunt, quam ipsam quoque Flaminiam appellaverunt?

LXVII. *Cur qui fasces gerunt, lictores dicuntur?* An quia Romulum sequebantur lora in sinubus gerentes, quibus vincirent sontes? Vulgus enim Romanum Alligare: qui purius loquuntur, Ligare usurpant pro vincire. An hodie littera C vocabulo intercalata usurpatur: antiquitus autem litores, quasi liturgi, id est qui publica ministeria exsequerentur, dicti sunt? Nemo enim fere nescit, etiamnum in multis Græcorum legibus, liton legi pro publico.

LXVIII. *Cur Luperci (hi sunt qui Lupercalibus nudi, solisque præcincti subligaculis discurrunt, et scutica obvios feriunt) canem immolant?* An quia Lupercalia urbis sunt lustratio? nam etiam mensem, quo fiunt, appellant Februarium, cui ab expiando nomen est: ipsorumque dies *Februatus* dicitur, cum februatio purgamentum significet, et *verberare* flagellare? Jam cane in piaculis fere omnes usi sunt Græci, utunturque in hunc usque diem eo pro piaculari hostia nonnulli: Hecatæque inter alia purgamenta etiam catuli offeruntur, expiandosque catulis tangunt, quam februationem sua lingua periscylacismum vocant. Aut lycus lupus est, Lycæa Lupercalia? Canis ergo animal lupo inimicum Lycæis immolatur. Aut quia Lupercos per urbem discurrentes allatrant et vexant canes? Aut quia Pani ista fiunt sacra, cui canis gratus est ob caprarum custodiam?

LXIX. *Cur festo die, qui Septimontium dicitur, usu vehiculorum quæ jumentis traherentur, antiquitus abstinuerunt, idque etiamnum observant antiquitatis stu-*

δὲ σεπτομούντιον ἄγουσιν ἐπὶ τῷ τὸν ἕβδομον λόφον τῇ πόλει προσκατανεμηθῆναι, καὶ τὴν Ῥώμην ἑπτάλοφον γενέσθαι; » Πότερον, ὡς ἔνιοι τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπινοοῦσι, διὰ τὸ μήπω συνεζεῦχθαι τοῖς μέρεσι παντελῶς τὴν πόλιν; Ἢ τοῦτο μὲν ἄλλως οὐ πρὸς Διόνυσόν ἐστιν· ἔργου δὲ μεγάλου τοῦ πρὸς τὸν συνοικισμὸν ἐκτελεσθέντος, οἰόμενοι τὴν πόλιν ἤδη πεπαῦσθαι προϊοῦσαν εἰς τὸ πρόσθεν, ἔπαυσαν μὲν αὑτούς, ἀνέπαυσαν δὲ τῶν ὑποζυγίων τὰ συμπονήσαντα, καὶ παρέσχον ἀπολαῦσαι τῇ σχολῇ τῆς κοινῆς ἑορτῆς; Ἢ πᾶσαν μὲν ἐβούλοντο κοσμεῖν ἀεὶ καὶ τιμᾶν ἑορτὴν τοὺς πολίτας παρόντας, μάλιστα δὲ τὴν ἐπὶ τῷ συνοικισμῷ τῆς πόλεως ἀγομένην· ἵν' οὖν τὴν πόλιν, ἧς ἐστιν ἡ ἑορτή, μὴ ἀπολείπωσιν, οὐκ ἐφεῖτο χρῆσθαι ζεύγεσιν ἐκείνην τὴν ἡμέραν;

70. « Διὰ τί τοὺς ἀπεγνωσμένους ἐπὶ κλοπαῖς, ἢ δουλικοῖς τισιν ἄλλοις ἁμαρτήμασι, φουρκίφερας καλοῦσιν; » Ἢ καὶ τοῦτο τῆς τῶν παλαιῶν ἐπιμελείας τεκμήριόν ἐστιν; Ὁ γὰρ οἰκότριβος ἰδίου καταγνούς τινα μοχθηρίαν, ἐκέλευε διπλοῦν ξύλον, ὃ ταῖς ἁμάξαις ὑφιστᾶσιν, ἀράμενον, διὰ τῆς συνοικίας ἢ τῆς γειτνιάσεως διεξελθεῖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενον, ὅπως ἀπιστοῖεν αὐτῷ καὶ φυλάττοιντο πρὸς τὸ λοιπόν· τὸ δὲ ξύλον ἡμεῖς μὲν στήριγγα, Ῥωμαῖοι δὲ φούρκαν ὀνομάζουσι· διὸ καὶ φουρκίφερ ὁ τοῦτο περιενεγκὼν καλεῖται.

71. « Διὰ τί τῶν κυριττόντων βοῶν, ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τὸν ἐντυγχάνοντα, χόρτον τῷ κέρατι προσδέουσιν; » Ἢ διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι; ὥς που καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε·

Σὺ δὲ σφαδάζεις πῶλος ὣς εὐφορβίᾳ,
γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης.

Διὸ καὶ Μάρκον Κράσσον οἱ Ῥωμαῖοι χόρτον ἔχειν ἔφασαν· ἐφυλάττοντο γὰρ αὐτὸν οἱ τοὺς ἄλλους ἐν τῇ πολιτείᾳ σπαράττοντες, * ὡς ἀμυντικὸν καὶ δυσεπιχείρητον. Οὐ μὴν ἀλλ' ὕστερον ἐλέχθη πάλιν, ὅτι Κράσσου Καῖσαρ ἀφῃρήκει τὸν χόρτον· ἀντέστη γὰρ αὐτῷ πρῶτος ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ κατεφρόνησε.

72. « Διὰ τί τῶν ἐπ' οἰωνοῖς ἱερέων, οὓς Αὔσπικας πρότερον, Αὔγουρας δὲ νῦν καλοῦσιν, ᾤοντο δεῖν ἀεὶ τοὺς λαμπτῆρας ἀνεῳγμένους εἶναι, καὶ τὸ πῶμα μὴ ἐπικεῖσθαι; » Ἢ καθάπερ οἱ Πυθαγορικοὶ μικρὰ μεγάλων ἐποιοῦντο σύμβολα, κωλύοντες ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, καὶ πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, οὕτως οἱ παλαιοὶ πολλοῖς αἰνίγμασιν ἐχρῶντο, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς ἱερεῖς· οἷόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ λαμπτῆρος; Ἔοικε γὰρ ὁ λαμπτὴρ τῷ περιέχοντι τὴν ψυχὴν σώματι. Φῶς γάρ ἐστιν ἡ ἐντὸς ψυχή, καὶ δεῖ τὸ συνετὸν καὶ φρόνιμον ἀεὶ ἀναπεπταμένον αὐτῆς εἶναι καὶ δεδορκός, καὶ μηδέποτε συγκεκλεῖσθαι, μηδ' ἀποπνεόμενον. Πνευμάτων δ' ὄντων, οὐκ εὐσταθοῦσιν οἱ ὄρνιθες, οὐδὲ βέβαια σημεῖα παρέχουσι, διὰ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἀνωμαλίαν. Διδάσκουσιν οὖν τῷ ἔθει, μὴ πνευμάτων

diosi? Feriæ autem istæ institutæ sunt propter adjectum septimum Romæ collem, quo facta est septicollis. An, ut quidam Romanarum rerum scriptores putant, quia urbis partes non sunt omnino inter se conjunctæ? Aut hoc quidem nihil ad rem facit : sed cum urbe condenda magnum opus peregissent, jamque ulterius incrementum urbis nullum animo conciperent, quietem cum sibi, tum jumentis quorum opera fuissent usi, per istas ferias paraverunt? Aut cum vellent omnes festivitates civium præsentia ornari, eam vero imprimis quæ ob contractas in unam multas urbis partes instituta erat, civibus usu vehiculorum jumentariorum ista die interdixerunt, ne urbe, cui dies agebatur festus, exirent?

LXX. *Cur furti, aut alius servilis delicti damnatos furciferos dicunt?* Nonne hoc quoque vetustæ accurationis argumentum est? Qui enim servi sui nequitiosum factum comperisset, coegit eum duplex lignum, quod curribus subjici solet (furcam Romani appellant), per viciniam circumgestare in conspectu hominum, ut ab eo sibi porro cavendum esse scirent. Itaque a furcæ gestatione dicebatur furcifer.

LXXI. *Cur ad cornua boum cornipetarum fœnum alligabant, quo obvii monebantur ut sibi caverent?* An quia ob satietatem luxuriant petulantesque sunt boves, equi, asini, et homines? Sicut alicubi ait Sophocles :

At tu ferocis pullus ut pastus nimis,
buccis et ventre plenis. —

Ideoque Marcum Crassum fœnum in cornu habere dicebant Romani : et qui alios in republica solebant exagitare, ab illo sibi cavebant, et præteribant hominem paratum ad ulciscendum et oppugnatu difficilem : quanquam postmodo dictum fuit, Cæsarem Crasso fœnum ademisse, cum is primus in republica eum contempsisset, seque ei opposuisset.

LXXII. *Cur augurum, quos ante auspices nominabant, laternas semper esse apertas voluerunt, neque operculo unquam tegi?* An parvas res magnarum voluerunt esse tesseras, more Pythagoricorum? Ut enim hi chœnici insidere, ac ignem gladio agitare vetabant : ita prisci multis usi sunt obscuris significationibus, maxime rerum sacrarum : de quibus etiam lucernæ hoc institutum est. Nam lucerna respondet corpori animum continenti, qui lumen est, semperque debet intellectus esse apertus ac perspicax, nunquam includi aut flatu exstingui. Jam cum venti spirant, aves non constanter manent, neque firma auguria exhibent, quia tum vagantur et inæqualibus aguntur volatibus. Ista igitur

όντων, ἀλλὰ νηνεμίας καὶ καταστάσεως, ἐπὶ ταῦτα προϊέναι τοὺς οἰωνοπόλους, ὅτε δύνανται τοῖς λαμπτῆρσιν ἀνεῳγμένοις χρῆσθαι.

73. « Διὰ τί δ' ἀπείρητο τοῖς ἕλκος ἔχουσιν ἱερεῦσιν ἐπ' οἰωνῶν καθίζεσθαι; » Πότερον καὶ τοῦτο σύμβολόν ἐστι τοῦ μηδὲν δακνομένους, μηδὲ οἷον ἕλκος ἴδιον καὶ πάθος ἔχοντας ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ θεῖα χρηματίζειν, ἀλλ' ἀλύπους καὶ ἀκεραίους καὶ ἀπερισπάστους ὄντας; Ἢ κατὰ λόγον ἐστὶν, εἰ μήτε ἱερείῳ χρήσαιτο ἄν τις ἕλκος ἔχοντι πρὸς θυσίαν, μήτ' ὄρνισι πρὸς οἰωνισμὸν, ἔτι μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῶν φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ καθαροὺς γενομένους καὶ ἀσινεῖς καὶ ὁλοκλήρους, ἐπὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα βαδίζειν; τὸ γὰρ ἕλκος ἔοικε πήρωσίς τις εἶναι καὶ μιασμὸς τοῦ σώματος.

74. « Διὰ τί μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο Σερούϊος Τούλλιος ὁ βασιλεὺς, ἣν βρέβεμ καλοῦσι; » Πότερον ὅτι μικρὸς ὢν ἐν ἀρχῇ καὶ ταπεινὰ πράττων, καὶ γεγονὼς ἐκ μητρὸς αἰχμαλώτου, διὰ τὴν τύχην ἐβασίλευσε τῆς Ῥώμης; Ἢ αὕτη μὲν ἡ μεταβολὴ μέγεθος ἐμφαίνει τύχης μᾶλλον, ἢ μικρότητα; πάντων δὲ μάλιστα Σερούϊος ἔοικε τὴν τῆς τύχης ἐκθειάσας δύναμιν ἐπιφημίσαι πράξεσιν ἁπάσαις. Οὐ γὰρ μόνον τύχης εὐέλπιδος καὶ ἀποτροπαίου καὶ μειλιχίας καὶ πρωτογενείας καὶ ἄῤῥενος ἱερὰ κατεσκεύασεν, ἀλλ' ἔστιν ἰδίας Τύχης ἱερὸν, ἕτερον δ' ἐπιστρεφομένης, (ἄλλο δ' εὐέλπιδος,) ἄλλο παρθένου· καὶ τί ἄν τις ἐπεξίοι τὰς ἄλλας ἐπωνυμίας, ὅπου Τύχης ἰξευτηρίας ἱερόν ἐστιν, ἣν βισκάταν ὀνομάζουσιν, ὡς πόῤῥωθεν ἡμῶν ἁλισκομένων ὑπ' αὐτῆς καὶ προσισχομένων τοῖς πράγμασιν; Ὅρα δὴ, μὴ καταμαθὼν τὸ παρὰ μικρὸν ἀεὶ τῆς τύχης μέγα δυνάμενον, καὶ ὅτι τῷ γενέσθαι τι μικρὸν, ἢ μὴ γενέσθαι τι πολλάκις ὑπῆρξεν ἐνίοις τυχεῖν, ἢ διαμαρτεῖν τῶν μεγίστων, μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο, προσέχειν διδάσκων τοῖς πράγμασι, καὶ μὴ καταφρονεῖν, διὰ μικρότητα, τῶν ἐντυγχανόντων.

75. « Διὰ τί λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν, ἀλλὰ αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ περιεώρων μαραινόμενον; » Πότερον ὡς συγγενὲς καὶ ἀδελφικὸν σεβόμενοι τοῦ ἀσβέστου καὶ ἀθανάτου πυρός; Ἢ καὶ τοῦτο σύμβολόν ἐστι τοῦ μὴ δεῖν τὸ ἔμψυχον, ἂν μὴ βλάπτῃ, διαφθείρειν, μηδ' ἀναιρεῖν, ὡς ζῴῳ τοῦ πυρὸς ἐοικότος; Καὶ γὰρ τροφῆς δεῖται, καὶ αὐτοκίνητόν ἐστιν, καὶ σβεννύμενον φωνὴν ἀφίησιν, ὥσπερ φονευόμενον. Ἢ διδάσκει τὸ ἔθος ἡμᾶς, ὅτι δεῖ μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ, μήτ' ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας διαφθείρειν, ἀλλ' ἐᾷν χρῆσθαι τοὺς δεομένους, καὶ ἀπολείπειν ἑτέροις, ὅταν αὐτοὶ μηκέτι χρείαν ἔχωμεν;

76. * « Διὰ τί τὰς ἐν τοῖς ὑποδήμασι σεληνίδας οἱ διαφέρειν δοκοῦντες εὐγενείᾳ φοροῦσιν; » Πότερον, ὡς Κάστωρ φησὶ, σύμβολόν ἐστι τοῦτο τῆς λεγομένης οἰκήσεως ἐπὶ τῆς σελήνης, καὶ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν αὖθις αἱ ψυχαὶ τὴν σελήνην ὑπὸ πόδας ἕξουσιν; Ἢ τοῖς παλαιοτάτοις τοῦτο ὑπῆρχεν ἐξαίρετον; οὗτοι δ' ἦσαν Ἀρκάδες τῶν ἀπὸ Εὐάνδρου Προσελήνων λεγο-

consuetudine docent captanda auguria, non cum venti flant, sed cum est tranquillitas, et apertis licet uti lucernis.

LXXIII. *Cur interdictum erat auguri, si ulcus haberet, aves observare?* An id quoque argumento est, animo ab omnibus molestiis ac quasi ulceribus et morsibus vacuo, sinceroque et otioso debere sacras res tractari? An rationi consentaneum est, cum neque victimam aut avem ulcerosam usurparet quisquam rei sacræ faciundæ gratia, capiendive augurii; multo magis ipsos augures curare, ut puri sincerique et integri ad divina indicia observanda se conferant? Ulcus enim videtur quædam esse mutilatio et pollutio corporis.

LXXIV. *Cur parvæ Fortunæ, quam Brevem vocant, fanum Servius Tullius dedicavit?* An quod initio humilis et obscurus, matre natus captiva, Fortunæ beneficio ad regnum Romæ evectus fuit? Aut magnitudinem potius mutatio ista quam exiguitatem Fortunæ indicat? omnium vero maxime videtur Servius Fortunæ vim divinam extulisse, omnibusque eam inscripsisse actionibus. Non enim Fortunæ duntaxat bonæ spei, averruncæ, blandæ, primigeniæ, et virilis templa condidit: sed et propriæ Fortunæ ædes est, et convertentis, et bene sperantis, et virginis: et quid reliqua persequar cognomina: cum viscatæ etiam Fortunæ templum sit quasi eminus nos captantis et rebus adhibentis? Quin hoc vide, an non deprehenso Fortunam minimis momentis plurimum posse, multisque usu venisse ut exiguis plane rebus aut evenientibus aut non contingentibus maxima consequerentur vel perderent, parvæ Fortunæ templum dedicarit: docens animum rebus esse advertendum, nihilque eorum quæ offeruntur, ob parvitatem esse negligendum.

LXXV. *Cur lucernam non exstinguebant, sed ultro consumi atque exstingui sinebant?* An venerabantur eam ut cognatam et germanam ignis perennis et inexstinguibilis? An eo significabant, animata nisi noceant, interficienda non esse? Animalis autem similis est lucerna, quod et alimento habet opus, et a seipsa motum habet, et cum exstinguitur, vocem edit quasi necata. Aut hic mos docet, neque ignem, neque aquam, neque ullam rem necessariam, cujus copia nobis suppeditet, perdere nos debere, sed aliis relinquenda esse quibus usus est iis, ubi nos non amplius indigemus?

LXXVI. *Cur qui nobilitate generis aliis præstare videbantur, lunulas in calceis gestabant?* An, ut Castor ait, signum hoc est habitationis supra Lunam quæ fertur, et quod post mortem rursus animæ Lunam sub pedibus habebunt? An hoc prisci habuerunt eximium, qui erant Arcades cum Evandro, et ante Lunam nati

μένων. Ἢ, καθάπερ ἄλλα πολλὰ, καὶ τοῦτο τοὺς ἐπαιρομένους καὶ μέγα φρονοῦντας ὑπομιμνήσκειν τῆς ἐπ' ἀμφότερον τῶν ἀνθρωπίνων μεταβολῆς; παράδειγμα ποιουμένους τὴν σελήνην,

Ὡς ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα,
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,
χὤταν περ αὑτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
πάλιν διαῤῥεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Ἢ πειθαρχίας ἦν μάθημα βασιλευομένοις μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλ' ὥσπερ ἡ σελήνη προσέχειν ἐθέλει τῷ κρείττονι, καὶ δευτερεύειν,

Ἀεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο,

κατὰ τὸν Παρμενίδην· οὕτω τὴν δευτέραν τάξιν ἀγαπᾷν χρωμένους τῷ ἡγεμόνι, καὶ τῆς ἀπ' ἐκείνου δυνάμεως καὶ τιμῆς ἀπολαύοντας;

77. « Διὰ τί τὸν μὲν ἐνιαυτὸν τοῦ Διὸς νομίζουσι, τοὺς δὲ μῆνας τῆς Ἥρας; » Ἢ ὅτι τῶν μὲν ἀοράτων θεῶν καὶ νοητῶν βασιλεύουσι Ζεὺς καὶ Ἥρα, τῶν δὲ ὁρατῶν, ἥλιος καὶ σελήνη; ποιεῖ δὲ ὁ μὲν ἥλιος τὸν ἐνιαυτὸν, ἡ δὲ σελήνη τοὺς μῆνας. Δεῖ δὲ μὴ νομίζειν ἁπλῶς εἰκόνας ἐκείνων τούτους, ἀλλ' αὐτὸν ἐν ὕλῃ Δία, τὸν ἥλιον, καὶ αὐτὴν τὴν Ἥραν ἐν ὕλῃ, τὴν σελήνην. Διὸ καὶ Ἴουνον ἐπονομάζουσι τὴν Ἥραν, τὸ νέον ἢ τὸ νεώτερον ἐμφαίνοντος τοῦ ὀνόματος ἀπὸ τῆς σελήνης· καὶ Λουκίναν, Ἥραν καλοῦσιν οἷον φωτεινὴν, ἢ φωτίζουσαν· καὶ νομίζουσιν ἐπὶ ταῖς λοχείαις καὶ ὠδῖσι βοηθεῖν, ὥσπερ καὶ τὴν σελήνην, διὰ κυάνεον πόλον ἄστρων, διά τε ὠκυτόκοιο σελάνας· εὐτοκεῖν γὰρ ἐν ταῖς πανσελήνοις μάλιστα δοκοῦσι.

78. « Διὰ τί τῶν οἰωνῶν ὁ καλούμενος ἀριστερὸς, αἴσιος; » Πότερον οὐκ ἔστι τοῦτο ἀληθὲς, ἀλλὰ παρακρούεται πολλοὺς ἡ διάλεκτος; τὸ γὰρ ἀριστερὸν σίνιστρον ὀνομάζουσι, τὸ δ' ἀφεῖναι, σίνερε, καὶ σίνε λέγουσιν, ὅταν ἀφεῖναι παρακαλῶσι. Τὸν οὖν ἀφιέντα τὴν πρᾶξιν οἰωνὸν, σινιστέριον ὄντα, σίνιστρον οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνουσιν οἱ πολλοὶ καὶ ὀνομάζουσιν. Ἢ, καθάπερ Διονύσιός φησιν, Ἀσκανίῳ τῷ Αἰνείου παρατattομένῳ πρὸς Μεζέντιον, ἀστραπῆς ἐν ἀριστερᾷ νικηφόρου γενομένης, οἰωνισάμενοι, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν οὕτω παραφυλάττουσιν; Ἢ, ὡς ἄλλοι τινὲς, Αἰνείᾳ τούτου συμπεσόντος; Καὶ γὰρ Θηβαῖοι τῷ ἀριστερῷ κέρατι τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους καὶ κρατήσαντες ἐν Λεύκτροις, διετέλεσαν ἐν πάσαις ταῖς μάχαις τῷ ἀριστερῷ τὴν ἡγεμονίαν ἀποδιδόντες. Ἢ μᾶλλον, ὡς Ἰόβας φησὶ, τοῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἀποβλέπουσιν ἐν ἀριστερᾷ γίνεται τὸ βόρειον; ὃ δὴ τοῦ κόσμου δεξιὸν ἔνιοι τίθενται καὶ καθυπέρτερον. Ὅρα δὲ μὴ φύσει τοῖς εὐωνύμοις ἀσθενεστέροις οὖσιν οἱ παριστάμενοι τῶν οἰωνῶν οἷον ἀναῤῥωννύουσι καὶ ὑπερείδουσι τὸ ἐλλιπὲς τῆς δυνάμεως ἐπανισοῦντες. Ἢ τὰ ἐπίγεια καὶ θνητὰ τοῖς οὐρανίοις καὶ θείοις ἀντικεῖσθαι νομίζοντες, ᾤοντο τὰ πρὸς ἡμᾶς ἀριστερὰ, τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῶν δεξιῶν προπέμπειν;

dicebantur? Aut, ut multa alia, hoc quoque institutum fuerit, ut rebus secundis elati ac superbientes, mutationis Fortunæ in alteram partem admonerentur? Exemplo videlicet Lunæ, quæ

Primum recens existit e caligine :
fulgore dehinc subinde faciem splendido
augescit illustrans : et cum pulcherrima
renidet orbe pleno, rursus exuit
lumen suum paulatim, et ad nihilum redit.

Aut obedientiæ sic assuescere discebant, Lunæ exemplo præstantiori parere non recusantes? Et quemadmodum illa secundas obit partes,

Phœbei semper radiis intenta nitoris,

ut canit Parmenides : ita ipsi quoque contenti esse secundo loco magistratibusque obtemperare, ab iisqu potentiæ et honorum fructu aliquo impertiri?

LXXVII. *Cur annum Jovi, menses Junoni consecrant?* An quod in deos invisibiles et soli intelligentia notos regnum obtinent Jupiter et Juno : in eos qui conspectui patent, Sol et Luna? Efficit autem Sol annum Luna menses. Neque simpliciter censendum est ho istorum esse imagines, sed ipsum in materia Joven esse Solem, ipsamque in materia Junonem esse Lunam : ideoque Junoni nomen est a juvenescendo : e Junonem vocant Lucinam, quasi Lucidam diceres : putantque eam in partubus auxilium ferre mulieribus, u et Lunam ; unde illud :

Per cœruleum astrorum polum,
partus celerantemque Lunam.

Facillime enim mulieres sub plenilunium videntur prolem eniti.

LXXVIII. *Cur aves sinistræ quæ dicuntur, in auspicio habentur pro addicentibus?* An verum hoc non est, multosque decipit sermo? nam lævum sinistrum vocant a *sinendo*, et *sine* dicunt, quando quem dimittere jubent. Ideoque avem quæ actionem suscipi permittit, *sinistram* pro sinisteria vulgus male opinatur. An res ita habet, cum Ascanio Æneæ filio, ut narrat Dionysius, signa cum Mezentio collaturo fulgur a læva victoriam portendisset, rem in omen tractam in posterum quoque fuisse observatam? Alii tamen Æneæ hoc usu venisse dicunt. Et quidem Thebani, quod lævo cornu in pugna Leuctrica fudissent hostem atque vicissent, deinceps omnibus in præliis principem locum sinistræ aciei attribuerunt. Aut potius versus ortum solis intuentibus ad lævam est septentrionalis mundi plaga, quam nonnulli dextram et superiorem mundi partem appellant? Hæc est Jubæ opinio. Quid si sinistris natura imbecillioribus augures quasi vim quamdam addere, et defectum exsarcire ista ratione voluerunt? Aut terrestria cœlestibus et divinis opposita censentes, quæ nobis læva videntur, arbitrati sunt deos a dextra mittere?

79. « Διὰ τί τοῦ θριαμβεύσαντος, εἶτα ἀποθανόντος καὶ καέντος, ἐξῆν ὀστέον λαβόντας εἰς τὴν πόλιν εἰσφέρειν καὶ κατατίθεσθαι, ὡς Πύῤῥων ὁ Λιπαραῖος ἱστόρηκεν; » Ἦ τιμῆς ἕνεκα τοῦ τεθνηκότος; Καὶ γὰρ ἄλλοις ἀριστεῦσι καὶ στρατηγοῖς ἔδωκαν οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐνθάπτεσθαι τῇ ἀγορᾷ, καθάπερ Οὐαλερίῳ * καὶ Φαβρικίῳ· καί φασι τούτων ἀπογόνοις ἀποθανοῦσι καὶ κομισθεῖσιν εἰς ἀγορὰν ὑφίεσθαι δᾷδα καιομένην, εἶτα εὐθὺς αἴρεσθαι, χρωμένων ἀνεπιφθόνως τῇ τιμῇ, καὶ τὸ ἐξεῖναι μόνον ἐκβεβαιουμένων.

80. « Διὰ τί τοὺς θριαμβεύσαντας ἑστιῶντες ἐν δημοσίῳ, παρῃτοῦντο τοὺς ὑπάτους, καὶ πέμποντες παρεκάλουν μηδ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον; » Ἦ καὶ τόπον ἔδει τῷ θριαμβεύσαντι καὶ σίαστον ἐντιμότατον ἀποδίδοσθαι, καὶ προπέμπειν μετὰ τὸ δεῖπνον; ταῦτα δ' οὐκ ἔξεστιν ἑτέρῳ γίνεσθαι τῶν ὑπάτων παρόντων, ἀλλὰ ἐκείνοις.

81. « Διὰ τί περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων; » Ἦ τοπαράπαν οὐδέ ἐστιν ἄρχων; Οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσι, οὐδ' ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδὲ ἔτους ἀρχῇ, καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες, ἄρχοντές εἰσιν, οὐδὲ παύονται δικτάτωρος αἱρεθέντος, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρχὴν ἐκείνου μετατιθέντος εἰς ἑαυτὸν, αὐτοὶ μόνοι διαμένουσιν, ὥσπερ οὐκ ὄντες ἄρχοντες, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ τάξιν ἔχοντες. Ὡς δὲ τῶν ῥητόρων ἔνιοι τὴν παραγραφὴν οὐ βούλονται δίκην εἶναι, τοὐναντίον τῇ δίκῃ δρῶσαν· ἡ μὲν γὰρ εἰσάγει καὶ ποιεῖ κρίσιν, ἡ δὲ ἀναιρεῖ καὶ λύει· τὸν αὐτὸν τρόπον οἴονται τὴν δημαρχίαν κώλυσιν ἀρχῆς μᾶλλον εἶναι, καὶ πρὸς ἀρχὴν ἀντίταξιν, ἢ ἀρχήν. Τὸ γὰρ ἐνστῆναι πρὸς δύναμιν ἄρχοντος, καὶ τὴν ἄγαν ἐξουσίαν ἀφελεῖν, ἐξουσία καὶ δύναμίς ἐστιν αὐτῆς. Ἦ ταῦτα μὲν ἄν τις εἴποι καὶ τὰ τοιαῦτα, χρώμενος εὑρεσιλογίᾳ· τῆς δὲ δημαρχίας τὴν γένεσιν ἐκ τοῦ δήμου λαμβανούσης, τὸ δημοτικὸν ἰσχυρόν ἐστι, καὶ μέγα τὸ μὴ μεῖζον φρονεῖν τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὁμοιοῦσθαι καὶ σχήματι καὶ στολῇ καὶ διαίτῃ τοῖς ἐπιτυγχάνουσι τῶν πολιτῶν. Ὁ γὰρ ὄγκος ὑπάτῳ προσήκει καὶ στρατηγῷ· τὸν δὲ δήμαρχον, ὡς Γάϊος Κουρίων ἔλεγε, καταπατεῖσθαι δεῖ, καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει, μηδὲ δυσπρόσοδον, μηδὲ τοῖς πολλοῖς χαλεπὸν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων ** τοῖς δὲ πολλοῖς εὐμεταχείριστον. Ὅθεν οὐδ' οἰκίας αὐτοῦ κλείεσθαι νενόμισται θύραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀνέῳγε καὶ μεθ' ἡμέραν, ὥσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴ τοῖς δεομένοις. Ὅσῳ δὲ μᾶλλον ἐκταπεινοῦται τῷ σώματι, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεται τῇ δυνάμει. Κοινὸν γὰρ αὐτὸν ἀξιοῦσι τῇ χρείᾳ, καὶ πᾶσιν ἐφικτὸν, ὥσπερ βωμὸν, εἶναι, τῇ δὲ τιμῇ ποιοῦσιν ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον· ὅπου κἂν βαδίζων ἐν δημοσίῳ, ** πᾶσι νόμος ἐστὶ καθαίρεσθαι καὶ ἁγνίζεσθαι τὸ σῶμα καθάπερ μεμιασμένον.

82. « Διὰ τί τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι συνδεδεμέναι προσηρτημένων τῶν πελέκεων φέρονται; » Πότερον

LXXIX. *Cur ejus qui triumphum egisset, ac deinde mortuus crematusque esset, licebat os sumptum in urbem inferre ac deponere? Hoc enim Pyrrho Liparæus tradidit.* An hoc fit in mortui honorem? Nam iis qui res præclare gessissent, atque imperatoribus, et ipsorum posteris, hoc dederunt Romani, ut in foro sepelirentur, ut Valerio et Fabricio : quorum tamen posteros aiunt ita invidiam honoris istius declinare solitos, ut funeri in forum allato fax ardens subjiceretur, statimque auferretur : facultate duntaxat sepulturæ in foro sic confirmata.

LXXX. *Cur cum publico epulo exciperent eum qui triumphum duxisset, a consulibus missis internuntiis petebant, ne ad cœnam venirent?* An quod locum assignari honoratissimum triumphatori oportebat, tractarique eum magnificentissime, et domum deduci peracta cœna : quæ omnia consulibus, si interessent, nec alii ulli licebat deferri?

LXXXI. *Cur purpura prætextam vestem tribunus plebis non gestat, aliis magistratibus gerentibus?* An quia omnino magistratus non est? Nam neque lictores habet tribunus plebis, neque pro tribunali sedens responsa dat, neque initio anni, quod alii solent magistratus, init, neque dictatore creato abdicat, sed omni magistratuum jure in hunc translato, ipse solus officium retinet suum : utpote non magistratum gerens, sed diversæ functionis ordinisque persona. Atque ut oratores nonnulli exceptionem negant esse judicii genus, cum contrarium ejus quod judicii est præstet : judicio enim sententia fertur, exceptione infringitur et aboletur : eodem modo censent tribunatum plebis impedimentum potius magistratus esse, aliquidque huic adversum, quam magistratum. Obviam enim ire potentiæ magistratus, nimiamque ejus licentiam retundere, munus est et potestas tribunatus plebis. An vero hæc et horum similia afferunt, qui causas comminiscuntur? Sed cum tribunatus plebis populi voluntate exstiterit, popularis etiam ratio vim in eo obtinet, magnumque habetur non supra plebem se in tribunatu efferre, sed intervenientibus civibus habitu, amictu, victusque ratione esse similem. Fastus enim consulem prætoremque decet : tribunum plebis (ut dicebat Caius Curio) conculcandum se præbere convenit, neque majestatem in vultu præ se ferre, aut aditus ad se difficiles facere, vel molestum multitudini, sed propter hanc aliis odiosum, popularibus autem tractabilem promptumque esse. Eam ob rem id quoque receptum fuit, ut tribunorum januæ nunquam clauderentur, sed noctes diesque apertæ essent, tanquam portus et perfugium ope indigentibus. Quanto autem submissius se pro sua persona gerit, tanto magis augetur potentia tribunus; publicus enim existimatur, quod ad usum attinet, omnibusque accessus veluti ara, estque honoris gratia sacrosanctus et inviolabilis : quando etiam incedens in publico ** omnibus lege piacularis lustratio mandatur, tanquam pollutis.

LXXXII. *Cur Prætorum fasces colligati feruntur, appensis securibus?* An id signo est iram magistratus

ὅτι σύμβολόν ἐστι τοῦ μὴ δεῖν πρόχειρον εἶναι καὶ λελυμένην τὴν ὀργὴν τοῦ ἄρχοντος; Ἢ, διατριβὴν καὶ μέλλησιν ἐμποιοῦν τῇ ὀργῇ τὸ λύειν ἀτρέμα τὰς ῥάβδους, πολλάκις ἐποίησε μεταγνῶναι περὶ τῆς κολάσεως; Ἐπεὶ δὲ τῆς κακίας τὸ μὲν ἰάσιμόν ἐστι, τὸ δ' ἀνήκεστον, αἱ μὲν ῥάβδοι νουθετοῦσι τὸ μεταθέσθαι δυνάμενον, αἱ δὲ πελέκεις ἀποκόπτουσι τὸ ἀνουθέτητον.

83. « Διὰ τί τοὺς καλουμένους Βλετονησίους βαρβάρους ὄντας, ἄνθρωπον τεθυκέναι θεοῖς πυθόμενοι, μετεπέμψαντο τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ὡς κολάσοντες· ἐπεὶ δὲ νόμῳ τινὶ τοῦτο ἐφαίνοντο πεποιηκότες, ἐκείνους μὲν ἀπέλυσαν, ἐκώλυσαν δὲ πρὸς τὸ λοιπόν· αὐτοὶ δ' οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν, δύο μὲν ἄνδρας, δύο δὲ γυναῖκας ἐν τῇ βοῶν ἀγορᾷ λεγομένῃ, τοὺς μὲν, Ἕλληνας, τοὺς δὲ, Γαλάτας, ζῶντας κατώρυξαν; Φαίνεται γὰρ ἄτοπον, ταῦτα μὲν ποιεῖν αὐτοὺς, ἐπιτιμᾶν δὲ βαρβάροις ὡς οὐχ ὅσια ποιοῦσι. » Πότερον τὸ μὲν θεοῖς θύειν ἀνθρώπους, ἀνόσιον ἡγοῦντο· τὸ δὲ, δαίμοσιν, * ἀναγκαῖον; Ἢ τοὺς μὲν ἔθει καὶ νόμῳ τοῦτο πράττοντας ἁμαρτάνειν ἐνόμιζον, αὐτοὶ δὲ προσταχθέντες ἐκ τῶν Σιβυλλείων ἔπραξαν; Λέγεται γὰρ Ἐλβίαν τινὰ παρθένον ὀχουμένην ἐφ' ἵππου βληθῆναι κεραυνῷ, καὶ γυμνὸν μὲν εὑρεθῆναι κείμενον τὸν ἵππον, γυμνὴν δ' αὐτὴν ὡς ἐπίτηδες ἀνηγμένου τοῦ χιτῶνος ἀπὸ τῶν ἀποῤῥήτων, ὑποδημάτων δὲ καὶ δακτυλίων καὶ κεκρυφάλου διεῤῥιμμένων χωρὶς ἄλλων ἀλλαχόθι, τοῦ δὲ στόματος ἔξω προβεβληκότος τὴν γλῶσσαν. Ἀποφηναμένων δὲ τῶν μάντεων, δεινὴν μὲν αἰσχύνην ταῖς ἱεραῖς παρθένοις εἶναι, καὶ γενήσεσθαι περιβόητον, ἅψεσθαι δέ τινα καὶ ἱππέων ὕβριν, ἐμήνυσε βαρβάρου τινὸς ἱππικοῦ θεράπων τρεῖς παρθένους τῶν ἑστιάδων, Αἰμιλίαν καὶ Λικινίαν καὶ Μαρτίαν, ὑπὸ τὸ αὐτὸ διεφθαρμένας, καὶ συνούσας πολὺν χρόνον ἀνδράσιν, ὧν εἷς ἦν Βουτέτιος βάρβαρος τοῦ μηνυτοῦ δεσπότης. Ἐκεῖναι μὲν οὖν ἐκολάσθησαν ἐξελεγχθεῖσαι· τῆς δὲ πράξεως δεινῆς φανείσης, ἔδοξεν ἀνερέσθαι τὰ Σιβύλλεια τοὺς ἱερεῖς. Εὑρεθῆναι δέ φασι χρησμοὺς ταῦτά τε προδηλοῦντας ὡς ἐπὶ κακῷ γενησόμενα, καὶ προστάττοντας ἀλλοκότοις τισὶ δαίμοσι καὶ ξένοις, ἀποτροπῆς ἕνεκα τοῦ ἐπιόντος, προέσθαι δύο μὲν Ἕλληνας, δύο δὲ Γαλάτας ζῶντας αὐτόθι κατορυγέντας.

84. « Διὰ τί τὴν τῆς ἡμέρας ἀρχὴν ἐκ μέσης νυκτὸς λαμβάνουσι; » Πότερον ὅτι ἡ πολιτεία στρατιωτικὴν ἐν ἀρχῇ σύνταξιν εἶχε· τὰ δὲ πολλὰ νύκτωρ ἐν ταῖς στρατείαις προλαμβάνεται τῶν χρησίμων; Ἢ πράξεως μὲν ἀρχὴν ἐποιοῦντο τὴν ἀνατολὴν, παρασκευῆς δὲ τὴν νύκτα; Δεῖ γὰρ παρασκευασαμένους πράττειν, ἀλλὰ μὴ παρασκευάζεσθαι πράττοντας· ὡς Μύσων πρὸς Χίλωνα τὸν σοφὸν εἰπεῖν λέγεται ἐν χειμῶνι θρίνακα τεκταινόμενος. Ἢ καθάπερ ἡ μεσημβρία πέρας ἐστὶ τοῖς πολλοῖς τοῦ τὰ δημόσια καὶ σπουδαῖα πράττειν, οὕτως ἀρχὴν ἔδοξε ποιεῖσθαι τὸ μεσονύκτιον; Τεκμήριον δὲ τούτου μέγα, τὸ μὴ ποιεῖσθαι Ῥωμαῖον ἄρχοντα συνθήκας, μηδὲ ὁμολογίας, μετὰ μέσον ἡμέ-

non debere esse in proclivi et solutam? An solutio fascium, quæ paulatim fit, moram aliquam iræ injicit et cunctationem, et nonnunquam fecit ut sententia de supplicio exigendo mutaretur ? Jam cum vitiorum alia sint sanabilia, alia insanabilia, virgis corrigebantur qui emendari poterant, securibus amputabantur immedicabiles.

LXXXIII. *Cur Romani cum inaudivissent a Bletonesiis, qui est populus barbarus, immolatum diis hominem esse, eorum magistratus acciverunt, ut pœnas de iis sumerent : cum autem appareret legis cujusdam jussu id factum, missos eos fecerunt, sed isto sacrificio in posterum interdixerunt : ipsi autem non multis ante annis, duos viros totidemque mulieres in foro boario, alteros Græcos, alteros Gallos, vivos defoderunt? Videtur enim absurdum ista facere, et barbaris tanquam nefaria exprobrare eadem.* An diis immolare homines nefas putabant : geniis autem, necessitatem cogere? Aut qui consuetudine ac lege ista sacrificia recepissent, eos peccare existimantes, ipsi Sibyllinis libris mandantibus istud fecerunt? Narrant enim Elbiam quamdam virginem equo vehentem fulmine ictam, repertumque fuisse equum nudum jacentem, nudam quoque virginem ipsam, tanquam dedita opera vestibus a genitali membro reductis, calceis, annulis, capitisque redimiculo hinc inde dispersis, lingua extra os exserta. Tum vates respondisse, ingens opprobrium sacris virginibus oblatum, foreque ut publice id innotesceret, sed et equitum conjunctum fore quoddam dedecus. Ibi barbari cujusdam equitis servum indicium detulisse de tribus Vestalibus virginibus Æmilia, Licinia, et Martia, sub idem tempus vitiatis, et quæ jam diu cum viris incestam consuetudinem habuissent, de quibus viris esset etiam Butetius, indicis dominus. Et Vestales quidem criminis convictas, pœnas dedisse : cæterum, ut atroci in re, placuisse, ut a sacerdotibus Sibyllini libri consulerentur. Ibi inventa fuisse oracula, quæ eventura isthæc et malum publicum allatura prædicerent; cujus avertendi causa peregrinis quibusdam et alienis geniis duos Græcos, totidem Gallos homines vivos eo in loco defossos Romani jubebantur dedere.

LXXXIV. *Cur a media nocte diei sumunt initium?* An quia reipublicæ constitutio principio fuit militaris? Nam in re bellica pleraque noctu antecapiuntur utilia consilia. Aut actionem ordiri sub ortum solis volentes apparatui noctem destinaverunt? Prius enim paratos ad agendum par est accedere, non inter agendum se parare : quod Myso Chiloni sapienti respondit, hieme ventilabrum fabricans. Aut quia meridies plerisque finis est publicas et serias res agendi, mediam noctem placuit pro exordio sumi? Cujus rei magnum argumentum est, quod nullus Romanus magistratus post meridiem fœdus aut pactum icit. Aut quia ortu occasuque

ρας. Ἢ δύσει μὲν καὶ ἀνατολῇ λαμβάνειν ἀρχὴν ἡμέρας καὶ τελευτὴν οὐ δυνατόν ἐστιν; Ὡς μὲν γὰρ οἱ πολλοὶ τῇ αἰσθήσει διορίζουσιν ἡμέρας μὲν ἀρχὴν τὴν πρώτην ἀνάσχεσιν τοῦ ἡλίου, νυκτὸς δὲ, τελευταίαν ἀπόκρυψιν λαμβάνοντες, οὐχ ἕξομεν ἰσημερίαν, ἀλλ' ἣν μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ νύκτα παρισοῦσθαι δοκοῦμεν, αὕτη τῆς ἡμέρας ἐλάττων φανεῖται τῷ τοῦ ἡλίου μεγέθει. Ὃ δὲ αὖ πάλιν οἱ μαθηματικοὶ, ταύτην ἰώμενοι τὴν ἀτοπίαν, τίθενται τὸ τοῦ ἡλίου κέντρον, ὅταν ἅψηται τοῦ ὁρίζοντος, ἡμέρας διορισμὸν εἶναι καὶ νυκτὸς, ἀναίρεσίς ἐστι τῆς ἐναργείας. Συμβήσεται γὰρ, ἔτι πολλοῦ φωτὸς ὑπὸ γῆν ὄντος, καὶ τοῦ ἡλίου καταλάμποντος ἡμᾶς, μηδέπω ἡμέραν ὁμολογεῖν, ἀλλὰ ἔτι νύκτα εἶναι. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν ταῖς ἀνατολαῖς καὶ δύσεσι τοῦ ἡλίου δύσληπτός ἐστιν ἡ ἀρχὴ διὰ τὰς εἰρημένας ἀλογίας, ἀπολείπεται τὸ μεσουρανοῦν, ἢ τὸ ἀντιμεσουρανοῦν αὐτοῦ λαμβάνειν ἀρχήν. Βέλτιον δὲ τὸ δεύτερον· φέρεται γὰρ ἐκ μεσημβρίας ἐπὶ τὰς δύσεις ἀπὸ ἡμῶν, ἐκ δὲ μεσονυκτίου πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τὰς ἀνατολάς.

85. « Διὰ τί τὰς γυναῖκας οὔτ' ἀλεῖν εἴων, οὔτ' ὀψοποιεῖν τοπαλαιόν; » Ἦ, τὰς συνθήκας διαμνημονεύοντες, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Σαβίνους; Ἐπεὶ γὰρ ἥρπασαν τὰς θυγατέρας αὐτῶν, εἶτα πολεμήσαντες διηλλάγησαν, ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμολογίαις καὶ τοῦτο ἐγράφη, μήτ' ἀλεῖν ἀνδρὶ Ῥωμαίῳ γυναῖκα, μήτε μαγειρεύειν.

86. « Διὰ τί τοῦ Μαΐου μηνὸς οὐκ ἄγονται γυναῖκας; » Πότερον ὅτι μέσος ἐστὶ τοῦ Ἀπριλλίου καὶ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς, * ὧν τὸν μὲν Ἀφροδίτης, τὸν δὲ Ἥρας, γαμηλίων θεῶν, ἱερὸν νομίζοντες, προλαμβάνουσι μικρὸν, ἢ περιμένουσιν; Ἢ, ὅτι τῷ μηνὶ τούτῳ τὸν μέγιστον ποιοῦνται τῶν καθαρμῶν, νῦν μὲν εἴδωλα ῥιπτοῦντες ἀπὸ τῆς γεφύρας εἰς τὸν ποταμὸν, πάλαι δ' ἀνθρώπους; Διὸ καὶ τὴν Φλαμινίκαν, ἱερὰν τῆς Ἥρας εἶναι δοκοῦσαν, νενόμισται σκυθρωπάζειν, μήτε λουομένην τηνικαῦτα, μήτε κοσμουμένην. Ἢ, ὅτι πολλοὶ Λατίνων ἐν τῷ μηνὶ τούτῳ τοῖς κατοιχομένοις ἐναγίζουσι; Καὶ διὰ τοῦτο ἴσως Ἑρμῆν ἐν αὐτῷ σέβονται, καὶ Μαίας ἐπώνυμός ἐστιν. Ἢ, καθάπερ ἔνιοι λέγουσιν, ὁ μὲν Μάϊος ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας, ὁ δ' Ἰούνιος ἀπὸ τῆς νεωτέρας ἡλικίας ὠνόμασται; γάμῳ δὲ ἁρμοδιώτερον τὸ νέον, ὡς καὶ Εὐριπίδης φησίν·

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Οὐ γαμοῦσιν οὖν ἐν τῷ Μαΐῳ, περιμένοντες τὸν Ἰούνιον, ὃς εὐθύς ἐστι μετὰ τὸν Μάϊον.

87. « Διὰ τί τῶν γαμουμένων αἰχμῇ δορατίου τὴν κόμην διακρίνουσιν; » Ἆρα σύμβολόν ἐστι τοῦτο τοῦ βίᾳ καὶ μετὰ πολέμου γαμηθῆναι τὰς πρώτας; Ἢ μανθάνουσιν ἀνδράσι συνοικοῦσαι μαχίμοις καὶ πολεμικοῖς, ἄθρυπτον καὶ ἄθηλον καὶ ἀφελῆ προσίεσθαι

solis principium et finis diei definiri non possunt? Quo enim modo plerique sensus arbitrio diei principium dijudicant primum solis ortum, noctis autem plenam ejusdem occultationem, nullum habebimus æquinoctium, sed ob magnitudinem solis nox etiam illa quam maxime æqualem diei credimus, die erit brevior. Quod autem mathematici absurdo huic medentes diei ac noctis discrimen in appulsu centri solis ad horizontem seu finitorem circulum constituunt, id evidentiam evertit; fit enim ista ratione, ut diem esse negare, et noctem etiamnum durare cogamur fateri, cum adhuc infra terram multa luce manente sol nostram plagam illustrat. Quando igitur ortu et occasu solis principium diei et noctis ob dictas difficultates non potest percipi, restat ut pro principio diei sumamus illum articulum temporis, quo sol vel in medio cœli est, vel in opposito ejus puncto: hoc autem posterius melius congruit. Sol enim a meridie versus occasum a nobis fertur: a mediæ noctis puncto versus ortum ad nos.

LXXXV. *Cur antiquitus mulieres neque molere sinebant, neque coquere?* An memoria pactorum cum Sabinis initorum? Post raptum enim Sabinarum, et bellum pace mutatum, id quoque in pactis scriptum fuit, Mulierem viro Romano neque molere debere neque coquere.

LXXXVI. *Cur mense Maio mulieres non ducuntur?* An quia is medio loco inter Aprilem est et Junium, quorum ille Veneri, hic Junoni sacer est, numinibus matrimoniorum tutelaribus, vel antevertunt Maium, vel Junium præstolantur? Aut quia mense isto maximam expiationem peragunt, simulacra nunc de ponte in fluvium, antiquitus homines jacientes? Ideoque etiam Flaminicam, quæ Junonis habetur antistita, leges tunc jubent esse tetricam, lavacroque et ornatu abstinere. Aut quia multi Latinorum isto mense parentant mortuis? Atque ideo fortassis Mercurius eo mense colitur, a Maia nomen ducente. Aut verius est quod alii dicunt, Maium a seniorum, qui sunt majores, Junium a minorum ætate nomen habere, qui sunt juniores? Magis autem convenit nuptiis juventus, ut et Euripides monet,

Etenim senectus Cypridem missam facit:
annisque onustos Venus aversatur viros;

itaque Maio non contrahunt matrimonium, sed in Junium continuo sequentem differunt.

LXXXVII. *Cur nuptarum comam discriminant hastæ cuspide?* An id signum est primas vi et bello fuisse ductas? Aut monentur nuptæ, quia bellicosis jungantur maritis, debere ipsas ornatu uti simplici et a luxu ac

καλλωπισμόν; ὥσπερ ὁ Λυκοῦργος ἀπὸ πρίονος καὶ πελέκεως κελεύσας τὰ θυρώματα ταῖς οἰκίαις ποιεῖν καὶ τὰς ὀροφὰς, ἄλλῳ δὲ μὴ χρῆσθαι τὸ παράπαν ἐργαλείῳ, πᾶσαν ἐξέβαλε περιεργίαν καὶ πολυτέλειαν; Ἢ τὴν διάστασιν αἰνίττεται τὸ γινόμενον, ὡς μόνῳ σιδήρῳ τοῦ γάμου διακριθησομένου; Ἢ τὰ μὲν πλεῖστα τῶν γαμικῶν εἰς τὴν Ἥραν ἀνῆπτον; Ἥρας δὲ ἱερὸν τὸ δόρυ νενόμισται, καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς δόρατι στηρίζεται τὰ πλεῖστα, καὶ Κυρῖτις ἡ θεὸς ἐπωνόμασται· τὸ γὰρ δόρυ κῦριν ἐκάλουν οἱ παλαιοί· διὸ καί φασι Κυρῖνον ὀνομασθῆναι τὸν Ἐνυάλιον.

88. « Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς θέας Λοῦκαρ καλοῦσιν; » Ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλση περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον;

89. « Διὰ τί τὰ Κυρινάλια μωρῶν ἑορτὴν ὀνομάζουσιν; » Ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν ταύτην ἀποδεδώκεισαν, ὡς Ἰόβας φησὶ, τοῖς τὰς αὑτῶν φατρίας ἀγνοοῦσιν; Ἢ τοῖς μὴ θύσασιν, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, κατὰ φυλὰς ἐν τοῖς Φουρνικαλίοις, δι' ἀσχολίαν, ἢ ἀποδημίαν, ἢ ἄγνοιαν, ἐδόθη τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἀπολαβεῖν;

90. « Διὰ τί τῷ Ἡρακλεῖ γινομένης θυσίας, ἄλλον οὐδένα θεῶν ὀνομάζουσιν, οὐδὲ φαίνεται κύων ἐντὸς τῶν περιβόλων, ὡς Βάῤῥων ἱστόρηκεν; » Ἢ, θεὸν μὲν ἄλλον οὐκ ὀνομάζουσι, διὰ τὸ τοῦτον ἡμίθεον νομίζειν; Ὡς δέ φασιν ἔνιοι, καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὄντος ἔτι βωμὸν ἱδρύσασθαι τὸν Εὔανδρον αὐτοῦ, καὶ θυσίαν προσαγαγεῖν. Κυνὶ δὲ πάντων μάλιστα τῶν ζῴων ἐπολέμησε. Καὶ γὰρ οὗτος αὐτῷ ἀεὶ πολλὰ πράγματα παρέσχε, καὶ ὁ Κέρβερος· καὶ ἐπὶ πᾶσι, τοῦ Λικυμνίου παιδὸς Οἰωνοῦ διὰ κύνα φονευθέντος ὑπὸ τῶν Ἱπποκοωντιδῶν, ἀναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, τῶν τ' ἄλλων φίλων πολλοὺς ἀπέβαλε, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰφικλέα.

91. « Διὰ τί τοῖς πατρικίοις οὐκ ἐξῆν περὶ τὸ Καπιτώλιον κατοικεῖν; » Πότερον ὅτι Μάρκος Μάνλιος αὐτόθι κατοικῶν ἐπεχείρησε τυραννίδι, δι' ὃν ἀπώμοτόν φασιν εἶναι τῷ οἴκῳ, μηδενὶ Μανλίῳ ὄνομα Μάρκου γενέσθαι; Ἢ παλαιὸς ἦν φόβος οὗτος; Ποπλικόλαν γοῦν ἄνδρα δημοτικώτατον οὐκ ἐπαύσαντο διαβάλλοντες μὲν οἱ δυνατοὶ, δεδιότες δὲ οἱ πολλοὶ, μέχρις οὗ τὴν οἰκίαν αὐτὸς κατέσκαψεν, ἐπικεῖσθαι τῇ ἀγορᾷ δοκοῦσαν.

92. « Διὰ τί τῷ σώσαντι πολίτην ἐν πολέμῳ δρύϊνον διδόασι στέφανον; » * Πότερον ὅτι πανταχοῦ καὶ ῥαδίως ἐστὶν εὐπορῆσαι δρυὸς ἐπὶ στρατείας; Ἢ ὅτι Διὸς καὶ Ἥρας ἱερὸς ὁ στέφανός ἐστιν, οὓς πολιούχους νομίζουσιν; Ἢ παλαιὸν ἀπ' Ἀρκάδων τὸ ἔθος, οἷς ἐστί τις συγγένεια πρὸς τὴν δρῦν; Πρῶτοι γὰρ ἀνθρώπων γεγονέναι δοκοῦσιν ἐκ γῆς, ὥσπερ ἡ δρῦς τῶν φυτῶν.

93. « Διὰ τί γυψὶ χρῶνται μάλιστα πρὸς τοὺς οἰωνισμούς; » Πότερον ὅτι καὶ Ῥωμύλῳ δώδεκα γῦπες ἐφάνησαν ἐπὶ τῇ κτίσει τῆς Ῥώμης; Ἢ ὅτι τῶν ὀρνί-

mollitie alieno? quemadmodum Lycurgus fores et fastigia ædium jubens serra et securi, nullo alio adhibito instrumento, fabricari, omnem luxum supervacaneamque operam præcidit. Aut per ambages significatur, solo ferro conjugium discissum iri? Aut quia pleraque ad nuptias pertinentia ad Junonem referuntur? Junoni autem sacra habetur hasta, et pleræque ejus statuæ hasta nituntur, ipsaque dicitur dea Quiritis; hasta enim antiquis Quiritis nominabatur : inde Mars Quirinus usurpabatur.

LXXXVIII. *Cur pecunia quæ spectaculis impenditur, Lucar dicitur?* An quia multi circa urbem sunt luci diis consecrati, quorum reditus in spectacula insumebant?

LXXXIX. *Cur Quirinalia festum stultorum appellant?* An quod dies iste his erat destinatus, ut Juba scribit, qui suam curiam ignorabant? Aut quod qui Fornacalibus feriis ob occupationes, peregrinationem, vel ignorationem non sacrificassent in sua tribu, iis permissæ fuerunt istæ feriæ harum loco obeundæ?

XC. *Cur in sacrificio Herculis nullus alius deus nominatur, neque intra sepimenta canis conspicitur, sic enim tradit Varro?* An ideo alium deum non nominant, quia semideus censetur Hercules? Aut quia adhuc inter homines degenti Evander aram posuit, et victimam obtulit? Id enim nonnulli tradunt. Omnium autem animalium nullum infestius habuit Hercules cane : hic enim ei plurimum negotii identidem exhibuit : et Cerberus canis fuit : ac præter omnia, cum Licymnii filium Œonum canis causa interfecissent Hippocoontidæ, coactus pugnam committere, cum alios sociorum multos, tum Iphiclum fratrem amisit.

XCI. *Cur patriciis non licebat prope Capitolium habitare?* An quia Marcus Manlius ibi habitans tyrannidem affectavit? Propter quem illa familia jurejurando sese obstrinxit, nemini se ex ea Marci prænomen facturam. Aut antiquus tenebat metus? Etenim Poplicolam hominem magis quam quisquam fuerit alius popularem non destiterunt calumniis impetere potentiores, metuere vero plebs, antequam domum suam ipse diruit, quod ea imminere foro videretur.

XCII. *Cur eum qui civem servasset, corona donabant querna?* An quod ubique copia in expeditionibus est quercus, et quidem nullo negotio? Aut quia Jovi et Junoni sacra est ista corona, quibus diis urbium tutelam assignant? Aut prisca est hæc Arcadum consuetudo, quibus aliqua est cum quercu cognatio? Primi enim hominum e terra enati creduntur, sicut quercus inter stirpes prima.

XCIII. *Cur ad auspicia maxime usi sunt vulturibus?* An quod Romulus Romam condens duodecim vultures observavit? An quia avium omnium minime ista fre-

θων ἥκιστα συνεχὴς καὶ συνήθης οὗτος; Οὐδὲ γὰρ νεοττιᾷ γυπὸς ἐντυχεῖν ῥᾳδίως ἐστὶν, ἀλλὰ πόρρωθέν ποθεν ἐξαπίνης καταίρουσι· Διὸ καὶ σημειώδης ἡ ὄψις αὐτῶν ἐστιν. Ἦ καὶ τοῦτο παρ' Ἡρακλέους ἔμαθον; εἰ λέγει ἀληθῶς Ἡρόδωρος, ὅτι πάντων μάλιστα γυψὶν ἐπὶ πράξεως ἀρχῇ φανεῖσιν ἔχαιρεν Ἡρακλῆς ἡγούμενος, δικαιότατον εἶναι τὸν γῦπα τῶν σαρκοφάγων ἁπάντων· πρῶτον μὲν γὰρ οὐδενὸς ἅπτεται ζῶντος, οὐδ' ἀποκτίννυσιν ἔμψυχον οὐδὲν, ὡς ἀετοὶ καὶ ἱέρακες καὶ τὰ νυκτίνομα· χρῆται δὲ τοῖς ἄλλοις ἀποθανοῦσιν. Ἔπειτα καὶ τούτων τὰ ὁμόφυλα παρίησι· πετεινοῦ γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε γῦπα γευόμενον, ὡς ἀετοὶ καὶ ἱέρακες μάλιστα τὰ συγγενῆ διώκουσι καὶ κόπτουσι. Καίτοι κατ' Αἰσχύλον,

> Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;

Ἀνθρώποις τε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀβλαβέστατός ἐστιν, οὔτε καρπὸν ἀφανίζων, οὔτε φυτὸν, οὔτε ζῷον ἥμερον κακουργῶν. Εἰ δὲ, ὡς Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι, θῆλυ πᾶν τὸ γένος ἐστὶ, καὶ κυΐσκονται δεχόμενοι καταπνέοντα τὸν ἀπηλιώτην, ὥσπερ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον, καὶ παντάπασιν ἀπλανῆ τὰ σημεῖα καὶ βέβαια γίνεσθαι πιθανόν ἐστιν ἀπ' αὐτῶν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις αἱ περὶ τὰς ὀχείας σοβήσεις, ἔτι δὲ ἁρπαγαὶ καὶ φυγαὶ καὶ διώξεις πολὺ τὸ θορυβῶδες καὶ ἀκατάστατον ἔχουσι.

94. « Διὰ τί τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔξω τῆς πόλεώς ἐστι; » Πότερον ὅτι τὰς ἔξω διατριβὰς ὑγιεινοτέρας ἐνόμιζον εἶναι τῶν ἐν ἄστει; Καὶ γὰρ Ἕλληνες ἐν τόποις καὶ καθαροῖς καὶ ὑψηλοῖς ἐπιεικῶς ἱδρυμένα τὰ Ἀσκληπίεια ἔχουσιν. Ἦ, ὅτι τὸν θεὸν ἐξ Ἐπιδαύρου μετάπεμπτον ἥκειν νομίζουσιν; Ἐπιδαυρίοις δ' οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλὰ πόρρω τὸ Ἀσκληπίειόν ἐστιν. Ἦ, ὅτι τοῦ δράκοντος ἐκ τῆς τριήρους κατὰ τὴν νῆσον ἀποβάντος καὶ ἀφανισθέντος αὐτὸν ᾤοντο τὴν ἵδρυσιν ὑφηγεῖσθαι τὸν θεόν;

95. « Διὰ τί νενόμισται, τοὺς ἁγνεύοντας ὀσπρίων ἀπέχεσθαι; » Πότερον, ὡς οἱ Πυθαγορικοὶ τοὺς μὲν κυάμους ἀφωσιοῦντο διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, τὸν δὲ λάθυρον καὶ τὸν ἐρέβινθον ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους καὶ τῆς λήθης; Ἢ ὅτι πρὸς τὰ περίδειπνα καὶ τὰς προκλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις; Ἢ μᾶλλον, ὅτι δεῖ πρὸς τὰς ἁγνείας καὶ ἁγιστείας καθαρὰ καὶ λιτὰ τὰ σώματα ἔχειν; Ἔστι δὲ τὰ ὄσπρια πνευματώδη, καὶ περίσσευμα ποιεῖ πολλῆς καθάρσεως δεόμενον. Ἢ ὅτι καὶ πρὸς συνουσίαν παρορμᾷ διὰ τὸ φυσῶδες καὶ πνευματικόν;

96. « Διὰ τί τῶν παναγῶν παρθένων τὰς διαφθαρείσας ἄλλως οὐ κολάζουσιν, ἀλλὰ ζῶσας κατορύττουσιν; » Πότερον ὅτι καίουσι τοὺς ἀποθανόντας, θάπτειν δὲ πυρὶ τὴν τὸ πῦρ τὸ θεῖον ὁσίως μὴ φυλάξασαν, οὐκ ἦν δίκαιον; Ἢ σῶμα ταῖς μεγίσταις καθωσιωμένον ἁγιστείαις ἀναιρεῖν, καὶ προσφέρειν ἱερᾷ γυναικὶ χεῖρας, οὐ θεμιτὸν ἐνόμιζον; Αὐτὴν οὖν ἀποθανεῖν μηχανώ-

quenter conspici solet? Non enim facile in pullos vulturis incideris ; sed ex remotis locis alicunde subito advolant : unde sequitur, eorum conspectu aliquid portendi. An hoc quoque ab Hercule didicerunt? Si tamen verum est quod Herodorus scripsit, Herculem in auspicio capiendo maxime delectatum fuisse vulturibus oblatis, quod hanc omnium volucrium carnivorarum justissimam censeret. Primum, quia nihil animatum tangit aut necat : id quod aquilæ faciunt, accipitres, et quæ noctu volant aves : sed solis vescitur cadaveribus. Deinde quod suæ quoque naturæ et generis cadavera præterit : nemo enim unquam vidit a vulture avem gustari; cum aquilæ et accipitres maxime insectentur et occidant aves : at vero, ut est apud Æschylum,

> Incesta avis sit oportet, si volucrem voret.

Præterea hæc avis minime omnium aliarum homini nocet, cum neque fruges perdat, neque plantas, neque ullum mansuetum animal lædat. Denique, si verum est quod Ægyptii perhibent, totum vulturum genus esse femininum, et concipere subsolani flatu excepto, sicut arbores Favonii admisso spiritu; omnino probabile est præsagia ab iis ducta, firma esse et erroris vacua : cum in aliis agitatio circa coitum, tum rapinæ, fugæ, insectationesque multum tumultuationis et incertitudinis exhibeant.

XCIV. *Cur Æsculapii fanum extra urbem est?* An quia salubrius extra quam intra urbem degi putant? Nam Græci quoque fere locis et puris et sublimibus posita Æsculapii habent sacraria. Aut quod deum illum Epidauro arcessitum venisse Romam existimant? Epidaurii autem non in urbe, sed procul inde templum Æsculapii habent. Aut quod angue apud insulam e trireme egresso et e conspectu hominum sublato, ipsum deum arbitrantur locum sui templi indicasse?

XCV. *Cur castimoniam servantibus usu leguminum est interdictum?* An fabam ob easdem quas Pythagorici causas abominati sunt? Lathyrum autem et erebinthum (*hoc est pisum, puto, et cicerem*) quod *lathæ* et *erebo, id est letho et orco*, nomina horum sunt affinia? Aut quod ad circumpotationes funebres et mortuorum evocationes maxime utuntur leguminibus? Aut potius quia ad castimoniam afferre oportet corpora pura et tenuia? Legumina autem flatus generant et superfluitatem gignunt multa opus habentem expurgatione. Aut quia etiam ad rem veneream instigant ob flatuum et spirituum generationem?

XCVI. *Cur Vestales virgines si pudicitiam prodiderunt, non alio afficiunt supplicio, quam quod vivas defodiunt?* An quia mortuos cremant : cremare autem eam quæ ignem sacrum non custodiverit pie, injustum esset? Aut quia corpus summis consecratum cæremoniis interficere, et manus afferre sacræ mulieri, nefas cen-

μενοι δι' αὐτῆς, κατεβίβαζον ὑπὸ γῆν εἰς οἴκημα πεποιημένον, ὅπου καὶ λύχνος ἔκειτο καιόμενος, καὶ ἄρτος καὶ γάλακτός τι καὶ ὕδατος· εἶτα γῇ τὸ * οἴκημα κατέκρυπτον ἄνωθεν. Καὶ οὐδὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἀφοσιωσάμενοι τὴν δεισιδαιμονίαν ἐκπεφεύγασιν, ἀλλὰ μέχρι νῦν ἐναγίζουσιν οἱ ἱερεῖς ἐκεῖ βαδίζοντες ἐπὶ τὸν τόπον.

97. « Διὰ τί ταῖς Δεκεμβρίαις εἰδοῖς ἱπποδρομίας γενομένης, ὁ νικήσας δεξιὸς ἱερὸς Ἄρει θύεται, καὶ τὴν μὲν οὐρὰν ἀποκόψας τις ἐπὶ τὴν Ῥήγειναν καλουμένην κομίζει, καὶ τὸν βωμὸν αἱμάσσει, περὶ δὲ τῆς κεφαλῆς, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ λεγομένης, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Σιβούρης καταβάντες διαμάχονται; » Πότερον, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἵππῳ τὴν Τροίαν ἡλωκέναι νομίζοντες, ἵππον κολάζουσιν, ἅτε δὴ καὶ γεγονότες

Τρώων ἀγλαὰ τέκνα μεμιγμένα παισὶ Λατίνων;

Ἢ, ὅτι θυμοειδὲς καὶ πολεμικὸν καὶ ἀρήϊον ὁ ἵππος ἐστὶ, τὰ δὲ προσφιλῆ μάλιστα καὶ πρόσφορα θύουσι τοῖς θεοῖς; Ὁ δὲ νικήσας θύεται διὰ τὸ νίκης καὶ κράτους οἰκεῖον εἶναι τὸν θεόν. Ἢ μᾶλλον ὅτι τοῦ θεοῦ στάσιμον τὸ ἔργον ἐστὶ, καὶ νικῶσιν οἱ μένοντες ἐν τάξει τοὺς μὴ μένοντας, ἀλλὰ φεύγοντας, καὶ κολάζεται τὸ τάχος ὡς δειλίας ἐφόδιον, καὶ μανθάνουσι συμβολικῶς, ὅτι σωτήριον οὐκ ἔστι τοῖς φεύγουσι;

98. « Διὰ τί οἱ τιμηταὶ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, οὐδὲν ἄλλο πράττουσι πρῶτον, ἢ τὴν τροφὴν ἀπομισθοῦσι τῶν ἱερῶν χηνῶν, καὶ τὴν γάνωσιν τοῦ ἀγάλματος; » Πότερον ἀπὸ τῶν εὐτελεστάτων ἀρχόμενοι, καὶ μὴ πολλῆς δεομένων δαπάνης, μηδὲ πραγματείας; Ἢ, παλαιά τις αὕτη χάρις ἀπομνημονεύεται τοῖς ζῴοις ἀπὸ τῶν Κελτικῶν, ὅτι τοὺς βαρβάρους ὑπερβαίνοντας ἤδη τὸ περιτείχισμα τοῦ Καπιτωλίου νύκτωρ οἱ χῆνες ᾔσθοντο, τῶν κυνῶν καθευδόντων, καὶ βοῇ τοὺς φύλακας ἐπήγειραν; Ἢ φύλακες ὄντες οἱ τιμηταὶ τῶν μεγίστων, καὶ προσῆκον ἐπισκοπεῖν καὶ πολυπραγμονεῖν αὐτοῖς ἱερὰ καὶ δημόσια καὶ βίους καὶ ἤθη καὶ διαίτας, τὸ φυλακτικώτατον ζῷον εὐθὺς ἐν λόγῳ τίθενται, καὶ ἅμα τῇ τούτων ἐπιμελείᾳ προτρέπονται τοὺς πολίτας μὴ ἀμελεῖν, μηδὲ ῥαθυμεῖν τῶν ἱερῶν; Ἡ δὲ γάνωσις τοῦ ἀγάλματος ἀναγκαία· ταχὺ γὰρ ἐξανθεῖ τὸ μίλτινον, ᾧ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἔχρωζον.

99. « Διὰ τί τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν καταδικασθέντα καὶ φυγόντα παύοντες, ἕτερον αἱροῦνται, τοῦ δ' αὔγουρος, ἕως ζῇ, κἂν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι καταγνῶσιν, οὐκ ἀφαιροῦνται τὴν ἱερωσύνην; αὔγουρας δὲ τοὺς ἐπὶ τῶν οἰωνῶν καλοῦσι. » Πότερον, ὡς ἔνιοι λέγουσι, βούλονται μηδένα τὰ τῶν ἱερῶν ἀπόῤῥητα γινώσκειν, ὃς οὐκ ἔστιν ἱερεύς; Ἢ κατειλημμένον ὅρκοις τὸν αὔγουρα μηδενὶ φράσειν τὰ τῶν ἱερέων, ἀπολῦσαι τῶν ὅρκων οὐ θέλουσιν ἰδιώτην γινόμενον; Ἢ τιμῆς οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἀρχῆς, ἀλλὰ ἐπιστήμης ὄνομα καὶ τέχνης, ὁ αὔγουρ; ὅμοιον οὖν τῷ τὸν μουσικὸν ἀποψηφίσασθαι

sentes, ipsam ultro mori volentes infra terram demiserunt, in exstructum ad hoc domicilium, ubi et lucerna ponebatur ardens, et panis, atque lactis et aquæ nonnihil, deinde terra superne ingesta occultabatur locus? Ac ne hoc quidem modo defunctos se religione putabant, sed hodieque mos obtinet ut ad illum locum sacerdotes accedentes parentent.

XCVII. *Cur Idibus Decembribus exhibitis equestribus ludis, dexter equus victor Marti sacer immolabatur, et caudam aliquis amputatam fert ad locum cui Regia nomen, aramque cruentat, de capite alii a sacra via, alii a Suburra descendentes depugnant?* An, quæ est quorumdam opinio, equo Trojam captam putantes, equum plectunt, utpote qui sint

Troum splendida proles natis mixta Latinum?

Aut quia animosa est bestia, et bello apta atque Martialis equus? Diis vero ea potissimum immolant, quæ iis accepta sunt et convenientia? Victor autem equus mactatur, quia deo victoria est accepta ferenda. Aut rectius hoc dicetur, opus illius dei statariam esse pugnam, victoriamque stando suos ordines qui servant de fugientibus reportare; itaque puniri celeritatem ut fugæ commeatum, monerique isto argumento cives, fugientibus nullam esse salutis fiduciam?

XCVIII. *Cur censores ubi magistratum acceperunt, nihil prius habent locatione alimentorum pro sacris anseribus, et simulacri exornatione?* An quia volunt ab iis ordiri, quæ sumptuum et occupationis minimum desiderant? Aut pro veteri beneficio animalibus hæc refertur gratia, quod Gallos Roma capta jam muros Capitolii superantes canibus dormientibus senserunt anseres, vigilesque suo clangore excitaverunt? Aut censores, cum rerum maximarum custodia ipsis demandata, officiique ipsorum esset accurate observare et inspicere in sacra, res publicas, vitas, mores, rationemque victus; initio statim vigilantissimum animal procurant, eaque industria cives hortantur, ut sacrorum curam diligentem gerant? Simulacri autem illustratio necessaria est; minium enim quo antiqua simulacra inducebant, colorem habet facile evanescentem.

XCIX. *Quid causæ est, quod, cum alios sacerdotes in locum damnatorum atque solum vertere jussorum sacerdotioque privatorum sacerdotum sufficiant; soli auguri, etiamsi summorum flagitiorum compertus habeatur, non abrogant sacerdotium, quamdiu vivit?* An quod sacrorum arcana a quoquam qui sacerdos non sit, cognosci nolunt? Aut quia jurisjurandi, quo sanxit se nemini disciplinam istam traditurum, cum abrogata dignitate factum privatum solvere nolunt religione? Aut non magistratus vel dignitatis, sed scientiæ artisque nomen est augur? ut qui vatem ne vates sit prohibere

μουσικὸν μὴ εἶναι, καὶ τὸν ἰατρὸν, ἰατρὸν, τὸ κωλύειν μάντιν εἶναι τὸν μάντιν, ἀφελέσθαι μὴ δυναμένους τὴν δύναμιν αὐτοῦ, κἂν ἀφέλωνται τὴν προσηγορίαν. Ἄλλον δ' οὐ καθιστᾶσιν, εἰκότως τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀριθμὸν τῶν αὐγούρων φυλάττοντες.

100. « Διὰ τί ταῖς Αὐγούσταις εἰδοῖς, Σεξτιλίαις δὲ πρότερον λεγομέναις, ἑορτάζουσιν αἵ τε δοῦλαι καὶ οἱ δοῦλοι πάντες, αἱ δὲ γυναῖκες μάλιστα ῥύπτεσθαι τὰς κεφαλὰς καὶ καθαίρειν ἐπιτηδεύουσιν; » Ἢ διὰ τὸν Σερούϊον τὸν βασιλέα κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἐξ αἰχμαλώτου γενέσθαι θεραπαινίδος, ἄδειαν ἔργων ἔχουσιν οἱ θεράποντες; τὸ δὲ πλύνειν τὰς κεφαλὰς, ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν θεραπαινίδων διὰ τὴν ἑορτὴν, ἄχρι τῶν ἐλευθέρων προῆλθεν;

101. « Διὰ τί κοσμοῦσι τοὺς παῖδας τοῖς περιδεραίοις, ἃ βούλλας καλοῦσι; » Πότερον ἐπὶ τιμῇ τῶν ἡρπασμένων γυναικῶν, ὥσπερ ἄλλα πολλὰ, καὶ τοῦτο ἐψηφίσαντο τοῖς ἐξ αὐτῶν γεννωμένοις ὑπάρχειν; Ἢ τὴν Ταρκυνίου τιμῶντες ἀνδραγαθίαν; Λέγεται γὰρ ἔτι παῖς ὢν ἐν τῇ * μάχῃ τῇ πρὸς Λατίνους ἅμα καὶ Τυῤῥηνοὺς, ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς πολεμίους, ἀποῤῥυεὶς δὲ τοῦ ἵππου, καὶ τοὺς ἐπιφερομένους ἰταμῶς ὑποστὰς, ἐπιῤῥῶσαι τοὺς Ῥωμαίους· γενομένης δὲ λαμπρᾶς τροπῆς τῶν πολεμίων, καὶ μυρίων ἑξακισχιλίων ἀναιρεθέντων, τοῦτο λαβεῖν ἀριστεῖον παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως. Ἢ τοῖς παλαιοῖς οἰκετῶν μὲν ἐρᾷν ὥραν ἐχόντων, οὐκ ἦν ἄδοξον, οὐδ' αἰσχρὸν, ὡς ἔτι νῦν αἱ κωμῳδίαι μαρτυροῦσιν· ἐλευθέρων δὲ παίδων ἰσχυρῶς ἀπείχοντο, καὶ ὅπως μηδὲ γυμνοῖς ἐντυχόντες ἀμφιγνοήσειαν, ἐφόρουν οἱ παῖδες τὸ παράσημον; Ἢ καὶ πρὸς εὐταξίαν ἐστὶ φυλακτήριον τοῦτο, καὶ τρόπον τινὰ τοῦ ἀκολάστου χαλινὸς, αἰσχυνομένων ἀνδροῦσθαι, πρὶν ἢ τὸ παιδικὸν ἀποθέσθαι παράσημον; Ὃ μὲν γὰρ οἱ περὶ Βάῤῥωνα λέγουσιν, οὐ πιθανόν ἐστι, τῆς βούλλης ὑπὸ Αἰολέων βόλλας προσαγορευομένης, τοῦτο σύμβολον εὐβουλίας περιτίθεσθαι τοὺς παῖδας. Ἀλλὰ ὅρα μὴ καὶ τοῦτο διὰ τὴν σελήνην φοροῦσι. Τὸ γὰρ φαινόμενον σχῆμα τῆς σελήνης, ὅταν ᾖ διχόμηνος, οὐ σφαιροειδὲς, ἀλλὰ φακοειδές ἐστι καὶ δισκοειδές· ὡς δ' Ἐμπεδοκλῆς οἴεται, καὶ τὸ ὑποκείμενον.

102. « Διὰ τί τῶν μὲν παίδων τοῖς μὲν ἄῤῥεσιν ἐναταίοις, τοῖς δὲ θήλεσιν ὀγδοαίοις τὰ ὀνόματα τίθενται; » Ἢ τὸ μὲν προτέροις τοῖς θήλεσιν, αἰτίαν ἔχει τὴν φύσιν; Καὶ γὰρ αὔξεται τὸ θῆλυ, καὶ ἀκμάζει καὶ τελειοῦται πρότερον τοῦ ἄῤῥενος. Τῶν δὲ ἡμερῶν τὰς μετὰ τὴν ἑβδόμην λαμβάνουσιν· ἡ γὰρ ἑβδόμη, σφαλερὰ τοῖς νεογνοῖς πρός τε τὰ ἄλλα καὶ τὸν ὀμφαλόν· ἑβδομαῖος γὰρ ἀπολύεται τοῖς πλείστοις· ἕως δὲ ἀπολυθῇ, φυτῷ μᾶλλον, ἢ ζώῳ, προσέοικε τὸ νήπιον. Ἢ, καθάπερ οἱ Πυθαγορικοὶ, τοῦ ἀριθμοῦ τὸν μὲν ἄρτιον, θῆλυν, ἄῤῥενα δὲ τὸν περιττὸν ἐνόμιζον; Γόνιμος γάρ ἐστι καὶ κρατεῖ τοῦ ἀρτίου συντιθέμενος. Καὶ διαιρουμένων εἰς τὰς μονάδας, ὁ μὲν ἄρτιος, καθάπερ τὸ θῆλυ, χώραν με-

conetur, perinde agat ac si musico ne musicus, aut medico ne medicus sit, velit edicere : cum, ut maxime titulum deroget, scientiam tamen adimere non possit. Alium porro non creant, quod numerum augurum ab initio constitutum retinere volunt.

C. *Cur Idibus Sextilis, qui nunc Augustus dicitur, feriæ sunt utriusque sexus servis, mulieres autem tum maxime lavare et purgare capita student?* An hæ feriæ servis datæ, quod ea die Servius rex natus e captiva fuit ancilla? lotio autem capitis ab ancillis feriarum causa cœpta, etiam ad liberas pervasit?

CI. *Quare pueros bullis ornant?* An in honorem raptarum id quoque, ut multa alia, decretum earum natis est? Aut Tarquinii virtutem hoc modo venerantur? Is enim etiamnum puer in pugna adversus Latinos simul Etruscosque commissa, fertur in hostes impetum dedisse, delapsusque de equo irruentes audacter substitisse, Romanorumque animos auxisse : fusisque magno prælio hostibus, quorum interfecti sunt sedecim millia, a rege patre suo virtutis ac rei optime gestæ illud præmium accepisse. An quia antiquis formosos servos amare inhonestum non erat (quod etiamnum comœdiæ testatum faciunt), ab ingenuis autem maximopere abstinebant : ideoque ut ne nudis quidem incidentes errarent, id insigne liberi gestabant? An ad ordinis hoc quoque signum rationem commodam pertinebat, tanquam frænum immodestiæ injectum, cum puderet in viros evadere priusquam pueritiæ signum deposuissent? Probabile enim non est quod Varro tradit, quia consilium (Græcis hoc *bule* est) Æolice *bolla* dicatur, hoc pueris signum probi consilii fuisse additum. Sed vide an non bullam quoque propter lunam gestent? Lunæ enim figura, cum dimidiato fulget orbe, non est globi similis, sed lentis aut disci formam præ se fert : utque opinatur Empedocles, etiam subjecta ei materia.

CII. *Cur pueris nono, puellis octavo die nomen imponitur?* An causa est naturalis, quod prius puellis? Femina enim citius augetur, ad vigorem pervenit, atque absolvitur, quam mas. Dies porro post septimam sumunt : septima enim periculosa est infantibus, cum alias, tum quod ea die umbilicus decidit plerisque : quod antequam fit, plantæ quam animalis similior est infans. Aut maribus et feminis hunc dierum numerum censuerunt congruere, Pythagoricos secuti? Hi enim marem imparem numerum vocant, parem feminam. Impar enim fœcundus est, et in compositione præstat pari : divisisque in

ταξὺ κενὴν ἐνδίδωσι· τοῦ δὲ περιττοῦ μόριον ἀεί τι πλῆρες ὑπολείπεται· διὸ τὸν μὲν ἄῤῥενι, τὸν δὲ θήλει πρόσφορον νομίζουσιν. Ἢ ὅτι τῶν ἀριθμῶν ἁπάντων, τὰ μὲν ἐννέα, πρῶτός ἐστι τετράγωνος, ἀπὸ περιττοῦ καὶ τελείου τῆς τριάδος· τὰ δ' ὀκτὼ πρῶτος κύβος ἀπὸ ἀρτίου τῆς δυάδος; Δεῖ δὲ τὸν μὲν ἄνδρα τετράγωνον εἶναι καὶ περιττὸν καὶ τέλειον· τὴν δὲ γυναῖκα, καθάπερ τὸν κύβον, ἑδραῖον καὶ οἰκουρὸν καὶ δυσμετακίνητον. Τοῦτο δὲ προσληπτέον, ὅτι τὰ μὲν ὀκτὼ κύβος ἐστὶν ἀπὸ δυάδος, τὰ δ' ἐννέα, τετράγωνος ἀπὸ τριάδος· χρῶνται δὲ δυσὶ μὲν ὀνόμασιν αἱ θήλειαι, τρισὶ δὲ οἱ ἄῤῥενες.

103. « Διὰ τί τοὺς ἀπάτορας σπορίους υἱοὺς καλοῦσιν; » Οὐ γάρ, ὡς Ἕλληνες νομίζουσι, καὶ λέγουσιν οἱ ῥήτορες ἐν ταῖς δίκαις, συμφορητοῦ τινος καὶ κοινοῦ σπέρματος γεγόνασιν, ἀλλὰ ἔστιν ὁ Σπόριος τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὁ Σέξτος καὶ ὁ Δέκιμος καὶ ὁ Γάϊος. Τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ ὁλογραφοῦσιν, ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν Τίτον καὶ τὸν Λούκιον καὶ τὸν Μάρκον· ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν Τιβέριον καὶ τὸν Γναῖον· ἢ διὰ τριῶν, ὡς τὸν Σέξτον καὶ τὸν Σερούϊον. Ἔστιν οὖν καὶ ὁ Σπόριος τῶν διὰ δυοῖν γραφομένων, τοῦ σ καὶ τοῦ π. Γράφουσι δὲ διὰ τούτων καὶ τοὺς ἀπάτορας, Σίνε πάτρις, οἷον ἄνευ πατρός· τῷ μὲν σίγμα τὸ σίνε, τῷ δὲ π τὸ πάτρις σημαίνοντες. Τοῦτο οὖν τὴν πλάνην ἐποίησε, τὸ διὰ τῶν αὐτῶν γραμμάτων τὸ Σίνε πάτρις καὶ τὸν Σπόριον γράφεσθαι. Λεκτέον δὲ καὶ τὸν ἕτερον λόγον· ἔστι δὲ ἀτοπώτερος. Τοὺς γὰρ Σαβίνους φασὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπόριον· εἶτα οἷον ἐφυβρίζοντας οὕτω προσαγορεύειν τὸν ἐκ γυναικὸς ἀγάμου καὶ ἀνεγγύου γεγεννημένον.

104. « Διὰ τί τὸν Διόνυσον Λίβερουμ πάτρεμ καλοῦσι; » Πότερον ὡς ἐλευθερίας πατέρα τοῖς πιοῦσι γενόμενον; * Γίνονται γὰρ οἱ πολλοὶ θρασεῖς καὶ παῤῥησίας ὑποπιμπλῶνται περὶ τὰς μέθας. Ἢ ὅτι τὴν λοιβὴν παρέσχεν; Ἢ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ τοῦ παρ' Ἐλευθερὰς τῆς Βοιωτίας Ἐλευθερέως Διονύσου προσαγορευομένου;

105. « Διὰ τίνα αἰτίαν ἐν ταῖς δημοσίαις ἑορταῖς ἔθος οὐκ ἔστι γαμεῖσθαι παρθένους, αἱ δὲ χῆραι γαμοῦνται; » Πότερον, ὡς ὁ Βάῤῥων εἴρηκεν, ὅτι λυπούμεναι μὲν αἱ παρθένοι γαμοῦνται, χαίρουσαι δὲ αἱ γυναῖκες· ἑορτῇ δὲ [δεῖ] μηδὲν λυπουμένους ποιεῖν, μηδὲ πρὸς ἀνάγκην; Ἢ μᾶλλον ὅτι ταῖς μὲν παρθένοις καλὸν μὴ ὀλίγων, ταῖς δὲ χήραις αἰσχρὸν πολλῶν ὄντων γαμεῖσθαι; Ζηλωτὸς δὲ γὰρ ὁ πρῶτος γάμος, ὁ δὲ δεύτερος ἀπευκταῖος· αἰσχύνονται γάρ, ἂν ζώντων τῶν προτέρων ἑτέρους λαμβάνωσιν, ὀδύρονται δέ, ἂν ἀποθανόντων. Ὅθεν ἡσυχίᾳ χαίρουσι μᾶλλον, ἢ θορύβοις καὶ προπομπαῖς. Αἱ δὲ ἑορταὶ περισπῶσι τοὺς πολλούς, ὥστε τοῖς τοιούτοις μὴ σχολάζειν. Ἢ, ὅτι καὶ τὰς Σαβίνων θυγατέρας ἁρπάσαντες ἐν ἑορτῇ παρθένους οὔσας, εἰς πόλεμον κατέστησαν, ἐξοιωνίσαντο τὸ γαμεῖν παρθένους ἐν ἱεραῖς ἡμέραις;

unitates ambobus, par instar feminæ vacuum in medio relinquit spatium, impar semper medium habet plenum. Aut quia omnium numerorum novem primus est quadratus, natus ex ternario qui est impar et perfectus : octo autem, primus est cubus natus e binario pari? Oportet autem marem quadratum esse, et agilem, et perfectum : feminam cubi instar stabilem, domi affixam, et non facile mobilem. Hoc addendum, sicut novem quadratus est ternarii, octo cubus binarii : ita mares tribus, feminas duobus uti nominibus.

CIII. *Cur eos, qui patrem certum non habent, spurios appellant?* Est quidem Græcis *sporos* semen : sed tamen verum non est quod iidem putant, et rhetores in orandis causis afferunt, sic dictos quod promiscuo semine sint nati. Sed *Spurius* prænomen est, ut *Sextus, Decimus*, *Caius*. Porro non integra scribunt Romani prænomina, sed aut unica littera notant, ut *Titum*, *Lucium*, *Marcum*, sic, *T. L. M.*; aut duabus, ut *Tiberium*, *Cnæum*, sic, *Ti. Cn.* aut tribus, ut *Sextum*, *Servium*, sic, *Sex. Ser. Spurius* quoque duabus litteris indicatur *Sp.* Iisdem litteris etiam nothos significant *S. P.* nimirum *Sine Patre*. Quæ res errori ansam præbuit, cum *Spurius* et *incertopatrenatus* iisdem elementis notarentur, ut hi quoque spurii usurparentur. Est et alia, verum absurdior ratio. Aiunt a Sabinis pudenda mulieris *spurium* nominari : itaque sic ignominiose appellari qui ex non nupta muliere natus esset.

CIV. *Cur Baccho Liberi Patris nomen imposuerunt?* An quod bibentibus libertatem ingenerat? Plerique enim per ebrietatem feroces, liberique nimium sunt. Aut quia liba exhibuit? Aut, ut Alexander tradit, ab eo, quod Bacchus ab Eleutheris Bœotiæ urbe Eleutherius, id est liber, dictus fuit?

CV. *Cur publicis feriis mos non est nubere virgines, nubunt tamen viduæ?* An causa est, quam affert Varro? Virgines nubere invitas et tristes, mulieres autem cum lætitia : festo autem die nihil cum molestia, omnia lubenti animo sunt agenda? Aut quia decori est virginibus nuptias earum multis præsentibus peragi, idemque viduis dedecori? Primæ enim nuptiæ optandæ sunt et in pretio : secundæ votis recusandæ, quod vel cum turpitudine nubunt, vivente priore marito, vel cum luctu, si is sit mortuus. Itaque viduæ ad suas nuptias quiete magis gaudent quam frequentia hominum et tumultu : festivitates porro multitudinem ad se trahunt, neque nuptiis vacare patiuntur. Aut quia festo die raptis Sabinis virginibus bellum est exortum, religio ipsis inde fuit virginum nuptias festis diebus celebrare?

106. « Διὰ τί Ῥωμαῖοι τύχην σέβονται Πριμιγένειαν, ἣν ἄν τις εἴποι πρωτογένειαν; » Ἆρα ὅτι Σερουΐῳ κατὰ τύχην, ὥς φασιν, ἐκ θεραπαινίδος γενομένῳ, βασιλεῦσαι τῆς Ῥώμης ἐπιφανῶς ὑπῆρξεν; Οὕτω γὰρ οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων ὑπειλήφασιν. Ἢ μᾶλλον, ὅτι [τῆς] Ῥώμης ἡ τύχη παρέσχε τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν γένεσιν; Ἢ φυσικώτερον ἔχει λόγον τὸ πρᾶγμα καὶ φιλοσοφώτερον, ὡς τὴν τύχην πάντων οὖσαν ἀρχὴν, καὶ τὴν φύσιν ἐκ τοῦ κατὰ τύχην συνισταμένην, ὅταν τισὶν ὡς ἔτυχεν ἀποκειμένοις τάξις ἐγγένηται;

107. « Διὰ τί τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ἱστρίωνας Ῥωμαῖοι καλοῦσιν; » Ἢ δι' ἣν αἰτίαν Κλούβιος Ῥοῦφος ἱστόρηκε; Φησὶ γὰρ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς χρόνοις Γαΐου τε Σουλπικίου καὶ Λικινίου Στόλωνος ὑπατευόντων, λοιμώδη νόσον ἐν Ῥώμῃ γενομένην, πάντας ὁμαλῶς διαφθεῖραι τοὺς ἐπὶ σκηνὴν προερχομένους· δεηθεῖσιν οὖν αὐτοῖς ἐκ Τυῤῥηνίας ἐλθεῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τεχνίτας, ὧν τὸν πρωτεύοντα δόξῃ καὶ χρόνῳ πλεῖστον ἐνευημεροῦντα τοῖς θεάτροις, Ἴστρον ὀνομάζεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο πάντας ἱστρίωνας ἀπ' ἐκείνου προσαγορεύεσθαι.

108. « Διὰ τί [δὲ] τὰς ἐγγὺς γένους οὐ γαμοῦσι; » Πότερον αὔξειν τοῖς γάμοις βουλόμενοι τὰς οἰκειότητας, καὶ συγγενεῖς πολλοὺς ἐπικτᾶσθαι, διδόντες ἑτέροις καὶ λαμβάνοντες παρ' ἑτέρων γυναῖκας; Ἢ φοβούμενοι τὰς ἐν τοῖς γάμοις τῶν συγγενῶν διαφορὰς, ὡς καὶ τὰ φύσει δίκαια προσαπολλυούσας; Ἢ, πολλῶν βοηθῶν τὰς γυναῖκας ὁρῶντες δι' ἀσθένειαν δεομένας, οὐκ ἐβούλοντο τὰς ἐγγὺς γένους συνοικίζειν, ὅπως, ἂν οἱ ἄνδρες ἀδικῶσιν αὐτὰς, οἱ συγγενεῖς βοηθῶσιν;

109. « Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς, ὃν Φλάμινα Διάλιν καλοῦσιν, οὐκ ἐξῆν ἀλεύρου θιγεῖν, οὐδὲ ζύμης; » Ἢ τὸ μὲν ἄλευρον ἀτελὴς τροφὴ καὶ ἄπεπτός ἐστιν; Οὔτε γὰρ, ὃ ἦν, μεμένηκεν ὁ πυρὸς, οὔτε, ὃ δεῖ γενέσθαι, γέγονεν ὁ ἄρτος, ἀλλὰ καὶ τὴν σπέρματος δύναμιν ἀπολώλεκεν ἅμα, καὶ τὴν σιτίου χρείαν οὐκ ἔσχηκε. Διὸ καὶ μυλήφατον ὁ ποιητὴς ἄλφιτον ἐκ μεταφορᾶς ὠνόμασεν, ὥσπερ φονευόμενον ἐν τῷ ἀλέτῳ καὶ φθειρόμενον· ἡ δὲ ζύμη καὶ γέγονεν ἐκ φθορᾶς αὐτὴ, καὶ φθείρει τὸ φύραμα μιγνυμένη. Γίνεται γὰρ ἄτονον καὶ ἀδρανὲς, καὶ ὅλως ἔοικε σῆψις ἡ ζύμωσις εἶναι. Πλεονάσασα γοῦν ἀποξύνει παντάπασι καὶ φθείρει τὸ ἄλευρον.

110. « Διὰ τί καὶ σαρκὸς ὠμῆς ἀπείρηται τῷ ἱερεῖ ψαύειν; » Πότερον ὠμοφαγίας πάνυ πόῤῥωθεν ἀποτρέπει τὸ ἔθος; Ἢ, δι' ἣν τὸ ἄλευρον αἰτίαν ἀφοσιοῦνται, καὶ τὸ κρέας; * οὔτε γὰρ ἐστὶ ζῷον, οὔτ' ὄψον ἤδη γέγονεν. Ἡ γὰρ ἕψησις καὶ ὄπτησις, ἀλλοίωσις οὖσα καὶ μετακόσμησις, ἐξίστησι τὴν μορφήν. Τὸ δὲ πρόσφατον καὶ ὠμὸν οὐδὲ τὴν ὄψιν ἔχει καθαρὰν καὶ ἀμίαντον, ἀλλὰ εἰδεχθῆ καὶ ἑλκώδη.

111. « Διὰ τί δὲ κυνὸς καὶ αἰγὸς ἐκέλευον ἀπέχεσθαι τὸν ἱερέα, μήτε ἁπτόμενον, μήτ' ὀνομάζοντα; » Πότερον τῆς μὲν αἰγὸς βδελυττόμενοι τὸ ἀκόλαστον καὶ δυσ-

CVI. *Cur Fortunam Primigeniam Romani venerantur?* An, quæ multorum est Romanorum opinio, Servio Tullio ex ancilla, ut fertur, nato Romæ regnum Fortunæ beneficio obtigit? Aut potius quod ipsi Romæ sui ortus initia suggessit Fortuna? Aut causam res habet magis ad naturalium rerum contemplationem referendam? Nimirum omnium rerum principium esse fortunam, et naturam ex eventis fortuitis constitui, quando fortuita eventa ordinem inter se sortiuntur?

CVII. *Cur scenici artifices Baccho sacri, histriones dicuntur?* An veram causam Cluvius Rufus retulit? Is narrat priscis temporibus Caio Sulpicio et Licinio Stolone Consulibus pestem Romæ grassatam omnes ad unum scenæ administros exstinxisse; itaque alios requirentibus advenisse ex Etruria multos bonosque ejus rei artifices: inter quos gloria et usu artificii longissimo præstantem reliquis fuisse Histrum nomine: ab eo cæteris quoque histrionum nomen factum.

CVIII. *Cur cognatas non ducunt uxores?* An ut conjugiis augeant necessitudines, multosque sibi parent cognatos aliis dando, ab aliis accipiendo mulieres? Aut metuentes sibi a discordiis conjugialibus, quæ exortæ inter cognatos, præter conjugum debitum amorem etiam naturæ jura essent abolituræ? Aut videntes mulieribus ob imbecillitatem opus esse multis defensoribus, noluerunt cognatas ducere, ut ipsis auxilio esse possent, si a maritis injuria afficerentur?

CIX. *Quamobrem flamini Diali non licebat farinam aut fermentum tangere?* An quia farina alimentum est imperfectum et crudum? Nam neque mansit triticum id quod erat, neque factum est quod fieri debet, nimirum panis: sed simul et seminis vim amisit, et usum cibi non est assecutum. Itaque poeta farinam *mylephaton* translatione usus dixit, quasi interfectum et perditum molendo frumentum. Fermentum cum ipsum natum est ex corruptione, tum farinam cui admiscetur, corrumpit, ut languidior fiat et inefficax: omninoque fermentatio putrefactionis speciem gerit; quæ si modum excedat, plane acidam reddit et perdit farinam.

CX. *Quare eidem interdictum est contactu carnis crudæ?* An is mos quam longissime a crudorum esu abducit? Aut eadem quam de farina attulimus causa subest etiam de carne? quæ neque animal est, neque cibus adhuc est reddita: assatio et elixatio qualitatibus ejus mutandis formam demum aliam inducunt: recens autem et cruda caro neque aspectum quidem habet purum et labis expertem, sed deformem visuique adversum, et ulcerosum.

CXI. *Cur eumdem lex jubebat canis et capræ cum tactu, tum nominatione omnino abstinere?* An capræ abominabantur lasciviam fœtoremque? An quod morbo

ῶδες, ἢ φοβούμενοι τὸ νοσηματικόν; Δοκεῖ γὰρ ἐπιληψίᾳ καταλαμβάνεσθαι μάλιστα τῶν ζῴων, καὶ προσαναχρώννυσθαι τοῖς φαγοῦσιν, ἢ θιγοῦσιν ὑπὸ τοῦ πάθους ἐχομένης. Αἰτίαν δὲ λέγουσι τὴν στενότητα τῶν πνευματικῶν πόρων πολλάκις ἐπιλαμβανομένην, τεκμαιρόμενοι τῇ λεπτότητι τῆς φωνῆς. Καὶ γὰρ ἀνθρώπων ὅσοις ἐπιληπτίζουσι συμβαίνει φθέγγεσθαι, μηκασμῷ παραπλησίαν φωνὴν ἀφιᾶσι. Τῷ δὲ κυνὶ τοῦ μὲν ἀκολάστου καὶ δυσώδους ἧττον ἴσως μέτεστι. Καίτοι φασὶν ἔνιοι, μήτε τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως ἐπιβαίνειν κύνα, μήτε τῆς Δηλίων νήσου, διὰ τὴν ἐμφανῆ μῖξιν, ὥσπερ βοῶν καὶ συῶν καὶ ἵππων ἐν θαλάμοις, ἀλλ' οὐκ ἐμφανῶς καὶ ἀνέδην ὀχευόντων. Τὴν γὰρ ἀληθινὴν αἰτίαν ἀγνοοῦσιν, ὅτι μάχιμον ὄντα τὸν κύνα, τῶν ἀσύλων καὶ ἁγίων ἐξείργουσιν ἱερῶν, ἀσφαλῆ καταφυγὴν τοῖς ἱκέταις διδόντες. Εἰκὸς μὲν οὖν ἐστι καὶ τὸν ἱερέα τοῦ Διός, ὥσπερ ἔμψυχον καὶ ἱερὸν καὶ ἄγαλμα καταφύξιμον ἀνεῖσθαι τοῖς δεομένοις καὶ ἱκετεύουσι, μηδενὸς ἀπείργοντος μηδὲ ἐκφοβοῦντος. Διὸ κλινίδιον μὲν ἦν αὐτοῦ κείμενον ἐν τῷ θυρῶνι τῆς οἰκίας· ὁ δὲ προσπεσὼν τοῖς γόνασι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἄδειαν εἶχε πληγῶν καὶ κολάσεως· εἰ δὲ δεσμώτης φθαίη προσελθών, ἐλύετο· τοὺς δὲ δεσμοὺς ἐκτὸς οὐ κατὰ θύρας, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ στέγους ἀπερρίπτουν. Οὐδὲν οὖν ὄφελος ἦν οὕτως αὐτὸν ἥμερον παρέχειν καὶ φιλάνθρωπον, εἰ κύων προειστήκει, δεδιττόμενος καὶ ἀπερύκων τοὺς προσφυγεῖν δεομένους. Οὐ μὴν οὐδὲ καθαρεύειν ᾤοντο παντάπασιν οἱ παλαιοὶ τὸ ζῷον. [Καὶ] ὀλυμπίων μὲν γὰρ οὐδενὶ θεῶν καθιέρωται, χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους, ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ φονικωτάτῳ θεῶν, Ἐνυαλίῳ, σκύλακας ἐντέμνουσι· Βοιωτοῖς δὲ δημοσίᾳ καθαρμός ἐστι, κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν. Αὐτοὶ δὲ Ῥωμαῖοι τοῖς Λυκαίοις (ἃ Λουπερκάλια καλοῦσιν) ἐν τῷ καθαρσίῳ μηνὶ κύνα θύουσιν. Ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῖς τὸν ὑπέρτατον καὶ καθαρώτατον εἰληφόσι θεραπεύειν θεόν, ἀπειρῆσθαι κύνα ποιεῖσθαι συνήθη καὶ σύνοικον.

112. « Διὰ τίνα δὲ αἰτίαν οὐδὲ κιττοῦ θιγεῖν ἐφίεται τῷ ἱερεῖ τοῦ Διός, οὐδὲ ὁδὸν διελθεῖν ἀναδενδράδος ἄνωθεν διατεταμένης; » Ἢ τοῦτο μὲν ὅμοιόν ἐστι τῷ μὴ ἐσθίειν ἀπὸ δίφρου, μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, μηδὲ σάρον ὑπερβαίνειν· οὐ ταῦτα τῶν Πυθαγορικῶν δεδιότων καὶ φυλαττομένων, ἀλλὰ ἕτερα τούτοις ἀπαγορευόντων; Καὶ γὰρ τὸ ὑπὸ ἄμπελον ὑποπορεύεσθαι, τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὸν οἶνον εἶχεν, ὡς οὐ θεμιτὸν τῷ ἱερεῖ μεθύσκεσθαι. Τῶν γὰρ μεθυσκομένων ὑπὲρ κεφαλῆς ὁ οἶνός ἐστι, καὶ πιέζονται καὶ ταπεινοῦνται· δέον ὑπερτέρους εἶναι καὶ κρατεῖν ἀεὶ τῆς ἡδονῆς ταύτης, ἀλλὰ μὴ κρατεῖσθαι. Τὸν δὲ κιττόν, πότερον ὡς ἄκαρπον καὶ ἄχρηστον ἀνθρώποις, ἀδρανῆ δὲ καὶ δι' ἀσθένειαν ἑτέρων ὀχούντων δεόμενον, σκιᾷ δὲ καὶ χλωρότητος ὄψει γοητεύοντα τοὺς πολλούς, οὐκ ᾤοντο δεῖν ἀσύμβολον ἐν ταῖς οἰκίαις μάτην ἐντρέφεσθαι καὶ

comitiali animal istud obnoxium est, contagionem mali metuebant ad eos perventuram, qui tum vescerentur capra, aut eam tangerent, cum in morbo est? Causam morbi tradunt esse angustiam meatuum per quos spiritus fertur, ob quam is sæpe intercipitur : pro argumento usurpant vocis tenuitatem; nam et homines morbo Herculeo correpti exilem vocem emittunt, balatui assimilem. Cani fortassis minus adest fœtoris et lasciviæ : quanquam sunt qui canem et arce Atheniensi, et Delo insula aiunt arceri, propter coitum in propatulo : quasi vero boves, sues, et equi non promiscue et palam, sed intra thalamos proli dent operam. Isti veram causam ignorant. Quia canis animal est pugnax, ideo asylis et sacrosanctis prohibetur sacrificiis, in quibus omnis periculi exsors perfugium supplicibus conceditur. Veri ergo simile est Jovis quoque sacerdotem, utpote vivum, sacrumque perfugii simulacrum, ad se libere admittere quosvis supplices et deprecantes, nemine arcente aut terrente. Itaque lectulus ei positus erat ad ipsum domus vestibulum : et qui ad genua ejus accidisset, is ea die a verberibus et supplicio immunis erat : ac si vinctus accessisset, solvebatur. Vincula autem foras non per januam, sed de tecto in publicum projiciebantur. Nihil vero supplicibus profuturum erat, si, ita benigno et humano se præbente flamine, canis assistens hanc veniam petituros terruisset atque arcuisset. Enimvero canem antiqui non usquequaque mundum esse judicabant; nam et nulli cœlitum is immolabatur : et Hecatæ terrestri in trivio cœnæ loco missus, piacularis sacri, avertendi mala expiandique gratia facti partes obibat. Lacedæmone porro Marti, deo cædibus deditissimo, catulos insecabant : apud Bœotos publicum est sacrificium, quo cane in duas discisso partes, per earum medium transibant : ipsi Romani Lupercalibus mense Februario cane litant. Itaque abs re non est, quod sacerdoti supremi ac purissimi numinis familiæ suæ canem aut aliquid cum eo rei habere nefas statuerunt.

CXII. *Cur eidem non licet hederam tangere, neque per viam transire ubi vitium propagines in sublimi sunt prætentæ?* An hæc horum sunt similia, *Non edere in curru, neque insidere chœnici, Neque scopas transcendere*, non ista metuentibus aut caveri volentibus Pythagoricis, sed aliis rebus per has ambages interdicere? Ad vinum enim refertur, quod subire viti prohibetur sacerdos : scilicet nefas esse eum inebriari; qui enim ebrii sunt, eorum superius capitibus est vinum, atque ea degravat et premit : cum par sit voluptate ista superiores esse, et non vinci a vino, sed ei moderari. Hederam autem an ut sterilem et inutilem hominibus, imbecillamque et ea de causa aliis quibus innitatur opus habentem, umbraque et virore suo multis quasi præstigiando imponentem, non voluerunt absque emolumento et frustra in domibus ali, et circumplicare se aliis stirpibus, quibus ea re nocet, solumque occupat?

περιπλέκεσθαι, βλαβερὸν ὄντα τοῖς προσδεχομένοις φυτοῖς, τῆς γῆς * ἐχόμενον. Διὸ τῶν μὲν ὀλυμπίων ἱερῶν εἴργεται, καὶ οὔτε ἐν Ἥρας Ἀθήνησιν, οὔτε Θήβησιν ἐν Ἀφροδίτης, ἴδοι τις ἂν κιττόν· Ἀγριωνίοις δὲ καὶ Νυκτελίοις, ὧν τὰ πολλὰ διὰ σκότους δρᾶται, πάρεστιν. Ἦ καὶ τοῦτο συμβολικὴ θιάσων καὶ βακχευμάτων ἀπαγόρευσις ἦν; Αἱ γὰρ ἔνοχοι τοῖς βακχικοῖς πάθεσι γυναῖκες εὐθὺς ἐπὶ τὸν κιττὸν φέρονται, καὶ σπαράττουσι δραττόμεναι ταῖς χερσὶ, καὶ διεσθιοῦσαι τοῖς στόμασιν. Ὥστε μὴ παντελῶς ἀπιθάνους εἶναι τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ πνεῦμα μανίας ἔχων ἐγερτικὸν καὶ παρακινητικὸν, ἐξίστησι καὶ σπαράττει, καὶ ὅλως ἄοινον ἐπάγει μέθην καὶ χάριν τοῖς ἐπισφαλῶς πρὸς ἐνθουσιασμὸν ἔχουσι.

113. « Διὰ τί τοῖς ἱερεῦσι τούτοις ἀρχὴν οὐκ ἐφεῖτο λαβεῖν, οὐδὲ μετελθεῖν, ἀλλὰ ῥαβδούχῳ τε χρῶνται, καὶ δίφρον ἡγεμονικὸν ἐπὶ τιμῇ καὶ παραμυθίᾳ τοῦ μὴ ἄρχειν ἔχουσι; » Πότερον, ὡς ἐνιαχοῦ τῆς Ἑλλάδος ἀντίρροπον ἦν τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα πρὸς τὸ τῆς βασιλείας, μὴ τυχόντας ἱερεῖς ἀπεδείκνυσαν; Ἦ μᾶλλον, ὅτι τῶν μὲν ἱερῶν ὡρισμένας πράξεις ἐχόντων, τῶν δὲ ἀρχόντων ἀτάκτους καὶ ἀορίστους, οὐκ ἦν δυνατὸν εἰς ἓν ἅμα τῶν καιρῶν συμπεσόντων ἑκατέρῳ παρεῖναι τὸν αὐτὸν, ἀλλὰ ἔδει θάτερα πολλάκις ἀμφοτέρων ἐπειγόντων ἀπολείποντα, νῦν μὲν ἀσεβεῖν τοὺς θεοὺς, νῦν δὲ βλάπτειν τοὺς πολίτας; Ἦ ταῖς ἀνθρωπίναις ἐνορῶντες ἀρχαῖς οὐκ ἐλάττονα τῆς ἐξουσίας τὴν ἀνάγκην προσοῦσαν, καὶ τὸν ἄρχοντα δήμου, καθάπερ Ἱπποκράτης ἔφη τὸν ἰατρὸν, δεινὰ μὲν ὁρῶντα, δεινῶν δὲ ἁπτόμενον, ἐπ' ἀλλοτρίοις δὲ κακοῖς ἰδίας λύπας καρπούμενον, οὐχ ὅσιον ἡγοῦντο θύειν θεοῖς, καὶ ἱερῶν κατάρχεσθαι, γενόμενον ἐν καταδίκαις καὶ θανατώσεσι πολιτῶν· πολλάκις δὲ καὶ συγγενῶν καὶ οἰκείων, οἷα καὶ Βρούτῳ συνέτυχε.

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΚΑΤΑΓΡΑΦΗ.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

1. «Τίνες οἱ ἐν Ἐπιδαύρῳ κονίποδες καὶ ἄρτυνοι; » Οἱ μὲν τὸ πολίτευμα *** ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἄνδρες ἦσαν· ἐκ δὲ τούτων ἡροῦντο βουλευτὰς, οὓς ἀρτύνους ἐκάλουν. Τοῦ δὲ δήμου τὸ πλεῖστον ἐν ἀγρῷ διέτριβεν· ἐκαλοῦντο δὲ κονίποδες, ὡς συμβαλεῖν ἔστιν, ἀπὸ τῶν ποδῶν γνωριζόμενοι κεκονιμένων, ὁπότε κατέλθοιεν εἰς τὴν πόλιν.

2. « Τίς ἡ παρὰ Κυμαίοις ὀνοβάτις; » Τῶν γυναικῶν τὴν ἐπὶ μοιχείᾳ ληφθεῖσαν ἀγαγόντες εἰς ἀγορὰν, ἐπὶ λίθου τινὸς ἐμφανῆ πᾶσι καθίστασαν· εἶτα οὕτως ἀνεβίβαζον ἐπ' ὄνον, καὶ τὴν πόλιν κύκλῳ περιαχθεῖσαν, ἔδει πάλιν ἐπὶ τὸν αὐτὸν λίθον καταστῆναι, καὶ τολοιπὸν ἄτιμον διατελεῖν, ὀνοβάτιν προσαγορευομένην.

Hanc quidem ob rem hedera et Olympiis sacris arcetur : et neque Athenis in Junonis, neque Thebis in Veneris sacris rebus ullus hederæ locus est : Agrioniis et Nycteliis Bacchanalibus, quorum major pars peragitur in tenebris, adhibetur. An hoc ipso etiam signo orgia Bacchi volebant esse vetita ? Bacchicis enim furoribus deditæ mulieres, recta ad hederam feruntur, eamque discerpunt manibus arripientes, et vorantes : ita ut non plane fide careat quod nonnulli dicunt, inesse spiritum hederæ, qui de statu rationis deturbet, mentemque abalienet, exagitetque et prorsus ebrietatem a nullo ortam vino inducat, ac permolestam : si quis alioquin hominum ad concitationes animi furiosas, instinctusve divinos sit proclivis.

CXIII. *Cur iisdem flaminibus Dialibus permissum non est ut magistratum suscipiant aut ambiant, cum tamen et lictorem habeant, et sellam curulem, honoris gratia, atque ut ferant æquiore animo magistratuum gerundorum facultatem sibi ademptam ?* An quia in Græcia etiam aliquibus in locis, cum sacerdotium dignitate regno æquale esset, repulsam passos sacerdotio dignati sunt ? Aut potius, quod, cum certæ et ordine definitæ essent sacerdotum actiones, regum vero ordine carentes et infinitæ, fieri non poterat ut qui rex simul sacerdosque esset, diversi generis in eumdem temporis articulum incidentibus negotiis utrumque procuraret : sed necesse erat futurum ut utroque urgente alterum omitteret, itaque interdum deos rite non coleret, interdum civibus esset damno ? Aut quod in magistratus humanos intuentes, cum non minus necessitate eos, quam potestate administrari observarent : populique principem, quod de medico Hippocrates pronuntiavit, *multa horrenda aspectu videre, multa tangere, et ex alienis miseriis pro fructu suas capere molestias ;* impium rati sunt istum diis sacrificare, et auspicem esse divini cultus, qui damnationibus et capitalibus, letoque finitis suppliciis civium, non raro etiam cognatorum et domesticorum, ut Bruto usu venit, interfuisset ?

CAPITULORUM DESCRIPTIO.

QUÆSTIONES GRÆCÆ.

I. *Qui sunt apud Epidaurios Conipodes et Artyni?* Rempublicam tractabant centum et octoginta viri. Ex his senatores deligebant, quos appellabant *Artynos*. Major porro populi pars ruri solebat versari : vocabantur autem *Conipodes*, quasi *pulveripedes*, quod agnoscerentur e pedibus pulverulentis, quoties in urbem veniebant.

II. *Quæ est apud Cumæos Onobatis ?* Deprehensam in adulterio mulierem in forum producebant, et in lapide omnibus conspicuo sistebant, deinde asino impositam circa urbem circumducebant, postea rursum in eodem lapide astare coacta, infamis per totam habebatur vitam, et vocabatur *Onobatis :* lapidem autem

Τὸν δὲ λίθον ἀπὸ τούτου οὐ καθαρὸν νομίζοντες, ἀφωσιοῦντο. Ἦν δὲ καὶ φυλάκτου τις ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς· ὁ δὲ, ταύτην ἔχων, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐτήρει τὸ δεσμωτήριον, εἰς δὲ τὴν βουλὴν ἐν τῷ νυκτερινῷ συλλόγῳ παριὼν, * ἐξῆγε τοὺς βασιλεῖς τῆς χειρὸς, καὶ κατεῖχε, μέχρι περὶ αὐτῶν ἡ βουλὴ διαγνοίη, πότερον ἀδικοῦσιν, ἢ οὒ, κρύβδην φέρουσα τὴν ψῆφον.

3. « Τίς ἡ παρὰ Σόλοις ὑπεκκαύστρια; » Τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὕτω καλοῦσιν, ὅτι ποιεῖταί τινας θυσίας καὶ ἱερουργίας ἀποτροπαίους.

4. « Τίνες ἐν Κνίδῳ οἱ ἀμνήμονες; καὶ τίς ὁ ἀφεστήρ; » Ἑξήκοντα προκρίτοις ἀνδράσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, οἷον ἐπισκόποις ἐχρῶντο διὰ βίου καὶ προβούλοις τῶν μεγίστων· ἐκαλοῦντο δ' ἀμνήμονες, ὡς ἄν τις εἰκάσειε, διὰ τὸ ἀνυπεύθυνον· εἰ μὴ νὴ Δία πολυμνήμονές τινες ὄντες. Ὁ δὲ τὰς γνώμας ἐρωτῶν, ἀφεστήρ.

5. « Τίνες οἱ παρὰ Ἀρκάσι καὶ Λακεδαιμονίοις χρηστοί; » Λακεδαιμόνιοι Τεγεάταις διαλλαγέντες, ἐποιήσαντο συνθήκας, καὶ στήλην ἐπ' Ἀλφειῷ κοινὴν ἀνέστησαν, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται, Μεσσηνίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας, καὶ μὴ ἐξεῖναι χρηστοὺς ποιεῖν. Ἐξηγούμενος οὖν ὁ Ἀριστοτέλης τοῦτό φησι δύνασθαι τὸ μὴ ἀποκτιννύναι βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν.

6. « Τίς ὁ παρὰ Ὀπουντίοις κριθολόγος; » Οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων πρὸς τὰς πάνυ παλαιὰς θυσίας ἐχρῶντο ταῖς κριθαῖς, ἀπαρχομένων τῶν πολιτῶν. Τὸν μὲν οὖν ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἄρχοντα, καὶ ταύτας κομιζόμενον τὰς ἀπαρχὰς, κριθολόγον ὠνόμαζον. Δύο δ' ἦσαν ἱερεῖς παρ' αὐτοῖς, ὁ μὲν περὶ τὰ θεῖα τεταγμένος, ὁ δὲ περὶ τὰ δαιμόνια.

7. « Τίνες αἱ πλωϊάδες νεφέλαι; » Τὰς ὑπόμβρους μάλιστα καὶ περιφερομένας ἐκάλουν πλωϊάδας, ὡς Θεόφραστος ἐν τετάρτῃ περὶ μεταρσίων εἴρηκε κατὰ λέξιν, « ἐπεὶ καὶ αἱ πλωϊάδες αὗται νεφέλαι καὶ αἱ συνεστῶσαι, ἀκίνητοι δὲ καὶ τοῖς χρώμασιν ἔκλευκοι, δηλοῦσι διαφοράν τινα τῆς ὕλης, ὡς οὔτ' ἐξυδατουμένης, οὔτ' ἐκπνευματουμένης. »

8. « Τίς ὁ παρὰ Βοιωτοῖς πλατυχαίτας; » Τοὺς οἰκίᾳ γειτνιῶντας, ἢ χωρίοις ὁμοροῦντας, αἰολίζοντες οὕτω καλοῦσιν ὡς τὸ πλεῖστον ἔχοντας. Παραθήσομαι δὲ λέξιν μίαν ἐκ τοῦ θεσμοφυλακίου νόμου, πλειόνων οὐσῶν.

9. « Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτὴρ, καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὅσιος ἀποδειχθῇ. Πέντε δέ εἰσιν Ὅσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν δρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μὴν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθὲς οὐκ ἔχει οὕτως. Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ φ τῷ β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακεδόνες, βίλιππον καὶ βαλακρὸν καὶ βερονίκην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ

ob eam rem ut pollutum abominabantur. Magistratus etiam apud hos fuit, qui *phylactes* dicebatur a custodiendo. Eum qui gerebat, reliquo tempore carcerem custodiebat. Nocturno autem concilio in senatum veniens, manu injecta reges educebat, ac detinebat donec occulte latis suffragiis de iis judicasset senatus, injustene agerent necne.

III. *Quæ est apud Solenses Hipeccaustria?* Sic appellabant Minervæ antistitam, quod averruncandorum malorum gratia certis quibusdam sacris operatur.

IV. *Qui sunt Cnidiis Amnemones, et quis Aphester?* Ex optimatibus viri sexaginta delecti erant, quibus per omnem vitam tanquam inspectoribus utebantur, et eorum summis in negotiis auctoritatem sequebantur. *Amnemones*, id est immemores, dictos suspicari licet, quod factorum rationes ab iis non exigebantur : aut potius mehercle, quod plurimum valerent memoria. *Aphester* autem dicebatur, qui sententias interrogabat.

V. *Qui sunt apud Arcades et Lacedæmonios chresti, id est boni?* Lacedæmonii Tegeatis reconciliati, fœdus pepigerunt et communem columnam ad Alpheum posuerunt : in qua inter alia fœderis capita hoc scriptum erat, *Messenios regione pellunto, Neminem bonum faciunto.* Hoc Aristoteles interpretans, ait eo significari, *Tegeatarum neminem debere interfici, qui auxilii causa Laconicis rebus studeret.*

VI. *Quis est apud Opuntios Critholologus?* (Vox hordeum legentem designat.) Græcorum plerique in vetustissimis sacrificiis hordeo utebantur, primitias ejus civibus offerentibus. Præsidi itaque sacrorum, et primitias istas colligenti, hoc nomen factum est. Duos autem habebant sacerdotes : unum qui deorum, alterum qui geniorum sacra administraret.

VII. *Quæ sunt Ploiades nebulæ?* Quæ maxime imbrem conceptum haberent, et circumagitarentur, sic appellabantur. Theophrastus libro de iis quæ in sublimi fiunt quarto : *Ploiades*, inquit, *nebulæ sunt, et quæ consistunt : immobiles autem et colore albo differentiam quamdam materiæ indicant, neque in aquam, neque in spiritum conversæ.*

VIII. *Quis est Bœotorum Platychætas?* Sic Æolice appellabant ædibus agrisve suis vicinos et conterminos, tanquam plurimum possidentes. Apponam autem unam vocem ex lege thesmophylacii seu archivi, cum sint plura vocabula.

IX. *Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium?* Hosioter est victima quæ immolatur cum creatur Hosius (vox *sanctum* notat). Quinque autem sunt *Hosii* per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant : quippe a Deucalione genus crediti trahere. *Bysius* mensis, ut plerique putant, *Physius* est, a nascendo sic dictus : est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant : sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum*, *Balacrum*, *Beronicam* dicunt, quæ sunt *Philippus*, *Phalacrus*, *Pheronice*, sed loco

γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθοῖς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι.

10. * « Τί τὸ φυξίμηλον; » Τῶν μικρῶν ἐστι καὶ χαμαιζήλων φυτῶν, ὧν ἐπιόντα τοὺς βλαστοὺς τὰ βοσκήματα κολούει καὶ ἀδικεῖ καὶ λυμαίνεται τὴν αὔξησιν· Ὅταν γοῦν ἀναδραμόντα μέγεθος λάβῃ, καὶ διαφύγῃ τὸ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπινεμομένων, φυξίμηλα καλεῖται. Τὸ δὲ μαρτύριον Αἰσχύλος.

11. « Τίνες οἱ ἀποσφενδόνητοι; » Κέρκυραν τὴν νῆσον Ἐρετριεῖς κατῴκουν· Χαρικράτους δὲ πλεύσαντος ἐκ Κορίνθου μετὰ δυνάμεως, καὶ τῷ πολέμῳ κρατοῦντος, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς οἱ Ἐρετριεῖς, ἀπέπλευσαν οἴκαδε. Προαισθόμενοι δὲ οἱ πολῖται τῆς χώρας, εἶργον αὐτοὺς, καὶ ἀποβαίνειν ἐκώλυον σφενδονοῦντες. Μὴ δυνάμενοι δὲ μήτε πεῖσαι, μήτε βιάσασθαι πολλοὺς καὶ ἀπαραιτήτους ὄντας, ἐπὶ Θρᾴκης ἔπλευσαν, καὶ κατασχόντες χωρίον, ἐν ᾧ πρότερον οἰκῆσαι Μέθωνα τὸν Ὀρφέως πρόγονον ἱστοροῦσι, τὴν μὲν πόλιν ὠνόμασαν Μεθώνην, ὑπὸ δὲ τῶν προσοίκων Ἀποσφενδόνητοι προσωνομάσθησαν.

12. « Τίς ἡ παρὰ Δελφοῖς Χάριλα; » Τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐνναετηρίδας κατὰ τὸ ἑξῆς, ὧν τὴν μὲν Στεπτήριον καλοῦσι, τὴν δ' Ἡρωΐδα, τὴν δὲ Χαρίλαν. Τὸ μὲν οὖν στεπτήριον ἔοικε μίμημα τῆς πρὸς τὸν Πύθωνα τοῦ θεοῦ μάχης εἶναι, καὶ τῆς μετὰ τὴν μάχην ἐπὶ τὰ Τέμπη φυγῆς καὶ ἐκδιώξεως. Οἱ μὲν γὰρ φυγεῖν ἐπὶ τῷ φόνῳ φασὶ χρῄζοντα καθαρσίων, οἱ δὲ τῷ Πύθωνι τετρωμένῳ καὶ φεύγοντι, κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν νῦν ἱερὰν καλοῦμεν, ἐπακολουθεῖν, καὶ μικρὸν ἀπολειφθῆναι τῆς τελευτῆς· κατέλαβε γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ τραύματος ἄρτι τεθνηκότα καὶ κεκηδευμένον ὑπὸ τοῦ παιδὸς, ᾧ ὄνομα ἦν Αἴξ, ὡς λέγουσι. Τὸ μὲν οὖν στεπτήριον τούτων ἢ τοιούτων τινῶν ἀπομίμησίς ἐστιν ἑτέρων. Τῆς δὲ Ἡρωΐδος τὰ πλεῖστα μυστικὸν ἔχει λόγον, ὃν ἴσασιν οἱ Θυϊάδες, ἐκ δὲ τῶν δρωμένων φανερῶς Σεμέλης ἄν τις ἀναγωγὴν εἰκάσειε. Περὶ δὲ τῆς Χαρίλας τοιαῦτά τινα μυθολογοῦσι. Λιμὸς ἐξ αὐχμοῦ τοὺς Δελφοὺς κατέσχε, καὶ πρὸς τὰς θύρας τοῦ βασιλέως ἐλθόντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἱκέτευον. Ὁ δὲ τῶν ἀλφίτων καὶ τῶν χεδροπῶν μετεδίδου τοῖς γνωριμωτέροις αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν ἱκανὰ πᾶσιν. Ἐλθούσης δὲ παιδὸς ἔτι μικρᾶς ὀρφανῆς γονέων, καὶ προσλιπαρούσης, ἐῤῥάπισεν αὐτὴν ὑποδήματι, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ ὑπόδημα προσέῤῥιψεν· ἡ δὲ, πενιχρὰ τις οὖσα καὶ ἔρημος, οὐκ ἀγεννὴς δὲ τὸ ἦθος, ἐκποδὼν γενομένη, καὶ

litteræ P soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scitantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoum*que nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim cœpit singulis mensibus oracula requirentibus respondere : antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut Callisthenes et Anaxandridas tradiderunt.

X. *Quid est Phyximelum ?* Planta est exigua et humi jacens, cujus germina pecus inambulans conculcat atque affligit, et incrementum impedit. Cum itaque se subjicit, et ad justam magnitudinem pervenit, evitatis pascentium pecudum injuriis ac damnis, *phyximelum* dicitur. Testis Æschylus.

XI. *Qui sunt Aposphendoneti*, quasi, *fundarum telis pulsos*, diceres? Corcyram insulam Eretrienses incolebant : Charicrate autem a Corintho cum copiis profecto, bello ab eo victi, conscensis navibus domum versus navigarunt. Cives, re mature animadversa, arcuerunt eos patria, fundisque impetentes egredi in terram non sunt passi. Cum itaque neque persuadere hominibus rigidis, neque vim facere multitudini eorum possent, in Thraciam navigaverunt. Ibi loco occupato, quem prius coluisse Methon Orphei de posteris unus fertur, urbem Methonam nominaverunt, ipsi a vicinis *Aposphendoneti* sunt appellati.

XII. *Quid est apud Delphos Charila?* Delphi tres deinceps nono quoque anno agunt solemnitates, *Stepterium, Heroida, Charilam*.

Stepterium imitationem habet pugnæ Apollinis cum Pythone, et a pugna fugæ dei ad Tempe, et persecutionis. Alii enim fugisse eum ferunt, quod peracta cæde opus expiatione haberet : alii Pythonem saucium et fugientem via, quæ nunc Sacra dicitur, cum insequeretur, supervenisse ei recens e vulnere mortuo, et funerato a filio, cujus nomen Aix, id est *capra*, perhibent. *Stepterium* ergo harum, aut similium rerum imitatio est.

Heroidis pleraque fabulosam habent rationem, Thyadibus notam : ex iis quæ aguntur, liquido quis excitationem Semeles conjiciat repræsentari.

De *Charila* hæc traditur fabula. Fame ob anni siccitatem urgente Delphos, cum liberis et uxoribus cives ad fores regis supplices venerunt. Is farina et leguminibus notiores sibi (non enim omnibus sufficiebat) impertiit. Puella autem parvula cum accederet orba parentibus, et instaret petendo, calceo malam ejus percussit, calceumque in faciem ejus conjecit : hæc, ut erat animo minime abjecto, pauper alioquin et de

λύσασα τὴν ζώνην, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. Ἐπιτείνοντος δὲ τοῦ λιμοῦ καὶ νοσημάτων προσγενομένων, ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τῷ βασιλεῖ Χάριλαν ἱλάσκεσθαι παρθένον αὐτοθάνατον. Μόλις οὖν ἀνευρόντες, ὅτι τοὔνομα τοῦτ' ἦν τῇ ῥαπισθείσῃ παιδὶ, μεμιγμένην τινὰ καθαρμῷ θυσίαν ἀπετέλεσαν, ἣν ἐπιτελοῦσιν ἔτι καὶ νῦν δι' ἐννέα ἐτῶν. Προκάθηται μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς, τῶν ἀλφίτων καὶ τῶν χεδροπῶν ἐπιδιδοὺς πᾶσι καὶ ξένοις καὶ πολίταις, κομίζεται δὲ τῆς Χαρίλας παιδικὸν εἴδωλον· ὅταν οὖν πάντες λάβωσιν, ὁ μὲν βασιλεὺς ῥαπίζει τῷ ὑποδήματι τὸ εἴδωλον, ἡ δὲ τῶν Θυϊάδων ἀρχηγὸς ἀραμένη κομίζει πρός τινα τόπον φαραγγώδη, κἀκεῖ σχοινίον περιάψαντες τῷ τραχήλῳ τοῦ εἰδώλου κατορύττουσιν, ὅπου τὴν Χάριλαν ἀπαγξαμένην ἔθαψαν.

13. « Τί τὸ πτωχικὸν κρέας παρ' Αἰνιᾶσι; » Πλείονες γεγόνασιν Αἰνιάνων μεταναστάσεις. Πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον, ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας. Ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας τὴν περὶ τὴν Ἀραούαν χώραν κατέσχον· ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραοῦαι. * Μετὰ ταῦτα Κίῤῥαν κατέσχον. Ἐν δὲ Κίῤῥῃ καταλεύσαντες Οἴνοκλον τὸν βασιλέα, τοῦ θεοῦ προστάξαντος, εἰς τὴν περὶ τὸν Ἴναχον χώραν κατέβησαν οἰκουμένην ὑπὸ Ἰναχιέων καὶ Ἀχαιῶν. Γενομένου δὲ χρησμοῦ, τοῖς μὲν, ἂν μεταδῶσι τῆς χώρας, ἀποβαλεῖν ἅπασαν· τοῖς δ', ἂν λάβωσι παρ' ἑκόντων, καθέξειν· Τέμων, ἀνὴρ ἐλλόγιμος τῶν Αἰνιάνων, ἀναλαβὼν ῥάκια καὶ πήραν, καὶ προσαίτης ὢν, ἀφίκετο πρὸς τοὺς Ἰναχιεῖς· ὕβρει δὲ καὶ πρὸς γέλωτα τοῦ βασιλέως βῶλον ἐπιδόντος αὐτῷ, δεξάμενος εἰς τὴν πήραν ἐνέβαλε, καὶ ἐμφανὴς ἦν ἠγαπηκὼς τὸ δῶρον· ἀπεχώρησε γὰρ εὐθὺς οὐδὲν προσαιτήσας. Οἱ δὲ πρεσβύτεροι θαυμάσαντες, ἀνεμιμνήσκοντο τοῦ χρησμοῦ, καὶ τῷ βασιλεῖ προσιόντες, ἔλεγον μὴ καταφρονῆσαι, μηδὲ προέσθαι τὸν ἄνθρωπον. Αἰσθόμενος οὖν ὁ Τέμων τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ὥρμησε φεύγειν, καὶ διέφυγεν εὐξάμενος τῷ Ἀπόλλωνι καθ' ἑκατόμβης. Ἐκ δὲ τούτου μονομαχοῦσιν οἱ βασιλεῖς, καὶ τὸν τῶν Ἰναχιέων Ὑπέροχον ὁ τῶν Αἰνιάνων Φήμιος, ὁρῶν μετὰ κυνὸς αὐτῷ προσφερόμενον, οὐκ ἔφη δίκαια ποιεῖν, δεύτερον ἐπάγοντα μαχόμενον. Ἀπελαύνοντος δὲ τοῦ Ὑπερόχου τὸν κύνα καὶ μεταστρεφομένου, λίθῳ βαλὼν ὁ Φήμιος αὐτὸν ἀναιρεῖ. Κτησάμενοι δὲ τὴν χώραν, τοὺς Ἰναχιεῖς μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἐκβαλόντες, τὸν μὲν λίθον ἐκεῖνον ὡς ἱερὸν σέβονται, καὶ θύουσιν αὐτῷ, καὶ τοῦ ἱερείου τῷ δημῷ περικαλύπτουσιν. Ὅταν δὲ τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἑκατόμβην ἀποδιδῶσι, τῷ Διὶ βοῦν καθιερεύσαντες, μερίδα τοῖς Τέμωνος ἀπογόνοις ἐξαίρετον νέμουσι, καὶ πτωχικὸν κρέας ἐπονομάζουσι.

14. « Τίνες οἱ παρ' Ἰθακησίοις Κολιάδαι; καὶ τίς ὁ Φάγιλος; » Τῷ Ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν, μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος, ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μεταναστῆναι καὶ φεύγειν ἐκ

serta, e medio se subduxit, cinguloque soluto fauces illigans sese suspendit. Tum crescente penuria, et morbis accedentibus, Pythia regi respondit : *Placandos esse manes Charilæ virginis, quæ ipsa sibi mortem conscivisset.* Vix tandem investigato id nomen puellæ quæ alapam accepisset fuisse, piaculare quoddam sacrificium peregerunt, quod etiamnum nono quovis anno fit. Præsidet rex, et farinam leguminaque impertit omnibus et peregrinis et civibus : infertur puerile simulacrum Charilæ : postquam omnibus datum fuit, rex id calceo ferit : quæ autem Thyadum est princeps, simulacrum ad confragosum defert locum, ibique collum fune cingentes simulacri, id defodiunt ubi olim Charila, quæ se strangulaverat, sepulta fuerat.

XIII. *Quid est mendicatoria caro apud Ænianes?* Sæpius migraverunt Ænianes. Principio enim cum habitarent circa Dotium campum, inde a Lapithis ad Æthicas fuerunt expulsi. Post Molossiæ regionem quæ est circa Avum occuparunt, unde iis nomen Paravæi factum fuit. Deinde Cirram obtinuerunt : ubi cum jussu dei regem Œnoclum lapidibus obruissent, in regionem Inacho amni adjacentem descenderunt, quæ tum ab Inachiis et Achæis tenebatur. His erat oraculum datum, fore ut si partem agri darent, universum amitterent : illis, potituros esse, si a volentibus acciperent. Tum Temo primi inter Ænianes nominis vir, pannis obsitus, peramque gestans in morem mendici, se ad Inachios contulit : cui cum ludibrii causa rex glebam terræ tribuisset stipem petenti, acceptam eam in peram conjecit, munereque optime contentus isto sese subduxit, nihil porro exigens. Seniores hoc mirari, et in memoriam revocare oraculum, regem adire, hortarique, ne rem negligeret, sed hominem apprehenderet; Temo animadvertere quid ii cogitarent, fugaque data ad suos evadere, vota Apollini hecatomba. Secundum hæc singulari prælio reges congressi sunt : ibi cum Hyperochum Inachiorum regem videret comite cane contra se venire Phemius Ænianum rex, injuste agere dixit qui socium ad pugnam adduceret : et avertentem se canis abigendi gratia lapidis jactu interfecit. Sic Ænianes potiti ea ditione, pulsis Inachiis atque Achæis, lapidem istum tanquam sacrum colunt, eique rem sacram faciunt, et adipe hostiæ eum tegunt : cumque Apolloni hostiam persolvunt, Jovi taurum immolantes, partem carnium eximiam Temonis posteris tribuunt, ac mendicatoriam carnem appellant.

XIV. *Quinam sunt apud Ithacenses Coliadæ, et quis Phagilus?* Adversus Ulyssem procorum ab ipso necatorum necessarii seditionem moverunt. Arbiter adscitus ab utraque parte Neoptolemus, judicavit debere Ulyssem ut sanguine inquinatum exsulare Cephallenia,

ῆς Κεφαλληνίας, καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, τοὺς δὲ τῶν μνηστήρων ἑταίρους καὶ οἰκείους ποφέρειν ποινὴν Ὀδυσσεῖ τῶν εἰς τὸν οἶκον ἀδικημάτων καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη· τὴν δὲ ποινὴν τῷ υἱεῖ καθιερώσας, ἀποφέρειν ἐκέλευσε τοὺς Ἰθακησίους. Ἦν δ' ἄλφιτα, οἶνος, κηρία, ἔλαιον, ἅλες, ἱερεῖα πρεσβύτερα φαγίλων· φάγιλον δέ φησιν Ἀριστοτέλης τὸν ἀμνὸν εἶναι. Τοὺς δὲ περὶ Εὔμαιον ἐλευθερώσας ὁ Τηλέμαχος, κατέμιξεν εἰς τοὺς πολίτας, καὶ τὸ γένος ἐστὶ Κολιαδῶν ἀπ' Εὐμαίου, καὶ Βουκολιῶν ἀπὸ Φιλοιτίου.

15. «Τίς ἡ ξυλίνη κύων παρὰ Λοκροῖς;» Φυσκίου τοῦ Ἀμφικτύονος υἱὸς ἦν Λοκρός· ἐκ δὲ τούτου [καὶ] Καβύης Λοκρός. Πρὸς ὃν ὁ πατὴρ διενεχθεὶς καὶ συχνοὺς τῶν πολιτῶν ἀναλαβὼν, περὶ ἀποικίας ἐμαντεύετο. Τοῦ δὲ θεοῦ φήσαντος κτίζειν πόλιν, ὅπουπερ ἂν τύχῃ δηχθεὶς ὑπὸ κυνὸς ξυλίνης, ὑπερβαίνων εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν, ἐπάτησε κυνόσβατον. Ἐνοχληθεὶς δὲ τῇ πληγῇ, διέτριψεν ἡμέρας αὐτόθι πλείονας, ἐν αἷς καταμαθὼν τὸ χωρίον, ἔκτισε πόλεις Φυσκεῖς καὶ Ὑάνθειαν, καὶ τὰς ἄλλας, ὅσας οἱ κληθέντες Ὀζόλαι Λοκροὶ κατῴκησαν. Ὀζόλας δὲ Λοκροὺς, οἱ μὲν, διὰ τὸν Νέσσον, οἱ δὲ, τὸν Πύθωνα δράκοντα, κληθῆναι λέγουσιν, ἐκβρασθέντας ὑπὸ τῆς θαλάττης, καὶ σαπέντας ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν χώρᾳ. Τινὲς δὲ κώδια καὶ τραγέας τοὺς ἀνθρώπους φοροῦντας, καὶ τὰ πλεῖστα συνόντας αἰπολίοις, γενέσθαι δυσώδεις. Ἔνιοι δὲ τοὐναντίον πολυάνθεμον τὴν χώραν οὖσαν, ὑπ' εὐωδίας τοὔνομα λαβεῖν· ὧν ἐστι καὶ Ἀρχύτας ὁ Ἀμφισσεύς· γέγραφε γὰρ οὕτω·

*Τὴν βοτρυοστέφανον μυρίπνουν Μακύναν ἐραννήν.

16. «Τί τὸ καλούμενον ὑπὸ Μεγαρέων ἀφάβρωμα;» Νῖσος, ἀφ' οὗ προσηγορεύθη Νισαία, βασιλεύων ἐκ Βοιωτίας ἔγημεν Ἀβρώτην, Ὀγχήστου θυγατέρα, Μεγαρέως δὲ ἀδελφὴν, γυναῖκα καὶ τὸ φρονεῖν, ὡς ἔοικε, περιττὴν καὶ σώφρονα διαφερόντως. Ἀποθανούσης δ' αὐτῆς, οἵ τε Μεγαρεῖς ἐπένθησαν ἑκουσίως, καὶ ὁ Νῖσος ἀΐδιον τινὰ μνήμην καὶ δόξαν αὐτῆς καταστῆναι βουλόμενος, ἐκέλευε τὰς Μεγαρίδας φορεῖν ἣν ἐκείνη στολὴν ἐφόρει, καὶ τὴν στολὴν ἀφάβρωμα δι' ἐκείνην ὠνόμασε. Δοκεῖ δὲ τῇ δόξῃ τῆς γυναικὸς καὶ ὁ θεὸς βοηθῆσαι· πολλάκις γὰρ τὰς ἐσθῆτας ἀλλάξαι βουλομένας τὰς Μεγαρίδας χρησμῷ διεκώλυσε.

17. «Τίς ὁ δορύξενος;» Τὸ παλαιὸν ἡ Μεγαρὶς ᾠκεῖτο κατὰ κώμας, εἰς πέντε μέρη νενεμημένων τῶν πολιτῶν. Ἐκαλοῦντο δὲ Ἡραεῖς, καὶ Πιραεῖς, καὶ Μεγαρεῖς, καὶ Κυνοσουρεῖς, καὶ Τριποδισκαῖοι. Τῶν δὲ Κορινθίων πόλεμον αὐτοῖς ἐξεργασαμένων πρὸς ἀλλήλους (ἀεὶ γὰρ ἐπεβούλευον ὑφ' αὑτοῖς ποιήσασθαι τὴν Μεγαρικὴν), ὅμως δι' ἐπιείκειαν ἡμέρως ἐπολέμουν καὶ συγγενικῶς. Τοὺς μὲν γὰρ γεωργοῦντας οὐδεὶς ἠδίκει τὸ παράπαν, τοὺς δ' ἁλισκομένους λύτρον τι τεταγμένον ἔδει καταβαλεῖν, καὶ τοῦτο ἐλάμβανον

Zacyntho, atque Ithaca: socios autem et familiares procorum quotannis pro damno rei familiari Ulyssis illato, ei pendere mulctam. Itaque Ulysses in Italiam commigravit, mulctam filio dedicavit, eique ab Ithacensibus solvi jussit: erat autem farina, vinum, favi mellis, oleum, sal, et victimæ adultiores phagilis. Cæterum Aristoteles *phagilum* ait esse agnum. Porro Eumæum cum suis Telemachus libertate donatum civibus inseruit: estque ab Eumæo Coliadarum genus, a Philœtio Bucoliorum.

4. Ἄβουλος οὖν καὶ προπετὴς Ἀλέξανδρος ἐξ εὐτελῶν οὕτως ἐπὶ τὴν τηλικαύτην δύναμιν ὁρμώμενος; Οὐμενοῦν. Τίς γὰρ ἀπὸ μειζόνων ἢ καλλιόνων ἀφορμῶν ἀνήγετο; μεγαλοψυχίας, συνέσεως, σωφροσύνης, ἀνδραγαθίας, οἷς αὐτὸν ἐφωδίαζε φιλοσοφία πρὸς τὴν στρατείαν· καὶ πλείονας παρὰ Ἀριστοτέλους τοῦ καθηγητοῦ, ἢ παρὰ Φιλίππου τοῦ πατρὸς, ἀφορμὰς ἔχων, διέβαινεν ἐπὶ Πέρσας. Ἀλλὰ τοῖς μὲν γράφουσιν, ὡς Ἀλέξανδρος ἔφη ποτὲ τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν ἀκολουθεῖν αὐτῷ τῆς στρατείας ἐφόδιον, πιστεύομεν, Ὅμηρον σεμνύνοντες. Ἂν δέ τις φῇ τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν παραμύθιον πόνου καὶ διατριβῆς ἕπεσθαι καὶ σχολῆς γλυκείας, ἐφόδιον δὲ ἀληθῶς γεγονέναι τὸν ἐκ * φιλοσοφίας λόγον, καὶ τοὺς περὶ ἀφοβίας καὶ ἀνδρείας, ἔτι δὲ σωφροσύνης καὶ μεγαλοψυχίας ὑπομνηματισμοὺς, καταφρονοῦμεν· ὅτι δηλαδὴ περὶ συλλογισμῶν οὐδὲν, οὐδὲ περὶ ἀξιωμάτων ἔγραφεν, οὐδ' ἐν Λυκείῳ περίπατον συνέσχεν, οὐδ' ἐν Ἀκαδημίᾳ θέσεις εἶπεν· τούτοις γὰρ ὁρίζουσι φιλοσοφίαν οἱ λόγον αὐτὴν, οὐκ ἔργον νομίζοντες. Καίτοι γε οὐδὲ Πυθαγόρας ἔγραψεν οὐδὲν, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Ἀρκεσίλαος, οὐδὲ Καρνεάδης, οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων· καὶ οὐκ ἠσχολοῦντο περὶ πολέμους ἐκεῖνοι τηλικούτους, οὐδὲ βασιλεῖς βαρβάρους ἡμεροῦντες, οὐδὲ πόλεις Ἑλληνίδας ἐπικτίζοντες ἀγρίοις ἔθνεσιν, οὐδ' ἄθεσμα καὶ ἀνήκοα φῦλα νόμους διδάσκοντες καὶ εἰρήνην ἐπῄεσαν, ἀλλὰ καὶ σχολάζοντες, τὸ γράφειν παρίεσαν τοῖς σοφισταῖς. Πόθεν οὖν ἐπιστεύθησαν ἐκεῖνοι φιλοσοφεῖν; Ἀφ' ὧν εἶπον, ἢ ἀφ' ὧν ἐβίωσαν, ἢ ἀφ' ὧν ἐδίδαξαν. Ἀπὸ

nes saxorum ad quæ evolare aves nequeunt (Aorna saxa), ferarum conspectus naturam excedentium, agrestis et inhumana victus ratio, mutationes regulorum, iteratæque proditiones. Ante illam vero expeditionem a Philippicis bellis recalcitrabat Græcia, et Thebæ Chæronensem pulverem ab armis decutiebant, e ruina resurgentes, adjuvantibus, auxiliaresque porrigentibus manus Atheniensibus: ad hæc tota novas occulte res meditabatur Macedonia, ad Amyntam et Æropi filios animis inclinans: erumpebant Illyrii, et Scythicæ res fluctuabant vicinis turbas molientibus: aurum quoque Persicum per omnium locorum oratores diffusum, exagitabat Peloponnesum: ad hæc exhausti erant Philippi thesauri, et debebat rex præterea, ut auctor est Onesicritus, ducenta talenta. In tanta inopia, ac rerum perturbatione, ausus est adolescens, qui vixdum ex ephebis excesserat, Babylonem sperare et Susa, imo vel imperium in universos homines animo concipere, fretus (putatis) triginta peditum, et quatuor equitum millibus. Tot enim fuisse Aristobulus affirmat: rex Ptolemæus triginta millia peditum, equitum quinque millia ponit: Anaximenes quadraginta et tria millia peditum, equites quinque millia et quingentos. Præclarum vero, quod ei Fortuna paraverat, viaticum, septuaginta erant talenta, si Aristobulo credimus: si Duris audiendus est, triginta duntaxat dierum commeatus.

IV. Inconsultus igitur fuit et temerarius Alexander, qui ita tenui cum re adversus tantam potentiam ausus est bellum suscipere? Nequaquam vero. Quis enim unquam majoribus pulchrioribusve instructus rei gerendæ occasionibus ad bellum profectus est? magnanimitate, inquam, prudentia, temperantia, fortitudine; quibus eum viaticis philosophia ad expeditionem instruxit; ut majorem a præceptore Aristotele, quam a Philippo patre commeatum ad rem gerendam consecutus, in Persas moverit. Nos autem credimus iis, qui scribunt *Alexandrum aliquando dixisse Iliadem se et Ulysseam habuisse secum expeditionis suæ viaticum*: atque Homerum eo nomine prædicamus. Si quis vero affirmet eum libros istos animi reficiendi, laborisque consolandi, et otio suavitatem conciliandi gratia secum tulisse: viaticum re vera ei fuisse doctrinam e philosophia perceptam, et commentationes de vacuitate metus, fortitudine, temperantia, magnanimitate, contemnimus: scilicet quia nihil de syllogismis aut pronunciatis scripsit, neque ambulationem in Lyceo occupavit, neque de propositis in Academia disputavit: his enim rebus philosophiam definiunt, qui eam verba, non res putant. Atqui neque Pythagoras quicquam scripsit, neque Socrates, neque Arcesilaus, neque Carneades, nobilissimi philosophi: neque illos tanta occupabant bella, neque barbaros reges cicurando, et Græcanicas urbes in feris condendo nationibus, et injustas contumacesque gentes pacem legesque docendo, terras peragrabant: sed quantumvis in otio vitam agentes, scribendi munus sophistis relinquebant. Unde ergo creditum est eos philosophari? E dictis, e factis, ex iis quæ docuerunt. Ex his itaque de Alexandro ju-

τούτων κρινέσθω καὶ Ἀλέξανδρος· ὀφθήσεται γὰρ οἷς εἶπεν, οἷς ἔπραξεν, οἷς ἐπαίδευσε, φιλόσοφος.

5. Καὶ πρῶτον τὸ παραδοξότατον, εἰ βούλει, σκόπει, τοὺς Ἀλεξάνδρου μαθητὰς τοῖς Πλάτωνος, τοῖς Σωκράτους ἀντιπαραβάλλων. Εὐφυεῖς οὗτοι καὶ ὁμογλώσσους ἐπαίδευον, εἰ μηδὲν ἄλλο, φωνῆς Ἑλληνίδος συνιέντας· καὶ πολλοὺς οὐκ ἔπεισαν· ἀλλὰ Κριτίαι καὶ Ἀλκιβιάδαι καὶ Κλειτοφῶντες, ὥσπερ χαλινὸν τὸν λόγον ἐκπτύσαντες, ἄλλῃ που παρετράπησαν. Τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου παιδείαν ἂν ἐπιβλέπῃς, Ὑρκανοὺς γαμεῖν ἐπαίδευσε, καὶ γεωργεῖν ἐδίδαξεν Ἀραχωσίους, καὶ Σογδιανοὺς ἔπεισε πατέρας τρέφειν, καὶ μὴ φονεύειν, καὶ Πέρσας σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν. Ὢ θαυμαστῆς φιλοσοφίας, δι' ἣν Ἰνδοὶ θεοὺς Ἑλληνικοὺς προσκυνοῦσι, Σκύθαι θάπτουσι τοὺς ἀποθανόντας, οὐ κατεσθίουσι. Θαυμάζομεν τὴν Καρνεάδου δύναμιν, εἰ Κλειτόμαχον, Ἀσδρούβαν καλούμενον πρότερον, καὶ Καρχηδόνιον τὸ γένος, ἑλληνίζειν ἐποίησε· θαυμάζομεν τὴν διάθεσιν Ζήνωνος, εἰ Διογένη τὸν Βαβυλώνιον ἔπεισε φιλοσοφεῖν· ἀλλ' Ἀλεξάνδρου τὴν Ἀσίαν ἐξημεροῦντος, Ὅμηρος ἦν ἀνάγνωσμα, καὶ Περσῶν καὶ Σουσιανῶν καὶ Γεδρωσίων παῖδες τὰς Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους τραγῳδίας ᾖδον. Καὶ Σωκράτης μὲν ξένα παρεισάγων δαιμόνια, δίκην τοῖς Ἀθήνησιν ὠφλίσκανε συκοφάνταις· διὰ δ' Ἀλέξανδρον τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς Βάκτρα καὶ Καύκασος προσεκύνησε. Πλάτων μὲν [γὰρ] μίαν γράψας πολιτείαν, οὐδένα πέπεικεν αὐτῇ χρῆσθαι διὰ τὸ αὐστηρόν· Ἀλέξανδρος δὲ ὑπὲρ ἑβδομήκοντα πόλεις βαρβάροις ἔθνεσιν ἐγκτίσας, καὶ κατασπείρας τὴν Ἀσίαν Ἑλληνικοῖς τέλεσι, τῆς ἀνημέρου καὶ θηριώδους ἐκράτησε διαίτης. Καὶ τοὺς μὲν Πλάτωνος ὀλίγοι νόμους ἀναγινώσκομεν, τοῖς δὲ Ἀλεξάνδρου μυριάδες ἀνθρώπων ἐχρήσαντο καὶ χρῶνται· μακαριώτεροι τῶν διαφυγόντων Ἀλέξανδρον οἱ κρατηθέντες γενόμενοι· τοὺς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἔπαυσεν ἀθλίως ζῶντας, τοὺς δὲ ἠνάγκασεν εὐδαιμονεῖν ὁ νικήσας. Ὥστε, ὅπερ εἶπε Θεμιστοκλῆς, ὑπηνίκα φυγὼν ἔτυχε δωρεῶν μεγάλων παρὰ βασιλέως καὶ τρεῖς πόλεις ὑποφόρους ἔλαβε, τὴν μὲν εἰς σῖτον, τὴν δ' εἰς οἶνον, τὴν δ' εἰς ὄψον· Ὦ παῖδες ἀπωλόμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα· τοῦτο περὶ τῶν ἁλόντων ὑπ' Ἀλεξάνδρου δικαιότερόν ἐστιν εἰπεῖν. Οὐκ ἂν ἡμερώθησαν, εἰ μὴ ἐκρατήθησαν· οὐκ ἂν εἶχεν Ἀλεξάνδρειαν Αἴγυπτος, οὐδὲ Μεσοποταμία Σελεύκειαν, οὐδὲ Προφθασίαν Σογδιανή, οὐδ' Ἰνδία Βουκεφαλίαν, οὐδὲ πόλιν Ἑλλάδα Καύκασος περιοικοῦσαν,* αἷς ἐμπολισθεῖσιν ἀπεσβέσθη τὸ ἄγριον, καὶ μετέβαλε τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἐθιζόμενον. Εἰ τοίνυν μέγιστον μὲν οἱ φιλόσοφοι φρονοῦσιν ἐπὶ τῷ τὰ σκληρὰ καὶ ἀπαίδευτα τῶν ἠθῶν ἐξημεροῦν καὶ μεθαρμόζειν, μυρία δὲ φαίνεται γένη καὶ φύσεις θηριώδεις μεταβαλὼν Ἀλέξανδρος, εἰκότως ἂν φιλοσοφώτατος νομίζοιτο.

6. Καὶ μὴν ἡ πολὺ θαυμαζομένη πολιτεία τοῦ τὴν Στωϊκῶν αἵρεσιν καταβαλομένου Ζήνωνος, εἰς ἓν τοῦτο

dicetur : quæ dixit, quæ egit, quæ docuit, philosophum fuisse eum ostendent.

V. Ac primo id, quod ab opinione vulgi est alienissimum, considera, comparationem discipulorum Alexandri cum discipulis Platonis et Socratis. Ingeniosos hi, et eadem lingua utentes instituerunt, si nihil aliud, saltem Græci sermonis intelligentes, et multis horum sua non persuaserunt : cum Critiæ, Alcibiades, Clitophontes præcepta tanquam frenum exspuentes alio deflecterent. Alexandri doctrinam si inspicias, Hyrcanos docuit conjugiis uti : Arachosios agriculturam : Sogdianis persuasit, ut alerent, non interficerent, patres : Persas ut venerarentur, non uxorum loco haberent, matres. O admirabilem philosophiam! quæ fecit, ut Indi deos Græcorum colerent, et Scythæ mortuos humarent, non, ut ante, comederent. Admiramur Carneadis vim, qui Clitomachum, domo Carthaginiensem, prius Asdrubalem vocatum, Græcos mores institutaque amplecti docuit : et Zenonis, quod Diogeni Babylonio persuasit, ut operam philosophiæ daret. At vero Asia ab Alexandro pacata Homerum passim legebat : et Persarum, Susianorum, Gedrosiorumque filii Euripidis ac Sophoclis cantabant tragœdias. Et Socrates quidem novos introducens genios, pœnas Atheniensibus calumniatoribus dedit : Alexandri opera factum est, ut Bactra et Caucasus Græcorum deos adorarent. Plato unicam reipublicæ formam scripsit, neque cuiquam persuasit ut ea uteretur, quod erat austera : Alexander amplius septuaginta urbibus in barbaris condidit gentibus, disseminatisque per Asiam Græcis institutis, a fera et belluina vitæ ratione homines detraxit. Ac Platonis sane leges pauci legimus : Alexandri legibus multa hominum millia usa sunt et utuntur : victique ab eo feliciores iis sunt qui ipsum subterfugerunt : cum his nemo misere vivendi finem imposuerit, illos victor coegerit feliciter vivere. Itaque quod Themistocles dixit, quo tempore a patria profugum rex Persiæ magnis affecit donis, tresque ei urbes stipendiarias fecit, unam ad frumentum, alteram ad vinum, tertiam ad obsonium suppeditandum : *O pueri, perieramus nisi periissemus* : id rectius de his dici potest, quos Alexander subegit. Nunquam enim mansuevissent, si domiti non fuissent : non haberet Alexandriam Ægyptus, neque Seleuciam Mesopotamia, neque Sogdiana Prophthasiam, neque Bucephaliam Indi, neque Caucasus circumpositas Græcanicas urbes, per quas ibi conditas barbara feritas repressa paulatim est, moresque de malis in bonos consuetudine redacti. Proinde si recte maximam sibi laudem philosophi inde petunt quod dura et inculta ingenia emolliunt atque componunt; merito pro summo philosopho Alexander habendus est, qui innumeras efferas gentes atque indoles cicuraverit.

VI. Jam illa reipublicæ forma a Zenone Stoicæ sectæ auctore tradita, quæ tantopere laudatur, ad

συντείνει κεφάλαιον, ἵνα μὴ κατὰ πόλεις μηδὲ [κατὰ] δήμους οἰκῶμεν, ἰδίοις ἕκαστοι διωρισμένοι δικαίοις, ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους ἡγώμεθα δημότας καὶ πολίτας, εἷς δὲ βίος ᾖ καὶ κόσμος, ὥσπερ ἀγέλης συννόμου νόμῳ κοινῷ συντρεφομένης. Τοῦτο Ζήνων μὲν ἔγραψεν ὥσπερ ὄναρ ἢ εἴδωλον εὐνομίας φιλοσόφου καὶ πολιτείας ἀνατυπωσάμενος· Ἀλέξανδρος δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον παρέσχεν. Οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευεν αὐτῷ, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενος· καὶ τῶν μὲν, ὡς φίλων καὶ οἰκείων ἐπιμελούμενος, τοῖς δὲ, ὡς ζώοις, ἢ φυτοῖς, προσφερόμενος, πολεμοποιῶν φυγῶν ἐνέπλησε καὶ στάσεων ὑπούλων τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλὰ κοινὸς ἥκειν θεόθεν ἁρμοστὴς καὶ διαλλακτὴς τῶν ὅλων νομίζων, οὓς τῷ λόγῳ μὴ συνῆγε, τοῖς ὅπλοις βιαζόμενος, εἰς τὸ αὐτὸ συνενεγκὼν τὰ πανταχόθεν, ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, μίξας τοὺς βίους καὶ τὰ ἤθη, καὶ τοὺς γάμους καὶ τὰς διαίτας, πατρίδα μὲν τὴν οἰκουμένην προσέταξεν ἡγεῖσθαι πάντας, ἀκρόπολιν δὲ καὶ φρουρὰν τὸ στρατόπεδον, συγγενεῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλοφύλους δὲ τοὺς πονηρούς· τὸ δὲ Ἑλληνικὸν καὶ βαρβαρικὸν μὴ χλαμύδι, μηδὲ πέλτῃ, μηδὲ ἀκινάκῃ, μηδὲ κάνδυϊ διορίζειν, ἀλλὰ τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ἀρετῇ, τὸ δὲ βαρβαρικὸν κακίᾳ τεκμαίρεσθαι· κοινὰς δὲ τὰς ἐσθῆτας ἡγεῖσθαι καὶ τραπέζας, καὶ γάμους καὶ διαίτας, δι' αἵματος καὶ τέκνων ἀνακεραννυμένους.

7. Δημάρατος μὲν οὖν ὁ Κορίνθιος εἷς ὢν τῶν Φιλίππου ξένων καὶ φίλων, ὅτε Ἀλέξανδρον εἶδεν ἐν Σούσοις, περιχαρὴς γενόμενος καὶ δακρύσας, μεγάλης ἔφη χαρᾶς ἐστερῆσθαι τοὺς ἔμπροσθεν τεθνηκότας Ἕλληνας, ὅτι Ἀλέξανδρον οὐκ εἶδον ἐν τῷ Δαρείου θρόνῳ καθήμενον. Ἐγὼ δὲ οὐδὲ τούτου μὰ Δία τοῦ θεάματος ζηλῶ τοὺς ἰδόντας, ὃ καὶ τύχης ἦν καὶ κοινοτέρων βασιλέων· ἀλλ' ἐκείνης ἡδέως ἄν μοι δοκῶ γενέσθαι τῆς καλῆς καὶ ἱερᾶς νυμφαγωγίας θεατὴς, ὅτε μιᾷ σκηνῇ χρυσωρόφῳ περιλαβὼν, ἐφ' Ἑστίας κοινῆς καὶ τραπέζης, ἑκατὸν Περσίδας νύμφας καὶ ἑκατὸν νυμφίους Μακεδόνας καὶ Ἕλληνας, αὐτὸς ἐστεφανωμένος πρῶτος ἀναμέλπων τὸν ὑμέναιον, ὥσπερ φιλοτήσιον ἐπᾴδων μέλος, εἰς κοινωνίαν συνιοῦσι τοῖς μεγίστοις καὶ δυνατωτάτοις γένεσι, μιᾶς νυμφίος, πασῶν δὲ νυμφαγωγὸς ἅμα καὶ πατὴρ καὶ ἁρμοστὴς κατὰ ζυγὰ συνῆπτεν. Ἡδέως γὰρ ἂν εἶπον· Ὦ βάρβαρε Ξέρξη καὶ ἀνόητε, καὶ μάτην πολλὰ περὶ τὴν Ἑλλησποντίαν πονηθεὶς γέφυραν· οὕτως ἔμφρονες βασιλεῖς Ἀσίαν Εὐρώπῃ συνάπτουσιν, οὐ ξύλοις, οὐδὲ σχεδίαις, οὐδὲ ἀψύχοις καὶ ἀσυμπαθέσι δεσμοῖς, ἀλλ' ἔρωτι νομίμῳ καὶ γάμοις σώφροσι, καὶ κοινωνίαις παίδων τὰ γένη συνάπτοντες.

8. Πρὸς τοῦτον ἀποβλέπων τὸν κόσμον Ἀλέξανδρος, οὐ τὴν ἐσθῆτα προσήκατο τὴν Μηδικὴν, ἀλλὰ τὴν Περσικὴν, πολλῷ τῆς Μηδικῆς εὐτελεστέραν οὖσαν. Τὰ γὰρ ἔξαλλα * καὶ τραγικὰ τοῦ βαρβαρικοῦ κόσμου παραιτησάμενος, οἷον τιάραν καὶ κάνδυν καὶ ἀναξυρίδας, ἐκ τοῦ Περσικοῦ καὶ Μακεδονικοῦ

unum hoc caput tendit, ut non per urbes ac pagos habitemus, singuli proprio nobis jure ab aliis distincti, sed universos homines populares civesque nostros censeamus esse, una omnium vitæ ratio, unus ordo sit, tanquam gregis alicujus quæ communibus utitur æquali lege pascuis. Atque hoc quidem scriptum reliquit Zeno, tanquam somnium aut imaginem æquitatis et reipublicæ philosophicæ informans. Alexander re ipsa doctrinam eam expressit. Neque enim secutus est Aristotelis consilium, qui eum jubebat Græcis se tanquam principem, barbaris ut dominum præbere, et illorum quidem ut amicorum et domesticorum curam gerere, his tanquam brutis aut stirpibus uti: quod si fecisset, regnum suum bellis, exiliis, seditionibus, simultatibusque implevisset. Sed ita statuens, divinitus se communem omnium nationum moderatorem atque arbitrum esse missum, quos verbis non poterat, armis ad communitatem adigens, omnes undique gentes in unum corpus conduxit, tanquam in amicitiæ cratere commiscens vitas, mores, nuptias, victus rationes: mandavitque ut universi mundum pro patria agnoscerent, castra pro arce et præsidio, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis: inter Græcum et barbaricum non chlamyde, pelta, acinace, candye distinguerent, sed Græcum virtute, barbaricum vitiositate æstimarent: communes autem ducerent vestes, mensas, conjugia, victus rationes, cum hæc omnia sanguine et prole invicem essent contemperata.

VII. Demaratus Corinthius, unus de hospitibus et amicis Philippi, cum Alexandrum Susis videret, magno correptus gaudio, effusis lacrymis, *Magno*, dixit, *gaudio privatos esse Græcos ante id tempus vita defunctos, quod Alexandrum non vidissent in solio Darii sedentem.* Ego autem mehercle eos, quibus id spectare contigit, isto nomine beatos non censeo, cum Fortunæ id fuerit munus, et regum minus excellentium: illam vero videre voluissem præclaram sacramque sponsalium procurationem, cum Alexander uno tentorio, quod auro erat ornatum, complexus centum Persidas sponsas, totidemque Macedonas et Græcos sponsos, communibus penatibus mensæque eidem adhibuit, primusque ipse serto redimitus hymenæum orsus, tanquam cantilenam amoris mutui testem accinens, maximas et potentissimas gentes in communitatem conduxit centum copulatis conjugio paribus, unius ipse sponsus, reliquis omnibus auspex simul et pater et moderator. Cum voluptate enim aliqua dixissem: *O barbare et fatue Xerxa, et frustra tanto conatu pontem Hellespontium molite: sic prudentes reges Asiam Europæ conjungunt, non lignis, non ratibus, non animæ et consensionis expertibus vinculis, sed legitimo amore, castisque nuptiis et prolis communione gentes uniendo.*

VIII. Ad hunc respiciens ornatum Alexander, non Medicum adscivit vestitum, sed Persicum, multo quam est Medicus viliorem: nam aliena ista et inusitata ac tragica barbarici ornatus recusans, ut tiaram et candyn et anaxyrides, vestem gestavit ex habitu Persico et Macedonico compositam, ut Eratosthenes

τρόπου μεμιγμένην τινὰ στολὴν ἐφόρει, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἱστόρηκεν· ὡς μὲν φιλόσοφος, τοῖς ἀδιαφόροις χρώμενος· ὡς δὲ ἡγεμὼν κοινὸς καὶ βασιλεὺς φιλάνθρωπος, τῇ περὶ τὴν ἐσθῆτα τιμῇ τὴν τῶν κεκρατημένων ἀνακτώμενος εὔνοιαν, ἵνα βεβαίως παραμένωσιν ἀγαπῶντες ὡς ἄρχοντας Μακεδόνας, μὴ μισοῦντες ὡς πολεμίους. Τοὐναντίον γὰρ ἦν ἀσόφου καὶ τετυφωμένης ψυχῆς, τὴν μὲν αὐτόχρουν χλαμύδα θαυμάζειν, τὸν δὲ περιπόρφυρον χιτῶνα δυσχεραίνειν· ἢ πάλιν ἐκεῖνα μὲν ἀτιμάζειν, τούτοις δὲ ἐκπεπλῆχθαι, δίκην νηπίου παιδὸς φυλάττοντα τὴν περιβολὴν, ἣν ἡ πάτριος αὐτῷ συνήθεια, καθάπερ τιτθὴ, περιέθηκε. Ζῷα θηρεύοντες ἄνθρωποι, δορὰς ἐλάφων περιτίθενται, καὶ πτερωτοῖς ἀμπέχονται χιτωνίσκοις, ἄγραις ἐπιχειροῦντες ὀρνίθων, καὶ φυλάττονται ταύροις ὀφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκοὺς χιτῶνας· ἐρεθίζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῷα τούτων καὶ διαθηριοῦται. Εἰ δὲ βασιλεὺς μέγας, ἔθνη δυσκάθεκτα καὶ μαχόμενα, καθάπερ ζῷα τιθασεύων καὶ μειλισσόμενος, ἐσθῆσιν οἰκείαις καὶ συνήθεσιν ἐξεπράϋνε διαίταις καὶ κατέστελλεν, οἰκειούμενος αὐτῶν τὸ δύσθυμον, καὶ παρηγορῶν τὸ σκυθρωπὸν, ἐγκαλοῦσιν, οὐχὶ θαυμάζουσι τὴν σοφίαν, ὅτι τῷ τυχόντι μετασχηματισμῷ τὴν Ἀσίαν ἐδημαγώγησε, τοῖς μὲν ὅπλοις τῶν σωμάτων ἐπικρατήσας, τῇ δὲ ἐσθῆτι τὰς ψυχὰς προσαγαγόμενος; Καίτοι γε Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικὸν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος, δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον· Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἐγκαλοῦσιν, ὅτι τὴν πάτριον ἐσθῆτα κοσμῶν, οὐδὲ τὴν δορίκτητον ὑπερεῖδε, μεγάλων πραγμάτων καταβαλλόμενος ἀρχάς. Οὐ γὰρ λῃστρικῶς τὴν Ἀσίαν καταδραμὼν, οὐδὲ ὥσπερ ἅρπαγμα καὶ λάφυρον εὐτυχίας ἀνελπίστου, σπαράξαι καὶ ἀνασύρασθαι διανοηθεὶς, καθάπερ ὕστερον μὲν Ἀννίβας Ἰταλίαν, πρότερον δὲ Τρῆρες Ἰωνίαν, καὶ Σκύθαι Μηδίαν ἐπῆλθον· ἀλλ' ἑνὸς ὑπήκοα λόγου τὰ ἐπὶ γῆς καὶ μιᾶς πολιτείας, ἕνα δῆμον ἀνθρώπους ἅπαντας ἀποφῆναι βουλόμενος, οὕτως ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν· εἰ δὲ μὴ ταχέως ὁ δεῦρο καταπέμψας τὴν Ἀλεξάνδρου ψυχὴν ἀνεκαλέσατο δαίμων, εἷς ἂν νόμος ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπέβλεπε, καὶ πρὸς ἓν δίκαιον ὡς πρὸς κοινὸν διῴκηντο φῶς. Νῦν δὲ τῆς γῆς ἀνήλιον μέρος ἔμεινεν, ὅσον Ἀλέξανδρον οὐκ εἶδεν.

9. Οὐκοῦν πρώτη μὲν ἡ τῆς στρατείας ὑπόθεσις φιλόσοφον τὸν ἄνδρα συνίστησιν, οὐχ ἑαυτῷ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην καὶ κοινωνίαν πρὸς ἀλλήλους παρασκευάσαι διανοηθέντα. Δεύτερον δὲ αὐτοῦ καὶ τὰς φωνὰς ἴδωμεν, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἤθη βασιλέων καὶ δυναστῶν μάλιστα ταῖς φωναῖς αἱ ψυχαὶ προβάλλουσιν. Ἀντίγονος ὁ γέρων, σοφιστοῦ τινος αὐτῷ σύγγραμμα προσᾴδοντος περὶ δικαιοσύνης, Ἀβέλτερος εἶ, εἶπεν, ὃς ὁρῶν με τὰς ἀλλοτρίας πόλεις τύπτοντα λέγεις περὶ δικαιοσύνης. Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος ἐκέλευε τοὺς μὲν

narrat : ut philosophus, indifferentibus utens : ut autem princeps communis, et rex humanus, vestis honore superatorum sibi parans benevolentiam, ut constantes permanerent, Macedonasque non ut hostes odio, sed ut principes amore prosequerentur. Contra enim insipientis erat et inflati animi, chlamydem unicolorem admirari, tunicam punica prætextam odisse, vel a diversa parte ista contemnere, ad hæc obstupescere : et in morem infantis eum conservare vestitum, quem majorum usus, tanquam nutrix, circumdedisset. Qui feras venantur homines, ii pellibus cervorum se amiciunt : et alatis tuniculis utuntur, qui aucupantur volucres : caventque tauris se ostentare in punicea veste, aut in alba elephantis : quia his coloribus ista animalia efferantur et in rabiem aguntur. Si autem rex magnus gentes intractabiles et imperio reluctantes, tanquam bestias cicurans, vestitiis consueto demitigavit, victusque usitata ratione compescuit, mœrorem animi eorum et tristitiam deliniens, id reprehendunt? Ac non potius admirantur sapientiam ejus, qui levi admodum habitus mutatione Asiam demulserit; utque corpora armis debellavit, ita veste animos sibi devinxerit? Enimvero Aristippum Socraticum admirantur, qui et vili pallio, et læna Milesia ita usus est, ut utrobique decorum servaverit : Alexandro autem vitio dant, quod, patrio habitu exornato, non contempsit vestem bello domitorum, cum quidem ille magnarum jaceret rerum fundamenta. Non enim latrocinio Asiam incursare, aut insperatæ fortunæ dono prædas et spolia rapere meditatus, quo modo postea temporis Italiam Annibal, et priscis temporibus Treres Ioniam, ac Scythæ Mediam populati sunt, sed omnes terræ populos uni subjicere imperio ac reipublicæ formæ omnes homines in unum populum conducere cupiens, hoc modo sese composuit. Ac nisi tam celeriter genius qui animum Alexandri huc demiserat, eumdem ad se revocasset; una uti que lex omnibus hominibus proposita fuisset : mortalesque universi ad unicum jus tanquam communem lucem respexissent. Nunc ea pars terræ quasi solis radiorum expers mansit, quæ Alexandrum non vidit.

IX. Ergo primum ipse expeditionis scopus hominem a philosophia commendat : ut qui non sibi luxum et opes ac splendorem, sed omnibus hominibus concordiam, pacem, mutuamque communicationem parare instituerit. Secundo loco dicta ejus consideremus, quando aliorum etiam regum atque principum mores et ingenia vocibus potissimum animi patefaciunt. Antigonus senex sophistæ cuidam, libros ei de justitia scriptos occinenti : *Stultus es, inquit, qui mihi, quem vides alienas urbes vexare, de justitia loquaris.* Diony-

παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δ' ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾶν. Τοῖς δὲ Σαρδαναπάλου μνημείοις ἐπιγέγραπται·

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα.

Τίς οὐκ ἂν εἴποι τῶν ἀποφθεγμάτων τούτων τῷ μὲν ἀποφαίνεσθαι φιληδονίαν, τῷ δ' ἀθεότητα, τῷ δὲ ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν; τῶν δ' Ἀλεξάνδρου φωνῶν ἂν ἀφέλῃς τὸ διάδημα καὶ * τὸν Ἄμμωνα καὶ τὴν εὐγένειαν, Σωκράτους, ἢ Πλάτωνος, ἢ Πυθαγόρου σοὶ φανοῦνται. Μὴ γὰρ ἃς οἱ ποιηταὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀνδριάσι μεγαληγορίας ἐπεχάραττον, οὐ τῆς μετριότητος, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως τῆς Ἀλεξάνδρου στοχαζόμενοι, σκοπῶμεν·

Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων·
Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι· Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε.

Καὶ Ἀλέξανδρος· Ἐγὼ Διὸς μὲν υἱός. Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οἱ ποιηταὶ κολακεύοντες αὐτοῦ τὴν τύχην προσεῖπον· τῶν δὲ ἀληθινῶν ἀποφθεγμάτων Ἀλεξάνδρου, πρῶτον ἄν τις τὰ παιδικὰ διέλθοι. Ποδωκέστατος γὰρ τῶν ἐφ' ἡλικίας γενόμενος νέων, καὶ τῶν ἑταίρων αὐτὸν ἐπ' Ὀλύμπια παρορμώντων, ἠρώτησεν, εἰ βασιλεῖς ἀγωνίζονται· τῶν δὲ οὐ φαμένων, ἄδικον εἶπεν εἶναι τὴν ἅμιλλαν, ἐν ᾗ νικήσει μὲν ἰδιώτας, νικηθήσεται δὲ βασιλεύς. Τοῦ δὲ πατρὸς Φιλίππου λόγχῃ τὸν μηρὸν ἐν Τριβαλλοῖς διαπαρέντος, καὶ τὸν μὲν κίνδυνον διαφυγόντος, ἀχθομένου δὲ τῇ χωλότητι· Θάρρει, πάτερ, ἔφη, καὶ πρόϊθι φανερῶς, ἵνα τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύῃς. Ταῦτα οὐκ ἔστι διανοίας φιλοσόφου, καὶ διὰ τὸν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἐνθουσιασμὸν ἤδη τῶν τοῦ σώματος ἐλαττωμάτων κατεξανισταμένης; Πῶς γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγάλλεσθαι τραύμασι, καθ' ἕκαστον μέρος ἔθνους μνημονεύοντα καὶ νίκης, καὶ πόλεων ἁλισκομένων, καὶ βασιλέων παραδιδόντων, οὐκ ἐγκαλυπτόμενον, οὐδὲ κατακρύπτοντα τὰς οὐλάς, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνας ἐγκεχαραγμένας ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας περιφέροντα;

10. Καὶ μὴν εἴ ποτε γένοιτο τῶν Ὁμήρου σύγκρισις ἐπῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς, ἢ παρὰ τὰ συμπόσια, ἄλλον ἄλλου στίχον προκρίνοντος, αὐτὸς ὡς διαφέροντα πάντων ἐνέκρινε τοῦτον,

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής·

ὃν ἄλλος ἔπαινον τῷ χρόνῳ προέλαβε, τοῦτον αὐτῷ νόμον κεῖσθαι λογιζόμενος, ὥστ' εἰπεῖν Ὅμηρον, ὅτι τῷ αὐτῷ μέτρῳ τὴν μὲν Ἀγαμέμνονος ἀνδραγαθίαν κεκόσμηκε, τὴν δ' Ἀλεξάνδρου μεμάντευται. Διαβὰς τοίνυν τὸν Ἑλλήσποντον, ἐθεᾶτο τὴν Τροίαν, ἀνατυπούμενος τὰς ἡρωϊκὰς πράξεις· καί τινος αὐτῷ τῶν ἐγχωρίων ὑποσχομένου τὴν Πάριδος λύραν, εἰ βούλοιτο, δώσειν· Οὐδὲν, ἔφη, τῆς ἐκείνου δέομαι· τὴν γὰρ Ἀχιλλέως κέκτημαι, πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἀνεπαύετο· ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν· ἡ δὲ Πάριδος, πάντως μαλακήν τινα καὶ θήλειαν ἁρμονίαν ἐρωτικοῖς ἔψαλλε μέλεσι. Φιλοσόφου τοίνυν ἐστὶ ψυχῆς, σοφίας ἐρᾷν, καὶ σοφοὺς ἄνδρας θαυμάζειν μάλιστα· τοῦτο δ' Ἀλεξάνδρῳ προσῆν, ὡς οὐδενὶ τῶν βασιλέων. Καὶ πῶς μὲν εἶχε

sius tyrannus dicebat, *pueros talis, viros jurejurando esse fallendos.* Sardanapali monimento inscriptum fuit:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit.

Quis ex his dictis non pronunciet primo injustitiam et alienorum appetentiam, secundo impietatem, tertio luxuriam tribui? Alexandri autem dicta, si diadema iis, et Ammonem, et nobilitatem generis adimas, Socratis tibi, aut Platonis, vel Pythagoræ videbuntur. Non enim consideremus eas voces, quas poetæ imaginibus et statuis ejus magniloquentes subscripserunt, non ad moderationem animi, sed ad potentiam Alexandri respicientes:

Æreus inspiciens divosque hominesque regentem
velle mihi est visus talia verba loqui:
Magne, tene, Jupiter, neque enim prohibemus, Olympum,
dum tellus toto pareat orbe mihi.

Et Alexander: Ego Jovis quidem filius. Hæc, ut dixi, poetarum sunt fortunam ejus adulantium. De genuinis autem Alexandri dictis primum perpendamus puerilia. Adolescens cum æquales velocitate pedum superaret, et socii ad Olympicum cursus certamen incitarent, quæsivit, *Regesne cursu essent certaturi:* negantibus, *Inique comparatum fore certamen,* dixit, *ubi privatos victurus esset, victus autem rex privatis palmam cessurus.* Patri Philippo hasta femur in Triballis transfixo, cum is evitato mortis periculo claudicationem iniquius ferret, *Bono animo es, pater mi,* inquit, *ac palam progredere, ut ad singulos gressus virtutis tuæ recorderis.* Nonne hæc animi sunt philosophici, et qui ob divinum instinctum, quo ad honesta fertur, adversus corporis vitia se erigat? Quomodo putas eum exsultasse propria vulnera commemorantem, ad singula gentem domitam aliquam, aut victoriam partam, urbemve captam, aut regem se dedentem dum referret; neque tegeret cicatrices, sed velut impressas virtutis et fortitudinis suæ notas circumferret?

X. Porro si quando in scholis Homeri versuum instituebatur comparatio, aut in conviviis, alio alium præferente, ipse hunc omnibus aliis præstare dixit:

Rex idem bonus, et fortis bellator in armis:

quam alius laudem tempore præceperat, eam sibi legem positam existimans: ut dicere liceat, Homerum uno versu et ornasse præstantiam Agamemnonis, et de Alexandri virtute oraculum edidisse. Cum in Hellespontum trajecisset, Trojam est contemplatus, et formam heroicarum actionum cum animo suo commentatus: ibi cum accolarum quidam se Paridis lyram ei daturum, si vellet, polliceretur: Nihil, inquit, ea mihi opus est: habeo enim Achillis, qua is animum solatus est,

Magnorum cantans illustria facta virorum:

nam Paridis omnino mollem ac muliebrem cantum edidit amatoriis cantilenis. Animi est philosophici sapientiam amare, et sapientes apprime admirari: qua in re Alexandrum nemo regum æquavit. Dictum est quo

πρὸς Ἀριστοτέλην εἴρηται, καὶ ὅτι τὸν μὲν ἁρμονικὸν Ἀνάξαρχον, ἐντιμότατον τῶν φίλων ἐνόμιζε. Πύῤῥωνι δὲ τῷ Ἠλείῳ πρῶτον ἐντυχόντι μυρίους χρυσοῦς ἔδωκε· Ξενοκράτει δὲ, τῷ Πλάτωνος συνήθει, πεντήκοντα τάλαντα δωρεὰν ἔπεμψεν· Ὀνησίκριτον δὲ, τὸν Διογένους τοῦ κυνὸς μαθητὴν, ὅτι ἄρχοντα τῶν κυβερνητῶν κατέστησεν, ὑπὸ πλειόνων ἱστόρηται. Διογένει δὲ αὐτῷ περὶ Κόρινθον εἰς λόγους ἐλθὼν, οὕτως ἔφριξε καὶ κατεπλάγη τὸν βίον καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς, ὥστε πολλάκις αὐτοῦ μνημονεύων λέγειν· Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· τουτέστιν, ἠσχολούμην ἂν περὶ λόγους, εἰ μὴ δι' ἔργων ἐφιλοσόφουν. Οὐκ εἶπεν· Εἰ μὴ βασιλεὺς ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· οὐδ', Εἰ μὴ πλούσιος καὶ Ἀργεάδης (οὐ γὰρ προέκρινε τὴν τύχην τῆς σοφίας, * οὐδὲ τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα τῆς πήρας καὶ τοῦ τρίβωνος)· ἀλλ' εἶπεν, Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· τουτέστιν, Εἰ μὴ τὰ βαρβαρικὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς κεράσαι διενοούμην, καὶ πᾶσαν ἤπειρον ἐπιὼν ἐξημερῶσαι, καὶ πέρατα γῆς ἀνευρὼν καὶ θαλάττης, ὠκεανῷ προσερεῖσαι Μακεδονίαν, καὶ τὴν Ἑλλάδα σπεῖραι, καὶ καταχέασθαι γένους παντὸς εὐδικίαν καὶ εἰρήνην, οὐκ ἂν ἐν ἀπράκτῳ τρυφῶν ἐξουσίᾳ καθήμην, ἀλλ' ἐζήλουν ἂν τὴν Διογένους εὐτέλειαν. Νῦν δὲ σύγγνωθι, Διόγενες· Ἡρακλέα μιμοῦμαι, καὶ Περσέα ζηλῶ, καὶ τὰ Διονύσου μετιὼν ἴχνη, θεοῦ γενάρχου καὶ προπάτορος, βούλομαι πάλιν ἐν Ἰνδίᾳ νικῶντας Ἕλληνας ἐγχορεῦσαι, καὶ τοὺς ὑπὲρ Καύκασον ὀρείους καὶ ἀγρίους τῶν βακχικῶν ἀναμνῆσαι κώμων. Κἀκεῖ τινες εἶναι λέγονται στεῤῥᾶς καὶ γυμνήτιδος σοφίας ἐθάδες, ἄνδρες ἱεροὶ καὶ αὐτόνομοι, θεῷ σχολάζοντες, εὐτελέστεροι Διογένους, οὐδὲν πήρας δεόμενοι. Τροφὴν γὰρ οὐκ ἀποτίθενται, πρόσφατον ἀεὶ καὶ νέαν ἀπὸ γῆς ἔχοντες· ποτὸν δὲ ποταμοὶ ῥέουσι· φύλλα δ' αὐτοῖς δένδρων ἀποχυθέντων καὶ πόα γῆς ἐγκατακλιθῆναι. Δι' ἐμὲ κἀκεῖνοι Διογένη γνώσονται, καὶ Διογένης ἐκείνους. Δεῖ κἀμὲ νόμισμα παρακόψαι, καὶ παραχαράξαι τὸ βαρβαρικῇ θέσει κατεσκευασμένον, Ἑλληνικῇ πολιτείᾳ.

II. Εἶεν· αἱ δὴ πράξεις αὐτοῦ πότερον αὐτοματισμὸν ἐπιφαίνουσι τύχης, καὶ βίαν πολεμικὴν καὶ χειροκρασίαν, ἢ πολλὴν μὲν ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην, πολλὴν δὲ σωφροσύνην καὶ πρᾳότητα, μετὰ κόσμου καὶ συνέσεως, νήφοντι καὶ πεπνυμένῳ τῷ λογισμῷ πάντα πράττοντος; Οὐ γάρ ἐστιν εἰπεῖν διακρίναντά με, μὰ τοὺς θεοὺς, ὅτι τοῦτο μὲν ἀνδρείας, τοῦτο δὲ φιλανθρωπίας, τοῦτο δὲ ἐγκρατείας· ἀλλὰ πᾶν ἔργον ἐκ πασῶν ἔοικε τῶν ἀρετῶν μεμίχθαι· βεβαιοῦντος αὐτοῦ τὸν Στωϊκὸν ἐκεῖνον λόγον, ὅτι πᾶν, ὃ ἂν δρᾷ ὁ σοφὸς, κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐνεργεῖ, καὶ μία μὲν, ὡς ἔοικεν, ἀρετὴ πρωταγωνιστεῖ πράξεως ἑκάστης, παρακαλεῖ δὲ τὰς ἄλλας, καὶ συντείνει πρὸς τὸ τέλος. Ἰδεῖν γοῦν ἔστιν ἐν Ἀλεξάνδρῳ τὸ μὲν πολεμικὸν φιλάνθρωπον· τὸ δὲ πρᾷον, ἀνδρῶδες· τὸ δὲ χαριστικὸν, οἰκονομικόν. τὸ δὲ θυμικὸν, εὐδιάλλακτον· τὸ δ' ἐρωτικὸν, σῶφρον·

modo erga Aristotelem fuerit affecto animo. Idem Anaxarchum musicum inter amicos in summo habuit honore. Pyrrhoni Eleo ad primum congressum decem millia aureorum dono dedit: Xenocrati Platonis familiari quinquaginta talenta dono misit. Onesicritum, Diogenis Cynici discipulum, ab eo fuisse magistrum gubernatorum factum, multi memoriæ prodiderunt. Cum ipso Diogene apud Corinthum collocutus, ita obstupuit et attonitus est viri vita et gravitate, ut sæpenumero ejus mentionem faciens dixerit: *Nisi essem Alexander, Diogenes vellem esse;* hoc est, *operam dedissem et otium impendissem disputationibus, nisi rebus gerendis philosopharer.* Non hoc dixit: *Nisi rex essem, Diogenes esse vellem;* neque, *Si non dives, etiam Argeades:* non enim fortunam sapientiæ præferebat, neque purpuram et diadema pallio ac peræ; sed hoc dicebat: *Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem;* hoc est, *Nisi instituissem gentes barbaricas cum Græcis commiscere, omnesque terras obeundo cicurare, scrutatusque continentis fines Macedoniam ad Oceanum propagare, Græciamque serere, et omnis generis justitiam atque pacem disseminare; non equidem in otio desidens potentiam meam ad luxuriandum contulissem, sed frugalitatem Diogenis æmulatus fuissem. Nunc ignosce nobis, Diogenes, Herculem imitor, Perseum æmulor, Bacchique, qui deus auctor mei est generis, inhærens vestigiis, rursus in India vincentium Græcorum chorum volo ponere, et apud montanas agrestesque trans Caucasum gentes Bacchi comessationum memoriam renovare: sunt et ibi quidam duræ philosophiæ nudato corpore assueti, viri sancti et suo jure viventes, deo operam dantes, Diogenem vilitate rerum suarum superantes, nulla pera indigentes: non enim recondunt alimentum, quod iis terra subinde recens suggerit, potum fluvii, folia ab arboribus defluentia, et herba e terra enascens lectum: per me et hi Diogenem cognoscent et ipsos Diogenes: oportet etiam me nomisma cudere, et barbarica e materia factum Græcanicæ forma reipublicæ signare.*

XI. Agedum actiones Alexandri num fortuitum casum, et vim bellicam ac manuum robur præ se ferunt? An vero multum fortitudinis et justitiæ, multum temperantiæ ac mansuetudinis, cum decoro et prudentia, sobria ac sapienti ratione omnia agentis? Non enim mehercle distinguere inter facta ejus, et hoc fortitudini, illud humanitati, aliud continentiæ ascribere possum: sed quodvis ex omnibus videtur contemperatum virtutibus: confirmante Alexandro Stoicorum illud decretum, *Quidquid agit sapiens, omnibus eum virtutibus agere, Unamque virtutem aliquam primas obire partes; reliquas autem omnes socias sibi perficiendæ rei adsciscere.* Ita in Alexandro videre licet bellicam virtutem humanitate temperatam, mansuetudinem fortem, liberalitatem in donando rei familiaris rationibus accommodatam, iram placatu facilem, amorem tempe-

τὸ δ' ἀνειμένον, οὐκ ἀργόν· τὸ δ' ἐπίπονον, οὐκ ἀπαραμύθητον. Τίς ἔμιξε πολέμοις ἑορτάς; τίς δὲ κώμοις στρατείας; τίς δὲ πολιορκίαις καὶ πράξεσι βακχείας καὶ γάμους καὶ ὑμεναίους; τίς ἀδικοῦσιν ἐχθρότερος, ἢ δυστυχοῦσιν ἡμερώτερος; τίς μαχομένοις βαρύτερος, ἢ δεομένοις εὐγνωμονέστερος; Ἔπεισί μοι τὸ τοῦ Πώρου δεῦρο μετενεγκεῖν. Ἐκεῖνος γὰρ ὡς ἤχθη πρὸς Ἀλέξανδρον αἰχμάλωτος, πυθομένου, πῶς αὐτῷ χρήσεται· Βασιλικῶς, εἶπεν, ὦ Ἀλέξανδρε. Πάλιν δ' ἐπερομένου, μή τι ἄλλο· Οὐδὲν, εἶπε, πάντα γάρ ἐστιν ἐν τῷ βασιλικῶς. Κἀμοὶ δὴ ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ἔπεισιν ἐπιφωνεῖν ἀεὶ, φιλοσόφως· ἐν τούτῳ γὰρ πάντα ἔνεστι. Ῥωξάνης ἐρασθεὶς τῆς Ὀξυάθρου θυγατρὸς ἐν ταῖς αἰχμαλώτισι χορευούσης, οὐχ ὕβρισεν, ἀλλ' ἔγημε, φιλοσόφως. Δαρεῖον ἰδὼν κατηκοντισμένον, οὐκ ἔθυσεν, οὐδ' ἐπαιάνισεν, ὡς τοῦ μακροῦ πολέμου τέλος ἔχοντος, ἀλλὰ τὴν χλαμύδα τὴν ἑαυτοῦ περιελὼν, ἐπέρριψε τῷ νεκρῷ, καθάπερ τινὰ τύχης βασιλικῆς γένεσιν συγκαλύπτων, φιλοσόφως. Ἐπιστολὴν δέ ποτε τῆς μητρὸς ἀπόρρητον διερχόμενος, Ἡφαιστίωνος, ὡς ἔτυχε, παρακαθημένου, καὶ ἁπλῶς συναναγινώσκοντος, * οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὸν δακτύλιον αὑτοῦ τῷ στόματι προσέθηκεν αὐτοῦ, κατασφραγισάμενος φιλικῇ πίστει τὴν σιωπὴν, φιλοσόφως. Εἰ γὰρ ταῦτα οὐκ ἔστι φιλοσόφως, τίνα ἐστὶν ἄλλα;

12. Παραθῶμεν τὰ τῶν ὁμολογουμένων φιλοσόφων. Σωκράτης ἠνέσχετο συγκοιμηθέντος Ἀλκιβιάδου· Ἀλέξανδρος δὲ Φιλοξένου τοῦ τῆς παραλίας ὑπάρχου, γράψαντος, ὅτι παῖς ἐν Ἰωνίᾳ γέγονεν οἷος οὐκ ἄλλος ὥραν καὶ εἶδος· καὶ πυνθανομένου διὰ τῶν γραμμάτων, εἰ ἀναπέμψει, πικρῶς ἀντέγραψεν, Ὦ κάκιστε ἀνθρώπων, τί μοι πώποτε τοιοῦτο συνέγνως, ἵνα τοιαύταις με κολακεύσῃς ἡδοναῖς; Ξενοκράτην, πεντήκοντα τάλαντα δωρεὰν Ἀλεξάνδρου πέμψαντος, ὅτι οὐκ ἔλαβε, θαυμάζομεν· τὸ δὲ δοῦναι, οὔ; ἢ οὐχ ὁμοίως καταφρονεῖν χρημάτων δοκοῦμεν, τὸν μὴ προσιέμενον καὶ τὸν χαριζόμενον; Οὐκ ἐδεῖτο πλούτου Ξενοκράτης διὰ φιλοσοφίαν, Ἀλέξανδρος δ' ἐδεῖτο διὰ φιλοσοφίαν, ἵνα τοιούτοις χαρίζηται. Τοῦτο ποσάκις Ἀλέξανδρος εἶπε βαλλόμενος, ἐκβιαζόμενος; καίτοι κρίσεις μὲν ὀρθὰς πᾶσιν ἐνυπάρχειν ἀνθρώποις νομίζομεν· ἡ γὰρ φύσις ἀγωγός ἐστιν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὸ καλόν· οἱ δὲ φιλόσοφοι τῶν πολλῶν διαφέρουσι, τῷ τὰς κρίσεις ἔχειν ἐῤῥωμένας παρὰ τὰ δεινὰ, καὶ πεπηγυίας· ἐπεὶ οὐ μετὰ [τῶν] τοιούτων προλήψεων, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος· καὶ, Πέρας μέν ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις ὁ θάνατος. Ἀλλὰ θραύουσιν οἱ καιροὶ παρὰ τὰ δεινὰ τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὰς κρίσεις ἐκκρούουσιν αἱ φαντασίαι τῶν κινδύνων ἐγγὺς γενομένων. Φόβος γὰρ οὐ μόνον μνήμην ἐκπλήττει, κατὰ τὸν Θουκυδίδην, ἀλλὰ καὶ προαίρεσιν πᾶσαν καὶ φιλοτιμίαν καὶ ὁρμήν· μηρίνθοις φιλοσοφία περιτέθεικεν **

rantem, remissionem non otiosam, tolerantiam laborum non vacantem solatio. Quis miscuit bello festivitates, quis comessationibus expeditiones, quis obsidionibus et rebus difficilibus gerendis bacchationes, nuptias, hymenæos? quis peccantibus se magis infensum, adversas res passis humaniorem præbuit? quis pugnantibus gravior, veniam petentibus benignior fuit? Subit mihi hic Pori dictum referre. Is enim ut captivus est ad Alexandrum perductus, interrogatusque ab eo quomodo se tractari vellet: *Regio more, o Alexander*, respondit; rursumque interrogatus, an aliquid præterea aliud vellet, respondit: *Nihil, nam in regio more insunt omnia.* Et mihi lubet singulis Alexandri actionibus acclamare, *Philosophice;* nam in hoc quoque omnia insunt. Captus amore Roxanes, Oxyathris filiæ, quæ in cœtu captivarum erat, non libidinose eam violavit, sed uxorem duxit: *philosophice.* Darium videns jaculis confixum, non sacrificavit, non pæanem cecinit, ut qui ad finem longi belli pervenisset: sed chlamydem corpori suo detractam cadaveri injecit, hoc exemplum regiæ fortunæ tegens: *philosophice.* Cum aliquando epistolam a matre missam arcanam legeret, et Hephæstio, ut tum forte assidebat, simpliciter una eam percurreret, non prohibuit, sed annulum ori ejus imposuit, silentium amica fide obsignans: *philosophice.* Hæc enim si non sunt philosophica, quænam sunt alia?

XII. Apponamus eorum exempla, quos philosophos fuisse est in confesso. Socrates secum cubare Alcibiadem passus est. Alexander Philoxenum oræ maritimæ præfectum, cum is ei scripsisset, esse in Ionia puerum ætate florentem, pulchritudine summa, quæreretque per epistolam an hunc emi et ad se mitti vellet, acerbe increpavit, in hanc sententiam rescribens: *Pessime hominum, cujus mihi talis flagitii conscius es, ut hujusmodi voluptates mihi objiciendo blandiaris?* Xenocratem laudamus, quod dono missa ab Alexandro sibi quinquaginta talenta non accepit: dantem non laudamus? an quia non tam a largiente quam a non accipiente contemni pecuniam credimus? Philosophia fecit ne pecunia opus haberet Xenocrates: atqui eadem fecit ut ea opus haberet Alexander, ut largiri talibus posset. Hoc quoties dixit Alexander ictus, vi pulsus? Et sane judicia recta omnibus hominibus putamus inesse: quod natura ultro ad honestatem ducat. Philosophi autem in eo præstant vulgo, quod judicia habent rebus adversis incidentibus firma et roborata: non enim tum his utuntur anticipatis sententiis,

Est hoc augurium cunctis præstantius unum:

et, *Finis omnibus hominibus est mors.* Sed rationes periculo imminente franguntur, ac imaginationibus judicium expellitur, ubi prope adsunt res terribiles. Metus enim non solam memoriam consternat, ut ait Thucydides; sed et institutum animi omne et laudabilem conatum atque incitationem. * Funiculos philosophia circumposuit **

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΥΧΗΣ Η ΑΡΕΤΗΣ.

ΛΟΓΟΣ β'.

Διέφυγεν ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, χθὲς εἰπεῖν, ὅτι καὶ τέχνας πολλὰς καὶ φύσεις μεγάλας, ὁ κατὰ Ἀλέξανδρον χρόνος ἐνεγκεῖν εὐτύχησεν· ἢ τοῦτο μὲν οὐ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης γέγονεν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων μάρτυρα λαβεῖν καὶ θεατὴν τὸν ἄριστα κρῖναι τὸ κατορθούμενον, καὶ μάλιστα ἀμείψασθαι δυνάμενον. Λέγεται γοῦν, ὅτι χρόνοις ὕστερον, Ἀρχεστράτου γενομένου ποιητοῦ χαρίεντος, ἐν δὲ πενίᾳ καὶ ἀδοξίᾳ διάγοντος, εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, Ἀλλ' εἰ κατ' Ἀλέξανδρον ἐγένου, κατὰ στίχον ἄν σοι Κύπρον ἢ Φοινίκην ἔδωκεν. Οἶμαι δὲ καὶ τῶν τότε τεχνιτῶν οὐ κατ' Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ δι' Ἀλέξανδρον τοὺς πρώτους γενέσθαι. Καρπῶν μὲν γὰρ εὐφορίαν εὐκρασία ποιεῖ καὶ λεπτότης τοῦ περιέχοντος ἀέρος, τεχνῶν δὲ καὶ φύσεων ἀγαθῶν αὔξησιν εὐμένεια καὶ τιμὴ καὶ φιλανθρωπία βασιλέως ἐκκαλεῖται· καὶ τοὐναντίον ὑπὸ φθόνου καὶ σμικρολογίας ἢ φιλονεικίας τῶν κρατούντων σβέννυται καὶ φθίνει πᾶν τὸ τοιοῦτον. Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος, ὥς φασι, κιθαρῳδοῦ τινος εὐδοκιμοῦντος ἀκούων, ἐπηγγείλατο δωρεὰν αὐτῷ τάλαντον· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτοῦντος, Χθὲς, εἶπεν, εὐφραινόμενος ὑπὸ σοῦ παρ' * ὃν ᾖδες χρόνον, εὔφρανα κἀγώ σε ταῖς ἐλπίσιν· ὥστε τὸν μισθὸν ὧν ἔτερπες ἀπελάμβανες εὐθὺς, ἀντιτερπόμενος. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Φεραίων τύραννος (ἔδει δὲ τοῦτο μόνον αὐτὸν καλεῖσθαι, καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν ἐπωνυμίαν), θεώμενος τραγῳδὸν, ἐμπαθέστερον ὑφ' ἡδονῆς διετέθη πρὸς τὸν οἶκτον. Ἀναπηδήσας οὖν ἐκ τοῦ θεάτρου, θᾶττον ἢ βάδην ἀπῄει, δεινὸν εἶναι λέγων, εἰ τοσούτους ἀποσφάττων πολίτας, ὀφθήσεται τοῖς Ἑκάβης καὶ Πολυξένης πάθεσιν ἐπιδακρύων. Οὗτος μὲν οὖν μικροῦ καὶ δίκην ἐπράξατο τὸν τραγῳδὸν, ὅτι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθάπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Ἀρχελάῳ δὲ δοκοῦντι γλισχροτέρῳ περὶ τὰς δωρεὰς εἶναι, Τιμόθεος ᾄδων ἐνεσήμαινε πολλάκις τουτὶ τὸ σκωμμάτιον,

Σὺ δὴ, τὸν γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς.

Ὁ δὲ Ἀρχέλαος οὐκ ἀμούσως ἀντεφώνησε, Σὺ δέ γε αἰτεῖς. Ὁ δὲ τῶν Σκυθῶν βασιλεὺς, Ἀτέας, Ἰσμηνίαν τὸν αὐλητὴν λαβὼν αἰχμάλωτον, ἐκέλευσε παρὰ πότον αὐλῆσαι. Θαυμαζόντων δὲ [τῇ αὐλήσει] τῶν ἄλλων καὶ κροτούντων, αὐτὸς ὤμοσεν ἀκροᾶσθαι τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος ἥδιον. Οὕτω μακρὰν ἀπεσκηνώκει τὰ ὦτα τῶν μουσῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς φάτναις εἶχεν, οὐχ ἵππον, ἀλλ' ὄνων ἐπιτηδειοτέραν ἀκούειν. Τίς ἂν οὖν παρὰ τοιούτοις βασιλεῦσιν αὔξησις ἢ τιμὴ τέχνης γένοιτο καὶ μούσης τοιαύτης; Ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις ἐθέλουσιν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο βασκανίᾳ καὶ δυσμενείᾳ τοὺς ἀληθῶς τεχνίτας καθαιροῦσιν. Οἷος ἦν πάλιν αὖ Διονύσιος ὁ τὸν ποιητὴν Φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβαλὼν,

DE ALEXANDRI MAGNI FORTUNA AUT VIRTUTE.

ORATIO II.

I. In hesterna disputatione obliti sumus, ut apparet, dicere bona quadam fortuna factum fuisse, ut ætas Alexandri multas etiam artes, multa præclara ingenia produceret : quanquam id fortasse non tam Alexandri fortunæ imputandum, quam istorum felicitati ascribendum est, eum suæ præstantiæ spectatorem testemque nactis, qui et optime judicare egregia opera, et liberalissime compensare posset. Sane posterioribus temporibus perhibent Archestrato poetæ eleganti, sed qui in paupertate inglorius viveret, quemdam dixisse: *Si tu Alexandri ætate vixisses, is tibi pro quovis versu Cyprum aut Phœnicen dedisset.* Existimo autem eos quoque, qui tum fuerunt, artifices primos, non tam ætate Alexandri, quam propter Alexandrum exstitisse. Ut enim frugum copiam bona temperies ac tenuitas aeris gignit : ita artium et bonorum ingeniorum incrementa benignitas, honor, et humanitas regis efficit : et contra principum invidia, sordes, aut studium contendendi, omnia ista exstinguit atque perdit. Dionysius tyrannus, ut fertur, citharœdum quemdam egregium audiens pollicitus est se talentum ei dono daturum : cumque homo postridie promissum flagitaret: *Heri*, inquit, *exhilaratus abs te eo quo cecinisti tempore, te quoque spe injecta exhilaravi : habes ergo mercedem, pro eo quod me delectavisti vicissim delectatus.* Alexander Pheræorum tyrannus (tyrannum duntaxat appellari par erat, neque Alexandri nomen ab eo pollui); is ergo tyrannus cum spectaret tragœdiam, præ voluptate animi vehementiore motu est ad misericordiam prolapsus : exsiliens itaque e theatro concitatiore gressu discessit, *Rem indignam fore*, inquiens, *si qui tot interficeret cives, conspiceretur Hecubæ et Polyxenæ calamitatibus illacrymans :* parumque adeo abfuit, quin pœnas a tragœdo exigeret, quod is quasi ferrum ipsius animum emollivisset. Archelaum, quod in donando restrictior videbatur, Timotheus canens sæpe hoc pupugit cavillo :

Tu terrigenæ argento faves;

et Archelaus non inconcinne hoc ei reposuit :

Tu terra genitum argentum aves.

Scytharum rex Ateas captivum adeptus Ismeniam tibicinem, jussit inter pocula canere : cumque cantum ejus reliqui plausu et admiratione prosequerentur, juravit se suavius audire hinnitum equi : adeo procul is aures suas a Musis abduxerat, animumque in præsepibus habebat, non equos, sed asinos qui audiret dignum. Quid putas apud tales reges incrementi aut honoris artibus et Musicæ futurum? Quin etiam non ferunt, si quis aliqua arte superet : ideoque veros artifices per invidentiam infenso animo dejiciunt. Qualis rursum fuit Dionysius qui Philoxenum poetam in lapidicinas injecit, quod scriptam a tyranno tragœdiam

ὅτι τὴν τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελευσθεὶς, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος [αὐτὴν] περιέγραψεν. Ἦν δὲ καὶ Φίλιππος ἐν τούτοις ὑπὸ ὀψιμαθίας ἑαυτοῦ μικρότερος καὶ νεοπρεπέστερος· ὅθεν καί φασι πρός τινα ψάλτην περὶ κρουμάτων αὐτοῦ διαφερομένου καὶ δοκοῦντος ἐξελέγχειν, ἀτρέμα μειδιάσαντα τὸν ἄνθρωπον εἰπεῖν· Μὴ γένοιτό σοι, βασιλεῦ, ἀθλίως οὕτως, ἵνα ταῦτα ἐμοῦ βέλτιον εἰδῇς.

2. Ἀλλ' Ἀλέξανδρος εἰδὼς τίνων δεῖ θεατὴν εἶναι καὶ ἀκροατὴν, καὶ τίνων ἀγωνιστὴν καὶ αὐτουργὸν, ἤσκει μὲν ἀεὶ διὰ τῶν ὅπλων δεινὸς εἶναι, καὶ, κατὰ τὸν Αἰσχύλον,

Βριθὺς ὁπλιτοπάλας, δάϊος ἀντιπάλοις.

Ταύτην ἔχων τέχνην προγονικὴν ἀπ' Αἰακιδῶν, ἀφ' Ἡρακλέους, ταῖς δὲ ἄλλαις τέχναις τὸ τιμᾷν ἄνευ τοῦ ζηλοῦν ἀπεδίδου, καὶ τὸ ἔνδοξον αὐτῶν καὶ χάριεν, τῷ τέρπειν δ' οὐκ ἦν εὐάλωτος εἰς τὸ μιμεῖσθαι. Γεγόνασι δὲ κατ' αὐτὸν τραγῳδοὶ μὲν οἱ περὶ Θετταλὸν καὶ ὁ Ἀθηνόδωρος, ὧν ἀνταγωνιζομένων ἀλλήλοις, ἐχορήγουν μὲν οἱ Κύπριοι βασιλεῖς, ἔκρινον δὲ οἱ δοκιμώτατοι τῶν στρατηγῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐνίκησεν Ἀθηνόδωρος, Ἐβουλόμην ἂν, ἔφη, μᾶλλον ἀπολωλέναι μέρος τῆς βασιλείας, ἢ Θετταλὸν ἐπιδεῖν ἡττημένον. Ἀλλ' οὔτε ἐνέτυχε τοῖς κριταῖς, οὔτε τὴν κρίσιν ἐμέμψατο· πάντων οἰόμενος δεῖν περιεῖναι, τοῦ δικαίου δὲ ἡττᾶσθαι. Κωμῳδοὶ δ' ἦσαν οἱ περὶ Λύκωνα τὸν Σκαρφέα· τούτῳ δ' εἴς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικὸν, γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα. Κιθαρῳδοὶ δ' ἄλλοι τε καὶ Ἀριστόνικος, ὃς ἐν μάχῃ τινὶ προσβοηθήσας, ἔπεσε λαμπρῶς ἀγωνισάμενος. Ἐκέλευσεν οὖν αὐτοῦ γενέσθαι καὶ σταθῆναι χαλκοῦν ἀνδριάντα Πυθοῖ, κιθάραν ἔχοντα καὶ δόρυ προβεβλημένον, οὐ τὸν ἄνδρα τιμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ μουσικὴν κοσμῶν, ὡς ἀνδροποιὸν, καὶ μάλιστα δὴ πληροῦσαν ἐνθουσιασμοῦ καὶ ὁρμῆς * τοὺς γνησίως ἐντρεφομένους. Καὶ γὰρ αὐτὸς, Ἀντιγενίδου ποτὲ τὸν ἁρμάτειον αὐλοῦντος νόμον, οὕτω παρέστη καὶ διεφλέχθη τὸν θυμὸν ὑπὸ τῶν μελῶν, ὥστε τοῖς ὅπλοις ἀΐξας, ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας ἐγγὺς παρακειμένοις, καὶ μαρτυρῆσαι τοῖς Σπαρτιάταις ᾄδουσιν,

Ἕρπει γὰρ ἄντα τῷ σιδάρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν.

Ἦν δὲ καὶ Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης κατ' Ἀλέξανδρον· ὧν ὁ μὲν ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον οὕτως ἐναργῶς καὶ κεκραμένως, ὥστε λέγειν, ὅτι δυοῖν Ἀλεξάνδρων, ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δ' Ἀπελλοῦ ἀμίμητος. Λυσίππου δὲ τὸν πρῶτον Ἀλέξανδρον πλάσαντος, ἄνω βλέποντα τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν (ὥσπερ αὐτὸς εἰώθει βλέπειν Ἀλέξανδρος, ἡσυχῇ παρεγκλίνων τὸν τράχηλον) ἐπέγραψέ τις οὐκ ἀπιθάνως·

Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων,
Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι· Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε.

Διὸ καὶ μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνας αὐτοῦ δημιουργεῖν. Μόνος γὰρ οὗτος, ὡς ἔοικε, κατε-

corrigere jussus, ab initio totam usque ad coronidem deleverat. Sed et Philippus, quia serius ad discendum se contulerat, fuit in hoc genere se ipso inferior, et adolescentuli in morem arrogans : itaque psalten quemdam, cum rex de sonis quibusdam disputaret, ac coargui a se musicum putaret, hunc leni voce subridentemque aiunt dixisse : *Absit vero, rex, istuc abs te miseriæ, ut hæc tu quam ego melius intelligas.*

II. Sed Alexander gnarus cum quæ spectanda ipsi et audienda essent, tum in quibus sibi esset elaborandum atque certandum, in armis sese assiduo exercebat, ut fieret, secundum Æschylum,

Terror casuris hostibus armipotens.

Hanc enim artem a majoribus suis Æacidis et Hercule ad se transmissam colebat, reliquis autem artibus honorem absque æmulatione tribuebat, gloriamque et elegantiam, sed delectatione ad imitandum se duci non sinebat. Fuerunt ætate Alexandri Thessalus et Athenodorus tragœdi, quibus inter se certantibus sumptus scenicos fecerunt Cypriorum reges, judicium tulerunt ducum laudatissimi : cum autem victor esset renuntiatus Athenodorus, dixit Alexander : *Maluissem partem regni amittere, quam videre Thessalum vinci :* neque tamen vel intercessit apud judices, vel judicium reprehendit ; sentiens debere se omnibus aliis superiorem, justitiæ tamen subditum esse. Comicus tum fuit Lyco Scarphensis : huic, cum in quamdam comœdiam versum inseruisset quo donum petebat, ridens decem talenta dedit. Citharœdi cum alii, tum Aristonicus, qui in pugna quadam cum ad auxilium ferendum accurrisset, strenue præliatus cecidit. Huic æream statuam fieri et Pythiis collocari jussit Alexander, cithara et hasta projecta conspicuam : non virum modo honorans, sed musicam etiam, ut quæ fortes faciat, ac recte educatos apprime impleat divino quodam instinctu et impetu. Etenim ipse, aliquando Antigenida modum qui Harmatius dicitur canente tibia, ita fuit cantu illo concitatus atque inflammatus animum, ut dato impetu, arma, quæ prope jacebant, corriperet, testimoniumque ferret Spartanis cantantibus :

Ferrum capessere instigat citharæ melos.

Vixere tunc etiam Apelles pictor, et Lysippus fictor : horum Apelles fulminigerum Alexandrum pinxit ita perspicue et attemperate, ut dicerent duos esse Alexandros, unum Philippi F. insuperabilem, alterum Apellis inimitabilem. Lysippus autem cum finxisset primum Alexandrum facie sursum conversa in cœlum intuentem, sicut solebat suscipere Alexander leniter inflexo collo ; subscripsit quidam non absurde :

Æreus inspiciens divosque hominesque regentem
velle mihi est visus talia verba loqui
Magne, tene, Jupiter, neque enim prohibemus, Olympum,
dum tellus toto pareat orbe mihi.

Itaque etiam solum Lysippum Alexander fabricari suas jussit imagines ; quod nimirum is solus ære ingenium

μήνυε τῷ χαλκῷ τὸ ἦθος αὐτοῦ, καὶ συνεξέφερε τῇ μορφῇ τὴν ἀρετήν· οἱ δ' ἄλλοι τὴν ἀποστροφὴν τοῦ τραχήλου, καὶ τῶν ὀμμάτων τὴν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες, οὐ διεφύλαττον αὐτοῦ τὸ ἀρρενωπὸν καὶ λεοντῶδες. Ἐν δ' οὖν τοῖς ἄλλοις τεχνίταις καὶ Στασικράτης ἦν ἀρχιτέκτων, οὐδὲν ἀνθηρὸν, οὐδὲ ἡδὺ καὶ πιθανὸν τῇ ὄψει διώκων, ἀλλὰ καὶ χειρὶ μεγαλουργῷ καὶ διαθέσει χορηγίας βασιλικῆς οὐκ ἀποδεούσῃ χρώμενος. Οὗτος ἀναβὰς πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐμέμφετο τὰς γραφομένας εἰκόνας αὐτοῦ καὶ γλυφομένας καὶ πλαττομένας, ὡς ἔργα δειλῶν καὶ ἀγεννῶν τεχνιτῶν· Ἐγὼ δ', εἶπεν, εἰς ἄφθαρτον, ὦ βασιλεῦ, καὶ ζῶσαν ὕλην καὶ ῥίζας ἔχουσαν ἀϊδίους, καὶ βάρος ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον, ἔγνωκά σου τὴν ὁμοιότητα καταθέσθαι τοῦ σώματος. Ὁ γὰρ Θράκιος Ἄθως, ᾗ μέγιστος αὐτοῦ καὶ περιφανέστατος ἐξανέστηκεν, ἔχων ἑαυτῷ σύμμετρα πλάτη καὶ ὕψη, καὶ μέλη καὶ ἄρθρα καὶ διαστήματα μορφοειδῆ, δύναται κατεργασθεὶς καὶ σχηματισθεὶς, εἰκὼν Ἀλεξάνδρου καλεῖσθαι καὶ εἶναι, ταῖς μὲν βάσεσιν ἁπτομένου τῆς θαλάσσης, τῶν δὲ χειρῶν τῇ μὲν ἐναγκαλιζομένου καὶ φέροντος πόλιν ἐνοικουμένην μυρίανδρον, τῇ δὲ δεξιᾷ ποταμὸν ἀέναον ἐκ φιάλης σπένδοντος εἰς τὴν θάλασσαν ἐκχεόμενον. Χρυσὸν δὲ καὶ χαλκὸν καὶ ἐλέφαντα, καὶ ξύλα, καὶ βαφὰς, ἐκμαγεῖα μικρὰ καὶ ὠνητὰ καὶ κλεπτόμενα, καὶ συγχεόμενα καταβάλωμεν. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος, τὸ μὲν φρόνημα τοῦ τεχνίτου καὶ τὸ θάρσος ἀγασθεὶς, ἐπῄνεσεν· Ἔα δὲ κατὰ χώραν, ἔφη, τὸν Ἄθω μένειν· ἀρκεῖ γὰρ ἑνὸς βασιλέως ἐνυβρίσαντος εἶναι μνημεῖον· ἐμὲ δὲ ὁ Καύκασος δείξει, καὶ τὰ Ἠμωδὰ, καὶ Τάναϊς, καὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος, αὗται τῶν ἐμῶν ἔργων εἰκόνες.

3. Ἀλλὰ φέρε πρὸς θεῶν ἐκτελεσθῆναι καὶ φανῆναι τοιοῦτον ἔργον· ἔσθ' ὅστις ἂν ἰδὼν ὑπέλαβε κατὰ τύχην γεγονέναι καὶ αὐτομάτως τὸ σχῆμα καὶ τὴν διάθεσιν καὶ τὸ εἶδος; Οὐδεὶς ἂν, οἶμαι. Τί δὲ τὸν κεραυνοφόρον, τί δὲ τὸν ἐπὶ τῆς αἰχμῆς προσαγορευόμενον; Εἶτα ἀνδριάντος μὲν μέγεθος οὐκ ἂν ἄνευ τέχνης ὑπὸ [τῆς] τύχης γένοιτο χρυσὸν καὶ χαλκὸν καὶ ἐλέφαντα καὶ πολλὴν καὶ πλουσίαν ὕλην καταχεαμένης καὶ παραβαλούσης· ἄνδρα δὲ μέγαν, μᾶλλον δὲ τῶν γεγονότων [ἁπάντων] μέγιστον, ἐνδέχεται χωρὶς ἀρετῆς ἀποτελεσθῆναι * διὰ τύχην, ὅπλα καὶ χρήματα καὶ πόλεις καὶ ἵππους παρασκευάσασαν; Ἃ τῷ μὴ μαθόντι χρῆσθαι, κίνδυνός ἐστιν, οὐ δύναμις, οὐδὲ κόσμος, ἀλλ' ἔλεγχος τῆς ἀσθενείας καὶ μικρότητος. Ὀρθῶς γὰρ Ἀντισθένης ἔλεγεν, ὅτι πάντα δεῖ τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι τὰ ἀγαθὰ, πλὴν ἀνδρείας· γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τῶν κρατούντων. Διὰ τοῦτο φασὶ καὶ τὴν φύσιν ἀγεννεστάτῳ ζῴῳ τῷ ἐλάφῳ κέρατα θαυμαστὰ τῷ μεγέθει καὶ τραχύτητι πρὸς ἄμυναν ἐμφῦσαι, διδάσκουσαν ἡμᾶς, ὡς οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ ἰσχύειν καὶ ὡπλίσθαι, τοὺς μένειν καὶ θαρρεῖν μὴ δυναμένους. Οὕτω καὶ ἡ τύχη πολλάκις ἀτόλμοις καὶ ἀνοήτοις προσάπτουσα δυνάμεις καὶ ἀρχὰς, αἷς ἐνασχημονοῦσι,

ipsius exprimeret, simulque cum forma etiam virtutem proponeret : reliqui inclinationem cervicis, oculorumque renidentem volubilitatem imitari volentes, masculum ejus leoninumque vultum non servabant. Inter alios artifices fuit tunc etiam Stasicrates architectus, nullum opus moliens quod varium jucundumque aspectu esset, sed et manu magnifica, et dispositione operum utens quæ sumptus a rege suppeditari opus haberet. Is cum ascendisset ad Alexandrum, pictas ejus, et sculptas atque fictas imagines culpavit, ut timidorum et humilium opera artificum. *Ego*, aiebat, *statui corporis, o rex, tui similitudinem in vivam et interitus expertem æternisque firmatam radicibus materiam, et immota præditam gravitate introducere. Thraciæ enim mons Athos, ubi maximus et plane conspicuus assurgit, latitudines et altitudines habens proportione toti congruentes, tum membra et artus atque interstitia quæ conformari queant; potest artificio ita tractari, ut imago Alexandri et sit et dicatur : fundamentis suis mare attingens, manuum autem altera gestans urbem decem millia civium capacem, dextra perennem fluvium e patera in mare libans. Proinde aurum, æs, ebur, ligna, tincturas, simulacra exigua, venalia, et furtis exposita abjiciamus.* Hoc ut audivit Alexander, audaciam sane artificis et fiduciam admiratus laudavit : *Tu tamen*, dixit, *Atho montem intactum relinque : satis est eum esse monimentum petulantiæ, quam unus in eum rex exercuerit : me Caucasus monstrabit, et Emodi montes, et Tanais, et Caspium mare : hæ sunt meorum factorum imagines.*

III. Enimvero ponamus obsecro, fuisse confectum istud opus : eratne futurus aliquis qui illud videns, fortuito hanc formam, figuram, dispositionemque obtigisse putaret ? Non equidem arbitror. Idem de fulminigero, de hastato ejus simulacro sentiendum. Jam statuæ magnitudo absque arte a Fortuna effici non potest : utcunque multum auri, æris, eboris, aliusque pretiosæ materiæ suggerente : vir autem magnus, imo omnium qui unquam exstiterunt maximus absolvi potuit absque Virtute, opera Fortunæ, arma, opes, urbes, equos ei largientis? Quæ ipsa uti his nescienti, non potentia sunt, non ornatus, sed periculum, imbecillitatisque et impotentiæ suæ argumentum. Recte enim Antisthenes dixit, *Hostibus omnia bona nos optare debere, excepta fortitudine : ea enim sic fiunt non possidentium, sed vincentium.* Atque hanc ob causam creditur, naturam cervo ignavissimo animali cornua mirandæ magnitudinis atque asperitatis ad sui defensionem dedisse, docentem, nihil vires et arma prodesse iis, qui subsistere non audent. Sic etiam Fortuna sæpenumero timidis et stultis potentiam et imperia tribuens,

κοσμεῖ καὶ συνίστησι τὴν ἀρετὴν, ὡς μόνην μέγεθος ἀνδρὸς καὶ κάλλος οὖσαν. Εἰ μὲν γὰρ, ὥς φησιν Ἐπίχαρμος, νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα δὲ τυφλὰ καὶ κωφὰ τυγχάνει λόγου δεόμενα. Αἱ γὰρ αἰσθήσεις ἰδίας ἔχειν ἀφορμὰς δοκοῦσιν· ὅτι δὲ νοῦς ὠφελεῖ καὶ νοῦς κοσμεῖ, καὶ νοῦς τὸ νικῶν καὶ κρατοῦν καὶ βασιλεῦον, τὰ δ' ἄλλα τυφλὰ καὶ κωφὰ καὶ ἄψυχα παρέλκει, καὶ βαρύνει καὶ καταισχύνει χωρὶς ἀρετῆς τοὺς ἔχοντας, ἀπὸ τῶν πραγμάτων λαβεῖν ἐστι. Τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεως ὑποκειμένης καὶ ἡγεμονίας, Σεμίραμις μὲν οὖσα γυνὴ, στόλους ἐπλήρου, καὶ φάλαγγας ὥπλιζε, καὶ Βαβυλῶνας ἔκτιζε, καὶ περιέπλει τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, Αἰθίοπας καταστρεφομένη καὶ Ἄραβας· Σαρδανάπαλος δὲ, ἀνὴρ πεφυκὼς, ἔξαινεν οἴκοι πορφύραν, ἀναβάδην ἐν ταῖς παλλακαῖς καθήμενος· ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ, λιθίνην εἰκόνα κατασκευάσαντες ἐπορχουμένην ἑαυτῇ βαρβαριστὶ, καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπὲρ κεφαλῆς οἷον ὑποψοφοῦσαν, ἐπέγραψαν· Ἔσθιε, πῖνε, ἀφροδισίαζε· τἆλλα δὲ οὐδέν. Ὁ μὲν οὖν Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας, ἑστῶσαν ἐν Δελφοῖς, ἀνέκραγεν, ὅτι τοῦτο τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκε· τὸν δὲ Σαρδαναπάλου βίον ἄν τις ἢ τάφον (οὐδὲν γὰρ, οἶμαι, διαφέρει) θεασάμενος, εἴποι τοῦτο τῶν τῆς τύχης ἀγαθῶν τρόπαιον εἶναι. Τί οὖν; ἐάσωμεν τὴν τύχην Ἀλεξάνδρου μετὰ Σαρδανάπαλον ἅψασθαι, καὶ τοῦ μεγέθους ἐκείνου καὶ τῆς δυνάμεως ἀντιποιεῖσθαι; Τί γὰρ αὐτῷ πλέον ἔδωκεν ὧν οἱ λοιποὶ βασιλεῖς ἔλαβον παρ' αὐτῆς; ὅπλων, ἵππων, βελῶν, χρημάτων, δορυφόρων; Ποιησάτω τούτοις ἡ τύχη μέγαν Ἀριδαῖον, εἰ δύναται· ποιησάτω τούτοις μέγαν Ἄμασιν, ἢ Ὦχον, ἢ Ὀάρσην, ἢ Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον, ἢ τὸν Βιθυνὸν Νικομήδην· ὧν ὁ μὲν τὸ διάδημα τοῖς Πομπηΐου ποσὶν ὑποῤῥίψας, αἰσχρῶς τὴν βασιλείαν ἀπέβαλε, λάφυρον γενομένην· Νικομήδης δὲ, τὴν κεφαλὴν ξυράμενος, καὶ πίλιον ἐπιθέμενος, ἀπελεύθερον ἑαυτὸν Ῥωμαίων ἀνηγόρευσεν.

4. Εἴπωμεν οὖν, ὅτι μικροὺς ἡ τύχη καὶ περιδεεῖς ποιεῖ, καὶ ταπεινόφρονας· ἀλλ' οὐ δίκαιον οὔτε κακίαν εἰς ἀτυχίαν, οὔτε ἀνδρίαν καὶ φρόνησιν εἰς εὐτυχίαν τινὰ τίθεσθαι. Μέγα δὲ τῷ ἄρχειν Ἀλέξανδρον ἡ τύχη· καὶ γὰρ ἔνδοξος ἐν ἐκείνῳ καὶ ἀήττητος, καὶ μεγαλόφρων, καὶ ἀνύβριστος, καὶ φιλάνθρωπος. Εἶτα ἐκλείποντος εὐθὺς, ὁ Λεωσθένης ἔλεγε τὴν δύναμιν ἐμπλανωμένην ἑαυτῇ καὶ περιπίπτουσαν, ἐοικέναι τῷ Κύκλωπι μετὰ τὴν τύφλωσιν ἐκτείνοντι πανταχοῦ τὰς χεῖρας, ἐπ' οὐδένα σκοπὸν φερομένας· οὕτως ἐρρέμβετο κενεμβατοῦν καὶ σφαλλόμενον ὑπ' ἀναρχίας τὸ μέγεθος αὐτῆς. Μᾶλλον δὲ ὥσπερ τὰ νεκρὰ σώματα, τῆς ψυχῆς ἐκλειπούσης, οὐκέτι συνέστηκεν, οὐδὲ συμπέφυκεν, ἀλλ' ἐξίσταται καὶ διαλύεται ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἄπεισι καὶ φεύγει· οὕτως ἀφεῖσα τὸν Ἀλέξανδρον ἡ δύναμις ἤσπαιρεν, ἐπάλλετο, ἐφλέγμαινε, * Περδίκκαις καὶ Μελεάγροις, καὶ Σελεύκοις καὶ Ἀντιγόνοις,

in quibus turpiter se gerant, ornat atque commendat Virtutem, ut quæ sola virum magnum præclarumque reddat. Probe dictum est ab Epicharmo, *Mentem videre, mentem audire, reliqua et cæca et surda, rationis indigere.* Nam sensus suas habent proprias opportunitates : mentem autem prodesse, mentem ornare, hanc esse quæ vincat, superet, regnet, reliqua omnia cæca, surda, exanima possessores dejicere, gravare, et dedecorare ubi virtus abest, licet ex ipsis rebus discere. Nam eadem potentia, eodem regno proposito, Semiramis cum esset mulier, classes instruebat, legiones armabat, Babylonas condebat, rubrum mare circumvecta Æthiopes et Arabes subigebat : Sardanapalus virili natus sexu, domi purpuram carpebat, inter pellices desidens sursum erectis pedibus : cui mortuo lapideum posuerunt simulacrum, barbarico more sibi saltantis, digitisque supra caput complosis crepitum edentis, inscripseruntque : *Ede, bibe, Veneri da operam, reliqua nihil sunt.* Equidem Crates, cum videret auream imaginem Phrynes meretricis apud Delphos stantem, exclamavit, *Esse eam tropæum de Græcorum intemperantia erectum* : at Sardanapali sive vitam, sive sepulcrum (nihil enim puto interesse) inspiciens, diceres *Tropæum esse de Fortunæ bonis positum.* Ergone patiemur eam post Sardanapalum etiam Alexandrum attingere, ejusque magnitudinem et potentiam sibi vindicare? Quid vero huic amplius dedit, quam aliis etiam regibus? arma, equos, jacula, pecuniam, satellites? His Fortuna magnum, si potest, faciat Aridæum, Amasin, Ochum, Oarsen, Tigranem Armenium, aut Nicomedem Bithynum : quorum ille, diademate pedibus Pompeii subjecto, turpiter regnum amisit, prædæ id cedens : hic, raso capite et sumpto pileo, libertum se populi Romani est professus.

IV. Dicamus potius, Fortunam parvos, timidos, abjectos facere : injustum vero esse, qui vel vitium infortunio, vel fortitudinem et prudentiam prosperæ fortunæ accepta ferat. Multum vero Fortuna debet imperio Alexandri : in eo enim conspecta est illustris, invicta, magnanima, modesta, humana. Statim autem mortuo Alexandro exercitum ejus vagantem, et in seipsum impingentem Leosthenes similem dixit Cyclopi esse, qui amisso oculo usquequaque manus intendebat nullum ad certum scopum directas : ita sublato duce magnitudo exercitus incertis motibus agitabatur. Atque adeo sicut, anima deserente, cadavera non consistunt, non cohærent, sed dissipantur et dissolvuntur : ita exercitus Alexandro amoto palpitabat, concutiebatur, atque æstuabat, Perdiccis, Meleagris, Seleucis, et Antigonis tanquam spiritibus etiam-

ὥσπερ πνεύμασι θερμοῖς ἔτι, καὶ σφυγμοῖς διάττουσι καὶ διαφερομένοις· τέλος δ' ἀπομαραινομένη καὶ φθίνουσα, περὶ αὐτὴν οἷον εὐλάς τινας ἀνέζεσεν ἀγεννῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ψυχοῤῥαγούντων. Αὐτὸς μὲν οὖν ταῦθ', ὡς ἔοικεν, Ἡφαιστίωνι διενεχθέντι πρὸς Κρατερὸν ἐπιτιμῶν, Τίς δὲ, εἶπεν, ἡ σὴ δύναμις ἢ πρᾶξις, ἄν σου τις ἀφέλῃ τὸν Ἀλέξανδρον; Ἐγὼ δὲ τοῦτο εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε τύχην οὐκ ὀκνήσω, τί σου τὸ μέγεθος, τίς δὲ ἡ δόξα, ποῦ δὲ ἡ δύναμις, ποῦ δὲ τὸ ἀνίκητον, ἄν σου τις ἀφέλῃ τὸν Ἀλέξανδρον; τουτέστιν, ἄν σου τις ἀφέλῃ τῶν ὅπλων τὴν ἐμπειρίαν, τοῦ πλούτου τὴν φιλοτιμίαν, τῆς πολυτελείας τὴν ἐγκράτειαν, ὧν ἀγωνίζῃ τὸ θάρσος, ἐν οἷς κρατεῖς τὴν πρᾳότητα. Ποίησον ἄλλον, εἰ δύνασαι, μέγαν τοῖς χρήμασι μὴ χαριζόμενον, τοῖς στρατεύμασι μὴ προκινδυνεύοντα, τοὺς φίλους μὴ τιμῶντα, τοὺς αἰχμαλώτους μὴ ἐλεοῦντα, ταῖς ἡδοναῖς μὴ σωφρονοῦντα, τοῖς καιροῖς μὴ ἀγρυπνοῦντα, ταῖς νίκαις μὴ εὐδιάλλακτον, τοῖς κατορθώμασι μὴ φιλάνθρωπον. Τίς μέγας ἐν ἐξουσίαις μετὰ ἀβελτηρίας καὶ μοχθηρίας; Ἄφελε τὴν ἀρετὴν τοῦ εὐτυχοῦντος, καὶ πανταχοῦ μικρός ἐστιν, ἐν χάρισι διὰ σμικρολογίαν, ἐν πόνοις διὰ μαλακίαν, παρὰ θεοῖς διὰ δεισιδαιμονίαν, πρὸς ἀγαθοὺς διὰ φθόνον, ἐν ἀνδράσι διὰ φόβον, ἐν γυναιξὶ διὰ φιληδονίαν. Ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τεχνῖται, καὶ βάσεις μεγάλας μικροῖς ὑφιστάντες ἀναθήμασιν, ἐλέγχουσιν αὐτῶν καὶ τὰς μικρότητας· οὕτως ἡ τύχη ὅταν μικρὸν ἦθος ἐξάρῃ πράγμασιν ἔχουσιν ὄγκον τινὰ καὶ περιφάνειαν, ἐπιδείκνυσι μᾶλλον καὶ καταισχύνει σφαλλόμενον καὶ σαλευόμενον ὑπὸ κουφότητος.

5. Ὅθεν οὐκ ἐν τῇ κτήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει τὸ μέγα ἐστίν· ἐπεὶ καὶ νήπια βρέφη κληρονομεῖ βασιλείας πατρῴας καὶ ἀρχάς· ὡς Χάριλλος, ὃν Λυκοῦργος ἅμα τῷ σπαργάνῳ κομίσας εἰς τὸ φιδίτιον, ἀνθ' ἑαυτοῦ βασιλέα τῆς Σπάρτης ἀνηγόρευσε, καὶ οὐκ ἦν μέγας ὁ νήπιος, ἀλλ' ὁ τῷ νηπίῳ τὸ πατρῷον ἀποδοὺς γέρας, καὶ μὴ σφετερισάμενος, μηδ' ἀποστερήσας. Ἀριδαῖον δὲ τίς ἂν ἐποίησε μέγαν; ὃν οὐδὲν νηπίου διαφέροντα, μόνον δὲ σπαργανώσας τῇ πορφύρᾳ Μελέαγρος, εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου θρόνον ἔθηκεν, εὖ γε ποιῶν, ἵνα ὀφθῇ παρ' ἡμέρας ὀλίγας, πῶς ἀρετῇ βασιλεύουσιν ἄνθρωποι, καὶ πῶς τύχῃ. Ἀγωνιστῇ γὰρ ἡγεμονίας ὑποκριτὴν ἐπεισήγαγε, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ διάδημα κωφὸν διεξῆλθε τῆς οἰκουμένης.

Καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

Τοὐναντίον μὲν οὖν εἴποι τις ἂν, ὅτι λαβεῖν καὶ ἀναθέσθαι δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ ἀρχὴν, καὶ γυναικός ἐστι καὶ παιδός. Ὀάρσῃ καὶ Δαρείῳ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος ἀράμενος ἐπέθηκε τὴν Περσῶν βασιλείαν· τὸ δὲ, λαβόντα μεγάλην ἐξουσίαν ἐνεγκεῖν, καὶ μεταχειρίσασθαι, καὶ μὴ συντριβῆναι, μηδὲ διαστραφῆναι τῷ βάρει καὶ μεγέθει τῶν πραγμάτων, ἀνδρός ἐστιν ἀρετὴν καὶ νοῦν καὶ φρόνημα ἔχοντος· ἣν Ἀλέξανδρος ἔσχεν, ᾧ

num calidis ac pulsibus in corpore discurrentibus: tandem plane flaccescens et putrescens, vermium instar ex sese pullulavit degeneres reges atque principes semianimes. Hocque ipse etiam Alexander indicavit, cum Hephæstionem, qui cum Cratero in rixam inciderat, objurgans dixit: *Quæ vero tua res gesta est, si quis tibi Alexandrum auferat?* Quod ego intrepide ad ejus temporis Fortunam dixero: Quæ tua magnitudo, quæ gloria, quæ potentia, ubi vis illa est insuperabilis, si quis Alexandrum tibi detrahat? Id est, si quis tibi adimat armorum peritiam, divitiarum magnificum usum, continentiam in tanta luxus materia, audaciam in certaminibus, mansuetudinem erga subditos. Alium fac, si potes, magnum, qui pecuniam non elargiatur, non ante exercitum periculis se offerat, non honoret amicos, non miseretur captivos, voluptates non sobrie percipiat, non in tempore excubias agat, victor non placabilis et humanus sit. Quis magnus est in potentia constitutus, pravitate et stultitia eum tenentibus? Aufer virtutem a fortunato, prorsum humilem cernes: in gratia paranda ob illiberalitatem, in laboribus ob mollitiem, erga deos ob superstitionem, erga bonos ob invidiam, inter viros ob timiditatem, inter mulieres ob libidinem. Sicut enim inepti opifices dum magnas bases parvis donariis supponunt, eorum parvitatem hoc ipso arguunt: sic Fortuna cum ingenium vile magnis ac splendidis rebus extollit, id eo magis demonstrat atque infamiæ exponit, cum præ levitate labascit atque impingit.

V. Non ergo in possessione, sed in usu bonorum id invenies, quod laudem meretur; quando etiam infantes regna et imperia paterna hæreditatis jure consequuntur: ut Charilaus, quem Lycurgus cum ipsis incunabulis in phiditium attulit, ac suo loco regem Spartanorum renuntiavit: et sane nihil laudis infans merebatur, Lycurgus plurimum, qui infanti paternam dignitatem redderet, non ad se eam traheret. Quis vero magnum fecit Aridæum, quem nihil infanti præstantem, tantum purpura veluti cunabulis involvens Meleager in Alexandri solio collocavit? Recte is, ut conspicuum fieret intra paucos dies, quomodo virtute homines, quomodo fortuna regerentur. Nam post imperii verum administratorem, histrionem introduxit: aut potius tanquam in scena diadema orbis terrarum imperii tacitum traduxit.

Imponente viro molem mulier quoque perfert,

inquit ille. Contra vero hoc rectius est dicere: potentiam, divitias, vel mulier, vel puer potest alicui imponere. Oarsæ et Dario Bagoas diadema arreptum, cumque eo regnum Persicum, imposuit. Ut autem is, qui magnam est adeptus potentiam, tolerare eam, et administrare possit, neque mole rerum conteratur aut subvertatur, viri est virtute, mente, altoque animo præditi: qualis fuit Alexander, cui a nonnullis ebrietas

μέθην τινὲς ἐγκαλοῦσι καὶ οἴνωσιν. Ὁ δὲ ἦν μέγας, ἐν τοῖς πράγμασι νήφων, καὶ μὴ μεθυσθεὶς μηδὲ βακχευθεὶς ὑπ' ἐξουσίας καὶ δυνάμεως, ἧς μικρὸν ἕτεροι μεταλαβόντες καὶ ἀπογευσάμενοι, κρατεῖν ἑαυτῶν οὐ δύνανται.

Κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος,
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς τιμάς τινας,
σκιρτῶσιν, ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.

* Κλεῖτος ἐν Ἀμοργῷ τρεῖς ἢ τέτταρας Ἑλληνικὰς ἀνατρέψας τριήρεις, Ποσειδῶν ἀνηγορεύθη, καὶ τρίαιναν ἐφόρει. Δημήτριος δὲ, ᾧ τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως ἡ τύχη σμικρὸν ἀποσπάσασα προσέθηκε, καταιβάτης καλούμενος ἐπήκουε, καὶ πρέσβεις πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔπεμπον, ἀλλὰ θεωροὺς αἱ πόλεις, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, χρησμοὺς προσηγόρευον. Λυσίμαχος τὰ περὶ Θρᾴκην, ὥσπερ ἐσχατιάς τινας τῆς βασιλείας κατασχὼν, εἰς τοσοῦτον ὑπεροψίας ἔφθασε καὶ θρασύτητος, ὥστ' εἰπεῖν· Νῦν Βυζάντιοι πρὸς ἐμὲ ἥκουσιν, ὅτε τῇ λόγχῃ τοῦ οὐρανοῦ ἅπτομαι. Παρὼν δὲ Πασιάδης ὁ Βυζάντιος, Ὑπάγωμεν, ἔφη, μὴ τῇ ἐπιδορατίδι τὸν οὐρανὸν τρυπήσῃ. Καὶ τί ἂν περὶ τούτων λέγοι τις, οἷς ἐξῆν δι' Ἀλέξανδρον μέγα φρονεῖν, ὅπου καὶ Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος γενόμενος, σκηπτὸν ἐφόρει, καὶ τῶν υἱῶν ἕνα κεραυνὸν ὠνόμασε; Διονύσιος δὲ [ὁ νεώτερος] Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ἐπιγράψας,

Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών.

Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν μὲν πολιτῶν μυρίους, ἢ καὶ πλείους, ἀνελὼν, προδοὺς δὲ τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ φθόνου τοῖς πολεμίοις, οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν μητέρα, γραῦν οὖσαν, ὀλίγαις ἡμέραις ἀποθανεῖν ὕστερον, ἀλλ' ἀποπνίξας, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ γράψας αὐτὸς,

Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ·

ὅμως τῶν θυγατέρων τὴν μὲν, Ἀρετὴν, τὴν δὲ, Σωφροσύνην ὠνόμασε, τὴν δὲ, Δικαιοσύνην. Οἱ δὲ Εὐεργέτας, οἱ δὲ Καλλινίκους, οἱ δὲ Σωτῆρας, οἱ δὲ Μεγάλους ἀνηγόρευσαν ἑαυτούς. Γάμους δὲ αὐτῶν ἐπαλλήλους, ὥσπερ ἵππων, ἐν ἀγέλαις γυναικῶν ἀνέδην διημερευόντων, καὶ φθορὰς παιδῶν, καὶ τυμπανισμοὺς ἐν ἀνδρογύνοις, καὶ κυβείας μεθημερινὰς, καὶ αὐλήσεις ἐν θεάτροις, καὶ νύκτα μὲν ἐν δείπνοις, ἡμέραν δὲ ἐν ἀρίστοις ἐπιλείπουσαν, οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ διελθεῖν.

6. Ἀλλ' Ἀλέξανδρος ἠρίστα μὲν ὄρθρου καθεζόμενος, ἐδείπνει δὲ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, ἔπινε δὲ θύσας τοῖς θεοῖς, ἐκύβευε δὲ πρὸς Μήδιον πυρέττων, ἔπαιζε δὲ ὁδοιπορῶν ἅμα καὶ μανθάνων τοξεύειν καὶ ἀποβαίνειν ἅρματος. Ἔγημε δὲ Ῥωξάνην ἑαυτῷ μόνην ἐρασθείς· τὴν δὲ Δαρείου Στάτειραν, τῇ βασιλείᾳ καὶ τοῖς πράγμασι (συνέφερε γὰρ ἡ τῶν γενῶν ἀνάμιξις)· τῶν δ' ἄλλων Περσίδων ἐκράτησε τοσοῦτον σωφροσύνῃ, ὅσον ἀνδρείᾳ Περσῶν· ἄκουσαν μὲν γὰρ οὐχ εἶδεν· ἃς δ' εἶδε, μᾶλλον, ἢ ἃς οὐκ εἶδε, παρῆλθε· καὶ πᾶσιν ὢν τοῖς ἄλλοις φιλάνθρωπος, μόνοις ὑπερηφάνως τοῖς

et temulentia objiciuntur. Ille vero magnus fuit vir, sobriusque in tanta rerum mole, neque passus a potentia et imperio se inebriari aut ad bacchandum incitari : cujus gustum alii exiguum cum percepissent, sui compotes esse nequiverunt.

Etenim mali, saturati vel pecunia',
In civitate vel potiti honoribus,
luxuriant insperatam ob fortunam domus.

Clitus, cum apud Amorgum tres vel quatuor Græcas triremes subvertisset, Neptuni cognomen accepit, et tridentem gestavit. Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ parvam Fortuna portiunculam contulerat, passus est se *Catæbatem* (tanquam deum qui in terras descendisset) appellari, et ab urbibus ad eum non legati, sed consultores numinis mittebantur, responsaque ipsius, oracula dicebantur. Lysimachus Thraciam, quasi extremos regni Alexandrei fines, adeptus, eo superbiæ et ferociæ processit, ut diceret : *Nunc ad me veniunt Byzantii, cum hasta cœlum tango;* cum quidem Pasiades Byzantius, tunc præsens : *Abeamus hinc,* inquit, *ne cuspide cœlum perforet.* Et quid de iis dicam, quibus licuit propter Alexandrum altos ducere spiritus? Quando Clearchus etiam, occupata Heracleæ tyrannide, fulmen gessit, et filiorum unum Cerauni (quæ vox fulmen significat) nomine affecit? Dionysius vero junior Apollinis se filium prædicavit hac inscriptione :

Dorica quem genuit Phœbeo semine mater.

Pater hujus, cum civium decem millia aut amplius interfecisset, fratrem ob invidiam hostibus prodidisset, matrem vetulam, paucis post diebus morituræ exitum præstolari non sustinens, suffocasset, atque in tragœdia ipse scripsisset,

Tyrannis injustitiæ mater est enim :

tamen filiabus Virtutis, Pudicitiæ, Justitiæ nomina imposuit. Alii Euergetas (id est benefactores), alii Callinicos (id est pulchras victorias consecutos), alii Soteres (hoc est servatores), alii Magnos se denominaverunt. Alias autem supra alias eorum nuptias equorum instar in armentis mulierum promiscue versantium, puerorum stupra, tympanorum inter semimares pulsationes, ludos tesserarum quotidianos, tibiæ cantus in theatris, noctes in cœnis, dies in prandiis consumptos, enarrare nemo queat.

VI. At enim Alexander prima luce sedens prandebat, tenebris noctis jam ingruentibus cœnabat, bibebat diis sacrificans, cum Medio tesseris certabat febricitans, ludebat iter faciens, interimque arcu jaculari discens, et de curru descendere. Roxanen sibi soli duxit, amore ejus captus : Darii autem Statiram regno et rebus : proderat enim gentium commixtio. Reliquis Persidibus tantum superior fuit pudicitia, quantum fortitudine Persis : nullam enim invitam vidit; et quas vidit, magis præteriit quam non visas; ut cum alias fuerit humanissimus, adversus pulchritudinem

καλοῖς ἐχρῆτο. Περὶ δὲ τῆς Δαρείου γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης γενομένης, οὐδὲ φωνὴν ἐπαινοῦσαν τὸ κάλλος ἤκουσεν· ἀποθανοῦσαν δὲ οὕτω βασιλικῶς ἐκόσμησε καὶ συμπαθῶς ἐδάκρυσεν, ὥστ' ἄπιστον αὐτοῦ τὸ σῶφρον ἐν τῷ φιλανθρώπῳ γενέσθαι, καὶ λαβεῖν ἀδικίας ἔγκλημα τὴν χρηστότητα. Δαρεῖος γὰρ οὕτως ἐκινήθη πρὸς τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἡλικίαν· εἷς γὰρ ἦν καὶ αὐτὸς ἔτι τῶν νομιζόντων διὰ τύχην κρατεῖν Ἀλέξανδρον· ἐπεὶ δὲ τὸ ἀληθὲς ἔγνω, βασανίσας πανταχόθεν, Οὐ πάντως, εἶπεν, ἄρα φαύλως ἔχει τὰ Περσῶν, οὐδέ τις ἐρεῖ παντάπασι κακοὺς ἡμᾶς, οὐδὲ ἀνάνδρους, ὑπὸ τοιούτου κρατηθέντας. Ἐγὼ δὲ εὐτυχίαν μὲν εὔχομαι, καὶ κράτος πολέμου παρὰ θεῶν, ἵνα εὖ ποιῶν Ἀλέξανδρον ὑπερβάλωμαι· καί με τις ἔχει φιλοτιμία καὶ ζῆλος ἡμερώτερον αὐτοῦ φανῆναι· εἰ δ' οἴχεται τὰ ἐμὰ, Ζεῦ πατρῷε Περσῶν καὶ βασίλειοι θεοὶ, μηδεὶς εἰς τὸν Κύρου θρόνον ἄλλος, ἢ Ἀλέξανδρος, καθίσειε. Τοῦτο εἰσποίησις ἦν Ἀλεξάνδρου διὰ θεῶν μαρτύρων.

7. * Οὕτω νικῶσιν ἀρετῇ. Πρόσγραψον, εἰ βούλει, τῇ τύχῃ τὰ Ἄρβηλα, καὶ τὴν Κιλικίαν, καὶ τἆλλα, ἃ γέγονε βίας ἔργα καὶ πολέμου. Τύχη τὴν Τύρον ἔσεισεν αὐτῷ, καὶ τύχη τὴν Αἴγυπτον ἀνέῳξε. Διὰ τύχην Ἁλικαρνασσὸς ἔπεσε, καὶ Μίλητος ἑάλω, καὶ Μαζαῖος Εὐφράτην ἔρημον ἀπέλιπε, καὶ νεκρῶν τὸ Βαβυλώνιον ἐπλήσθη πεδίον· ἀλλ' οὔτοι γε σώφρων ἀπὸ τύχης, οὔτ' ἐγκρατὴς διὰ τύχην, οὔτε ἀνάλωτον ὑφ' ἡδονῆς ἡ τύχη καὶ ἄτρωτον ἐπιθυμίαις κατακλείσασα τὴν ψυχὴν ἐφρούρει. Καὶ μὴν ταῦτα ἦν, οἷς [αὐτὸν] ἐτρέψατο Δαρεῖον· τἆλλα δὲ, ὅπλων ἦσαν ἧτται καὶ ἵππων, καὶ μάχαι καὶ φόνοι, καὶ φυγαὶ ἀνδρῶν. Τὴν δὲ μεγάλην καὶ ἀναντίῤῥητον ἧτταν ἡττήθη Δαρεῖος, καὶ ἐνέκλινεν ἀρετῇ καὶ μεγαλοφροσύνῃ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, θαυμάσας τὸ ἐν ἡδονῇ, καὶ πόνοις, καὶ χάρισιν ἀνίκητον. Ἐπεὶ ἔν γε πέλταις καὶ σαρίσσαις, καὶ ἀλαλαγμοῖς καὶ συῤῥάξεσιν ὅπλων, ἀνίκητος ἦν καὶ Ταῤῥίας ὁ Δεινομένους, καὶ Ἀντιγένης ὁ Πελληναῖος, καὶ Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος, ἀλλὰ πρὸς ἡδονὰς καὶ γύναια καὶ χρυσίον καὶ ἀργύριον, οὐδέν τι βελτίους τῶν αἰχμαλώτων· ἀλλὰ Ταῤῥίας μὲν, ὅτε τῶν χρεῶν ἠλευθέρου Μακεδόνας Ἀλέξανδρος, καὶ διελύετο τοῖς δανείσασιν ὑπὲρ πάντων, ψευσάμενος ὀφείλειν, καὶ δανειστήν τινα φάσκοντα εἶναι τῇ τραπέζῃ προσαγαγὼν, εἶτα φωραθεὶς, ὀλίγου διέφθειρεν αὐτὸς ἑαυτόν· εἰ μὴ γνοὺς Ἀλέξανδρος ἀφῆκε τῆς αἰτίας αὐτὸν, καὶ συνεχώρησεν ἔχειν τὸ ἀργύριον, ἀναμνησθεὶς, ὅτι Φιλίππου προσμαχομένου Περίνθῳ, βέλει πληγεὶς εἰς τὸν ὀφθαλμὸν, οὐ παρέσχεν, οὐδ' ὑπέμεινεν ἐξαιρεθῆναι τὸ βέλος αὐτοῦ πρὶν ἢ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. Ἀντιγένης δὲ τοῖς ἀποπεμφθεῖσιν εἰς Μακεδονίαν διὰ νόσον καὶ πήρωσιν ἀναμίξας ἑαυτὸν καὶ ἀπογραψάμενος, ὡς ἐλήφθη μηδὲν κακὸν ἔχων, ἀλλὰ προσποιούμενος ἀῤῥωστίαν τινὰ, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ τραυμάτων τὸ σῶμα μεστὸς ὀφθεὶς, ἠνίασε τὸν Ἀλέξανδρον· πυνθανομένου

formæ duntaxat superbe se gesserit. De uxore Darii longe formosissima, ne vocem quidem audire voluit formæ ejus commendatricem : mortuam vero ita regie ornavit, itaque misericorditer deflevit, ut pudicitia ejus in tanta humanitate fidem non invenerit, injuriæque crimen ei bonitas conflaverit. Sinistram enim de eo suspicionem Darius concepit, ad potentiam et ætatem respiciens : quod ipse quoque erat eorum e numero qui putabant a Fortuna Alexandri esse victoriam. Postquam autem veritatem diligentissima inquisitione comperit : *Proinde*, dixit, *non plane res Persica periit : neque nos quisquam prorsum ignavos mollesque dixerit, a tali victos hoste. Equidem deos bonum successum, victoriamque belli hujus flagito, ut beneficiis Alexandrum possim superare : ac me studium quoddam æmulatioque tenet benignitate eum vincendi. Sin actum est de rebus meis, patrie Persarum Jupiter, diique regii, nemo precor alius quam Alexander in Cyri solio sedeat.* Ita diis testibus vocatis, ille Alexandrum adoptavit.

VII. Sic vincitur virtute. Si lubet, Fortunæ accepta fer Arbela, et Ciliciam, et alia vi gesta ac peracta : Fortunæ beneficio bellicæ quassata fuerit Tyrus, et aperta Ægyptus : hujus opera ceciderit Halicarnassus, et capta sit Miletus, et Euphratem vacuum reliquerit Mazæus, ac Babylonius campus cadaveribus fuerit oppletus. Non quidem temperantem eum Fortuna reddidit, neque continentem, neque invictum a voluptate, et nulla cupiditate violabilem animum conservavit. Atqui ea sunt quibus Darium vicit Alexander : reliqua, armorum erant et equorum clades, pugnæ, cædes, fugæque virorum : illa priora sunt quibus magnam et in confesso positam victoriam ille de Dario reportavit, concedente virtuti, magnanimitati, justitiæque ejus, miranteque ejus in voluptate, laboribus et officiis invictum animum. Quippe inter scuta, sarissas, conclamationem acierum, et armorum conflictus Tarrias quoque Dinomenis filius, et Antigenes Pellenæus, et Philotas Parmenionis filius invicti erant : iidem vero ad voluptates, mulieres, aurumque et argentum nihilo melius affecti quam quivis captivorum. Nam Tarrias, cum Alexander Macedonas ære alieno exsolveret, creditoribusque pro omnibus satisfaceret, mentitus se debere, quemdam, qui se ei credidisse simularet, ad mensam adduxit : deinde facinoris compertus, erat se ipsum interfecturus, nisi Alexander eum absolvisset crimine et argentum habere sivisset : recordatus eum Philippo Perinthum oppugnante jaculo oculum ictum, non passum ante sibi fuisse telum extrahi, quam hostes fudisset. Antigenes iis qui ob morbum aut mutilationem in Macedoniam remittebantur se immiscuit, inque eorum numerum ascriptus, cum deprehenderetur nihil habere mali, sed finxisse morbum vir bellicosus et cicatricum corpus plenum habens, molestiam Alexandro exhibuit : interrogatusque ab eo

δὲ τὴν αἰτίαν, ὡμολόγησε Τελεσίππης ἐρᾶν, καὶ συνακολουθεῖν ἐπὶ θάλασσαν ἀπιούσῃ μὴ δυνάμενος ἀπολειφθῆναι. Καὶ τίνος, ἔφη, τὸ γύναιόν ἐστιν, ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ πρὸς τίνα δεῖ διαλέγεσθαι; Τοῦ δὲ Ἀντιγένους εἰπόντος, ὡς ἐλευθέρα ἐστίν· Οὐκοῦν, εἶπε, πείθωμεν αὐτὴν καταμένειν, ἐπαγγελλόμενοι καὶ διδόντες· οὕτω παντὶ μᾶλλον ἐρῶντι συγγνώμην εἶχεν, ἢ αὑτῷ. Καὶ μὴν καὶ Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος τρόπῳ τινὶ τῶν κακῶν ἔσχε τὴν ἀκρασίαν. Ἀντιγόνα γὰρ ἦν Πελλαῖον γύναιον ἐν τοῖς περὶ Δαμασκὸν αἰχμαλώτοις, ἡλώκει δὲ ὑπὸ Αὐτοφραδάτου πρότερον εἰς Σαμοθράκην διαπλεύσασα, τὴν δὲ ὄψιν ἦν ἱκανὴ, καὶ τὸν Φιλώταν ἁψάμενον αὐτῆς, εἶχε μάλα. Καὶ δὴ ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος πεπαινόμενος, οὐκ ἐκράτει τῶν λογισμῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, ἀλλ' ἀνοιγόμενος ἐξέφερε πολλὰ τῶν ἀπορρήτων πρὸς αὐτήν. Τί γὰρ ἦν ἐκεῖνος ὁ Φίλιππος, εἰ μὴ Παρμενίων; τί δ' Ἀλέξανδρος οὗτος, εἰ μὴ Φιλώτας; ποῦ δὲ ὁ Ἄμμων, ποῦ δὲ οἱ δράκοντες, ἂν ἡμεῖς μὴ θέλωμεν; Τούτους τοὺς λόγους ἡ Ἀντιγόνα ἐξήνεγκε πρός τινα τῶν συνήθων γυναικῶν, ἐκείνη δὲ πρὸς Κρατερόν· Κρατερὸς δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον αὐτὴν εἰσήγαγε τὴν Ἀντιγόναν κρύφα, καὶ τοῦ μὲν σώματος οὐκ ἔθιγεν, ἀλλ' ἀπέσχετο· τὸν δὲ Φιλώταν ὑποικουρῶν δι' αὐτῆς, ὅλον ἐφώρασε, καὶ πλέον, ἢ ἑπτὰ ἐτῶν διαγενομένων, οὐκ ἐν οἴνῳ ποτὲ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ἐξέφηνεν ὁ μεθύων, οὐ δι' ὀργὴν ὁ θυμοειδὴς, οὐ πρὸς φίλον ὁ πάντα πιστεύων Ἡφαιστίωνι, καὶ πάντων μεταδιδούς. * Λέγεται γὰρ, ὅτι καὶ τῆς μητρὸς ἀπόρρητον ἐπιστολὴν λύσαντος αὐτοῦ, καὶ σιωπῇ πρὸς ἑαυτὸν ἀναγινώσκοντος, Ἡφαιστίων ἀτρέμα παραβάλλων τὴν κεφαλὴν, συνανεγίνωσκεν· ὁ δὲ κωλῦσαι μὲν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐξελὼν δὲ τὸν δακτύλιον, προσέθηκε τὴν σφραγῖδα τῷ στόματι τοῦ Ἡφαιστίωνος.

8. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄν τις ἀπείποι λέγων, οἷς ἀποδείκνυται κάλλιστα καὶ βασιλικώτατα τὴν ἐξουσίαν διατιθέμενος. Καὶ γὰρ εἰ διὰ τύχην μέγας γέγονε, μείζων ἐστὶν, ὅτι τῇ τύχῃ καλῶς κέχρηται· καὶ ὅσῳ τις ἂν μᾶλλον αὐτοῦ τὴν τύχην ἐπαινεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξει τὴν ἀρετὴν, δι' ἣν ἄξιος τῆς τύχης ἐγένετο. Οὐ μὴν ἀλλ' ἤδη πρὸς τὰ πρῶτα τῆς αὐξήσεως αὐτοῦ, καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς δυνάμεως βαδίζω, καὶ σκοπῶ, τί τὸ τῆς τύχης ἔργον ἐν ἐκείνοις γέγονε, δι' ὅ φασιν Ἀλέξανδρον ὑπὸ τῆς τύχης μέγαν γεγονέναι. Πῶς γὰρ οὐχὶ τὸν ἄτρωτον, ὦ Ζεῦ, τὸν ἀναίμακτον, τὸν ἀστράτευτον, ὃν χρεμετίσας ἵππος εἰς τὸν Κύρου θρόνον ἐκάθισεν, ὡς Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπου πρότερον; ἢ κολακευθεὶς ἀνὴρ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς Ξέρξην Δαρεῖος ὑπὸ Ἀτόσσης; Ἐπὶ θύρας αὐτῷ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας ἦλθεν, ὡς Παρύσατις διὰ Βαγώαν; καὶ στολὴν ἐκδυσάμενος ἀστάνδου, περιέθετο τὴν βασιλικὴν καὶ ὀρθοπαγῆ κίταριν; Ἐξαίφνης καὶ ἀπροσδοκήτως κλήρῳ λαχὼν τῆς οἰκουμένης ἐβασίλευσεν, ὡς Ἀθήνησι κλήρῳ θεσμοθετοῦσι καὶ ἄρχουσι; Βούλει μαθεῖν, πῶς βασιλεύουσιν ἄνθρωποι διὰ τύχην; Ἐξέ-

causam, confessus est Telesippæ amore se teneri, et quod ab ea divelli non pateretur, ideo comitem ad mare ei se præbuisse : quæsivit Alexander, cujus ea mulier esset, et quis ejus gratia compellandus : liberamque esse Antigeni respondenti : *Muneribus ergo*, inquit, *et pollicitis ei persuadeamus ut nobiscum maneat.* Adeo cuivis amanti Alexander facilius quam sibi ignovit. Philotas Parmenionis filius vitio incontinentiæ laboravit. Antigona fuit Pellæa muliercula inter eas quæ apud Damascum captæ erant, quondam capta ab Autophradate, cum ipsa in Samothraciam trajiceret, forma satis egregia. Hæc Philotam, cum amare eam cœpisset, plane tenebat sibi devinctum. Et vero ferreus ille emollitus, in voluptate cogitationes suas non continuit, sed aperuit, et multa arcana mulierculæ enuntiavit : *Quid enim*, dicebat, *erat Philippus iste sine Parmenione? Quid esset, si Philotam non haberet, Alexander? Ubi Ammon, ubi angues, si nos nolimus?* Ea verba ad quamdam familiarium mulierum extulit Antigona, hæc Cratero indicavit : Craterus Antigonam occulte ad Alexandrum adduxit. Is corpore quidem mulieris abstinuit, sed opera ejus Philotam totum excussit, taciteque omnia consilia ejus expiscatus est. Et quidem annis amplius septem exinde elapsis, neque in vino unquam simultatem Alexander ebrius illam indicavit, neque per iram iracundus, neque amico ulli aperuit rem, omnia solitus Hephæstioni credere atque communicare. Ferunt enim Alexandro epistolam matris arcanam tacite secum legente, Hephæstionem leniter admoto capite una eam perlegisse : neque Alexandrum prohibere sustinuisse, sed detracto annulo sigillum ori ejus admovissse.

VIII. Enimvero defatigari dicendo oporteret, qui omnia ea vellet commemorare, quibus demonstratur pulcherrime et ut regem maxime decebat sua usum fuisse Alexandrum potentia : ut si Fortuna magnum eum fecerit, majus hoc fit quod ea recte usus est : et quanto magis fortunam ejus laudes, tanto magis virtutem ipsius extollas, quæ dignum fortuna sua eum fecit. Sed jam nunc ad principia incrementorum, ac initia potentiæ Alexandri venio, consideraturus quodnam Fortunæ opus in iis sit, propter quod Alexander a Fortuna evectus et auctus dicatur. Quidni enim, dii boni? scilicet illæsum, incruentatum, nulla obita expeditione, equi hinnitu eum in solium Cyri extulit, ut antea Darium Hystaspis filium, aut muliebri adulatione inductus vir hoc ei contulit? quomodo Darius Atossa impellente Xerxi ad fores diadema regni attulit. Aut sicut Parysatis filio per Bagoam? ut stolam exuens astandæ, regiam erectamque tiaram sibi circumposuit? Aut subito et præter exspectationem sorte electus imperium orbis terrarum suscepit, sicut Athenis thesmothetæ et archontes sorte leguntur? Discere vis, quomodo homines Fortunæ favore reges creentur? Apud

λιπέ ποτε Ἀργείοις τὸ Ἡρακλειδῶν γένος, ἐξ οὗ βασιλεύεσθαι πάτριον ἦν αὐτοῖς· ζητοῦσι δὲ καὶ διαπυνθανομένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν ἀετὸν δείξειν· καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἀετὸς ὑπερφανεὶς καὶ κατάρας ἐπὶ τὴν Αἴγωνος οἰκίαν ἐκάθισε, καὶ βασιλεὺς ᾑρέθη Αἴγων. Πάλιν ἐν Πάφῳ, τοῦ βασιλεύοντος ἀδίκου καὶ πονηροῦ φανέντος, ἐκβαλὼν τοῦτον Ἀλέξανδρος, ἕτερον ἐζήτει, τοῦ Κινυραδῶν γένους ἤδη φθίνειν καὶ ἀπολείπειν δοκοῦντος· ἕνα δ' οὖν ἔφασαν περιεῖναι πένητα καὶ ἄδοξον ἄνθρωπον ἐν κήπῳ τινὶ παρημελημένως διατρεφόμενον. Ἐπὶ τοῦτον οἱ πεμφθέντες ἧκον, εὑρέθη δὲ πρασιαῖς ὕδωρ ἐπαντλῶν· καὶ διεταράχθη τῶν στρατιωτῶν ἐπιλαμβανομένων αὐτοῦ, καὶ βαδίζειν κελευόντων· ἀχθεὶς δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν εὐτελεῖ σινδονίσκῃ, βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, καὶ πορφύραν ἔλαβε, καὶ εἷς ἦν τῶν ἑταίρων προσαγορευομένων· ἐκαλεῖτο δ' ἄρα Ἀλύνομος. Οὕτως αἱ τύχαι ποιοῦσι βασιλεῖς, μεταμφιέζουσι, μεταγράφουσι ταχὺ καὶ ῥαδίως, μὴ προσδεχομένους μηδ' ἐλπίζοντας.

9. Ἀλεξάνδρῳ δὲ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτί, τί ἀναιμωτί, τί προῖκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; Αἵματι κεκραμένους ποταμοὺς ἔπιε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη· καὶ πόαν ἔφαγε διὰ λιμὸν, ἣν πρῶτον εἶδε, καὶ βάθεσι χιόνων κατακεχωσμένα ἔθνη, καὶ πόλεις ὑπὸ γῆν ἐνδεδυκυίας διώρυξε, καὶ θάλατταν μαχομένην ἔπλευσε, καὶ θῖνας ἀνύδρους τὰς Γεδροσίων καὶ Ἀραχωσίων ὁδεύων, ἐν θαλάσσῃ πρότερον ἢ ἐν γῇ φυτὸν εἶδεν. Εἰ γὰρ ἦν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ἀγαγεῖν παῤῥησίαν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν τύχην, οὐκ ἂν εἴπω, Ποῦ σὺ καὶ πότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὁδὸν ἔδωκας; ποίαν πέτραν ἀναιμωτὶ διὰ σὲ εἷλε; ποίαν πόλιν ἀφρούρητον αὐτῷ παρέδωκας; ἢ ποίαν ἄνοπλον φάλαγγα; τίς εὑρέθη βασιλεὺς ῥάθυμος, ἢ στρατηγὸς ἀμελὴς, ἢ κοιμώμενος πυλωρός; Ἀλλ' οὐδ' εὔβατος ποταμὸς, οὐδὲ χειμὼν μέτριος, οὐδὲ θέρος * ἄλυπον. Ἄπιθι πρὸς Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου, πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Κύρου ἀδελφόν· ἄπελθε πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον. Ἐκείνους ζῶντες οἱ πατέρες βασιλεῖς ἀνηγόρευσαν, ἐκεῖνοι μάχας ἀδακρύτους ἐνίκων, ἐκεῖνοι πανηγυρίζοντες ἐν πομπαῖς καὶ θεάτροις διετέλεσαν, ἐκείνων ἕκαστος δι' εὐτυχίαν βασιλεύων ἐγήρασεν. Ἀλεξάνδρου δ' εἰ μηδὲν ἄλλο, τὸ σῶμα, ἰδοὺ κατατετρωμένον ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν, διακέκοπται καὶ περιτέθλασται τυπτόμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων

Ἔγχεΐ τ' ἄορί τε μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·

ἐπὶ Γρανίκου ξίφει διακοπεὶς τὸ κράνος ἄχρι τῶν τριχῶν· ἐν Γάζῃ βέλει πληγεὶς τὸν ὦμον, ἐν Μαραγάνδοις τοξεύματι τὴν κνήμην, ὥστε τῆς κερκίδος τὸ ὀστέον ἀποκλασθὲν ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐξαλέσθαι· περὶ τὴν Ὑρκανίαν λίθῳ τὸν τράχηλον, ἐξ οὗ καὶ τὰς ὄψεις ἀμαυρωθεὶς, ἐφ' ἡμέρας πολλὰς ἐν φόβῳ πηρώσεως ἐγένετο· πρὸς Ἀσσακάνοις Ἰνδικῷ βέλει τὸ σφυρὸν,

Argivos aliquando defecit Heraclidarum genus, e quo regem eos deligere patria consuetudo jubebat: quærentibus ac sciscitantibus oraculum datum est, regem ab aquila demonstratum iri: ac post paucos dies aquila in domum Ægonis devolare conspecta fecit, ut Ægon rex designaretur. Rursum in Papho cum rex improbe injusteque se gereret, Alexander eo ejecto alium quærebat e stirpe natum Cinyræ, cum ea gens jam deficere et perire putaretur: unum ergo dicebant inde superesse hominem pauperem et obscurum, qui in horto quodam neglectus ab aliis aleretur: ad hunc missi a rege venerunt, estque inventus aquam areolis olerum in horto infundens, ac perturbatus est, cum milites eum arriperent, et ire juberent. Cæterum adductus ad Alexandrum in vili sindone, rex est factus, purpuraque ornatus, et in numerum eorum receptus qui Socii appellabantur: nomen ei fuit Alynomus. Hoc modo fortuiti eventus reges faciunt, vestitum mutantes, ac celeri mutatione alia nomina imponentes nihil tale exspectantibus aut sperantibus.

IX. Alexandro autem quid præclari obtigit præter meritum, quid sine sudore, sine sanguine, quid gratis, quid absque labore? Sanguine mixtos fluvios bibit, per cadavera veluti pontem amnes transiit, herbam edit fame urgente quam primam conspexit, gentes altis nivibus obrutas, et urbes infra terram desidentes penetravit, mare hostile navigavit, tumulosque arenarum in Gedrosiis et Arachosiis pervadens, ante in mari quam in terra vidit stirpem. Quod si libero ore adversus Fortunam tanquam contra hominem loqui liceret pro Alexandro, equidem eam sic compellarem: Quando tandem, ô Fortuna, Alexandri actionibus tu, et ubi viam aperuisti? Quodnam saxum tua ope adjutus cepit sine sanguine? Quam urbem ei præsidio nudatam tradidisti? Quem exercitum inermem? In quem regem incidit socordem? In quem ducem negligentem? In quem janitorem dormientem? Quem fluvium trajectu facilem, quam hyemem temperatam, quam æstatem molestiæ expertem præbuisti? Ad Antiochum Seleuci filium, ad Artaxerxem Cyri fratrem, ad Ptolemæum Philadelphum abi: eos vivi etiamnum patres regio titulo dignati sunt: ii prælia nullis lacrymis constantia vicerunt, ii inter festos dies ac pompas et spectacula vitam exegerunt, ii ob felicitatem in regia dignitate consenuerunt. Alexandri, si nihil aliud, saltem totum corpus considera a summo capite usque ad imos pedes hostilibus vulneribus contusum atque dissecatum,

Hastis, et gladiis, saxisque ingentibus ictum.

Ad Granicum galea ejus gladio fuit dissecata, ictu usque ad capillos penetrante: Gazæ jaculo humerum est vulneratus: in Maragandis sagitta crus, ita ut os radii fractum eo ictu eminuerit: apud Hyrcaniam lapide cervicem ictus est, qua ex plaga visus ita fuit hebetatus, ut per non paucos dies in periculo amittendi usus oculorum fuerit: ad Assacana Indico telo sau-

ὅτε καὶ πρὸς τοὺς κόλακας εἶπεν ἐπιμειδιάσας, Τουτὶ μὲν αἷμα, οὐχ

Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν·

ἐν Ἰσσῷ ξίφει τὸν μηρὸν, ὡς Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως εἰς χεῖρας αὐτῷ συνδραμόντος· αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ἁπλῶς γράφων καὶ μετὰ πάσης ἀληθείας πρὸς Ἀντίπατρον, Συνέβη δέ μοι, φησὶ, καὶ αὐτῷ ἐγχειριδίῳ πληγῆναι εἰς τὸν μηρόν· ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον οὔτε παραχρῆμα οὔτε ὕστερον ἐκ τῆς πληγῆς ἀπήντησεν. Ἐν Μαλλοῖς τοξεύματι διπήχει διὰ τοῦ θώρακος εἰς τὸ στῆθος ὑπελάσας, ἔλαβε κατὰ τοῦ αὐχένος, ὡς Ἀριστόβουλος ἱστόρηκε. Διαβὰς δὲ τὸν Τάναϊν ἐπὶ τοὺς Σκύθας, καὶ τρεψάμενος, ἐδίωξεν ἵππῳ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους, ὑπὸ διαῤῥοίας ἐνοχλούμενος.

10. Εὖγε, ὦ τύχη, τὸν Ἀλέξανδρον αὔξεις καὶ μέγαν ποιεῖς, διορύττουσα πανταχόθεν, ὑπερείπουσα, πᾶν μέρος ἀνοίγουσα τοῦ σώματος· οὐχ ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ πρὸ τοῦ Μενελάου τὸ βέλος εἰς τὰ καρτερώτατα τῶν ὅπλων ὑπάγουσα, θώρακι καὶ μίτρᾳ καὶ ζωστῆρι τῆς πληγῆς τὸν τόνον ἀφεῖλε θιγούσης τοῦ σώματος, ὅσον αἵματι πρόφασιν ῥυῆναι, ἀλλὰ γυμνὰ παρέχουσα τοῖς βέλεσι τὰ καίρια, καὶ δι' ὀστέων ἐλαύνουσα τὰς πληγὰς, καὶ περιτρέχουσα κύκλῳ τὸ σῶμα, καὶ πολιορκοῦσα τὰς ὄψεις [καὶ] τὰς βάσεις, ἐμποδίζουσα τὰς διώξεις, περισπῶσα τὰς νίκας, ἀνατρέπουσα τὰς ἐλπίδας. Ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς βαρυτέρᾳ δοκεῖ κεχρῆσθαι τύχῃ τῶν βασιλέων, καίτοι πολλοῖς ἐνέπεσε σκληρὰ καὶ βάσκανος· ἀλλ' ὡς σκηπτὸς ἀπέκοψε τοὺς ἄλλους καὶ διέφθειρε, πρὸς δὲ Ἀλέξανδρον αὐτῆς τὸ δυσμενὲς γέγονε φιλόνεικον καὶ δύσερι καὶ δυσεκβίαστον, ὥσπερ πρὸς τὸν Ἡρακλέα. Ποίους γὰρ Τυφῶνας, ἢ πελωρίους γίγαντας, οὐκ ἀνέστησεν ἀνταγωνιστὰς ἐπ' αὐτόν; ἢ τίνας οὐκ ὠχύρωσε τῶν πολεμίων πλήθεσιν ὅπλων, ἢ βάθεσι ποταμῶν, ἢ τραχύτησι κρημνῶν, ἢ θηρίων ἀλκαῖς ἀλλοφύλων; Εἰ δὲ μὴ μέγα ἦν τὸ Ἀλεξάνδρου φρόνημα, μηδὲ ἀπ' ἀρετῆς ὁρμώμενον μεγάλης ἐξανέφερε, καὶ δὴ διηρείδετο πρὸς τὴν τύχην, οὐκ ἂν ἔκαμε καὶ ἀπηγόρευσε παραταττόμενος, ἐξοπλιζόμενος, πολιορκῶν, διώκων [ἐν] ἀποστάσεσι μυρίαις, ἀποτροπαῖς, σκιρτήσεσιν ἐθνῶν, βασιλέων ἀφηνιασμοῖς, Βάκτρα, Μαράκανδα, Σογδιανοὺς, ἐν ἔθνεσιν ἀπίστοις καὶ ἐπιβούλοις, ὕδραν τέμνων ἀεί τισι πολέμοις ἐπιβλαστάνουσαν;

11. Ἄτοπόν τι δόξω λέγειν, ἐρῶ δ' ἀληθές· μικροῦ διὰ τὴν τύχην Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε τὸ δοκεῖν Ἄμμωνος εἶναι. Τίς γὰρ ἂν ἐκ θεῶν γεγονὼς, ἐπισφαλεῖς οὕτω καὶ πολυπόνους καὶ τλήμονας ἐξεμόχθησεν ἄθλους, πλὴν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς; * Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν εἷς ἀνὴρ ὑβριστὴς ἐπέταττε λέοντας αἱρεῖν, καὶ κάπρους διώκειν, καὶ σοβεῖν ὄρνιθας· ἵνα μὴ σχολάζῃ τοῖς μείζοσι περιιὼν, Ἀνταίους κολάζειν, καὶ Βουσίριδας παύειν μιαιφονοῦντας· Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἐπέταττε μὲν ἡ ἀρετὴ τὸν βασιλικὸν καὶ θεῖον ἆθλον, οὗ τέλος ἦν, οὐ χρυσὸς ὑπὸ μυρίων καμήλων περικομιζόμενος, οὐδὲ

ciatus talum est, quo quidem tempore adulatoribus subridens dixit: *Hic quidem sanguis est,*

Non ichor, qualis stillat de sanguine divûm.

Apud Issum gladio femur ei vulneratum est a Dario manum cum ipso conserente, ut Chares scribit: ipse simpliciter et verissime scribens ad Antipatrum: *Mihi quoque*, inquit, *usu venit ut pugione femur sauciarer: sed neque tum, neque postmodo quicquam mali ex eo vulnere evenit.* In Mallis sagitta bicubitalis per thoracem in pectus et sursum usque ad cervicem fuit adacta: auctor Aristobulus. Tanaim transgressus Scythas fudit, et equo ad centum et quinquaginta stadia insecutus est, cum quidem alvi profluvio vexaretur.

X. Euge, Fortuna, Alexandrum auges scilicet atque magnum facis undique perfodiens, undique lædens, omnia corporis membra vulneribus aperiens: non quo modo Minerva sagittam in Menelaum conjectam in validissima armorum vertit, ac thorace, mitra, et cingulo ictus vim ita retudit, ut leviter perstricto corpore duntaxat sanguis flueret: sed nuda membra vulneribus exponens periculosis, ictusque per ossa dirigens, corpusque in orbem ambiens, oculosque et pedes oppugnans, impediens persequentem hostes, victorias subtrahens, spes subruens. Mihi profecto nullus rex videtur Fortunam expertus iniquiorem. In multos quidem ea incidit gravis atque invida: sed alios fulminis in morem succidit atque perdidit: ira ejus et odium in Alexandrum pertinax fuit, et cum invicto contendendi studio conjunctum, quale adversus Herculem. Quos enim Typhones aut vastissimos Gigantes non in eum excitavit? Quos hostes non munivit armorum multitudine, aut fluminum profunditate, aut rupium asperitate, aut peregrinarum belluarum robore? Quod nisi magna fuisset Alexandri altitudo animi, et a magna Virtute suscepti conatus contra Fortunam eniti pertendissent; quomodo non despondisset animum, toties signa conferens, exercitum armans, oppugnans, persequens in innumeris defectionibus, aversionibus, insultibus gentium? quid reges jugum abjicientes; Bactra, Maracanda, Sogdiani? denique inter gentes infidas et insidiosas hydram secans semper novis bellis pullulantem?

XI. Absurdum videbitur quod dicam: sed dicam tamen quia verum est. Parum abfuit quin Fortunæ culpa Alexander desineret Ammonis filius haberi. Quis enim divina stirpe natus tot laboriosas exantlavit ærumnas, Hercule dempto? Verum huic unus vir improbus injunxit ut leones caperet, apros insequeretur, aves abigeret ne majores res obeundi, Antæumqne puniendi, et Busiridis homicidiis finem imponendi, otium haberet. Alexandro autem virtus imposuit regium ac divinum certamen, cujus finis esset non aurum ab innumeris circumferendum camelis, non luxus Medicus

τρυφαὶ Μηδικαὶ καὶ τράπεζαι καὶ γυναῖκες, οὐδὲ Χαλυβώνιος οἶνος, οὐδὲ Ὑρκανικοὶ ἰχθύες· ἀλλ' ἑνὶ κόσμῳ κοσμήσαντα πάντας ἀνθρώπους, μιᾶς ὑπηκόους ἡγεμονίας καὶ μιᾶς ἐθάδας διαίτης καταστῆσαι. Τοῦτον ἐκ παιδὸς ἔμφυτον ἔχων ἔρωτα συντρεφόμενον καὶ συναυξανόμενον, ὡς ἀφίκοντο πρέσβεις παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως πρὸς Φίλιππον, ὁ δὲ οὐκ ἔνδημος ἦν, φιλοφρονούμενος καὶ ξενίζων αὐτοὺς Ἀλέξανδρος, οὐδὲν ἠρώτα παιδικὸν, οἷον ἄλλοι, περὶ τῆς χρυσῆς ἀναδενδράδος, ἢ τῶν κρεμαστῶν κήπων, ἢ πῶς ὁ βασιλεὺς κεκόσμηται, ἀλλ' ὅλος ἐν τοῖς κυριωτάτοις ἦν τῆς ἡγεμονίας, διαπυνθανόμενος, πόση δύναμις ἡ Περσῶν, ποῦ τεταγμένος ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς μάχαις διαγωνίζεται, καθάπερ Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνος,

Ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα, ποῦ δέ οἱ ἵπποι·

τίνες ὁδοὶ βραχύταται τοῖς ἄνω πορευομένοις ἀπὸ θαλάττης· ὥστε τοὺς ξένους ἐκπεπλῆχθαι, καὶ λέγειν ὡς, Ὁ παῖς οὗτος, βασιλεὺς μέγας, ὁ δὲ ἡμέτερος, πλούσιος. Ἐπεὶ δὲ Φιλίππου τελευτήσαντος ὥρμητο διαβαλεῖν, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἤδη καὶ ταῖς παρασκευαῖς ἐμπεφυκὼς ἔσπευδεν ἅψασθαι τῆς Ἀσίας· ἐνίστατο δὲ ἡ τύχη, καὶ ἀπέστρεφε καὶ ἀνθεῖλκεν ὀπίσω, καὶ μυρίας περιέβαλλεν ἀσχολίας καὶ διατριβὰς ἐπιλαμβανομένη· πρῶτον αὐτῷ τὰ βαρβαρικὰ τῶν προσοίκων διετάραξεν, Ἰλλυρικοὺς καὶ Τριβαλλικοὺς μηχανωμένη πολέμους. Οἷς μέχρι Σκυθίας τῆς παρ' Ἴστρον ἀποσπασθεὶς ἀπὸ τῶν ἄνω πράξεων, καὶ περιδραμὼν καὶ κατεργασάμενος πάντα κινδύνοις καὶ ἀγῶσι μεγάλοις, αὖθις ὥρμητο καὶ ἔσπευδε πρὸς τὴν διάβασιν πάλιν· ἡ δὲ πάλιν αὐτῷ τὰς Θήβας ἐνέσεισε, καὶ πόλεμον Ἑλληνικὸν ἐμποδὼν κατέβαλε, καὶ δεινὴν πρὸς ἄνδρας ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς διὰ φόνου καὶ σιδήρου καὶ πυρὸς ἀνάγκην ἀμύνης, ἀτερπέστατον τέλος ἔχουσαν. Ἐκ τούτου διέβαινεν, ὡς μὲν Φύλαρχός φησιν, ἡμερῶν τριάκοντα ἔχων ἐφόδιον· ὡς δ' Ἀριστόβουλος, ἑβδομήκοντα τάλαντα· τῶν δ' οἴκοι κτημάτων καὶ προσόδων βασιλικῶν διένειμε τὰς πλείστας τοῖς ἑταίροις, μόνος δὲ Περδίκκας οὐδὲν ἔλαβε διδόντος, ἀλλ' ἠρώτησε· Σαυτῷ δὲ τί καταλείπεις, Ἀλέξανδρε; Τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι τὰς ἐλπίδας· Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ ἡμεῖς τούτων μεθέξομεν· οὐ γὰρ δίκαιον τὰ σὰ λαμβάνειν, ἀλλὰ τὰ Δαρείου περιμένειν.

12. Τίνες οὖν ἦσαν ἐλπίδες, ἐφ' αἷς διέβαινεν εἰς Ἀσίαν Ἀλέξανδρος; Οὐ τείχεσι πόλεων μυριάνδρων ἐκμετρουμένη δύναμις, οὐδὲ στόλοι δι' ὀρῶν πλέοντες, οὐδὲ μάστιγες, οὐδὲ πέδαι, μανικὰ καὶ βάρβαρα κολαστήρια θαλάσσης· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκτὸς, ἐν ὀλίγοις ὅπλοις φιλοτιμία πολλὴ, καὶ ζῆλος ἡλικίας παραλλήλου, καὶ ἅμιλλα περὶ δόξης καὶ ἀρετῆς ἑταίρων· αὐτὸς δ' εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὰς μεγάλας ἐλπίδας, εὐσέβειαν περὶ θεοὺς, πίστιν πρὸς φίλους, εὐτέλειαν, ἐγκράτειαν, εὐποιίαν, ἀφοβίαν πρὸς θάνατον, εὐψυχίαν, φιλανθρωπίαν, ὁμιλίαν εὐάρμοστον, ἀψευδὲς ἦθος, εὐστάθειαν ἐν βουλαῖς, τάχος ἐν πράξεσι,

mensæ et mulieres, neque vinum Chalybonium aut Hyrcanici pisces : sed ut omnes homines in unam reipublicæ constitutionem redigens, omnes uni principatui subditos, uni vitæ rationi assuefaceret. Hunc amorem a puero gerens insitum, unaque cum corpore auctum et adultum, ut legati venerunt a rege Persarum ad Philippum, qui tum peregre aberat, ipse eos comiter hospitio exceptos, nihil puerile, ut alii, interrogavit, de aurea illa arbori maritata vite, aut hortis pensilibus, aut ornatu regis : sed totus in iis erat, quæ imperii summam et vim continebant : sciscitans quantus esset Persarum exercitus, quo loco rex in præliis pugnaret : exemplo nimirum Ulyssis, rogantis :

Arma ubi sunt illi, stabulum quod quadrupedantum?

quæ itinera brevissima sursum a mari tendentibus ; ita ut attoniti hospites dixerint : *Iste puer magnus est rex, noster autem dives.* Posteaquam vero mortuo Philippo ad trajiciendum in Asiam appulit animum, jamque et spe et apparatu totus ea fuit in expeditione : injecit manum Fortuna, avertitque eum et retro abstraxit, innumerasque occupationes ei et moras circumdedit. Initio vicinis barbaris conturbatis, Illyricum et Triballicum bellum ei immisit. Quibus ab Asiatica re usque ad Scythiam, Istro adjacentem avulso, et circumcursitando magnisque periculis ac certaminibus obeundis defuncto, cum debellatis hostibus rursum expeditioni incumberet, eadem denuo Thebas incussit, Græcumque bellum, et atrocem adversus cognatos et populares per cædes, ferrum, ignemque, vindictam, cujus fuit tristissimus finis. His peractis rebus trajecit in Asiam, viatico instructus, ut Phylarchus prodidit, triginta dierum. Aristobulus scripsit, septuaginta eum habuisse talenta. Interim rem familiarem et reditus regios maxima ex parte inter amicos divisit. Solus Perdiccas nihil accepit, quanquam offerente rege ; sed interrogavit : *Tibi vero, Alexander, quid facis reliquum?* Isque ubi respondit : *Spes;* tum ille : *Nos ergo etiam*, inquit, *in earum parte acquiescemus, rectum quippe est nos Darii potius exspectare opes, quam tuas accipere.*

XII. Et quænam tandem erant illæ spes, quibus fretus Alexander in Asiam transmisit? Non copiæ ex urbibus, quarum quamvis multa civium millia inhabitarent, certo numero conductæ : non classis quæ per montes navigaret : non flagella, non compedes, barbaricæ insaniæ supplicia mari imponenda. Verum extra ipsum in exiguo exercitu vigebat magnum laudis studium, et æmulatio ætate æqualium, certamenque de gloria et virtute cum sociis susceptum. Ipse autem magnas in se spes continebat : pietatem adversum deos, fidem erga amicos, frugalitatem, continentiam, benignitatem, mortis contemptum, magnanimitatem, humanitatem, comitatem, candorem, constantiam in consiliis, celeritatem in actionibus, principatum in gloria, in-

ἔρωτα δόξης, προαίρεσιν ἐν τῷ καλῷ τελεσιουργόν. Ὅμηρος μὲν γὰρ οὐ πρεπόντως, οὐδὲ πιθανῶς, τὸ Ἀγαμέμνονος κάλλος ἐκ τριῶν συνήρμοσεν εἰκόνων, ὁμοιώσας,

* Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου φύσιν, εἴπερ ἐκ πολλῶν συνήρμοσε καὶ συνέθηκεν ἀρετῶν ὁ γεννήσας θεὸς, ἆρα οὐκ ἂν εἴποιμεν ἔχειν φρόνημα μὲν τὸ Κύρου, σωφροσύνην δὲ τὴν Ἀγησιλάου, σύνεσιν δὲ τὴν Θεμιστοκλέους, ἐμπειρίαν δὲ τὴν Φιλίππου, τόλμαν δὲ τὴν Βρασίδου, δεινότητα δὲ καὶ πολιτείαν τὴν Περικλέους; Τῶν δὲ ἔτι παλαιοτέρων, σωφρονέστερος μὲν Ἀγαμέμνονος· (ὁ μὲν γὰρ προέκρινε τῆς γαμετῆς τὴν αἰχμάλωτον· ὁ δὲ, καὶ πρὶν ἢ γῆμαι, τῶν ἁλισκομένων ἀπείχετο·) μεγαλοψυχότερος δὲ Ἀχιλλέως· (ὁ μὲν γὰρ χρημάτων ὀλίγων τὸν Ἕκτορος νεκρὸν ἀπελύτρωσεν· ὁ δὲ πολλοῖς χρήμασι Δαρεῖον ἔθαψε· καὶ ὁ μὲν παρὰ τῶν φίλων δῶρα καὶ μισθὸν ἀντὶ τῆς ὀργῆς διαλλαγεὶς ἔλαβεν· ὁ δὲ τοὺς πολεμίους κρατῶν, ἐπλούτιζεν·) εὐσεβέστερος δὲ Διομήδους· (ὁ μὲν γὰρ θεοῖς μάχεσθαι ἦν ἕτοιμος· ὁ δὲ πάντα τοὺς θεοὺς ἐνόμιζε κατορθοῦν·) ποθεινότερος δὲ τοῖς προσήκουσιν Ὀδυσσέως· ἐκείνου μὲν γὰρ ἡ τεκοῦσα διὰ λύπην ἀπέθανε· τούτῳ δὲ ἡ τοῦ πολεμίου μήτηρ ὑπ' εὐνοίας συναπέθανε.

13. Τὸ δ' ὅλον, εἰ μὲν καὶ Σόλων διὰ τύχην ἐπολιτεύσατο, καὶ Μιλτιάδης διὰ τύχην ἐστρατήγησε, καὶ Ἀριστείδης ἀπὸ τύχης ἦν δίκαιος, οὐδὲν ἄρα τῆς ἀρετῆς ἔργον ἐστὶν, ἀλλ' ὄνομα τοῦτο καὶ λόγος ἔχων δόξαν ἄλλως διέξεισι τοῦ βίου, πλαττόμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν καὶ τῶν νομοθετῶν. Εἰ δὲ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων ἀνδρῶν ἕκαστος πένης μὲν, ἢ πλούσιος, ἢ ἀσθενὴς, ἢ ἰσχυρὸς, ἢ ἄμορφος, ἢ καλὸς, ἢ εὔγηρως, ἢ ὠκύμορος, διὰ τύχην γέγονε, μέγαν δὲ στρατηγὸν, καὶ μέγαν νομοθέτην, καὶ μέγαν ἐν ἀρχαῖς καὶ πολιτείαις ἕκαστος ἑαυτὸν ἀρετῇ καὶ λόγῳ παρέσχηκε· φέρε θεῶ τὸν Ἀλέξανδρον ἅπασι παραβάλλων. Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν ἐν Ἀθήναις ἐποίησε, σεισάχθειαν προσαγορεύσας· Ἀλέξανδρος δὲ τὰ χρέα τοῖς δανείσασιν ὑπὲρ τῶν ὀφειλόντων αὐτὸς ἐξέτισε. Περικλῆς φορολογήσας τοὺς Ἕλληνας, ἐκ τῶν χρημάτων ἐκόσμησεν ἱεροῖς τὴν ἀκρόπολιν· Ἀλέξανδρος δὲ τὰ τῶν βαρβάρων χρήματα λαβὼν, ἔπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ναοὺς τοῖς θεοῖς ἀπὸ μυρίων ταλάντων οἰκοδομῆσαι κελεύσας. Βρασίδαν ἐν τῇ Ἑλλάδι περιβόητον ἐποίησε τὸ πρὸς Μεθώνην διαδραμεῖν τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, βαλλόμενον παρὰ τὴν θάλατταν· Ἀλεξάνδρου δ' ἐν Ὀξυδράκαις τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πήδημα καὶ ἄπιστον ἀκούουσι, καὶ θεωμένοις φοβερὸν, ἐκ τειχῶν ἀφέντος ἑαυτὸν εἰς τοὺς πολεμίους, δόρασι καὶ βέλεσι καὶ ξίφεσι γυμνοῖς ἐκδεχομένους, τίνι ἄν τις εἰκάσειεν; ἢ πυρὶ κεραυνίῳ ῥαγέντι καὶ φερομένῳ μετὰ πνεύματος, οἷον ἐπὶ γῆν κατέσκηψε φάσμα [Φοίβου] φλογοειδέσιν ὅπλοις περι-

stitutum animi in rebus gerendis efficax. Nam Homerus quidem neque convenienter neque probabiliter Agamemnonis pulchritudinem e tribus compegit similitudinibus :

Ille caput magno similis, oculosque Tonanti,
Neptuno pectusque, truci zonamque Gradivo.

Alexandri autem naturam si genitor deus ex multis concinnavit composuitque virtutibus, quid obstat quominus dicamus fuisse in eo magnanimitatem Cyri, modestiam Agesilai, prudentiam Themistoclis, peritiam Philippi, audaciam Brasidæ, vim et reipublicæ gerendæ calliditatem Periclis? Quinimo si eum velis cum vetustioribus componere, temperantior fuit Agamemnone : hic enim captivam prætulit uxori [quam primam virginem duxerat] : Alexander etiamnum conjugii exsors captivis abstinuit. Majore etiam fuit quam Achilles animo : hic enim Hectoris cadaver exiguo pretio redemptum reddidit, noster grandi sumptu funus Dario fecit : atque ille cum amicis in gratiam rediens, veniam donis ac præmio vendidit, Alexander victor hostes ditavit. Pietate porro Diomedem superavit : is enim paratus fuit adversum deos pugnare, noster omnem successum prosperum diis acceptum tulit. Acceptior quoque necessariis fuit quam Ulysses : hujus enim mater ob luctum et desiderium vita excessit, mortem Alexandri mater hostis ob benevolentiam est comitata.

XIII. Jam, ut universe dicam, si Solon rempublicam Fortuna constituit, si Miltiades Fortuna exercitum duxit, si Aristides Fortuna fuit justus ; nullum jam Virtutis erit opus, sed nomen hoc et oratio esto, quæ aliqua cum gloria homines pervagetur, ficta a sophistis et legumlatoribus. Sin autem eorum, quos recensui, virorum, unusquisque pauper quidem aut dives, imbecillis vel robustus, deformis sive pulcher fuit, ac vel in senectute felici mortem obiit, vel præpropere vitam reliquit, Fortunæ nutu : magnum vero imperatorem, magnum legum conditorem, magnum reipublicæ et magistratus administratorem Virtute se ipsum quivis et doctrina adjutus præstitit : agedum et considera, cum singulis Alexandrum comparemus. Solon Athenis novas tabulas confecit, eamque rem blando nomine Sisachthiam (id est oneris excussionem) appellavit : Alexander nominum loco pecuniam debitam creditoribus de suo dissolvit. Pericles tributo a Græcis exacto, templis ea e pecunia exstructis arcem ornavit : Alexander barbarica potitus pecunia, in Græciam decem millia talentûm misit, mandans ut ædes diis inde ædificarentur. Magnam nominis celebritatem per Græciam Brasidas peperit, quod hostium ad Methonam castra percurrit ad mare posita : Alexandri autem in Oxydracis saltum illum atrocem, incredibilem audientibus, et spectantibus terribilem, cum de muro se ipsum in hostes demisit hastis, et jaculis, et strictis ensibus eum excipientes, cuinam alii rei similem dicas, quam fulminis igni cum impetu proripientis se et vento? Tale tum spectrum in terras se dejecit ille, ardentibus circumfulgens armis.

λαμπόμενον; Οἱ δὲ τοπρῶτον ἐκπλαγέντες ἅμα φρίκῃ διέτρεσαν καὶ ἀνεχώρησαν· εἶτα ὡς ἑώρων ἄνθρωπον ἕνα πολλοῖς ἐπιφερόμενον, ἀντέστησαν. Ἐνταῦθα ἄρα ἡ τύχη μεγάλα καὶ λαμπρὰ διέφηνεν ἔργα τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐμενείας, ὅτε αὐτὸν μὲν εἰς χωρίον ἄσημον καὶ βάρβαρον ἐμβαλοῦσα, κατέκλεισε καὶ περιετείχισε, τοὺς δ' ὑπὸ σπουδῆς ἐπιβοηθοῦντας ἔξωθεν καὶ τῶν τειχῶν ἐφιεμένους, κλάσασα καὶ συντρίψασα τὰς κλίμακας, ὑπεσκέλισε καὶ κατεκρήμνισε. Τριῶν δὲ, οἵπερ ἔφθησαν μόνοι τοῦ τείχους λαβέσθαι καὶ καθέντες ἑαυτοὺς παραστῆναι τῷ βασιλεῖ, τὸν μὲν εὐθὺς ἀνήρπασε καὶ προανεῖλεν· ὁ δὲ, τοξεύμασι πολλοῖς διαπεπαρμένος, ὅσον ὁρᾶν καὶ συναισθάνεσθαι μόνον ἀπεῖχε τοῦ τεθνάναι· * κεναὶ δ' ἔξωθεν προσδρομαὶ καὶ ἀλαλαγμοὶ Μακεδόνων, οὐ μηχανῆς τινος, οὐχ ὀργάνων παρόντων, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς ξίφεσι τυπτόντων τὰ τείχη, καὶ χερσὶ γυμναῖς παραῤῥῆξαι καὶ μονονοὺ διαφαγεῖν βιαζομένων. Ὁ δ' εὐτυχὴς βασιλεὺς, καὶ ὑπὸ τῆς τύχης φυλαττόμενος ἀεὶ καὶ δορυφορούμενος, ὥσπερ θηρίον ἄρκυσιν ἐνσχεθεὶς, ἔρημος καὶ ἀβοήθητος, οὐχ ὑπὲρ Σούσων, οὐδὲ Βαβυλῶνος, οὐδὲ Βάκτρα λαβεῖν, οὐδὲ τὸ μέγα τοῦ Πώρου κρατῆσαι· τοῖς γὰρ ἐνδόξοις καὶ μεγάλοις ἀγῶσι, κἂν δυστυχῶνται, τὸ γοῦν αἰσχρὸν οὐ πρόσεστιν· ἀλλ' οὕτω δύσερις ἦν καὶ βάσκανος ἡ τύχη, καὶ φιλοβάρβαρος, καὶ μισαλέξανδρος, ὥστε μὴ τὸ σῶμα μόνον αὐτοῦ μηδὲ τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀνελεῖν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, καὶ διαφθεῖραι τὴν εὔκλειαν. Οὐ γὰρ παρ' Εὐφράτην Ἀλέξανδρον, ἢ Ὑδάσπην πεσόντα κεῖσθαι, δεινὸν ἦν, οὐδ' ἀγεννὲς, ἐν χερσὶ Δαρείου γενόμενον, καὶ ἵπποις καὶ ξίφεσι καὶ κοπίσι Περσῶν ἀμυνομένων ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἀποθανεῖν· οὐδὲ τῶν Βαβυλῶνος ἐπιβαίνοντα τειχῶν σφαλῆναι, καὶ πεσεῖν ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης. Οὕτω Πελοπίδας καὶ Ἐπαμινώνδας· ἀρετῆς ὁ τούτων θάνατος ἦν, οὐ δυστυχίας ἐπὶ τηλικούτοις. Τῆς δὲ νῦν ἐξεταζομένης τύχης οἷον τὸ ἔργον; [ἐν] ἐσχατιᾷ βαρβάρου παραποταμίας, καὶ τείχεσιν ἀδόξου πολίχνης περιβαλούσης καὶ ἀποκρυψάσης τὸν τῆς οἰκουμένης βασιλέα καὶ κύριον, ὅπλοις ἀτίμοις καὶ σκεύεσι τοῖς παρατυχοῦσι τυπτόμενον καὶ βαλλόμενον ἀπολέσθαι. Καὶ γὰρ κοπίδι τὴν κεφαλὴν διὰ τοῦ κράνους ἐπλήγη, καὶ βέλει τις ἀπὸ τόξου τὸν θώρακα διέκοψεν, οὗ τοῖς περὶ τὸν μασθὸν ἐνερεισθέντος ὀστέοις καὶ καταπαγέντος, ὁ μὲν καυλὸς ἐξεῖχε βαρύνων, τῆς δὲ ἀκίδος ὁ σίδηρος τεσσάρων δακτύλων εὖρος ἔσχε, καὶ πέντε μῆκος. Ἔσχατον δὲ τῶν δεινῶν, ὁ μὲν ἠμύνετο τοὺς κατὰ στόμα, καὶ τὸν βαλόντα καὶ πελάσαι τολμήσαντα μετὰ ξίφους, αὐτὸς τῷ ἐγχειριδίῳ φθάσας κατέβαλε καὶ ἀπέκτεινεν. Ἐν τούτῳ δέ τις δραμὼν ἐκ μύλωνος, ὑπέρῳ κατὰ τοῦ αὐχένος ὄπισθεν πληγὴν κατήνεγκεν, ἣ συνέχεε τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ σκοτωθέντος· ἡ δ' ἀρετὴ παρῆν, θάρσος μὲν αὐτῷ, ῥώμην δὲ καὶ σπουδὴν τοῖς περὶ αὐτὸν ἐμποιοῦσα. Λημναῖοι γὰρ καὶ Πτολεμαῖοι, καὶ Λεοννάτοι, καὶ ὅσοι τὸ τεῖχος ὑπερκαταβάντες, ἢ ῥή-

Et barbari initio perterriti, non sine horrore dissipati recesserunt : deinde cum viderent unum hominem in multos irruere, restiterunt. Enimvero ibi loci Fortuna suæ erga Alexandrum benevolentiæ præclara et evidentia opera edidit, quando ipso in locum obscurum et barbarum abjecto, murisque incluso, eos qui auxilium ferre summo studio contendebant, murosque foris invadebant, confractis scalis prostravit atque præcipitavit : de tribus vero, qui soli in muros evaserant ac seipsos demiserant ut juxta regem consisterent, unum statim rapuit atque interfecit : alter multis confixus jaculis tantum abfuit a morte, quod sentire adhuc et quid ageretur cernere potuit : interim foris inanes incursiones atque conclamationes erant Macedonum, cum machina ad oppugnandum nulla, nullum in promptu esset instrumentum : sed muros præ opitulandi studio gladiis percuterent, nudisque manibus rumpere ac tantum non mordicus comminuere niterentur? At enim fortunatus ille rex, utpote quem perpetuo stiparet custodiretque Fortuna, feræ in modum cassibus implicatæ, desertus et auxilii inops agebat : non eo redactus, ut Susis, Babylone, vel Bactris potiretur, aut præclaram de Poro illam victoriam reportaret. Nam qui arduas ac gloriosas res gerendas suscipiunt, ab illorum infortunio, si quod habent, saltem dedecus abest. Sed ita pertinax et invidiosa fuit Fortuna, ita barbaris favit, Alexandro male voluit : ut, quantum in ipsa quidem fuit, non corpus modo tunc ejus atque vitam, sed et gloriam decusque aboleverit. Neque enim adeo indignum erat vel turpe Alexandrum ad Euphraten vel Hydaspen occumbere, aut manu cum Dario conserta, equis, gladiis, et securibus Persarum pro rege suo propugnantium interfici, aut conscensis Babylonis mœnibus, ruere et a magna spe decidere. Sic Pelopidas et Epaminondas exstincti sunt : quorum in tantis conatibus mors virtuti, non calamitati est imputanda. Sed quodnam fuit facinus Fortunæ, in quam nunc inquirimus? Ut in extremo angulo barbaricæ fluvii ripæ, intra muros ignobilis oppiduli inclusus atque occultatus orbis terrarum rex atque dominus periret, armis inhonestis et instrumentis temere oblatis percussus atque contusus. Nam securi per galeam caput vulneratum ejus est, et sagitta aliquis arcu emissa thoracem perrupit, cujus ad mammam infixæ ossibus et inhærentis, colis eminuit aggravans, cuspis autem ferrea quatuor digitos fuit lata, longitudo quinque. Extremum mali hoc fuit, dum ipse se adversus hostes defendit, et eum qui conjecerat telum, ac gladio armatus accedere audebat, pugione præventum dejicit atque necat : interea quidam e pistrino accurrens a tergo ictum cervicibus Alexandri ingerit, quo in vertiginem acti sensus sunt hebetati. Verumtamen præsto adfuit Virtus, fiduciam ipsi, sociis robur festinationemque inserens. Limnæus enim, Ptolemæus, Leonnatus, atque alii, qui vel superato

ξαντες ἔστησαν πρὸ αὐτοῦ, τεῖχος ἀρετῆς ἦσαν, εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ τοῦ βασιλέως τὰ σώματα καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τὰς ψυχὰς προβαλλόμενοι. Οὐ γὰρ διὰ τύχην ἀγαθῶν βασιλέων ἕτεροι προαποθνήσκουσιν ἑκουσίως καὶ προκινδυνεύουσιν, ἀλλ' ἔρωτι τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ὑπὸ φίλτρων μέλιτται, τῷ ἄρχοντι προσέρχονται καὶ προσπεφύκασι. Τίς οὖν οὐκ ἂν εἴποι τότε παρὼν ἀκίνδυνος θεατής, ὅτι τύχης μέγαν ἀγῶνα κατ' ἀρετῆς θεᾶται, καὶ τὸ μὲν βάρβαρον παρ' ἀξίαν ἐπικρατεῖ διὰ τύχην, τὸ δ' Ἑλληνικὸν ἀντέχει παρὰ δύναμιν δι' ἀρετήν; κἂν μὲν ἐκεῖνοι περιγένωνται, τύχης καὶ δαίμονος φθονεροῦ καὶ νεμέσεως ἔσται τὸ ἔργον· ἂν δὲ οὗτοι κρατήσωσιν, ἀρετὴ καὶ τόλμα καὶ φιλία καὶ πίστις ἐξοίσεται τὸ νικητήριον; Ταῦτα γὰρ μόνα παρῆν Ἀλεξάνδρῳ· τῆς δ' ἄλλης δυνάμεως καὶ παρασκευῆς, καὶ στόλων, καὶ ἵππων, καὶ στρατοπέδων, μέσον ἔθηκεν ἡ τύχη τὸ τεῖχος. Ἐτρέψαντο μὲν οὖν τοὺς βαρβάρους οἱ Μακεδόνες, καὶ πεσοῦσιν αὐτοῖς ἐπικατέσκαψαν τὴν πόλιν. Ἀλεξάνδρῳ δ' οὐδὲν ἦν ὄφελος. Ἥρπαστο γὰρ μετὰ τοῦ βέλους, καὶ τὸν πόλεμον ἐν τοῖς σπλάγχνοις εἶχε, καὶ δεσμὸς ἦν αὐτῷ καὶ ἧλος τὸ τόξευμα τοῦ θώρακος πρὸς τὸ σῶμα· * καὶ σπάσαι μὲν ὥσπερ ἐκ ῥίζης τοῦ τραύματος βιαζομένοις οὐχ ὑπήκουεν ὁ σίδηρος, ἕδραν ἔχων τὰ πρὸ τῆς καρδίας στερεὰ τοῦ στήθους· ἐκπρῖσαι δὲ τοῦ δόνακος οὐκ ἐθάῤῥουν τὸ προὖχον, ἀλλ' ἐφοβοῦντο, μήπως σπαραγμῷ σχιζόμενον τὸ ὀστέον, ὑπερβολὰς ἀλγηδόνων παράσχῃ, καὶ ῥῆξις αἵματος ἐκ βάθους γένηται. Πολλὴν δὲ ἀπορίαν καὶ διατριβὴν ὁρῶν αὐτὸς, ἐπεχείρησεν ἐν χρῷ τοῦ θώρακος ἀποτέμνειν τῷ ξιφιδίῳ τὸν οἰστόν· ἠτόνει δὲ ἡ χεὶρ, καὶ βάρος εἶχε ναρκῶδες ὑπὸ φλεγμονῆς τοῦ τραύματος. Ἐκέλευεν οὖν ἅπτεσθαι, καὶ μὴ δεδιέναι, τοὺς ἀτρώτους θαῤῥύνων· καὶ τοῖς μὲν ἐλοιδορεῖτο κλαίουσι καὶ περιπαθοῦσι, τοὺς δὲ, λειποτάκτας ἀπεκάλει, μὴ τολμῶντας αὐτῷ βοηθεῖν· ἐβόα δὲ πρὸς τοὺς ἑταίρους· Μηδεὶς ἔστω μηδὲ ὑπὲρ ἐμοῦ δειλός· ἀπιστοῦμαι μὴ φοβεῖσθαι θάνατον, εἰ τὸν ἐμὸν φοβεῖσθε ὑμεῖς.

vel perrupto muro ante regem constiterant, murus erant virtutis, ob benevolentiam et amicitiam, qua Alexandro erant juncti, corpora, facies, animasque suas pro eo opponentes. Non enim Fortunæ casu fit, ut alii ultro pericula pro regibus adeant, et mortem oppetant : sed ob Virtutis amorem, sicut ob illex aliquod medicamentum apes solent, principi se adjungunt et adhærent. Quis autem, qui tunc extra periculum constitutus spectator adfuisset, non hoc erat dicturus? conspicere se magnum Fortunæ adversus Virtutem certamen : et barbaros indigne superiore esse loco, Fortuna favente : Græcos autem resistere ultra vires, Virtutis præsidio? ac si barbari vincant, Fortunæ hoc et invidi genii ac Nemesis fore opus : si Græci, victoriam Virtuti, audaciæ, amicitiæ, ac fidelitati deberi? Etenim hæc sola aderant tum Alexandro : reliquis copiis, apparatui, classibus, exercitibus, equitatui murum objecerat Fortuna. Tamen barbaros fuderunt Macedones, eosque stratos ruinis oppidi texerunt. Verum hoc Alexandro nihil tulit opis. Raptus enim inde est ut erat telo onustus, et bellum in visceribus continebat, tanquam vinculo aut clavo thoracem sagitta corpori astringente. Quam cum vi evellere e vulnere tanquam e radice essent aggressi, ferramentum manus non est secutum, pectoris ossa quæ cor muniunt pro firmamento nactum. Neque calami prominentem partem serra abscindere sunt ausi : metuentes ne vehementiore agitatione fissum os nimios excitaret dolores, et sanguinis e profundo proruptioni causam præberet. Ipse Alexander cum magnam videret perplexitatem difficultatemque et moram rei, sagittam conatus est ad ipsam thoracis superficiem pugione abscindere : sed manus torpens præ inflammatione vulneris, conatum non pertulit. Jussit ergo eos rem tentare, ac nihil metuere, ultro animos addens non vulneratis : aliisque exprobravit lacrymas et nimium mœrorem, alios desertores appellavit, qui opem ipsi ferre non auderent : altaque voce testatus ad socios, neminem ne pro ipso quidem debere timidum esse: *Nam si vos*, aiebat, *pro me trepidatis, non credetur me nullo mortis metu teneri.*

ΠΟΤΕΡΟΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΜΟΝ Η ΚΑΤΑ ΣΟΦΙΑΝ ΕΝΔΟΞΟΤΕΡΟΙ.

1. Ταῦτα ὀρθῶς μὲν ἐκεῖνος εἶπε πρὸς τοὺς μεθ' ἑαυτὸν στρατηγοὺς, οἷς πάροδον ἐπὶ τὰς ὕστερον πράξεις ἔδωκεν ἐξελάσας τὸν βάρβαρον, καὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας· ὀρθῶς δ' εἰρήσεται καὶ πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῖς λόγοις μέγα φρονοῦντας. Ἂν γὰρ ἀνέλῃς τοὺς πράττοντας, οὐχ ἕξεις τοὺς γράφοντας. Ἄνελε τὴν Περικλέους πολιτείαν, καὶ τὰ ναύμαχα πρὸς Ῥίῳ Φορμίωνος τρόπαια, καὶ τὰς περὶ Κύθηρα καὶ Μέγαρα καὶ Κόρινθον ἀνδραγαθίας Νικίου, καὶ τὴν Δημοσθένους Πύλον, καὶ τοὺς Κλέωνος τετρακοσίους αἰχμαλώτους, καὶ Τολμίδαν Πελοπόννησον περιπλέοντα, καὶ Μυρω-

BELLONE AN PACE CLARIORES FUERINT ATHENIENSES.

I. Atque hoc quidem recte respondit ipsum subsecutis ducibus Themistocles quibus ille aditum ad res gerendas patefecit, barbaro profligato, et liberata Græcia. Recte autem dicetur in eos id ipsum, qui propter libros a se scriptos multum sibi tribuunt. Si enim desint qui res gerant, nullus erit historiæ scriptor. Aufer Periclis administrationem reipublicæ et de navalis prælii victoria ad Rhium a Phormione erectum tropæum, tum Niciæ apud Cythera et Megara et Corinthum egregia facinora, Pylum Demosthenis, Cleonis captivos quadringentos, et Tolmidam qui circum Pelo-

νίδην νικῶντα Βοιωτοὺς ἐν Οἰνοφύτοις· καὶ Θουκυδίδης σοι διαγέγραπται. Ἄνελε τὰ περὶ Ἑλλήσποντον Ἀλκιβιάδου νεανιεύματα, καὶ τὰ πρὸς Λέσβον Θρασύλλου, καὶ τὴν ὑπὸ Θηραμένους τῆς ὀλιγαρχίας κατάλυσιν, καὶ Θρασύβουλον καὶ Ἄρχιππον, καὶ τοὺς ἀπὸ Φυλῆς ἑβδομήκοντα κατὰ τῆς Σπαρτιατῶν ἡγεμονίας ἀνισταμένους, καὶ Κόνωνα πάλιν ἐμβιβάζοντα τὰς Ἀθήνας εἰς τὴν θάλατταν· καὶ Κράτιππος ἀνήρηται. Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γέγονεν ἱστορία, γράψας ἃ ἐστρατήγησε καὶ κατώρθωσε, καὶ Θεμιστογένη περὶ τούτων συντετάχθαι τὸν Συρακούσιον, ἵνα πιστότερος ᾖ διηγούμενος ἑαυτὸν ὡς ἄλλον, ἑτέρῳ τὴν τῶν λόγων δόξαν χαριζόμενος. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἱστορικοὶ, Κλεινόδημοι, Δίυλοι, Φιλόχοροι, Φύλαρχος, ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων, ὥσπερ δραμάτων, ὑποκριταὶ, τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι, καὶ ταῖς ἐκείνων ὑποδυόμενοι μνήμαις, ἵνα ὡς αὐγῆς τινος καὶ φωτὸς μετάσχωσιν. Ἀνακλᾶται γὰρ ἀπὸ τῶν πραττόντων ἐπὶ τοὺς γράφοντας καὶ ἀναλάμπει δόξης εἴδωλον, ἀλλοτρίας ἐμφαινομένης διὰ τῶν λόγων τῆς πράξεως, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ.

2. Πολλῶν μὲν δὴ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενὴς τεχνῶν γέγονε, τὰς μὲν εὑραμένη καὶ ἀναφήνασα πρώτη, ταῖς δὲ δύναμιν προσθεῖσα καὶ τιμὴν καὶ αὔξησιν· οὐχ ἥκιστα δὲ ὑπ' αὐτῆς * ζωγραφία προῆκται καὶ κεκόσμηται. Καὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος, ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν. Οὗ τοῖς ἔργοις ἐπιγέγραπται· Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται. Καὶ Εὐφράνωρ καὶ Νικίας καὶ Ἀσκληπιόδωρος, καὶ Πλειστaίνετος, ὁ Φειδίου ἀδελφὸς, οἱ μὲν στρατηγοὺς ἔγραψαν νικῶντας, οἱ δὲ μάχας, οἱ δὲ ἥρωας· ὥσπερ Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παῤῥασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι, τὸν δὲ ἑαυτοῦ κρέα βόεια. Τῷ γὰρ ὄντι γλαφυρῶς ὁ Παῤῥασίου γέγραπται καὶ πεποίηται, καί τι προσέοικε· τὸν δ' Εὐφράνορος ἰδών τις, εἶπεν οὐκ ἀφυῶς τις

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ.

Γέγραφε δὲ καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ πρὸς Ἐπαμινώνδαν ἱππομαχίαν οὐκ ἀνενθουσιάστως Εὐφράνωρ. Τὸ δ' ἔργον ἔσχεν οὕτως· Ἐπαμινώνδας Θηβαῖος ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἀρθεὶς μέγας, ἐπεμβῆναι τῇ Σπάρτῃ πεσούσῃ, καὶ πατῆσαι τὸ φρόνημα καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως ἠθέλησε. Καὶ πρῶτα μὲν ἐμβαλὼν ἑπτὰ μυριάσι στρατοῦ, διεπόρθησε τὴν χώραν, καὶ τοὺς περιοίκους ἀπέστησεν αὐτῶν· ἔπειτα περὶ Μαντίνειαν ἀντιτεταγμένους εἰς μάχην προὐκαλεῖτο. Μὴ βουλομένων δὲ μηδὲ τολμώντων, ἀλλὰ τὴν Ἀθήνηθεν ἐπικουρίαν ἐκδεχομένων, νυκτὸς ἄρας καὶ λαθὼν ἅπαντας εἰς τὴν Λακωνικὴν κατέβη, καὶ μικροῦ ἔφθη τὴν πόλιν ἔρημον ἐξ ἐφόδου λαβεῖν καὶ κατασχεῖν. Αἰσθομένων δὲ τῶν συμμάχων, καὶ βοηθείας τάχος πρὸς τὴν πόλιν

ponnesum naviget, Myronidem qui Bœotos vincat apud Œnophyta (seu Vineta) : jam deleveris Thucydidem. Tolle Alcibiadis conatus audaces apud Hellespontum, Thrasylli ad Lesbum, et eversam a Theramene paucorum in republica potestatem, Thrasybulum et Archippum, ac septuaginta istos qui a Phyla profecti contra principatum Spartanorum insurrexerunt, et Cononem res Athenienses rursum in mare deducentem : sustuleris Cratippum. Ipse vero Xenophon suæ sibi historiæ fuit argumentum, scribens quomodo exercitum duxerit, et quid præclare gesserit rei, ac de iis compositam historiam esse a Themistogene Syracusio : gloriam hanc alii deferens scriptionis, ut de se ipso tanquam de alio scribens facilius fidem inveniret. Reliqui omnes historici, Clinodemi, Diylli, Philochori, Philarchi alienorum operum tanquam fabularum fuerunt histriones, imperatorum et regum res gestas disponentes, ac sub eorum memoriam subeuntes, ut ab ea in partem aliquam splendoris et lucis collocarentur. Quippe ab auctore factorum recellitur in scriptorem, atque in eo refulget imago gloriæ : ubi tanquam in speculo apparet in oratione effigies alieni facinoris.

II. Profecto urbs hæc multarum etiam aliarum mater, nutrixque benigna fuit artium, quarum alias prima reperit inque lucem protulit, aliis honorem, vim, incrementa contulit : non minimam vero ei debet et inventionis et exornationis partem ars pingendi. Nam Apollodorus pictor, qui primus hominum invenit colorum temperationem diversorum, et umbræ coloribus exprimendæ rationem, Athenis natus fuit ; cujus operibus inscriptum fuit :

Facilius hæc culpabit quis, quam imitabitur.

Tum Euphranor, Nicias, Asclepiodorus, Plistænetus frater Phidiæ : quorum alii ducum victorias pinxerunt, alii pugnas, alii heroas : ut Euphranor, qui Theseum a se pictum Parrhasii Theseo comparans, *hunc* dixit *rosas edisse, suum autem bubulas carnes*. Re vera enim Parrhasii pictus effictusque fuit nitide, et similis nonnihil alterius est : sed Euphranoris videns aliquis, non inscite diceret :

O cives ingenti pectore præditi Erechthei,
quem Jove nata Minerva aluit. —

Pinxit etiam equestre adversus Epaminondam prælium ad Mantineam pugnatum Euphranor, non sine divino quodam instinctu. Res ita habuit. Epaminondas Thebanus Leuctrica victoria elatus, cum insultare Spartæ ruenti, fastumque et dignitatem civitatis conculcare in animo haberet, principio cum septuaginta millium exercitu facta impressione ditionem Laconicam vastavit, finitimosque ad defectionem a Spartanis faciendam pertraxit. Deinde apud Mantineam cum ii aciem opposuissent, ad pugnam provocavit : cumque recusarent, et congredi non auderent, sed ab Athenis suppetias exspectarent, noctu castra movit, hostibusque deceptis in Laconicam descendit : parumque abfuit quin ipso adventu suo Spartam desertam caperet. Tamen sociis

γενομένης, ὑπέδειξε μὲν ὡς αὖθις ἐπὶ λεηλασίαν καὶ φθορὰν τῆς χώρας τρεψόμενος· ἐξαπατήσας δὲ καὶ κατακοιμίσας οὕτω τοὺς πολεμίους, ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ τῆς Λακωνικῆς· καὶ διαδραμὼν εἰς τὴν μεταξὺ χώραν, ἐπεφαίνετο τοῖς Μαντινεῦσιν ἀπροσδόκητος, καὶ διαβουλευομένοις αὐτοῖς ἀκμὴν τοῦ πέμπειν τὴν εἰς Λακεδαίμονα βοήθειαν, εὐθέως ὁπλίζεσθαι προσέταξε τοῖς Θηβαίοις. Οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι μέγα φρονοῦντες ἐν τοῖς ὅπλοις, ἐπεφέροντο καὶ περιελάμβανον κύκλῳ τὰ τείχη. Τῶν δὲ Μαντινέων ἔκπληξις ἦν καὶ ἀλαλαγμὸς καὶ διαδρομὴ, ὡς ῥεῦμα τὴν δύναμιν ἀθρόαν ἐμπίπτουσαν ὤσασθαι μὴ δυναμένων, μηδ' ἐπινοούντων βοήθειαν. Ἐν τούτῳ δὲ καιροῦ καὶ τύχης Ἀθηναῖοι κατέβαινον ἀπὸ τῶν ἄκρων εἰς τὴν Μαντινικὴν, οὐκ εἰδότες τὴν ῥοπὴν, οὐδὲ τὴν ὀξύτητα τοῦ ἀγῶνος, ἀλλ' ὁδῷ πορευόμενοι καθ' ἡσυχίαν· ὡς δέ τις αὐτῶν ἐκδραμὼν ἀπήγγειλε τὸν κίνδυνον, ὀλίγοι μὲν ὄντες ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἐξ ὁδοῦ δὲ κεκμηκότες, οὐδενὸς δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων παρόντος, ὅμως εὐθὺς εἰς τάξιν καθίσταντο τοῖς πλείστοις. Οἱ δ' ἱππεῖς διασκευασάμενοι καὶ προεξελάσαντες, ὑπὸ τὰς πύλας αὐτὰς καὶ τὸ τεῖχος ἔθεντο καρτερὰν ἱππομαχίαν· καὶ κρατήσαντες, ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐπαμινώνδα ἀφείλοντο τὴν Μαντίνειαν. Τοῦτο τὸ ἔργον Εὐφράνωρ ἔγραψε, καὶ πάρεστιν ὁρᾷν ἐν εἰκόνι, τῆς μάχης τὸ σύγγραμμα, καὶ τὴν ἀντέρεισιν ἀλκῆς καὶ θυμοῦ καὶ πνεύματος γέμουσαν. Ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι τὴν ζωγράφου κρίσιν προθείητε πρὸς τὸν στρατηγὸν, οὐδ' ἀνάσχοιθε τῶν προτιμώντων τὸν πίνακα τοῦ τροπαίου, καὶ τὸ μίμημα τῆς ἀληθείας.

3. Πλὴν ὁ Σιμωνίδης, τὴν μὲν ζωγραφίαν, ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύει, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Ἃς γὰρ οἱ ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας δεικνύουσι, ταύτας οἱ λόγοι γεγενημένας διηγοῦνται καὶ συγγράφουσιν. * Εἰ δὲ οἱ μὲν χρώμασι καὶ σχήμασιν, οἱ δ' ὀνόμασι καὶ λέξεσι ταὐτὰ δηλοῦσιν· ὕλῃ καὶ τρόποις μιμήσεως διαφέρουσι, τέλος δ' ἀμφοτέροις ἓν ὑπόκειται, καὶ τῶν ἱστορικῶν κράτιστος ὁ τὴν διήγησιν ὥσπερ γραφὴν πάθεσι καὶ προσώποις εἰδωλοποιήσας. Ὁ γοῦν Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἁμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. Ὁ γὰρ παρὰ τὴν Ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης, καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπισπέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν, καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν, καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων εἰς τὴν παρεξειρεσίαν· καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δ' ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι· καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν

Lacedæmoniorum id sentientibus, et celeriter ad tutandam urbem auxilia ferentibus, præ se tulit rursum se ire agros populatum : itaque deceptis et sopitis hostibus noctu e Laconica movit, continentique itinere Mantinensibus nihil tale exspectantibus supervenit : cumque ii tum maxime de mittendis Spartam suppetiis deliberarent, statim Thebanos se armare jussit. Ergo Thebani, ut qui in armis sibi multum tribuerent, statim accurrere, et urbem in orbem cingere : Mantinenses vero trepidare, promiscue vociferari, discursare, ut qui neque tantas copias subito fluctus in morem irruentes propulsare possent, neque spem auxilii ullam viderent. Ecce autem hoc ipso temporis et fortunæ in articulo Athenienses e superioribus locis in Mantinensem agrum descendunt, ignari momentorum, et quantam præsens periculum festinationem requireret, sed lento gradu iter institutum peragentes. Verum ubi quidam excurrens quo res loco esset exposuit : tametsi et pauci erant, si quis cum hostium numero compararet, et ex itinere defessi, aliorum etiam sociorum præsentia destituti, statim tamen aciem instruxerunt : equitesque instructi et provecti usque sub ipsas portas murosque Mantineæ, acre prælium equestre commiserunt, victoriaque potiti eam urbem e manibus Epaminondæ eripuerunt. Hanc rem Euphranor pinxit, videreque est in pugnæ ejus imagine, quanta vi ac fervore animorum pugna fuerit commissa atque peracta. Sed non puto vos pictoris artificium ducis virtuti comparaturos, aut passuros si quis tabulam tropæo, et imitationem ipsi rei vellet præferre.

III. Dixit quidem Simonides *picturam esse poesin tacentem*, *poesin picturam loquentem*. Nam quas res tanquam si coram agerentur pictores repræsentant, hæ ut præteritæ oratione enarrantur atque conscribuntur. Et cum pictores idem coloribus et figuris exprimant, quod scriptores verbis et dictionibus; tantum hi materia et modo imitationis differunt, utrisque idem est finis propositus, isque optimus historiæ scriptor habetur qui narrationem personis animoque movendo aptatis figuris ita conformat, ut picturam referat. Ad hanc quidem Thucydides evidentiam semper innititur, ut auditorem tanquam spectatorem faciat : et quæ animorum perturbationes atque consternationes spectantibus accidissent, in easdem lectorem conjiciat. Nam ad ipsius Pyli asperum littus Atheniensium aciem instruens Demosthenes, Brasidasque gubernatorem ut foras navim impelleret instigans, et ad transtra vadens, ac sauciatus et animo deficiens, et ad locum remigibus vacuum declinans : tum e mari pedestre certamen Spartani, navale e terra Athenienses obeuntes : rursumque bello Siciliensi terrestris amborum exercitus e terra prospectans prælium anceps navale, et servans infinitam contentionem animi, per certaminis continuationem ita corpore se inclinans ut opinionem viso conceperat : hic igitur

αὐτοῖς, ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συμπνέων τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας. Ὥστε εἰ τοὺς ζωγραφοῦντας οὐκ ἄξιον παραβάλλειν τοῖς στρατηγοῖς, μηδὲ τοὺς ἱστοροῦντας παραβάλωμεν. Τὴν τοίνυν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἀπήγγειλεν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, Θέρσιππος ὁ Ἐρωεύς. Οἱ δὲ πλεῖστοι λέγουσιν Εὐκλέα, δραμόντα σὺν τοῖς ὅπλοις θερμὸν ἀπὸ τῆς μάχης, καὶ ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν πρώτων, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, Χαίρετε, καὶ χαίρομεν· εἶτα εὐθὺς ἐκπνεῦσαι. Πλὴν οὗτος μὲν αὐτάγγελος ἧκε τῆς μάχης, ἀγωνιστὴς γενόμενος. Φέρε δ᾽ εἴ τις ὑπὲρ λόφου τινὸς ἢ σκοπῆς αἰπόλων ἢ βοτήρων τοῦ ἀγῶνος ἄπωθεν γενόμενος θεατής, καὶ κατιδὼν τὸ μέγα καὶ πάντος λόγου μεῖζον ἐκεῖνο ἔργον, ἧκεν εἰς τὴν πόλιν ἄτρωτος ἄγγελος καὶ ἀναίμακτος, εἶτα ἠξίου τιμὰς ἔχειν, ἃς Κυναίγειρος ἔσχεν, ἃς Καλλίμαχος, ἃς Πολύζηλος, ὅτι τὰς τούτων ἀριστείας καὶ τραύματα καὶ θανάτους ἀπήγγειλεν, ἆρα οὐκ ἂν ἐδόκει πᾶσαν ὑπερβάλλειν ἀναίδειαν; ὅπου γε Λακεδαιμονίους φασὶ τῷ τὴν ἐν Μαντινείᾳ φράσαντι νίκην, ἣν Θουκυδίδης ἱστόρηκεν, εὐαγγέλιον ἐκ φιδιτίου κρέας ἀποστεῖλαι. Καὶ μὴν οἱ συγγράφοντες, ἐξάγγελοί τινες εἰσὶ τῶν πράξεων εὔφωνοι, καὶ τῷ λόγῳ διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν δύναμιν ἐξικνούμενοι, οἷς εὐαγγέλιον ὀφείλουσιν οἱ πρώτως ἐντυγχάνοντες καὶ ἱστοροῦντες. Ἀμέλει δὲ καὶ ἐγκωμιάζονται μνημονευόμενοι, καὶ ἀναγινωσκόμενοι διὰ τοὺς κατορθώσαντας. Οὐ γὰρ οἱ λόγοι ποιοῦσι τὰς πράξεις, καὶ ἀκοῆς ἀξιοῦνται.

4. Καὶ γὰρ ἡ ποιητικὴ χάριν ἔσχε καὶ τιμὴν [τῷ] τοῖς πεπραγμένοις ἐοικότα λέγειν· ὡς Ὅμηρος ἔφη·

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Λέγεται δὲ καὶ Μενάνδρῳ τῶν συνήθων τις εἰπεῖν· Ἐγγὺς οὖν, Μένανδρε, τὰ Διονύσια, καὶ σὺ τὴν κωμῳδίαν οὐ πεποίηκας; τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι, Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε πεποίηκα τὴν κωμῳδίαν· ᾠκονόμηται γὰρ ἡ διάθεσις· δεῖ δ᾽ αὐτῇ τὰ στοιχίδια ἐπᾷσαι. Ὅτι καὶ αὐτοὶ τὰ πράγματα τῶν λόγων ἀναγκαιότερα καὶ κυριώτερα νομίζουσιν. Ἡ δὲ Κόριννα τὸν Πίνδαρον, ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον, ἐνουθέτησεν, ὡς ἄμουσον ὄντα καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε· γλώσσας δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μεταφράσεις καὶ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. * Σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις, ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἰσμηνὸν, ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέους,
ἢ τὰν —·

δειξαμένου δὲ τῇ Κορίννῃ, γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ

terrestris a Thucydide descriptus exercitus, plane est opus pictoriæ evidentiæ, cum compositione tum conformatione. Tamen si pictores non comparamus imperatoribus, ne historicos quidem iis æquabimus. De Marathonia autem pugna nuntium attulit Thersippus Erœensis, si Heraclidæ Pontico credimus. Plerique ferunt Euclea cum armis a pugna adhuc calentem in fores principum incidisse; idque unum fatum : *Salvete, salvi sumus*, illico exspirasse. Verum hic quidem nuntius venit rei quam coram vidisset, interque alios pugnasset. Agedum si quis de colle aliquo aut specula caprarum oviumve pastor eminus pulcherrimi istius certaminis, omnemque orationem superantis spectator, in urbem nuntium rei attulisset, ipse sine vulnere et incruentus, ac præmii loco eos posceret honores, qui Cynægiro, Callimacho, Polyzeloque habiti sunt, propterea quod eorum res gestas, facinora, vulnera, interitus ipse renuntiasset; nonne videretur tibi omnem excessisse impudentiæ magnitudinem; quando Lacedæmonios aiunt nuntio victoriæ ad Mantineam partæ, quam descripsit Thucydides, carnem e phiditio muneris loco misisse? Scriptores quidem rerum gestarum, nuntii quidam sunt vocales, et orationis vi atque pulchritudine ad animos hominum penetrant : debentque iis gratiam qui primi eos legunt atque cognoscunt : sed et laudatur eorum memoria propter eos, quorum præclara facinora litteris commendaverunt. Non enim oratio, quantumvis eam dignemur auditione, res efficit.

IV. Etenim et poesis gratiam honoremque invenit, factis similia narrans, ut ait Homerus :

Plurima narrabat conficta, simillima veris.

Ferunt etiam Menandro familiarium quemdam dixisse : Instant Liberalia, et tu comœdiam nondum composuisti? atque eum respondisse : *Ego mehercle comœdiam feci, argumento jam materiaque dispositis : restat tantum ut ei versus accinam.* Nam ipsi quoque poetæ existimant res magis esse quam verba necessarias atque præcipuas. Corinna etiam Pindarum, juvenem adhuc et audacius eloquentia utentem, monuit, esse eum artis musicæ rudem, quod nullas fabulas scriptis insereret, quod poetæ esset officium : cum elocutio, et figuræ, ornatusque, et cantilena ac carminis modus tantum eo afferantur, ut rebus propositis suavitatem concilient : huic admonitioni Pindarus cum animum perattente advertisset, carmen scripsit, cujus est initium

Ismenumne, an aureis utentem fusis Meliam,
aut Cadmum, aut Spartorum genus virorum,
aut Herculis omnia superantis vim canam?

Cumque id Corinnæ exhibuisset, ridens ea : *Manu*, inquit, *serendum est, non toto sacco* : vere enim congesta omnis generis fabularum semina promiscue in illam

μύθων ὁ Πίνδαρος εἰς τὸ μέλος ἐξέχεεν. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἡ ποιητικὴ περὶ μυθοποιίαν ἐστὶ, καὶ Πλάτων εἴρηκεν. Ὁ δὲ μῦθος εἶναι βούλεται λόγος ψευδὴς ἐοικὼς ἀληθινῷ· διὸ καὶ πολὺ τῶν ἔργων ἀφέστηκεν, εἰ λόγος μὲν, ἔργου, καὶ λόγου δὲ μῦθος εἰκὼν καὶ εἴδωλόν ἐστι. Καὶ τοσοῦτον τῶν ἱστορούντων οἱ πλάττοντες τὰς πράξεις ὑστεροῦσιν, ὅσον ἀπολείπονται τῶν πραττόντων οἱ λέγοντες.

5. Τῆς μὲν οὖν [ἐπικῆς] ποιήσεως ἡ πόλις οὐκ ἔσχηκεν ἔνδοξον δημιουργὸν, οὐδὲ μελικῆς. Ὁ γὰρ Κινησίας ἀργαλέος ἔοικε ποιητὴς γεγονέναι διθυράμβων· καὶ αὐτὸς μὲν ἄγονος καὶ ἀκλεὴς γέγονε, σκωπτόμενος δὲ καὶ χλευαζόμενος ὑπὸ τῶν κωμῳδοποιῶν, οὐκ εὐτυχοῦς δόξης μετέσχηκε. Τῶν δὲ δραματοποιῶν, τὴν μὲν κωμῳδοποιίαν οὕτως ἄσεμνον ἡγοῦντο καὶ φορτικὸν, ὥστε νόμος ἦν μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην. Ἤνθησε δὲ ἡ τραγῳδία καὶ διεβοήθη, θαυμαστὸν ἀκρόαμα καὶ θέαμα τῶν τότ' ἀνθρώπων γενομένη, καὶ παρασχοῦσα τοῖς μύθοις καὶ τοῖς πάθεσιν ἀπάτην, ὡς Γοργίας φησὶν, ἣν ὅ τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Ὁ μὲν γὰρ ἀπατήσας, δικαιότερος, ὅτι τοῦτο ὑποσχόμενος πεποίηκεν· ὁ δὲ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος· εὐάλωτον γὰρ ὑφ' ἡδονῆς λόγων τὸ μὴ ἀναίσθητον. Τίνα οὖν αἱ καλαὶ τραγῳδίαι ταῖς Ἀθήναις ὄνησιν ἤνεγκαν; ὡς ἡ Θεμιστοκλέους δεινότης ἐτείχισε τὴν πόλιν, ὡς ἡ Περικλέους ἐπιμέλεια τὴν ἄκραν ἐκόσμησεν, ὡς Μιλτιάδης ἠλευθέρωσεν, ὡς Κίμων προῆγεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν. Εἰ οὕτως ἡ Εὐριπίδου σοφία, καὶ ἡ Σοφοκλέους λογιότης, καὶ τὸ Αἰσχύλου στόμα, τι τῶν δυσχερῶν ἀπήλλαξεν, ἤ τι τῶν λαμπρῶν περιεποίησεν, ἄξιόν γε τὰ δράματα τοῖς τροπαίοις ἀντιπαραθεῖναι, καὶ τῷ στρατηγίῳ τὸ θέατρον ἀντανατῆσαι, καὶ ταῖς ἀριστείαις τὰς διδασκαλίας ἀντιπαραβαλεῖν.

6. Βούλεσθε τοὺς ἄνδρας εἰσάγωμεν αὐτοὺς τὰ σύμβολα καὶ τὰ παράσημα τῶν ἔργων κομίζοντας, ἰδίαν ἑκατέρῳ πάροδον ἀποδόντες; Ἔνθεν μὲν δὴ προσίτωσαν ὑπ' αὐλοῖς καὶ λύραις ποιηταὶ λέγοντες καὶ ᾄδοντες,

Εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισιν,
ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γλώσσῃ μὴ καθαρεύει,
ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' ᾖσεν, μήτ' ἐχόρευσε,
μηδὲ Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου γλώσσης βακχεῖ'
ἐτελέσθη·

καὶ σκευὰς, καὶ προσωπεῖα καὶ βωμοὺς καὶ μηχανὰς ἀπὸ σκηνῆς περιάκτους, καὶ τρίποδας ἐπινικίους κομίζοντες. Τράγοι δ' αὐτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι, καὶ Καλλιππίδαι, καὶ Μηνίσκοι καὶ Θεόδωροι, καὶ Πῶλοι συνίτωσαν, ὥσπερ γυναικὸς πολυτελοῦς, τῆς τραγῳδίας κομμωταὶ καὶ διφροφόροι, μᾶλλον δὲ ὡς ἀγαλμάτων ἐγκαυσταὶ καὶ χρυσωταὶ καὶ βαφεῖς παρακολουθοῦντες· σκευῶν δὲ καὶ προσώπων καὶ ξυστίδων ἁλουργῶν, καὶ μηχανῶν ἀπὸ σκηνῆς, καὶ χορο-

odam Pindarus confudit. Enimvero poesin fabularum compositione occupatam esse, etiam Plato docuit. Est autem fabula narratio falsa, veræ similis : longe itaque abest a rebus. Narratio enim rei, fabula narrationis simulacrum est : tantoque intervallo absunt fingentes a narrantibus, quanto hi a rem gerentibus.

V. Sane [epicæ] poeseos et lyrici carminis opificem nobilem Athenæ nullum tulerunt. Cinesias quidem videtur infelix fuisse dithyramborum conditor, homo nullis natalibus et ignobilis : exagitatusque a comœdiarum scriptoribus et derisus, famam parum sibi faventem expertus est. De dramatibus autem comœdiam ita censuerunt esse rem indecoram et importunam, ut lege caverint, ne quis Areopagita comœdiam scriberet. Floruit interim tragœdia, ac celebri fuit gloria, auditio et spectaculum quod ejus ætatis homines majorem in modum admirarentur, quia fabulis animorumque motibus *fraudem* faceret, *qua et qui deciperet*, ut dicebat Gorgias, *non decipiente justior, et qui deciperetur non decepto sapientior esset*. Justior decipiens, quia præ se hoc tulerat : sapientior deceptus, quia qui non plane sunt stupidi, facile voluptate orationis capiuntur. Et tamen, quam utilitatem pulchræ istæ tragœdiæ Atheniensibus attulerunt? Themistoclis certe calliditas muris urbem muniit, Periclis industria arcem exornavit, Miltiades libertatem reddidit patriæ, Cimon ad principatum evexit. Si Euripidis sapientia, Sophoclis facundia, Æschyli grandiloquentia perinde vel adversitatem aliquam depulit, vel splendorem paravit Atheniensibus : par est dramata cum tropæis conferri, ac theatrum prætorio opponere, et disciplinas cum rebus præclare gestis comparare.

VI. Placetne ipsos viros introducere, notas et insignia suorum operum afferentes, seorsimque utrisque ingressum dare? Accedant ergo præcinentibus lyris et tibiis poetæ dicentes et cantantes : *Favete linguis, cedite nostris, si quis imperitus talium orationum, aut linguam non habet puram, aut nobilium orgia Musarum neque cecinit, neque choris ducendis interfuit, neque Cratini taurivori lingua Bacchi sacra peregit* : simul gestent instrumenta, larvas, aras, machinas in scena versatiles, et tripodes victoriarum præmia : una eant tragici histriones, et Nicostrati, et Callippidæ, et Menisci, et Theodori, et Poli, tragœdiæ tanquam sumptuosæ mulieris comptores et gestatores, aut potius tanquam statuarum incrustatores, deauratores et tinctores : sequantur etiam vasa, personæ, trabeæ purpureæ, machinæ a scena; tum choros conficientium et

ποιῶν, καὶ δορυφόρων δυσπραγμάτευτος λαὸς, καὶ χορηγία πολυτελὴς παρασκευαζέσθω. Πρὸς ἃ Λάκων ἀνὴρ ἀποβλέψας, οὐ κακῶς εἶπεν, ὡς ἁμαρτάνουσιν Ἀθηναῖοι μεγάλα, τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παιδιὰν καταναλίσκοντες, τουτέστι μεγάλων ἀποστόλων δαπάνας καὶ στρατευμάτων ἐφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον. * Ἂν γὰρ ἐκλογισθῇ τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅσου κατέστη, πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖται ὁ δῆμος εἰς Βάκχας καὶ Φοινίσσας καὶ Οἰδίποδας καὶ Ἀντιγόνην, καὶ τὰ Μηδείας κακὰ καὶ Ἠλέκτρας, ὧν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας καὶ τῆς ἐλευθερίας πολεμῶν τοὺς βαρβάρους ἀνάλωσεν. Οἱ μὲν στρατηγοὶ πολλάκις παραγγείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν, ἐξῆγον ἐπὶ τὰς μάχας τοὺς ἄνδρας· καὶ νὴ Δία οἱ τριήραρχοι τοῖς ἐλαύνουσιν ἄλφιτα παρασκευάσαντες, ὄψον δὲ κρόμυα [καὶ] τυρὸν, ἐνεβίβαζον εἰς τὰς τριήρεις· οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγχέλια καὶ θριδάκια καὶ σκελλίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες, εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας. Καὶ τούτων τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι περιῆν προσυβρίσθαι καὶ γεγονέναι καταγελάστους· τοῖς δὲ νικήσασιν οὐ τρίπους ὑπῆρχεν, οὐκ ἀνάθημα τῆς νίκης, ὡς Δημήτριός φησιν, ἀλλ' ἐπὶ πεισμάτων ἐκκεχυμένον βίον, καὶ τῶν ἐκλελοιπότων κενοτάφιον οἶκον. Τοιαῦτα γὰρ τὰ ποιητικῆς τέλη, καὶ λαμπρότερον οὐδὲν ἐξ αὐτῶν.

7. Τοὺς δὲ στρατηγοὺς αὖ πάλιν ἐνθένδε παριόντας σκοπῶμεν, ὧν παρερχομένων ὡς ἀληθῶς εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοὺς ἀπράκτους καὶ ἀπολιτεύτους καὶ ἀστρατεύτους, ὅστις ἄτολμος πρὸς ἔργα τοιαῦτα καὶ γνώμῃ μὴ καθαρεύει, μηδὲ Μιλτιάδου τοῦ μηδοφόνου, μηδὲ τοῦ περσοκτόνου Θεμιστοκλέους, χειρὸς βακχεῖ' ἐτελέσθη. Ἀρήϊος ὁ κῶμος οὗτος, ἐκ γῆς ἅμα φάλαγξι, καὶ στόλοις ἐκ θαλάττης, καὶ μεμιγμένοις σκύλοις καὶ τροπαίοις βεβριθώς. Κλῦθι, Ἐνυώ, Πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον. Ἀμφύετε, ἄνδρες, τὸν ἱερόθυτον θάνατον, ὡς ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδας εἶπεν, ὑπὲρ πατρίδος καὶ τάφων καὶ ἱερῶν ἐπιδιδόντες ἑαυτοὺς τοῖς καλλίστοις καὶ λαμπροτάτοις ἀγῶσιν. Ὧν τὰς νίκας ὁρᾶν μοι δοκῶ προσερχομένας, οὐ βοῦν ἔπαθλον ἑλκούσας, ἢ τράγον· οὐδὲ ἀνεστεμμένας κιττῷ, καὶ Διονυσιακῆς τρυγὸς ὀδωδυίας. Ἀλλ' ὅλαι μὲν πόλεις αὐτῶν εἰσι καὶ νῆσοι καὶ ἤπειροι, καὶ νηχοτάλαντοι, καὶ δήμων ἀποικισμοὶ μυρίανδροι, τροπαίοις δὲ παντοδαποῖς ἀναστέφονται καὶ λαφύροις· ὧν ἀγάλματα καὶ σύμβολα, παρθενῶνες ἑκατόμπεδοι, νότια τείχη, νεῶν οἶκοι, προπύλαια, Χερρόνησος, Ἀμφίπολις. Μαραθὼν τὴν Μιλτιάδου νίκην προπέμπει, καὶ Σαλαμὶς τὴν Θεμιστοκλέους, χιλίων σκαφῶν ναυαγίοις ἐπιβεβηκυῖαν. Φέρει δὲ ἡ μὲν Κίμωνος, τριήρεις ἑκατὸν Φοινίσσας ἀπ' Εὐρυμέδοντος· ἡ δὲ Δημοσθένους καὶ Κλέωνος, ἀπὸ Σφακτηρίας τὴν Βρασίδου ἀσπίδα αἰχμάλωτον, καὶ δεδεμένους στρατιώτας. Τειχίζει δὲ τὴν πόλιν ἡ Κόνωνος· ἡ δὲ Θρασυβούλου κατάγει τὸν δῆμον ἀπὸ Φυλῆς ἐλεύθερον· αἱ δὲ Ἀλκιβιάδου περὶ

stipatorum difficilis turba : sumptusque in istas res magnificus paretur. Quæ omnia cernens Laco ille non inepte diceret, *Graviter peccare Athenienses, res serias in ludicrum impendentes* : hoc est, magnarum classium et exercituum commeatum atque sumptus in theatrum prodigentes. Si enim rationes subducantur quanti constiterint singulæ Atheniensibus fabulæ, apparebit eos in Bacchas, Phœnissas, Œdipos, Antigonam, Medeæque et Electræ mala plus fecisse sumptuum quam in bella pro imperio et libertate contra barbaros gesta. Etenim imperatores sæpe ad pugnandum eduxerunt viros, cibum ignis expertem secum portare jussos : et triremium præfecti sociis navalibus naves instruxerunt, parata iis farina, atque obsonii vice cepis et caseo. At choragi chorum agentibus anguillas, lactucas, alliorum nucleos, medullam apponentes, per multum tempus convivia præbebant vocem exercentibus atque luxuriantibus : atque hi quidem si vincerentur, restabat ut exagitarentur atque deriderentur : victoribus non tripes proprius erat, aut donarium quod ob victoriam dedicaretur, ut Demetrius ait : sed in funibus effusa vita, et inanis tumulus desertæ domus. Hoc enim vectigal est poetices, nihilque ex ea splendidius exspectandum.

VII. Contra nunc huc accedentes consideremus imperatores, quibus progredientibus revera *favendum est linguis, debentque iis de via decedere* quicunque nulla re domi militiæque gesta nihil tale audent, animoque non sunt puro, neque Miltiadis Medicidæ, neque Persicidæ Themistoclis manu orgiis sunt initiati. Martia hæc est caterva in terra phalangibus, in mari classibus, spoliisque et tropæis admixtis onusta. *Audi, Enyo, Belli filia, hastarum hoc exordium. Adite, viri, sacris mactantem mortem*, ut aiebat Epaminondas Thebanus, *pro patria, sepulcris, et aris in pulcherrima vos et splendidissima date certamina.* Videre mihi videor victorias eorum accedere, non bovem trahentes præmium aut hircum, neque coronatas hedera, et fæcem Bacchicam redolentes. Totas secum urbes, insulas, continentes, et oras maritimas adducunt, coloniasque populorum amplissimas, undique tropæis et spoliis coronatæ : quarum ornamenta et monimenta sunt Parthenones centum pedum mensura, Austrini muri, navalia, propylæa, Cherrhonesus, Amphipolis. Marathon Miltiadis victoriam deducit, Salamis Themistocleam, mille navium insistentem naufragiis. Fert Cimonis victoria centum triremes Phœnissas ab Eurymedonte. Demosthenis et Cleonis a Sphacteria captum Brasidæ scutum, vinctosque milites. Cononis victoria mœnia Urbi circumdat ; Thrasybulea populum liberum a Phyla reducit ; Alcibiadeæ apud Siciliam res urbis labascentes erigunt.

Σικελίαν ὀλισθοῦσαν τὴν πόλιν ἐγείρουσιν. Ἐκ δὲ τῶν Νειλέου καὶ Ἀνδρόκλου περὶ Λυδίαν καὶ Καρίαν ἀγώνων, Ἰωνίαν ἀνισταμένην ἐπεῖδεν ἡ Ἑλλάς. Τῶν δὲ ἄλλων ἑκάστης ἂν πύθῃ τί τῇ πόλει γέγονεν ἐξ αὐτῆς ἀγαθὸν, ἡ μὲν ἐρεῖ Λεσβὸν, ἡ δὲ Σάμον, ἡ δὲ Κύπρον, ἡ δὲ Πόντον Εὔξεινον, ἡ δὲ πεντακοσίας τριήρεις, ἡ δὲ μυρία τάλαντα, προῖκα τῆς δόξης καὶ τῶν τροπαίων. Ταῦτα ἡ πόλις ἑορτάζει, καὶ ὑπὲρ τούτων θύει τοῖς θεοῖς, οὐκ ἐπὶ ταῖς Αἰσχύλου νίκαις, ἢ Σοφοκλέους· οὐδὲ ὅτε Καρκίνος Ἀερόπῃ συνῆν, ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας, ἀλλὰ ἕκτῃ μὲν ἱσταμένου βοηδρομιῶνος ἐσέτι νῦν τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἡ πόλις ἑορτάζει· ἕκτῃ δὲ μεσοῦντος οἰνοχοεῖται τῆς Χαβρίου περὶ Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας· τῇ δὲ δωδεκάτῃ χαριστήρια ἔθυον ἐλευθερίας· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθον. Τρίτῃ δ' ἱσταμένου τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην ἐνίκων. Τὴν δὲ ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ * θεὸς πανσέληνος. Τὴν δὲ δωδεκάτην τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος ἱερωτέραν ἐποίησεν ὁ Μαντινειακὸς ἀγὼν, ἐν ᾧ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐκβιασθέντων καὶ τραπέντων, μόνοι τὸ καθ' ἑαυτοὺς νικήσαντες ἐστήσαντο τρόπαιον ἀπὸ τῶν νικώντων πολεμίων. Ταῦτα τὴν πόλιν ἤγειρεν εἰς δόξαν, ταῦτα εἰς μέγεθος· ἐν τούτοις Πίνδαρος ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος προσεῖπε τὰς Ἀθήνας, οὐχ ὅτι ταῖς Φρυνίχου τραγῳδίαις καὶ Θέσπιδος ὤρθουν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' ὅτι πρῶτον, [ὥς φησιν] αὐτὸς, ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεινὴν κρηπῖδ' ἐλευθερίας· ἐπί τε Σαλαμῖνι καὶ Μυκάλῃ καὶ Πλαταιαῖς, ὥσπερ ἀδαμάντινοι στηρίξαντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, παρέδοσαν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.

8. Ἀλλὰ νὴ Δία παιδιὰ τὰ τῶν ποιητῶν· οἱ δὲ ῥήτορες ἔχουσί τι παραβαλλόμενοι πρὸς τοὺς στρατηγούς. Ἐξ ὧν εἰκὸς ὡς Αἰσχίνης σκώπτων τὸν Δημοσθένην λέγειν φησὶν, ὅτι γράφεται τῷ βήματι διαδικασίαν πρὸς τὴν στρατηγίαν. Ἆρ' οὖν ἄξιον προκρῖναι τὸν Ὑπερίδου Πλαταϊκὸν τῆς Ἀριστείδου παραγγελίας νίκης; ἢ τὸν Λυσίου κατὰ τῶν τριάκοντα, τῆς Θρασυβούλου καὶ Ἀρχίου τυραννοκτονίας; ἢ τὸν Αἰσχίνου κατὰ Τιμάρχου ἑταιρήσεως, τῆς Φωκίωνος εἰς Βυζάντιον βοηθείας, δι' ἧς ἐκώλυσε τοὺς τῶν συμμάχων υἱοὺς ἐνύβρισμά τε καὶ παροίνημα γενέσθαι Μακεδόνων; ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις, οὓς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἔλαβε, τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν, ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προδιδάσκοντας· ἐφ' οἷς [οὐ] τοὺς Ἰσοκράτεις καὶ Ἀντιφῶντας καὶ Ἰσαίους, ἀλλὰ τούτους ἡ πόλις δημοσίαις ταφαῖς ἔθαψεν, ὑποδεξαμένη τὰ λείψανα τῶν σωμάτων, καὶ τούτους ἀπεθέωσε τοὺς ὅρκους ὁ ῥήτωρ ὀμνύων, οὓς οὐκ ἐμιμεῖτο. Ἰσοκράτης δὲ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας ὥσπερ ἀλλοτρίαις

E certaminibus Nelei et Androcli apud Lydiam et Cariam vidit Ioniam Græcia resurgentem. Reliquarum singulæ, si interroges quid boni attulerint reipublicæ, hæc Samum, alia Lesbum, alia Cyprum, alia Pontum Euxinum, alia quingentos triremes, alia decem millia talentorum, præter gloriam et tropæa, respondebit. Ob hæc populus festos agitat dies, ac diis sacrificat : non ob Æschyli aut Sophoclis victorias : neque quando Carcinus cum Æropa rem habuit, aut cum Hectore Astydamas : sed sextam Boedromionis diem hodieque Athenæ festam celebrant, memoria Marathoniæ pugnæ. Sexta ultra decimam ejusdem mensis, vinum funditur ob victoriam navalem Chabriæ apud Naxum ea die partam. Duodecima gratiarum ob receptam libertatem agendarum causa sacrificabant, tunc enim a Phyla in urbem redierunt. Tertia autem ejusdem mensis die apud Platæas prælio vicerunt. Decimam sextam Munychionis Dianæ consecraverunt, tunc enim Luna vincentibus apud Salaminam Græcis pleno orbe apparuit. Duodecimam Scirrophorionis sacram fecit pugna ad Mantineam, in qua pulsis cedentibusque sociorum copiis, soli a sua parte vicerunt Athenienses, tropæumque de victoribus hostibus posuerunt. Hæc urbi gloriam, hæc majestatem paraverunt: hæc sunt ob quæ Pindarus Athenas *fulcrum Græciæ* nominavit : non quod ea Phrynichi vel Thespidis tragœdiis Græcos erexisset : sed quod primum, ut idem ait, *apud Artemisium filii Atheniensium jecerunt splendidum libertatis fundamentum* : et ad Salaminam, Mycalen, Platæas, tanquam adamantini, fulcris muniverunt Græciæ libertatem, et ad alios homines propagaverunt.

VIII. At vero dices, Poetarum scripta esse ludicra : Oratores autem habere aliquid quo cum imperatoribus comparentur : unde, ut apparet, sumptum sit quod Æschines Demosthenem subsannans, eum dixit scribendo *litem intendere oratoriæ contra artem imperatoriam.* Ergone dignum est præferre Plataicam Hyperidæ orationem Aristidæ rei ad Platæas gestæ? aut Lysiæ in triginta tyrannos orationem, Thrasybuli facto et Archini, tyrannum interficientium? aut Æschinis in Timarchum de scortatione, Phocionis facinori Byzantio auxilium ferentis, quo fecit, ne confœderatorum filii ludibrio et contumeliis Macedonum essent obnoxii? Aut publicis coronis quibus ob liberatam Græciam ille ornatus est, comparabimus Demosthenis orationem pro corona? In qua id unum splendidissime ac doctissime fecit orator, quod majores suos juravit qui apud Marathonem pro libertate propugnassent : potius quam eos qui in scholis adolescentulos talia docent facinora, propter quæ civitas non Isocrates, Antiphontes, Isæos, sed pro patria mortuos publica sepultura honoravit : atque hos in deorum numerum retulit orator, jurans eos, quos non imitaretur. Isocrates autem cum eos qui in Marathone

ψυχαῖς φήσας ἐναγωνίσασθαι, καὶ καθυμνήσας τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ τὴν ὑπεροψίαν τοῦ ζῆν, αὐτὸς, ὥς φασιν, ἤδη γέρων γεγονὼς, πρὸς τὸν πυθόμενον, πῶς διάγει, Οὕτως, εἶπεν, ὡς ἄνθρωπος ὑπὲρ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονὼς, καὶ μέγιστον ἡγούμενος τῶν κακῶν τὸν θάνατον. Οὐ γὰρ ἀκονῶν ξίφος, οὐδὲ λόγχην χαράττων, οὐδὲ λαμπρύνων κράνος, οὐδὲ στρατευόμενος, οὐδὲ ἐρέσσων, ἀλλ' ἀντίθετα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα κολλῶν καὶ συντιθεὶς, μονονοὺ κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνων καὶ ῥυθμίζων ἐγήρασε. Πῶς οὖν οὐκ ἔμελλεν ἄνθρωπος ψόφον ὅπλων φοβεῖσθαι καὶ σύῤῥηγμα φάλαγγος, ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι, καὶ συλλαβῇ τὸ ἰσόκωλον ἐνδεὲς ἐξενεγκεῖν; Μιλτιάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἐς Μαραθῶνα τῇ ὑστεραίᾳ τὴν μάχην συνάψας, ἧκεν εἰς ἄστυ μετὰ τῆς στρατιᾶς νενικηκὼς, καὶ Περικλῆς ἐννέα μησὶ Σαμίους καταστρεψάμενος, ἐφρόνει τοῦ Ἀγαμέμνονος μεῖζον ἔτει δεκάτῳ τὴν Τροίαν ἑλόντος· Ἰσοκράτης δὲ μικροῦ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνήλωσεν, ἵνα γράψῃ τὸν πανηγυρικὸν λόγον, οὐ στρατευσάμενος ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις, οὐδὲ πρεσβεύσας, οὐδὲ πόλιν κτίσας, οὐδὲ ναύαρχος ἐκπεμφθεὶς, καίτοι μυρίους τοῦ τότε χρόνου πολέμους ἐνέγκαντος· ἀλλ' ἐν ᾧ Τιμόθεος Εὔβοιαν ἠλευθέρου, καὶ Χαβρίας περὶ Νάξον ἐναυμάχει, καὶ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοπτε τὴν Λακεδαιμονίων μόραν, καὶ πᾶσαν ἐλευθερώσας * πόλιν ὁ δῆμος, ἰσόψηφον αὐτοῖς τὴν Ἑλλάδα κατέστηκεν, οἴκοι καθῆστο, βιβλίον ἀναπλάττων τοῖς ὀνόμασιν, ὅσῳ χρόνῳ τὰ προπύλαια Περικλῆς ἀνέστησε καὶ τοὺς ἑκατομπέδους. Καίτοι καὶ τοῦτον ὡς βραδέως ἀνύοντα τοῖς ἔργοις ἐπισκώπτων Κρατῖνος, οὕτω πως λέγει, περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους· λόγοισι γὰρ αὐτὸν προάγει Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ. Σκόπει δὲ σοφιστικὴν μικροφροσύνην, τὸ ἔνατον μέρος τοῦ βίου εἰς ἕνα λόγον καταναλίσκουσαν. Ἀλλὰ δὴ μετὰ τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους, ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῖς παραβάλλειν τὸν κατὰ Κόνωνος αἰκίας, τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου; πρὸς Ἀμαθούσιον περὶ ἀνδραπόδων, τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις; ἢ ὅτι τοὺς ἐποίκους ἔγραψε, ταύτην Ἀλκιβιάδης ἔχων Μαντινεῖς καὶ Ἠλείους ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα συνέστησε. Καὶ μὴν οἵ τε δημόσιοι λόγοι τοῦτο ἔχουσι θαυμαστὸν, ὅτι τοῖς Φιλιππικοῖς ἐπὶ πράξεις προτρέπεται, καὶ τὴν Λεπτίνου πρᾶξιν ἐπαινεῖ.

periculum vitæ pro patria adivissent, *tanquam alienis animis usos decertasse* dixisset, et eorum audaciam mortisque contemptionem prædicasset majorem in modum; ipse, ut fertur, jam senex factus, interroganti quomodo viveret: *Ita*, respondit, *ut homo qui nonagesimum annum excessit, ac malorum omnium maximum mortem existimat.* Non enim gladium acuens, non cuspidem lanceæ præfigens, non galeam poliens, non militans, non remum ducens: sed opposita, paribus membris constantia, similiter desinentia, glutinans atque componens, ac tantum non dolabris atque scalpellis lævigans ac complanans circuitiones verborum consenuerat: quomodo itaque non metuisset is homo strepitum armorum et acierum armatarum conflictum, qui timuisset vocalem collidere vocali, et isocolon una syllaba curtatum enuntiare? Miltiades ad Marathonem profectus, postridie a commisso prælio in urbem venit victor cum exercitu. Et Pericles cum Samios nono mense subegisset, Agamemnoni se præferebat, qui Trojam decimo demum anno cepisset. Isocrates autem tres pene Olympiades consumpsit scribenda Panegyrica oratione: cum quidem tanto temporis spatio nunquam neque militasset, neque legationem obivisset, neque urbem condidisset, neque classi præfectus emissus esset: et tamen innumera bella in id tempus inciderunt. Verum interim dum Timotheus Eubœam liberat, Chabrias navali prælio apud Naxum depugnat, Iphicrates apud Lechæum Lacedæmoniorum legionem (Moram ipsi dicunt) concidit, et populus omni in libertatem restituta urbe, secum ut sentiret Græcia effecit: noster ille domi desedit, librum vocabulis suis effingens tanto tempore quanto Pericles Propylæa et Hecatompedum exstruxit. Quanquam hunc ipsum quoque, ut opus tarde conficientem, dicterio impetens Cratinus, ita fere loquitur de ducendo per medium muro:

Verbis eum Pericles promovet quidem,
ipsa tamen re proficit nihil.—

Ac mihi sophisticam considera pusillanimitatem, quæ nonam vitæ partem in unius orationis compositione conterat. Jam ut ad Demosthenis veniamus orationes, æquumne est eum imperatoribus comparari, aut orationem ejus in Cononem de injuria cum verberibus conjuncta æqualem judicari apud Pylum statuto tropæo? aut eam quæ est in Amathusium de mancipiis, iis quos manu cepit ille Spartanis? aut quæ ille de inquilinis scripsit paria putare rebus ab Alcibiade gestis, cum is Eleos et Mantinenses Atheniensibus contra Spartanos adjunxit? Quin et publicæ ejus orationes id habent admiratione dignum, quod in Philippicis ad res gerendas cohortatur, et Leptinæ factum laudat.

ΠΕΡΙ ΙΣΙΔΟΣ ΚΑΙ ΟΣΙΡΙΔΟΣ.

Πάντα μὲν, ὦ Κλέα, δεῖ τἀγαθὰ τοὺς νοῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν, μάλιστα δὲ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης, ὅσον ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώποις, μετιόντες, εὐχόμεθα τυγχάνειν παρ' αὐτῶν ἐκείνων· ὡς οὐδὲν ἀνθρώπῳ λαβεῖν μεῖζον, οὐ χαρίσασθαι θεῷ σεμνότερον

DE ISIDE ET OSIRIDE.

22. Πολλῶν δὲ τοιούτων λεγομένων καὶ δεικνυμένων, οἱ μὲν οἰόμενοι βασιλέων ταῦτα καὶ τυράννων, δι' ἀρετὴν ὑπερφέρουσαν ἢ δύναμιν ἀξίωμα τῇ δόξῃ θεότητος ἐπιγραψαμένων, εἶτα χρησαμένων τύχαις, ἔργα καὶ πάθη δεινὰ καὶ μεγάλα διαμνημονεύεσθαι, ῥάστῃ μὲν ἀποδράσει τοῦ λόγου χρῶνται, καὶ τὸ δύσφημον οὐ φαύλως ὑπὸ τῶν θεῶν ἐπ' ἀνθρώπους μεταφέρουσι, καὶ ταύτας ἔχουσιν ἀπὸ τῶν ἱστορουμένων βοηθείας. Ἱστοροῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν μὲν Ἑρμῆν τῷ σώματι γενέσθαι γαλιάγκωνα, τὸν δὲ Τυφῶνα τῇ χρόᾳ πυῤῥὸν, λευκὸν δὲ τὸν Ὧρον, καὶ μελάγχρουν τὸν Ὄσιριν, ὡς τῇ φύσει γεγονότας ἀνθρώπους. Ἔτι δὲ καὶ στρατηγὸν ὀνομάζουσιν Ὄσιριν, καὶ κυβερνήτην Κάνωβον, οὗ φασιν ἐπώνυμον γεγονέναι τὸν ἀστέρα· καὶ τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργὼ,

est orationis alio reflectentis intellectum. Declarant hoc sacrificia lugubrem ac tristem speciem præ se ferentia : tum templorum dispositiones, aliquando in pinnas, et stadia desinentium sub dio sita ac pura, aliquando tenebricosa et operta infra terram habentium sacraria cellulis similia et adytis. Non minimum huc faciunt Osiridis templa tam multis in locis celebria, cujus corpus multis in partibus terræ sepultum fertur. Inter alias multas urbes Abydus et Memphis nominantur, in quibus solis vere exstet Osiridis sepulcrum. Et Abydi quidem humantur Ægyptiorum fortunis ac potentia præcipui, studiose hoc ambientes, ut eodem cum Osiride potiantur sepulcro. Memphi autem Apis nutritur, utpote animæ ejus simulacrum, ibique etiam corpus conditum perhibent : ac nomen urbis alii *portum bonorum* interpretantur, alii *sepulcrum Osiridis* : exiguam quoque insulam quæ est ad Philas sita, aiunt reliquo tempore omnibus inaccessam esse ac ne aves quidem eo devolare aut pisces appellere, stato tempore sacerdotes in eam trajicere, parentare, et monimentum coronare methidæ plantæ obumbratum, quæ omnis oleæ magnitudinem excedat.

XXI. Eudoxus, cum multa in Ægypto sepulcra Osiridis perhibeantur, corpus situm esse Busiride ait : eam enim fuisse patriam ejus : jam de Taphosiri disputandum non esse, cum ipsum hoc nomen significet *sepulcrum Osiridis*. Laudo autem ligni secturam, et lini scissionem, et liba quæ inferiarum gratia funduntur; quod his multa admixta sunt arcanum sensum sacrorum innuentia. Neque horum modo, sed et reliquorum deorum corpora pontifices aiunt apud se, obita morte, deposita procurari : scilicet eorum deorum, qui ortus et interitus expertes non sint : eorum autem animas in cœlo fulgere, et esse stellas; nam Isidis vocari a Græcis Canem, ab Ægyptiis Sothin : Orionem esse Ori, Typhonis Ursam. Cum autem ad alenda quæ venerantur animalia sumptum suppeditent constitutum Ægyptii, soli (ut fertur) Thebaidos incolæ immunes sunt : hi enim mortalem deum nullum censent, sed deum qui Kneph ipsis dicitur, ortus exsortem et immortalem putant.

XXII. Cæterum quia multa talia dicuntur et monstrantur, qui arbitrantur hoc pacto commemorari eventa regum aut tyrannorum, qui ob excellentem virtutem aut potentiam divinæ naturæ dignitatem sibi arrogassent, gravibus postmodo fortunæ adversitatibus fuerint perculsi : ii facillimo utuntur orationis effugio, et quæ auditu sunt molesta, non inepte a diis ad homines transferunt, habentque sua adminicula ex historiis vulgatis. Narrant enim Ægyptii, Mercurium alterum cubitorum habuisse breviorem, Typhonem fuisse rufum, Orum album, Osirin nigrum, ut qui homines natura exstitissent : ad hæc imperatorem nominant Osirin, et gubernatorem Canopum, cum quo stella idem habeat nomen : et navim, quæ Argo Græcis dicitur,

τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἴδωλον ἐπὶ τιμῇ κατηστερισμένον, οὐ μακρὰν φέρεσθαι τοῦ Ὠρίωνος καὶ τοῦ Κυνὸς, ὧν τὸ μὲν Ὥρου, τὸ δὲ Ἴσιδος ἱερὸν, Αἰγύπτιοι νομίζουσιν.

23. Ὀκνῶ δὲ, μὴ τοῦτο ᾖ τὰ ἀκίνητα κινεῖν, καὶ πολεμεῖν οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, μόνον, πολλοῖς δ' ἀνθρώπων ἔθνεσι καὶ γένεσι κατόχοις ὑπὸ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς τούτους ὁσιότητος, οὐδὲν ἀπολιπόντας ἐξ οὐρανοῦ μεταφέρειν ἐπὶ γῆν ὀνόματα τηλικαῦτα, καὶ τιμὴν καὶ πίστιν ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ἐκ πρώτης γενέσεως * ἐνδεδυκυῖαν ἐξιστάναι καὶ ἀναλύειν, μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντας καὶ ἐξανθρωπίζοντι τὰ θεῖα, λαμπρὰν δὲ τοῖς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου φενακισμοῖς παῤῥησίαν διδόντας, ὃς αὐτὸς ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων, εἰς ὀνόματα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Πάγχοντι γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένων, οἷς οὔτε βάρβαρος οὐδεὶς, οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας, μηδὲ ὄντας Παγχώους καὶ Τριφύλλους, ἐντετυχήκει.

24. Καίτοι μεγάλαι μὲν ὑμνοῦνται πράξεις ἐν Ἀσσυρίοις Σεμιράμιος, μεγάλαι δὲ αἱ Σεσώστριος ἐν Αἰγύπτῳ· Φρύγες δὲ μέχρι νῦν τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων, Μανικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ Μάνιν τινὰ τῶν πάλαι βασιλέων ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δυνατὸν γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, ὃν ἔνιοι Μάσσην καλοῦσι· Κῦρος δὲ Πέρσας, Μακεδόνας δὲ Ἀλέξανδρος, ὀλίγου δεῖν ἐπὶ πέρας τῆς γῆς κρατοῦντας προήγαγον· ἀλλὰ ὄνομα καὶ μνήμην βασιλέων ἀγαθῶν ἔχουσιν. Εἰ δέ τινες ἐξαρθέντες ὑπὸ μεγαλαυχίας, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἅμα νεότητι καὶ ἀγνοίᾳ φλεγόμενοι τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως ἐδέξαντο θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ ναῶν ἱδρύσεις, βραχὺν ἤνθησεν ἡ δόξα χρόνον, εἶτα κενότητα καὶ ἀλαζονείαν μετὰ ἀσεβείας καὶ παρανομίας προσοφλόντες,

Ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν,

καὶ νῦν, ὥσπερ ἀγώγιμοι δραπέται, τῶν ἱερῶν καὶ τῶν βωμῶν ἀποσπασθέντες οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὰ μνήματα καὶ τοὺς τάφους ἔχουσιν. Ὅθεν Ἀντίγονος ὁ γέρων, Ἑρμοδότου τινὸς ἐν ποιήμασιν αὐτὸν ἡλίου παῖδα καὶ θεὸν ἀναγορεύοντος, Οὐ τοιαῦτά μοι, εἶπεν, ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν. Εὖ δὲ καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης Ἀπελλῆν ἐμέμψατο τὸν ζωγράφον, ὅτι τὴν Ἀλεξάνδρου γράφων εἰκόνα, κεραυνὸν ἐνεχείρισεν· αὐτὸς δὲ λόγχην, ἧς τὴν δόξαν οὐδὲ εἷς ἀφαιρήσεται χρόνος ἀληθινὴν καὶ ἰδίαν οὖσαν.

25. Βέλτιον οὖν οἱ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα καὶ Ὄσιριν καὶ Ἶσιν ἱστορούμενα, μήτε θεῶν παθήματα, μήτ' ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων μεγάλων εἶναι νομίζοντες, οὓς καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος, ἑπόμενοι τοῖς πάλαι θεολόγοις, ἐῤῥωμενεστέ-

inter sidera relatam in honorem navis Osiridis, non procul ab Orione et Cane ferri : quorum siderum alterum Oro, alterum Isidi sacrum Ægyptii censent.

XXIII. Vereor autem ne sit hoc immobilia movere, et *bellum inferre* non tantum, ut Simonides aiebat, *longo tempori*, sed multis hominibus, gentibus, et familiis, quas religiosus horum deorum cultus quasi furore divino correptas tenuit : neque aliud mihi fere hoc esse videtur, quam tanta nomina e cœlo in terras deducere, honoremque et fidem omnibus propemodum hominibus ab ipso ortu ingeneratam exturbare atque dissipare : ac, cum magnas aperire valvas impiæ turbæ, quæ res deorum in humanas convertit, tum splendidam licentiam conciliare imposturis Euemeri Messenii. Is enim commentario conscripto incredibilium et vanarum fabularum, omne impietatis genus per totum sparsit terrarum orbem, eos qui dii existimantur universos æqualiter expungens, et ad nomina priscorum imperatorum, navarchorum, ac regum detorquens, descripta aureis litteris in Panchæa : in quas quidem litteras nemo neque barbarus neque Græcus, sed solus, si diis placet, Euemerus inciderit, navi advectus ad nullibi terrarum degentes aut natos Panchæos ac Triphylios.

XXIV. Sane magnæ res gestæ a Semiramide celebrantur apud Assyrios, a Sesostri in Ægypto : et Phryges præclara facinora hodieque Manica appellant, quia Manis quidam antiquorum regum apud ipsos virtute et potentia polluerit, quem nonnulli Massen vocant : tum Cyrus Persas, Macedonas Alexander victores pene usque ad fines terræ perduxerunt. Verum istis nomina et memoria præclarorum regum obtigerunt. At si qui fastu elati, et, ut Plato ait, simul juventute et inscitia animis inflammatis per lasciviam deorum cognomina acceperunt, ac templa sibi poni voluerunt, eorum gloria brevi floruit tempore, deinde præter vanitatem et arrogantiam impietatis etiam ac injustitiæ culpam sustinentes,

Evolitaverunt tenues ceu fumus in auras
præpete surrepti fato,

et nunc tanquam fugitivi servi, in quos jus abducendi est dominis, avulsi a templis et aris, nihil præter monumenta et sepulcra habent. Itaque Antigonus senior, cum Hermodotus quidam in carmine ipsum Solis filium et deum prædicavisset, *Non talium sibi conscium esse rerum*, dixit, *servum qui matulam gestaret*. Recte etiam Lysippus fictor Apellem pictorem reprehendit, quod is imaginem Alexandri fulmen manu tenentem pinxisset, ipse hastam, hujus inquiens gloriam, quæ vera Alexandro et propria esset, nullo tempore abolitum iri.

XXV. Melius ergo faciunt, qui quæ de Typhone, Osiride, Iside narrantur, neque deorum, neque hominum, sed magnorum geniorum eventa sentiunt : quos genios et Plato, et Pythagoras, et Xenocrates et Chrysippus, priscorum theologorum imitatione, hominibus

ρους μὲν ἀνθρώπων γεγονέναι λέγουσι, καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν ὑπερφέροντας ἡμῶν, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγὲς οὐδ' ἄκρατον ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει καὶ σώματος αἰσθήσει συνειληχὸς, ἡδονὴν δεχομένῃ καὶ πόνον, καὶ ὅσα ταύταις ἐγγενόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάθη, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον ἐπιταράττει. Γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας. Τὰ γὰρ Γιγαντικὰ καὶ Τιτανικὰ παρ' Ἕλλησιν ᾀδόμενα, καὶ Κρόνου τινὲς ἄθεσμοι πράξεις, καὶ Πύθωνος ἀντιτάξεις πρὸς Ἀπόλλωνα, φυγαί τε Διονύσου καὶ πλάναι Δήμητρος, οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν Ὀσιριακῶν καὶ Τυφωνικῶν, ἄλλων τε ὧν πᾶσιν ἔξεστιν ἀνέδην μυθολογουμένων ἀκούειν· ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς περικαλυπτόμενα καὶ τελεταῖς, ἄῤῥητα διασώζεται καὶ ἀθέατα πρὸς τοὺς πολλοὺς, ὅμοιον ἔχει λόγον.

26. Ἀκούομεν δὲ καὶ Ὁμήρου, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς διαφόρως θεοειδέας ἑκάστοτε καὶ ἀντιθέους, καὶ θεῶν ἄπο μήδε' ἔχοντας· * τῷ δ' ἀπὸ τῶν δαιμόνων προσρήματι χρωμένου κοινῶς ἐπί τε χρηστῶν καὶ φαύλων·

Δαιμόνιε σχεδὸν ἐλθέ· τίη δειδίσσεαι οὕτως
Ἀργείους;

καὶ πάλιν·

Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος.

καὶ,

Δαιμονίη, τί νύ σε Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες,
τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅτ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις
Ἰλίου ἐξαλαπάξαι ἐϋκτίμενον πτολίεθρον;

ὡς τῶν δαιμόνων μικτὴν καὶ ἀνώμαλον φύσιν ἐχόντων καὶ προαίρεσιν. Ὅθεν ὁ μὲν Πλάτων Ὀλυμπίοις θεοῖς τὰ δεξιὰ καὶ περιττὰ, τὰ δ' ἀντίφωνα τούτων δαίμοσιν ἀποδίδωσιν. Ὁ δὲ Ξενοκράτης καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας, καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγάς τινας, ἢ κοπετοὺς, ἢ νηστείας, ἢ δυσφημίας, ἢ αἰσχρολογίαν ἔχουσιν, οὔτε θεῶν τιμαῖς, οὔτε δαιμόνων οἴεται προσήκειν χρηστῶν, ἀλλὰ εἶναι φύσεις ἐν τῷ περιέχοντι μεγάλας μὲν καὶ ἰσχυρὰς, δυστρόπους δὲ καὶ σκυθρωπὰς, αἳ χαίρουσι τοῖς τοιούτοις, καὶ τυγχάνουσαι πρὸς οὐδὲν ἄλλο χεῖρον τρέπονται· τοὺς δὲ χρηστοὺς πάλιν καὶ ἀγαθοὺς ὅ τε Ἡσίοδος ἁγνοὺς δαίμονας καὶ φύλακας ἀνθρώπων προσαγορεύει,

Πλουτοδότας, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔχοντας.

Ὅ τε Πλάτων ἑρμηνευτικὸν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζει γένος καὶ διακονικὸν, ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, εὐχὰς μὲν ἐκεῖ καὶ δεήσεις ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, ἐκεῖθεν δὲ μαντεῖα δεῦρο καὶ δόσεις ἀγαθῶν φέροντας. Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας, ὧν ἐξαμάρτωσι καὶ πλημμελήσωσιν.

Αἰθέριον [μὲν] γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες·

robustiores exstitisse aiunt, et potentia nostram naturam longe superare, divina autem natura non sincera aut pura præditos, sed quæ animæ natura corporisque sensu comprehensa, voluptatis esset dolorisque capax, aliisque id genus obnoxia affectionibus, ac mutationibus, quibus alii magis, alii minus turbantur. Nam, ut in hominibus, ita etiam inter dæmones sunt virtutum et vitiorum discrimina. Etenim quæ de Gigantibus et Titanibus apud Græcos cantantur, et Saturni quædam scelera, Pythonis cum Apolline certamen, exsulia Bacchi, Cereris errores, nihil absunt ab Osiridis et Typhonis eventis, aliisque similibus, quæ omnibus licet licenter conficta audire : eadem est eorum quoque ratio, quæ in mysticis sacris occulte aguntur, et efferri ad vulgus aut ab eo videri nefas ducitur.

XXVI. Jam Homerum quoque animadvertimus insigniter bonos viros identidem appellare deorum similes, diis æquales, et

Consiliis superum instructos :

appellatione autem a geniis (qui Græce dicuntur dæmones) promiscue uti de bonis et malis, quod genii mixta et inæquali sint natura ac voluntate præditi; itaque et Hectorem Ajax, et Junonem Jupiter vituperandi gratia genii similem appellat : et dæmonis in morem irruere in hostem Achilles dicitur. Hinc adeo est, quod Plato *cœlestibus diis dextra et imparia, horum adversa geniis* ascribit. Xenocrates etiam nefastos dies, et ferias in quibus verbera, planctus, jejunia, mali ominis voces aut obscena dicta usurpantur, neque deorum convenire venerationi, neque bonorum geniorum censet : sed esse in aere quasdam naturas magnas et validas, easdemque tetricas et morosas, quæ istis delectentur rebus, ac consecutæ a maleficio abstineant. Hesiodus bonos et commodos genios vocat,

Castos, custodes hominum, rerumque datores
lautarum, quod sint regalis honoris adepti.

et Plato hoc genus inter homines ac deos interpretum administrorumque fungi muneribus ait : quia ab hominibus vota precesque ad deos perferant, a diis ad homines oracula et dona bonarum rerum. Empedocles genios etiam pœnas peccatorum delictorumque luere affirmat :

In mare namque illos adigit vis ætheris urgens,
exspuit in terræ pontus sola : terraque in almi
lampada propellit Solis : Sol ætheris illos
vorticibus celer immittit: sic or..ine longo
unus post alium exosos scelerum excipit ultor;

ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες, αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι.

27. Τούτων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ἀδελφὰ λέγεσθαί φασι περὶ Τυφῶνος, ὡς δεινὰ μὲν ὑπὸ φθόνου καὶ δυσμενείας εἰργάσατο· καὶ πάντα πράγματα ταράξας, ἐνέπλησε κακῶν γῆν ὁμοῦ τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν, εἶτα δίκην ἔδωκεν. Ἡ δὲ τιμωρὸς Ὀσίριδος ἀδελφὴ καὶ γυνὴ τὴν Τυφῶνος σβέσασα καὶ καταπαύσασα μανίαν καὶ λύσσαν, οὐ περιεῖδε τοὺς ἄθλους καὶ τοὺς ἀγῶνας, οὓς ἀνέτλη, καὶ πλάνας αὐτῆς, καὶ πολλὰ μὲν ἔργα σοφίας, πολλὰ δ' ἀνδρείας, ἀμνηστίαν ὑπολαβοῦσα καὶ σιωπήν, ἀλλὰ ταῖς ἁγιωτάταις ἀναμίξασα τελεταῖς, εἰκόνας καὶ ὑπονοίας καὶ μίμημα τῶν τότε παθημάτων, εὐσεβείας ὁμοῦ δίδαγμα καὶ παραμύθιον ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὑπὸ συμφορῶν ἐχομένοις ὁμοίων καθωσίωσεν. Αὐτὴ δὲ καὶ Ὄσιρις ἐκ δαιμόνων ἀγαθῶν δι' ἀρετῆς εἰς θεοὺς μεταβαλόντες, ὡς ὕστερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος, ἅμα καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων οὐκ ἀπὸ τρόπου μεμιγμένας τιμὰς ἔχουσι, πανταχοῦ μέν, ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν δυνάμενοι μέγιστον. Οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν, ἢ τὸν Πλούτωνά φασι, καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν, ὡς Ἀρχέμαχος εἴρηκεν ὁ Εὐβοεύς, καὶ ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης, τὸ χρηστήριον ἐν Κανώβῳ Πλούτωνος ἡγούμενος εἶναι.

28. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Σωτὴρ ὄναρ εἶδε τὸν ἐν Σινώπῃ τοῦ Πλούτωνος κολοσσόν, οὐκ ἐπιστάμενος, οὐδὲ ἑωρακὼς πρότερον, οἷος [ἦν] τὴν μορφήν, κελεύοντα κομίσαι τὴν ταχίστην αὐτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ἀγνοοῦντι δ' αὐτῷ καὶ ἀποροῦντι, ποῦ καθίδρυται, καὶ διηγουμένῳ τοῖς φίλοις τὴν ὄψιν, εὑρέθη πολυπλανὴς ἄνθρωπος, ὄνομα Σωσίβιος, ἐν Σινώπῃ φάμενος ἑωρακέναι τοιοῦτον κολοσσόν, οἷον ὁ βασιλεὺς ἰδεῖν ἔδοξεν. Ἔπεμψεν οὖν Σωτέλη καὶ Διόνυσον, οἳ χρόνῳ πολλῷ καὶ μόλις, οὐκ ἄνευ μέντοι θείας προνοίας, * ἤγαγον ἐκκλέψαντες. Ἐπεὶ δὲ κομισθεὶς ὤφθη, συμβαλόντες οἱ περὶ Τιμόθεον τὸν ἐξηγητὴν καὶ Μανέθωνα τὸν Σεβεννύτην Πλούτωνος ὂν ἄγαλμα, τῷ Κερβέρῳ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ δράκοντι, πείθουσι τὸν Πτολεμαῖον, ὡς ἑτέρου θεῶν οὐδενός, ἀλλὰ Σαράπιδός ἐστιν. Οὐ γὰρ ἐκεῖθεν οὕτως ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. Καὶ μέντοι Ἡρακλείτου τοῦ φυσικοῦ λέγοντος Ἅδης καὶ Διόνυσος οὗτος, ὅτε οὖν μαίνονται καὶ ληραίνουσιν, εἰς ταύτην ὑπάγουσι τὴν δόξαν. Οἱ γὰρ ἀξιοῦντες ᾅδην λέγεσθαι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, οἷον παραφρονούσης καὶ μεθυούσης ἐν αὐτῷ, γλίσχρως ἀλληγοροῦσι. Βέλτιον δὲ τὸν Ὄσιριν εἰς ταὐτὸ συνάγειν τῷ Διονύσῳ, τῷ τ' Ὀσίριδι τὸν Σάραπιν, ὅτε τὴν φύσιν μετέβαλε, ταύτης τυχόντα τῆς προσηγορίας. Διὸ πᾶσι κοινὸς ὁ Σάραπίς ἐστι, ὡς καὶ τὸν Ὄσιριν οἱ τῶν ἱερῶν μεταλαβόντες ἴσασιν.

29. Οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν, ἐν οἷς λέγεται Χαροπῶς, τοὺς μὲν τοῦ Ἡρακλέους γενέσθαι θυγάτηρ, Ἰσαιακοῦ δὲ τοῦ Ἡρακλέους

donec suppliciis expiati ac lustrati pristinæ naturæ locoque suo restituantur.

XXVII. Horum ac similium germana sunt, quæ de Typhone feruntur, qui cum odio impulsus et malignitate atrocia patrasset facinora, omnibusque conturbatis rebus terras omnes omniaque maria malis implevisset, tandem pœnas dederit. Ultrix autem Osiridis soror atque uxor postquam Typhonis furias et rabiem compescuit atque exstinxit, non commisit ut silentium et oblivio susciperent certamina ærumnasque suas et errores quibus fuerat jactata, neque passa est tam multa sapienter, multa fortiter abs se gesta silentio obliterari : sed sanctissimis sacrificiis admiscens imagines, indicia, et exempla suorum eventorum, simul et pietatis documentum, et solatium viris mulieribusque adversa fortuna utentibus consecravit. Ipsa autem et Osiris de bonis geniis ob virtutem in deos mutati, ut postmodo Hercules et Liber, haud abs re deorum et geniorum permixtis honoribus coluntur, ubique magna, maxima autem in rebus supra et infra terram potentia præditi. Neque vero Sarapis alius est quam Pluto, aut Isis a Proserpina differt : ut et Archemachus Euboensis docuit, et Heraclides Ponticus, qui oraculum Canopicum, Plutonis esse judicat.

XXVIII. Ptolemæus vero Soter Plutonis colossum qui Sinopæ erat sustulit, cum neque nosset neque vidisset unquam talem, quali forma per quietem imaginatus fuerat se videre, ac juberi eum quamprimum Alexandriam perferre : ignoranti autem et anxie inquirenti ubinam locorum situs esset, amicisque rem narranti, oblatus est Sosibius quidam late vagatus homo, qui Sinopæ a se visum talem colossum diceret, qualem rex imaginatus fuerat : missi itaque Soteles et Dionysus, longo tempore et ægre, neque sine providentia divina, furtim ablatum colossum ad regem pertulerunt: qui ubi conspectus fuit, Timotheus interpres, et Manetho Sebennita a Cerbero et dracone conjecturis ductis collegerunt Plutonis esse simulacrum, Ptolemæoque persuaserunt, non esse alius dei, quam Sarapidis. Non enim isthinc hoc nomen gerens venerat : sed allatus Alexandriam, Sarapidis nomen, quo Ægyptii Plutonem afficiunt, invenit. Jam quod Heraclitus physicus dicit, *Pluto et Liber idem, nam qui insaniunt iidem delirant*, in hanc concedunt sententiam. Qui enim Ditem existimant corpus animæ dici tanquam desipientis et ebriæ, in eo interpretatione nimis exili utuntur. Præstat autem Osirin cum Baccho eumdem facere, et cum Osiride Sarapin, sic dictum postquam naturam mutavit. Idcirco omnibus communis est Sarapis, prouti item Osiris, ut norunt qui sacrorum sunt facti participes.

XXIX. Non enim par est Phrygiis credere litteris, in quibus dicitur Charopos quædam Herculis filia fuisse, Herculis autem Isiaci filius Typhon. Contemnendus

ὁ Τυφών· οὐδὲ Φυλάρχου μὴ καταφρονεῖν, γράφοντος, ὅτι πρῶτος εἰς Αἴγυπτον ἐξ Ἰνδῶν Διόνυσος ἤγαγε δύο βοῦς, ὧν ἦν τῷ μὲν Ἆπις ὄνομα, τῷ δ' Ὄσιρις· Σάραπις δ' ὄνομα τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι, παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν. Ἄτοπα γὰρ ταῦτα τοῦ Φυλάρχου, πολλῷ δ' ἀτοπώτερα τὰ τῶν λεγόντων, οὐκ εἶναι θεὸν τὸν Σάραπιν, ἀλλὰ τὴν Ἄπιδος σορὸν οὕτως ὀνομάζεσθαι, καὶ χαλκᾶς τινας ἐν Μέμφει πύλας λήθης καὶ κωκυτοῦ προσαγορευομένας, ὅταν θάπτωσι τὸν Ἆπιν ἀνοίγεσθαι, βαρὺ καὶ σκληρὸν ψοφούσας. Διὸ παντὸς ἠχοῦντος ἡμᾶς χαλκώματος ἐπιλαμβάνεσθαι. Μετριώτερον δὲ οἱ παρὰ τὸ σεύεσθαι καὶ τὸ σοῦσθαι τὴν τοῦ παντὸς ἅμα κίνησιν εἰρῆσθαι φάσκοντες. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἱερέων εἰς τὸ αὐτό φασι τὸν Ὄσιριν συμπεπλέχθαι καὶ τὸν Ἆπιν, ἐξηγούμενοι καὶ διδάσκοντες ἡμᾶς, ὡς εὔμορφον εἰκόνα χρὴ νομίζειν τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς τὸν Ἆπιν. Ἐγὼ δέ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τοὔνομα τοῦ Σαράπιδος, εὐφροσύνην αὐτὸ δηλοῦν οἴομαι καὶ χαρμοσύνην, τεκμαιρόμενος, ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα σαίρει καλοῦσιν. Καὶ γὰρ Πλάτων τὸν Ἅδην, ὡς αἰδοῦς υἱὸν τοῖς παρ' αὐτοῦ γενομένοις καὶ προσηνῆ θεὸν ὠνομάσθαι φησί· καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἄλλα τε πολλὰ τῶν ὀνομάτων λόγοι εἰσί, καὶ τὸν ὑποχθόνιον τόπον, εἰς ὃν οἴονται τὰς ψυχὰς ἀπέρχεσθαι μετὰ τὴν τελευτήν, Ἀμένθην καλοῦσι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπελθόντων πάλαι καὶ μετακομισθέντων ὀνομάτων ἕν ἐστιν, ὕστερον ἐπισκεψόμεθα· νῦν δὲ τὰ λοιπὰ τῆς ἐν χερσὶ δόξης προσδιέλθωμεν.

30. Ὁ μὲν γὰρ Ὄσιρις καὶ ἡ Ἶσις ἐκ δαιμόνων ἀγαθῶν εἰς θεοὺς μετήλλαξαν· τὴν δὲ τοῦ Τυφῶνος ἠμαυρωμένην καὶ συντετριμμένην δύναμιν, ἔτι δὲ καὶ ψυχορραγοῦσαν καὶ σφαδάζουσαν, ἔστιν αἷς παρηγοροῦσι θυσίαις καὶ πραΰνουσιν· ἔστι δ' ὅτε πάλιν ἐκταπεινοῦσι καὶ καθυβρίζουσιν ἔν τισιν ἑορταῖς, τῶν μὲν ἀνθρώπων τοὺς πυρροὺς προπηλακίζοντες, ὄνον δὲ καὶ κατακρημνίζοντες, ὡς Κοπτῖται, διὰ τὸ πυρρὸν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα καὶ ὀνώδη τὴν χρόαν· Βουσιρῖται δὲ καὶ Λυκοπολῖται σάλπιγξιν οὐ χρῶνται τοπαράπαν, ὡς ὄνῳ φθεγγομέναις ἐμφερές. Καὶ ὅλως τὸν ὄνον οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ δαιμονικὸν, ἡγοῦνται ζῷον εἶναι, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιότητα, καὶ πόπανα ποιοῦντες ἐν θυσίαις, τοῦ τε Παῦνι καὶ τοῦ Φαωφὶ μηνὸς ἐπιπλάττουσι παράσημον ὄνον δεδεμένον· * ἐν δὲ τῇ τοῦ ἡλίου θυσίᾳ τοῖς σεβομένοις τὸν θεὸν παρεγγυῶσι μὴ φορεῖν ἐπὶ τῷ σώματι χρυσία, μηδ' ὄνῳ τροφὴν διδόναι. Φαίνονται δὲ καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν Τυφῶνα δαιμονικὴν ἡγούμενοι δύναμιν. Λέγουσι γὰρ ἐν ἀρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ γεγονέναι Τυφῶνα· καὶ πάλιν τὴν μὲν τοῦ τριγώνου, Ἅδου καὶ Διονύσου καὶ Ἄρεος εἶναι· τὴν δὲ τοῦ τετραγώνου, Ῥέας, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Δήμητρος καὶ Ἑστίας καὶ

etiam Phylarchus, qui scribit primum ex India Bacchum adduxisse boves duos, quorum Apis alter, alter Osiris sit dictus, cæterum Sarapin esse nomen ejus qui Universum ordinat atque ornat, quod voce *Sairein* quidam exprimunt : sunt enim hæc Phylarchi absurda. Multo absurdiora sunt quæ quidam dicunt, Sarapin non esse deum, sed sepulcralem cistam, quæ Græce est Soros, Apidis sic nominari : et apud Memphin æreas quasdam portas, quæ Lethes et Cocyti, hoc est oblivionis atque lamentationis appellentur, aperiri cum Apin sepeliunt, gravem asperumque edentes sonitum : scilicet quia quovis æreo opere resonante nos oblivio invadat. Tolerabilius sentiunt, qui a *seuesthai* et *susthai* deducentes, significant *rapido motu citari Universum*. Plerique sacerdotum in idem aiunt recidere Osirin et Apin, enarrantque et docent nos, Apin esse intelligendum formosam animæ Osiridis imaginem. Ego autem, siquidem Ægyptia vox est *Sarapis*, gaudium ea et lætitiam significari censeo : hoc adductus argumento, quod Charmosyna, id est festum lætitiæ diem, *Sairei* appellant Ægyptii. Nam et Plato *Aden*, id est Ditem, tanquam *Ædus*, quæ est Verecundia, filium ait nominatum, utpote comem benignumque deum erga eos qui ad ipsum pervenerunt. Et apud Ægyptios cum multa alia nomina dicti sententiam habent : tum subterraneum ii locum, in quem putant a morte animas ferri, *Amenthen* vocant, quod vocabuli significat *dantem et accipientem*. An autem hoc unum sit de verbis, quæ antiquitus e Græcia in Ægyptum translata fuerunt, inferius disquiremus : nunc ea persequamur, quæ de explicatione sumptæ in manus opinionis restant.

XXX. Etenim Osiris et Isis e bonis geniis in deos transiverunt. Typhonis autem obscuratam atque contritam potentiam, atque adeo semianimam et instante interitu trementem, cum sacrificiis quibusdam demulcent atque leniunt, tum contra in aliis festivitatibus deprimunt contumeliisque afficiunt. In his ignominiose tractant rufos, asinumque de præcipitio dejiciunt, ut Coptitæ solent : propterea quod rufus et asinino colore fuerit Typho, et Busiritæ ac Lycopolitæ omnino usu tubarum abstinent, quod harum sonus voci asininæ sit similis : planeque animal illud non mundum, sed geniis peculiare putant ob similitudinem qua ei cum Typhone convenit : et mensibus Payni ac Phaophi cum in sacrificiis placentas condant, asinum vinctum in iis effingunt : in Solis item sacrificio eos qui deum venerantur, hortantur ne in corpore aurum ferant, neve asino alimentum præbeant. Apparet etiam Pythagoricos Typhoni vim genii assignasse : natum enim eum aiunt esse mensura pari, quinquagesima sexta nimirum : rursumque triangulam figuram Ditis, Bacchi, et Martis esse aiunt : quadratam Rheæ, Veneris, Cereris, Vestæ, et Junonis : duodecim angulo-

Ἥρας· τὴν δὲ τοῦ δωδεκαγώνου, Διός· τὴν δὲ ἐκκαιπεντηκονταγωνίου, Τυφῶνος, ὡς Εὔδοξος ἱστόρηκεν.

31. Αἰγύπτιοι δὲ πυῤῥόχρουν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα νομίζοντες, καὶ τῶν βοῶν τοὺς πυῤῥοὺς καθιερεύουσιν, οὕτως ἀκριβῆ ποιούμενοι τὴν παρατήρησιν, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκὴν, ἄθυτον ἡγεῖσθαι. Θύσιμον γὰρ οὐ φίλον εἶναι θεοῖς, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅσα ψυχὰς ἀνοσίων ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων εἰς ἕτερα μεταμορφουμένων σώματα συνείληφε. Διὸ τῇ μὲν κεφαλῇ τοῦ ἱερείου καταρασάμενοι καὶ ἀποκόψαντες, εἰς τὸν ποταμὸν ἐῤῥίπτουν πάλαι, νῦν δὲ τοῖς ξένοις ἀποδίδονται. Τὸν δὲ μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατεσημαίνοντο, τῆς σφραγῖδος, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ, γλυφὴν μὲν ἐχούσης ἄνθρωπον εἰς γόνυ καθεικότα ταῖς χερσὶν ὀπίσω περιηγμέναις, ἔχοντα κατὰ τῆς σφαγῆς ξίφος ἐγκείμενον· ἀπολαύειν δὲ καὶ τὸν ὄνον, ὥσπερ εἴρηται, τῆς ὁμοιότητος, διὰ τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ὕβριν οὐχ ἧττον ἢ διὰ τὴν χρόαν οἴονται. Διὸ καὶ τῶν Περσικῶν βασιλέων ἐχθραίνοντες μάλιστα τὸν Ὦχον ὡς ἐναγῆ καὶ μιαρὸν, ὄνον ἐπωνόμασαν. Κἀκεῖνος εἰπὼν, Ὁ μέντοι ὄνος οὗτος ὑμῶν κατευωχήσεται τὸν βοῦν, ἔθυσε τὸν Ἆπιν, ὡς Δείνων ἱστόρηκεν. Οἱ δὲ λέγοντες, ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ ὄνου τῷ Τυφῶνι τὴν φυγὴν ἑπτὰ ἡμέρας γενέσθαι, καὶ σωθέντα γεννῆσαι παῖδας, Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον, αὐτόθεν εἰσὶ κατάδηλοι τὰ Ἰουδαϊκὰ παρέλκοντες εἰς τὸν μῦθον.

32. Ταῦτα μὲν οὖν τοιαύτας ὑπονοίας δίδωσιν· ἀπ' ἄλλης δ' ἀρχῆς τῶν φιλοσοφώτερόν τι λέγειν δοκούντων τοὺς ἁπλουστάτους σκεψώμεθα πρῶτον. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ λέγοντες, ὥσπερ Ἕλληνες Κρόνον ἀλληγοροῦσι τὸν χρόνον, Ἥραν δὲ, τὸν ἀέρα, γένεσιν δὲ Ἡφαίστου, τὴν εἰς πῦρ ἀέρος μεταβολήν· οὕτω παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον εἶναι τὸν Ὄσιριν, Ἴσιδι συνόντα τῇ γῇ· Τυφῶνα δὲ τὴν θάλασσαν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται καὶ διασπᾶται, πλὴν ὅσον ἡ γῆ μέρος ἀναλαμβάνουσα καὶ δεχομένη, γίνεται γόνιμος ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ θρῆνός ἐστιν ἱερὸς ἐπὶ τοῦ Κρόνου γενόμενος, θρηνεῖ δὲ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς γενόμενον μέρεσιν, ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς φθειρόμενον. Αἰγύπτιοι γὰρ οἴονται τὰ μὲν ἑῷα, τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, τὰ δὲ πρὸς βοῤῥᾶν δεξιὰ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά. Φερόμενος οὖν ἐκ τῶν νοτίων ὁ Νεῖλος, ἐν δὲ τοῖς βορείοις ὑπὸ τῆς θαλάσσης καταναλισκόμενος, εἰκότως λέγεται τὴν μὲν γένεσιν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ἔχειν, τὴν δὲ φθορὰν ἐν τοῖς δεξιοῖς. Διὸ τήν τε θάλασσαν οἱ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται, καὶ τὸν ἅλα Τυφῶνος ἀφρὸν καλοῦσι· καὶ τῶν ἀπαγορευομένων ἕν ἐστιν αὐτοῖς ἐπὶ τραπέζης ἅλα μὴ προτίθεσθαι. Καὶ κυβερνήτας οὐ προσαγορεύουσιν, ὅτι χρῶνται θαλάττῃ, καὶ τὸν βίον ἀπὸ τῆς θαλάττης ἔχουσιν. Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὸν ἰχθὺν ἀπὸ ταύτης προβάλλονται τῆς αἰτίας, καὶ τὸ μισεῖν ἰχθύϊ γράφουσιν. Ἐν Σάϊ γοῦν ἐν τῷ προπύλῳ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἦν γεγλυμμένον βρέφος, γέρων, καὶ μετὰ τοῦτο ἱέραξ, ἐφεξῆς δ' ἰχθὺς,

rum figuram Jovis : quinquaginta sexangulam Typhonis, ut Eudoxus tradidit.

XXXI. Ægyptii porro quia Typhonem colore rufo fuisse censent, boum quoque non nisi rufos immolant ; itaque accuratam adhibent observationem, ut si vel unum capillum habeat album aut nigrum, non immolandum judicent : non enim aptum esse ad victimam præstandam id quod carum sit diis : sed contra iis corporibus sacrificandum esse, quæ animas impiorum et injustorum hominum in alia corpora transeuntes exceperunt. Itaque in caput victimæ exsecrati, amputatum in flumen abjiciebant antiquitus, nunc peregrinis id dant : et bovem qui immolandus est sigillo impresso notabant sacerdotes certi, qui Sphragistæ, id est sigillatores, dicebantur : sigilli autem sculptura exprimebatur, ut Castor perhibet, homo in genua desidens manibus post tergum reductis, jugulo ense imminente. Asinum quoque arbitrantur similitudinis, uti docuimus, pœnas dare, non minus ob inertiam et petulantiam quam ob colorem. Itaque etiam de Persicis regibus maxime exosi Ochum, ut scelestum et impurum, *Asinum* appellarunt; et Ochus hoc fatus : *At enim hic Asinus vestrum bovem epulabitur*, Apim mactavit : ut narrat Deino. Qui autem dicunt e prælio Typhonem asino vectum per septem dies fugisse, elapsumque filios genuisse Hierosolymum et Judæum : facile patet eos Judaicas res in fabulam hanc asciscere.

XXXII. Hæc itaque tales sententias verbis tectas præbent. Nunc alio principio facto, de his quæ magis philosophice dici videntur, primum simplicissimas perpendamus opiniones. Sunt qui dicant, quemadmodum apud Græcos Cronos (qui Latinis est Saturnus) tempus, Juno aerem, Vulcani ortus mutationem aeris in ignem notat : sic apud Ægyptios Osiride intelligi Nilum, qui cum terra, quam Isis designat, coeat : Typhonem mare esse, in quod incidens Nilus divellitur et perit, nisi quantum ejus terra excipiens ab eo fecunditatem consequitur. Estque sacra lamentatio de Saturno, deplorat autem natum in sinistris partibus, in dextris pereuntem. Nam Ægyptii statuunt partes mundi ad ortum Solis sitas esse faciem, dextra quæ ad septentrionem, sinistra quæ ad meridiem vergunt. Ergo Nilus a meridie labens, et versus septentrionem a mari absorptus, recte dicitur nasci in sinistris partibus, perire in dextris. Itaque et mare abominantur sacerdotes, et salem Typhonis spumam vocant, interque alia interdictum est ipsis, ne salem in mensa ponant : navium quoque rectores ab iis non compellantur, utpote mari utentes, indeque victum suum petentes : eademque potissimum de causa piscem aversantur, et *odium* pingendo *piscem* notant. Sai in vestibulo templi Minervæ erat insculptus infans, senex, deinde accipiter, post piscis, ultimo loco equus fluvialis : hæc symbola

ἐπὶ πᾶσι δὲ ἵππος ποτάμιος. Ἐδήλου δὲ συμβολικῶς, ὦ γινόμενοι καὶ ἀπογινόμενοι, δεο***γέρων. Ἱέρακι δὲ τὸν θεὸν φράζουσιν, ἰχθύϊ δὲ μῖσος, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὴν θάλατταν· ἵππῳ ποταμίῳ δ' ἀναίδειαν· * λέγεται γὰρ ἀποκτείνας τὸν πατέρα, τῇ μητρὶ βίᾳ μίγνυσθαι. Δόξει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν λεγόμενον, ὡς ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν, αἰνίττεσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς. Ταῦτα μὲν οὖν ἔξωθεν εἰρήσθω κοινὴν ἔχοντα τὴν ἱστορίαν.

33. Οἱ δὲ σοφώτεροι τῶν ἱερέων, οὐ μόνον τὸν Νεῖλον Ὄσιριν καλοῦσιν, οὐδὲ Τυφῶνα τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ Ὄσιριν μὲν ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροποιὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν, αἰτίαν γενέσεως καὶ σπέρματος οὐσίαν νομίζοντες· Τυφῶνα δὲ πᾶν τὸ αὐχμηρὸν καὶ πυρῶδες καὶ ξηραντικὸν ὅλως καὶ πολέμιον τῇ ὑγρότητι. Διὸ καὶ πυῤῥόχρων γενονέναι τῷ σώματι καὶ πάρωχρον νομίζοντες, οὐ πάνυ προθύμως ἐντυγχάνουσιν, οὐδὲ ἡδέως ὁμιλοῦσι τοῖς τοιούτοις τὴν ὄψιν ἀνθρώποις. Τὸν δὲ Ὄσιριν αὖ πάλιν μελάγχρουν γεγονέναι μυθολογοῦσιν, ὅτι πᾶν ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἱμάτια καὶ νέφη μελαίνει μιγνύμενον, καὶ τῶν νέων ὑγρότης ἐνοῦσα παρέχει τὰς τρίχας μελαίνας. Ἡ δὲ πολίωσις οἷον ὠχρίασις ὑπὸ ξηρότητος ἐπιγίνεται τοῖς παρακμάζουσι. Καὶ τὸ μὲν ἔαρ, θαλερὸν καὶ γόνιμον καὶ προσηνές· τὸ δὲ φθινόπωρον, ὑγρότητος ἐνδείᾳ, καὶ φυτοῖς πολέμιον καὶ ζῴοις νοσῶδες. Ὁ δὲ ἐν Ἡλιουπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν, (Ὀσίριδος δὲ ἱερὸν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιδος πατέρα νομίζουσι,) μέλας ἐστὶ καὶ δευτέρας ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἆπιν. Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, Χημίαν καλοῦσι· καὶ καρδίᾳ παρεικάζουσι. Θερμὴ γάρ ἐστι καὶ ὑγρὰ καὶ τοῖς νοτίοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης, ὥσπερ ἡ καρδία τοῖς εὐωνύμοις τοῦ ἀνθρώπου, μάλιστα ἐγκέκλεισται καὶ προσκεχώρηκεν.

34. Ἥλιον δὲ καὶ σελήνην οὐχ ἅρμασιν, ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν ἀεὶ, αἰνιττόμενοι τὴν ἀφ' ὑγροῦ τροφὴν αὐτῶν καὶ γένεσιν. Οἴονται δὲ καὶ Ὅμηρον, ὥσπερ Θαλῆ μαθόντα παρ' Αἰγυπτίων, ὕδωρ ἀρχὴν ἁπάντων καὶ γένεσιν τίθεσθαι. Τὸν γὰρ Ὠκεανὸν Ὄσιριν εἶναι, τὴν δὲ Τηθὺν Ἶσιν, ὡς τιθηνουμένην πάντα καὶ συνεκτρέφουσαν. Καὶ γὰρ Ἕλληνες τὴν τοῦ σπέρματος πρόεσιν, ἀπουσίαν καλοῦσι, καὶ συνουσίαν τὴν μίξιν· καὶ τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ὗσαι· καὶ τὸν Διόνυσον ὕην, ὡς κύριον τῆς ὑγρᾶς φύσεως, οὐχ ἕτερον ὄντα τοῦ Ὀσίριδος. Καὶ γὰρ τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὕσιριν ἔοικεν ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον· οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεὸν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως.

35. Ὅτι μὲν οὖν ὁ αὐτός ἐστι Διονύσῳ, τίνα μᾶλλον, ἢ σὲ, γινώσκειν, ὦ Κλέα, δὴ προσῆκόν ἐστιν, ἀρχηγὸν μὲν οὖσαν ἐν Δελφοῖς τῶν θυιάδων, τοῖς [δὲ] Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένην ἱεροῖς ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός; Εἰ δὲ τῶν ἄλλων ἕνεκα δεῖ μαρτύρια παραθέσθαι,

notabant, infans et senex, ortum atque interitum, accipiter Deum, piscis odium (ut diximus) propter mare, equus fluvialis impudentiam. Fertur enim patrem interficere, et postea cum matre per vim coire. Videri potest etiam id quod Pythagorici dicunt, mare lacrimam esse Saturni, notare non purum id esse neque nostro generi familiare. Atque hæc profana sunt vulgatis narrationibus prodita.

XXXIII. Sed sacerdotum sapientiores, non Nilum duntaxat Osiridis, mare Typhonis nomine accipiunt: sed Osiridem in universum censent omne principium facultate humectandi præditum, utpote causam ortus et substantiam seminis: et Typhonem omne siccum, igneum, et quidquid denique exsiccandi vim habens adversum est humori. Ideo rufum et subpallidum fuisse Typhonem censentes, non admodum libenter compellant tali colore qui sunt homines, ingrataque ipsis horum est consuetudo. Osirin autem nigro colore fuisse fabulantur, quia aqua omnem terram, omnem vestem, et nubes etiam nigras reddit admixta: et humor in juvenibus capillos edit nigros, canicies veluti in pallidum mutat hos, a siccitate contingens corporibus jam post vigorem elanguescentibus: ac ver virens est, fecundum, et amœnum: autumnus ob humoris defectum cum stirpibus inimicus est, tum animalibus morbos fert. Jam qui Heliopoli nutritur bos, (*Mneuin* vocant, sacrum Osiridi, et nonnullorum sententia Apis patrem) is niger est, et proxime secundum Apin colitur honoribus. Præterea Ægyptum quæ vel maxima nigram habet terram, tanquam nigram oculi partem, *Chemiam* vocant, et cordi comparant: calida enim est et humida, et austrinis mundi partibus, ut cor sinistris hominis, includitur atque accedit.

XXXIV. Solem quoque et Lunam dicunt non curribus, sed navigiis vectos cursus suos continuare: significantes humore ali res atque procreari. Existimant etiam Homerum itidem ut Thaletem ab Ægyptiis doctum, principium et ortum omnium rerum posuisse aquam: esse enim Oceanum Osirin, Tethyn Isin, quæ omnia enutriat una atque educet. Etenim Græci seminis emissionem *apusian*, et coitum *synusian* vocant, et filium *hyon*, ab aqua et pluvia, quæ sunt *hydor* et *hyein*: et Bacchum *Hyen* appellant ut humidæ dominum naturæ: qui sane non est alius ab Osiride. Quippe Hellanicus *Hysirin* pro Osiride a sacerdotibus nominari audivisse videtur: itaque eum crebro nominat, nimirum a pluvia et humectatione.

XXXV. Esse autem Osirin eumdem ac Bacchum deum, cuinam magis convenit scire, quam tibi, o Clea, quæ et Thyiadum Delphicarum es princeps, et a patre ac matre Osiriacis consecrata sacris? Si tamen aliorum gratia adducere oportet testimonia, suo loco re-

τὰ μὲν ἀπόῤῥητα κατὰ χώραν ἐῶμεν, ἃ δ' ἐμφανῶς δρῶσι θάπτοντες τὸν Ἆπιν οἱ ἱερεῖς, ὅταν παρακομίζωσιν ἐπὶ σχεδίας τὸ σῶμα, βακχείας οὐδὲν ἀποδεῖ. Καὶ γὰρ νεβρίδας περικαθάπτονται, καὶ θύρσους φοροῦσι, καὶ βοαῖς χρῶνται καὶ κινήσεσιν, ὥσπερ οἱ κάτοχοι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς. Διὸ καὶ ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων· αἱ δ' Ἠλείων γυναῖκες καὶ παρακαλοῦσιν εὐχόμεναι, ποδὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς. Ἀργείοις δὲ βουγενὴς Διόνυσος ἐπίκλην ἐστίν· ἀνακαλοῦνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων ἐξ ὕδατος, ἐμβάλλοντες εἰς τὴν ἄβυσσον ἄρνα τῷ πυλαόχῳ. Τὰς δὲ σάλπιγγας ἐν θύρσοις ἀποκρύπτουσιν, ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς περὶ Ὁσίων εἴρηκεν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ τὰ Τιτανικὰ, καὶ νὺξ τελεία τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς, καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις· * ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ταφάς. Αἰγύπτιοί τε γὰρ Ὀσίριδος πολλαχοῦ θήκας, ὥσπερ εἴρηται, δεικνύουσι, καὶ Δελφοὶ τὰ τοῦ Διονύσου λείψανα παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ χρηστήριον ἀποκεῖσθαι νομίζουσι· καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόῤῥητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ Θυιάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην. Ὅτι δ' οὐ μόνον τοῦ οἴνου Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ πάσης ὑγρᾶς φύσεως Ἕλληνες ἡγοῦνται κύριον καὶ ἀρχηγὸν, ἀρκεῖ Πίνδαρος μάρτυς εἶναι, λέγων·

> Δενδρέων δὲ νόμον Διόνυσος πολυγαθὴς
> αὐξάνοι, ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας.

Διὸ καὶ τοῖς τὸν Ὄσιριν σεβομένοις ἀπαγορεύεται δένδρον ἥμερον ἀπολλύναι, καὶ πηγὴν ὕδατος ἐμφράττειν.

36. Οὐ μόνον δὲ τὸν Νεῖλον, ἀλλὰ πᾶν ὑγρὸν ἁπλῶς Ὀσίριδος ἀποῤῥοὴν καλοῦσι· καὶ τῶν ἱερῶν ἀεὶ προπομπεύει τὸ ὑδρεῖον ἐπὶ τιμῇ τοῦ θεοῦ. Καὶ θρίῳ βασιλέα καὶ τὸ νότιον κλίμα τοῦ κόσμου γράφουσι, καὶ μεθερμηνεύεται τὸ θρίον ποτισμὸς καὶ κίνησις πάντων, καὶ δοκεῖ γεννητικῷ μορίῳ τὴν φύσιν ἐοικέναι. Τὴν δὲ τῶν Παμυλίων ἑορτὴν ἄγοντες, ὥσπερ εἴρηται, φαλλικὴν οὖσαν, ἄγαλμα προτίθενται καὶ περιφέρουσιν, οὗ τὸ αἰδοῖον τριπλάσιόν ἐστιν· ἀρχὴ γὰρ ὁ θεὸς, ἀρχὴ δὲ πᾶσα τῷ γονίμῳ πολλαπλασιάζει τὸ ἐξ αὑτῆς. Τὸ δὲ πολλάκις εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν, ὡς τὸ τρισμάκαρες, καὶ

> Δεσμοὶ μὲν τρεῖς τόσσοι ἀπείρονες.

Εἰ μὴ νὴ Δία κυρίως ἐμφαίνεται τὸ τριπλάσιον ὑπὸ τῶν παλαιῶν· ἡ γὰρ ὑγρὰ φύσις, ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς, τὰ πρῶτα τρία σώματα, γῆν, ἀέρα, καὶ πῦρ ἐποίησε. Καὶ γὰρ ὁ προστιθέμενος τῷ μύθῳ λόγος, ὡς τοῦ Ὀσίριδος ὁ Τυφῶν τὸ αἰδοῖον ἔῤῥιψεν εἰς τὸν ποταμὸν, ἡ δ' Ἶσις οὐχ εὗρεν, ἀλλ' ἐμφερὲς ἄγαλμα θεμένη καὶ κατασκευάσασα, τιμᾶν καὶ φαλληφορεῖν ἔταξεν, ἐνταῦθα παραχωρεῖ, διδάσκων, ὅτι τὸ γόνιμον καὶ τὸ σπερματικὸν τοῦ θεοῦ πρῶτον

linquamus ea quæ effari nefas esset. Quæ autem palam faciunt sacerdotes, dum Apidis cadaver rate advectum sepeliunt, nihil distant a Bacchi sacrificio : quippe et hinnuleorum pelles circum appendunt, et thyrsos gestant, iisque utuntur clamoribus et motibus, quibus Bacchico furore correpti dum orgia peragunt. Ea de causa plerique Græcorum Bacchi simulacra faciunt tauri forma : et Eleorum mulieres vota facientes precantur *ut ad se deus veniat bubulo pede* : et Argivis Bacchus est bovigena, et evocant eum tubis ex aqua, Janitori ovem in abyssum injicientes, et tubas inter thyrsos occultant, ut Socrates scripsit in libris de Hosiis, sive sacris. Conveniunt et Titanica, et nox quæ perfecta dicitur, his quæ dicuntur de discerpto Osiride et redivivo ac renato : necnon et sepulturæ. Nam et Ægyptii multis in locis sepulcrum Osiridis monstrant, ut supra ostendimus : et Delphi reliquias Bacchi apud se juxta oraculum sitas putant, arcanumque sacrificium Hosii in fano Apollinis peragunt, quo tempore Thyiades Licnitam (id Bacchi est nomen) excitant. Quod autem Liberum Græci non vini tantummodo, sed et omnis humidæ naturæ dominum atque principem faciant, testimonio Pindari sufficit docere, sic dicentis :

> Bacchus lætitiæ dator
> gratis frugibus arbores
> fecundet :

eaque causa est, ut Osiridis cultoribus nefas sit arborem hortensem perdere, aut fontem aquæ obturare.

XXXVI. Non solum autem Nilum, sed omnem simpliciter humorem, *defluxum Osiridis* vocant : et ante sacra in pompa semper præcedit vas aquarium in honorem dei : et ficus folio regem, ac meridionale mundi clima pingunt, interpretanturque folium ficus irrigationem et fœtationem omnium : videturque natura simile genitali membro. Porro Pamylitia festum agentes quæ, ut dictum fuit, phallo, id est virilis membri simulacro, adhibito fiunt, imaginem proponunt atque circumferunt, cujus triplus est penis : nam deus est principium, omne autem principium vi genitali multiplicat id quod ab eo producitur : multiplex autem solemus ternario notare, ut cum dicimus :

> O ter felices ;

Et,

> Ter tot vincla. —

Nisi potius ita sentiendum est, triplum a veteribus proprie fuisse usurpatum. Humida enim natura cum ab initio principium et ortus omnium esset rerum, tria prima effecit corpora, terram, aerem, ignem. Quæ enim fabula rei additur, membrum Osiridis in flumen fuisse a Typhone abjectum, et Isidem cum id non inveniret, simulacrum ejus adornasse, idque ut honoraretur et phallus gestaretur instituisse : ea huc facit, docetque genitalem vim et semen dei pro materia prima habuisse

ἔσχεν ὕλην τὴν ὑγρότητα, καὶ δι' ὑγρότητος ἐνεκράθη τοῖς πεφυκόσι μετέχειν γενέσεως. Ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις Ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διὶ, τὸν δ' Ὄσιριν ὁ Ζεὺς συμμαχήσαντα καὶ συγκαταστρεψάμενον αὐτῷ τὸν πολέμιον, παῖδα θέμενος, Διόνυσον προσηγόρευσεν. Καὶ τούτου δὲ τοῦ λόγου τὸ μυθῶδές ἐστιν ἀποδεῖξαι τῆς περὶ φύσιν ἀληθείας ἁπτόμενον. Δία μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ πνεῦμα καλοῦσιν, ᾧ πολέμιον τὸ αὐχμηρὸν καὶ πυρῶδες· τοῦτο δὲ ἥλιος μὲν οὐκ ἔστι, πρὸς δὲ ἥλιον ἔχει τινὰ συγγένειαν· ἡ δὲ ὑγρότης σβεννύουσα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ξηρότητος, αὔξει καὶ ῥώννυσι τὰς ἀναθυμιάσεις, ὑφ' ὧν τὸ πνεῦμα τρέφεται καὶ τέθηλεν.

37. Ἔτι τε τὸν κιττὸν Ἕλληνές τε καθιεροῦσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις λέγεται χενόσιρις ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὥς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὄσιρις, ἀλλὰ Ἀρσαφὴς (ἐν τῷ ἄλφα γράμματι) λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. Ἐμφαίνει δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμαῖος, ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· Ὄμβριμον γάρ φησι μεθερμηνευόμενον εἶναι τὸν Ὄσιριν. Ἐῶ δὲ Μνασέαν τῷ Ἐπάφῳ προστιθέντα τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὸν Σάραπιν· ἐῶ καὶ Ἀντικλείδην, λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα, Διονύσῳ συνοικεῖν. Αἱ γὰρ εἰρημέναι περὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς θυσίας οἰκειότητες ἐναργεστέραν τῶν μαρτύρων τὴν πίστιν ἔχουσι.

38. Τῶν τε ἄστρων τὸν σείριον, Ἴσιδος νομίζουσιν, * ὑδραγωγὸν ὄντα. Καὶ τὸν λέοντα τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεοντείοις τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμοῦσιν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος

Ἠελίου ταπρῶτα συνερχομένοιο λέοντι.

Ὡς δὲ Νεῖλον Ὀσίριδος ἀποῤῥοὴν, οὕτως Ἴσιδος σῶμα γῆν ἔχουσι καὶ νομίζουσιν, οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ἧς ὁ Νεῖλος ἐπιβαίνει σπερμαίνων καὶ μιγνύμενος. Ἐκ δὲ τῆς συνουσίας ταύτης γεννῶσι τὸν Ὧρον. Ἔστι δὲ Ὧρος ἡ πάντα σώζουσα καὶ τρέφουσα τοῦ περιέχοντος ὥρα, καὶ κρᾶσις ἀέρος. Ὃν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς περὶ Βοῦτον ὑπὸ Λητοῦς τραφῆναι λέγουσιν. Ἡ γὰρ ὑδατώδης καὶ διάβροχος γῆ μάλιστα τὰς σβεννυούσας καὶ χαλώσας τὴν ξηρότητα καὶ τὸν αὐχμὸν ἀναθυμιάσεις τιθηνεῖται. Νέφθυν δὲ καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παρόρια καὶ ψαύοντα τῆς θαλάττης. Διὸ καὶ τελευταίην ἐπονομάζουσι τὴν Νέφθυν· καὶ Τυφῶνι δὲ συνοικεῖν λέγουσιν. Ὅταν δὲ ὑπερβαλὼν καὶ πλεονάσας ὁ Νεῖλος, ἐπέκεινα πλησιάσῃ τοῖς ἐσχατεύουσι, τοῦτο μίξιν Ὀσίριδος πρὸς Νέφθυν καλοῦσιν, ὑπὸ τῶν ἀναβλαστανόντων φυτῶν ἐλεγχομένην· ὧν καὶ τὸ μελίλωτόν ἐστιν, οὗ φησι μῦθος ἀποῤῥυέντος καὶ ἀπολειφθέντος αἴσθησιν γενέσθαι Τυφῶνι τῆς περὶ τὸν γάμον ἀδικίας.

humorem, et humoris interventu coaluisse cum his quæ nascendi facultate erant prædita. Alia etiam apud Ægyptios fertur fabula, Apopin Solis fratrem bellum movisse adversus Jovem, et Osiridem a Jove, cui in hoste debellando auxilium tulisset, adoptatum filii loco, Dionysumque, id est Bacchum, fuisse appellatum. Hanc quoque fabulam veritati et naturæ congruere, demonstrari potest. Jovem enim Ægyptii spiritum vocant, cui sicca et ignea natura est adversa et inimica : ea vero non est Sol, sed quamdam habet cum Sole cognationem : humor autem exstinguens nimium siccitatis, auget et roborat exhalationes, quibus spiritus alitur et viget.

XXXVII. Præterea et hederam Græci Baccho consecrant, et hæc ab Ægyptiis dicitur nominari *Chenosiris*, quod significat plantam Osiridis. Proinde Aristo, qui coloniam Atheniensium scripsit, in epistolam quamdam Alexarchi incidit, in qua perhibebatur Bacchus Jovis et Isidis filius ab Ægyptiis haberi, qui non Osiris, sed Arsaphes nomen gerat, quo fortis significatur. Indicat hoc etiam Hermæus primo de Ægyptiis libro, *validum* esse, si interpretetur, Osirin inquiens. Omitto Mnaseam, qui Epapho apponit Liberum, Osiridem, et Sarapin : omitto Anticlidam, qui Isidem Promethei filiam, Liberi uxorem facit. Nam quas retuli festorum et sacrificiorum similitudines, apertius quam testes rei fidem faciunt.

XXXVIII. Et de sideribus Sirium Isidi ascribunt, cum aquam ducat : et Leonem venerantur, rictibusque leoninis januas templorum ornant, quia Nilus exundat,

Titanis primum curru tangente Leonem.

Sicut autem Nilum Osiridis defluxum, ita corpus Isidis terram putant, non universam, sed quam Nilus invadens ac coiens fetam reddit. Hoc ex coitu Orum nasci perhibent. Est autem Orus tempestas ac temperies aeris ambientis omnia servans atque alens : quem in paludibus apud Butum a Latona dicunt enutritum; quia aquosa et irrigua terra maxime educit exhalationes, quibus siccitas restinguitur atque laxatur. Nephthyn porro appellant extremas terræ partes quæ mare attingunt : ideoque eam *ultimam* nominant, et Typhonis uxorem dicunt. Cum autem exundans Nilus etiam in istas partes diffluit, hoc Osiridis cum Nephthy coitum nuncupant, quem stirpes germinantes arguerint, inter quas et melilotum est : quo fabula fert delapso et re-

Ὅθεν ἡ μὲν Ἶσις ἔτεκε γνησίως τὸν Ὧρον, ἡ δὲ Νέφθυς, σκότιον τὸν Ἄνουβιν. Ἐν μέντοι ταῖς διαδοχαῖς τῶν βασιλέων ἀναγράφουσι τὴν Νέφθυν Τυφῶνι γημαμένην, πρώτην γενέσθαι στεῖραν. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ περὶ γυναικὸς, ἀλλὰ περὶ τῆς θεοῦ λέγουσιν, αἰνίττονται τὸ παντελὲς τῆς γῆς ἄγονον καὶ ἄκαρπον ὑπὸ στεῤῥότητος.

39. Ἡ δὲ Τυφῶνος ἐπιβουλὴ καὶ τυραννὶς αὐχμοῦ δύναμις ἦν ἐπικρατήσαντος, καὶ διαφορήσαντος τήν τε γεννῶσαν ὑγρότητα τὸν Νεῖλον καὶ αὔξουσαν. Ἡ δὲ συνεργὸς αὐτοῦ βασιλὶς Αἰθιόπων αἰνίττεται πνοὰς νοτίους ἐξ Αἰθιοπίας· ὅταν γὰρ αὗται τῶν ἐτησίων ἐπικρατήσωσι τὰ νέφη πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἐλαυνόντων, καὶ κωλύσωσι τοὺς τὸν Νεῖλον αὔξοντας ὄμβρους καταῤῥαγῆναι, κατέχων ὁ Τυφὼν ἐπιφλέγει, καὶ τότε κρατήσας παντάπασι τὸν Νεῖλον εἰς ἐναντίον ὑπὸ ἀσθενείας συστάλεντα καὶ ῥυέντα, κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐξέωσεν εἰς τὴν θάλασσαν. Ἡ γὰρ λεγομένη κάθειρξις εἰς τὴν σορὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν ἀλλ' ἢ κρύψιν ὕδατος καὶ ἀφανισμὸν αἰνίττεσθαι. Διὸ μηνὸς Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τῶν ἐτησίων ἀπολειπόντων παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα· μηκυνομένης δὲ τῆς νυκτὸς, αὔξεται τὸ σκότος· ἡ δὲ τοῦ φωτὸς μαραίνεται καὶ κρατεῖται δύναμις· οἱ [δὲ] ἱερεῖς ἄλλα τε δρῶσι σκυθρωπὰ, καὶ βοῦν διάχρυσον ἱματίῳ μέλανι βυσσίνῳ περιβάλλοντες, ἐπὶ πένθει τῆς θεοῦ δεικνύουσι (βοῦν γὰρ Ἴσιδος εἰκόνα καὶ γῆν νομίζουσιν) ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ἐπὶ δέκα ἑξῆς. Καὶ γὰρ τὰ πενθούμενα τέσσαρα· πρῶτον μὲν ὁ Νεῖλος ἀπολείπων καὶ ὑπονοστῶν, δεύτερον δὲ τὰ βόρεια πνεύματα κατασβεννύμενα κομιδῇ τῶν νοτίων ἐπικρατούντων, τρίτον δὲ τὸ τὴν ἡμέραν ἐλάττονα γίνεσθαι τῆς νυκτὸς, ἐπὶ πᾶσιν ἡ τῆς γῆς ἀπογύμνωσις ἅμα τῇ τῶν φυτῶν ψιλότητι τηνικαῦτα φυλλοῤῥοούντων. Τῇ δ' ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα νυκτὸς, ἐπὶ θάλασσαν κάτεισι. Καὶ τὴν ἱερὰν κίστην οἱ στολισταὶ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκφέρουσι χρυσοῦν ἐντὸς ἔχουσαν κιβώτιον, εἰς ὃ ποτίμου λαβόντες ὕδατος ἐγχέουσι, καὶ γίνεται κραυγὴ τῶν παρόντων, ὡς εὑρημένου τοῦ Ὀσίριδος. Εἶτα γῆν κάρπιμον φυρῶσι τῷ ὕδατι, καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τῶν πολυτελῶν, ἀναπλάττουσι μηνοειδὲς ἀγαλμάτιον· καὶ τοῦτο στολίζουσι καὶ κοσμοῦσιν, ἐμφαίνοντες, ὅτι γῆς οὐσίαν καὶ ὕδατος τοὺς θεοὺς τούτους νομίζουσι.

40. Τῆς δ' Ἴσιδος πάλιν ἀναλαμβανούσης τὸν Ὄσιριν, * καὶ αὐξανούσης τὸν Ὧρον, ἀναθυμιάσεσι καὶ ὁμίχλαις καὶ νέφεσι ῥωννύμενον, ἐκρατήθη μὲν, οὐκ ἀνῃρέθη δὲ ὁ Τυφών. Οὐ γὰρ εἴασεν ἡ κυρία τῆς γῆς θεὸς ἀναιρεθῆναι παντάπασι τὴν ἀντικειμένην τῇ ὑγρότητι φύσιν, ἀλλ' ἐχάλασε καὶ ἀνῆκε, βουλομένη διαμένειν τὴν κρᾶσιν· οὐ γὰρ ἦν κόσμον εἶναι τέλειον, ἐκλείποντος καὶ ἀφανισθέντος τοῦ πυρώδους. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ λέγεται παρ' αὐτοῖς ἀπεικότως, οὐδὲ ἐκεῖνον ἄν τις ἀποῤῥίψειε τὸν λόγον, ὡς Τυφὼν μὲν ἐκρά-

licto Typhonem adulterium deprehendisse. Itaque Isis Orum justo partu edidit, Nephthys autem Anubin furtivo. Sane in descriptione successionis regum scribunt Nephthyn Typhoni nuptam principio fuisse sterilem. Quod si non de muliere, sed dea dicunt, significare volunt terram soliditatis suæ causa omnino sterilem fuisse et infrugiferam.

XXXIX. Jam Typhonis insidiæ ac tyrannis vim significat siccitatis obtinentis, et consumentis humorem quo nascitur et augetur Nilus. Regina vero Æthiopum quæ Typhonem adjuverit, flatus austrinos ex Æthiopia notat : qui si vincant Etesias a quibus versus Æthiopiam nubes pelluntur, prohibeantque imbres decidere quibus Nilus augetur, tum prævalens Typhon æstu urit, ac plane obtinens, Nilum in diversam partem ob imbecillitatem fluentem, cavo alveo et humili in mare expellit. Quod enim inclusus in arcam dicitur Osiris, eo nihil aliud significatur quam aquæ occultatio et defectus. Itaque mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando Etesiis omnino deficientibus Nilus recedit, et solum nudatur. Quando autem nox fit longior, tenebræ crescunt, lucisque superatur et tabescit vis : tunc sacerdotes cum alios tetricos ritus exercent, tum bovem auratum nigro byssino amictu ostentant in luctu deæ (bovem enim Isidis ducunt imaginem), per quatriduum continuum a decima septima mensis die. Quatuor enim sunt quæ lugentur ; primum, Nilus recedens atque deficiens : secundum, septentrionales flatus, qui invalescentibus austrinis ventis admodum exstinguuntur : tertium, quod dies minor fit nocte : ultimum, denudatio terræ, simul etiam tunc stirpibus folia abjicientibus. Decima nona mensis die, noctu ad mare descenditur, et sacram cistam Stolistæ (quasi vestitores dicas) una cum sacerdotibus efferunt, in qua est intus aurea arcula, cui infunditur ab iis aqua potabilis, ac clamor tollitur ab his qui adsunt, vociferantibus Osiridem esse inventum : exinde tellurem frugiferam aqua permiscent, additisque mixturæ aromatibus et suffimentis sumptuosis, effingunt imagunculam luniformem, et hanc amiciunt et ornant, significantes deos istos ab ipsis putari esse naturam terræ et aquæ.

XL. Rursum ubi Osirin Isis recepit, et Orum educat, exhalationibus, et nebulis ac nubibus crescentem ac roboratum; superatus quidem, non tamen etiam interfectus est Typhon : non enim passa est Dea, quæ terræ domina est, undiquaque aboleri naturam humori contrariam : sed dimittit eam et laxat, cupiens temperiem relinqui ; quia non poterat mundus esse perfectus, abolita ignea natura. Quod si hæc ab iis non absurde dicuntur, par est ne hanc quidem repudiari rationem, qua dicitur antiquitus Typhon partem Osiridi debitam

τει πάλαι τῆς Ὀσίριδος μοίρας· θάλασσα γὰρ ἦν ἡ Αἴγυπτος. Διὸ πολλὰ μὲν ἐν τοῖς μετάλλοις καὶ τοῖς ὄρεσιν εὑρίσκεται μέχρι νῦν κογχύλια ἔχειν· πᾶσαι δὲ πηγαὶ καὶ φρέατα πάντα, πολλῶν ὑπαρχόντων, ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν, ὡς ἂν ὑπόλειμμα τῆς πάλαι θαλάσσης ἕωλον ἐνταυθοῖ συνεῤῥυηκός. Ὁ δὲ Ὧρος χρόνῳ τοῦ Τυφῶνος ἐπεκράτησε· τουτέστιν, εὐκαιρίας ὀμβρίων γενομένης, ὁ Νεῖλος ἐξεώσας τὴν θάλασσαν, ἀνέφηνε τὸ πεδίον καὶ ἀνεπλήρωσε ταῖς προσχώσεσιν. Ὃ δὴ μαρτυροῦσαν ἔχει τὴν αἴσθησιν· ὁρῶμεν γὰρ ἔτι νῦν ἐπιφέροντι τῷ ποταμῷ νέαν ἰλὺν καὶ προσαγαγόντι τὴν γῆν, κατὰ μικρὸν ὑποχωροῦν ὀπίσω τὸ πέλαγος, καὶ τὴν θάλασσαν, ὕψος τῶν ἐν βάθει λαμβανόντων διὰ τὰς προσχώσεις, ἀποῤῥέουσαν· τὴν δὲ Φάρον, ἣν Ὅμηρος ᾔδει δρόμον ἡμέρας ἀπέχουσαν Αἰγύπτου, νῦν μέρος οὖσαν αὐτῆς, οὐκ αὐτὴν ἀναδραμοῦσαν, οὐδὲ προσαναβᾶσαν, ἀλλὰ τῆς μεταξὺ θαλάττης ἀναπλάττοντι τῷ ποταμῷ καὶ τρέφοντι τὴν ἤπειρον ἀνασταλείσης. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν θεολογουμένοις ἐστί. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ μὲν γόνιμον πνεῦμα καὶ τρόφιμον, Διόνυσον εἶναι λέγουσι· τὸ πληκτικὸν δὲ καὶ διαιρετικὸν, Ἡρακλέα· τὸ δὲ δεκτικὸν, Ἄμμωνα· Δήμητραν δὲ καὶ Κόρην, τὸ διὰ τῆς γῆς καὶ τῶν καρπῶν διῆκον· Ποσειδῶνα δὲ, τὸ διὰ τῆς θαλάττης.

41. Οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς φυσικοῖς καὶ τῶν ἀπ' ἀστρολογίας μαθηματικῶν ἔνια μιγνύντες, Τυφῶνα μὲν οἴονται τὸν ἡλιακὸν κόσμον, Ὄσιριν δὲ τὸν σεληνιακὸν λέγεσθαι. Τὴν μὲν γὰρ σελήνην γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσαν, εὐμενῆ καὶ γοναῖς ζῴων καὶ φυτῶν εἶναι βλαστήσεσι· τὸν δὲ ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλπειν τε καὶ καταυαίνειν τὰ φυόμενα καὶ τεθηλότα, καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς παντάπασιν ὑπὸ φλογμοῦ ποιεῖν ἀοίκητον, καὶ κατακρατεῖν πολλαχοῦ καὶ τῆς σελήνης. Διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ καταδυναστεῦον, ἢ καταβιαζόμενον. Καὶ τῷ μὲν ἡλίῳ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσιν ἐνιδρυμένον συμπεριπολεῖν, τῇ δὲ σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν. Λόγου γὰρ ἔργοις ἔοικε καὶ σοφίας τὰ παρὰ τῆς σελήνης, τὰ δὲ ἡλίου πληγαῖς ὑπὸ βίας καὶ ῥώμης περαινόμενα. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐκ θαλάττης ἀνάπτεσθαι καὶ τρέφεσθαί φασι, τῇ δὲ σελήνῃ τὰ κρηναῖα καὶ λιμναῖα νάματα γλυκεῖαν ἀναπέμπειν καὶ μαλακὴν ἀναθυμίασιν.

42. Ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα τὴν Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα γίνεται πληρουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος. Διὸ καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀντίφραξιν οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσι, καὶ ὅλως τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἀφοσιοῦνται. Τοῦ γὰρ ἑξκαίδεκα τετραγώνου, καὶ τοῦ ὀκτωκαίδεκα ἑτερομήκους, οἷς μόνοις ἀριθμῶν ἐπιπέδων συμβέβηκε τὰς περιμέτρους ἴσας ἔχειν τοῖς περιεχομένοις ὑπ' αὐτῶν χωρίοις, μέσος ὁ τῶν ἑπτακαίδεκα παρεμπίπτων, ἀντιφράττει καὶ διαζεύγνυσιν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διαιρεῖ τὸν ἐπό-

obtinuisse. Nam Ægyptus olim mari fuit tecta : itaque in metallis et montibus multa etiamnum inveniuntur conchylia : et omnes fontes, omnes putei, cum quidem eorum tanta sit multitudo, salsam atque amaram habent aquam, utpote quod eo reliquiæ veteris maris obsoletæ confluxerint. Successu autem temporis Orus Typhone est factus superior : id est, cum tempestive imbres oborti essent, Nilus mari expulso planitiem detexit, et terræ aggestione complevit. Ipse sensus huic rationi testimonium fert. Etenim hodieque cernimus fluvio novum aggerente limum, terramque adducente, paulatim recedere mare, atque retro defluere; fundo ob aggestionem materiæ altitudinem nanciscente. Pharum certe, quam Homerus cursu unius diei abesse ab Ægypto norat, nunc partem esse Ægypti constat; non quod ipsa suo loco mota accesserit, sed quod mare intermedium flumine opplente et complanante continenti adjecta est. Verum enimvero hæc similia sunt eorum quæ Stoici de sacris rebus disputant. Nam genitabilem et alendo aptum spiritum Bacchi nomine afficiunt illi : qui vim percellendi ac dividendi habet, Herculis : qui recipiendi facultatem, Ammonis : id quod per tellurem et fruges penetrat, Cererem ac Proserpinam : quod per mare, Neptunum nominant.

XLI. Qui autem naturalibus istis etiam mathematica quædam astrologica admiscent, ii putant Typhonem esse mundum solarem, Osiridem lunarem. Lunam enim, quæ lumen habet genitabile et humectans, prosperam esse et animalium procreationi, et stirpium pullulationi. Solem hoc sortitum, ut intemperato igni calefaciat exsiccetque natas et florentes stirpes : et suo ardore magnam partem terræ fecisse habitationibus ineptam, ac sæpe etiam lunam ab eo superari. Itaque Ægyptii Typhonem Seth nominant : id significante vocabulo, *quod vi prævalet* : et in sole situm Herculem una circumagi, in luna Mercurium, fabulantur : quæ enim luna efficit, ea orationis et sapientiæ operum sunt similia : solis autem, verberum, vi et robore effecta. Stoici solem e mari incendi atque ali aiunt : lunæ a fontanis et lacustribus aquis dulcem mollemque submitti exhalationem.

XLII. Decima septima mensis die interiisse Osiridem Ægyptii fabulantur, qua die maxime plenilunium fit evidens. Ideo diem istam Pythagorei vocant antiphraxin, quasi oppositionem cum obstructione conjunctam : et omnino numerum septemdecim aversantur. Nam inter sedecim, qui quadratum, et octodecim, qui altera dimensionum longius parallelogrammum refert, atque hi duo soli omnium numerorum planorum ambitus habent areis suis æquales, medius interveniens septemdecim obstruit et disjungit eos invicem, inque partes scissus

γδοον λόγον εἰς ἄνισα διαστήματα τεμνόμενος. Ἐτῶν δ' ἀριθμὸν οἱ μὲν βιῶσαι τὸν Ὄσιριν, οἱ δὲ βασιλεῦσαι λέγουσιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν· * τοσαῦτα γάρ ἐστι φῶτα τῆς σελήνης, καὶ τοσαύταις ἡμέραις τὸν αὑτῆς κύκλον ἐξελίσσει. Τὸ δὲ ξύλον ἐν ταῖς λεγομέναις Ὀσίριδος ταφαῖς τέμνοντες, κατασκευάζουσι λάρνακα μηνοειδῆ, διὰ τὸ τὴν σελήνην, ὅταν τῷ ἡλίῳ πλησιάζῃ, μηνοειδῆ γινομένην ἀποκρύπτεσθαι. Τὸν δ' εἰς δεκατέσσαρα μέρη τοῦ Ὀσίριδος διασπασμὸν αἰνίττονται πρὸς τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς φθίνει μετὰ πανσέληνον ἄχρι νουμηνίας τὸ ἄστρον. Ἡμέραν δὲ, ἐν ᾗ φαίνεται πρῶτον ἐκφυγοῦσα τὰς αὐγὰς καὶ παρελθοῦσα τὸν ἥλιον, ἀτελὲς ἀγαθὸν προσαγορεύουσιν. Ὁ γὰρ Ὄσιρις ἀγαθοποιὸς, καὶ τοὔνομα πολλὰ φράζει, οὐχ ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργοῦν καὶ ἀγαθοποιὸν, ὃ λέγουσι. Τὸ δ' ἕτερον ὄνομα τοῦ θεοῦ τὸν Ὄμφιν εὐεργέτην ὁ Ἑρμαῖός φησιν δηλοῦν ἑρμηνευόμενον.

43. Οἴονται δὲ πρὸς τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἔχειν τινὰ λόγον τοῦ Νείλου τὰς ἀναβάσεις. Ἡ μὲν γὰρ μεγίστη περὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, ὀκτὼ γίνεται καὶ εἴκοσι πήχεων, ὅσα φῶτα καὶ μέτρα τῶν ἐμμήνων περιόδων ἑκάστης ἐστίν· ἡ δὲ περὶ Μένδητα καὶ Ξόϊν βραχυτάτη πήχεων ἓξ πρὸς τὴν διχότομον· ἡ δὲ μέση περὶ Μέμφιν, ὅταν ᾖ δικαία, δεκατεσσάρων πηχῶν πρὸς τὴν πανσέληνον. Τὸν δὲ Ἆπιν, εἰκόνα μὲν Ὀσίριδος ἔμψυχον εἶναι, γενέσθαι δὲ, ὅταν φῶς ἐρείσῃ γόνιμον ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ καθάψηται βοὸς ὀργώσης. Διὸ καὶ τοῖς τῆς σελήνης σχήμασιν ἔοικε πολλὰ τοῦ Ἄπιδος, περιμελαινομένου τὰ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς. Ἔτι δὲ τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενὼθ μηνὸς ἑορτὴν ἄγουσιν, ἔμβασιν Ὀσίριδος εἰς τὴν σελήνην ὀνομάζοντες, ἔαρος ἀρχὴν οὖσαν. Οὕτω τὴν Ὀσίριδος δύναμιν ἐν τῇ σελήνῃ τίθενται, [καὶ] τὴν Ἶσιν αὐτῷ γένεσιν οὖσαν συνεῖναι λέγουσι. Διὸ καὶ μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι, καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται, πληρουμένην ὑπὸ Ἡλίου καὶ κυϊσκομένην, αὐτὴν δὲ πάλιν εἰς τὸν ἀέρα προϊεμένην γεννητικὰς ἀρχὰς καὶ κατασπείρουσαν· οὐ γὰρ ἀεὶ τὴν φθορὰν ἐπικρατεῖν τὴν Τυφώνειον· πολλάκις δὲ κρατουμένην ὑπὸ τῆς γενέσεως καὶ συνδεομένην, αὖθις ἀναδύεσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν Ὧρον. Ἔστι δ' οὗτος ὁ περίγειος κόσμος, οὔτε φθορᾶς ἀπαλλαττόμενος παντάπασιν, οὔτε γενέσεως.

44. Ἔνιοι δὲ καὶ τῶν ἐκλειπτικῶν αἴνιγμα ποιοῦνται τὸν μῦθον. Ἐκλείπει μὲν γὰρ ἡ σελήνη πανσέληνος, ἐναντίαν τοῦ ἡλίου στάσιν ἔχοντος πρὸς αὐτὴν, εἰς τὴν σκιὰν ἐμπίπτουσα τῆς γῆς, ὥσπερ φασὶ τὸν Ὄσιριν εἰς τὴν σορόν. Αὐτὴ δὲ πάλιν ἀποκρύπτει καὶ ἀφανίζει ταῖς τριακάσιν, οὐ μὴν ἀναιρεῖται παντάπασι τὸν ἥλιον, ὥσπερ οὐδὲ τὸν Τυφῶνα ἡ Ἶσις. Γεννώσης τῆς Νέφθυος τὸν Ἄνουβιν, Ἶσις ὑποβάλλεται. Νέφθυς γάρ ἐστι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ἀφανὲς, Ἶσις δὲ τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ φανερόν. Ὁ δὲ τούτων ὑποψαύων καὶ καλούμενος ὁρίζων κύκλος, ἐπίκοινος ὢν ἀμφοῖν, Ἄνουβις κέκλη-

inæquales, sesquioctavam proportionem constituit. Annos viginti et octo alii vixisse, alii regnasse Osiridem dicunt : toties enim lucet luna, totque diebus suam circuitionem absolvit. Lignum autem in sepultura, ut vocant, Osiridis secantes, arcam apparant lunata forma : quia luna soli appropinquans falcatur et occulitur. Quod autem in quatuordecim partes discerptus dicitur Osiris, referendum est ad dies quibus a plenilunio usque ad novilunium deficit luna. Diem, qua primum conspicitur evitatis et præteritis radiis solis, *imperfectum bonum* nominant. Est enim Osiris beneficus : et nomen hoc multa significans, præcipue *vim efficacem et beneficam* designat. Alterum dei hujus nomen quod est Omphis, Hermæus interpretatur *beneficum*.

XLIII. Existimant autem Nili incrementa ratione quadam illuminationibus lunæ respondere. Maximum enim apud Elephantinam, cubitorum fit viginti et octo, quot dies sunt menstruæ circuitionis lunæ : apud Mendetem et Xoin, ubi est minimum, cubitos æquat sex, quot diebus lunæ orbis fit dimidiatus : medium apud Memphin, si justum sit, quatuordecim cubitis convenit, et respondet tempori plenilunii. Porro Apin animatam dicunt Osiridis esse imaginem, et oriri, quando lux procreans a luna ingruat et bovem appetentem tangat. Itaque etiam figuris lunæ similia habet multa, atratus circum splendidas partes et umbrosis tectus : et in novilunio mensis Phamenoth festum celebrant, quod *ingressum Osiridis in lunam* appellant. Est autem id veris initium. Hoc pacto vim Osiridis in luna collocantes, Isidem ei uxorem, ex qua prolem procreet, ascribunt. Ideo et lunam *mundi matrem* appellant, et naturam ex utroque mixtam sexu assignant ei : quod impleta et gravida facta a Sole, rursum a se in aerem emittat ac disseminet genitabilia principia. Non enim semper obtinere corruptelam Typhonicam, sed sæpe victam a vi procreatrice atque vinctam, rursum emergere, et cum Oro decertare. Orus autem est mundus terrestris, neque interitus unquam omnino expers, neque ortus.

XLIV. Neque desunt, qui defectus hac fabula per ambages notari censeant. Etenim in plenilunio deficit luna, sole ipsi ex adverso stante in terræ umbram incidens : sicut in arcam fertur incidisse Osiris. Rursum ipsa solem occultat et conspectui subtrahit ultima mensis die, neque tamen solem omnino interimit, ut neque Isis Typhonem. Pariente Anubin Nephthy, Isis subjicitur. Nephthys enim est id quod infra terram situm non cernitur : Isis quod supra terram manifestum exstat : at circulus isthæc ambo tangens et dirimens, qui a definiendo Horizon dicitur, ambobus communis,

ται, καὶ κυνὶ τὸ εἶδος ἀπεικάζεται· καὶ γὰρ ὁ κύων χρῆται τῇ ὄψει νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὁμοίως. Καὶ ταύτην ἔχειν δοκεῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν ὁ Ἄνουβις, οἵαν ἡ Ἑκάτη παρ' Ἕλλησι, χθόνιος ὢν ὁμοῦ καὶ ὀλύμπιος. Ἐνίοις δὲ δοκεῖ Κρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι· διὸ πάντα τίκτων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κύων ἐν ἑαυτῷ, τὴν τοῦ κυνὸς ἐπίκλησιν ἔσχεν. Ἔτι δ' οὖν τοῖς σεβομένοις τὸν Ἄνουβιν, ἀπόρρητόν τι, καὶ πάλαι μὲν τὰς μεγίστας ἐν Αἰγύπτῳ τιμὰς ὁ κύων ἔσχεν· ἐπεὶ δὲ Καμβύσου τὸν Ἆπιν ἀνελόντος καὶ ῥίψαντος, οὐδὲν προσῆλθεν οὐδὲ ἐγεύσατο τοῦ σώματος, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ κύων, ἀπώλεσε τὸ πρῶτος εἶναι καὶ μάλιστα τιμᾶσθαι τῶν ἑτέρων ζώων. Εἰσὶ δέ τινες οἱ τὸ σκίασμα τῆς γῆς, εἰς ὃ τὴν σελήνην ὀλισθαίνουσαν ἐκλείπειν νομίζουσι, Τυφῶνα καλοῦντες.

45. * Ὅθεν οὐκ ἀπέοικεν εἰπεῖν, ὡς ἰδίᾳ μὲν οὐκ ὀρθῶς ἕκαστος, ὁμοῦ δὲ πάντες ὀρθῶς λέγουσιν. Οὐ γὰρ αὐχμὸν, οὐδ' ἄνεμον, οὐδὲ θάλατταν, οὐδὲ σκότος, ἀλλὰ πᾶν ὅσον ἡ φύσις βλαβερὸν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μόριον, τοῦ Τυφῶνός ἐστιν. Οὔτε γὰρ ἐν ἀψύχοις σώμασι τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς θετέον, ὡς Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, οὔτ' ἀποίου δημιουργὸν ὕλης, ἕνα λόγον καὶ μίαν πρόνοιαν, ὡς οἱ Στωϊκοὶ, περιγινομένην ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν. Ἀδύνατον γὰρ ἢ φλαῦρον ὁτιοῦν, ὅπου πάντων, ἢ χρηστὸν, ὅπου μηδενὸς ὁ θεὸς αἴτιος, ἐγγενέσθαι. Παλίντονος γὰρ ἁρμονίη κόσμου ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου, καθ' Ἡράκλειτον· καὶ κατ' Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.

Διὸ καὶ παμπάλαιος αὕτη κάτεισιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἴς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον, οὐδὲ ἐν φήμαις, ἀλλὰ ἔν τε τελεταῖς, ἔν τε θυσίαις, καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι πολλαχοῦ περιφερομένην, ὡς οὔτ' ἄνουν καὶ ἄλογον καὶ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τῷ αὐτομάτῳ τὸ πᾶν, οὔτε εἷς ἐστιν ὁ κρατῶν καὶ κατευθύνων, ὥσπερ οἴαξιν ἢ τισι πειθηνίοις χαλινοῖς, λόγος, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς· μᾶλλον δὲ μηδὲν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄκρατον ἐνταῦθα τῆς φύσεως φερούσης, οὐ δυοῖν πίθων εἷς ταμίας, ὥσπερ νάματα τὰ πράγματα καπηλικῶς διανέμων ἀνακεράννυσιν ἡμῖν· ἀλλ' ἀπὸ δυοῖν ἐναντίων ἀρχῶν, καὶ δυοῖν ἀντιπάλων δυνάμεων τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ κατ' εὐθεῖαν ὑφηγουμένης, τῆς δ' ἔμπαλιν ἀναστρεφούσης καὶ ἀνακλώσης, ὅ τε βίος μικτὸς, ὅ τε κόσμος, εἰ καὶ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ περίγειος οὗτος καὶ μετὰ σελήνην, ἀνώμαλος καὶ ποικίλος γέγονε, καὶ μεταβολὰς πάσας δεχόμενος. Εἰ γὰρ οὐθὲν ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ τἀγαθὸν οὐκ ἂν παράσχοι, δεῖ γένεσιν ἰδίαν καὶ ἀρχὴν, ὥσπερ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, τὴν φύσιν ἔχειν.

Anubis vocatur, ac forma cani assimilatur ; quia canis visus perinde noctu utitur atque interdiu. Videturque Anubis apud Ægyptios eam obtinere vim, quam apud Græcos Hecate, numen scilicet terrestre simul et cœleste. Nonnullis Anubis Saturnus esse videtur, quia omnia gignens ex se et in se tanquam prægnans mulier gerens (quod Kyein Græce dicitur), Kyon (id est canis) appelletur. Et vero antiquitus canem violare Ægyptiis religio erat, summisque id animal honoribus afficiebatur : sed, postquam Apis a Cambyse necati et projecti cadaver nullum extra canem animal adiit vel gustavit, primos inter animalia honores canis perdidit. Sunt qui umbram terræ, in quam delapsam lunam deficere putant, Typhonis nomine accipiant.

XLV. Itaque ergo absurdum dictu non est, singulos non recte, universos recte, pronunciasse. Non enim siccitas duntaxat, aut ventus, mare, tenebræ : sed quæcunque naturæ pars damnosa est et corrumpendis rebus apta, Typhonis est. Quippe nec in corporibus animæ exsortibus principia Universi sunt constituenda, ut fecere Democritus et Epicurus : neque qualitatis expers materiæ opifex providentia unica, quæ omnia superet atque contineat, hunc titulum meretur, qui fuit Stoicorum error ; neque enim possit, si Deus omnium sit rerum auctor, una esse mala, aut si nullius rei sit auctor, una esse bona. Nam, Heraclito teste, ut lyræ et arcus, ita mundi quoque concinnitas contentionem et remissionem admittit : et si Euripidem audimus,

Sejungi unquam non possunt a bonis mala :
sed est eorum, ut res habeant satis bene,
commixtio quædam.

Vetustissima proinde a sacrarum professoribus rerum et legumlatoribus derivata est opinio, auctore incognito, firma et indelebili, non in sermonibus ea tantum et rumoribus, sed et in mysteriis ac sacrificiis tam barbaris quam Græcanicis exstans ; neque casu ferri et a fortuna pendere Universum, mente, ratione, ac gubernatore destitutum : neque unicam esse rationem quæ contineat id et dirigat tanquam clavum aut frena moderans : sed cum permulta e bonis juxta malisque sint confusa, imo nihil hæc natura sincerum (ut verbo dicam) proferat : non esse unum aliquem promum qui e duobus doliis res nobis veluti aliquem liquorem, cauponis in morem, distribuat atque misceat ; ergo a duobus principiis contrariis adversisque duabus facultatibus, quarum altera ad dextram et recta ducat, altera retrorsum avertatur atque reflectat, cum vitam esse mixtam, tum ipsum mundum (si non universum, eum saltem qui ad terram est et lunæ subjacet) inæqualiter ferri, variisque et omnis generis motibus agitari. Si enim nihil absque causa sit, et mali causam bonum non præbet ; necesse est in natura ut boni, ita etiam mali ortum peculiarem, suumque principium exstare.

46. Καὶ δοκεῖ τοῦτο τοῖς πλείστοις καὶ σοφωτάτοις. Νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους· τὸν μὲν ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν. Οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον, δαίμονα καλοῦσιν· ὥσπερ Ζωρόαστρις ὁ μάγος, ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσιν. Οὗτος οὖν ἐκάλει τὸν μὲν Ὡρομάζην, τὸν δ' Ἀρειμάνιον· καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν ἐοικέναι φωτὶ μάλιστα τῶν αἰσθητῶν, τὸν δ' ἔμπαλιν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ, μέσον δ' ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι. Διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν Μεσίτην ὀνομάζουσιν· ἐδίδαξε τῷ μὲν εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τῷ δ' ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. Πόαν γάρ τινα κόπτοντες Ὄμωμι καλουμένην ἐν ὅλμῳ, τὸν ᾅδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον· εἶτα μίξαντες αἵματι λύκου σφαγέντος, εἰς τόπον ἀνήλιον ἐκφέρουσι καὶ ῥίπτουσι. Καὶ γὰρ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δὲ τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι· καὶ τῶν ζῴων, ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους, τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ φαύλου, τοὺς ἐνύδρους εἶναι· διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν.

47. Οὐ μὴν κἀκεῖνοι πολλὰ μυθώδη περὶ τῶν θεῶν λέγουσιν· οἷα καὶ ταῦτά ἐστιν. Ὁ μὲν Ὡρομάζης ἐκ τοῦ καθαρωτάτου φάους, ὁ δ' Ἀρειμάνιος ἐκ τοῦ ζόφου γεγονὼς, * πολεμοῦσιν ἀλλήλοις. Καὶ ὁ μὲν ἓξ θεοὺς ἐποίησε (τὸν μὲν πρῶτον, εὐνοίας, τὸν δὲ δεύτερον, ἀληθείας, τὸν δὲ τρίτον, εὐνομίας· τῶν δὲ λοιπῶν, τὸν μὲν σοφίας, τὸν δὲ πλούτου, τὸν δὲ τῶν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἡδέων δημιουργόν)· ὁ δὲ τούτοις ὥσπερ ἀντιτέχνους ἴσους τὸν ἀριθμόν. Εἶθ' ὁ μὲν Ὡρομάζης τρὶς ἑαυτὸν αὐξήσας ἀπέστησε τοῦ ἡλίου τοσοῦτον, ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐκόσμησεν· ἕνα δ' ἀστέρα πρὸ πάντων, οἷον φύλακα καὶ προόπτην ἐγκατέστησε, τὸν σείριον. Ἄλλους δὲ ποιήσας τέσσαρας καὶ εἴκοσι θεοὺς, εἰς ᾠὸν ἔθηκεν. Οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀρειμανίου γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ τοσοῦτοι, διατρήσαντες τὸ ᾠὸν γανωθὲν, ἀναμέμικται τὰ κακὰ τοῖς ἀγαθοῖς. Ἔπεισι δὲ χρόνος εἱμαρμένος, ἐν ᾧ τὸν Ἀρειμάνιον, λοιμὸν ἐπάγοντα καὶ λιμὸν, ὑπὸ τούτων ἀνάγκη φθαρῆναι παντάπασι καὶ ἀφανισθῆναι, τῆς δὲ γῆς ἐπιπέδου καὶ ὁμαλῆς γενομένης, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν ἀνθρώπων μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἁπάντων γενέσθαι. Θεόπομπος δέ φησι κατὰ τοὺς μάγους ἀνὰ μέρος τρισχίλια ἔτη τὸν μὲν κρατεῖν, τὸν δὲ κρατεῖσθαι τῶν θεῶν, ἄλλα δὲ τρισχίλια μάχεσθαι καὶ πολεμεῖν καὶ ἀναλύειν τὰ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον· τέλος δ' ἀπολείπεσθαι τὸν ᾅδην, καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας· τὸν δὲ ταῦτα μηχανησάμενον θεὸν, ἠρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνον, καλῶς μὲν οὐ πολὺν τῷ θεῷ, ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον. Ἡ μὲν οὖν μάγων μυθολογία τοιοῦτον ἔχει τρόπον.

48. Χαλδαῖοι δὲ τῶν πλανητῶν τοὺς θεοὺς γενέσθαι,

XLVI. Atque hæc quidem sententia plerisque, et iisdem sapientissimis probatur. Existimant enim alii duos esse deos, quasi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat: alii eum qui est melior, *Deum*, qui deterior, *Dæmonem* dicunt. In qua sententia fuit Zoroastres magus, quem narrant quinquies mille annis antiquiorem bello Trojano exstitisse. Is ergo Zoroastres melioris nomen *Oromazen*, pejoris *Arimanium* perhibuit; addiditque hoc enuntiatum, de rebus sub sensum cadentibus, illum maxime similem esse luci, hunc tenebris et ignorationi, medium horum esse Mithram. Quæ causa est ut Mithram Persæ Mesiten, id est mediatorem seu intermedium nuncupent. Docuit idem, votivas et pro gratiis agendis oblatas victimas illi immolandas; huic averruncandi mali causa institutas et tetricas. Herbam enim quamdam, *Omomi* appellatam, in mortario tundentes, Ditem invocant et Tenebras: tum admixto lupi jugulati sanguine, efferunt et abjiciunt in locum quo solis radii non pertingunt. Nam et de stirpibus ita judicant, quasdam boni dei esse, mali quasdam genii: et animalium alia, ut canes, aves, et echinos terrestres, bono, aquaticos malo adjudicant; itaque et beatum eum prædicant, qui plurimos interfecerit.

XLVII. Enimvero illi quoque multa de diis fabulosa narrant: cujus generis est quod referam. Oromazen natum aiunt e luce purissima, Arimanium e caligine: eos bellum inter se gerere: sex deos fecisse Oromazen: primum benevolentiæ, secundum veritatis, tertium æquitatis, reliquos sapientiæ, divitiarum et voluptatis quæ honesta consequitur opificem. Arimanium totidem numero his adversa efficientes. Deinde Oromazen sese triplicasse, et a sole tanto se intervallo removisse, quanto a terra sol abest, ac cœlum stellis decorasse, unamque ante alias tanquam custodem et speculatorem constituisse Sirium: alios porro viginti et quatuor deos condidisse et in ovo posuisse. At totidem numero factos ab Arimanio ovum illud perforasse, hinc mala bonis esse permixta. Appetere porro fatale tempus, quo necesse sit, peste et fame ab Arimanio adducta, hunc omnino perdi atque aboleri, terraque æquabili et plana facta, unam vitam unamque civitatem beatorum hominum universorum unaque lingua utentium fore. Theopompus ait de sententia Magorum vicibus ter mille annorum alterum deorum superare, alterum succumbere: et per alia tria annorum millia bellum eos inter se gerere, pugnare, et alterum alterius opera demoliri: tandem Plutonem deficere: et tunc homines fore beatos, neque alimento utentes, neque umbram edentes: deum porro ista qui machinetur, quiescere ad aliquod tempus, non quod longum sit deo, sed rectum et mediocre tanquam hominis dormientis. Hoc modo se habent Magorum fabulæ.

XLVIII. Chaldæi planetas deos faciunt, quorum duos

οὓς καλοῦσι, δύο μὲν ἀγαθουργοὺς, δύο δὲ κακοποιοὺς, μέσους δὲ τοὺς τρεῖς ἀποφαίνουσι καὶ κοινούς. Τὰ δὲ Ἑλλήνων, πᾶσί που δῆλα, τὴν μὲν ἀγαθὴν, Διὸς Ὀλυμπίου μερίδα, τὴν δ' ἀποτρόπαιον, Ἅδου ποιουμένων. Ἐκ δ' Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως Ἁρμονίαν γεγονέναι μυθολογοῦνται· ὧν ὁ μὲν ἀπηνὴς καὶ φιλόνεικος, ἡ δὲ μειλίχιος καὶ γενέθλιος. Σκόπει δὲ τοὺς φιλοσόφους τούτοις συμφερομένους. Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἄντικρυς πόλεμον ὀνομάζει πατέρα καὶ βασιλέα καὶ κύριον πάντων, καὶ τὸν μὲν Ὅμηρον, εὐχόμενον ἔκ τε θεῶν ἔριν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπολέσθαι, λανθάνειν φησὶ τῇ πάντων γενέσει καταρώμενον, ἐκ μάχης καὶ ἀντιπαθείας τὴν γένεσιν ἐχόντων, ἥλιον δὲ μὴ ὑπερβήσεσθαι τοὺς προσήκοντας ὅρους· εἰ δὲ μὴ, γλώττας μιν δίκης ἐπικούρους ἐξευρήσειν. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν, φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν, τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. Οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ διὰ πλειόνων ὀνομάτων κατηγοροῦσι, τοῦ μὲν ἀγαθοῦ τὸ ἓν, τὸ πεπερασμένον, τὸ μένον, τὸ εὐθὺ, τὸ περισσὸν, τὸ τετράγωνον, [τὸ ἴσον,] τὸ δεξιὸν, τὸ λαμπρόν· τοῦ δὲ κακοῦ, τὴν δυάδα, τὸ ἄπειρον, τὸ φερόμενον, τὸ καμπύλον, τὸ ἄρτιον, τὸ ἑτερόμηκες, τὸ ἄνισον, τὸ ἀριστερὸν, τὸ σκοτεινόν· ὥστε ταύτας ἀρχὰς γενέσεως ὑποκειμένας. Ἀναξαγόρας δὲ νοῦν καὶ ἄπειρον· Ἀριστοτέλης δὲ, τὸ μὲν εἶδος, τὸ δὲ στέρησιν· Πλάτων δὲ πολλαχοῦ μὲν οἷον ἐπιλυγιζόμενος καὶ παρακαλυπτόμενος, τῶν ἐναντίων ἀρχῶν, τὴν μὲν ταυτὸν ὀνομάζει, τὴν δὲ θάτερον. Ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ἤδη πρεσβύτερος ὢν, οὐ δι' αἰνιγμῶν, οὐδὲ συμβολικῶς, ἀλλὰ κυρίοις ὀνόμασιν, οὐ μιᾷ ψυχῇ φησὶ κινεῖσθαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ πλείοσιν ἴσως, δυοῖν δὲ πάντως οὐκ ἐλάττοσιν· ὅθεν τὴν μὲν ἀγαθουργὸν εἶναι, τὴν δ' ἐναντίαν ταύτῃ, καὶ τῶν ἐναντίων δημιουργόν· ἀπολείπει δὲ καὶ τρίτην τινὰ μεταξὺ φύσιν, οὐκ ἄψυχον, οὐδ' ἄλογον, οὐδ' ἀκίνητον ἐξ αὐτῆς, ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν, ἀλλ' ἀνακειμένην ἀμφοῖν ἐκείναις· * ἐφιεμένην δὲ τῆς ἀμείνονος ἀεὶ, καὶ ποθοῦσαν, καὶ διώκουσαν, ὡς τὰ ἐπιόντα δηλώσει τοῦ λόγου, τὴν Αἰγυπτίων θεολογίαν μάλιστα ταύτῃ τῇ φιλοσοφίᾳ συνοικειοῦντος.

49. Μεμιγμένη γὰρ ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις καὶ σύστασις ἐξ ἐναντίων, οὐ μὴν ἰσοσθενῶν, δυνάμεων, ἀλλὰ τῆς βελτίονος τὸ κράτος ἐστίν· ἀπολέσθαι δὲ τὴν φαύλην παντάπασιν ἀδύνατον, πολλὴν μὲν ἐμπεφυκυῖαν τῷ σώματι, πολλὴν δὲ τῇ ψυχῇ τοῦ παντὸς, καὶ πρὸς τὴν βελτίονα ἀεὶ δυσμαχοῦσαν. Ἐν μὲν οὖν τῇ ψυχῇ νοῦς καὶ λόγος ὁ τῶν ἀρίστων πάντων ἡγεμὼν καὶ κύριος, Ὄσιρίς ἐστιν· ἐν δὲ γῇ καὶ πνεύματι καὶ ὕδατι καὶ οὐρανῷ καὶ ἄστροις τὸ τεταγμένον καὶ καθεστηκὸς καὶ ὑγιαῖνον, ὥραις καὶ κράσεσι καὶ περιόδοις, Ὀσίριδος ἀπορροὴ καὶ εἰκὼν ἐμφαινομένη· Τυφῶν δὲ, τῆς ψυχῆς τὸ παθητικὸν καὶ τιτανικὸν καὶ ἄλογον καὶ ἔμπληκτον· τοῦ δὲ σωματικοῦ τὸ ἐπίκλητον καὶ νοσῶδες. καὶ ταρακτικὸν αωρίαις καὶ δυσκρασίαις,

beneficos, totidem maleficos, reliquos tres medios affirmant et promiscuos. Græcorum opinio nemini fere ignota est : qui bonam partem Jovi Olympio, malam Diti averrunco assignant : et Harmoniam (quasi concinnitatem) e Venere et Marte natam fabulantur : quorum hic sævus est et contentiosus, illa comis et genitabilis. Jam philosophos vide cum his consentientes. Heraclitus enim aperte *bellum* nominat *patrem et regem et dominum omnium : et Homerum, dum optat,*

Ex divum atque hominum ut pereat discordia cœtu,

occulte exsecrari universorum ortum, quia nascuntur ex contentione et adversatione : et solem non transgressurum positos sibi limites : alioqui fore ut in linguas incidat justitiæ patrocinantes. Empedocles principium boni efficax amorem ac amicitiam, sæpe etiam harmoniam appellat : deterius autem

Rixam perniciosam, et litem sanguinolentam.

Pythagorici pluribus utrumque principium afficiunt nominibus : Bonum, unitatis, finiti, quiescentis, recti, imparis, quadrati, æqualis, dextri, splendidi : Malum, binarii, infiniti, in motu versantis, curvi, paris, altera dimensione longioris, inæqualis, sinistri, tenebricosi : hæc esse principia ortus rerum statuunt. Anaxagoras mentem et infinitum : Aristoteles formam et privationem. Plato multis locis quasi occultans et obumbrans suam sententiam, alterum contrariorum principiorum Idem, alterum appellat Diversum. At in libris de Legibus jam senior non per ambages aut notas, sed disertis verbis pronunciat, mundum non unica anima, sed compluribus fortasse, ad minimum autem duabus cieri : quarum una boni sit efficax, altera ejus contraria et contrariorum opifex : relinquit etiam tertiam quamdam in medio naturam, non animæ, non rationis expertem, neque ex sese immobilem, ut nonnulli putant, sed utrique harum expositam : ita ut semper appetat ac desideret meliorem et sectetur : id quod sequens oratio explicabit, ubi Ægyptiorum theologiam maxime ad hanc accommodabimus philosophiam.

XLIX. Mixta est enim hujus mundi origo atque compages ex contrariis facultatibus : sed quarum non sint æquales vires : melior enim prævalet quidem : deteriorem funditus aboleri nefas est, cum et in corpore ea valide inhæreat, et in anima universi, et meliori semper repugnet. In anima ergo mens et ratio optimorum omnium princeps atque dominus, Osiris est : in terra autem, spiritibus, aquis, cœlo, et stellis quod ordinatum est, æquabile, et sanum, id defluxus et imago est Osiridis, tempestatum, temperamentorum, ac conversionum vicibus conspicua. Typhon autem animæ pars rationis vacua est, et variis motibus exagitata, tumultuosa et bruta : in corpore facultas morbos et mutationes

καὶ κρύψεσιν ἡλίου καὶ ἀφανισμοῖς σελήνης, οἷον ἐκδρομαὶ καὶ ἀφανισμοὶ Τυφῶνος. Καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σὴθ, ᾧ τὸν Τυφῶνα καλοῦσι· φράζει μὲν τὸ καταδυναστεῦον καὶ καταβιαζόμενον, φράζει δὲ τὴν πολλάκις ἀναστροφὴν καὶ πάλιν ὑπερπήδησιν. Βεβῶνα δὲ τινὲς μὲν ἕνα τῶν [τοῦ] Τυφῶνος ἑταίρων γεγονέναι λέγουσιν, Μανεθὼς δ' αὐτὸν τὸν Τυφῶνα, καὶ Βέβωνα καλεῖσθαι. Σημαίνει δὲ τοὔνομα κάθεξιν, ἢ κώλυσιν, ὡς τοῖς πράγμασιν ὁδῷ βαδίζουσι καὶ πρὸς ὃ χρὴ φερομένοις, ἐνισταμένης τῆς τοῦ Τυφῶνος δυνάμεως.

50. Διὸ καὶ τῶν μὲν ἡμέρων ζῴων ἀπονέμουσιν αὐτῷ τὸ ἀμαθέστατον, ὄνον· τῶν δ' ἀγρίων τὰ θηριωδέστατα, κροκόδειλον καὶ τὸν ποτάμιον ἵππον. Περὶ μὲν τοῦ ὄνου προδεδηλώκαμεν. Ἐν Ἑρμουπόλει δὲ Τυφῶνος ἄγαλμα δεικνύουσιν ἵππον ποτάμιον· ἐφ' οὗ βέβηκεν ἱέραξ, ὄφει μαχόμενος· τῷ μὲν ἵππῳ τὸν Τυφῶνα δεικνύντες, τῷ δὲ ἱέρακι δύναμιν καὶ ἀρχὴν, ἣν βίᾳ κτώμενος ὁ Τυφὼν πολλάκις οὐκ ἀνιᾶται ταραττόμενος ὑπὸ τῆς κακίας καὶ ταράττων. Διὸ καὶ θύοντες ἑβδόμῃ τοῦ Τυβὶ μηνὸς, ἣν καλοῦσιν ἄφιξιν Ἴσιδος ἐκ Φοινίκης, ἐπιπλάττουσι τοῖς ποπάνοις ἵππον ποτάμιον δεδεμένον. Ἐν δ' Ἀπόλλωνος πόλει νενομισμένον ἐστὶ κροκοδείλου φαγεῖν πάντως ἕκαστον· ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ θηρεύσαντες, ὅσους ἂν δύνωνται, καὶ κτείναντες ἀπαντικρὺ τοῦ ἱεροῦ προβάλλουσι, καὶ λέγουσιν, ὡς ὁ Τυφὼν τὸν Ὧρον ἀπέδρα κροκόδειλος γενόμενος, πάντα καὶ ζῷα καὶ φυτὰ καὶ πάθη τὰ φαῦλα καὶ βλαβερὰ, Τυφῶνος ἔργα καὶ μέρη [καὶ] κινήματα ποιούμενοι.

51. Τὸν δ' Ὄσιριν αὖ πάλιν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν, ὧν τὸ μὲν τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνειν, τὸ δὲ τὴν δύναμιν, ὡς Ὅμηρος τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεύοντα πάντων Ζῆν' ὕπατον καὶ μήστωρα καλῶν, ἔοικε τῷ μὲν ὑπάτῳ τὸ κράτος αὐτοῦ, τῷ δὲ μήστωρι τὴν εὐβουλίαν καὶ τὴν φρόνησιν σημαίνειν. Γράφουσι καὶ ἱέρακι τὸν θεὸν τοῦτον πολλάκις· εὐτονίᾳ γὰρ ὄψεως ὑπερβάλλει, καὶ πτήσεως ὀξύτητι, καὶ διοικεῖν αὑτὸν ἐλαχίστῃ τῇ τροφῇ πέφυκε. Λέγεται δὲ καὶ νεκρῶν ἀτάφων σώμασι γῆν ὑπερπετόμενος ἐπιβάλλειν· ὅταν δὲ πιούμενος ἐπὶ τὸν ποταμὸν καταίρῃ, τὸ πτερὸν ἵστησιν ὀρθόν· πιὼν δὲ κλίνει τοῦτο πάλιν· ᾧ δῆλός ἐστι σεσωσμένος καὶ διαπεφευγὼς τὸν κροκόδειλον. Ἂν γὰρ ἁρπασθῇ, μένει τὸ πτερὸν ὥσπερ ἔστη πεπηγός. Πανταχοῦ δὲ καὶ ἀνθρωπόμορφον Ὀσίριδος ἄγαλμα δεικνύουσιν, ἐξορθιάζον τῷ αἰδοίῳ, διὰ τὸ γόνιμον καὶ τὸ τρόφιμον. Ἀμπεχόνῃ δὲ φλογοειδεῖ στέλλουσιν αὐτοῦ τὰς εἰκόνας, * ἥλιον σῶμα τῆς τἀγαθοῦ δυνάμεως, ὡς ὁρατὸν οὐσίας νοητῆς, ἡγούμενοι. Διὸ καὶ καταφρονεῖν ἄξιόν ἐστι τῶν τὴν ἡλίου σφαῖραν Τυφῶνι προσνεμόντων, ᾧ λαμπρὸν οὐδὲν, οὐδὲ σωτήριον, οὐδὲ τάξις, οὐδὲ γένεσις, οὐδὲ κίνησις μέτρον ἔχουσα καὶ λόγον, ἀλλὰ τἀναντία προσήκει· καὶ αὐχμὸν, ὃς φθείρει πολλὰ τῶν ζῴων καὶ βλαστανόντων, οὐχ ἡλίου θετέον

asciscens : tum aeris intemperies et inconstantia, solisque et lunæ defectus, veluti excursiones sunt Typhonis. Et ipsum nomen Typhonis, quod eum Seth appellant, rem arguit : notat enim id quod vi obtinet, ac multas conversiones admittit, sæpe transilit. Quidam dicunt Bebonem unum de sociis Typhonis fuisse; Manethos Typhoni etiam Bebonis nomen factum : voce obstaculum seu impedimentum significante; quod rebus recta incedentibus et ad suum finem tendentibus vis Typhonis obsistat.

L. Itaque de cicuribus animalibus inertissimum ei tribuunt asinum : de feris sævissima, crocodilum et equum fluvialem. Ac de asino quidem dictum est supra. Cæterum apud Hermopolin simulacrum ostenditur Typhonis, equus fluvialis, cui accipiter insistit in serpentem pugnans; equo Typhonem indicante, accipitre vim et principium, quibus vi potitus ille sæpenumero non defatigatur præ malitia turbatus atque turbans : itaque etiam septima mensis Tybi sacrificantes, quam diem nominant *Isidis e Phœnice adventum*, placentis affingunt equum fluvialem vinctum. In urbe Apollinis statutum est ut quisque omnino de crocodilo edat : certa autem die quadam venati quotquot possunt crocodilos, interficiunt, et ex adverso templi abjiciunt, Typhonem dicentes in crocodilum mutatum Oro se fuga eripuisse : ita omnia animalia, stirpes, et eventa mala atque damnosa, Typhonis opera et effecta putant.

LI. Contra Osirin oculo et sceptro pictis exprimunt, oculo providentiam, sceptro potentiam demonstrante : sicut Homerus etiam Jovem omnium regem atque principem appellat

Induperatorem, consultoremque :

priore voce imperium, posteriore prudentiam notante. Accipitre etiam picto Osirin sæpe proponunt : avis enim ea pollet acumine visus et volatus celeritate, eaque est natura, ut parcissimo alimento se sustentet : fertur etiam cadaveribus inhumatis terram injicere supervolans : et cum in Nilum bibendi causa devolat, pennam constituit rectam, ac inclinans eam postquam bibit, ostendit se evitato crocodilo incolumem evasisse : si enim rapiatur, manet penna recta sicut eam fixerat. Ubique porro ostenditur simulacrum Osiridis humana specie, recto pene, ob vim gignendi et alendi. At amiculum flammeum quo imagines ejus velantur, solem exprimit, quem corpus aspectabile Boni Principii intelligibilis, existimant. Itaque merito contemptui habentur, qui globum solis Typhoni ascribunt : cui nihil salutare, nullus ordo, contraria omnia conveniunt : et æstus, quo multa animalium ac terra nascentium corrumpuntur, non solis opus existimari debet, sed

ἔργον, ἀλλὰ τῶν ἐν γῇ καὶ ἀέρι μὴ καθ' ὥραν κεραννυμένων πνευμάτων καὶ ὑδάτων, ὅταν ἡ τῆς ἀτάκτου καὶ ἀορίστου δυνάμεως ἀρχὴ πλημμελήσασα κατασβέσῃ τὰς ἀναθυμιάσεις.

52. Ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς ὕμνοις τοῦ Ὀσίριδος ἀνακαλοῦνται τὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις κρυπτόμενον τοῦ ἡλίου, καὶ τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς, ἑορτάζουσιν ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον, ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ἐπὶ μιᾶς εὐθείας γεγόνασιν, ὡς οὐ μόνον τὴν σελήνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ὄμμα τοῦ Ὥρου καὶ φῶς ἡγούμενοι. Τῇ δὲ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Φαωφὶ βακτηρίας ἡλίου γενέθλιον ἄγουσι μετὰ φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ἐμφαίνοντες οἷον ὑπερείσματος δεῖσθαι καὶ ῥώσεως, τῷ τε θερμῷ γινόμενον καὶ τῷ φωτὶ ἐνδεᾶ, κλινόμενον καὶ πλάγιον ἀφ' ἡμῶν φερόμενον. Ἔτι δὲ τὴν βοῦν ὑπὸ τροπὰς χειμερινὰς περὶ τὸν ναὸν περιφέρουσι· καὶ καλεῖται ζήτησις Ὀσίριδος ἡ περιδρομὴ τοῦ ἡλίου, τὸ ὕδωρ χειμῶνος τῆς θεοῦ ποθούσης· τοσαυτάκις δὲ περίεισιν, ὅτι τὴν ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν ἐπὶ τροπὰς θερινὰς πάροδον ἑβδόμῳ μηνὶ συμπεραίνει. Λέγεται δὲ καὶ θῦσαι τῷ ἡλίῳ τετράδι μηνὸς ἱσταμένου πάντων πρῶτος Ὧρος ὁ Ἴσιδος, ὡς ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Γενεθλίοις Ὥρου γέγραπται. Καὶ μὴν ἡμέρας ἑκάστης τριχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ ἡλίῳ, ῥητίνην μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολὰς, σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ δὲ καλούμενον κῦφι περὶ δυσμάς· ὧν ἕκαστον ὃν ἔχει λόγον, ὕστερον ἀφηγήσομαι. Τὸν δὲ ἥλιον πᾶσι τούτοις προτρέπεσθαι καὶ θεραπεύειν οἴονται. Καὶ τί δεῖ πολλὰ τοιαῦτα συνάγειν; Εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὄσιριν ἄντικρυς ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες, εἰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ πρόθεσις τοῦ ἄρθρου τοὔνομα πεποίηκεν ἀμφιγνοεῖσθαι· τὴν δ' Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαίνοντες, καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς τὰ μὲν κερασφόρα τοῦ μηνοειδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνεσθαι τὰς κρύψεις καὶ τοὺς περισκιασμοὺς ἐν οἷς διώκει ποθοῦσα τὸν ἥλιον. Διὸ καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ τὴν σελήνην ἐπικαλοῦνται, καὶ τὴν Ἶσιν Εὔδοξός φησι βραβεύειν τὰ ἐρωτικά. Καὶ τούτοις μὲν ἀμωσγέπως τοῦ πιθανοῦ μέτεστι· τῶν δὲ Τυφῶνα ποιούντων τὸν ἥλιον, οὐδ' ἀκούειν ἄξιον. Ἀλλ' ἡμεῖς αὖθις τὸν οἰκεῖον ἀναλάβωμεν λόγον.

53. Ἡ γὰρ Ἶσις ἔστι μὲν τὸ τῆς φύσεως θῆλυ, καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως, καθὸ τιθηνὴ καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν μυριώνυμος κέκληται, διὰ τὸ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου τρεπομένη μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας. Ἔχει δὲ σύμφυτον ἔρωτα τοῦ πρώτου καὶ κυριωτάτου πάντων, ὃ τἀγαθῷ ταὐτόν ἐστι, κἀκεῖνο ποθεῖ καὶ διώκει· τὴν δ' ἐκ τοῦ κακοῦ φεύγει καὶ διωθεῖται μοῖραν, ἀμφοῖν μὲν οὖσα χώρα καὶ ὕλη, ῥέπουσα δ' ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἐξ ἑαυτῆς, καὶ παρέχουσα γεννᾷν ἐκείνῳ καὶ κατασπείρειν εἰς ἑαυτὴν ἀποῤῥοίας καὶ ὁμοιότητας, αἷς χαίρει καὶ γέγηθε κυϊσκομένη καὶ ὑποπιμπλαμένη τῶν γενέσεων. Εἰκὼν

spirituum aquarumque in terra et aere intempestive confusarum, quando principium incompositæ et infinitæ facultatis errore commisso exhalationes exstinxerit.

LII. Porro in sacris de Osiride canticis invocant eum, qui in solis occultatur ulnis: et ultima die mensis Epiphi, sole et luna in eadem linea coeuntibus, ferias agunt natalitias oculorum Ori; quippe non lunam modo, sed et solem oculum lumenque Ori censentes. Vigesima secunda die mensis Phaophi, post æquinoctium autumnale, festum diem celebrant, tum solis baculos natos dicentes, quo ostendunt veluti fulcro et roboratione solem jam indigere, qui inclinatus cum jam a nobis per obliquum ferri incipit, et caloris et luminis aliquam sit passus diminutionem. Præterea bovem femellam sub solstitium hibernum septies circa templum circumferunt: vocaturque Osiridis indagatio solis circuitus, aquam hieme desiderante dea: toties autem circumeunt, quia septimo mense decursus solis ab hiberno ad æstivum solstitium conficitur. Omnium primus Orus Isidis filius soli sacrificasse fertur quarta die mensis, ut scriptum est in libro, qui Natalitia Ori titulum habet. Et vero quavis die ter adolent soli, resinam sub ortum, myrrham meridie, Kyphi (quod vocant) circa occasum: quorum quodque quam habeat rationem, infra exponam: singulis quidem istis conciliare se et venerari solem opinantur. Quanquam quid refert multa colligere talia? Sunt qui Osirin diserte dicant esse solem, et a Græcis Sirium appellari, articulum O præpositum huic nomini apud Ægyptios obscuritatem dubitationemque de vocabulo genuisse. Isidem vero eamdem ac lunam esse pronunciantes, etiam eadem utramque imagine repræsentant: in qua cornuta lunæ indicant illuminationes falcatas, nigræ autem vestes occultationes ejus et obumbrationes designant quibus solem desiderans sectatur. Itaque et ad res amatorias lunam invocant: et iis rebus præesse Isidem Eudoxus affirmat. Atque hæc quidem veri sa tem aliquam habent similitudinem, qui autem Typhonem faciunt solem, indigni sunt qui audiantur. Sed nos eo, unde abiit oratio, revertamur.

LIII. Est ergo Isis naturæ ea pars, quæ quasi feminea, omnes in se recipit ortus, tanquam nutrix quædam et omnium commune receptaculum a Platone dicta, a plerisque aliis Myrionymos (id est innumeris prædita nominibus) quod ratio eam in omnes formas speciesque vertat. Huic Isidi a natura insitus est amor primæ omniumque principis et præstantissimæ naturæ, quæ est Bonum: hoc ea desiderat atque persequitur, et portionem a malo sibi obtingentem fugit atque repellit. Cum enim sit receptaculum et subjectum utriusque, sua tamen sponte semper vergit ad melius: seque præbet implendam et conserendam defluxibus ac similitudinibus, quibus feta et rebus referta gignendis

γάρ ἐστιν οὐσίας ἐν ὕλῃ [ἡ] γένεσις καὶ μίμημα τοῦ ὄντος τὸ γινόμενον.

54. * Ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου μυθολογοῦσι τὴν Ὀσίριδος ψυχὴν ἀΐδιον εἶναι καὶ ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα πολλάκις διασπᾶν καὶ ἀφανίζειν τὸν Τυφῶνα· τὴν δ' Ἶσιν πλανωμένην καὶ ζητεῖν καὶ συναρμόττειν πάλιν. Τὸ γὰρ ὂν καὶ νοητὸν καὶ ἀγαθὸν, φθορᾶς καὶ μεταβολῆς κρεῖττόν ἐστιν· ἃς δ' ἀπ' αὐτοῦ τὸ αἰσθητὸν καὶ σωματικὸν εἰκόνας ἐκμάττεται, καὶ λόγους, καὶ εἴδη καὶ ὁμοιότητας ἀναλαμβάνει, καθάπερ ἐν κηρῷ σφραγῖδες οὐκ ἀεὶ διαμένουσιν, ἀλλὰ καταλαμβάνει τὸ ἄτακτον αὐτὰς καὶ ταραχῶδες ἐνταῦθα τῆς ἄνω χώρας ἀπεληλαμένον καὶ μαχόμενον πρὸς τὸν Ὧρον, ὃν ἡ Ἶσις εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ. Διὸ καὶ δίκην φεύγειν λέγεται νοθείας ὑπὸ Τυφῶνος, ὡς οὐκ ὢν καθαρὸς οὐδὲ εἰλικρινὴς, οἷος ὁ πατὴρ λόγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, ἀλλὰ νενοθευμένος τῇ ὕλῃ διὰ τὸ σωματικόν. Περιγίνεται δὲ καὶ νικᾷ, τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, μαρτυροῦντος καὶ δεικνύοντος, ὅτι πρὸς τὸ νοητὸν ἡ φύσις μετασχηματιζομένη τὸν κόσμον ἀποδίδωσιν. Ἡ μὲν γὰρ, ἔτι τῶν θεῶν ἐν γαστρὶ τῆς Ῥέας ὄντων, ἐξ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος γενομένη γένεσις Ἀπόλλωνος αἰνίττεται τὸ πρὶν ἐκφανῆ γενέσθαι τόνδε τὸν κόσμον, καὶ συντελεσθῆναι τῷ λόγῳ τὴν ὕλην, φύσει ἐλεγχομένην ἐφ' αὑτῆς ἀτελῆ, τὴν πρώτην γένεσιν ἐξενεγκεῖν. Διὸ καί φασι τὸν θεὸν ἐκεῖνον ἀνάπηρον ὑπὸ σκότῳ γενέσθαι, καὶ πρεσβύτερον Ὧρον καλοῦσιν· οὐ γὰρ ἦν κόσμος, ἀλλ' εἴδωλόν τι καὶ κόσμου φάντασμα μέλλοντος.

55. Ὁ δὲ Ὧρος οὗτος, αὐτός ἐστιν ὡρισμένος καὶ τέλειος, οὐκ ἀνῃρηκὼς τὸν Τυφῶνα παντάπασιν, ἀλλὰ τὸ δραστήριον καὶ ἰσχυρὸν αὐτοῦ παρῃρημένος. Ὅθεν ἐν Κοπτῷ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ὥρου λέγουσιν ἐν τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ Τυφῶνος αἰδοῖα κατέχειν· καὶ τὸν Ἑρμῆν μυθολογοῦσιν, ἐξελόντα τοῦ Τυφῶνος τὰ νεῦρα, χορδαῖς χρήσασθαι, διδάσκοντες, ὡς τὸ πᾶν ὁ λόγος διαρμοσάμενος, σύμφωνον ἐξ ἀσυμφώνων μερῶν ἐποίησε, καὶ τὴν φθαρτικὴν οὐκ ἀπώλεσεν, ἀλλ' ἀνεπλήρωσε, δύναμιν. Ὅθεν ἐκείνη μὲν ἀσθενὴς καὶ ἀδρανὴς ἐνταῦθα, φυρομένη καὶ προσπλεκομένη τοῖς παθητικοῖς καὶ μεταβολικοῖς μέλεσι, σεισμῶν μὲν ἐν γῇ καὶ τρόμων, αὐχμῶν δὲ ἐν ἀέρι καὶ πνευμάτων ἀτόπων, αὖθις δὲ πρηστήρων καὶ κεραυνῶν δημιουργός ἐστι. Φαρμάττει δὲ καὶ λοιμοῖς ὕδατα καὶ πνεύματα, καὶ μέχρι σελήνης ἀνατρέχει καὶ ἀναχαιτίζει, συνέχουσα καὶ μελαίνουσα πολλάκις τὸ λαμπρὸν, ὡς Αἰγύπτιοι νομίζουσι, καὶ λέγουσιν, ὅτι τοῦ Ὥρου νῦν μὲν ἐπάταξε, νῦν δ' ἐξελὼν κατέπιεν ὁ Τυφῶν τὸν ὀφθαλμὸν, εἶτα τῷ ἡλίῳ πάλιν ἀπέδωκε· πληγὴν μὲν αἰνιττόμενοι, τὴν κατὰ μῆνα μείωσιν τῆς σελήνης, πήρωσιν δὲ τὴν ἔκλειψιν, ἣν ὁ ἥλιος ἰᾶται διαφυγούσῃ τὴν σκιὰν τῆς γῆς, εὐθὺς ἀντιλάμπων.

56. Ἡ δὲ κρείττων καὶ θειοτέρα φύσις ἐκ τριῶν ἐστι, τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ ἐκ τούτων, ὃν κό-

gaudet atque exsultat. Nam in materia imago Essentiæ est Generatio, et simulacrum Entis est Generatum.

LIV. Itaque ergo non abs re fabulantur Osiridis animam sempiternam esse interitusque securam : corpus ejus a Typhone subinde divelli atque aboleri, idque ab Iside vagante conquiri, rursumque componi. Id enim quod re vera est, solaque cernitur mente Bonum, extra interitus mutationisque aleam situm habetur : ejus imagines quasdam sensilis atque corporea natura impressas gerit, rationesque ejus et formas ac similitudines in se recipit, quomodo in cera sigillorum simulacra figuntur : verum ista non semper permanent, sed confusione et tumultibus excipiuntur in hac regione, superiore expulsa, et adversus Orum pugnantia, quem Isis gignit sensile exemplum mundi sola mente videndi. Eam ob rem pro spurio accusatus a Typhone dicitur, utpote non purus, neque sincerus, ut pater ipsius forma per se mixtionis et motionis expers, sed corporea materiei natura adulteratus. Causam tamen in judicio obtinet Orus, Mercurio, id est ratione, demonstrante mundum a natura conformari imitatione substantiæ sola intelligentia perceptæ. Quod enim Apollo ex Iside et Osiride adhuc in utero Rheæ versantibus dicitur natus, eo notant antequam hic mundus conspicuus fieret et materiam forma perficeret, naturam ex sese imperfectionis convictam primum ortum edidisse : ideoque illum deum mancum in tenebris natum esse aiunt, et seniorem Orum appellant; quod non mundus erat, sed futuri mundi imago quædam ac species.

LV. Orus autem ipse finitus est et perfectus, neque Typhonem omnino interfecit, sed vim ejus efficacitatemque abstulit. Itaque Copti ferunt simulacrum Ori altera manu Typhonis genitale membrum tenere : et Mercurium fabulantur Typhonis nervos exemisse, utique iis pro fidibus : docentes rationem concinnando universo id de dissonante consonum reddidisse, et vim interimendi non abolevisse, sed implevisse. Quo fit, ut ea imbecillis atque languida in hoc mundo rebus mutationum affectionumque variarum capacibus adhærescat : et in terra quidem concussiones tremoresque, in aere æstus ventosque intempestivos, tum turbines igneos atque fulmina moliatur : aquas etiam et spiritus pestilenti lue inficiat : et usque ad lunam excurrat seque efferat, sæpe splendidum offuscans aerem : quod sentientes Ægyptii, Typhonem dicunt alias percussisse, alias erutum deglutisse oculum Ori, deinde soli reddidisse : ictu menstruam lunaris luminis diminutionem significantes, impletione autem defectum, cui sol medetur, lunam, ubi ea umbram terræ evitavit, adversus illustrans.

LVI. Jam præstantior ac divinior natura e tribus constat et quod mente cernitur et materia, et quod

σμον Ἕλληνες ὀνομάζουσιν. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων τὸ μὲν νοητὸν, καὶ ἰδέαν καὶ παράδειγμα καὶ πατέρα, τὴν δὲ ὕλην, καὶ μητέρα καὶ τιθηνὴν, ἕδραν τε καὶ χώραν γενέσεως, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, ἔγγονον καὶ γένεσιν ὀνομάζειν εἴωθεν. Αἰγυπτίους δ' ἄν τις εἰκάσειε τῶν τριγώνων τὸ κάλλιστον, μάλιστα τούτῳ τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ὁμοιοῦντας, ᾧ καὶ Πλάτων ἐν τῇ Πολιτείᾳ δοκεῖ τούτῳ προσκεχρῆσθαι, τὸ γαμήλιον διάγραμμα συντάττων. Ἔχει δ' ἐκεῖνο τὸ τρίγωνον, τριῶν τὴν πρὸς ὀρθίαν, καὶ τεττάρων τὴν βάσιν, καὶ πέντε τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον * ταῖς περιεχούσαις δυναμένην. Εἰκαστέον οὖν τὴν μὲν πρὸς ὀρθὰς ἄῤῥενι, τὴν δὲ βάσιν θηλείᾳ, τὴν δὲ ὑποτείνουσαν ἀμφοῖν ἐγγόνῳ· καὶ τὸν μὲν Ὄσιριν ὡς ἀρχὴν, τὴν δὲ Ἶσιν ὡς ὑποδοχὴν, τὸν δὲ Ὧρον ὡς ἀποτέλεσμα. Τὰ μὲν γὰρ τρία, πρῶτος περισσός ἐστι καὶ τέλειος· τὰ δὲ τέτταρα, τετράγωνος ἀπὸ πλευρᾶς ἀρτίου τῆς δυάδος· τὰ δὲ πέντε, πῇ μὲν τῷ πατρὶ, πῇ δὲ τῇ μητρὶ προσέοικεν, ἐκ τριάδος συγκείμενα καὶ δυάδος. Καὶ τὰ πάντα τῶν πέντε γέγονε παρώνυμα, καὶ τὸ ἀριθμήσασθαι πεμπάσασθαι λέγουσιν. Ποιεῖ δὲ τετράγωνον ἡ πεντὰς ἀφ' ἑαυτῆς, ὅσον τῶν γραμμάτων παρ' Αἰγυπτίοις τὸ πλῆθός ἐστι, καὶ ὅσον ἐνιαυτῶν ἔζη χρόνον ὁ Ἆπις. Τὸν μὲν οὖν Ὧρον εἰώθασιν Καίμιν προσαγορεύειν, ὅπερ ἐστὶν ὁρώμενον· αἰσθητὸν γὰρ καὶ ὁρατὸν ὁ κόσμος. Ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ Μοὺθ, καὶ πάλιν Ἄθυρι καὶ Μεθύερ προσαγορεύεται· σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν ὀνομάτων, μητέρα· τῷ δὲ δευτέρῳ, οἶκον Ὥρου κόσμιον (ὡς καὶ Πλάτων χώραν γενέσεως καὶ δεξαμένην)· τὸ δὲ τρίτον σύνθετόν ἐστιν ἔκ τε τοῦ πλήρους καὶ τοῦ αἰτίου· πλήρης γάρ ἐστιν ἡ ὕλη τοῦ κόσμου, καὶ τῷ ἀγαθῷ καὶ καθαρῷ καὶ κεκοσμημένῳ σύνεστιν.

57. Δόξειε δ' ἂν ἴσως καὶ ὁ Ἡσίοδος, τὰ πρῶτα πάντα χάος καὶ γῆν καὶ τάρταρον καὶ ἔρωτα ποιῶν, οὐχ ἑτέρας λαμβάνειν ἀρχὰς, ἀλλὰ ταύτας· εἴ γε δὴ τῶν ὀνομάτων τῇ μὲν Ἴσιδι τὸ τῆς γῆς, τῷ δ' Ὀσίριδι τὸ τοῦ ἔρωτος, τῷ δὲ Τυφῶνι τὸ τοῦ ταρτάρου μεταλαμβάνοντες, ἀποδίδομεν· τὸ γὰρ χάος δοκεῖ χώραν τινὰ καὶ τόπον τοῦ παντὸς ὑποτίθεσθαι. Προσκαλεῖται δὲ καὶ τὸν Πλάτωνος ἁμωσγέπως τὰ πράγματα μῦθον, ὃν Σωκράτης ἐν συμποσίῳ περὶ τοῦ ἔρωτος γενέσεως διῆλθε, τὴν πενίαν λέγων τέκνων δεομένην τῷ πόρῳ καθεύδοντι παρακλιθῆναι, καὶ κυήσασαν ἐξ αὐτοῦ τεκεῖν τὸν ἔρωτα, φύσει μικτὸν ὄντα καὶ παντοδαπὸν, ἅτε δὴ πατρὸς μὲν ἀγαθοῦ καὶ σοφοῦ καὶ πᾶσιν αὐτάρκους, μητρὸς δ' ἀμηχάνου καὶ ἀπόρου, καὶ δι' ἔνδειαν ἀεὶ γλιχομένης ἑτέρου, καὶ περὶ ἕτερον λιπαρούσης, γεγεννημένον. Ὁ γὰρ πόρος οὐχ ἕτερός ἐστι τοῦ πρώτου ἐραστοῦ καὶ ἐφετοῦ καὶ τελείου καὶ αὐτάρκους, πενίαν δὲ τὴν ὕλην προσεῖπεν, ἐνδεᾶ μὲν οὖσαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τοῦ ἀγαθοῦ, πληρουμένην δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ποθοῦσαν ἀεὶ καὶ μεταλαμβάνουσαν. Ὁ δὲ γινόμενος ἐκ τούτων κόσμος καὶ Ὧρος, οὐκ ἀΐδιος,

ex his compositum Græcis Kosmos (id est Mundus) dicitur. Ac Plato quidem primum illud ideam, exemplar, patremque nominat : Materiam matris, nutricis, sedis, et regionis ortuum capacis vocabulo notat : quod ex utroque constat; prolem ortumque nominare assolet. Ægyptios autem probabile est triangulorum pulcherrimo in primis comparasse Universi naturam : qua comparatione etiam Plato in republica videtur usus, ubi figuram Nuptialem componit. Constat id triangulum tribus lateribus, quorum basis est quatuor, angulum rectum ad eam conficiens trium, et huic subductum angulo latus quinque scrupulorum, tantum potest quantum latera eum conficientia. Intelligendum est autem linea ad rectum angulum alteri insistente marem, basi feminam, subtendente prolem utriusque, repræsentari : et Osirin esse principium, Isidem receptaculum, Orum effectum. Ternarius quippe primus est impar ac perfectus numerus : quaternio est quadratum lateris paris binarii : quinarius qua patri, qua matri congruit, conflatus e binario et ternione, is Græcis est *pente* a qua voce manasse videtur *panta*, quo Universum, et *pempasasthai*, quo numerare intelligitur vocabulo : quadratum porro quinarius producit a se, quantus est numerus litterarum apud Ægyptios, et quot annos vixit Apis. Orum solent ii *Kæmin* appellare, quod est *visui expositum* : est enim mundus res sensilis et adspectabilis. Isis aliquando *Muth*, nonnunquam *Athyri*, quandoque *Methyer* nominatur : prima voce *mater* intelligitur, secunda *domus Ori mundana*, sicut et Plato locum ortus et receptaculum fecit, tertia ex *plenitudine* et *causa* componitur : plena enim est materies mundi, et cum bono, puro, probeque composito subsistit.

LVII. Fortassis etiam Hesiodus prima omnia faciens chaos, terram, tartarum, et amorem, videri potest non diversa, sed eadem rerum principia ponere : siquidem Isidis nomine terram, Osiridis amorem, Typhonis tartarum accipimus; nam chaos videtur quasi locum quemdam et regionem Universo subjecisse. Enimvero res ipsa quodammodo citare videri potest fabulam, quam in convivio Platonico Socrates de ortu Amoris narrat. Paupertatem scilicet cum prolem desideraret, Poro (id est copiæ) dormienti accubuisse, atque ex eo gravidam factam, Amorem peperisse, natura varium et ad omnia sese vertentem : ut qui patre bono, sapiente, atque in se ipso omnium habente rerum copiam, matre autem inope, ac ob paupertatem semper aliorum appetente natus esset. Porus enim ille nihil est aliud quam id quod primo amatur atque appetitur perfectum et se ipso contentum. Materiæ autem nomen paupertatis indidit, quæ suapte natura indiga est boni, ab eoque impletur, et id semper expetit atque recipit. Ex his natus Orus sive mundus, sempiternus est, neque mutationum exsors et interitus, sed iden-

οὐδ' ἀπαθής, οὐδ' ἄφθαρτος, ἀλλ' ἀειγενὴς ὤν, μηχανᾶται ταῖς τῶν παθῶν μεταβολαῖς καὶ περιόδοις ἀεὶ νέος καὶ μηδέποτε φθαρησόμενος διαμένειν.

58. Χρηστέον δὲ τοῖς μύθοις, οὐχ ὡς λόγοις πάμπαν οὖσιν, ἀλλὰ τὸ πρόσφορον ἑκάστου τὸ κατὰ τὴν ὁμοιότητα λαμβάνοντας. Ὅταν οὖν ὕλην λέγωμεν, οὐ δεῖ πρὸς ἐνίων φιλοσόφων δόξας ἀποφερομένους ἄψυχόν τι σῶμα καὶ ἄποιον ἀργόν τε καὶ ἄπρακτον ἐξ ἑαυτοῦ διανοεῖσθαι· καὶ γὰρ ἔλαιον ὕλην μύρου καλοῦμεν, χρυσὸν ἀγάλματος, οὐκ ὄντα πάσης ἔρημα ποιότητος· αὐτήν τε τὴν ψυχὴν καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ὕλην ἐπιστήμης καὶ ἀρετῆς τῷ λόγῳ κοσμεῖν καὶ ῥυθμίζειν παρέχομεν· τόν τε νοῦν ἔνιοι τόπον εἰδῶν ἀπεφήναντο, καὶ τῶν νοητῶν οἷον ἐκμαγεῖον· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ σπέρμα τῆς γυναικὸς, οὐ δύναμιν, οὐδ' ἀρχὴν, ὕλην δὲ καὶ τροφὴν γενέσεως εἶναι δοξάζουσιν. Ὧν ἐχομένους χρὴ καὶ τὴν θεὸν ταύτην οὕτω διανοεῖσθαι τοῦ πρώτου θεοῦ μεταλαγχάνουσαν ἀεὶ καὶ συνοῦσαν ἔρωτι τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀγαθῶν καὶ καλῶν, * οὐχ ὑπεναντίαν· ἀλλ' ὥσπερ ἄνδρα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐρᾶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ γυναῖκα χρηστὴν ἔχουσαν ἄνδρα καὶ συνοῦσαν, ὅμως ποθεῖν λέγομεν· οὕτως ἀεὶ γλιχομένην ἐκείνου, καὶ περὶ ἐκεῖνον παροῦσαν καὶ ἀναπιμπλαμένην τοῖς κυριωτάτοις μέρεσιν καὶ καθαρωτάτοις.

59. Ὅπου δὲ ὁ Τυφὼν παρεμπίπτει τῶν ἐσχάτων ἁπτόμενος, ἐνταῦθα δοκοῦσαν ἐπισκυθρωπάζειν καὶ πενθεῖν λεγομένην, καὶ λείψανα ἄττα καὶ σπαράγματα τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητεῖν καὶ στολίζειν, ὑποδεχομένην τὰ φθειρόμενα καὶ ἀποκρύπτουσαν, ὥσπερ ἀναφαίνει πάλιν τὰ γινόμενα, καὶ ἀνίησιν ἐξ ἑαυτῆς· οἱ μὲν γὰρ ἐν οὐρανῷ καὶ ἄστροις λόγοι καὶ εἴδη καὶ ἀποῤῥοαὶ τοῦ θεοῦ μένουσι, τὰ δὲ τοῖς παθητικοῖς διεσπαρμένα, γῇ καὶ θαλάττῃ καὶ φυτοῖς καὶ ζώοις, διαλυόμενα καὶ φθειρόμενα καὶ θαπτόμενα, πολλάκις αὖθις ἐκλάμπει καὶ ἀναφαίνεται ταῖς γενέσεσι. Διὸ τὸν Τυφῶνα τῇ Νέφθυϊ συνοικεῖν φησὶν ὁ μῦθος, τὸν δὲ Ὄσιριν κρύφα συγγενέσθαι. Τὰ γὰρ ἔσχατα μέρη τῆς ὕλης, ἃ Νέφθυν καὶ Τελευτὴν καλοῦσιν, ἡ φθαρτικὴ μάλιστα κατέχει δύναμις· ἡ δὲ γόνιμος καὶ σωτήριος ἀσθενὲς σπέρμα καὶ ἀμαυρὸν εἰς ταῦτα διαδίδωσιν, ἀπολλύμενον ὑπὸ τοῦ Τυφῶνος, πλὴν ὅσον ἡ Ἶσις ὑπολαμβάνουσα, σώζει καὶ τρέφει καὶ συνίστησι.

60. Καθόλου δ' ἀμείνων οὗτός ἐστιν, ὥσπερ καὶ Πλάτων ὑπονοεῖ καὶ Ἀριστοτέλης. Κινεῖται δὲ τῆς φύσεως τὸ μὲν γόνιμον καὶ σωτήριον ἐπ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ εἶναι, τὸ δ' ἀναιρετικὸν καὶ φθαρτικὸν, ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ μὴ εἶναι. Διὸ τὸ μὲν Ἶσιν καλοῦσι, παρὰ τὸ ἵεσθαι μετ' ἐπιστήμης καὶ φέρεσθαι, κίνησιν οὖσαν ἔμψυχον καὶ φρόνιμον. Οὐ γάρ ἐστι τοὔνομα βαρβαρικὸν, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς θεοῖς πᾶσιν ἀπὸ δυοῖν γραμμάτων τοῦ θεατοῦ καὶ τοῦ θέοντος ἐστὶν ὄνομα κοινὸν, οὕτω τὴν θεὸν ταύτην ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης ἅμα καὶ τῆς κινήσεως, Ἶσιν μὲν ἡμεῖς, Ἶσιν δ' Αἰγύπτιοι

tidem nascens, vicibus mutationum subinde atque affectionum novus reeuditur, permanetque ut nunquam periturus.

LVIII. Porro autem fabulis utendum est, non quasi eæ rem prorsus doceant, sed quod ob similitudinem cum re ipsa aliquam commodum ad ejus explicationem offertur, desumendum inde est. Ergo ubi materiam nominamus, non debemus philosophorum quorumdam opiniones secuti, corpus aliquod animæ expers ac qualitatum, et otiosum suapte natura atque inefficax imaginari; nam et oleum unguenti materiam vocamus, et aurum statuæ, non omni plane carentia qualitate: ipsumque animum et intellectum hominis tanquam virtutis et scientiæ materiam rationi expoliendam atque componendam tradimus: et mentem quidam formarum locum, et in qua rerum intellectu percipiendarum quasi expressa sint simulacra appellant: sunt etiam qui semen muliebre non facultatem aut principium, sed materiam et alimentum fetus censeant. Hæc tenentes, etiam deam hanc sic intelligere debemus participem fieri primi dei, et amore perpetuo bonorum ejus duci, non ut ei adversam, sed prouti maritus legitimus et justus amare dicitur uxorem quacum vivit, itemque probam mulierem cum suo viro degentem, tamen ejus desiderio trahi dicimus: ita eam semper eum avere, eique adesse, ac præcipuis et purissimis repleri partibus.

LIX. Ubi autem Typhon extrema tangens incidit, ibi videri eam mœstam, ac dici lugere, et reliquias quasdam frustaque discerpti Osiridis conquirere ac velare, dum ea quæ intereunt excipit atque occultat, ut rursum ex sese edat atque emittat res nascentes. Etenim quæ in cœlo et sideribus sunt formæ ac defluxus dei, permanent: quæ autem sparsa sunt in res motibus obnoxias, terram, mare, stirpes, animalia, ea mutantur, intereunt, sepeliunturque, et sæpenumero rursum existunt, in lucemque emicant orta. Itaque fabula Typhonem maritum Nephthyos facit, et cum hac occulte coiisse Osirin. Extremas enim materiæ partes, quæ Nephthyos et Finis nomine intelliguntur, vis maxime interitum rebus afferens continet: vis autem genitalis et conservatrix rerum, imbecillum semen et languidum in eas didit, quod a Typhone perimitur, nisi quantum ejus Isis excipiens servat, alit, atque constituit.

LX. In universum autem ille est præstantior, sicut et Plato opinatur, et Aristoteles. Ad hunc naturæ pars genitabilis et salutaris, et ad existendum movetur: ab eodem facultas interimens atque abolens cietur et ad interitum impellitur. Itaque illi Isidis nomen est factum, quod scienter proficiscatur atque procedat; quippe motus cum sit animatus ac prudens. Non enim barbaricum est nomen, sed sicut omnibus diis a *theato* et *theonte* (id est spectabili et currente), nomen *theos* inditum fuit: sic istam Deam a scientia simul et motu cum nos Isidem, tum Ægyptii appellant. Sic etiam

καλοῦσιν. Οὕτω δὲ καὶ Πλάτων φησὶ τὴν ὁσίαν δηλοῦν τοὺς παλαιοὺς, Ἰσίαν καλοῦντας· οὕτω καὶ τὴν νόησιν καὶ τὴν φρόνησιν, ὡς νοῦ φορὰν καὶ κίνησιν οὖσαν, ἱεμένου καὶ φερομένου, καὶ τὸ συνιέναι καὶ τἀγαθὸν ὅλως, καὶ ἀρετὴν ἐπὶ τοῖς ῥέουσι καὶ θέουσι θέσθαι· καθάπερ αὖ πάλιν τοῖς ἀντιφωνοῦσιν ὀνόμασι λοιδορεῖσθαι τὸ κακὸν τὸ τὴν φύσιν ἐμποδίζον καὶ συνδέον καὶ ἴσχον καὶ κωλύον ἵεσθαι καὶ ἰέναι κακίαν, ἀπορίαν, δειλίαν, ἀνίαν προσαγορευόντων.

61. Ὁ δὲ Ὄσιρις ἐκ τοῦ ὁσίου [καὶ] ἱεροῦ τοὔνομα μεμιγμένον ἔσχηκε· κοινὸς γάρ ἐστι τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῶν ἐν ᾅδου λόγος· ὧν τὰ μὲν ἱερὰ, τὰ δὲ ὅσια τοῖς παλαιοῖς ἦν προσαγορεύειν. Ὁ δ' ἀναφαίνων τὰ οὐράνια καὶ τῶν ἄνω φερομένων Ἄνουβις λόγος, ἔστι δὲ, ὅτε καὶ Ἑρμάνουβις ὀνομάζεται, τὸ μὲν, ὡς τοῖς ἄνω, τὸ δὲ, ὡς τοῖς κάτω προσῆκον. Διὸ καὶ θύουσιν αὐτῷ τὸν μὲν λευκὸν ἀλεκτρυόνα, τὸν δὲ κροκίαν, τὰ μὲν εἰλικρινῆ καὶ φανὰ, τὰ δὲ μικτὰ καὶ ποικίλα νομίζοντες. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν τῶν ὀνομάτων τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν ἀνάπλασιν· καὶ γὰρ ἄλλα μυρία τοῖς μεθισταμένοις ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνεκπεσόντα μέχρι νῦν παραμένει καὶ ξενιτεύει παρ' ἑτέροις, ὧν ἔνια τὴν ποιητικὴν ἀνακαλουμένην διαβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζουσαν οἱ γλώττας τὰ τοιαῦτα προσαγορεύοντες. Ἐν δὲ ταῖς Ἑρμοῦ λεγομέναις βίβλοις ἱστοροῦσι γεγράφθαι περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων, ὅτι τὴν μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ ἡλίου περιφορᾶς τεταγμένην δύναμιν, Ὧρον, Ἕλληνες δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσι· τὴν δ' ἐπὶ τοῦ πνεύματος, οἱ μὲν Ὄσιριν, οἱ δὲ Σάραπιν, οἱ δὲ, Σωθὶ Αἰγυπτιστί· * σημαίνει [δὲ] κύησιν, ἢ τὸ κύειν. Διὸ καὶ παρατροπῆς γενομένης τοῦ ὀνόματος, Ἑλληνιστὶ κύων κέκληται τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ἴσιδος νομίζουσιν. Ἥκιστα μὲν οὖν δεῖ φιλοτιμεῖσθαι περὶ τῶν ὀνομάτων, οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ὑφείμην τοῦ Σαράπιδος Αἰγυπτίοις, ἢ τοῦ Ὀσίριδος· ἐκεῖνο μὲν οὖν ξενικὸν, τοῦτο δὲ Ἑλληνικὸν, ἄμφω δὲ ἑνὸς θεοῦ καὶ μιᾶς δυνάμεως ἡγούμενος.

62. Ἔοικε δὲ τούτοις καὶ τὰ Αἰγύπτια. Τὴν μὲν γὰρ Ἶσιν πολλάκις τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ὀνόματι καλοῦσι, φράζοντι τοιοῦτον λόγον, ἦλθον ἀπ' ἐμαυτῆς· ὅπερ ἐστὶν αὐτοκινήτου φορᾶς δηλωτικόν· ὁ δὲ Τυφὼν, ὥσπερ εἴρηται, Σὴθ, καὶ Βέβων, καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, βίαιόν τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπίσχεσιν, ὑπεναντίωσιν ἢ ἀναστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τῶν ὀνομάτων. Ἔτι τὴν σιδηρῖτιν λίθον, ὀστέον Ὥρου, Τυφῶνος δὲ τὸν σίδηρον, ὡς ἱστορεῖ Μανεθὼς, καλοῦσιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ σίδηρος πολλάκις μὲν ἑλκομένῳ καὶ ἑπομένῳ πρὸς τὴν λίθον ὅμοιός ἐστι, πολλάκις δ' ἀποστρέφεται καὶ ἀποκρούεται πρὸς τοὐναντίον, οὕτως ἡ σωτήριος καὶ ἀγαθὴ καὶ λόγον ἔχουσα τοῦ κόσμου κίνησις ἐπιστρέφεταί τε καὶ προσάγεται καὶ μαλακωτέραν ποιεῖ, πείθουσα τὴν σκληρίαν ἐκείνην καὶ τυφώνιον, εἶτ' αὖθις ἀνασχεθεῖσα εἰς ἑαυτὴν ἀνέστρεψε καὶ κατέδυσεν εἰς τὴν ἀπορίαν Ἔτι φησὶ περὶ τοῦ Διὸς ὁ Εὔδοξος μυ-

Plato ait *Usiam* (quod est substantia) veteres nomine *Isias* expressisse : et intelligentiam ac prudentiam vocasse itidem, quasi mentis agitationem, vocibus omnibus ab *ienai* (quod est ire) deductis, hinc *synienai* intelligere est : et omnino simili ratione ab eo boni, virtutisque explicantur vocabula : sicut contrariis notantur traducunturque appellationibus ea quæ naturam impediunt ejusque progressionibus moram obstando injiciunt, ut malum, indigentia, timiditas, molestia.

LXI. Sic ergo Osiris nomen habet ex *hosio* et *hiero* (quod est *sancto* et *sacro*) conflatum : communis enim est ratio eorum quæ in cœlo et apud inferos sunt, quorum altera hiera, altera hosia veteres nuncupabant. Jam qui cœlestia ostendit Anubis, superiorum quasi ratio (*ano* enim supra est), aliquando etiam Hermanubis usurpatur : altero nomine superioribus, altero inferis scilicet conveniente : itaque ei immolant alias album, alias flavum gallum : supera sincera et manifesta, infera mixta et varia esse docentes. Neque vero mira debet videri nominum ad Græcum sermonem effictio. Nam innumera alia hodieque manent una cum migrantibus e Græcia ad exteros propagata : quorum quædam revocantem poeticam vituperant tanquam barbaricissantem ii qui id genus res glossas appellant. Cæterum memoria proditum est in libris qui Mercurii libri dicuntur, scriptum esse de sacris nominibus, facultatem quæ præest conversioni solis Orum, Græcis Apollinem vocari : quæ vento, ab aliis Osirin, ab aliis Sarapin, Ægyptice Sothi : quæ vox *Kyesin* (id est, graviditatem sive feturam) notat : atque hinc facta inclinatione stella Caniculæ, quæ propria Isidis censetur, dicta est *Kyon* sive Canis. Minime quidem de nominibus est contendendum : ego tamen Sarapidis potius quam Osiridis nomen Ægyptios sibi vindicare sinam; illud enim peregrinum, hoc Græcum, ambo unius dei seu facultatis vocabula censeo.

LXII. His conveniunt etiam Ægyptia. Isidem enim sæpenumero nomine Minervæ significant, quæ vox significat motum a se ipso profectum. Typhon autem, sicut monstratum fuit, *Seth*, *Bebon* et *Smy* appellatur : quibus verbis indicatur violenta quædam inhibitio, contrarietas, aut inversio. Præterea magnetem lapidem ossis Ori, ferrum ossis Typhonis nomine afficiunt, ut Manethos narrat. Sicut enim ferrum sæpe simile est tracti a lapide et eum sequentis, sæpe avertitur in diversam partem, ita motus mundi salutaris, bonus, et ratione constans aliquando versat, ad se ducit atque molliorem reddit obsequentem sibi duram illam ac Typhoniam vim : aliquando hæc in sese revertitur, et in infinitatem relabitur. Ad hæc de Jove perhibet Eudoxus fabulam Ægyptios celebrare, cum

θολογεῖν Αἰγυπτίους, ὡς τῶν σκελῶν συμπεφυκότων αὐτῷ μὴ δυνάμενος βαδίζειν, ὑπ' αἰσχύνης ἐρημίᾳ διέτριβεν· ἡ δὲ Ἶσις διατεμοῦσα καὶ διαστήσασα τὰ μέρη ταῦτα τοῦ σώματος, ἀρτίποδα τὴν πορείαν παρέσχεν· αἰνίττεται δὲ καὶ διὰ τούτων ὁ μῦθος, ὅτι καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος, ἐν τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς, εἰς γένεσιν ὑπὸ κινήσεως προῆλθεν.

63. Ἐμφαίνει καὶ τὸ σεῖστρον, ὅτι σείεσθαι δεῖ τὰ ὄντα καὶ μηδέποτε παύεσθαι φορᾶς, ἀλλὰ οἷον ἐξεγείρεσθαι καὶ κλονεῖσθαι καταδαρθάνοντα καὶ μαραινόμενα. Τὸν γὰρ Τυφῶνα φασὶ τοῖς σείστροις ἀποτρέπειν καὶ ἀποκρούεσθαι, δηλοῦντες, ὅτι τῆς φθορᾶς συνδεούσης καὶ ἱστάσης, αὖθις ἀναλύει τὴν φύσιν καὶ ἀνίστησι διὰ τῆς κινήσεως ἡ γένεσις. Τοῦ δὲ σείστρου περιφεροῦς ἄνωθεν ὄντος, ἡ ἀψὶς περιέχει τὰ σειόμενα τέτταρα. Καὶ γὰρ ἡ γεννωμένη καὶ φθειρομένη μοῖρα τοῦ κόσμου περιέχεται μὲν ὑπὸ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, κινεῖται δ' ἐν αὐτῇ πάντα καὶ μεταβάλλεται διὰ τῶν τεττάρων στοιχείων, πυρὸς, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος. Τῇ δ' ἀψῖδι τοῦ σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα, κάτω δὲ ὑπὸ τὰ σειόμενα, πῇ μὲν Ἴσιδος, πῇ δὲ Νέφθυος πρόσωπον, αἰνιττόμενοι τοῖς μὲν προσώποις γένεσιν καὶ τελευτήν (αὗται γάρ εἰσι τῶν στοιχείων μεταβολαὶ καὶ κινήσεις)· τῷ δ' αἰλούρῳ τὴν σελήνην, διὰ τὸ ποικίλον καὶ νυκτουργὸν καὶ γόνιμον τοῦ θηρίου. Λέγεται γὰρ ἓν τίκτειν, εἶτα δύο καὶ τρία καὶ τέσσαρα καὶ πέντε· καὶ καθ' ἓν οὕτως ἄχρι τῶν ἑπτὰ προστίθησιν, ὥστ' ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τὰ πάντα τίκτειν, ὅσα καὶ τῆς σελήνης φῶτά ἐστιν. Τοῦτο μὲν οὖν ἴσως μυθωδέστερον· αἱ δ' ἐν τοῖς ὄμμασιν αὐτοῦ κόραι πληροῦσθαι μὲν καὶ πλατύνεσθαι δοκοῦσιν ἐν πανσελήνῳ, λεπτύνεσθαι δὲ καὶ μαραυγεῖν ἐν ταῖς μειώσεσι τοῦ ἄστρου. Τῷ δ' ἀνθρωπομόρφῳ τοῦ αἰλούρου τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν ἐμφαίνεται τῶν περὶ τὴν σελήνην μεταβολῶν.

64. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, οὔτε ὕδωρ, οὔτε ἥλιον, οὔτε γῆν, οὔτε οὐρανὸν, Ὄσιριν, ἢ Ἶσιν, ὀρθῶς ἔχει νομίζειν, οὔτε πῦρ Τυφῶνα πάλιν, οὔτ' αὐχμὸν, οὐδὲ θάλατταν, ἀλλ' ἁπλῶς ὅσον ἐστὶν ἐν τούτοις ἄμετρον καὶ ἄτακτον ὑπερβολαῖς, ἢ ἐνδείαις, * Τυφῶνι προσνέμοντες, τὸ δὲ κεκοσμημένον καὶ ἀγαθὸν καὶ ὠφέλιμον, ὡς Ἴσιδος μὲν ἔργον, εἰκόνα δὲ καὶ μίμημα καὶ λόγον Ὀσίριδος σεβόμενοι καὶ τιμῶντες, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιμεν. Ἀλλὰ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀπιστοῦντα παύσομεν, καὶ διαποροῦντα, πῶς οὔτε Δήμητρι τῆς τῶν ἐρωτικῶν ἐπιμελείας μέτεστιν, ἀλλὰ Ἴσιδι· τόν τε Διόνυσον οὐ τὸν Νεῖλον αὔξειν, οὔτε τῶν τεθνηκότων ἄρχειν δυνάμενον. Ἑνὶ γὰρ λόγῳ κοινῷ τοὺς θεοὺς τούτους περὶ πᾶσαν ἀγαθοῦ μοῖραν ἡγούμεθα τετάχθαι· καὶ πᾶν, ὅσον ἔνεστι τῇ φύσει, καλὸν καὶ ἀγαθὸν, διὰ τούτους ὑπάρχειν, τὸν μὲν, διδόντα τὰς ἀρχὰς, τὴν δὲ, ὑποδεχομένην καὶ διανέμουσαν.

65. Οὕτω δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ φορτικοῖς ἐπιχει-

pedibus inter se connatis cum ire non posset, ob pudorem in solitudine vixisse : Isidem autem dissectis et diductis iis membris Jovi gressum expedivisse : qua fabula hoc docetur, dei mentem suapte natura in invisibili et inconspicuo degentem, motu ad res procreandas processisse.

LXIII. Sistrum quoque arguit quati omnia naturalia et nunquam motu vacare debere, sed veluti excitari atque exagitari ubi torpere et tabescere cœperint : aiunt enim sistris Typhonem averti atque depelli : ostendentes interitu res vinciente et inhibente, ortum rursus motu naturam solvere atque expedire. Et sistri superiore parte rotundi apex admonet de quatuor corporibus quæ concutiuntur; nam quæ pars mundi ortui et obitui est obnoxia, ea continetur globo lunæ : inque ea omnia moventur ac mutantur ratione quatuor elementorum, ignis, terræ, aquæ, et aeris. Apici sistri autem in vertice infigunt felem humana facie, imæ parti infra ea quæ quatiuntur, aliquando Isidis, interdum Nephthyos faciem : his faciebus notant ortum et interitum, quæ sunt elementorum mutationes atque motus : fele lunam repræsentante, ob animalis istius varietatem, ac vim noctu agendi et fecunditatem; dicitur enim unum principio catulum parere, deinceps duos, tres, quatuor, unoque subinde plures donec septem uno partu edat, itaque duodetriginta in summa parit, qui est numerus dierum lunæ. Verum hoc fortasse fabulæ sit similius : sed felis oculorum pupillæ impleri dilatarique videntur sub plenilunium, et lunæ lumine decrescente attenuari atque languescere : humana autem felis facie innuitur lunæ mutationes mente ac ratione gubernari.

LXIV. Sed ut rem in pauca verba contraham, neque aquam, neque solem, neque terram, neque cœlum Osirin vel Isidem esse rectum est putare : neque Typhonis nomen ignem, æstum, aut mare intelligere verum : sed simpliciter, quantum in his modo et ordine caret ob excessum aut defectum, Typhoni imputantes, quæ ordine et composite fiunt, quæ bona sunt et utilia, ut Isidis opus, imitationem autem et imaginem ac speciem Osiridis venerantes atque colentes, non peccabimus. Quin et Eudoxi dubitationibus finem imponemus, anxie quærentis cur non Cereri procuratio rerum amatoriarum ascribatur, sed Isidi, et cur non Bacchus Nilum augeat, neque mortuis possit præesse. Una enim ratione communi hos deos omni bonorum portioni præesse censemus, et quidquid in natura pulchrum bonumve inest, iis acceptum ferimus : illo principia suppeditante, hac vim excipiente et conservante.

LXV. Eodem pacto vulgares quoque et molestas

ρήσομεν, εἴτε ταῖς καθ' ὥραν μεταβολαῖς τοῦ περιέχοντος, εἴτε ταῖς καρπῶν γενέσεσι καὶ σποραῖς καὶ ἀρότοις χαίρουσι, τὰ περὶ τοὺς θεοὺς τούτους συνοικειοῦντες, καὶ λέγοντες, θάπτεσθαι μὲν τὸν Ὄσιριν, ὅτε κρύπτεται τῇ γῇ σπειρόμενος ὁ καρπὸς, αὖθις δ' ἀναβιοῦσθαι καὶ ἀναφαίνεσθαι, ὅτε βλαστήσεως ἀρχή. Διὸ καὶ λέγεσθαι, τὴν Ἶσιν αἰσθομένην, ὅτι κύει, περιάψασθαι φυλακτήριον, ἕκτῃ μηνὸς ἱσταμένου Φαωφί· τίκτεσθαι δὲ τὸν Ἁρποκράτην περὶ τροπὰς χειμερινὰς, ἀτελῆ καὶ νεαρὸν ἐν τοῖς προανθοῦσι καὶ προβλαστάνουσι. Διὸ καὶ φακῶν αὐτῷ φυομένων ἀπαρχὰς ἐπιφέρουσι, τὰς δὲ λοχείους ἡμέρας ἑορτάζειν μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν. Ταῦτα γὰρ ἀκούοντες ἀγαπῶσι, καὶ πιστεύουσιν, αὐτόθεν ἐκ τῶν προχείρων καὶ συνήθων τὸ πιθανὸν ἕλκοντες.

66. Καὶ δεινὸν οὐδὲν ἂν πρῶτον μὲν ἡμῖν τοὺς θεοὺς φυλάττωσι κοινοὺς, καὶ μὴ ποιῶσιν Αἰγυπτίων ἰδίους, μηδὲ Νεῖλον, ἥν τε Νεῖλος ἄρδει μόνην χώραν τοῖς ὀνόμασι τούτοις καταλαμβάνοντες, μηδὲ ἕλη, μηδὲ λωτοὺς, μὴ θεοποιίαν λέγοντες, ἀποστερῶσι μεγάλων θεῶν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, οἷς Νεῖλος μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Βοῦτος, οὐδὲ Μέμφις· Ἶσιν δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν θεοὺς ἔχουσι καὶ γινώσκουσιν ἅπαντες, ἐνίους μὲν οὐ πάλαι τοῖς παρ' Αἰγυπτίων ὀνόμασι καλεῖν μεμαθηκότες, ἑκάστου δὲ τὴν δύναμιν ἐξ ἀρχῆς ἐπιστάμενοι καὶ τιμῶντες. Δεύτερον, ὃ μεῖζόν ἐστιν, ὅπως σφόδρα προσέξουσι καὶ φοβήσονται, μὴ λάθωσιν εἰς πνεύματα, καὶ ῥεύματα, καὶ σπόρους, καὶ ἀρότους, καὶ πάθη γῆς καὶ μεταβολὰς ὡρῶν διαγράφοντες τὰ θεῖα καὶ διαλύοντες. Ὥσπερ οἱ Διόνυσον τὸν οἶνον, Ἥφαιστον δὲ τὴν φλόγα· Φερσεφόνην δέ φησί που Κλεάνθης τὸ διὰ τῶν καρπῶν φερόμενον καὶ φονευόμενον πνεῦμα. Ποιητὴς δέ τις ἐπὶ τῶν θεριζόντων,

Τῆμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα κωλοτομεῦσιν.

Οὐδὲν γὰρ οὗτοι διαφέρουσι τῶν ἱστία καὶ κάλως καὶ ἄγκυραν ἡγουμένων κυβερνήτην, καὶ νήματα καὶ κρόκας, ὑφάντην, καὶ σπονδεῖον, ἢ μελίκρατον, ἢ πτισάνην, ἰατρόν· ἀλλὰ δεινὰς καὶ ἀθέους ἐμποιοῦσι δόξας, ἀναισθήτοις καὶ ἀψύχοις καὶ φθειρομέναις ἀναγκαίως ὑπ' ἀνθρώπων δεομένων καὶ χρωμένων φύσεσι καὶ πράγμασιν ὀνόματα θεῶν ἐπιφέροντες. Ταῦτα μὲν γὰρ αὐτὰ νοῆσαι θεοὺς οὐκ ἔστιν.

67. Οὐ γὰρ ἄνουν οὐδ' ἄψυχον οὐδὲ ἀνθρώποις ὁ θεὸς ὑποχείριον· ἀπὸ τούτων δὲ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς καὶ δωρουμένους ἡμῖν, καὶ παρέχοντας ἀένναα καὶ διαρκῆ, θεοὺς ἐνομίσαμεν, οὐχ ἑτέρους παρ' ἑτέροις, οὐδὲ βαρβάρους καὶ Ἕλληνας, οὐδὲ νοτίους καὶ βορείους· ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλασσα κοινὰ πᾶσιν, ὀνομάζεται δ' ἄλλως ὑπ' ἄλλων, οὕτως ἑνὸς λόγου τοῦ ταῦτα κοσμοῦντος καὶ μιᾶς προνοίας ἐπιτροπευούσης, * καὶ δυνάμεων ὑπουργῶν ἐπὶ πάντας τεταγμένων, ἕτεραι παρ' ἑτέροις κατὰ νόμους γεγόνασι τιμαὶ καὶ προσηγορίαι· καὶ συμβόλοις

sententias refellemus eorum, qui vel aeris secundum anni partes mutationibus, vel frugum procreationi, sementi, arationi gaudent accommodare ea quæ de his diis memorantur : ut cum dicunt Osiridem sepeliri quando semen terra occulitur : in vitam redire et rursum apparere quando pullulare incipit; ideoque dici, Isin cum se sentiret esse gravidam, appendisse sibi amuletum, sexta die mensis Phaophi, et peperisse Harpocratem sub solstitium hibernum, imperfectum ac recentem, quod tum prævii flores et germina prima enascuntur : ideoque ei fabarum nascentium primitias offerunt : dies autem puerperii post æquinoctium vernum solemnes agunt. Hæc enim vulgo audientes amplectuntur atque credunt, illico ab iis quæ in promptu sunt petita et consueta, probabilitate.

LXVI. Neque reprehendam illud, siquidem deos non peculiares faciant et proprios Ægyptiorum, sed communes servent omnium hominum, nec Nili, Ægypti, paludum, loti, herbæ, nomine solum comprehendant Nilum, solamque quam Nilus rigat terram ; itaque non vereantur magnis diis alios spoliare homines, quibus nullus Nilus est, neque Butus, neque Memphis : cum tamen hi Isin aliosque id genus deos universi habeant atque norint, et quosdam sane Ægyptiis nominibus afficere non ita pridem didicerint, singulorum autem vim jam inde ab initio cognoverint atque honoraverint. Deinde majus etiam incommodum est. Nisi enim attentissime caverint, imprudentes numina in spiritus, fluxus, sementes, arationes, terræque affectiones, et tempestatum mutationes permutent atque dissipent : ut ii qui Bacchum pro vino, Vulcanum pro flamma accipiunt : sic et Cleanthes alicubi Proserpinam (quæ Græcis est Persephone) ait esse spiritum qui per fruges dum fertur, interimitur : et quidam poeta de messoribus dixit :

Cum lecti juvenes Cereris jam membra secarent.

Hi sane nihil ab iis differunt, qui vela, rudentes et ancoram pro gubernatore, et fila ac stamina pro textore, et cyathum, mulsum, vel ptisanam pro medico habent. Adde quod pessimas et impias isti opiniones excitant, qui deorum nomina rebus sensu animaque carentibus, et usu hominum necessario pereuntibus imponunt : quæ ut dii sint, nullo modo intelligi potest.

LXVII. Non enim deus res est animæ expers, et manibus hominum subjecta aut obnoxia : sed deos inde censuimus esse, quod ii nostris usibus res perpetuas atque perdurantes largiti sunt. Neque vero alii apud alios sunt dii, aut sui Græcis, barbaris item sui, alii septentrionalibus, alii austrinis. Sed quemadmodum sol, luna, cœlum, terra, mare, communia sunt omnibus, tantum aliter ab aliis appellantur : ita unius mentis hoc Universum temperantis, uniusque providentiæ huic præfectæ, et facultatum administrarum omnibus rebus destinatarum, alii apud alios honores, alia nomina legibus instituta habentur : notisque utun-

χρῶνται καθιερωμένοις, οἱ μὲν ἀμυδροῖς, οἱ δὲ τρανοτέροις, ἐπὶ τὰ θεῖα τὴν νόησιν ὁδηγοῦντες οὐκ ἀκινδύνως. Ἔνιοι γὰρ ἀποσφαλέντες παντάπασιν εἰς δεισιδαιμονίαν ὤλισθον· οἱ δὲ φεύγοντες ὥσπερ ἕλος τὴν δεισιδαιμονίαν, ἔλαθον αὖθις ὥσπερ εἰς κρημνὸν ἐμπεσόντες τὴν ἀθεότητα.

68. Διὸ δεῖ μάλιστα πρὸς ταῦτα λόγον ἐκ φιλοσοφίας μυσταγωγὸν ἀναλαβόντας, ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον· ἵνα μὴ, καθάπερ Θεόδωρος εἶπε, τοὺς λόγους αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ προτείνοντος, ἐνίους τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι τῶν ἀκροωμένων, οὕτως ἡμεῖς, ἃ καλῶς οἱ νόμοι περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ἔταξαν, ἑτέρως ὑπολαμβάνοντες, ἐξαμάρτωμεν. Ὅτι γὰρ ἐπὶ τὸν λόγον ἀνοιστέον ἅπαντα, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων ἐστὶ λαβεῖν. Τῇ μὲν γὰρ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ πρώτου μηνὸς ἑορτάζοντες τῷ Ἑρμῇ, μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν, ἐπιλέγοντες, Γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. Τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος φυλακτήριον, ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτὴν, ἐξερμηνεύεται, Φωνὴ ἀληθής. Τὸν δὲ Ἁρποκράτην οὔτε θεὸν ἀτελῆ καὶ νήπιον, οὔτε χεδροπῶν τινα νομιστέον, ἀλλὰ τοῦ περὶ θεῶν ἐν ἀνθρώποις λόγου νεαροῦ καὶ ἀτελοῦς καὶ ἀδιαρθρώτου προστάτην καὶ σωφρονιστήν· διὸ τῷ στόματι τὸν δάκτυλον ἔχει προσκείμενον ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον· ἐν δὲ τῷ Μεσορὴ μηνὶ τῶν χεδροπῶν ἐπιφέροντες λέγουσιν, Γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων. Τῶν δ' ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῇ θεῷ καθιερῶσθαι λέγουσι τὴν περσέαν, ὅτι καρδίᾳ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ δὲ τὸ φύλλον ἔοικεν. Οὐδὲν γὰρ, ὧν ἄνθρωπος ἔχειν πέφυκε, θειότερον λόγου καὶ μάλιστα τοῦ περὶ θεῶν, οὐδὲ μείζονα ῥοπὴν ἔχει πρὸς εὐδαιμονίαν. Διὸ τῷ μὲν εἰς τὸ χρηστήριον ἐνταῦθα κατιόντι παρεγγυῶμεν, ὅσια φρονεῖν, εὔφημα λέγειν. Οἱ δὲ πολλοὶ γελοῖα δρῶσιν ἐν ταῖς πομπαῖς καὶ ταῖς ἑορταῖς, εὐφημίαν προκηρύττοντες, εἶτα περὶ τῶν θεῶν αὐτῶν τὰ δυσφημότατα καὶ λέγοντες καὶ διανοούμενοι.

69. Πῶς οὖν χρηστέον ἐστὶ ταῖς σκυθρωπαῖς καὶ ἀγελάστοις καὶ πενθίμοις θυσίαις, εἰ μήτε παραλιπεῖν τὰ νενομισμένα καλῶς ἔχει, μήτε φύρειν τὰς περὶ θεῶν δόξας, καὶ συνταράττειν ὑποψίαις ἀτόποις; Καὶ παρ' Ἕλλησιν ὅμοια πολλὰ γίνεται περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρόνον, οἷς Αἰγύπτιοι δρῶσιν ἐν τοῖς ὁσίοις. Καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι. Καὶ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαιᾶς μέγαρα κινοῦσιν, ἐπαχθῆ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ὀνομάζοντες, ὡς διὰ τὴν τῆς κόρης κάθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης. Ἔστι δὲ ὁ μὴν οὗτος περὶ Πλειάδα σπόριμος, ὃν Ἀθὺρ Αἰγύπτιοι, Πυανεψιῶνα δ' Ἀθηναῖοι, Βοιωτοὶ δὲ Δαμάτριον καλοῦσι. Τοὺς δὲ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντας ἱστορεῖ Θεόπομπος ἡγεῖσθαι καὶ καλεῖν, τὸν μὲν χειμῶνα Κρόνον, τὸ δὲ θέρος, Ἀφροδίτην, τὸ δ' ἔαρ, Περσεφόνην· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ἀφροδίτης γεννᾶσθαι πάντα. Φρύγες δὲ τὸν θεὸν οἰόμενοι χειμῶνος καθεύδειν, θέρους δ' ἐγρηγορέναι, τοτὲ

tur obscurioribus ii qui sacris sunt dedicati, alii apertioribus intellectum ad divinas res quasi manu deducunt : quæ res periculo non vacat. Nonnulli enim a recto itinere deviantes, prorsus in superstitionem delapsi, alii fugiendo, quasi paludem, superstitionem, imprudentes, in præcipitium quasi quoddam, impietatem delati sunt.

LXVIII. Itaque oportet apprime ratione e philosophia desumpta, quæ nos sacris initiet, sancte eorum quæ aguntur dicunturque unumquodque considerare ; ne, quomodo Theodorus dicebat, se orationes dextra porrigente, auditorum nonnullos læva eas accipere : sic nos quæ leges de sacrificiis et festivitatibus bene præcipiunt, aliter quam rectum est intelligentes, pec cemus. Etenim omnia esse ad rationem referenda, ex ipsis illis potest deprehendi. Undevigesima die primi mensis, diem Mercurio festum celebrantes, mel et ficos edunt, simul dicentes : *Dulce est veritas.* Isidis amuletum, quod appendisse eam sibi fabulantur, interpretatum sonat *Vocem veram.* Harpocrates neque deus imperfectus et infans putandus est, neque ullum leguminum : sed præses atque corrector recentis, imperfectæ, et incompositæ hominum de diis sententiæ ; itaque et digitum ori impositum tenet, argumentum taciturnitatis et silentii : et mense Mesore offerentes ei legumina, dicunt : *Lingua est fortuna, lingua genius.* De stirpibus Ægyptiis maxime consecratam deæ aiunt Perseam ; quod ejus fructus cordis, folium linguæ speciem refert. Quippe eorum quæ homini obtingere possunt omnium nihil divinius est oratione, præcipue de diis, neque majus res ulla ad felicitatem momentum affert. Itaque hic oraculum intraturo mandatur, *ut sancte sentiat, et modeste loquatur.* Plerique autem ridicule agunt, qui in pompis et festivitatibus favere linguis jubentes, post de diis ipsis pessimi ominis voces sententiasque usurpant.

LXIX. Quomodo ergo tristia illa et risus expertia ac lugubria sacrificia sunt obeunda, siquidem neque omittere legibus præscripta convenit, neque opiniones de diis confundendæ et cum suspicionibus absurdis miscendæ sunt ? Atqui quo tempore Ægyptii sacris operantur, multa eodem tempore similia apud Græcos aguntur. Nam et Athenis mulieres Thesmophoria obeuntes jejunant humi desidentes. Et Bœoti Achææ Megara movent, festivitatemque eam *molestam* nominant, quod nimirum Ceres ob Proserpinæ filiæ descensum in dolore sit. Fiunt hæc mense sationis circa Vergiliarum ortum, quem mensem Athyr Ægyptii, Pyanepsionem Athenienses, Bœoti Damatrium, id est Cerealem nuncupant. Theopompus narrat eos qui ad solis occasum habitant, censere et appellare hiemem Saturnum, æstatem Venerem, ver Proserpinam : et omnia nasci ex Saturno atque Venere. Phryges deum opinantes hieme dormire, æstate vigilare, hieme so-

μὲν κατευνασμούς, τοτὲ δ' ἀνεγέρσεις βακχεύοντες αὐτῷ τελοῦσι. Παφλαγόνες δὲ καταδεῖσθαι καὶ καθείργνυσθαι χειμῶνος, ἦρος δὲ κινεῖσθαι καὶ ἀναλύεσθαι φάσκουσι.

70. Καὶ δίδωσιν ὁ καιρὸς ὑπόνοιαν ἐπὶ τῶν καρπῶν τῇ ἀποκρύψει γενέσθαι τὸν σκυθρωπασμόν, οὓς οἱ παλαιοὶ θεοὺς μὲν οὐκ ἐνόμιζον, ἀλλὰ δῶρα θεῶν ἀναγκαῖα καὶ μεγάλα πρὸς τὸ μὴ ζῆν ἀγρίως* καὶ θηριωδῶς. Καθ' ἣν δὴ ὥραν τοὺς μὲν ἀπὸ δένδρων ἑώρων ἀφανιζομένους παντάπασιν καὶ ἀπολείποντας, τοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ κατασπείραντες ἔτι γλίσχρως καὶ ἀπόρως, διαμώμενοι ταῖς χερσὶ τὴν γῆν καὶ περιστέλλοντες αὖθις, ἐπ' ἀδήλῳ τῷ πάλιν ἐκτελεῖσθαι καὶ συντέλειαν ἕξειν ἀποθέμενοι, πολλὰ θάπτουσιν ὅμοια καὶ πενθοῦσιν ἔπραττον. Εἶτα ὥσπερ ἡμεῖς τὸν ὠνούμενον βιβλία Πλάτωνος, ὠνεῖσθαι φαμὲν Πλάτωνα, καὶ Μένανδρον ὑποκρίνεσθαι τὸν τὰ Μενάνδρου ποιήματα ὑποτιθέμενον, οὕτως ἐκεῖνοι τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασι τὰ τῶν θεῶν δῶρα καὶ ποιήματα καλεῖν οὐκ ἐφείδοντο, τιμῶντες ὑπὸ χρείας καὶ σεμνύνοντες. Οἱ δὲ ὕστερον, ἀπαιδεύτως δεχόμενοι καὶ ἀμαθῶς ἀναστρέφοντες ἐπὶ τοὺς θεοὺς τὰ πάθη τῶν καρπῶν, καὶ τὰς παρουσίας τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀποκρύψεις, θεῶν γενέσεις καὶ φθορὰς οὐ προσαγορεύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίζοντες, ἀτόπων καὶ παρανόμων καὶ τεταραγμένων δοξῶν αὑτοὺς ἐνέπλησαν, καίτοι τοῦ παραλόγου τὴν ἀτοπίαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἠξίωσε τοὺς Αἰγυπτίους, εἰ θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ θρηνοῦσι, θεοὺς μὴ νομίζειν· ἄλλως δὲ γελοῖον ἅμα θρηνοῦντας εὔχεσθαι, τοὺς καρποὺς πάλιν ἀναφαίνειν καὶ τελειοῦν ἑαυτούς, ὅπως πάλιν ἀναλίσκωνται καὶ θρηνῶνται.

71. Τὸ δ' οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ἀλλὰ θρηνοῦσι μὲν τοὺς καρπούς, εὔχονται δὲ τοῖς αἰτίοις καὶ δοτῆρσι θεοῖς, ἑτέρους πάλιν νέους ποιεῖν καὶ ἀναφύειν ἀντὶ τῶν ἀπολλυμένων. Ὅθεν ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν· ὥσπερ Ἑλλήνων, οἱ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ γραπτὰ καὶ λίθινα μὴ μαθόντες μηδ' ἐθισθέντες ἀγάλματα καὶ τιμὰς θεῶν, ἀλλὰ θεοὺς καλεῖν, εἶτα τολμῶντες λέγειν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν Λαχάρης ἐξέδυσε, τὸν δ' Ἀπόλλωνα χρυσοῦς βοστρύχους ἔχοντα Διονύσιος ἀπέκειρεν, ὁ δὲ Ζεὺς ὁ Καπετώλιος περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐνεπρήσθη καὶ διεφθάρη, λανθάνουσιν ἐφελκόμενοι καὶ παραδεχόμενοι δόξας πονηρὰς ἑπομένας τοῖς ὀνόμασιν. Τοῦτο δ' οὐχ ἥκιστα πεπόνθασι Αἰγύπτιοι περὶ τὰ τιμώμενα τῶν ζῴων. Ἕλληνες μὲν γὰρ ἔν γε τούτοις λέγουσιν ὀρθῶς καὶ νομίζουσιν, ἱερὸν Ἀφροδίτης ζῷον εἶναι τὴν περιστεράν, καὶ τὸν δράκοντα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸν κόρακα τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Εὐριπίδης,

Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.

Αἰγυπτίων δὲ οἱ πολλοὶ θεραπεύοντες αὐτὰ τὰ ζῷα, καὶ

pitiones ei, æstate excitationes bacchando celebrant. Paphlagones vinciri eum atque coerceri hieme, vere moveri et solvi aiunt.

LXX. Et temporis ratio injicit suspicionem, tristia sacra instituta esse ob occultationem fructuum : quos antiqui non deos, sed dona putaverunt deorum magna et necessaria ad feræ et belluinæ vitæ evitationem : quo sane tempore fructus arborum omnino defecisse abolitosque esse cernebant, alios ipsi serentes parce et cum penuria, terraque manibus hausta occultabant, incerta spe fructus capiendi deponentes, multa agitabant in morem sepelientium atque lugentium. Porro sicuti nos eum, qui libros Platonis emit, emere Platonem dicimus, et Menandrum agere, qui poema Menandri agit : ita illi nomina deorum liberaliter donis ac operibus deorum tribuerunt, ob utilitatem ea honorantes atque exornantes. Sed posteri horum indocte ista accipientes, imperiteque in ipsos deos detorquentes, ea quæ frugibus accidunt, alias exorientibus, alias occultatis, deorum ortus interitusque non vocando duntaxat, sed etiam sic habere rem arbitrando, se ipsos absurdis, impiis, tumultuosisque opinionibus obruerunt, quanquam absurditatem rei in conspectu habentes. Igitur Xenophanes Colophonius, Ægyptios monuit, ut aut ne lugerent eos quos censerent deos esse, aut pro diis non haberent quos lugendos crederent : sed et ridiculum lugendo obsecrare, fructus ut ipsi se iterum proferant et nascantur, quo iterum consumantur et lugeantur.

LXXI. Verum res aliter habet : fructuum enim causa lugent : deos ut causam et præbitores bonorum precantur, ut ii loco pereuntium novos alios gignant atque producant fructus. Ita rectissime apud philosophos dicitur, *Qui vocabula non discant recte intelligere, eos etiam de rebus ipsis falli* : quod usuvenit Græcorum iis, qui ærea, picta, aut lapidea simulacra cum assuevissent non imagines et honores deorum appellare, sed deos, ausi sunt deinde dicere, Minervam a Lachare fuisse exutam, Apollinis cincinnos aureos Dionysium tondendo abstulisse, Jovem Capitolinum sub bellum civile incendio periisse. Ita imprudentes attrahunt et amplectuntur pravas opiniones, quæ nominibus comitantur. Atque hoc non leviter Ægyptiis accidit in iis quæ venerantur animalibus. Nam in hoc negotio Græci recte cum dicunt, tum sentiunt, columbam animal esse sacrum Veneris, draconem Minervæ, corvum Apollinis, canem Dianæ, sicut Euripides de Hecuba :

Hecates simulacrum luciferæ fies canis.

Sed Ægyptiorum plerique colentes ipsa animalia et

περιέποντες ὡς θεούς, οὐ γέλωτος μόνον οὐδὲ χλευασμοῦ καταπεπλήκασι τὰς ἱερουργίας· ἀλλὰ τοῦτο τῆς ἀβελτηρίας ἐλάχιστόν ἐστι κακόν· δόξα δ' ἐμφύεται δεινή, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς καὶ ἀκάκους εἰς ἄκρατον ὑπερείπουσα τὴν δεισιδαιμονίαν, τοῖς δὲ δριμυτέροις καὶ θρασυτέροις εἰς ἀθέους ἐμπίπτουσα καὶ θηριώδεις λογισμούς. Ἡ καὶ περὶ τούτων τὰ εἰκότα διελθεῖν οὐκ ἀνάρμοστόν ἐστι.

72. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ταῦτα τὰ ζῷα τοὺς θεοὺς τὸν Τυφῶνα δείσαντας μεταβαλεῖν, οἷον ἀποκρύπτοντας ἑαυτοὺς σώμασιν ἴβεων καὶ κυνῶν καὶ ἱεράκων, πᾶσαν ὑπερπέπαικε τερατείαν καὶ μυθολογίαν· καὶ τὸ ταῖς ψυχαῖς τῶν θανόντων ὅσαι διαμένουσιν, εἰς ταῦτα [μόνα] γίνεσθαι τὴν παλιγγενεσίαν, ὁμοίως ἄπιστον. Τῶν δὲ βουλομένων πολιτικήν τινα λέγειν αἰτίαν, οἱ μὲν Ὄσιριν ἐν τῇ μεγάλῃ στρατιᾷ φασὶν εἰς μέρη πολλὰ διανείμαντα τὴν δύναμιν (λόχους καὶ τάξεις Ἑλληνικῶς καλοῦσιν), ἐπίσημα δοῦναι ζῳόμορφα πᾶσιν, ὧν ἕκαστον τῷ γένει τῶν συννεμηθέντων ἱερὸν γενέσθαι καὶ τίμιον· * οἱ δὲ τοὺς ὕστερον βασιλεῖς, ἐκπλήξεως ἕνεκα τῶν πολεμίων, ἐπιφαίνεσθαι θηρίων χρυσᾶς προτομὰς καὶ ἀργυρᾶς περιτιθεμένους· ἄλλοι δὲ τῶν δεινῶν τινα καὶ πανούργων βασιλέων ἱστοροῦσι, τοὺς Αἰγυπτίους καταμαθόντα τῇ μὲν φύσει κούφους, καὶ πρὸς μεταβολὴν καὶ νεωτερισμὸν ὀξυρρόπους ὄντας, ἄμαχον δὲ καὶ δυσκάθεκτον ὑπὸ πλήθους δύναμιν ἐν τῷ συμφρονεῖν καὶ κοινοπραγεῖν ἔχοντας, ἀΐδιον αὐτοῖς ἐγκατασπεῖραι, δείξαντα δεισιδαιμονίαν, διαφορᾶς ἀπαύστου πρόφασιν. Τῶν γὰρ θηρίων, ἃ προσέταξεν ἄλλοις ἄλλα τιμᾶν καὶ σέβεσθαι, δυσμενῶς καὶ πολεμικῶς ἀλλήλοις προσφερομένων, καὶ τροφὴν ἑτέραν ἑτέρων προσίεσθαι πεφυκότων, ἀμύνοντες ἀεὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστοι, καὶ χαλεπῶς ἀδικουμένων φέροντες, ἐλάνθανον ταῖς τῶν θηρίων ἔχθραις συνελκόμενοι καὶ συνεκπολεμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. Μόνοι γὰρ ἔτι νῦν Αἰγυπτίων Λυκοπολῖται πρόβατον ἐσθίουσιν, ἐπεὶ καὶ λύκος, ὃν θεὸν νομίζουσιν· οἱ δὲ Ὀξυρυγχῖται καθ' ἡμᾶς, τῶν Κυνοπολιτῶν τὸν ὀξύρυγχον ἰχθὺν ἐσθιόντων, κύνα συλλαβόντες καὶ θύσαντες, ὡς ἱερεῖον κατέφαγον· ἐκ δὲ τούτου καταστάντες εἰς πόλεμον, ἀλλήλους τε διέθηκαν κακῶς, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν.

73. Πολλῶν δὲ λεγόντων εἰς ταῦτα τὰ ζῷα τὴν [τοῦ] Τυφῶνος αὐτοῦ διάρασθαι ψυχήν, αἰνίττεσθαι δόξειεν ἂν ὁ μῦθος, ὅτι πᾶσα φύσις ἄλογος καὶ θηριώδης τῆς [τοῦ] κακοῦ δαίμονος γέγονε μοίρας, κἀκεῖνον ἐκμειλισσόμενοι καὶ παρηγοροῦντες περιέπουσι ταῦτα καὶ θεραπεύουσιν· ἂν δὲ πολὺς ἐμπίπτῃ καὶ χαλεπὸς αὐχμός, ἐπάγων ὑπερβαλλόντως ἢ νόσους ὀλεθρίους ἢ συμφορὰς ἄλλας παραλόγους καὶ ἀλλοκότους, ἔνια τῶν τιμωμένων οἱ ἱερεῖς ἀπάγοντες ὑπὸ σκότους μετὰ σιωπῆς καὶ ἡσυχίας, ἀπειλοῦσι καὶ δεδίττονται τοπρῶτον, ἂν δ' ἐπιμένῃ, καθιεροῦσι καὶ σφάττουσιν, ὡς δή τινα κολασμὸν ὄντα τοῦ δαίμονος τοῦτον, ἢ καθαρμὸν ἄλ-

tractantes tanquam deos, non sannis modo et irrisioni totam pene sacrorum objecerunt rationem : hoc enim a stultitia illa malum provenit minimum : sed et vehemens ingeneratur animis opinio, quæ infirmis atque simplicibus meram inducit superstitionem, vehementiores atque audaciores ad negandum deos, belluinasque cogitationes propellit. Quo fit, ut de his ipsis etiam aliquid probabiliter disserere non sit alienum.

LXXII. Nam quod traditur deos Typhonis metu in ista animalia transiisse latendi causa, et corporibus ibium, canum, accipitrum se occuluisse : id quovis prodigioso commento, quavis fabula, est vanius : neque plus fidei meretur, quam animas mortuorum eas quæ non abolentur novo ortu in hæc tantum redire animalia. Cæterum qui civilem aliquam causam afferre volunt, eorum alii Osirin dicunt magnum exercitum suum in certas cohortes atque centurias divisisse, ac singulis vexillum animali aliquo insignitum tradidisse : singulosque populos id quod ei obtigisset, honore ac sacro cultu dignatos fuisse. Alii posteriores reges, terroris hostibus incutiendi causa in præliis aiunt occurrisse, belluarum aureis argenteisve capitibus atque primis partibus indutos. Sunt qui regem quemdam callidum atque versutum narrent, quia deprehendisset Ægyptios natura leves, et ad res novas apprime proclives esse, eosdemque ob multitudinem viribus insuperabilibus atque effrenibus præditos, ubi sana mente et communi consilio rem vellent gerere : sempiternæ eis discordiæ occasionem, dispersa in singulas gentes superstitione, obtulisse : cum enim aliis aliorum animalium cultum injunxisset, quæ inter se inimicitias exercent, et unum ab alio cibi gratia expetitur : dum sua singulæ defendunt animalia, et eorum injurias ægre ferunt, factum esse ut ob animalium inimicitias ipsæ gentes, re non observata, infestæ sibi invicemque hostes redderentur. Sane soli omnium Ægyptiorum Lycopolitæ etiam nunc ovem edunt; quia idem lycos, id est lupus, facit, quem pro deo habent. Et nostra adeo tempestate cum Cynopolitæ piscem oxyrynchum ederent, Oxyrynchitæ canem comprehensum ac mactatum victimæ in morem comederunt: eaque de causa conflato bello, cum ipsæ gravibus sese invicem damnis affecerunt urbes, tum affectæ a Romanis pœnam iis infligentibus fuerunt.

LXXIII. Porro cum multi dicant ipsam Typhonis animam in has bestias avolasse : fabulæ involucro tegi hoc potest videri, omnem brutam et belluinam naturam, malo genio jure deberi, eumque placantes et demulcentes eos ista colere atque venerari. Magno autem æstu incidente ac molesto, qui ultra modum adducat vel pestilentes morbos, vel alias inusitatas calamitates, sacerdotes quædam eorum quæ coluntur animalium abducentes tacite in tenebras, terrent primum ea minis : sin malum duret, immolant atque mactant : tanquam supplicium aliquod genii hoc si esset, aut alias expiatio magni mali magna. Nam et in Ilithyiæ urbe

λως μέγαν ἐπὶ μεγίστοις· καὶ γὰρ ἐν Εἰληθυίας πόλει ζῶντας ἀνθρώπους κατεπίμπρασαν, ὡς Μανεθὼς ἱστόρηκε, Τυφωνίους καλοῦντες, καὶ τὴν τέφραν αὐτῶν λικμῶντες ἠφάνιζον καὶ διέσπειρον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐδρᾶτο φανερῶς καὶ καθ' ἕνα καιρὸν ἐν ταῖς κυνάσιν ἡμέραις· αἱ δὲ τῶν τιμωμένων ζῴων καθιερεύσεις ἀπόῤῥητοι καὶ χρόνοις ἀτάκτοις πρὸς τὰ συμπίπτοντα γινόμεναι, τοὺς πολλοὺς λανθάνουσι, πλὴν ὅταν ταφὰς ἔχωσι, καὶ τῶν ἄλλων ἀναδεικνύντες ἔνια πάντων παρόντων συνεμβάλωσιν, οἰόμενοι τοῦ Τυφῶνος ἀντιλυπεῖν καὶ κολούειν τὸ ἡδόμενον. Ὁ γὰρ Ἆπις δοκεῖ μετ' ὀλίγων ἄλλων ἱερὸς εἶναι τοῦ Ὀσίριδος· ἐκείνῳ δὲ τὰ πλεῖστα προσνέμουσι. Κἂν ἀληθὴς ὁ λόγος οὗτος, σημαίνειν ἡγοῦμαι τὸ ζητούμενον ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων καὶ κοινὰς ἐχόντων τὰς τιμάς· οἷόν ἐστιν ἶβις καὶ ἱέραξ καὶ κυνοκέφαλος, αὐτὸς ὁ Ἆπις· οὕτω δὴ γὰρ τὸν ἐν Μένδητι τράγον καλοῦσι.

74. Λείπεται δὲ δὴ τὸ χρειῶδες καὶ τὸ συμβολικὸν, ὧν ἔνια θατέρου, πολλὰ δ' ἀμφοῖν μετέσχηκε. Βοῦν μὲν οὖν καὶ πρόβατον καὶ ἰχνεύμονα δῆλον ὅτι χρείας ἕνεκα καὶ ὠφελείας ἐτίμησαν· ὡς Λήμνιοι κορύδους, τὰ τῶν ἀττελάβων εὑρίσκοντας ᾠὰ καὶ κόπτοντας· Θεσσαλοὶ δὲ πελαργοὺς, ὅτι πολλοὺς ὄφεις τῆς γῆς ἀναδιδούσης ἐπιφανέντες ἐξώλεσαν ἅπαντας· διὸ καὶ νόμον ἔθεντο φεύγειν, ὅστις ἂν ἀποκτείνῃ πελαργόν. Ἀσπίδα δὲ καὶ γαλῆν καὶ κάνθαρον, * εἰκόνας τινὰς ἐν αὐτοῖς ἀμαυρὰς, ὥσπερ ἐν σταγόσιν ἡλίου, τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως κατιδόντες· τὴν μὲν γὰρ γαλῆν ἔτι πολλοὶ νομίζουσι καὶ λέγουσι κατὰ τὸ οὖς ὀχευομένην, τῷ δὲ στόματι τίκτουσαν, εἴκασμα τῆς τοῦ λόγου γενέσεως εἶναι· τὸ δὲ κανθάρων γένος οὐκ ἔχειν θήλειαν, ἄρρενας δὲ πάντας ἀφιέναι τὸν γόνον εἰς τὴν σφαιροποιουμένην ὕλην, ἣν κυλινδοῦσιν ἀντιβάδην ὠθοῦντες, ὥσπερ δοκεῖ τὸν οὐρανὸν ὁ ἥλιος ἐς τοὐναντίον περιστρέφειν, αὐτὸς ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς φερόμενος. Ἀσπίδα δὲ, ὡς ἀγήρω καὶ χρωμένην κινήσεσιν ἀνοργάνοις μετ' εὐπετείας καὶ ὑγρότητος ἄστρῳ προσείκασαν.

75. Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ κροκόδειλος αἰτίας πιθανῆς ἀμοιροῦσαν ἔσχηκε τιμὴν, ἀλλὰ μίμημα θεοῦ λέγεται γεγονέναι, μόνος μὲν ἄγλωσσος ὤν. Φωνῆς γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεής ἐστι, καὶ δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου καὶ δίκης τὰ θνητὰ ἄγει κατὰ δίκην. Μόνου δέ φασιν ἐν ὑγρῷ διαιτωμένου τὰς ὄψεις ὑμένα λεῖον καὶ διαφανῆ παρακαλύπτειν ἐκ τοῦ μετώπου κατερχόμενον, ὥστε βλέπειν μὴ βλεπόμενον, ὃ τῷ πρώτῳ θεῷ συμβέβηκεν. Ὅπου δ' ἂν ἡ θήλεια τῆς χώρας ἀποτέκῃ, τοῦτο Νείλου πέρας ἐπίσταται τῆς αὐξήσεως γενόμενον. Ἐν ὑγρῷ γὰρ οὐ δυνάμεναι, πόῤῥω δὲ φοβούμεναι τίκτειν, οὕτως ἀκριβῶς προαισθάνονται τὸ μέλλον, ὥστε τῷ ποταμῷ προσελθόντι χρῆσθαι λοχευόμεναι καὶ θάλπουσαι, τὰ δ' ᾠὰ ξηρὰ καὶ ἄβρεκτα φυλάσσειν. Ἑξήκοντα δὲ τίκτουσιν· καὶ τοσαύταις ἡμέραις ἐκλέπουσι, καὶ τοσούτους ζῶσιν ἐνιαυτοὺς οἱ

vivos combusserunt homines, ut Manetho scribit, Typhonios appellantes, et cinerem eorum ventilando dissiparunt atque aboleverunt. Verum hoc palam factum est, et certo tempore, diebus canicularibus : consecrationes animalium quæ coluntur occultæ, neque statis fiunt temporibus, et vulgo sunt ignotæ : nisi quod sepulturam Apidis celebrantes, atque illa producentes, quædam omnibus præsentibus una in sepulcrum conjiciunt : existimantes hoc pacto se Typhoni voluptatem percipienti vicissim molestiam objicere, lætitiamque ejus infringere. Etenim Apis videtur cum paucis aliis sacer esse Osiridi : ei autem pleraque attribuunt. Quod si vera est hæc ratio, existimo ea significari id quod quæritur de in confesso positis, et honores communes habentibus : cujus generis sunt ibis, accipiter, cynocephalus, et ipse Apis, sic enim caprum scilicet, qui Mendete alitur, nominant.

LXXIV. Relinquitur, ut ad utilitatem, et notationem qua aliquid designant, respiciatur : quorum utrumque plerisque, multis alterum adest. Bovem nimirum, et ovem, et ichneumonem liquet utilitatis gratia atque emolumenti honorem invenisse : qua ratione Lemnii galeritam honorant, quia bruchorum ova invenit ac confringit : et Thessali ciconiam, quod multos angues subito e terra editos ciconiæ exortæ universos perdidere, ideoque lege exsilium indicitur ei qui ciconiam necaverit. Aspidem vero Ægyptii, et felem, et cantharum in honore habent, divinæ potentiæ imagines quasdam obscuras, sicut solis simulacra in stillis solent, conspicati. Nam felem etiamnum sunt qui dicant ac credant multi per aurem concipere, partum per os emittere, qua similitudine orationis ortus refertur. At in cantharorum genere perhibitum est nullam esse feminam : mares omnes semen ejicere in materiam ab ipsis in globum conformatam, quam volutant ex adverso impellentes : sicuti sol videtur cœlum in contrariam partem convertere, ipse ab occasu versus ortum proficiscens. Aspidem ut senii securam, et motibus nullo instrumento indigentibus facile ac molliter utentem, sideri comparaverunt.

LXXV. Crocodilus certe cultus sui probabili causa minime destituitur; nam fertur exstitisse exemplum dei, solus animalium elinguis; nimirum quia voce numen nihil indiget, sed iter justitiæ citra ullum conficiens sonitum, res humanas juste temperat. Aiunt huic soli in humore versanti oculos contegi a membrana tenui ac pellucida, quæ a fronte descendat : ita ut videns, non videatur ipse : qua in re principi deo respondet. Præterea, quo loco regionis crocodilus femina parit, eum constat incrementorum Nili fore limitem : cum enim in humido parere non possint, et metuant longius ab aqua parere, ita præcise norunt futuræ eluviei modum, ut fluvio quidem a partu et fovendi gratia accedant, ova tamen sicca et humoris expertia conservent : pariunt sexaginta, totidemque dies excludendo fœtui impendunt, totque annos vivunt crocodili, qui diutissime. Sexagenarius autem numerus

μακρότατον ζῶντες, ὃ τῶν μέτρων πρῶτόν ἐστι τοῖς περὶ τὰ οὐράνια πραγματευομένοις. Ἀλλὰ μὴν τῶν δι' ἀμφότερα τιμωμένων, περὶ μὲν τοῦ κυνὸς εἴρηται πρόσθεν· ἡ δ' ἶβις ἀποκτείνουσα μὲν τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν, ἐδίδαξε πρώτη κενώματος ἰατρικοῦ χρείαν κατιδόντας, οὕτω κλυζομένην καὶ καθαιρομένην ὑφ' ἑαυτῆς· οἱ δὲ νομιμώτατοι τῶν ἱερέων καθάρσιον ὕδωρ ἁγνιζόμενοι λαμβάνουσιν, ὅθεν ἶβις πέπωκεν· οὐ πίνει γὰρ ἢ νοσῶδες, ἢ πεφαρμαγμένον, οὐδὲ πρόσεισι. Τῇ δὲ τῶν ποδῶν διαβάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ τὸ ῥύγχος ἰσόπλευρον ποιεῖ τρίγωνον· ἔτι δὲ ἡ τῶν μελάνων πτερῶν περὶ τὰ λευκὰ ποικιλία καὶ μίξις ἐμφαίνει σελήνην ἀμφίκυρτον. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν, εἰ γλίσχρας ὁμοιότητας οὕτως ἠγάπησαν Αἰγύπτιοι. Καὶ Ἕλληνες ἔν τε γραπτοῖς ἔν τε πλαστοῖς εἰκάσμασι θεῶν ἐχρήσαντο πολλοῖς τοιούτοις· οἷον ἐν Κρήτῃ Διὸς ἦν ἄγαλμα μὴ ἔχον ὦτα· τῷ γὰρ ἄρχοντι καὶ κυρίῳ πάντων, οὐδενὸς ἀκούειν προσήκει. Τῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν δράκοντα Φειδίας παρέθηκε, τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην, ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπὴν πρέπουσαν. Ἡ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος τρίαινα σύμβολόν ἐστι τῆς τρίτης χώρας, ἣν θάλαττα κατέχει μετὰ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἀέρα τεταγμένη. Διὸ καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην καὶ τοὺς Τρίτωνας οὕτως ὠνόμασαν. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. Τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν, ὅτι τρισὶ καθέτοις ἀπὸ τῶν τριῶν γωνιῶν ἀγομέναις διαιρεῖται· τὸ δὲ ἓν, Ἀπόλλωνα, πείθουσα προφάσει καὶ διπλοτάτης μονάδος· ἔριν δὲ, τὴν δυάδα καὶ τόλμαν· δίκην δὲ, τὴν τριάδα. Τοῦ γὰρ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι κατ' ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν ὄντος, ἰσότητι δίκαιον ἐν μέσῳ γέγονεν· ἡ δὲ καλουμένη τετρακτὺς τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα, * μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται· καὶ κόσμος ὠνόμασται, τεσσάρων μὲν ἀρτίων τῶν πρώτων, τεσσάρων δὲ τῶν περισσῶν εἰς τὸ αὐτὸ συντιθεμένων, ἀποτελούμενος.

76. Εἴπερ οὖν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων οὐδ' ἐν ἀψύχοις καὶ ἀσωμάτοις πράγμασιν αἴνιγμα τοῦ θείου κατιδόντες ἠξίουν ἀμελεῖν οὐδὲν, οὐδ' ἀτιμάζειν, ἔτι μᾶλλον οἴομαι τὰς ἐν αἰσθανομέναις καὶ ψυχὴν ἐχούσαις καὶ πάθος καὶ ἦθος φύσεσιν ἰδιότητας κατὰ τὸ ἦθος. Ἀγαπητέον οὖν οὐ ταῦτα τιμῶντας, ἀλλὰ διὰ τούτων τὸ θεῖον, ὡς ἐναργεστέρων ἐσόπτρων καὶ φύσει γεγονότων, ὡς ὄργανον ἢ τέχνην ἀεὶ τοῦ πάντα κοσμοῦντος θεοῦ νομίζειν καλῶς. Ἄξιόν τε μηδὲν ἄψυχον ἐμψύχου, μηδ' ἀναίσθητον αἰσθανομένου κρεῖττον εἶναι· μηδ' ἂν τὸν σύμπαντά τις χρυσὸν ὁμοῦ καὶ σμάραγδον εἰς ταὐτὸ συμφορήσῃ. Οὐκ ἐν χροιαῖς γὰρ, οὐδ' ἐν σχήμασιν, οὐδ' ἐν λειότησιν ἐγγίνεται τὸ θεῖον, ἀλλ' ἀτιμοτέραν ἔχει νεκρῶν μοῖραν, ὅσα μὴ μετέσχε, μηδὲ μετέχειν τοῦ ζῆν πέφυκεν. Ἡ δὲ ζῶσα καὶ βλέπουσα καὶ κινήσεως ἀρχὴν ἐξ αὑτῆς ἔχουσα καὶ γνῶσιν οἰκείων

prima est mensura iis qui astrologiam tractant. Jam de cane, qui inter ea numeratur quæ utraque de causa coluntur, dictum est jam ante. Ibis vero cum repentes humi mortiferas bestias interficit, tum prima medicam evacuandi corporis rationem docuit, cum conspecta isto modo sese proluere atque purgare. Sacerdotum etiam qui sunt maxime observantes legum, lustrandi sui causa aquam inde petunt, unde ibis biberit: non enim bibit morbosam aut infectam aquam, imo ne accedit quidem. Ad hæc diductis pedibus et rostro cum his comparato, triangulum æqualium omnium laterum efficit: et nigrarum pennarum cum albis mixtio et consertio, lunæ utrinque gibbosæ formam repræsentat. Enimvero mirari nemo debet, Ægyptiis ita exiles similitudines arrisisse: cum Græci etiam tam pictis quam fictis deorum simulacris multa adhibuerint talia: qualis est Cretæ Jovis imago auribus carens; non enim convenit audiri ab eo quemquam, qui omnium sit rerum dominus atque princeps: et Minervæ simulacro draconem Phidias addidit, Veneris Elide testudinem; virgines custodia habere opus, nuptis domi mansionem et silentium convenire, significans: et Neptuni tridens signum est tertiæ regionis, quam mare obtinet post cœlum et aerem collocata: et a ternione etiam Amphitritæ ac Tritonum sunt nomina. Pythagorei autem numeros quoque et figuras ornaverunt appellationibus deorum. Nam triangulum æqualium omnium laterum nominaverunt Minervam e vertice natam, et Tritogeneiam, quia tribus perpendiculis eductis e tribus angulis suis dividitur. Unitatem Apollinis vocabulo affecerunt, quod nomen multitudinem recusat, simplicitatem profitetur unitatis: eumdem binarium Contentionem et Audaciam vocaverunt: ternarium dignati sunt Justitiæ titulo; æqualitas enim in medio posita est eorum quæ injuste aguntur, et contra jus tolerantur, ab excessu et defectu proficiscentia: Tetractyn, quæ celebratur, id est quaternionem mysticum, triginta et sex unitatibus constantem, loco jurisjurandi maximi fuit, sicuti omnium sermonibus est tritum: et appellabatur Mundus: conficitur autem primis quatuor paribus, et primis imparibus in unam summam collectis.

LXXVI. Proinde cum philosophorum probatissimi conspectam aliquam occultam dei imaginem ne in animæ corporisque expertibus quidem rebus neglexerint, aut contemnendam senserint: multo (nisi fallor) pluris faciendæ sunt, quæ in sensilibus, animatisve proprietates eo pertinent, eorumque affectionibus et moribus. At enim probandi sunt, non qui isthæc, sed qui per hæc numen venerantur: istaque recte habentur pro speculis clarioribus et a natura suppeditatis, tanquam instrumenta et artificia dei universa ornantis. Æquum etiam est hoc intelligi, nihil inanimatum animato, nihil sensu carens sentiente præstantius esse; etiam si quis universum aurum, et smaragdum in unum comportaret locum. Non enim in coloribus aut figuris aut lævitatibus inest divina natura: quinimo deteriore illud conditione est quam res vita exutæ, quod neque vixit unquam, neque vivendi habuit in se facultatem. Quæ vero natura vivit, videt, et in se principium mo-

καὶ ἀλλοτρίων φύσις, ἄλλως τε ἔσπακεν ἀποῤῥοὴν καὶ μοῖραν ἐκ τοῦ φρονοῦντος, ὅπως κυβερνᾶται τὸ σύμπαν καθ' Ἡράκλειτον. Ὅθεν οὐ χεῖρον ἐν τούτοις εἰκάζεται τὸ θεῖον, ἢ χαλκείοις καὶ λιθίνοις δημιουργήμασιν, ἃ φθορὰς μὲν ὁμοίως δέχεται καὶ ἐπιχρώσεις, αἰσθήσεως δὲ πάσης φύσει καὶ συνέσεως ἐστέρηται. Περὶ μὲν οὖν τῶν τιμωμένων ζῴων ταῦτα δοκιμάζω μάλιστα τῶν λεγομένων.

77. Στολαὶ δὲ αἱ μὲν Ἴσιδος, ποικίλαι ταῖς βαφαῖς (περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς πάντα γινομένην καὶ δεχομένην, φῶς, σκότος· ἡμέραν, νύκτα· πῦρ, ὕδωρ· ζωὴν, θάνατον· ἀρχὴν, τελευτήν)· ἡ δ' Ὀσίριδος οὐκ ἔχει σκιὰν, οὐδὲ ποικιλμὸν, ἀλλὰ ἓν ἁπλοῦν τὸ φωτοειδές· ἄκρατον γὰρ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἀμιγὲς τὸ πρῶτον καὶ νοητόν. Ὅθεν ἅπαξ ταῦτα ἀναλαβόντες, ἀποτίθενται καὶ φυλάττουσιν· [τὸ γὰρ νοητὸν] ἀόρατον καὶ ἄψαυστον· τοῖς δ' Ἰσιακοῖς χρῶνται πολλάκις. Ἐν χρήσει γὰρ τὰ αἰσθητὰ καὶ πρόχειρα ὄντα πολλὰς ἀναπτύξεις καὶ θέας αὐτῶν ἄλλοτ' ἄλλως ἀμειβομένων δίδωσιν· ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἁγίου νόησις, ὥσπερ ἀστραπὴ διαλάμψασα, τῇ ψυχῇ ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε. Διὸ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν, ὡς οἱ τὰ δοξαστὰ καὶ μικτὰ καὶ παντοδαπὰ ταῦτα παραμειψάμενοι τῷ λόγῳ, πρὸς τὸ πρῶτον ἐκεῖνο καὶ ἁπλοῦν καὶ ἄϋλον ἐξάλλονται, καὶ θιγόντες ἄλλως τῆς περὶ αὐτὸ καθαρᾶς ἀληθείας, οἷον ἐντελῆ, τέλος ἔχειν φιλοσοφίαν νομίζουσι.

78. Καὶ τοῦτο ὅπερ οἱ νῦν ἱερεῖς ἀφοσιούμενοι καὶ παρακαλυπτόμενοι μετ' εὐλαβείας ὑποδηλοῦσιν, ὡς ὁ θεὸς οὗτος ἄρχει καὶ βασιλεύει τῶν τεθνηκότων, οὐχ ἕτερος ὢν τοῦ καλουμένου παρ' Ἕλλησιν Ἅδου καὶ Πλούτωνος, ἀγνοούμενον, ὅπως ἀληθές ἐστι, διαταράττει τοὺς πολλοὺς ὑπονοοῦντας ἐν γῇ καὶ ὑπὸ γῆν τὸν ἱερὸν καὶ ὅσιον ὡς ἀληθῶς Ὄσιριν οἰκεῖν, ὅπου τὰ σώματα κρύπτεται τῶν τέλος ἔχειν δοκούντων. Ὁ δ' ἔστι μὲν αὐτὸς ἀπωτάτω τῆς γῆς ἄχραντος καὶ ἀμίαντος καὶ καθαρὸς οὐσίας ἁπάσης φθορὰν δεχομένης καὶ θάνατον. Ἀνθρώπων δὲ ψυχαῖς ἐνταυθοῖ μὲν ὑπὸ σωμάτων καὶ παθῶν περιεχομέναις οὐκ ἔστι μετουσία τοῦ θεοῦ, πλὴν ὅσον ὀνείρατος ἀμαυροῦ θιγεῖν νοήσει διὰ φιλοσοφίας· ὅταν δ' ἀπολυθεῖσαι μεταστῶσιν εἰς τὸ ἀειδὲς καὶ ἀόρατον καὶ * ἀπαθὲς καὶ ἁγνὸν, οὗτος αὐταῖς ἡγεμών ἐστι καὶ βασιλεὺς ὁ θεὸς, ἐξηρτημέναις ὡς ἂν ἀπ' αὐτοῦ καὶ θεωμέναις ἀπλήστως καὶ ποθούσαις τὸ μὴ φατὸν μηδὲ ῥητὸν ἀνθρώποις κάλλος· οὗ τὴν Ἶσιν ὁ παλαιὸς ἀποφαίνει λόγος ἐρῶσαν ἀεὶ καὶ διώκουσαν καὶ συνοῦσαν, ἀναπιμπλάναι τὰ ἐνταῦθα πάντων καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ὅσα γενέσεως μετέσχηκε. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχει τὸν μάλιστα θεοῖς πρέποντα λόγον.

79. Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν θυμιωμένων ἡμέρας ἑκάστης εἰπεῖν, ὥσπερ ὑπεσχόμην, ἐκεῖνο διανοηθείη τις πρότερον, ὡς ἀεὶ μὲν οἱ ἄνδρες ἐν σπουδῇ μεγίστη τί-

tus, notitiamque sibi convenientium et alienorum a se continet; omnino particulam aliquam defluentem hausit ejus providentiæ, qua gubernari hoc Universum Heraclitus dixit. Itaque in his rebus nihilo deterius divinæ naturæ concipitur imago, quam in æreis aut lapideis operibus, quæ itidem interitui et mutationi obnoxia, sensu interim omni, omnique intellectu privavit natura. Atque hæc sunt quæ maxime ex istis admitto, quæ de animalibus cultu dignatis disputantur.

IX. Hæc ego respondebam Boetho. Similia etiam de Sibyllinis. Nam cum astitissemus ad saxum curiæ vicinum, cui insedisse dicitur prima Sibylla cum eo ex Helicone venisset, a Musis enutrita (alii ad Maleonem advenisse eam dicunt, filiam Lamiæ, quæ Neptuno nata fuit), Serapio mentionem fecit versuum, in quibus ipsa sese celebrans, *vaticinandi finem ne morte quidem facturam se*, ait: *sed se in luna circumire, mutatam in eam quæ dicitur in luna apparere faciem: spiritum autem aeri contemperatum, semper in vocibus latum iri: e corpore autem in terra mutato herbas ac materiem exstituram, quibus sacræ pecudes nutriantur, varios colores, formas, et qualitates viscerum habentes, unde hominibus futura præmonstrentur.* Hæc Boethus etiam magis aperte deridebat. Tum hospes: Ut, ait, hæc maxime fabularum videantur similia, tamen vaticiniis testimonium ferunt multarum Græcarum urbium excidia atque migrationes, multorum barbaricorum exercituum irruptiones, imperiorum eversiones. Hæc vero quæ recens apud Cumas et Dicæarchiam acciderunt, nonne pridem Sibyllinis decantata carminibus tempus veluti debens persolvit? Eruptionem, inquam, montani ignis, fervorem maris, saxorum et massarum flagrantium venti vi ejectionem, tot tantarumque simul urbium interitum, ut hodie qui ea loca accedunt, non possint cernere ubinam conditæ fuerint. Quæ vel credere difficile est, nedum prædicere sine divinitate.

X. Quem vero, aiebat Boethus, mi homo, effectum tempus non debet naturæ? quid non exspectari potest eventurum terræ, mari, urbibus, hominibus, quod qui prædicat futurum, non erret? imo fere non prædicere hoc est, sed dicere, aut potius jacere et disseminare verba principio carentia in infinitatem: quibus vagantibus sæpenumero occurrat fortuna, ut casu eveniant. Diversa enim sunt hæc, puto, *fieri id quod dictum est*, et *dici quod futurum sit*: et sermo qui ea dicit quæ non sunt, in se ipso vitiosus frustra exspectat fidem quam ei casus conciliet: neque, si postea evenit res, ex hoc eventu recte demonstrat se scientem prædixisse; quippe infinitas omnia fert. At bene conjiciens, quem optimum vatem proverbium affirmat esse, investiganti per probabilia atque indaganti futurum similis est. Sibyllæ autem istæ et Bacides tanquam in mare promiscue in tempus conjecerunt, et ut in buccam venit disseminaverunt nomina et verba omnis generis eventuum:

καὶ ῥήματα παθῶν καὶ συμπτωμάτων· οἷς, γινομένων ἐνίων ἀπὸ τύχης, ὁμοίως ψεῦδός ἐστι τὸ νῦν λεγόμενον, κἂν ὕστερον ἀληθῶς, εἰ τύχοι, γένηται.

11. Τοιαῦτα τοῦ Βοήθου διελθόντος, ὁ Σεραπίων, Δίκαιον, ἔφη, τὸ ἀξίωμα περὶ τῶν οὕτως, [ὡς] λέγει Βόηθος, ἀορίστως καὶ ἀνυποθέτως λεγομένων· εἰ νίκη στρατηγῷ προείρηται, νενίκηκεν· εἰ πόλεως ἀναίρεσις, ἀπόλωλεν. Ὅπου δὲ οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πῶς καὶ πότε καὶ μετὰ τί καὶ μετὰ τίνος, οὐκ ἔστιν εἰκασμὸς τῶν τάχα γενησομένων, ἀλλὰ τῶν πάντως ἐσομένων προδήλωσις. Καὶ ταῦτα ἔστιν εἰς τὴν Ἀγησιλάου χωλότητα·

Φράζεο δή, Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψῃ χωλὴ βασιλεία.
Δηρὸν γὰρ μόχθοι σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι,
φθισίβροτόν τ' ἐπὶ κῦμα κυλινδομένου πολέμοιο.

Καὶ τὰ περὶ τῆς νήσου πάλιν, ἣν ἀνῆκεν ἡ πρὸ Θήρας καὶ Θηρασίας θάλασσα· καὶ περὶ τὸν Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων πόλεμον·

Ἀλλ' ὁπότε Τρώων γενεὰ καθύπερθε γένηται
Φοινίκων ἐν ἀγῶνι, τότ' ἔσσεται ἔργα ἄπιστα·
πόντος μὲν λάμψει πῦρ ἄσπετον, ἐκ δὲ κεραυνῶν
πρηστῆρες μὲν ἄνω διὰ κύματος ἀΐξουσιν
ἄμμιγα σὺν πέτρᾳ, ἡ δὲ στηρίξεται αὐτοῦ,
οὐ φατὸς ἀνθρώποις νῆσος· καὶ χείρονες ἄνδρες
χερσὶ βιησάμενοι, τὸν κρείσσονα νικήσουσι.

Τὸ γὰρ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ Ῥωμαίους τε Καρχηδονίων περιγενέσθαι καταπολεμήσαντας Ἀννίβαν, καὶ Φίλιππον Αἰτωλοῖς συμβαλόντα καὶ Ῥωμαίοις, μάχῃ κρατηθῆναι, καὶ τέλος ἐκ βυθοῦ νῆσον ἀναδῦναι μετὰ πυρὸς πολλοῦ καὶ κλύδωνος ἐπιζέσαντος, οὐκ ἂν εἴποι τις, ὡς ἀπήντησεν ἅμα πάντα καὶ συνέπεσε κατὰ τύχην αὐτομάτως, ἀλλ' ἡ τάξις ἐμφαίνει τὴν πρόγνωσιν. Καὶ τὸ Ῥωμαίοις πρὸ ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων προειπεῖν τὸν χρόνον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπαντα τὰ ἔθνη πολεμήσοιεν ἅμα· τοῦτο δὲ ἦν τὸ πολεμῆσαι τοῖς οἰκέταις ἀποστᾶσιν. Ἐν τούτοις γὰρ οὐδὲν ἀτέκμαρτον, οὐδὲ τυφλὸν, ἀμφί τε τύχην ζητεῖν ἐν ἀπειρίᾳ ὁ λόγος· ἀλλὰ πολλὰ τῆς πείρας ἐνέχυρα δίδωσι, καὶ δείκνυσι τὴν ὁδὸν, ᾗ βαδίζει τὸ πεπρωμένον. Οὐ γὰρ οἶμαί τινα ἐρεῖν, ὅτι μετὰ τούτων ὡς προεῤῥέθη συνέπεσε κατὰ τύχην· ἐπεὶ τί κωλύει λέγειν ἕτερον, ὡς οὐκ ἔγραψε τὰς Κυρίας ἡμῖν Ἐπίκουρος, ὦ Βόηθε, δόξας, ἀλλ' ἀπὸ τύχης καὶ αὐτομάτως οὕτω πρὸς ἄλληλα τῶν γραμμάτων συνεμπεσόντων, ἀπετελέσθη τὸ βιβλίον;

12. Ἅμα δὲ τούτων λεγομένων προήειμεν. Ἐν δὲ τῷ Κορινθίων οἴκῳ τὸν φοίνικα θεωμένοις τὸν χαλκοῦν, ὅσπερ ἔτι λοιπός ἐστι τῶν ἀναθημάτων, οἱ περὶ τὴν ῥίζαν ἐντετορνευμένοι βάτραχοι καὶ ὕδροι θαῦμα τῷ Διογενιανῷ παρεῖχον, ἀμέλει δὲ καὶ ἡμῖν. Οὔτε γὰρ φοῖνιξ, ὡς ἕτερα δένδρα, λιμναῖόν ἐστι καὶ φίλυδρον φυτὸν, οὔτε Κορινθίοις τι βάτραχοι προσήκουσιν, ὥστε σύμβολον ἢ παράσημον εἶναι τῆς πόλεως· ὥσπερ ἀμέ-

quorum quædam cum fortuito evenerint, similiter falsum est quod nunc dicitur, etiam si postmodo verum fiat re contingente.

XI. Hæc locuto Boetho : Vera est, inquit Serapio, hæc sententia de his quæ ita dicuntur sicut Boethus dixit, indefinite et incerto argumento : *Si victoria Imperatori prædicta fuit, vicit. Si urbi interitus, interiit.* Ubi autem non modo quid futurum sit, sed etiam quomodo, quando, qua occasione, quo auctore, prædicitur : non hoc est conjectatio fortasse futuri, sed certo futuri prædictio. Tale est oraculum de claudicatione Agesilai :

Sparta, cave, quamvis alte te gloria tollat,
rex validæ tibi det pedibus ne incommoda claudis.
Namque insperatos cogeris ferre labores,
pestiferosque diu belli subsistere fluctus.

Et illud de insula, quam ante Theram et Therasiam edidit mare : deque bello Romanorum cum Philippo rege :

Sed quando Pœnos vincet Trojana propago,
tunc incredibiles mortalibus evenient res,
immensa canum fulgebit tum mare flamma,
fulminaque ardentes per cærula vasta procellas
torquebunt, saxumque simul : quod et insula stabit
firma loco, nullique hominum de nomine nota.
Tum quoque præstantem superabunt deteriores
vi propria freti, atque invictæ robore dextræ.

Quod enim Romani brevi temporis spatio Carthaginienses subegerunt debellato Annibale, et ab iisdem ac Ætolis Philippus prælio victus est, ac tandem e profundo insula erupit cum multo igne et undis bullientibus : hæc nemo dicere potest simul omnia fortuito casu evenisse; sed ordo prædictionem indicat : ut et hoc, quod Romanis ante annos fere quingentos prædictum est tempus, quo bellum adversus omnes simul gentes gesturi essent : quod factum est, bello adversus rebelles servos suscepto. In his vero nihil est incertum, nihil obscurum, et cujus causa esset a Fortuna repetenda : sed multa experientiæ pignora præbentur, quæ viam monstrant, qua fatum incedit. Non enim puto quemquam dicturum, quod cum his sicut prædicta fuerunt inciderit fortuito. Alioquin etiam quid impedit alium dicere, non scripsisse Epicurum suas Ratas Sententias, Boethe, sed fortuna et casu, sic litteris inter se coincidentibus, librum absolutum esse?

XII. Simul his dictis progressi sumus. Cum autem in Corinthiorum domo spectaremus æream palmam, quæ sola donariorum est reliqua, torno insculptæ ad radicem ranæ et hydri Diogeniano admirationem injecerunt, atque adeo nobis quoque. Non enim palma ut aliæ arbores palustris est aut aquæ amans planta : neque Corinthiis cum ranis quicquam rei est, ut pro nota aut signo ejus urbis haberi debeant : quomodo Se-

λει Σελινούντιοί ποτε χρυσοῦν σέλινον ἀναθεῖναι λέγονται, καὶ Τενέδιοι τὸν πέλεκυν ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γινομένων περὶ τὸ καλούμενον Ἀστέριον παρ' αὐτοῖς· * μόνοι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χελωνίῳ τύπον πελέκεως ἔχουσι. Καὶ μὴν αὐτῷ γε τῷ θεῷ κόρακας καὶ κύκνους καὶ λύκους καὶ ἱέρακας καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ταῦτα εἶναι προσφιλῆ τὰ θηρία νομίζομεν. Εἰπόντος δὲ τοῦ Σεραπίωνος, ὅτι τὴν ἐξ ὑγρῶν ᾐνίξατο τροφὴν τοῦ ἡλίου καὶ γένεσιν καὶ ἀναθυμίασιν ὁ δημιουργὸς, εἴτε Ὁμήρου λέγοντος ἀκηκοὼς,

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην·

εἴτ' Αἰγυπτίους ἑωρακὼς ἀρχὴν ἀνατολῆς παιδίον νεογνὸν γράφοντας ἐπὶ λωτῷ καθεζόμενον· γελάσας ἐγὼ, Ποῦ σὺ πάλιν, εἶπον, ὦ χρηστὲ, τὴν Στοὰν δευρὶ παρωθεῖς, καὶ ὑποβάλλεις ἀτρέμα τῷ λόγῳ τὰς ἀνάψεις καὶ ἀναθυμιάσεις; οὐχ ὥσπερ αἱ Θετταλαὶ κατάγων τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον, ὡς ἐντεῦθεν ἀπὸ γῆς καὶ ὑδάτων βλαστάνοντας καὶ ἀρχομένους. Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων καὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐράνιον ὠνόμασε φυτὸν, ὥσπερ ἐκ ῥίζης ἄνω τῆς κεφαλῆς ὀρθούμενον· ὑμεῖς δὲ τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον, αὖθις ἀνταυγεῖν πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτοις προσώποις· αὐτοὶ δὲ γηγενὲς ζῷον, ἢ φυτὸν ἕλειον, ἀποφαίνετε τὸν ἥλιον, εἰς βατράχων πατρίδα ἢ ὕδρων ἐγγράφοντες. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὴν Στωϊκὴν ἀναθώμεθα τραγῳδίαν· τὰ δὲ τῶν χειροτέχνων πάρεργα παρέργως ἐξετάσωμεν. Ἐν πολλοῖς γάρ εἰσι κομψοὶ, τὸ δὲ ψυχρὸν οὐ πανταχοῦ καὶ περίεργον ἐκπεφεύγασιν. Ὥσπερ οὖν ὁ τὸν ἀλεκτρυόνα ποιήσας ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ Ἀπόλλωνος ἑωθινὴν ὑπεδήλωσεν ὥραν, καὶ καιρὸν ἐπιούσης ἀνατολῆς· οὕτως ἐνταῦθα τοὺς βατράχους ἐαρινῆς ὥρας φαίη τις ἂν γεγονέναι σύμβολον, ἐν ᾗ κρατεῖν ἄρχεται τοῦ ἀέρος ὁ ἥλιος, καὶ τὸν χειμῶνα διαλύειν· εἴ γε δεῖ καθ' ὑμᾶς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸν ἥλιον, μὴ δύο θεοὺς, ἀλλ' ἕνα νομίζειν. Καὶ ὁ Σεραπίων, Σὺ γὰρ, εἶπεν, οὐχ οὕτω νομίζεις, ἀλλὰ οἴει τὸν ἥλιον διαφέρειν τοῦ Ἀπόλλωνος; Ἔγωγε, εἶπεν, ὡς τοῦ ἡλίου τὴν σελήνην. Ἀλλ' αὕτη μὲν οὐ πολλάκις οὐδὲ πᾶσιν ἀποκρύπτει τὸν ἥλιον, ὁ δὲ ἥλιος ὁμοῦ τι πάντας ἀγνοεῖν τὸν Ἀπόλλωνα πεποίηκεν, ἀποστρέφων τῇ αἰσθήσει τὴν διάνοιαν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ φαινόμενον.

13. Ἐκ τούτου τοὺς περιηγητὰς ὁ Σεραπίων ἤρετο, τί δὴ τὸν οἶκον, οὐ Κυψέλλου τοῦ ἀναθέντος, ἀλλὰ Κορινθίων ὀνομάζουσιν. Ἀπορίᾳ δ' αἰτίας (ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ) σιωπώντων ἐκείνων, ἐπιγελάσας ἐγὼ, Τί δὲ, εἶπον, ἔτι τούτους οἰόμεθα γινώσκειν, ἢ μνημονεύειν, ἐκπεπληγμένους παντάπασιν, ὑμῶν μετεωρολεσχούντων; ἐπεὶ πρότερόν γε αὐτῶν ἠκούομεν λεγόντων, ὅτι, τῆς τυραννίδος καταλυθείσης, ἐβούλοντο Κορίνθιοι καὶ τὸν ἐν Πίσῃ χρυσοῦν ἀνδριάντα καὶ τὸν ἐνταῦθα τουτονὶ θησαυρὸν ἐπιγράψαι τῆς πόλεως. Δελφοὶ μὲν οὖν ἔδοσαν, ὡς δίκαιον, καὶ συνεχώρησαν,

linuntii quondam aureum apium (Selinum) dedicasse dicuntur : et Tenedii securim, a cancris qui apud eos nascuntur ad locum cui Asterium nomen, soli in testa formam securis expressam gestantes. Jam ipsi deo corvos, olores, lupos, accipitres, et quidvis potius quam ranas acceptum esse censemus. Serapio ad hæc cum dixisset, ostendisse opificem hoc, Solem nasci et ali ex humore et exhalationibus, sive Homerum is audivisset ita loquentem :

Jam stagnum exoriens Phœbea relinquit amœnum
Lampas ;—

sive Ægyptios vidisset orientem Solem exprimere picto puerulo qui loto insideret; ridens ego : Quorsum, inquam, bone vir, denuo huc Stoam tu contrudis, ac disputationi sensim inflammationes istas et exhalationes inseris? non sicut Thessalæ mulieres lunam et solem cœlo devocas, dum hinc a terra oriri et vegetare eos ais. Nam Plato quidem ipsum hominem appellavit plantam cœlestem, quasi a radice superne capite erectum : vos autem Empedoclem deridetis, qui dixisset solem, cum in terra luminis reflexu cœlestis exstitisset, rursus resplendentem

Intrepido vultu cœli convexa tueri :

et ipsi interim Solem facitis animal terra natum aut palustrem plantam, eumque ranarum patriæ et hydrorum accensetis. Verum hæc nos in Stoicam tragœdiam differamus : quæ vero artifices obiter præter institutum fecerunt, nos quoque obiter et aliud agentes examinemus. Sunt quidem in multis elegantes : sed ineptias et curiositatem non ubique evitant. Sicut ergo qui gallum super manu Apollinis pinxit, matutinum voluit significare tempus, et solis ortum appetentem : ita hic ranas aliquis possit vernæ tempestatis symbolum interpretari, quando sol aeri dominari, et hiemem discutere incipit : si quidem de vestra sententia sol et Apollo non duo dii, sed unus sunt habendi. Tu vero, aiebat Serapio, non idem sentis, sed Apollinem a sole alium esse censes? Omnino, inquam, sicut luna a sole differt : verum luna neque sæpe, neque omnibus solem occultat; sol autem fere apud omnes homines ut ignoretur Apollo effecit, sensu intelligentiam avertens ab eo quod est ad id quod apparet.

XIII. Deinde Serapio ex enarratoribus quæsivit, Cur domum non Cypseli qui dedicavit, sed Corinthiorum nominent. Qui cum tacerent, quia, puto, causa quam redderent destituebantur : ipse renidens : Quid vero, inquam, putamus istos jam scire aut meminisse, stupefactos plane nostro de cœlestibus rebus garritu? Ante quidem eos audivimus dicere, tyrannide eversa voluisse Corinthios et auream Pisæ statuam, et eum qui hic est thesaurum urbi suæ transcribere. Atque id Delphos, ut justum, concessisse : Eleos, quod invidissent

Ἠλείους δὲ φθονήσαντας ἐψηφίσαντο μὴ μετέχειν Ἰσθμίων· ὅθεν οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου γέγονεν Ἰσθμίων ἀγωνιστὴς Ἠλεῖος. Ὁ δὲ Μολιονιδῶν φόνος ὑφ' Ἡρακλέους περὶ Κλεωνὰς οὐδέν ἐστι μεταίτιος (ὡς ἔνιοι νομίζουσιν) Ἠλείοις τοῦ εἴργεσθαι· τοὐναντίον γὰρ ἦν αὐτοῖς προσῆκον εἴργειν, εἰ διὰ τοῦτο Κορινθίοις προσκεκρούκεσαν. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἶπον.

14. Ἐπεὶ δὲ τὸν Ἀκανθίων καὶ Βρασίδου παρελθοῦσιν οἶκον ἡμῖν ἔδειξεν ὁ περιηγητὴς χωρίον, ἐν ᾧ Ῥοδώπιδος ἔκειντο ποτὲ τῆς ἑταίρας ὀβελίσκοι σιδηροῖ, δυσχεράνας ὁ Διογενιανὸς, Ἦν ἄρα τῆς αὐτῆς, ἔφη, πόλεως Ῥοδώπιδι μὲν χώραν παρασχεῖν, ὅπου τὰς δεκάτας φέρουσα καταθήσεται τῶν μισθῶν, * Αἴσωπον δὲ ἀπολέσαι τὸν ὁμόδουλον αὐτῆς. Καὶ ὁ Σεραπίων, Τί δὲ ταῦτα, ἔφη, μακάριε, δυσχεραίνεις; Ἐκεῖ βλέψον ἄνω, καὶ τὴν χρυσῆν ἐν τοῖς στρατηγοῖς καὶ βασιλεῦσι θέασαι Μνησαρέτην, ἥν Κράτης εἶπε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνακεῖσθαι τρόπαιον. Ἰδὼν οὖν ὁ νεανίας, Εἶτα περὶ Φρύνης, ἔφη, τοῦτο ἦν εἰρημένον τῷ Κράτητι; Ναὶ, εἶπεν ὁ Σεραπίων· Μνησαρέτη γὰρ ἐκαλεῖτο, τὴν δὲ Φρύνην ἐπίκλησιν ἔσχε διὰ τὴν ὠχρότητα. Πολλὰ δὲ, ὡς ἔοικε, τῶν ὀνομάτων ἀποκρύπτουσιν αἱ παρωνυμίαι. Τὴν γοῦν Ἀλεξάνδρου μητέρα, Πολυξένην, εἶτα Μυρτάλην, Ὀλυμπιάδα τε καὶ Στρατονίκην κληθῆναι λέγουσι· τὴν δὲ Κορινθίαν Εὔμητιν, ἄχρι νῦν Κλεοβούλην πατρόθεν οἱ πλεῖστοι καλοῦσιν· Ἡροφίλην δὲ τὴν Ἐρυθραίαν, μαντικὴν γενομένην, Σίβυλλαν προσηγόρευσαν. Τῶν δὲ γραμματικῶν ἀκούσῃ καὶ τὴν Λήδαν, Μνησινόην, καὶ τὸν Ὀρέστην, Ἀχαιὸν ὠνομάσθαι φασκόντων. Ἀλλὰ πῶς, ἔφη, διανοῇ σὺ, βλέψας πρὸς τὸν Θέωνα, τουτὶ διαλῦσαι τὸ περὶ Φρύνης αἰτίαμα;

15. Κἀκεῖνος ἡσυχῇ διαμειδιάσας· Οὕτως, εἶπεν, ὥς γε καὶ σοὶ προσεγκαλεῖν τὰ μικρότατα τῶν Ἑλληνικῶν πλημμελημάτων ἐλέγχοντι. Καθάπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἑστιώμενος ἐν Καλλίου τῷ μύρῳ πολεμεῖ μόνον, ὀρχήσεις δὲ παίδων καὶ κυβιστήσεις, καὶ φιλήματα καὶ γελωτοποιοὺς ὁρῶν ἀνέχεται· καὶ σύ μοι δοκεῖς ὁμοίως γύναιον εἴργειν τοῦ ἱεροῦ χρησάμενον ὥρᾳ σώματος οὐκ ἐλευθερίως, φόνων δὲ καὶ πολέμων καὶ λεηλασιῶν ἀπαρχαῖς καὶ δεκάταις κύκλῳ περιεχόμενον τὸν θεὸν ὁρῶν, καὶ τὸν νεὼν σκύλων Ἑλληνικῶν ἀνάπλεω καὶ λαφύρων, οὐ δυσχεραίνεις· οὐδὲ οἰκτείρεις τοὺς Ἕλληνας, ἐπὶ τῶν καλῶν ἀναθημάτων αἰσχίστας ἀναγινώσκων ἐπιγραφὰς, Βρασίδας καὶ Ἀκάνθιοι ἀπὸ Ἀθηναίων, καὶ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Κορινθίων, καὶ Φωκεῖς ἀπὸ Θεσσαλῶν, Ὀρνεᾶται δ' ἀπὸ Σικυωνίων, Ἀμφικτυόνες δ' ἀπὸ Φωκέων. Ἀλλὰ Πραξιτέλης, ὡς ἔοικε, μόνος ἠνίασε Κράτητα τῇ ἐρωμένῃ τυχὼν αὐτόθι δωρεᾶς, ὃν ἐπαινεῖν ὤφειλε Κράτης, ὅτι τοῖς χρυσοῖς βασιλεῦσι τούτοις παρέστησε χρυσῆν ἑταῖραν, ἐξονειδίζων τὸν πλοῦτον ὡς οὐδὲν ἔχοντα θαυμάσιον οὐδὲ σεμνόν. Δικαιοσύνης γὰρ ἀναθήματα καὶ σωφροσύνης καὶ μεγαλονοίας καλῶς ἔχει τίθεσθαι παρὰ τὸν θεὸν, καὶ

eam ipsis gloriam, decreto Corinthiorum fuisse Isthmia festivitate prohibitos : quare postmodo nullus Eleorum Isthmia certavit. Quod autem Molionidæ ab Hercule apud Cleonas sunt occisi, id nihil fecit ad excludendum Eleos, quod nonnulli opinantur : contra enim ipsis conveniebat arcere, si ea de causa Corinthios offendissent. Hæc ego tum d xi.

XIV. Cum autem Acanthiorum et Brasidæ thesaurum nobis transeuntibus, nobis interpres locum monstraret, in quo ferrei obelisci Rhodopidis meretricis quondam fuerant siti ; succensens Diogenianus : Fuit omnino, aiebat, ejusdem civitatis Rhodopidi locum præbere, quo decimas suarum mercedum deponeret, et Æsopum ejus conservum interficere. Et Serapio : Cur, inquit, isthæc tu indigne fers? Quin oculos attollis, et auream inter imperatores ac reges stantem Mnesaretam contemplaris, quam Crates aiebat tropæum de intemperantia Græcorum esse statutam? Quam cum vidisset adolescens : Atqui, dicebat, de Phryna hoc Crates pronunciaverat. Næ, respondebat Serapio, Mnesarete enim nomen fuit, sed Phrynes cognomentum tulit ob pallorem. Multa autem nomina videmus ab cognominibus occultari. Alexandri quidem matrem Polyxenam, porro Myrtalem, Olympiadem, et Stratonicam dictam perhibent. Eumetin quoque Corinthiam plerique a patre Cleobulo Cleobulinam vocant. Herophilam Erythream, fatidica quod esset, Sibyllam appellaverunt. Grammaticos quoque audies Ledam Nemesis, Orestem Achæi nomine afficientes. Sed quomodo tu censes (Theonem aspiciens hæc dicebat), hoc de Phryna crimen posse dilui?

XV. Ad hæc leniter subridens Theo : Ita sane, ait, ut præterea etiam te culpem, qui levissima Græcorum peccata insecteris. Sicut enim Socrates in Calliæ domo convivio adhibitus id reprehendit, quod unguento tantum inimicus, saltationes puerorum, in caput provolutiones, oscula, sanniones videret æquo animo : ita tu plane mihi videris a templo arcere mulierculam non liberaliter forma et ætate sua usam : cum autem videas cædium, bellorum deprædationumque primitiis ac decimis in orbem cingi deum, non indignaris, non miseraris Græcos, pulcherrimorum donariorum turpissimas legens inscriptiones hasce : *Brasidas et Acanthii de Atheniensibus; Athenienses de Corinthiis; Phocenses de Thessalis; Orneatæ de Sicyoniis; Amphictyones de Phocensibus.* Nimirum autem soli Praxiteli Crates succensuit, qui hoc suæ amasiæ donum dedisset ; cum laudare eum debuerit quod aureis istis regibus apposuit auream meretricem, divitiis hoc exprobrans, quod nihil venerabile eis inest, nihil admirabile. Justitiæ enim donaria, temperantiæ, magnanimitatis, dedicare diis reges et principes conve-

τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, οὐ χρυσῆς καὶ τρυφώσης εὐπορίας, ἧς μέτεστι καὶ τοῖς αἴσχιστα βεβιωκόσιν.

16. Ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπεν ἅτερος τῶν περιηγητῶν, ὅτι Κροῖσος ἐνταῦθα καὶ τῆς ἀρτοποιοῦ χρυσῆν εἰκόνα ποιησάμενος ἀνέθηκε, πλὴν οὐκ ἐντρυφῶν τῷ ἱερῷ, καλὴν δὲ λαβὼν αἰτίαν καὶ δικαίαν. Λέγεται γὰρ Ἀλυάττην τὸν πατέρα τοῦ Κροίσου δευτέραν ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παῖδας ἑτέρους τρέφειν· ἐπιβουλεύουσαν οὖν τῷ Κροίσῳ τὴν ἄνθρωπον, φάρμακον δοῦναι τῇ ἀρτοποιῷ, καὶ κελεῦσαι διαπλάσασαν ἄρτον ἐξ αὐτοῦ, τῷ Κροίσῳ παραθεῖναι· τὴν δ' ἀρτοποιὸν κρύφα τῷ Κροίσῳ φράσαι, παραθεῖναι δὲ τοῖς ἐκείνης παισὶ τὸν ἄρτον· ἀνθ' ὧν βασιλεύσαντα τὸν Κροῖσον, οἷον ἐπὶ μάρτυρι τῷ θεῷ τὴν χάριν ἀμείψασθαι τῆς γυναικὸς, εὖγε ποιοῦντα ἐκεῖνον. Ὅθεν, εἶπεν, ἄξιον δὴ καὶ τῶν πόλεων εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἀνάθημα τιμᾶν καὶ ἄγασθαι, οἷον τὸ Ὀπουντίων. Ἐπεὶ γὰρ οἱ Φωκέων τύραννοι πολλὰ τῶν χρυσῶν καὶ ἀργυρῶν ἀναθημάτων συγχέαντες ἔκοψαν νόμισμα καὶ διέσπειραν εἰς τὰς πόλεις, Ὀπούντιοι συναγαγόντες ὅσον ἀργύριον, ὑδρίαν ἀνέπεμψαν ἐνθάδε τῷ θεῷ καὶ καθιέρωσαν. Ἐγὼ δὲ καὶ Μυριναίους ἐπαινῶ καὶ Ἀπολλωνιάτας, * θέρη χρυσᾶ δεῦρο πέμψαντας· ἔτι δὲ μᾶλλον Ἐρετριεῖς καὶ Μάγνητας, ἀνθρώπων ἀπαρχαῖς δωρησαμένους τὸν θεὸν, ὡς καρπῶν δοτῆρα, καὶ πατρῷον καὶ γενέσιον καὶ φιλάνθρωπον· αἰτιῶμαι δὲ Μεγαρεῖς, ὅτι μόνοι σχεδὸν ἐνταῦθα λόγχην ἔχοντα τὸν θεὸν ἔστησαν ἀπὸ τῆς μάχης, ᾗ Ἀθηναίους, μετὰ τὰ Περσικὰ τὴν πόλιν ἔχοντας αὐτῶν, νικήσαντες ἐξέβαλον. Ὕστερον μέντοι πλῆκτρον ἀνέθηκαν τῷ θεῷ χρυσοῦν ἐπιστήσαντες, ὡς ἔοικε, Σκυθινῷ λέγοντι περὶ τῆς λύρας, ἣν ἁρμόζεται Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων, πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος συλλαβών· ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον ἡλίου φάος.

17. Ἐπιβάλλοντος δὲ τοῦ Σεραπίωνος εἰπεῖν τι περὶ τούτων, ὁ ξένος, Ἡδὺ μὲν, ἔφη, τὸ τοιούτων ἀκροάσθαι λόγων, ἐμοὶ δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν πρώτην ὑπόσχεσιν ἀπαιτῆσαι περὶ τῆς αἰτίας, ᾗ πέπαυκε τὴν Πυθίαν ἐν ἔπεσι καὶ μέτροις ἄλλοις θεσπίζουσαν· ὥστε, εἰ δοκεῖ, τὰ λειπόμενα τῆς θέας ὑπερθέμενοι, περὶ τούτων ἀκούσωμεν, ἐνταῦθα καθίσαντες. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μάλιστα πρὸς τὴν τοῦ χρηστηρίου πίστιν ἀντιβαίνων λόγος· ὡς δυοῖν θάτερον, ἢ τῆς Πυθίας τῷ χωρίῳ μὴ πελαζούσης, ἐν ᾧ τὸ θεῖόν ἐστιν, ἢ τοῦ πνεύματος παντάπασιν ἀπεσβεσμένου, καὶ τῆς δυνάμεως ἐκλελοιπυίας. Περιελθόντες οὖν ἐπὶ τῶν μεσημβρινῶν καθεζόμεθα κρηπίδων νεὼ πρὸς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν τό τε ὕδωρ ἀποβλέποντες· ὥστε εὐθὺς εἰπεῖν τὸν Βόηθον, ὅτι καὶ ὁ τόπος τῆς ἀπορίας συνεπιλαμβάνεται τῷ ξένῳ. Μουσῶν γὰρ ἦν ἱερὸν ἐνταῦθα περὶ τὴν ἀναπνοὴν τοῦ νάματος, ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ, ὥς φησι Σιμωνίδης·

Ἔνθα χερνίβεσσιν ἀρύεται
Μουσᾶν καλλικόμων ὑπένερθεν ἁγνὸν ὕδωρ.

niebat : non aureæ et luxuriosæ abundantiæ, quæ obtingit interdum etiam turpissime viventibus.

XVI. Id vero non commemoras, aiebat alter Interpretum, quod Crœsus hic etiam ancillæ suæ pistrici auream statuam posuit. Non quidem ille, [inquit Theo], per luxuriam insultans templo, sed causam nactus justam atque honestam. Traditum est enim Alyattem Crœsi patrem inducta filio noverca alios sustulisse liberos : novercam Crœso insidiantem, venenum pistrici dedisse, ac jussisse ut panem ex eo effictum Crœso daret : ea re clanculum Crœso indicata, panem novercæ pueris istum apposuisse ; itaque Crœsum regno potitum, veluti teste Deo gratiam bonam mulieri retulisse, laudabili sane instituto. Itaque dignum est etiam urbium si qua sunt talia donaria, ea venerari : quale in primis est Opuntiorum. Cum enim Phocensium tyranni multa aureorum et argenteorum donariorum conflavissent, et ex ea massa cusam monetam per urbes dispersissent, Opuntii tantum collegere, ut hydriam ex eo argenteam conficerent, eamque hic dedicaverunt. Ego autem Myrinæos quoque et Apolloniatas laudo, qui aureas messes huc miserunt : magis etiam Eretrienses ac Magnetas qui hominum primitiis Deum donaverunt, ut frugum datorem, paternum, genitalem, et humanum : Megarenses autem culpo, quod soli fere Deum hic hastatum posuerunt, de pugna, qua post bellum Persicum Athenienses, qui urbem ipsorum obtinebant, victos ejecerunt. Postea quidem temporis aureum Deo plectrum dedicaverunt : obtemperantes, ut apparet, Scythino, qui sic de lyra scripsit :

Concinnat hanc Apollo filius Jovis
formosus, initia finesque omnes continens,
plectrumque splendidum solis radios habens.

XVII. Hic cum Serapio aggrederetur aliquid de istis dicere : Hospes, Jucundum quidem, inquit, est hujusmodi audire sermones; me autem necessitas cogit primum propositum reposcere de causa, cur Pythia desierit heroico aliisque carminibus oracula edere. Itaque, si vobis est volentibus, reliquum spectaculi in aliud rejicientes tempus, huc assideamus, eaque de re commentemur. Nam hæc potissimum ratio est, quæ oraculo fidem derogat : quod alterutrum horum videtur esse, aut Pythiam non accedere ad locum in quo numen est. aut spiritum prorsus exstinctum esse, et vim defecisse. Circumeuntes ergo consedimus in meridianis sedilibus templi, pone fanum Telluris : in aquam contuentes, ut statim dixerit Boethus, ipsum locum hospitis dubitationi patrocinari. Erat enim ibi ad laticum exspirationem delubrum Musarum, unde et ad libationes aquam sumebant, ut ait Simonides :

Unde pollubris manuum latex pulchricomarum
Musarum sursum hauritur ;

Μικρῷ δὲ περιεργότερον αὖθις ὁ Σιμωνίδης, τὴν Κλειὼ προσειπὼν ἁγνὰν ἐπίσκοπον, χερνίβων, φησὶ, πολύλιστον ἀραιόν τέ ἐστιν ἀχρυσόπεπλον εὐῶδες ἀμβροσίων ἐκ μυχῶν ἐρανὸν ὕδωρ. Οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὔδοξος ἐπίστευσε τοῖς Στυγὸς ὕδωρ τοῦτο καλεῖσθαι ἀποφήνασι. Τὰς δὲ Μούσας ἱδρύσαντο παρέδρους τῆς μαντικῆς καὶ φύλακας αὐτοῦ παρὰ τὸ νᾶμα, καὶ τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, ἧς λέγεται τὸ μαντεῖον γενέσθαι, [διὰ] τὴν ἐν μέτροις καὶ μέλεσι χρησμῳδίαν. Ἔνιοι δὲ καὶ πρῶτόν φασιν ἡρῷον ἐνταῦθα μέτρον ἀκουσθῆναι·

Συμφέρετε πτερὰ, οἰωνοὶ, κηρόν τε, μέλισσαι,

ὅτε τῷ θεῷ ἐπιδεᾶ γενομένην ἀποβαλεῖν τὸ σεμνόν.

18. Ὁ Σεραπίων, Ἐπιεικέστερα ταῦτα, εἶπεν, ὦ Βόηθε, καὶ μουσικώτερα. Δεῖ γὰρ μὴ μάχεσθαι πρὸς τὸν θεὸν, μηδὲ ἀναιρεῖν μετὰ τῆς μαντικῆς ἅμα τὴν πρόνοιαν καὶ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τῶν ὑπεναντιοῦσθαι δοκούντων λύσεις ἐπιζητεῖν, τὴν δὲ εὐσεβῆ καὶ πάτριον μὴ προΐεσθαι πίστιν. Ὀρθῶς, ἔφην ἐγὼ, λέγεις, ἄριστε Σεραπίων· οὐδὲ γὰρ φιλοσοφίαν ἀπεγινώσκομεν ὡς ἀνῃρημένην παντάπασι καὶ διεφθορυῖαν, ὅτι πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς· ὕστερον δ' ἐπαύσαντο καὶ πέπαυνται χρώμενοι μέτροις πλὴν σοῦ· διὰ σοῦ δὲ αὖθις εἰς φιλοσοφίαν ποιητικὴ κάτεισιν, ὄρθιον καὶ γενναῖον ἐγκελευομένη τοῖς νέοις. Οὐδ' ἀστρολογίαν ἀδοξοτέραν ἐποίησαν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον καὶ Τιμόχαριν καὶ Ἀρίστυλλον καὶ Ἵππαρχον, καταλογάδην γράφοντες, ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς * ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναφερομένην Ἀστρολογίαν. Πίνδαρος δὲ καὶ περὶ τρόπου μελῳδίας ἀμελουμένου καθ' αὑτὸν ἀπορεῖν ὁμολογεῖ, καὶ θαυμάζει, ὅτι * * * οὐδὲν γάρ ἐστι δεινὸν οὐδὲ ἄτοπον αἰτίας ζητεῖν τῶν τοιούτων μεταβολῶν· ἀναιρεῖν δὲ τὰς τέχνας καὶ τὰς δυνάμεις, ἄν τι κινηθῇ καὶ παραλλάξῃ τῶν κατὰ ταύτας, οὐ δίκαιον.

19. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Θέων, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, εἶπεν, μεγάλας ἔσχηκε τῷ ὄντι παραλλαγὰς καὶ καινοτομίας· τῶν δ' ἐνταῦθα πολλοὺς καὶ τότε καταλογάδην ἐκφερομένους καὶ περὶ πραγμάτων οὐ τῶν τυχόντων· Λακεδαιμονίοις τε γὰρ, ὡς Θουκυδίδης ἱστόρηκε, περὶ τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου χρωμένοις, ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος, καὶ βοηθήσειν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος καὶ ἀπαράκλητος· καὶ Παυσανίαν εἰ μὴ καταγάγοιεν ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξειν. Ἀθηναίοις περὶ τῆς ἐν Σικελίᾳ μαντευομένοις στρατιᾶς προσέταξε τὴν ἐξ Ἐρυθρῶν ἱέρειαν ἀνάγειν τῆς Ἀθηνᾶς· ἐκαλεῖτο δὲ Ἡσυχία τὸ γύναιον. Δεινομένους δὲ τοῦ Σικελιώτου μαντευομένου περὶ τῶν υἱέων, ἀνεῖλεν, ὡς οἱ τρεῖς τυραννήσοιεν· ὑποτυχόντος δὲ τοῦ Δεινομένους, Οἰμωξόμενοί γε, ὦ

rursusque idem paululum exquisitius, Clionem vocans castam procuratricem, ait

> Malluviorum optabilis, rara, et veste carens aurea
> odorata ex ambrosiis aqua penetralibus.

Non recte ergo Eudoxus credidit iis, qui hanc aquam Stygis vocari dixerunt. Musas vero vaticinio collocaverunt assidentes, ejusque custodes ibi ad aquam et Telluris templum, cujus dicitur ipsum fuisse oraculum, ob numeris et carmine contentam divinationem. Quidam etiam primum heroicum versum ibi aiunt auditum :

> Congerite huc pennam, volucres, et apes sua mella,

quando obnoxia deo facta amisit majestatem.

XVIII. Tum Serapio : Æquiora, inquit, hæc, Boethe, et Musis magis congruentia. Non enim repugnandum est Deo, neque simul cum vaticinio providentia et numen tolli debent : sed quærendæ sunt eorum quæ adversari videntur solutiones, interim pia et a majoribus ad nos propagata persuasio non est prodenda. Recte dicis, inquam ego, optime Serapio. Nam philosophiam quoque non ideo pro deplorata habebamus prorsus aut corrupta, quia antiquitus carmine suas sententias philosophi proferebant, ut Orpheus, Hesiodus, Parmenides, Xenophanes, Empedocles, Thales : postea vero desierunt versibus uti, te excepto : cujus opera rursum in philosophiam poetica se ingerit, adolescentibus classicum ingenue canens. Neque astrologiam contemptiorem reddiderunt Aristarchus, Timocharis, Aristyllus, Hipparchus, soluta oratione eam describentes : cum de ea ante carmine scripsissent Eudoxus, Hesiodus, Thales, si quidem is auctor vere est ejus quæ ipsi inscribitur Astrologiæ. Pindarus quoque de modo cantilenæ neglecto sua ætate dubitare se fatetur, et mirari quod * * * Non enim iniquum est aut absurdum, causas quærere hujusmodi mutationum : injustum vero est artes ipsas et facultates abolere, si quid in iis mutatum sit.

XIX. Sub hæc Theo : Atqui isthæc, inquit, magnas re vera mutationes et innovationes passa sunt : oracula multa etiam dudum prosa oratione sunt edita, ac de rebus ea haud levibus. Lacedæmoniis, ut scribit Thucydides, de bello contra Athenienses oraculum scitantibus Deus victoriam pollicitus est, seque vocatum et non vocatum auxilio futurum. Et Pausaniam si non reducerent argenteo vomere araturos. Atheniensibus de expeditione in Siciliam consulentibus mandavit, ut antistitam Minervæ quæ Erythris erat, ducerent. Ei nomen erat Hesychia (quod significat *quietem* : et cessare ipsos ac quiescere Deus volebat). Dinomeni Siculo de filiis oraculum petenti, respondit tres tyrannidem gesturos : cumque subjecisset Dinomenes : *Quæ*

δέσποτα Ἄπολλον, Καὶ τοῦτό σοι, ἔφη, διδόναι καὶ προσαναιρεῖν. Ἴστε τοίνυν, ὅτι Γέλων μὲν ὑδρωπιῶν, Ἱέρων δὲ λιθιῶν ἐτυράννησεν· ὁ δὲ τρίτος Θρασύβουλος ἐν στάσεσι καὶ πολέμοις γενόμενος χρόνον οὐ πολὺν ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. Προκλῆς τοίνυν, ὁ Ἐπιδαύρου τύραννος, ἄλλους τε πολλοὺς ὠμῶς καὶ παρανόμως ἀνεῖλε, καὶ Τίμαρχον ἀπ' Ἀθηνῶν παραγενόμενον μετὰ χρημάτων πρὸς αὐτὸν ὑποδεξάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς ἀπέκτεινε, καὶ τὸ σῶμα κατεπόντισεν ἐμβαλὼν εἰς φορμόν· ἔπραξε δὲ ταῦτα διὰ Κλεάνδρου τοῦ Αἰγινήτου, τῶν ἄλλων ἀγνοούντων· ὕστερον δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῷ ταραττομένων, ἔπεμψεν ἐνταῦθα Κλεότιμον τὸν ἀδελφὸν ἐν ἀπορρήτῳ μαντευσόμενον περὶ φυγῆς αὐτοῦ καὶ μεταστάσεως. Ἀνεῖλεν οὖν ὁ θεὸς, διδόναι Προκλεῖ φυγὴν καὶ μετάστασιν, ὅπου τὸν φορμὸν ἐκέλευσε καταθέσθαι τὸν Αἰγινήτην ξένον, ἢ ὅπου τὸ κέρας ἀποβάλλει ὁ ἔλαφος. Συνεὶς οὖν ὁ τύραννος, ὅτι κελεύει καταποντίζειν αὑτὸν ἢ κατορύττειν ὁ θεὸς (οἱ γὰρ ἔλαφοι κατορύττουσι καὶ ἀφανίζουσι κατὰ τῆς γῆς, ὅταν ἐκπέσῃ τὸ κέρας), ἐπέσχεν ὀλίγον χρόνον, εἶτα τῶν πραγμάτων παντάπασι μοχθηρῶν γενομένων, ἐξέπεσε. Λαβόντες δ' αὐτὸν οἱ τοῦ Τιμάρχου φίλοι καὶ διαφθείραντες, ἐξέβαλον τὸν νεκρὸν εἰς τὴν θάλασσαν. Ὃ δ' ἐστι μέγιστον, αἱ ῥῆτραι, δι' ὧν ἐκόσμησε τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν Λυκοῦργος, ἐδόθησαν αὐτῷ καταλογάδην. Ἀλυρίου τοίνυν καὶ Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων, Θεόπομπος οὐδενὸς ἧττον ἀνθρώπων ἐσπουδακὼς περὶ τὸ χρηστήριον, ἰσχυρῶς ἐπιτετίμηκε τοῖς μὴ νομίζουσι κατὰ τὸν τότε χρόνον ἔμμετρα τὴν Πυθίαν θεσπίζειν· εἶτα τοῦτο βουλόμενος ἀποδεῖξαι, παντάπασιν ὀλίγων χρησμῶν ηὐπόρηκεν, ὡς τῶν ἄλλων καὶ τότε ἤδη καταλογάδην ἐκφερομένων.

20. Ἔνιοι δὲ καὶ νῦν μετὰ μέτρων ἐκτρέχουσιν, ὧν ἕνα καὶ πρᾶγμα περιβόητον πεποίηκε. Μισογύνου Ἡρακλέους ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Φωκίδι, καὶ νομίζεται τὸν ἱερωμένον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ γυναικὶ μὴ ὁμιλεῖν· διὸ καὶ πρεσβύτας ἐπιεικῶς ἱερεῖς ἀποδεικνύουσι. Πλὴν ἔμπροσθεν ὀλίγῳ χρόνῳ νεανίας οὐ πονηρὸς, ἀλλὰ φιλότιμος, ἐρῶν παιδίσκης, ἔλαβε τὴν ἱερωσύνην. * Καὶ τὸ πρῶτον ἦν ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ, καὶ ἔφυγε τὴν ἄνθρωπον· ἀναπαυομένῳ δ' αὐτῷ ποτε μετὰ πότον καὶ χορείαν προσπεποῦσαν διεπράξατο. Φοβούμενος οὖν καὶ ταραττόμενος, ἐπὶ τὸ μαντεῖον κατέφυγε, καὶ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἠρώτα τὸν θεὸν, εἴ τις εἴη παράκλησις, ἢ λύσις· ἔλαβε δὲ τόνδε τὸν χρησμόν·

Ἅπαντα τἀναγκαῖα συγχωρεῖ θεός.

Οὐ μὴν ἀλλὰ δοὺς ἄν τις, ὡς οὐδὲν ἄνευ μέτρου θεσπίζεται καθ' ἡμᾶς, μᾶλλον διαπορήσει καὶ περὶ τῶν παλαιῶν, ποτὲ μὲν μέτροις, ποτὲ δ' ἄνευ μέτρων διδόντων τὰς ἀποκρίσεις. Ἔστι δ' οὐδέτερον, ὦ παῖ, παράλογον, μόνον ἂν ὀρθὰς καὶ καθαρὰς περὶ τοῦ θεοῦ δόξας ἔχω-

res nimirum, Apollo domine, iis vertet male; respondit Deus, *Id quoque se ei dare ac promittere.* Scitis autem Gelonem aqua intercute, Hieronem calculo renum, divexatos tyrannidem gessisse: tertius Thrasybulus bellis seditionibusque conflictatus, imperio, quod non diu tenuit, ejectus fuit. Procles Epidauri tyrannus cum alios multos crudeliter nefarieque necavit: tum Timarchum, quem Athenis venientem cum pecunia hospitio comiter exceperat, interfecit: cadaverque ejus storea involutum in mare abjecit, usus ad hæc Cleandri Æginetæ opera, aliis ignorantibus. Postea rebus ipsius conturbatis, huc misit Cleotimum fratrem arcane consulturum de exsilio et migratione. Huic respondit Deus, Fugam se eo et migrationem Procli concedere quo is stoream deponi ab Ægineta hospite jussisset, aut quo cervus cornu abjicit. Intelligens itaque tyrannus sibi a Deo imperari ut vel in mare demergeret se ipsum vel defoderet (nam cervi cornua delapsa in terram defodiendo tollunt e medio), paululum temporis exspectavit: deinde rebus plane pessum euntibus, profugit. Nacti autem eum amici Timarchi interfecerunt, cadaverque in mare projecerunt. Quod vero maximum est, rhetræ illæ secundum quas Lacedæmoniorum rempublicam Lycurgus composuit, soluta oratione ei datæ sunt. Jam cum Alyrius, Herodotus, Philochorus, et Isther, qui maxime in id incubuerunt ut carmine dicta oracula conscriberent, oracula etiam prosa oratione edita retulerint; Theopompus, quo nemo hominum diligentius oraculi hujus res scrutatus est, vehementer eos reprehendit qui putarent istis temporibus Pythiam carmine non respondisse: et cum demonstrare vellet suam deinde sententiam, admodum pauca oracula potuit proferre: quia nimirum reliqua jam tum soluto sermone ederentur.

XX. Nonnulla tamen hodieque carmine redduntur, quorum unum etiam res ipsa celebre fecit. Est in Phocide templum Herculis mulierum osoris, et statutum ut sacerdos toto anno mulieribus se abstineat; itaque fere senibus id sacerdotium committitur. Tamen paulo ante tempore adolescens non malus, et liberali ingenio, id munus accepit, puellam quamdam tum amans. Is cum ab initio continens suique potens amasiam fugeret, quodam tempore eam, cum ad ipsum quieti post convivium et choreas deditum irrueret, confecit. Metuens ergo sibi et turbatus, ad oraculum confugit, quæsivitque an aliqua sui peccati esset expiatio; hocque illi datum est oraculum: *Omnia necessaria concedit Deus.* Enimvero dans hoc aliquis, nihil cum numeris hodie responderi, magis etiam dubitaverit de priscis temporibus, cum aliquando soluta, interdum numeris astricta oratione fata Deus cecinerit. Sed neutrum, mi adolescens, a ratione est alienum, modo rectas et puras de Deo habeamus opiniones: neque

μεν, καὶ μὴ νομίζωμεν αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν τὰ ἔπη συντιθέντα πρότερον, καὶ νῦν ὑποβάλλοντα τῇ Πυθίᾳ τοὺς χρησμοὺς, ὥσπερ ἐκ προσωπείων φθεγγόμενον.

21. Ἀλλ' αὖθις ἄξιον μέν ἐστι διὰ μακροτέρων εἰπεῖν τι καὶ πυθέσθαι περὶ τούτων, τὰ δὲ νῦν ἐν βραχεῖ μαθόντες διαμνημονεύωμεν, ὡς σῶμα μὲν ὀργάνοις χρῆται πολλοῖς, αὐτῷ δὲ σώματι ψυχὴ καὶ μέρεσι τοῖς σώματος· ψυχὴ δὲ ὄργανον θεοῦ γέγονεν· ὀργάνου δ' ἀρετὴ μάλιστα μιμεῖσθαι τὸ χρώμενον ᾗ πέφυκε δυνάμει, καὶ παρέχειν τὸ ἔργον αὐτοῦ τοῦ νοήματος ἐν αὐτῷ δυναμένῃ, δεικνύναι δ' οὐχ οἷον ἦν ἐν τῷ δημιουργῷ καθαρὸν καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀναμάρτητον, ἀλλὰ μεμιγμένον [πολλῷ τῷ ἀλλοτρίῳ]· καθ' ἑαυτὸ γὰρ ἄδηλον ἡμῖν· ἕτερον δὲ καὶ δι' ἑτέρου φαινόμενον ἀναπίμπλαται τῆς ἐκείνου φύσεως. Καὶ κηρὸν μὲν ἐῶ, καὶ χρυσὸν, ἄργυρόν τε καὶ χαλκὸν, ὅσα τε ἄλλα πλαττομένης οὐσίας εἴδη δέχεται μὲν ἰδέαν μίαν ἐκτυπουμένης ὁμοιότητος, ἄλλο δ' ἄλλην ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ μιμήματι διαφορὰν προστίθησι, καὶ τὰς ἐν κατόπτροις ἐπιπέδοις τε καὶ κοίλοις καὶ περιηγέσι φασμάτων καὶ εἰδώλων ἀφ' ἑνὸς εἴδους μυρίας παρατυπώσεις. Καὶ γὰρ ἡλίῳ οὐδὲν οὔτε μᾶλλον ἰδέαν ἔοικε, οὔτε ὡς ὄργανον χρῆσθαι φύσει γέγονεν εὐπειθέστερον σελήνης· λαμβάνουσα δὲ παρ' ἡλίου τὸ λαμπρὸν καὶ πυρωπὸν, οὐχ ὅμοιον ἀποπέμπει πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ μιχθὲν αὐτῇ, καὶ χρόαν μετέβαλε καὶ δύναμιν ἔσχεν ἑτέραν· ἡ δὲ θερμότης καὶ παντάπασιν ἐξοίχεται καὶ προλέλοιπε τὸ φῶς ὑπὸ ἀσθενείας. Οἶμαι δὲ γινώσκειν τὸ παρ' Ἡρακλείτῳ λεγόμενον, ὡς ὁ ἄναξ, οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει. Πρόσλαβε δὲ τούτοις εὖ λεγομένοις καὶ νόησον τὸν ἐνταῦθα θεὸν χρώμενον τῇ Πυθίᾳ, πρὸς ἀκοὴν, καθὼς ἥλιος χρῆται σελήνῃ πρὸς ὄψιν· δείκνυσι μὲν γὰρ καὶ ἀναφαίνει τὰς αὑτοῦ νοήσεις, μεμιγμένας δὲ δείκνυσι διὰ σώματος θνητοῦ καὶ ψυχῆς ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένης, μηδὲ τῷ κινοῦντι παρέχειν ἑαυτὴν ἀκίνητον ἐξ αὑτῆς καὶ καθεστῶσαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν σάλῳ ψοφοῦσαν καὶ συμπλεκομένην τοῖς ἐν αὐτῇ κινήμασι καὶ πάθεσιν ἐπιταράττουσιν αὐτήν. Ὡς γὰρ οἱ δῖνοι τῶν ἅμα κύκλῳ καταφερομένων σωμάτων οὐκ ἐπικρατοῦσι βεβαίως, ἀλλὰ κύκλῳ μὲν ὑπ' ἀνάγκης φερομένων, κάτω δὲ φύσει ῥεπόντων, γίνεταί τις ἐξ ἀμφοῖν ταραχώδης καὶ παράφορος ἑλιγμὸς, οὕτως ὁ καλούμενος ἐνθουσιασμὸς ἔοικε μίξις εἶναι κινήσεων δυοῖν, τὴν μὲν ὡς πέπονθε τῆς ψυχῆς ἅμα, τὴν δὲ ὡς πέφυκε κινουμένης. Ὅπου γὰρ ἀψύχοις σώμασι καὶ κατὰ ταὐτὰ μονίμοις οὐκ ἔστι χρήσασθαι παρ' ὃ πέφυκε βιαζόμενον, οὐδὲ κινῆσαι σφαιρικῶς κύλινδρον, ἢ κυβικῶς, ἢ λύραν αὐλητικῶς, ἢ σάλπιγγα κιθαριστικῶς· ἀλλ' οὐχ ἕτερον, ἢ ὡς ἔοικε, τὸ τεχνικῶς ἑκάστῳ χρῆσθαι καὶ ὡς πέφυκεν· ἦ που τὸ ἔμψυχον καὶ αὐτοκίνητον, ὁρμῆς τε καὶ λόγου μετέχον, ὡς ἄλλως ἄν τις ἢ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ προϋπάρχουσαν ἕξιν ἢ * δύναμιν ἢ φύσιν μεταχειρίσαιτο, μουσικῶς κινῶν τὸν ἄμουσον, ἢ γραμμα-

putemus ipsum esse qui olim carmina composuerit, et nunc Pythiæ oracula subjiciat, tanquam per larvas ipse loquens.

XXI. Sed rursum par est de his aliquid prolixius disserere ac percunctari. In præsentia paucis hæc in memoriam revocemus, corpus instrumentis uti multis, corpore et ejus membris animum, qui est instrumentum Dei. Est autem virtus instrumenti ut quam maxime qua fert natura ejus, facultate imitetur utentem ejusque consilium effectu reddat : quod consilium quum reddere et ostendere nequeat ut est in utente et opifice, purum, et motus errorisque vacuum, ostendit mixtum *nec sincerum*. Per se enim nobis ignotum est, aliud autem et in alio apparens, contaminatur ab instrumenti natura ejus natura. Ac ceram quidem mitto, aurum, argentum, æs, et quæ alia fingi possunt aliaque genera materiæ formabilis, excipientia unam formam impressæ similitudinis, aliud autem aliam differentiam imitando apponit. Mitto in speculis planis, cavis, convexis, simulacrorum ab una forma innumeras effigies; sunt enim *minime comparanda cum eo quod jam dicam. Solis*, *inquam*, nihil neque speciem magis, neque ut instrumentum usurpari natura obsequentius potest quam luna. Hæc splendorem a sole accipiens et igneum lumen, non simile ad nos demittit, sed cum ipsa mixtum; colorem vimque diversa nanciscitur : calor etiam prorsus discedit, et præ imbecillitate lumen deserit. Puto autem intelligi id quod ab Heraclito est dictum, *Regem cujus oraculum Delphicum est, neque dicere, neque occultare, sed significare.* His recte dictis adjunge illud et considera, Deum hic Pythia uti ad auditum, sicut sol utitur luna ad visum. Ostendit enim et prodit Deus cogitata sua, sed ostendit per corpus mortale et animam imbecillam quietis non capacem nec idoneam quæ moventi immobilem se præbeat et sibi constantem, sed tanquam æstu et fluctibus exagitatam ac conturbatam motibus qui in ipsa sunt. Sicut enim vertigo corporum quæ circulo rotantur deorsum, non constanter obtinet, sed circulo delata violenter, et natura deorsum vergentia turbidam quamdam et incertam faciunt volutionem : ita qui enthusiasmus vocatur divinus instinctus videtur mixtio quædam esse duarum motionum, quarum altera secundum affectionem, altera secundum naturam fit animi. Quando enim animæ expertibus corporibus et suo in statu permanentibus contra eorum naturam vim hanc inferre non licet, ut cylindrum moveas sphæræ aut cubi in morem, aut lyra pro tibia, buccina pro cithara utaris : neque aliud est *secundum artem* re uti, quam *secundum naturam*; multo minus animum motu suo sese cientem, et impetu ac ratione præditum aliter quam insita ei vis aut habitus ferat, usurpare possis : neque ullo pacto mens musicæ exsors musice, littera-

τικῶς τὸν ἀγράμματον, ἢ λογίως τὸν ἐν λόγοις ἀθεώρητον καὶ ἀνάσκητον, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.

22. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος, αἰτίας μὲν ἄνευ θεοῦ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑποτιθέμενος περαινόμενον, οὐ μὴν πᾶσι πρὸς πάντα χρώμενον ποιῶν τὸν θεὸν, ἀλλ' ἑκάστῳ καθ' ἣν ἔχει τέχνην ἢ δύναμιν. Ἦ γὰρ οὐχ ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ φίλε Διογενιανὲ, τὴν Ἀθηνᾶν, ὅτε πεῖσαι βούλεται τοὺς Ἀχαιοὺς, τὸν Ὀδυσσέα παρακαλοῦσαν, ὅτε συγχέαι τὰ ὅρκια, τὸν Πάνδαρον ζητοῦσαν, ὅτε τρέψασθαι τοὺς Τρῶας, ἐπὶ τὸν Διομήδην βαδίζουσαν; Ὁ μὲν γὰρ εὔρωστος καὶ μάχιμος· ὁ δὲ τοξικὸς καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ δεινὸς εἰπεῖν καὶ φρόνιμος. Οὐ γὰρ εἶχεν Ὅμηρος τὴν αὐτὴν Πινδάρῳ διάνοιαν, εἴ γε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας·

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Ἀλλὰ ἐγίνωσκεν ἄλλας πρὸς ἄλλα δυνάμεις καὶ φύσεις γεγενημένας, ὧν ἑκάστη κινεῖται διαφόρως, κἂν ἓν ᾖ τὸ κινοῦν ἁπάσας. Ὥσπερ οὖν τὸ κινοῦν τὸ πεζὸν, οὐ δύναται πτητικῶς, οὐδὲ τορῶς τὸ τραυλὸν, οὐδὲ εὐφώνως τὸ ἰσχνόφωνον. Ἀλλὰ καὶ τὸν Βάττον, οἶμαι, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ῥώμην παραγενόμενον εἰς Λιβύην ἔπεμψαν οἰκιστὴν, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν καὶ ἰσχνόφωνος, βασιλικὸς δὲ καὶ πολιτικὸς καὶ φρόνιμος. οὕτως ἀδύνατον διαλέγεσθαι ποιητικῶς τὸν ἀγράμματον καὶ ἀνήκοον ἐπῶν. Ὥσπερ ἡ νῦν τῷ θεῷ λατρεύουσα γέγονε μὲν εἴ τις ἄλλος ἐνταῦθα νομίμως καὶ καλῶς, καὶ βεβίωκεν εὐτάκτως· τραφεῖσα δ' ἐν οἰκίᾳ γεωργῶν πενήτων, οὔτ' ἀπὸ τέχνης οὐδὲν, οὔτ' ἀπ' ἄλλης τινὸς ἐμπειρίας καὶ δυνάμεως ἐπιφερομένη, κάτεισιν εἰς τὸ χρηστήριον, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν οἴεται δεῖν, ἐλάχιστα τὴν νύμφην ἰδοῦσαν, ἐλάχιστα δὲ ἀκούσασαν εἰς ἀνδρὸς βαδίζειν, οὕτως ἄπειρος καὶ ἀδαὴς ὀλίγου δεῖν ἁπάντων, καὶ παρθένος ὡς ἀληθῶς τὴν ψυχὴν, τῷ θεῷ σύνεστιν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐρωδιοῖς οἰόμεθα καὶ τροχίλοις καὶ κόραξι χρῆσθαι φθεγγομένοις σημαίνοντα τὸν θεὸν, καὶ οὐκ ἀξιοῦμεν, ἢ θεῶν ἄγγελοι καὶ κήρυκές εἰσι, λογικῶς ἕκαστα καὶ σαφῶς φράζειν· τὴν δὲ τῆς Πυθίας φωνὴν καὶ διάλεκτον ὥσπερ ἐκ θυμέλης, οὐκ ἀνήδυντον, οὐδὲ λιτὴν, ἀλλ' ἐν μέτρῳ καὶ ὄγκῳ καὶ πλάσματι καὶ μεταφοραῖς ὀνομάτων, καὶ μετ' αὐλοῦ φθεγγομένην παρέχειν ἀξιοῦμεν.

23. Τί οὖν φήσομεν περὶ τῶν παλαιῶν; Οὐχ ἓν, ἀλλὰ πλείονα, οἶμαι. Πρῶτον μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, τὰ πλεῖστα κἀκεῖναι καταλογάδην ἀπεφθέγγοντο. Δεύτερον δὲ καὶ σωμάτων ἤνεγκε κράσεις καὶ φύσεις ὁ χρόνος ἐκεῖνος, εὔρουν τι καὶ φορὸν ἐχούσας πρὸς ποίησιν, αἷς εὐθὺς ἐπεγίνοντο προθυμίαι καὶ ὁρμαὶ καὶ παρασκευαὶ ψυχῆς, ἑτοιμότητα ποιοῦσαι μικρᾶς ἔξωθεν ἀρχῆς καὶ παρατροπῆς τοῦ φανταστικοῦ δεομένην, ὡς εὐθὺς ἕλκεσθαι πρὸς τὸ οἰκεῖον οὐ μόνον, ὡς λέγει Φιλῖνος, ἀστρολόγους καὶ φιλοσόφους, ἀλλ' ἐν οἴνῳ τε πολλῷ καὶ πάθει γινομένων, οἴκτου τινὸς ὑποῤῥυέντος, ἢ χαρᾶς προσπεσούσης ὠλίσθανον εἰς εὔφθον γῆρυν, ἐρωτικῶν τε κατεπίμπλαντο μέτρων καὶ ᾀσμάτων τὰ

rum rudis litterate, indocta et inexercitata docte movebitur.

XXII. Testem habeo etiam hic Homerum, qui cum nihil fere effici sine deo scribat, tamen non facit deum omnibus ad omnia utentem, sed quodlibet ad id quod ejus arti aut facultati congruat. An non enim vides, mi Diogeniane, aiebat, Minervam cum persuadere aliquid Achæis vult, Ulyssem ad hoc excitare? Cum fœdus confundere, Pandarum quærere? Cum Troas in fugam vertere, ad Diomedem se conferre? Quia nimirum Diomedes robustus erat et pugnax, Pandarus sagittandi peritus et fatuus, Ulysses prudens et facundus. Non enim idem sensit Homerus cum Pindaro: si tamen Pindarus auctor hujus est versiculi,

Deo volente, saligno in vimine naviges:

sed intellexit aliarum naturarum esse facultates ad alias res: et suo quamque moveri modo, quamtumvis unicum sit quod omnes movet. Proinde sicut rem gradiendo destinatam movens non incitat ad volatum, neque blæsum ad liquide loquendum, neque tenui voce hominem ad sonorum sermonem: sed Battum etiam propterea puto cum hic oraculum consuluisset, in Africam fuisse missum ut Cyrenam conderet, quia balbus homo et exili voce, ingenio ad regnum gerendum apto erat et civilis ac prudens; sic poetice loqui illiteratus et carminum rudis nequit. Itaque ea quæ nunc Deo servit Pythia, honeste quidem et ingenue, si quis alius Delphorum, nata est ac vitam modeste et pudice egit, cæterum educata in domo pauperum rusticorum, nihil ab arte aut alia experientia vel facultate secum ferens, in oraculum descendit. Sed, sicut Xenophon censet *sponsam ita debere in mariti domum venire ut quam minimum viderit, quam minimum audiverit*: ita hæc imperita et ignara tantum non omnium, et vere quod ad mentem attinet virgo, ad deum accedit. Sed nos deum credimus erodiis, trochilis, et corvis uti, ut earum avium voce aliquid significet, neque hoc postulamus, ut quia deorum nuntii et præcones sunt, diserto omnia sermone enarrent: Pythiæ vocem et loquelam tanquam e scena volumus non inconditam, non simplicem, sed cum numero, fastu, figmentis, nominum translationibus, et tibiæ cantu nobis offerri.

XXIII. Quid ergo de antiquis dicemus? Non unum, puto, sed multa. Primum enim, sicut diximus, pleraque illæ etiam soluta oratione pronunciaverunt. Deinde corporum quoque temperies et naturas illud tempus tulit ad poesin procliviores: quibus statim studium quoddam accidit et alacritas apparatusque animi, et promptitudo gignitur, quæ levi extrinsecus principio et exhortatione facultatis imaginantis opus habeat, qua statim trahantur ad carmen pangendum: non modo, ut Philinus inquit, astrologi et philosophi, sed etiam in vino copiosiore, aut animi affectionibus gravioribus, miseratione aliqua aut gaudio oborto *dilabuntur ad suave sonantem vocem*, amato-

συμπόσια καὶ τὰ βιβλία γραμμάτων. Ὁ δ' Εὐριπίδης εἰπὼν ὡς Ἔρως ποιητὴν διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τοπρίν, ἐνενόησεν, ὅτι ποιητικὴν καὶ μουσικὴν ἔρως δύναμιν οὐκ ἐντίθησιν, ἐνυπάρχουσαν δὲ κινεῖ, καὶ ἀναθερμαίνει λανθάνουσαν καὶ ἀργοῦσαν. Ἢ μηδένα νῦν ἐρᾶν, ὦ ξένε, λέγωμεν, ἀλλὰ φροῦδον οἴχεσθαι τὸν ἔρωτα, ὅτι μέτροις οὐδεὶς οὐδὲ ᾠδαῖς ῥίμφα παιδίοις, ὥσπερ Πίνδαρος ἔφη, τοξεύει μελιγηρέας ὕμνους; Ἀλλ' ἄτοπον· * ἔρωτες γὰρ ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιστρέφονται, ψυχαῖς ὁμιλοῦντες οὐκ εὐφυῶς οὐδὲ ἑτοίμως πρὸς μουσικὴν ἐχούσαις, ἄναυλοι μὲν καὶ ἄλυροι, λάλοι δὲ οὐδὲν ἧττόν εἰσι καὶ διάπυροι τῶν παλαιῶν. Ὅτι οὐδὲ ὅσιον εἰπεῖν ἢ καλὸν ὡς ἀνέραστος ἦν ἡ ἀκαδημία, καὶ ὁ Σωκράτους καὶ Πλάτωνος χορός, ὧν λόγοις μὲν ἐρωτικοῖς ἐντυχεῖν ἐστι, ποιήματα δὲ οὐκ ἀπολελοίπασι. Τί δ' ἀπολείπει τοῦ λέγοντος ἐρωτικὴν μόνην γεγονέναι Σαπφὼ γυναικῶν, ὁ μαντικὴν μόνην φάσκων γεγονέναι Σίβυλλαν, καὶ Ἀριστονίκαν, καὶ ὅσαι διὰ μέτρων ἐθεμίστευσαν; Ὁ μὲν γὰρ οἶνος, ὡς ἔλεγε Χαιρήμων, τοῖς τρόποις κεράννυται τῶν πινόντων· ὁ δὲ μαντικὸς ἐνθουσιασμός, ὥσπερ ὁ ἐρωτικός, χρῆται τῇ ὑποκειμένῃ δυνάμει, καὶ κινεῖ τῶν δεξαμένων ἕκαστον καθ' ὃ πέφυκεν.

24. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῆς προνοίας σκοποῦντες, ὀψόμεθα πρὸς τὸ βέλτιον γεγενημένην τὴν μεταβολήν. Ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία, καὶ δόκιμον καὶ αὐτοῦ τὸ σύνηθές ἐστι καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. Ἦν οὖν ὅτε λόγου νομίσμασιν ἐχρῶντο μέτροις καὶ μέλεσι καὶ ᾠδαῖς, πᾶσαν μὲν ἱστορίαν καὶ φιλοσοφίαν, πᾶν δὲ πάθος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ πρᾶγμα σεμνοτέρας φωνῆς δεόμενον εἰς ποιητικὴν καὶ μουσικὴν ἄγοντες. Ἃ γὰρ μόνον νῦν ὀλίγοι μόλις ἐπαΐουσι, τότε δὴ πάντες ἠκροῶντο, καὶ ἔχαιρον ᾀδομένοις [μηλοβόται τε] ἀρόται τε, ὀρνιθολόχοι τε, κατὰ Πίνδαρον. Ἀλλὰ ὑπὸ τῆς πρὸς ποιητικὴν ἐπιτηδειότητος οἱ πλεῖστοι διὰ λύρας καὶ ᾠδῆς ἐνουθέτουν, ἐπαρρησιάζοντο, παρεκελεύοντο, μύθοις καὶ παροιμίαις ἐπέραινον, ἔτι δὲ ὕμνους, θεῶν εὐχάς, παιᾶνας ἐν μέτροις ἐποιοῦντο καὶ μέλεσιν, οἱ μὲν δι' εὐφυΐαν, οἱ δὲ διὰ συνήθειαν. Οὐκοῦν οὐδὲ μαντικῇ κόσμου καὶ χάριτος ἐφθόνει ὁ θεός, οὐδὲ ἀπήλαυνεν ἐνθένδε τιμωμένην μοῦσαν τοῦ τρίποδος, ἀλλὰ ἐπήγετο, μᾶλλον ἐγείρων τὰς ποιητικὰς φύσεις καὶ ἀσπαζόμενος, αὐτός τε φαντασίας ἐνεδίδου, καὶ συνεξώρμα τὸ σοβαρὸν καὶ λόγιον ὡς ἁρμόττον καὶ θαυμαζόμενον. Ἐπεὶ δὲ τοῦ βίου μεταβολὴν ἅμα ταῖς τύχαις καὶ ταῖς φύσεσι λαμβάνοντος, ἐξωθοῦσα τὸ περιττὸν ἡ χρεία, κρωβύλους τε χρυσοῦς ἀφῄρει, καὶ ξυστίδας μαλακὰς ἀπημφίαζε, καί που καὶ κόμην σοβαρωτέραν ἀπέκειρε, καὶ ὑπέλυσε κόθορνον, οὐ φαύλως ἐθιζομένων ἀντικαλλωπίζεσθαι πρὸς τὴν πολυτέλειαν εὐτελείᾳ, καὶ τὸ ἀφελὲς καὶ λιτὸν ἐν κόσμῳ τίθεσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ σοβαρὸν καὶ περίεργον· οὕτω τοῦ λόγου συμμεταβάλλοντος ἅμα καὶ συναποδυομέ-

riisque carminibus et cantilenis libri et convivia sunt repleta. Et quod Euripides ait, eum qui ante a Musis sit alienus musicam ab Amore doceri, non hoc vult, facultatem poetices ac musicæ ab Amore ingenerari : sed insitam ac otiose latentem excitari atque calefieri. Alioquin, hospes, dicendum est neminem hodie amare, sed Cupidinem evanuisse : quia nemo versibus et *cantilenis jocosis*, ut ait Pindarus, *jaculatur dulcisonos hymnos*. Atqui absurdum hoc est. Nam multi amores hominum insiti animis ad musicam segnibus et male compositis, ut tibia et lyra carent, loquaces tamen et fervidi haud minus sunt quam antiqui illi. Et nefas turpeque sit dictu, amoris exsortem fuisse Academiam, ac Socratis et Platonis chorum : quorum sermones licet legere amatorios, cum carmina nulla reliquerint. Quid vero interest utrum dicas solam de mulieribus Sapphonem amori deditam fuisse, aut solam Sibyllam, et Aristonicam, aliasque carmine sortes quæ dixerunt, divinas? Vinum quidem, ut aiebat Chæremon,

Bibentium contemperatur moribus :

at divinandi furor, ut et amoris, utitur subjecta sibi facultate, et eo correptorum unumquemque pro ipsius movet ingenio.

XXIV. Enimvero Deum quoque et Providentiam considerantes, videbimus mutationem in melius esse factam. Usus enim sermonis, similis videtur esse mutationi nomismatis : quorum utrumque aliud alio tempore valens, tum probatur cum notum est et usitatum. At fuit sane tempus cum pro nomismate sermonis homines uterentur metris, carminibus, cantilenis, omnem historiam, omnem philosophiam, omnes denique eventus et res graviorem requirentes orationem, ad poeticam et musicam applicantes. Quæ enim nunc tantum vix pauci intelligunt, tunc omnes percipiebant, gaudebantque ea cum cantarentur *opiliones, aratores, et aucupes*, ut Pindarus ait : sed ob illius ætatis ad poesin facilitatem plerique lyra et carmine castigabant aliorum mores, libere loquebantur, hortabantur, fabulis et proverbiis utebantur : quin et laudes deorum, vota, pæanes versibus et carmini includebant, alii ob vim ingenii, alii propter consuetudinem. Itaque vaticinationi etiam Deus elegantiam et ornatum non invidit, neque Musas in honore alibi habitas hinc a suo tripode abegit : sed adduxit potius, poeticas ciens et amplexus indoles, atque visa ipse subjiciens, et excitans alacrem facundiam, ut concinnam, et quæ in admiratione esset. Sed postquam vitæ una cum eventis et ingeniis facta mutatione, usus, supervacaneis rejectis, aureis sese cincinnis exuit, et mollibus xystidibus, comam quoque luxuriantem detondit, ac cothurnum deposuit, jamque homines frugalitate adversus luxum certare haud inepte assueverunt, plusque ornatus in simplici cultu ac tenui quam supervacaneo et protervo ponere :

νου, κατέβη μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων, ἡ ἱστορία, καὶ τῷ πεζῷ μάλιστα τοῦ μυθώδους ἀπεκρίθη τὸ ἀληθές· φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπασαμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπλῆττον, διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν· ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς, πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὑτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, ὀρεάνας δὲ τοὺς ἄνδρας, ὀρεμπότας δὲ τοὺς ποταμούς· ἀφελὼν δὲ τῶν χρησμῶν ἔπη καὶ γλώσσας καὶ περιφράσεις καὶ ἀσάφειαν, οὕτω διαλέγεσθαι παρεσκεύασε τοῖς χρωμένοις ὡς νόμοι τε πόλεσι διαλέγονται, καὶ βασιλεῖς ἐντυγχάνουσι δήμοις, καὶ μαθηταὶ διδασκάλων ἀκροῶνται, πρὸς τὸ συνετὸν καὶ πιθανὸν ἁρμοζόμενος.

25. Εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ τὸν θεὸν, ὥς φησι Σοφοκλῆς,

Σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ,
σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἂν βραχεῖ διδάσκαλον.

* Μετὰ δὲ τῆς σαφηνείας καὶ ἡ πίστις οὕτως ἐστρέφετο συμμεταβάλλουσα τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, ὥστε πάλαι μὲν τὸ μὴ σύνηθες μηδὲ κοινὸν, ἀλλ' ἄδοξον ἀτεχνῶς καὶ περιπεφρασμένον, εἰς ὑπόνοιαν ὁσιότητος ἀνάγοντας ἐκπλήττεσθαι καὶ σέβεσθαι τοὺς πολλούς· ὕστερον δὲ τὸ σαφῶς καὶ ῥᾳδίως ἕκαστα καὶ μὴ σὺν ὄγκῳ μηδὲ πλάσματι μανθάνειν ἀγαπῶντες, ᾐτιῶντο τὴν περικειμένην τοῖς χρησμοῖς ποίησιν, οὐ μόνον ὡς ἀντιπράττουσαν τῇ νοήσει πρὸς τὸ ἀληθὲς, ἀσάφειάν τε καὶ σκιὰν τῷ φραζομένῳ μιγνύουσαν, ἀλλὰ ἤδη καὶ τὰς μεταφορὰς καὶ τὰ αἰνίγματα καὶ τὰς ἀμφιβολίας, ὥσπερ μυχοὺς καὶ καταφυγὰς, ἐνδύεσθαι καὶ ἀναχωρεῖν τῷ πταίοντι πεποιημένας τῆς μαντικῆς, ὑφεωρῶντο. Πολλῶν δ' ἦν ἀκούειν, ὅτι ποιητικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχόμενοι τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες ἔτι κάθηνται περὶ τὸ χρηστήριον, ἔπη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς οἷον ἀγγεῖα τοῖς χρησμοῖς ἐκ τοῦ προστυχόντος περιπλέκοντες. Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ Προδόται καὶ Κινέσωνες ὅσην αἰτίαν ἠνέγκαντο τῶν χρησμῶν, ὡς τραγῳδίαν αὐτοῖς καὶ ὄγκον οὐδὲν δεομένοις προσθέντες, ἐῶ λέγειν· οὐδὲ προσίεμαι τὰς μεταβολάς. Πλείστης μέντοι ποιητικὴν ἐνέπλησεν ἀδοξίας τὸ ἀγυρτικὸν καὶ ἀγοραῖον καὶ περὶ τὰ μητρῷα καὶ σεράπεια βωμολοχοῦν καὶ πλανώμενον γένος, οἱ μὲν αὐτόθεν, οἱ δὲ κατὰ κλῆρον ἔκ τινων γραμματίων χρησμοὺς περαίνοντες οἰκέταις καὶ γυναίοις ὑπὸ τῶν μέτρων ἀγομένοις μάλιστα καὶ τοῦ ποιητικοῦ τῶν ὀνομάτων· ὅθεν οὐχ ἥκιστα [ἡ] ποιητικὴ δοκοῦσα κοινὴν ἐμπαρέχειν ἑαυτὴν ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψευδομάντεσιν, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ τρίποδος.

26. Οὐ τοίνυν θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ διπλόης τινὸς ἔδει καὶ περιαγωγῆς καὶ ἀσαφείας ἔστιν ὅτε τοῖς παλαιοῖς. Οὐδὲ γὰρ ὁ δεῖνα κατέβαινε μὰ Δία περὶ ὠνῆς ἀνδραπόδου χρησόμενος, οὐδὲ ὁ δεῖνα περὶ ἐργασίας· ἀλλὰ πόλεις μέγα δυνάμεναι, καὶ βασιλεῖς καὶ τύραννοι μέτριον οὐδὲν φρονοῦντες, ἐνετύγχανον τῷ θεῷ περὶ πραγμάτων· οὓς ἀνιᾶν καὶ παροξύνειν ἀπεχθείᾳ πολλὰ

ibi tum orationis etiam simul mutato habitu, historia a carmine tanquam vehiculo descendit, et maxime pedestri sermone verum a fabulis secrevit : philosophia quoque perspicuitatem et docendi vim iis quæ terrerent animos antiquiora ducens, soluto sermone disputationes suas instituit : et Pythiam Apollo desinere jussit morem suum, cives Delphicos *Ignicremos*, Spartanos *Anguivoros*, *Oreanas* viros, *Orempotas* fluvios nominantem : oraculisque detrahens carmina, obscuras voces, ambages, perplexitatem, ita eam jussit consulentibus responsa dare, ut leges cum civitatibus, reges cum populis, magistri cum discipulis loquuntur, ad evidentiam et probabilitatem ea accommodans.

XXV. Probe enim tenendum est Deum, ut ait Sophocles,

Sapientibus per ambages fata eloqui,
fatuis magistrum prorsus esse inutilem.

Illata oraculis perspicuitate, fides etiam sic mutavit cum aliis rebus : ut cum antiquitus quod insolens rarumque esset, planeque obscuritate et circuitionibus obductum, plerique sub opinione divinitatis alicujus pavidi venerarentur : postea aperte omnia et facile, ac sine fastu et figmentis discere cupientes, poesin quæ oracula velabat incusaverint : non tantum quia adversaretur intelligentiæ in vero percipiendo, obscuritatem et umbram dictis admiscens : sed quod jam translationes et ænigmata atque ambiguitates, divinationis quasi quosdam fucos, et effugium quibus ea se tueretur si quid secus evenisset, suspecta haberent. Multos quoque audivisses, qui dicerent poetas quosdam etiamnum apud oraculum desidere, qui voces exciperent, iisque subito versus et numeros tanquam vasa quædam circumplicarent. Taceo quantum criminis oraculis attulerint Onomacriti illi, Prodotæ, et Kinesones, ut qui tragœdiam iis fastumque supervacaneum apposuissent, neque admitto istas calumnias. Maximam autem poesi infamiam paraverunt circumforanei isti et circulatores, et scurræ magnæ Matris deorum ac Serapidis vagi : quorum alii ex tempore, alii sorte quadam ex quibusdam libellis oracula dabant servis et mulierculis, quas maxime numeri et nomina poetica moverent. Quæ non minima fuit causa, cur poetica, quæ tanquam communem se videretur præbere impostoribus et præstigiatoribus ac falsis vatibus, tripode et veritate arceretur.

XXVI. Non itaque miror si veteribus interdum opus fuit ambiguitate, circuitione, et obscuritate quadam. Neque enim privatus aliquis profecto de emendo mancipio oraculum consulebat, aut de conducendo opere : sed civitates admodum potentes, regesque et tyranni nihil moderatum cogitantes, Deum interrogabant de rebus publicis et imperio : quos irritare, multa

τῶν ἀβουλήτων ἀκούοντας, οὐκ ἐλυσιτέλει τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον. Οὐ πείθεται γὰρ ὁ θεὸς τῷ Εὐριπίδῃ ὥσπερ νομοθετοῦντι καὶ λέγοντι· Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον χρὴ θεσπιῳδεῖν. Χρώμενος δὲ θνητοῖς ὑπηρέταις καὶ προφήταις, ὧν μήδεσθαι προσήκει καὶ φυλάττειν, ὅπως ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἀπολοῦνται πονηρῶν θεῷ λατρεύοντες, ἀφανίζειν μὲν οὐ θέλει τὸ ἀληθές, παρατρέπων δὲ τὴν δήλωσιν αὐτῶν, καθάπερ αὐγὴν ἐν τῇ ποιητικῇ πολλὰς ἀνακλάσεις λαμβάνουσαν, καὶ πολλαχοῦ περισχιζομένην, ἀφῄρει τὸ ἀντίτυπον αὐτοῦ καὶ σκληρόν. Ἦν δὲ ἄρα καὶ τυράννους ἀγνοῆσαι καὶ πολεμίους μὴ προαισθέσθαι. Τούτοις οὖν περιέβαλεν ὑπονοίας καὶ ἀμφιλογίας, αἳ πρὸς ἑτέρους ἀποκρύπτουσαι τὸ φραζόμενον, οὐ διέφευγον αὐτούς, οὐδὲ παρεκρούοντο τοὺς δεομένους καὶ προσέχοντας. Ὅθεν εὐηθέστατός ἐστιν ὁ τῶν πραγμάτων ἑτέρων γεγονότων, εἰ μηκέτι τὸν αὐτὸν ἡμῖν τρόπον, ἀλλ' ἕτερον οἴεται δεῖν βοηθεῖν ὁ θεός, ἐγκαλῶν καὶ συκοφαντῶν.

27. Ἔτι τοίνυν οὐδὲν ἀπὸ ποιητικῆς λόγῳ χρησιμώτερον ὑπάρχει, τοῦ δεθέντα μέτροις τὰ φραζόμενα καὶ συμπλακέντα μᾶλλον μνημονεύεσθαι καὶ κρατεῖσθαι. Τοῖς μὲν οὖν τότε πολλὴν ἔδει μνήμην παρεῖναι· πολλὰ γὰρ ἐφράζετο καὶ τόπων σημεῖα καὶ πράξεων καιροί, καὶ θεῶν ἱερὰ διαποντίων, καὶ ἡρώων ἀπόρρητοι θῆκαι καὶ δυσεξεύρετοι μακρὸν ἀπαίρουσι τῆς Ἑλλάδος. Ἴστε γὰρ τὸν Χῖον * καὶ Κρήτινον καὶ Νήσιχον καὶ Φάλανθον, ἄλλους τε πολλοὺς ἡγεμόνας στόλων ὅσοις ἔδει τεκμηρίοις ἀνευρεῖν τὴν διδομένην ἑκάστῳ καὶ προσήκουσαν ἵδρυσιν· ὧν ἔνιοι καὶ διημάρτανον, ὥσπερ Βάττος. Ἔλεξε γὰρ ἐκπεσεῖν, οὐ καταλαβὼν ἐφ' ὃν ἐπέμφθη τόπον· εἶτα ἧκε δεύτερον ποτνιώμενος. Ὑπειπὼν οὖν ὁ θεός,

[Ἄστυ ἐμεῦ] Λιβύαν μαλοτρόφον οἶσθας ἄρειον,
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος· ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ·

οὕτω πάλιν αὐτὸν ἐξέπεμψε. Λύσανδρος δὲ καὶ παντάπασιν ἀγνοήσας τὸν Ἀρχελίδην λόφον καὶ Ἀλώποκον προσαγορευόμενον καὶ τὸν Ὁπλίτην ποταμόν,

Γῆς τε δράκονθ' υἱὸν δόλιον κατόπισθεν ἰόντα,

μάχῃ κρατηθείς, ἔπεσεν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ὑπὸ Νεοχώρου Ἁλιαρτίου ἀνδρὸς ἀσπίδα φοροῦντος ἐπίσημον ὄφιν ἔχουσαν. Ἄλλα δὲ τοιαῦτα πολλὰ δυσκάθεκτα καὶ δυσμνημόνευτα τῶν παλαιῶν διεξιέναι πρὸς ὑμᾶς εἰδότας, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι.

28. Τὰ δὲ νῦν πράγματα καθεστῶτα, περὶ ὧν ἐρωτῶσι τὸν θεόν, ἀγαπῶ μὲν ἔγωγε καὶ ἀσπάζομαι· πολλὴ γὰρ εἰρήνη καὶ ἡσυχία, πέπαυται δὲ πόλεμος, καὶ πλάναι καὶ στάσεις οὐκ εἰσίν, οὐδὲ τυραννίδες, οὐδὲ ἄλλα νοσήματα καὶ κακὰ τῆς Ἑλλάδος, ὥσπερ πολυφαρμάκων δυνάμεων χρῄζοντα καὶ περιττῶν. Ὅπου δὲ ποικίλον οὐδέν, οὐδ' ἀπόρρητον, οὐδὲ δεινόν, ἀλλ' ἐπὶ πράγμασι μικροῖς καὶ δημοτικοῖς ἐρωτήσεις, οἷον ἐν σχολῇ προτάσεις, εἰ γαμητέον, εἰ πλευστέον, εἰ δανειστέον· τὰ δὲ μέγιστα πόλεων μαντεύματα, φορᾶς

respondendo eorum voluntatibus adversa, non erat ex usu eorum qui oraculum procurabant. Nam non obtemperat Euripidi deus legem hanc ferenti, *Apollinem solum canere fata hominibus debere*. Ergo cum utatur administris et vatibus mortalibus, quorum cum par est curam gerere et custodire eos, ne deo sacri a malis interficiantur hominibus; non vult veritatem opprimere, sed ejus explicationem poesi pervertens, velut splendorem varie reflexum et in multas diffissum partes, duritiemque ejus hoc pacto et rigorem aufert. Poterant etiam tyranni ignorari, et bella non præsentiri : his igitur circumdabat suspiciosa verba et ambigua : quorum sententia aliis ignota, consulentes non falleret, si animum adverterent. Stultissimus itaque est qui calumniatur et culpat quod rebus ita mutatis deus non quo ante, sed alio nobis modo vult prodesse.

XXVII. Porro autem nulla major orationi a poetica utilitas conciliatur, quam quod numeris illigata et comprehensa facilius memoria tenentur ac servantur. Antiquis vero multa opus fuit memoria, quibus multæ locorum notæ, tempora agendi, sacra deorum transmarinorum, heroum reliquiæ occultæ, difficilesque inventu longe a Græcia discedentibus indicabantur. Nostis enim Chium et Cretinum et Nesichum et Phalanthum, multosque alios expeditionum duces, quantis coacti sint signis uti in inveniendo loco sedis et coloniæ apto cuique aut concesso. Quidam etiam aberraverunt, ut Battus. Huic enim dictum fuit, ejectum iri, si non eum occupasset locum in quem mittebatur : deinde rediit quiritans : et deus sic respondens :

Urbs pecoris dives Libye mea, non venienti
notior est tibi, quam qui venit, per mihi multum
admiranda tua est certe sapientia visa :

sic eum denuo emisit. Lysander vero prorsus ignorans tumulum Archeliden, qui et vulpium dicitur, et Hoplitam fluvium,

Terrigenamque draconem a tergo qui subit astu :

prælio victus in illis locis interfectus est a Neochoro Haliartio, qui in scuto insigne ferebat serpentem. Neque necesse est apud vos horum probe gnaros plura id genus retentu et memoratu difficilia oracula antiquis data recitare.

XXVIII. Res vero nostræ ætatis de quibus consulatur deus, ego quidem boni consulo et probo. Altum enim otium est, et firma pax, finis bellorum et errorum, nullæ seditiones, tyrannides nullæ, neque alii morbi aut mala Græciæ, quæ veluti multiplicibus medicamentis exquisitisque indigeant. Ubi autem nihil est varium, arcanum, arduum, sed de rebus levibus et vulgaribus quæstiones tanquam in pace proponuntur, *An contrahendum matrimonium, An navigandum, An fenerandum :* et ubi maximæ civitatum interrogationes,

καρπῶν πέρι, καὶ βοτῶν ἐπιγονῆς, καὶ σωμάτων ὑγείας· ἐνταῦθα περιβάλλειν μέτρα, καὶ πλάττειν περιφράσεις, καὶ γλώσσας ἐπάγειν πύσμασιν ἁπλῆς καὶ συντόμου δεομένοις ἀποκρίσεως, ἔργον ἐστὶ φιλοτίμου σοφιστοῦ καλλωπίζοντος ἐπὶ δόξῃ χρηστήριον. Ἡ δὲ Πυθία καὶ καθ' αὑτὴν μέν ἐστι γενναία τὸ ἦθος, ὅταν δ' ἐκεῖ κατέλθῃ καὶ γένηται παρὰ τῷ θεῷ, πλέον [ἀληθείας] ἐκείνῃ μέλει, ἢ δόξης καὶ ἀνθρώπων ἐπαινούντων ἢ ψεγόντων.

29. Ἔδει δὲ ἴσως καὶ ἡμᾶς ἔχειν οὕτως· νῦν δὲ ὥσπερ ἀγωνιῶντες καὶ δεδιότες, μὴ τρισχιλίων ἐτῶν ἀποβάλῃ δόξαν ὁ τόπος, καὶ τοῦ χρηστηρίου καθάπερ σοφιστοῦ διατριβῆς ἀποφοιτήσωσιν ἔνιοι καταφρονήσαντες, ἀπολογούμεθα καὶ πλάσσομεν αἰτίας καὶ λόγους ὑπὲρ ὧν οὔτ' ἴσμεν, οὔτ' εἰδέναι προσῆκον ἡμῖν ἐστι· παραμυθούμενοι τὸν ἐγκαλοῦντα καὶ πείθοντες, οὐ χαίρειν ἐῶντες.

Αὐτῷ γάρ οἱ πρῶτον ἀνιηρώτερον ἔσται,

τοιαύτην ἔχοντι περὶ τοῦ θεοῦ δόξαν· ὥστε ταυτὶ μὲν τὰ προγεγραμμένα τῶν σοφῶν, τὸ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, ἀποδέχεσθε, καὶ θαυμάζετε οὐχ ἥκιστα διὰ τὴν βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον νοῦν ἐν ὀλίγῳ περιέχουσαν ὄγκῳ· τοὺς δὲ χρησμοὺς, ὅτι συντόμως καὶ ἁπλῶς καὶ δι' εὐθείας τὰ πλεῖστα φράζουσιν, αἰτιᾶσθε. Καὶ τὰ τοιαῦτα μὲν ἀποφθέγματα τῶν σοφῶν ταὐτὸν τοῖς εἰς στενὸν συνθλιβεῖσι πέπονθε ῥεύμασιν· οὐ γὰρ ἔχει τοῦ νοῦ δίοψιν, οὐδὲ διαύγειαν, ἀλλ' ἐὰν σκοπῇς, τί γέγραπται καὶ λέλεκται περὶ αὐτῶν τοῖς ὅπως ἕκαστον ἔχει βουλομένοις καταμαθεῖν, οὐ ῥᾳδίως τούτων λόγους ἑτέρους εὑρήσεις μακροτέρους. Ἡ δὲ τῆς Πυθίας διάλεκτος, ὥσπερ οἱ μαθηματικοὶ γραμμὴν εὐθεῖαν καλοῦσι τὴν ἐλαχίστην τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, οὕτως οὐ ποιοῦσα καμπὴν, οὐδὲ κύκλον, οὐδὲ διπλόην, οὐδ' ἀμφιβολίαν, ἀλλὰ εὐθεῖα πρὸς τὴν ἀλήθειαν οὖσα, πρὸς δὲ πίστιν ἐπισφαλὴς καὶ ὑπεύθυνος, οὐδένα καθ' αὑτῆς ἔλεγχον ἄχρι νῦν παραδέδωκεν, ἀναθημάτων δὲ καὶ δώρων ἐμπέπληκε * βαρβαρικῶν καὶ Ἑλληνικῶν τὸ χρηστήριον, οἰκοδομημάτων δὲ κάλλεσι καὶ κατασκευαῖς Ἀμφικτυονικαῖς. Ὁρᾶτε δήπουθεν αὐτοὶ πολλὰ μὲν ἐπεκτισμένα τῶν πρότερον οὐκ ὄντων, πολλὰ δ' ἀνειλημμένα τῶν συγκεχυμένων καὶ διεφθαρμένων· ὡς δὲ τοῖς εὐθαλέσι τῶν δένδρων ἕτερα παραβλαστάνει, καὶ τοῖς Δελφοῖς ἡ Πυλαία συνηβᾷ καὶ συναναβόσκεται, διὰ τὰς ἐντεῦθεν εὐπορίας σχῆμα λαμβάνουσα καὶ μορφὴν καὶ κόσμον ἱερῶν καὶ συνεδρίων καὶ ὑδάτων, οἷον ἐν χιλίοις ἔτεσι τοῖς πρότερον οὐκ ἔλαβεν. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸ γαλάξιον τῆς Βοιωτίας κατοικοῦντες ᾔσθοντο τοῦ θεοῦ τὴν ἐπιφάνειαν, ἀφθονίᾳ καὶ περιουσίᾳ γάλακτος. « Προβάτων γὰρ ἐκ πάντων κελάρυξεν, ὡς ἀπὸ κρηνάων φέρτατον ὕδωρ, θῆλεον γάλα· τοὶ δὲ ἐπίμπλων ἐσσύμενοι πίθους· ἀσκὸς δ' οὔτε τις ἀμφορεὺς ἐλίννυε δόμοις, πέλλαι δὲ ξύλινοι πίθοι πλῆσθεν

de frugum et pabuli proventu, de valetudine; ibi carmina circumponere, et fingere verborum ambages et notas quæstionibus simplici et brevi responso opus habentibus, ambitiosi fuerit sophistæ, qui oraculum gloriæ captandæ causa fucet. Pythia autem cum ipsa indole est generosa : tum si descendit ad cortinam, et cum deo est, tum vero magis veritatem curat quam opinionem et hominum vel laudes vel vituperationes.

XXIX. Ac fortasse nos quoque sic debebamus esse affecti. Nunc veluti solliciti ne decus ter mille annorum locus amittat, et oraculum quasi sophistæ alicujus scholam deserant nonnulli contemnentes, defendimus et causas rationesque fingimus de iis rebus quas neque scimus, neque scire nos convenit : incusantesque dictis conamur in aliam pertrahere sententiam, quos missos facere potius debebamus. Etenim

Ante alios erit huic multo certe ægrius ipsi,

qui sic de diis sentit, ut hæc in aditu scripta sapientum dicta, *Noris te ipsum*, *Ne quid nimis*, probet, admireturque haud minime ob brevitatem, quod solidam et compactam in exigua mole habent sententiam : oracula autem culpet, quia breviter, simpliciter, ac recta pleraque indicant. Ac talibus quidem sapientum dictis idem usu venit, quod in angustias contrusis fluminibus; non enim perspici quit sensus, neque perlucere : at si consideres quid scriptum sit et dictum de eis ab his qui singulorum scrutati sunt sententiam, non facile ullas prolixiores invenies disputationes. Enimvero, ut lineam rectam mathematici vocant brevissimum inter duos terminos ductum, sic Pythiæ sermo absque ullo flexu, circuitu, ambiguitate, fraude, recta ad veritatem proficiscens, quanquam de sua fide causæ dictionem non possit detrectare, tamen falsi a nemine in hunc usque diem convicta est : sed donariis barbaricis Græcanicisque oraculum opplevit, ædificiorum autem et Amphictyonicorum apparatuum elegantia. Videtis nimirum ipsi pleraque iis adjecta, quæ antehac non erant, multa eorum quæ jam ruinam traherent et pessum irent refecta. Sicut vero arboribus fecundis aliæ suppullulant : ita etiam juxta Delphos pubescit et adolescit Pylæa ob copiam eorum quæ hic sunt, speciem adepta formamque, et ornatum templorum, curiarum, aquarumque lustralium, quantum mille ab annis præcedentibus non habuit. Equidem ad Galaxium Bœotiæ qui habitant, abundantia lactis senserunt præsentiam dei :

Cum lac, ceu latices de fontibus, emanaret :
doliaque implerent avide : tunc amphoræ et utres,
seria tunc albo turgeret cuncta liquore,
mulctraque, et e ligno distentas rumperet urnas
humor, nec vacuas superarent vasa per ædes.

ἅπαντες. » Ἡμῖν δὲ λαμπρότερα καὶ κρείττονα καὶ σαφέστερα σημεῖα τούτων ἀναδίδωσιν, ὥσπερ ἐξ αὐχμοῦ τῆς πρόσθεν ἐρημίας καὶ πενίας, εὐπορίαν καὶ λαμπρότητα καὶ τιμὴν πεποιηκώς. Καίτοι φιλῶ μὲν ἐμαυτὸν ἐφ' οἷς ἐγενόμην εἰς τὰ πράγματα ταῦτα πρόθυμος καὶ χρήσιμος μετὰ Πολυκράτους καὶ Πετραίου, φιλῶ δὲ τὸν καθηγεμόνα ταύτης τῆς πολιτείας γενόμενον ἡμῖν καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκφροντίζοντα καὶ παρασκευάζοντα· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄλλως ἔτι τηλικαύτην καὶ τοσαύτην μεταβολὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενέσθαι δι' ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας, μὴ θεοῦ παρόντος ἐνταῦθα καὶ συνεπιθειάζοντος τὸ χρηστήριον.

30. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἦσαν οἱ τὴν λοξότητα τῶν χρησμῶν καὶ ἀσάφειαν αἰτιώμενοι, καὶ νῦν εἰσιν οἱ τὸ λίαν ἁπλοῦν συκοφαντοῦντες. Ὧν καὶ ἄδικόν ἐστι κομιδῇ καὶ ἀβέλτερον τὸ πάθος. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες ἴριδας μᾶλλον καὶ ἅλως καὶ κόμητας, ἢ σελήνην καὶ ἥλιον ὁρῶντες γεγήθασι καὶ ἀγαπῶσι· καὶ οὗτοι τὰ αἰνίγματα καὶ τὰς ἀλληγορίας τῆς μεταφορᾶς τῆς μαντικῆς ἀνακλάσεις οὔσας πρὸς τὸ θνητὸν καὶ φανταστικὸν, ἐπιποθοῦσι· κἂν τὴν αἰτίαν μὴ ἱκανῶς πύθωνται τῆς μεταβολῆς, ἀπίασι τοῦ θεοῦ καταγνόντες, οὐχ ἡμῶν οὐδ' αὐτῶν, ὡς ἀδυνάτων ὄντων ἐξικνεῖσθαι τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ διάνοιαν.

Nobis autem Apollo splendidiora, meliora, et apertiora his signa præbuit, ex tanto qui præcessit squalore, solitudine et pauperie, ad tantas copias, splendorem, honoremque nos evehens. Ego sane amo me ipsum eo nomine, quod ad has res factus sum alacer et utilis cum Polycrate et Petræo : amo etiam eum qui nobis hujus conditionis auctor duxque fuit, et pleraque horum excogitavit atque adornavit. Sed fieri non potuit ut tam ingens mutatio tantillo temporis spatio accideret hominum industria, deo non præsente, et divinitatem oraculo largiente.

XXX. Verum sicut olim fuere qui perplexitatem oraculorum obscuritatemque vituperarent : ita hodie etiam sunt, qui nimiam calumnientur simplicitatem : admodum ipsi et injuste et fatue affecto animo. Nam pueri quando arcus cœlestes, areas circa solem aut lunam, cometasve vident, magis delectantur quam sole aut luna conspectis : eodem modo hi ænigmata et allegorias, qui ad mortalem et imaginantem vim animi reflectunt dictionum in divinatione ambages, desiderant : cujus quando causam non satis audiunt, abeunt deo culpam imputantes, non nobis neque sibi ipsis : ut qui virium tantum non habeamus uti nostra ratione assequi dei cogitationem possimus.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΛΕΛΟΙΠΟΤΩΝ ΧΡΗΣΤΗΡΙΩΝ.

Τὰ πρόσωπα τοῦ διαλόγου.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ, ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΣ, ΔΙΔΥΜΟΣ, ΦΙΛΙΠΠΟΣ, ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, ΑΜΜΩΝΙΟΣ, ΗΡΑΚΛΕΩΝ.

Ἀετούς τινας, ἢ κύκνους, ὦ Τερέντιε Πρίσκε, μυθολογοῦσιν ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς γῆς ἐπὶ τὸ μέσον φερομένους εἰς ταὐτὸ συμπεσεῖν Πυθοῖ, περὶ τὸν καλούμενον ὀμφαλόν· ὕστερον δὲ χρόνῳ τὸν Φαίστιον Ἐπιμενίδην ἐλέγχοντα τὸν μῦθον ἐπὶ τοῦ θεοῦ, καὶ λαβόντα χρησμὸν ἀσαφῆ καὶ ἀμφίβολον, εἰπεῖν·

Οὔτε γὰρ ἦν γαίης μέσος ὀμφαλὸς, οὐδὲ θαλάσσης·
εἰ δέ τις ἐστὶ, θεοῖς δῆλος, θνητοῖσι δ' ἄφαντος.

Ἐκεῖνον μὲν οὖν εἰκότως ὁ θεὸς ἠμύνατο, μύθου παλαιοῦ * καθάπερ ζωγραφήματος ἁφῇ ἀποπειρώμενον.

2. Ὀλίγον δὲ πρὸ Πυθίων τῶν ἐπὶ Καλλιστράτου, πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἐναντίων τῆς οἰκουμένης περάτων ἔτυχον ἄνδρες ἱεροὶ δύο συνδραμόντες εἰς Δελφοὺς, Δημήτριος μὲν ὁ γραμματικὸς ἐκ Βρεττανίας εἰς Ταρσὸν ἀνακομιζόμενος οἴκαδε, Κλεόμβροτος δὲ ὁ Λακε-

DE DEFECTU ORACULORUM.

PERSONÆ DIALOGI.

LAMPRIAS, CLEOMBROTUS, DIDYMUS, PHILIPPUS, DEMETRIUS, AMMONIUS, HERACLEO.

I. AQUILAS quasdam, Terenti Prisce, aut olores, fabulantur ab extremis terræ partibus ad medium ejus volatu tendentes Pythiæ eodem convenisse ad locum, cui Omphalo (id est umbilico) nomen est. Postea autem temporis Phæstium Epimenidem fabulam hanc vanitatis coarguisse apud Deum : cumque oraculum accepisset ambiguum atque obscurum, dixisse :

Non equidem terræ, aut exstat medius maris umbo,
aut superis solis, hominum non cognitus ulli est.

Atque hunc quidem merito ultus est deus, fabulæ priscæ, tanquam picturæ, conatum in probitatem inquirere.

II. Enimvero paulo ante Pythia a Callistrato acta, accidit ut ad nos a diversis terræ finibus Delphos convenirent duo sacri viri : Demetrius Grammaticus e Britannia Tarsum, quæ ei patria erat, revertens, et Cleombrotus Lacedæmonius. Hic diu per Ægyptum et

δαιμόνιος, πολλὰ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν γῆν πεπλανημένος, πόῤῥω δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναπεπλευκὼς οὐ κατ' ἐμπορίαν, ἀλλ' ἀνὴρ φιλοθεάμων καὶ φιλομαθὴς, οὐσίαν δὲ ἔχων ἱκανὴν, καὶ τὸ πλείονα τῶν ἱκανῶν ἔχειν οὐκ ἄξιον πολλοῦ ποιούμενος, ἐχρῆτο τῇ σχολῇ πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ συνῆγεν ἱστορίαν, οἷον ὕλην φιλοσοφίας, θεολογίαν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκάλει, τέλος ἐχούσης. Νεωστὶ δὲ γεγονὼς παρ' Ἄμμωνα, τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἐκεῖ δῆλος ἦν μὴ πάνυ τεθαυμακὼς, περὶ δὲ τοῦ λύχνου τοῦ ἀσβέστου διηγεῖτο λόγον ἄξιον σπουδῆς, λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων. Ἀεὶ γὰρ ἔλαττον ἀναλίσκειν ἔλαιον ἔτους ἑκάστου, καὶ τοῦτο ποιεῖσθαι τεκμήριον ἐκείνους τῆς τῶν ἐνιαυτῶν ἀνωμαλίας, τὸν ἕτερον τοῦ προάγοντος ἀεὶ τῷ χρόνῳ βραχύτερον ποιούσης. Εἰκὸς γὰρ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ τὸ δαπανώμενον ἔλαττον εἶναι.

3. Θαυμασάντων δὲ τῶν παρόντων, τοῦ δὲ Δημητρίου καὶ γέλοιον φήσαντος εἶναι, ἀπὸ μικρῶν πραγμάτων οὕτω μεγάλα θηρᾶν, οὐ κατ' Ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας, ἀλλὰ θρυαλλίδι καὶ λύχνῳ τὸν οὐρανὸν ὁμοῦ καὶ τὰ σύμπαντα μεθιστάντας, καὶ τὴν μαθηματικὴν ἄρδην ἀναιροῦντας· ὁ Κλεόμβροτος, Οὐδὲν, ἔφη, τούτων διαταράξει τοὺς ἄνδρας· ἀλλὰ τοῖς μαθηματικοῖς οὐχ ὑφήσονται τῆς ἀκριβείας, ὡς μᾶλλον ἂν ἐκείνους διαφυγόντα τὸν χρόνον ἐν κινήσεσι καὶ περιόδοις οὕτω μακρὰν ἀφεστώσαις, ἢ τὸ μέτρον ἑαυτοὺς τοῦ ἐλαίου, προσέχοντας ἀεὶ διὰ τὴν ἀτοπίαν τῷ παραλόγῳ καὶ παραφυλάττοντας. Τὸ δὲ μικρὰ μὴ διδόναι σημεῖα γίνεσθαι μεγάλων, ὦ Δημήτριε, πολλαῖς ἐστι τέχναις ἐμποδών· ἐπεὶ καὶ πολλῶν μὲν ἀποδείξεις παραιρεῖσθαι [συμβήσεται], πολλῶν δὲ προαγορεύσεις. Καίτοι καὶ ὑμεῖς οὐ μικρὸν ἀποδείκνυτε πρᾶγμα, λεαίνεσθαι ξυρῷ τὰ σώματα τοὺς ἥρωας, ἐντυχόντες Ὁμήρῳ ξυρὸν ὀνομάσαντι· καὶ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ὅτι που χρέος ὀφέλλεσθαι φησὶν, οὔτι νέον, οὐδ' ὀλίγον, ὡς τοῦ ὀφέλλεσθαι τὸ αὔξεσθαι δηλοῦντος. Αὖθις δὲ τὴν νύκτα θοὴν εἰπόντος, ἀγαπητῶς ἐμφύεσθε τῷ ῥήματι· καὶ τοῦτ' ἐκεῖνο φατὲ φράζεσθαι τὴν σκιὰν τῆς γῆς ὑπ' αὐτοῦ κωνικὴν οὖσαν ἀπὸ σφαιροειδοῦς. Ἰατρικὴν δὲ λοιμῶδες θέρος ἀραχνίων πλήθει προδηλοῦν, καὶ θρίοις ἐαρινοῖς, ὅταν κορώνης ποσὶ εἴκελα γένηται, τίς ἐάσει τῶν ἀξιούντων μικρὰ σημεῖα μὴ γίνεσθαι τῶν μεγάλων; Τίς δ' ἀνέξεται πρὸς χόα καὶ κοτύλην ὕδατος τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος μετρούμενον, ἢ τῆς ἐνταῦθα πλινθίδος, ἣ ποιεῖ γωνίαν ὀξεῖαν κεκλιμένην πρὸς τὸ ἐπίπεδον, μέτρον εἶναι λεγομένην τοῦ ἐξάρματος, ὃ ἐξῆρται τῶν πόλων ὁ ἀεὶ φανερὸς ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος; Ταῦτα γὰρ ἦν ἀκούειν τῶν ἐκεῖ προφητῶν. Ὥστε ἄλλο τι λέγωμεν πρὸς αὐτοὺς, εἰ βουλόμεθα τῷ ἡλίῳ κατὰ τὰ πάτρια τὴν νενομισμένην τάξιν ἀπαράβατον ποιεῖν.

4. Παρὼν οὖν ἀνεφώνησεν Ἀμμώνιος ὁ φιλόσοφος, οὐ τῷ ἡλίῳ μόνον εἰπεῖν, ἀλλὰ τῷ οὐρανῷ παντί. Συστέλλεσθαι γὰρ ἀνάγκη τὴν ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπὰς

Troglodyticam vagatus et magnam maris Rubri partem subvectus erat, non sane negotiandi gratia : sed homo spectandi et discendi cupidus, cum esset re satis lauta, non magni ducens possessionem opum iis quæ sufficerent ampliorem, his rebus otium insumebat, historiamque colligebat quasi materiam philosophiæ, cui (ut aiebat) theologia finis erat propositus. Et quia nuper apud Ammonem fuerat, satis præ se ferebat cætera se non valde admiratum : de lucerna autem perpetuo ardente rem narrabat dignam animadversione, de qua ex sacerdotum sermone percepisset : subinde enim quovis posteriore anno minus olei absumi quam præcedente : atque hoc illos pro certo argumento annorum inæqualitatis ducere, quæ sequentem annum semper breviorem superiore faceret; quod probabile sit minori tempore minus absumi.

III. Mirantibus qui aderant, Demetrius ridiculum esse pronunciabat, velle ex tam minutis rebus tam arduas indagare : non enim hoc esse, id quod Alcæus ait, *ex ungue leonem pingere*, sed e papyro et lucerna occasione petita cœlum simul et totum universum mutare ac mathematicam scientiam funditus abolere. Tum Cleombrotus : Nihil, inquit, horum istos viros perturbaverit : neque vero accurata subtilitate superari se a mathematicis concedent : quos facilius in tam longis motuum ac temporum intervallis ratio fefellerit annorum, quam istos olei mensura, cum ob insolentiam rei quæ evenit semper accurate observent eam. Jam multis artibus impedimento fuerit, Demetri, qui non concedat exigua magnorum esse argumenta : atque hac ratione multarum artium demonstrationes, multarum prædictiones perimentur. Sane vos quoque rem non parvam demonstratis, *Heroes corpora sua solitos lævigare novacula*, eo quod apud Homerum in mentionem novaculæ incidistis : et *antiquum esse pecuniam in fenore ponere docetis*, quod apud eumdem quidam dicit :

Namque hic augetur mihi magna pecunia pridem;

augeri enim interpretamini fenerando : rursum noctem eo *acutam* cognominante, arripitis hoc dictum cupide, atque hoc ipsum traditis esse, quod umbra terræ quippe globosæ, turbinis seu metæ figuram habeat. Præterea quis medicos pestilentem æstatem prædicere ex telarum aranearum multitudine, aut vernis fici foliis cornicis pedem referentibus patietur, qui contendat parva magnorum non posse esse indicia? Quis mensuram solis ad congium heminamve explorari sinet? Aut laterculum hunc, qui ad superficiem soli acutum angulum sua inclinatione facit, mensuram esse concedet altitudinis ejus, in quam mundi vertex semper conspicuus supra horizontem attollitur? Ista enim ex Ammonis sacerdotibus audire licebat. Aliud ergo quærendum est quo eos oppugnemus, si volumus ostendere, sicut a majoribus nostris accepimus, solis motum eodem ordine constare, neque ab eo unquam desciscere.

IV. Hic Ammonius philosophus, intererat enim colloquio : Non solis duntaxat, exclamans aiebat, sed totius adeo cœli causa agitur. Si enim anni decrescunt,

πάροδον αὐτοῦ, * καὶ μὴ διαμένειν τηλικοῦτο μέρος οὖσαν τοῦ ὁρίζοντος, ἡλίκον οἱ μαθηματικοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ἐλάττονα γίνεσθαι, ἀεὶ πρὸς τὰ βόρεια τῶν νοτίων συναγωγὴν λαμβανόντων, καὶ τὸ θέρος ἡμῖν βραχύτερον, καὶ ψυχροτέραν εἶναι τὴν κρᾶσιν, ἐνδοτέρω κάμπτοντος αὐτοῦ, καὶ μειζόνων παραλλήλων ἐφαπτομένου τοῖς τροπικοῖς σημείοις· ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἐν Συήνῃ γνώμονας, ἀσκίους μηκέτι φαίνεσθαι περὶ τροπὰς θερινάς, πολλοὺς δὲ ὑποδεδραμηκέναι τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων· ἐνίους δὲ ψαύειν, καὶ συγκεχύσθαι πρὸς ἀλλήλους, τοῦ διαστήματος ἐκλελοιπότος. Εἰ δ' αὖ φήσουσι τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐχόντων ἀτακτεῖν ταῖς κινήσεσι τὸν ἥλιον, οὔτε τὴν μόνον τοῦτον ἐκ τοσούτων ἐπιταχύνουσαν αἰτίαν εἰπεῖν ἕξουσι, καὶ τὰ πολλὰ τῶν φαινομένων συνταράξουσι, τὰ δὲ πρὸς σελήνην καὶ παντάπασιν, ὥστε μὴ δεῖσθαι μέτρων ἐλαίου, τὴν διαφορὰν ἐλεγχόντων. Αἱ γὰρ ἐκλείψεις ἐλέγχουσιν αὐτοῦ τε τῇ σελήνῃ πλεονάκις ἐπιβάλλοντος, καὶ τῆς σελήνης, τῇ σκιᾷ, τὰ δ' ἄλλα δῆλα, καὶ οὐδὲν δεῖ περαιτέρω τὴν ἀλαζονείαν τοῦ λόγου διελίττειν. Ἀλλὰ μήν, ὁ Κλεόμβροτος ἔφη, καὶ τὸ μέτρον αὐτὸς εἶδον· πολλὰ γὰρ ἐδείκνυσαν· τὸ δ' ἐπέτειον ἀπέδει τῶν παλαιοτάτων οὐκ ὀλίγον. Ὑπολαβὼν δὲ αὖθις ὁ Ἀμμώνιος, Εἶτα τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, εἶπεν, ἔλαθε παρ' οἷς ἄσβεστα θεραπεύεται πυρά, καὶ σώζεται χρόνον ἐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄπειρον. Εἰ δ' οὖν ὑποθοῖτό τις ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, οὐ βέλτιόν ἐστι ψυχρότητας αἰτιᾶσθαί τινας, καὶ ὑγρότητας ἀέρων, ὑφ' ὧν τὸ πῦρ μαραινόμενον, εἰκός ἐστι μὴ κρατεῖν πολλῆς μηδὲ δεῖσθαι τροφῆς, ἢ τοὐναντίον ξηρότητας καὶ θερμότητας; Ἤδη γὰρ ἀκήκοα λεγόντων τινῶν περὶ τοῦ πυρός, ὡς ἐν χειμῶνι καίεται βέλτιον ὑπὸ ῥώμης, εἰς αὑτὸ συστελλόμενον τῇ ψυχρότητι καὶ πυκνούμενον, ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἐξασθενεῖ, καὶ γίνεται μανὸν καὶ ἄτονον, κἂν ἐν ἡλίῳ καίηται, χεῖρον ἐργάζεται, καὶ τῆς ὕλης ἅπτεται μαλακῶς, καὶ καταναλίσκει βράδιον. Μάλιστα δ' ἄν τις εἰς αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἐπανάγοιτο τοὔλαιον· οὐ γὰρ ἀπεικός ἐστι, πάλαι μὲν ἄτροφον καὶ ὑδατῶδες εἶναι, γεννώμενον ἐκ φυτάδος νέας, ὕστερον δὲ πεπτόμενον ἐν τελείοις καὶ συνιστάμενον, ἀπὸ πλήθους ἴσου μᾶλλον ἰσχύειν καὶ τρέφειν βέλτιον, εἰ δεῖ τοῖς Ἀμμωνίοις ἀνασώζειν, καίπερ ἄτοπον καὶ ἀλλόκοτον οὖσαν τὴν ὑπόθεσιν.

5. Παυσαμένου δὲ τοῦ Ἀμμωνίου, Μᾶλλον, ἔφην ἐγώ, περὶ τοῦ μαντείου δίελθε ἡμῖν, ὦ Κλεόμβροτε· μεγάλη γὰρ ἡ παλαιὰ δόξα τῆς ἐκεῖ θειότητος, τὰ δὲ νῦν ἔοικεν ὑπομαραίνεσθαι. Τοῦ δὲ Κλεομβρότου σιωπῶντος καὶ κάτω βλέποντος, ὁ Δημήτριος, Οὐδέν, ἔφη, δεῖ περὶ τῶν ἐκεῖ πυνθάνεσθαι καὶ διαπορεῖν τὴν ἐνταῦθα τῶν χρηστηρίων ἀμαύρωσιν, μᾶλλον δὲ πλὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἁπάντων ἔκλειψιν ὁρῶντας· ἀλλ' ἐκεῖνο σκοπεῖν, δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐξησθένηκε. Τὰ γὰρ ἄλλα τί δεῖ λέγειν; ὅπου τὴν Βοιωτίαν ἕνεκα χρηστηρίων πολύφωνον οὖσαν ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις, νῦν ἐπιλέ-

necesse est iter solis quod ab unius solstitii puncto ad alterum tenditur, contrahi, ut non maneat tanta finitoris pars, quantam esse tradunt mathematici, sed subinde curtetur austrinis partibus versus septentrionales coarctatis : quin et æstas nostra brevior fiat oportet ac frigidior, sole interius cursum flectente, et parallelos majores tropicis signis describente : umbilici quoque solis (quos gnomones a recto angulo vocant Græci) Syenæ constituti non amplius umbra carebunt circa solstitium æstivum : et multæ stellarum inerrantium intervallo diminuto loca sua deserere, quædam etiam mutuo se tangere et confundi cogentur. Quod si dicant, reliquis suum æqualiter ordinem tuentibus, unius solis motum sibi non constare, neque causam poterunt monstrare, quæ eum solum ex tanto stellarum numero accelerare motum suum cogat, et eorum quæ in cœlo fieri sensu deprehenduntur pleraque conturbabunt, planissime universa ea, quæ lunæ solis respectu eveniunt. Nihil ergo istis opus habemus, qui olei mensura discrimen arguant : defectus enim solis et lunæ mutui, cum vel hæc in umbram terræ a sole projectam incidit, vel ipse ad lineam supra lunam positus a nobis conspici non potest, optime rem detegunt : ut porro vanitatem istius rationis explicare nihil attineat. At vero, inquit Cleombrotus, mensuram olei ipsemet vidi, mensuras enim multas monstrabant et præsentis anni mensura a prisca aberat permultum. Respondit Ammonius : Ergone res ea fefellerit reliquos homines, apud quos ignes coluntur asservanturque per temporis pæne infinitum spatium? Quod si quis tamen omnino veram esse rem ponat, nonne præstat causam ascribere frigiditatibus aliquibus et humiditatibus aeris, quibus ignis languefactus non possit multum conficere alimenti, neque opus eo habeat; aut siccitates contra et caliditates causari? Jam enim audivi qui de igne dicerent, hieme eum melius ardere plusque habere virium, frigore in sese coactum ac stipatum; in æstu autem raritate contracta imbecillum reddi atque languidum, et sub sole accensum remissius agere, materiamque molliter invadere ac tardius consumere. Maxime vero liceat causam in ipsum conferre oleum : non enim absurdum est, olim id ex recenti natum stirpe plus aquei habuisse admixtum, minusque alendo valuisse : postea coctum in perfecta planta ac coactum, eadem quantitate plus potuisse, ignemque facilius fovisse : si quidem volumus Ammonis administris servare propositum suum, quanquam abhorrens a fide et insolens.

V. Ut finem dicendi fecit Ammonius, ego: Quin tu, inquam, Cleombrote, de oraculo nobis enarra : antiqua enim fama multum ei divinitatis tribuit, nunc quidem videtur emarcescere. Tacente Cleombroto, et oculos in terram conjiciente, Demetrius : Nihil, inquit, attinet de isto percunctari oraculo, et causam quærere, cum videamus oracula quæ in his sunt locis obsolevisse, atque adeo duobus aut tribus exceptis, omnia defecisse : id potius indagandum est, quibusnam causis exstincta sint. Nam ut alia taceam, Bœotiam, quæ superioribus temporibus ob oraculorum multitudinem vocalis admodum fuit, nunc prorsus destitue-

λοιπε κομιδῆ, καθάπερ νάματα, καὶ πολὺς ἐπέσχηκε μαντικῆς αὐχμὸς τὴν χώραν· οὐδαμοῦ γὰρ ἀλλαχόθι νῦν, ἢ [περὶ τὴν] Λεβαδίαν, ἡ Βοιωτία παρέχει τοῖς χρῄζουσιν ἀρύσασθαι μαντικῆς, τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν σιγή, τὰ δὲ παντελὴς ἐρημία κατέσχηκε. Καίτοι γε περὶ τὰ Μηδικὰ μὲν εὐδοκίμησεν ** οὐχ ἧττον * τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω ἀπεπειράθη ** μὲν ὡς ἔοικεν ἀμφοτέρων. Ὡς ὁ μὲν οὖν τοῦ μαντείου προφήτης φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος ** τὸ πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων χρήσιμον ἐξήνεγκεν. Ὥστε μηδένα ξυνεῖναι ** ἁγίων [τῶν] παρόντων δν ἐκεῖνον, ὡς ** τοῦ ἐνθουσιασμοῦ ** τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστιν. Οὐ δέδοται φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπηρετοῦσαν. Ὁ δὲ πεμφθεὶς εἰς Ἀμφιάρεω δοῦλος ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπηρέτην τοῦ θεοῦ φανέντα, πρῶτον μὲν ἀπὸ φωνῆς ἐκβάλλειν αὐτὸν, ὡς τοῦ θεοῦ μὴ παρόντος, ἔπειτα ταῖς χερσὶν ὠθεῖν, ἐπιμένοντος δὲ, λίθον εὐμεγέθη λαβόντα τὴν κεφαλὴν πατάξαι. Ταῦτα δ' ἦν ὥσπερ ἀντίφωνα τῶν γενησομένων· ἡττήθη γὰρ ὁ Μαρδόνιος, οὐ βασιλέως, ἀλλ' ἐπιτρόπου καὶ διακόνου βασιλέως ἡγουμένου τῶν Ἑλλήνων, καὶ λίθῳ πληγεὶς ἔπεσεν, ὥσπερ ὁ Λυδὸς ἔδοξε πληγῆναι κατὰ τοὺς ὕπνους. Ἤκμαζε δὲ τότε καὶ τὸ περὶ τὰς Τεγύρας χρηστήριον, ὅπου καὶ γενέσθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι, καὶ ναμάτων δυοῖν παραρρεόντων, τὸ μὲν, φοίνικα, θάτερον δ' ἐλαίαν [καλεῖσθαι] ἄχρι νῦν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς Μηδικοῖς Ἐχεκράτους προφητεύοντος, ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεός· ἐν δὲ τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ Δηλίοις ἐκπεσοῦσι τῆς νήσου φασὶ χρησμὸν ἐκ Δελφῶν κομισθῆναι, προστάττοντα τὸν τόπον ἀνευρεῖν, ἐν ᾧ γέγονεν ὁ Ἀπόλλων, καὶ θυσίας τινὰς ἐκεῖ τελέσαι. Θαυμαζόντων δὲ καὶ διαπορούντων, εἰ μὴ παρ' αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἀλλ' ἑτέρωθι γεγόνει, τὴν Πυθίαν προσανελεῖν, ὅτι κορώνη φράσει τὸ χωρίον αὐτοῖς. Ἀπιόντας οὖν ἐν Χαιρωνείᾳ γενέσθαι, καὶ τῆς πανδοκευτρίας ἀκοῦσαι, πρός τινας ξένους βαδίζοντας εἰς Τεγύρας περὶ τοῦ χρηστηρίου διαλεγομένης· τῶν δὲ ξένων, ὡς ἀπῄεσαν, ἀσπαζομένων καὶ προσαγορευόντων τὴν ἄνθρωπον, ὅπερ ὠνομάζετο, Κορώνην, συνεῖναι τὸ λόγιον, καὶ θύσαντας ἐν ταῖς Τεγύραις τυχεῖν καθόδου μετ' ὀλίγον χρόνον. Γεγόνασι δὲ καὶ νεώτεραι τούτων ἐπιφάνειαι περὶ τὰ μαντεῖα ταῦτα, νῦν δ' ἐκλέλοιπεν· ὥστε τὴν αἰτίαν ἄξιον εἶναι παρὰ τῷ Πυθίῳ διαπορῆσαι τῆς μεταβολῆς.

6. Ἤδη δέ πως ἀπὸ τοῦ νεὼ προϊόντες ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Κνιδίων λέσχης ἐγεγόνειμεν· παρελθόντες οὖν εἴσω, τοὺς φίλους, πρὸς οὓς ἐβαδίζομεν, ἑωρῶμεν καθημένους, καὶ περιμένοντας ἡμᾶς· ἦν δὲ τῶν ἄλλων ἡσυχία διὰ τὴν ὥραν, ἀλειφομένων ἢ θεωμένων τοὺς ἀθλητάς. Καὶ ὁ Δημήτριος διαμειδιάσας, Ψεύσομαι, εἶπεν, ἢ ἔτυμον ἐρέω; δοκεῖτέ μοι μηδὲν ἄξιον σκέμμα διὰ χειρῶν ἔχειν· ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς ἀνειμένως σφόδρα καθημένους καὶ διακεχυμένους τοῖς προσώποις. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Μεγαρεὺς Ἡρακλέων, Οὐ γὰρ ζητοῦμεν,

runt oracula, tanquam amnes siccati, ingensque divinationis quasi æstu quodam abolitæ penuria regionem occupavit : neque enim alibi hodie, quam apud Lebadiam Bœotia haustum vaticinationis responsa desiderantibus præbet : reliqua partim silent oracula, partim vasta prorsus desertaque jacent. Atqui ea tempestate, qua Medi bellum Græciæ intulerunt, Amphiarai oraculum non minori fama clarebat. Sane utrumque tunc consuluit Mardonius. Sed antistes [Ptoi] oraculi, qui antea Æolica uteretur lingua, tunc barbarica responsum edidit, ut præsentium civium nemo intelligeret, quam sententiam illud responsum haberet : at barbarus divinationem antistitis percepit, nec opus habuit Græcam interpretem linguam quærere quæ ipsi jussum oraculi interpretaretur. Servus autem qui missus erat ad Amphiarai, per quietem imaginatus est apparere sibi ministrum dei, ab eo primum verbis se ejici fano, deum abesse dicente : deinde manibus pulsatum : cum perstaret, magno saxo ab eo in caput ictum esse. Atque hæc quasi vocis loco fuerunt futura denuntiantis. Victus est enim Mardonius non rege, sed regis procuratore et ministro Græcos ducente, et saxo ictus cecidit, sicut Lydus se percussum in somnis putaverat. Floruit tum etiam apud Tegyras oraculum, ubi natum Apollinem aiunt, duorumque alluentium rivorum alterum Phœnicem (palmam arborem), alterum Elæam (oleam) quidam etiamnum nominant. Medici belli tempore, Echecrate vaticinante, deus victoriam Græcis et robur prædixit. Bello autem Peloponnesiaco Deliis insula sua exturbatis oraculum Delphis allatum ferunt, quo juberentur locum quærere, quo in loco natus fuisset Apollo, ibique sacrificia quædam peragere : mirantibusque, et dubitatione perculsis quod non in Delo, sed alibi natus Apollo diceretur, addidisse Pythiam, cornicem eis locum indicaturam. Profectos deinde Chæroneam venisse, et ibi mulierem, in cujus cauponam diverterant, audivisse cum hospitibus quibusdam Tegyras euntibus de oraculo colloquentem, eosque digredientes eam Cornicem (hoc enim erat mulieri nomen) consalutantes : atque sic oraculi sententia percepta, Tegyris rem sacram fecisse, neque multo post tempore reditum in patriam consecutos fuisse. Recentiora etiam horum oraculorum documenta exstiterunt : quæ oracula cum prorsus jam obmutuerint, operæ pretium est nos, cum apud Apollinem Pythium convenerimus, causam mutationis quærere.

VI. Dum hæc colloquimur, interea a templo progressi ad fores curiæ (seu leschæ) venimus, in quam Cnidii solebant coire : ingressi, amicos, quos volebamus conventos, sedentes offendimus et adventum nostrum præstolantes. Quiescentibus ibi tum reliquis, quod ea diei erat hora, ut vel ungerentur, vel athletas spectarent, Demetrius leniter subridens :

Mentiar, an potius verum eloquar? —

inquit, nihil mihi præ manibus habere videmini, quod dignum disquisitione sit : adeo vos ego otiosos et vultibus in hilaritatem solutis hic desidere conspicor. Ejus verba excipiens Heracleo Megarensis : Non enim, ait,

ἔφη, τὸ βάλλω ῥῆμα, πότερον τῶν δύο τὸ ἓν λάμβδα κατὰ τὸν μέλλοντα χρόνον ἀπόλλυσιν, οὐδ' ἀπὸ τίνων ἁπλῶν ὀνομάτων τὸ χεῖρον καὶ τὸ βέλτιον, καὶ τὸ χείριστον καὶ τὸ βέλτιστον ἐσχημάτισται. Ταῦτα γὰρ ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτα συντείνει καὶ συνίστησι τὸ πρόσωπον· τὰ δ' ἄλλα ἔξεστι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν καὶ ζητεῖν, ἀτρέμα μὴ δεινὸν βλέποντας, μηδὲ χαλεπαίνοντας τοῖς παροῦσιν. Δέξασθε οὖν, ὁ Δημήτριος, ἡμᾶς, ἔφη, καὶ μεθ' ἡμῶν λόγον, ὃς δὴ προσπέπτωκεν ἡμῖν οἰκεῖος ὢν τοῦ τόπου, καὶ διὰ τὸν θεὸν ἅπασι προσήκων· καὶ ὅπως οὐ συνάξετε τὰς ὀφρῦς ἐπιχειροῦντες [σκοπεῖτε].

7. Ὡς οὖν ἀνεμίχθημεν διακαθεζόμενοι, καὶ προὔβαλεν εἰς μέσον ὁ Δημήτριος τὸν λόγον, * εὐθὺς ἀναπηδήσας ὁ κυνικὸς Δίδυμος, ἐπίκλησιν Πλανητιάδης, καὶ τῇ βακτηρίᾳ δὶς ἢ τρὶς πατάξας, ἀνεβόησεν· Ἰοὺ ἰοὺ, δύσκριτον πρᾶγμα καὶ ζητήσεως δεόμενον πολλῆς ἥκετε κομίζοντες ἡμῖν. Θαυμαστὸν γάρ ἐστιν, εἰ τοσαύτης κακίας ὑποκεχυμένης, μὴ μόνον, ὡς προεῖπεν Ἡσίοδος, αἰδὼς καὶ νέμεσις τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀπολελοίπασιν, ἀλλὰ καὶ πρόνοια θεῶν συσκευασαμένη τὰ χρηστήρια πανταχόθεν οἴχεται. Τοὐναντίον δ' ὑμῖν ἐγὼ προβάλλω διαπορῆσαι, πῶς οὐχὶ καὶ τότε ἀπείρηκεν, οὐδὲ Ἡρακλῆς αὖθις ἤ τις ἄλλος θεῶν ὑπέσπακε τὸν τρίποδα, καταπιμπλάμενον αἰσχρῶν καὶ ἀθέων ἐρωτημάτων, ἃ τῷ θεῷ προβάλλουσιν, οἱ μὲν ὡς σοφιστοῦ διάπειραν λαμβάνοντες, οἱ δὲ περὶ θησαυρῶν ἢ κληρονομιῶν, ἢ γάμων παρανόμων διερωτῶντες· ὥστε κατὰ κράτος ἐξελέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν εἰπόντα, βελτίστους ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν. Οὕτως ἃ καλῶς εἶχεν, ἀνθρώπου πρεσβυτέρου παρόντος, ἀρνεῖσθαι καὶ ἀποκρύπτειν νοσήματα τῆς ψυχῆς καὶ πάθη, ταῦτα γυμνὰ καὶ περιφανῆ κομίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ βουλομένου λέγειν, ὅ τε Ἡρακλέων ἐπελάβετο τοῦ τρίβωνος, κἀγὼ, σχεδὸν ἁπάντων αὐτῷ συνηθέστατος ὢν, Παῦε, ἔφην, ὦ φίλε Πλανητιάδη, παροξύνων τὸν θεόν· εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ οὐ πρᾶος, κατεκρίθη δὲ θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν, ὥς φησιν ὁ Πίνδαρος. Καὶ εἴτε ἥλιός ἐστιν, εἴτε κύριος ἡλίου καὶ πατὴρ, καὶ ἐπέκεινα τοῦ ὁρατοῦ παντὸς, οὐκ εἰκὸς ἀπαξιοῦν φωνῆς τοὺς νῦν ἀνθρώπους, οἷς αἴτιός ἐστι γενέσεως καὶ τροφῆς, καὶ τοῦ εἶναι καὶ φρονεῖν. Οὐδ' ἅμα τὴν πρόνοιαν, ὥσπερ εὐγνώμονα μητέρα καὶ χρηστὴν, πάντα ποιοῦσαν ἡμῖν, καὶ φυλάττουσαν, ἐν μόνῃ μνησίκακον εἶναι τῇ μαντικῇ, καὶ ταύτην ἀφαιρεῖσθαι δοῦσαν ἐξ ἀρχῆς· ὥσπερ οὐχὶ καὶ τότε πλειόνων ὄντων ἐν πλείοσιν ἀνθρώπων πονηρῶν, ὅτε πολλαχόθεν τῆς οἰκουμένης χρηστήρια καθειστήκει. Δεῦρο δὴ πάλιν καθίσας, καὶ πρὸς τὴν κακίαν, ἣν εἴωθας ἀεὶ τῷ λόγῳ κολάζειν, Πυθικὰς ἐκεχειρίας σπεισάμενος, ἑτέραν τινὰ μεθ' ἡμῶν αἰτίαν ζήτει τῆς λεγομένης ἐκλείψεως τῶν χρηστηρίων. Τὸν δὲ θεὸν εὐμενῆ φύλαττε καὶ ἀμήνιτον. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτ' εἰπὼν

quærimus utrum ex duobus lambda abjiciat verbum Βάλλω, quando futurum formatur Βαλῶ, nec a quo simplici principio profecta sint χεῖρον ac βέλτιον, item χείριστον ac βέλτιστον. Hæc enim et alia id genus corrugant frontem : de aliis licet placide disputare ac inquirere, superciliis quietis, et absque vultus tristitia, aut adversus præsentes morositate. Nos ergo, inquit Demetrius, accipite, et quæstionem in quam incidimus, hujus loci propriam, et Apollinis causa ad omnes pertinentem : ac videte, ne inter ratiocinandum supercilia adducatis.

VII. Postquam permixti eis assedimus, et quæstionem in medium proposuit Demetrius, confestim prosiluit Cynicæ sectæ philosophus Didymus, cognomento (quod ei a vagando tanquam erroni factum probabile videtur) Planetiades; ac scipione duobus aut tribus editis ictibus exclamavit : Eho, eho! scilicet rem difficilem et multæ indigentem disquisitionis affertis nobis : enimvero, tanta malitia per humanum dissipata genus, mirum est, si non tantum, quod prædixit Hesiodus, Verecundia et justa Indignatio (quæ Nemesis dicitur) humanam reliquerunt vitam, sed Providentia etiam divina convasatis oraculis omnino abiit. Imo ego hoc contra vobis disputandum propono, cur non jamdudum ab edendis oraculis animum Apollo averterit, aut ei Hercules rursum aliusve deorum tripodem sustulerit, oppletum obscenis et impiis quæstionibus, quas deo proponunt; alii eum tanquam sophistam tentantes, alii de thesauris, hæreditatibus, incestisve nuptiis sententiam scitantes; ut quidem palam coarguatur Pythagoras erroris, qui tunc sibi ipsis maxime præstare, quod ad probitatem attinet, homines dixerit, quando ad deos accedunt : cum quæ convenit vitia aut perturbationes animi coram seniore homine inficiari atque tegere, ea aperta ac nuda homines deo exponant. Plura dicturi lacernam Heracleo arripuit : et ego, de toto numero fere ei maxime familiaris : Desine, aiebam, mi Planetiade, lacessere deum irritabilem, et ingenio nequaquam leni; quanquam, ut Pindarus ait, hoc ei injunctum judicio deorum, ut hominibus sit benignissimus; et sive is sol est, sive dominus paterque solis, ultra omnem visui expositam collocatus naturam, verisimile non est eum nostra ætate homines voce sua dedignari, quibus nascendi, nutritionis, vitæ et intelligendi causa ipse est : neque hoc est consentaneum, providentiam, quæ veluti benevola mater omnia ad utilitatem nostram parat atque conservat, in sola divinatione rationem habere acceptarum injuriarum, et quam ab initio largita sit nobis, eam adimere : quasi vero non tum quoque inter plurimos homines plurimi etiam mali fuerint, cum oracula multis in terræ partibus vocalia fuerunt. Itaque huc, sodes, asside, et pactis cum perversitate, quam nunquam non oratione tua soles incessere, Pythicis induciis, nobiscum aliam quamdam, cur oracula desitum sit edi, causam perquire, quæ res proposita est : Apollinem autem irritare cave, eumque propitium relinque.

τοσοῦτον διεπραξάμην, ὅσον ἀπελθεῖν διὰ θυρῶν σιωπῇ τὸν Πλανητιάδην.

8. Ἡσυχίας δὲ γενομένης ἐπ' ὀλίγον, ὁ Ἀμμώνιος ἐμὲ προσαγορεύσας, Ὅρα τί ποιοῦμεν, εἶπεν, ὦ Λαμπρία, καὶ πρόσεχε τῷ λόγῳ τὴν διάνοιαν, ὅπως μὴ τὸν θεὸν ἀναίτιον ποιῶμεν. Ὁ γὰρ ἄλλῳ τινὶ, καὶ μὴ θεοῦ γνώμῃ τὰ παυσάμενα τῶν χρηστηρίων ἐκλιπεῖν ἡγούμενος, ὑπόνοιαν δίδωσι τοῦ μὴ γενέσθαι μηδ' εἶναι διὰ τὸν θεὸν, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ νομίζειν. Οὐ γὰρ ἄλλη γέ τις ἐστὶ μείζων οὐδὲ κρείττων δύναμις, ὥστε ἀναιρεῖν καὶ ἀφανίζειν ἔργον θεοῦ τὴν μαντικὴν οὖσαν. Ὁ μὲν οὖν Πλανητιάδου λόγος οὐκ ἀρεστὸς ἐμοὶ, διά τε τἄλλα καὶ τὴν ἀνωμαλίαν, ἣν περὶ τὸν θεὸν ποιεῖ, πῇ μὲν ἀποστρεφόμενον καὶ ἀπαξιοῦντα τὴν κακίαν, πῇ δὲ πάλιν αὖ προσιέμενον· ὥσπερ εἰ βασιλεύς τις, ἢ τύραννος, ἑτέραις ἀποκλείων θύραις τοὺς πονηροὺς, καθ' ἑτέρας εἰσδέχοιτο καὶ χρηματίζοι. Τοῦ δὲ μεγίστου καὶ ἱκανοῦ, καὶ μηδαμοῦ περιττοῦ, πανταχῆ δὲ αὐτάρκους, μάλιστα τοῖς θεοῖς πρέποντος ἔργου, εἰ ταύτην λαβὼν [ἀρχὴν] φαίη τις, ὅτι τῆς κοινῆς ὀλιγανδρίας, ἣν αἱ πρότεραι στάσεις καὶ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τι τὴν οἰκουμένην ἀπειργάσαντο, πλεῖστον μέρος * ἡ Ἑλλὰς μετέσχηκε, καὶ μόλις ἂν νῦν ὅλη παράσχοι τρισχιλίους ὁπλίτας, ὅσους ἡ Μεγαρέων μία πόλις ἐξέπεμψεν εἰς Πλαταιέας· οὐδὲν οὖν ἕτερον ἦν τὸ πολλὰ καταλιπεῖν χρηστήρια τὸν θεὸν, ἢ τῆς Ἑλλάδος ἐλέγχειν τὴν ἐρημίαν, ἀκριβῶς ἂν αὐτῷ παράσχοιμι τῆς εὑρεσιλογίας. Τίνος γὰρ ἦν ἀγαθὸν, [εἰ] ἐν Τεγύραις ὡς πρότερον ἦν μαντεῖον, ἢ περὶ τὸ Πτῷον, ὅπου μέρος ἡμέρας ἐντυχεῖν ἐστιν ἀνθρώπῳ νέμοντι; Καὶ γὰρ τοῦτο δήπου ἐνταῦθα πρεσβύτατον ὂν χρόνῳ τε καὶ δόξῃ κλεινότατον, ὑπὸ θηρίου χαλεποῦ δρακαίνης πολὺν χρόνον ἔρημον γενέσθαι καὶ ἀπροσπέλαστον ἱστοροῦσιν· οὐκ ὀρθῶς τὴν ἀργίαν, ἀλλ' ἀνάπαλιν λαμβάνοντες. Ἡ γὰρ ἐρημία τὸ θηρίον ἐπηγάγετο μᾶλλον, ἢ τὸ θηρίον ἐποίησε τὴν ἐρημίαν. Ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ δόξαν οὕτως, ἥ τε Ἑλλὰς ἐῤῥώσθη πόλεσι, καὶ τὸ χωρίον ἀνθρώποις ἐπλήθυε, δυσὶν ἐχρῶντο προφήτισιν ἐν μέρει καθιεμέναις, καὶ τρίτη δ' ἔφεδρος ἦν ἀποδεδειγμένη. Νῦν δ' ἐστὶ μία προφῆτις, καὶ οὐκ ἐγκαλοῦμεν· ἐξαρκεῖ γὰρ αὐτὴ τοῖς δεομένοις. Οὐ τοίνυν αἰτιατέον οὐδὲ τὸν θεόν· ἡ γὰρ οὖσα μαντικὴ καὶ διαμένουσα πᾶσίν ἐστιν ἱκανὴ, καὶ πάντας ἀποπέμπει τυγχάνοντας ὧν χρῄζουσιν. Ὥσπερ οὖν ἐννέα κήρυξιν ὁ Ἀγαμέμνων ἐχρῆτο, καὶ μόλις κατεῖχε τὴν ἐκκλησίαν διὰ πλῆθος, ἐνταῦθα δὲ ὄψεσθε μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐν τῷ θεάτρῳ μίαν φωνὴν ἐξικνουμένην εἰς πάντας· οὕτω τότε πλείοσιν ἐχρῆτο φωναῖς πρὸς πλείονας ἡ μαντικὴ, νῦν δὲ τοὐναντίον ἔδει θαυμάζειν τὸν θεὸν, εἰ περιεώρα τὴν μαντικὴν ἀχρήστως δίκην ὕδατος ἀποῤῥέουσαν, ἢ καθάπερ αἱ πέτραι ποιμένων ἐν ἐρημίᾳ καὶ βοσκημάτων φωναῖς ἀντηχοῦσαν.

9. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Ἀμμωνίου, κἀμοῦ σιωπῶντος, ὁ Κλεόμβροτος ἐμὲ προσαγορεύσας, Ἤδη σὺ

His ergo verbis tantum perfeci, ut tacens per januam exiret Planetiades.

VIII. Silentio aliquandiu exinde facto, Ammonius me compellans : Vide sis, inquit, o Lampria, quam rem agamus, animumque disputationi adverte, ne deum in causa hujus rei esse negemus. Qui enim alia quadam de causa, non voluntate dei putat oracula desiisse, suspicionem injicit ea ne exstitisse quidem divinitus, sed alio quodam cœpisse modo : neque enim major alia aut potentior vis est, quæ abolere divinationem possit, si quidem ea dei opus est. Sane mihi Planetiadæ sermo cum ob alia non probatur, tum ob inconstantiam quam deo tribuit, qui modo aversetur improbitatem, modo rursus admittat : non aliter, quam si quis rex aut tyrannus alteris foribus malos excluderet, alteris intromitteret, iisque responsa daret. Sed cum deos id opus maxime deceat, quod maximum sit et sufficiens, nusquam supervacaneum, ubique plenum et nihil extra se requirens : si quis hoc sumens, communis hominum penuriæ, quam superiorum temporum seditiones et bella toti fere orbi terrarum invexerunt, maximam partem Græciam sensisse (quippe universa Græcia hodie vix tria millia gravis armaturæ militum posset præbere, quantas copias olim sola Megarensium civitas misit ad Platæas), sic ratiocinetur, deum si multa reliquisset oracula, nihil aliud acturum fuisse, quam Græciæ vastitatem arguturum : hujus ego subtilitatem commenti admodum probavero. Quorsum enim prodesset oraculum, si ut quondam esset Tegyris aut apud Ptoum, ubi interdiu hominem invenires pecus pascentem? Et vero huic ipsi hujus loci oraculo, et tempore antiquissimo, et fama clarissimo, illatam a dracone femina, bellua sæva, solitudinem : idque longo tempore inaccessum fuisse narrant, vacationem non recte, sed præpostere accipientes. Solitudo enim bestiam potius adduxit, quam bestia solitudinem effecit. Postquam vero dei voluntate Græcia urbibus crevit et locus frequentari hominum copia cœpit, duabus usi sunt vatibus, quæ per vices ad cortinam sederent : eratque etiam tertia designata, tanquam vicaria, assidens iis. Nunc unica est antistita, neque incusamus, cum ejus opera consultoribus sufficiat. Non igitur incusandus est Apollo ; divinatio enim quæ reliqua est, omnibus sufficit, et unumquemque adeptum quod volebat dimittit. Itaque sicut Agamemno præconibus usus novem vix continuit concionem præ multitudine, hic autem paucis post diebus unam vocem in theatro ad omnes pervenientem sentietis : ita quondam pluribus vocibus ad plures usa est vis fatidica, nunc contra mirari debuissemus, si pateretur oracula inutiliter aquæ instar diffluere, aut resonare quomodo in solitudine saxa pastorum et pecoris voces reddunt.

IX. Cum hæc dixisset Ammonius, et ego tacerem, Cleombrotus me appellans : Jamne, inquit, hoc tu

τοῦτο δέδωκας, ἔφη, τὸ καὶ ποιεῖν ταυτὶ τὰ μαντεῖα καὶ ἀναιρεῖν τὸν θεόν; Οὐκ ἔγωγε, εἶπον· ἀναιρεῖσθαι μὲν γὰρ οὐδὲν αἰτίᾳ θεοῦ φημὶ μαντεῖον, οὐδὲ χρηστήριον· ἀλλ' ὥσπερ ἄλλα πολλὰ ποιοῦντος ἡμῖν ἐκείνου καὶ παρασκευάζοντος, ἐπάγει φθορὰν ἐνίοις καὶ στέρησιν ἡ φύσις, μᾶλλον δ' ἡ ὕλη στέρησις οὖσα ἀναφεύγει πολλάκις καὶ ἀναλύει τὸ γινόμενον ὑπὸ τῆς κρείττονος αἰτίας, οὕτω μαντικῶν οἶμαι δυνάμεων σκοτώσεις ἑτέρας καὶ ἀναιρέσεις εἶναι, πολλὰ καλὰ τοῦ θεοῦ διδόντος ἀνθρώποις, ἀθάνατον δὲ μηδέν· ὥστε θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεοὺς δὲ οὔ, κατὰ τὸν Σοφοκλέα. Τὴν δ' οὐσίαν αὐτῶν καὶ δύναμιν τοὺς ἐν τῇ φύσει καὶ τῇ ὕλῃ φασὶ δεινοὺς ὀφείλειν ζητεῖν, τῷ θεῷ τῆς ἀρχῆς, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, φυλαττομένης. Εὔηθες γάρ ἐστι καὶ παιδικὸν κομιδῇ τὸ οἴεσθαι τὸν θεὸν αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους, Εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ δὲ Πύθωνας προσαγορευομένους, ἐνδυόμενον εἰς τὰ σώματα τῶν προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι, τοῖς ἐκείνων στόμασι καὶ φωναῖς χρώμενον ὀργάνοις. [Ὁ γὰρ θεὸν ἐγ]καταμιγνὺς ἀνθρωπίναις χρείαις οὐ φείδεται τῆς σεμνότητος, οὐδὲ τηρεῖ τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος αὐτῷ τῆς ἀρετῆς.

10. Καὶ ὁ Κλεόμβροτος· Ὀρθῶς λέγεις· ἀλλ' ἐπεὶ τὸ λαβεῖν καὶ διορίσαι, πῶς χρηστέον καὶ μέχρι τίνων τῇ προνοίᾳ, χαλεπὸν, οἱ μὲν οὐδενὸς ἁπλῶς τὸν θεὸν, οἱ δὲ ὁμοῦ τι πάντων αἴτιον ποιοῦντες, ἀστοχοῦσι τοῦ μετρίου καὶ πρέποντος. Εὖ μὲν οὖν λέγουσι καὶ οἱ λέγοντες, ὅτι Πλάτων τὸ ταῖς γεννωμέναις ποιότησιν ὑποκείμενον στοιχεῖον ἐξευρὼν, ὃ νῦν ὕλην καὶ φύσιν καλοῦσιν, πολλῶν ἀπήλλαξε καὶ μεγάλων ἀποριῶν τοὺς φιλοσόφους· * ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταὐτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες· εἴτε μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴτε Θράκιος ἀπ' Ὀρφέως, εἴτ' Αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος, ὡς τεκμαιρόμεθα ταῖς ἑκατέρωθι τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πολλὰ θνητὰ καὶ πένθιμα τῶν ὀργιαζομένων καὶ δρωμένων ἱερῶν ὁρῶντες. Ἑλλήνων δὲ Ὅμηρος μὲν φαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων· Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεοὺς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθοὺς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων. Ἕτεροι δὲ μεταβολὴν τοῖς τε σώμασιν ὁμοίως ποιοῦσι καὶ ταῖς ψυχαῖς, ὥσπερ ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δ' ἀέρος πῦρ γεννώμενον ὁρᾶται, τῆς οὐσίας ἄνω φερομένης· οὕτως ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας, αἱ βελτίονες ψυχαὶ τὴν μεταβολὴν λαμβάνουσιν. Ἐκ δὲ δαιμόνων ὀλίγαι μὲν ἔτι χρόνῳ πολλῷ δι' ἀρετῆς καθαρθεῖσαι παντάπασι θεότητος μετέσχον· ἐνίαις δὲ συμβαίνει μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑφιεμέναις καὶ ἐνδυομέναις πάλιν σώμασι θνητοῖς, ἀλαμπῆ καὶ ἀμυδρὰν ζωὴν, ὥσπερ ἀναθυμίασιν, ἴσχειν.

concessisti, oraculorum deum et auctorem esse et eversorem? Non sane, inquam. Nullum enim oraculum, nullum vaticinium aboleri a deo ipse affirmo. Sed quemadmodum multis aliis rebus, quas dii nobis conficiunt atque apparant, interitum natura infert, aut materia potius privationi obnoxia retexit atque mutat quod a præstantiore causa fuerat conditum : ita divinandi quoque facultatum arbitror obscurationes esse aliunde atque abolitiones ; quippe præclara multa hominibus deus dedit, immortale nihil, ut *deorum quoque pereant opera, ipsi non*, secundum Sophoclem. Naturam porro et vim oraculorum iis aiunt considerandam esse, qui naturæ rerum et rerum materia præditarum gnari sunt, ita quidem ut Deo, sicut par est, principium imputetur. Est enim nimis quam puerile et fatuum, opinari ipsum deum in corpora vatum, quos olim Engastrimythos Eurycleas (quod e ventre sermonem fatidicum promerent) nunc Pythonas nominant, se immittere, eorumque ore loqui, et voce pro instrumento uti. * Qui enim deum humanis admiscet necessitatibus, is majestati ejus non parcit, neque dignitatem et magnitudinem potestatis ejus conservat.

X. Ad hæc Cleombrotus : Recte, inquit, dicis. Cæterum quando difficile est intelligere ac definire providentiam quo modo et quatenus explicandis rerum causis adhibere debeamus, quidam nullius rei, alii omnium in universum rerum causam deo inscribentes, utrique a mediocritate et decoro aberrant. Non male quidem dicunt, qui Platonem aiunt principio quod qualitates quæ gignuntur subjectum sustinet (materiam nunc vocant) excogitato, multis magnisque philosophos liberasse difficultatibus : mihi tamen plures ac difficiliores dubitationes videntur solvisse, qui geniorum seu dæmonum genus medio inter deos et homines loco constituerunt, et quod nos cum his quodam modo conciliat atque conjungit invenerunt : sive hæc magorum Zoroastris doctrina est, sive Thracica ab Orpheo profecta, sive Ægyptiorum, aut Phrygum, ut colligimus ex utrorumque sacrificiis, orgiis et ritibus sacrorum multa admixta funebria et lugubria cernentes. De Græcis Homerus videtur promiscue deorum ac geniorum usus nominibus, ut diis quoque aliquando dæmonum nomen imposuerit. Hesiodus pure et distincte primus quatuor genera præditorum ratione exposuit : primum deos, deinde genios, post heroas, [denique homines : atque hinc mutationem instituit aurei generis in genios multos ac bonos,] semideorum autem in heroas. Alii ut corporum, ita etiam animarum mutationem statuunt : sicut enim ex terra aqua, ex hac aer, ex aere ignis fieri cernitur, sursum se efferente natura : sic meliores animas ex humanis in heroicas, ex heroibus in genios mutari : e geniis quasdam paucas longo tempore virtutis ope prorsus purgatas divinæ naturæ participes reddi : aliis usu venire suimetipsarum impotes rursum demittant se, inque humana corpora denuo illapsæ, fulgoris expertem obscuramque, evaporationis instar, nanciscantur vitam.

11. Ὁ δὲ Ἡσίοδος οἴεται καὶ περιόδοις τισὶ χρόνων γίνεσθαι τοῖς δαίμοσι τὰς τελευτάς· λέγει γὰρ ἐν τῷ τῆς Ναΐδος προσώπῳ, καὶ τὸν χρόνον αἰνιττόμενος,

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη,
ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
νύμφαι εὐπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Τοῦτον τὸν χρόνον εἰς πολὺ πλῆθος ἀριθμοῦ συνάγουσιν οἱ μὴ καλῶς δεχόμενοι τὴν γενεάν. Ἔστι γὰρ ἐνιαυτός· ὥστε γίνεσθαι τὸ σύμπαν ἐννεακισχίλια ἔτη καὶ ἑπτακόσια καὶ εἴκοσι τῆς τῶν δαιμόνων ζωῆς· ἔλαττον μὲν οὖν νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τῶν μαθηματικῶν, πλέον δ' οὐδὲ Πίνδαρος εἴρηκεν, εἰπὼν τὰς νύμφας ζῆν ἰσοδένδρου τέκμωρ αἰῶνος λαχούσας, διὸ καὶ καλεῖν αὐτὰς ἁμαδρυάδας. Ἔτι δ' αὐτοῦ λέγοντος, Δημήτριος ὑπολαβὼν, Πῶς, ἔφη, λέγεις, ὦ Κλεόμβροτε, γενεὰν ἀνδρὸς εἰρῆσθαι τὸν ἐνιαυτόν; Οὔτε γὰρ ἡβῶντος, οὔτε γηρῶντος, ὡς ἀναγινώσκουσιν ἔνιοι, χρόνος ἀνθρωπίνου βίου τοσοῦτός ἐστιν. Ἀλλ' οἱ μὲν ἡβώντος ἀναγινώσκοντες, ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον· ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. Οἱ δὲ γηρώντων πάλιν, οὐχ ἡβώντων, γράφοντες, ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ἔτη νέμουσι τῇ γενεᾷ· τὰ γὰρ πεντήκοντα καὶ τέσσαρα μεσούσης ὅρον ἀνθρωπίνης ζωῆς εἶναι, συγκείμενον ἔκ τε τῆς μονάδος καὶ τῶν πρώτων δυοῖν ἐπιπέδων καὶ δυοῖν τετραγώνων καὶ δυοῖν κύβων, οὓς καὶ Πλάτων ἀριθμοὺς ἔλαβεν ἐν τῇ ψυχογονίᾳ. Καὶ ὁ λόγος ὅλως ᾐνίχθαι δοκεῖ τῷ Ἡσιόδῳ πρὸς τὴν ἐκπύρωσιν, ὁπηνίκα συνεκλείπειν τοῖς ὑγροῖς εἰκός ἐστι τὰς Νύμφας,

— Αἵ τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται
καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πείσεα ποιήεντα.

12. Καὶ ὁ Κλεόμβροτος, Ἀκούω ταῦτ', ἔφη, πολλῶν καὶ ὁρῶ τὴν Στωϊκὴν ἐκπύρωσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου καὶ Ὀρφέως ἐπινεμομένην ἔπη, οὕτω * καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ συνεξαπατῶσαν· ἀλλ' οὔτε τοῦ κόσμου τὴν φθορὰν ἀνέχομαι λεγομένην, τά τ' ἀμήχανα καὶ ὧν ὑπόμνησις τῶν φωνῶν μάλιστα περὶ τὴν κορώνην καὶ τὴν ἔλαφον ἐκδύεσθαι ἐπὶ τοὺς ὑπερβάλλοντας. Οὐκ ἐνιαυτὸς ἀρχὴν ἐν αὐτῷ καὶ τελευτὴν ὁμοῦ τι πάντων ὧν φέρουσιν ὧραι, γῆ δὲ φύει περιεχῶς, οὐδὲ ἀνθρώπων ἄπο τρόπου γενεὰ κέκληται. Καὶ γὰρ ὑμεῖς ὁμολογεῖτε δήπου τὸν Ἡσίοδον ἀνθρωπίνην ζωὴν τὴν γενεὰν λέγειν. Ἢ γὰρ οὐχ οὕτως; Συνέφησεν ὁ Δημήτριος. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο δῆλον, ὁ Κλεόμβροτος εἶπεν, τὸ πολλάκις τὸ μετροῦν καὶ τὰ μετρούμενα τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι προσαγορεύεσθαι, κοτύλην καὶ χοίνικα καὶ ἀμφορέα, καὶ μέδιμνον. Ὃν τρόπον οὖν τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ τὴν μονάδα μέτρον οὖσαν ἐλάχιστον καὶ ἀρχὴν, ἀριθμὸν καλοῦμεν· οὕτω τὸν ἐνιαυτὸν, ᾧ πρώτῳ μετροῦμεν ἀνθρώπου βίον, ὁμωνύμως τῷ μετρουμένῳ

XI. Hesiodus vero certis temporum conversionibus mortem geniis obtingere censet, et tempus etiam sub involucro proponit, hæc sub Naidis persona loquens :

Quanta homini est ætas vegeto dum corpore durat,
ter tres ætates humanas garrula cornix :
vivax cornicis complet cervus quater ævum :
triplicat et cervi vivendo tempora corvus.
At seclum corvi novies complectitur ætas
phœnicis : sed nos, soboles formosa Tonantis,
Nymphæ, phœnicis decuplos duratis in annos.

Hoc tempus in numerum ingentem extendunt, qui ætatem seu ævum non recte accipiunt. Est enim annus intelligendus : et fit totum spatium vitæ geniorum anni novem mille septingenti et viginti. Ac multi quidem mathematicorum minus id ponunt : longius ne Pindarus quidem, qui *Nymphas* ait *vivere ævum tanti temporis, quantum durare arbor potest, indeque Hamadryadas*, quasi cum quercubus viventes, *dici*. Hujus adhuc loquentis sermonem excipiens Demetrius : Quomodo, inquit, dicis, Cleombrote, ætatem viri dictam annum, quando neque vigentis, neque, ut apud Hesiodum nonnulli legunt, senescentis ætas hominis tantilla est? Etenim qui *vigentis* legunt, ii triginta annos intelligunt de Heracliti sententia : quod tanto tempore natum genitor gignentem præbet : qui *senescentium* legunt, centum et octo annos ætati tribuunt : nam quinquaginta quatuor statuunt esse numerum dimidiæ vitæ humanæ, compositum ex unitate, primis duobus planis, duobus quadratis, et duobus cubis : quos Plato etiam numeros ad animæ procreationem adhibuit : et Hesiodus omnino videtur obscure significasse conflagrationem, in qua necesse est una cum humidis rebus aboleri etiam Nymphas

— lucis quotquot degunt in amœnis,
ad fontesque colunt fluviorum, atque humida prata.

XII. Ibi Cleombrotus : Audio, inquit, et video hanc Stoicorum conflagrationem, quæ ut Heracliti et Orphei versus invasit et pervertit, ita Hesiodum quoque arripit. Sed neque mundi interitum ego admitto, neque alia quæ fieri non queunt : cum maxime ipsa vox cornicis et cervi moneat, in tantam annorum summam excrescere non posse rem. Cæterum annus cum initium in se contineat finemque omnium quæ temporibus statis nascuntur, non inepte hominis ætas dicitur. Nam et vos fatemini ab Hesiodo ætate non significari vitam humanam, nonne? Fatente hoc Demetrio, Cleombrotus : Jam hoc quoque, inquit, manifestum est, sæpenumero rem et mensuram ejus uno eodemque vocabulo appellari, ut hemina, chœnix, amphora, modius docent. Quo igitur modo unitatem, utpote omnium numerorum mensuram minimam atque principium, nomine numeri dignamur : sic annum Hesiodus, cum eo primo vitam metiamur humanam, voce cum eo quod

γενεὰν ὠνόμασεν. Καὶ γὰρ οὓς μὲν ἐκεῖνοι ποιοῦσιν ἀριθμοὺς, οὐδὲν ἔχουσι τῶν νενομισμένων ἐπιφανῶν καὶ λαμπρῶν ὡς ἐν ἀριθμοῖς· ὁ δὲ τῶν ἐννεακισχιλίων ἑπτακοσίων εἴκοσι τὴν γένεσιν ἔσχηκε, συνθέσει μὲν ἐκ τῶν ἀπὸ μονάδος τεσσάρων ἐφεξῆς τετράκις γενομένων τεσσάρων. Τεσσαράκοντα γὰρ ἑκατέρως γίνεται. Ταῦτα δὲ πεντάκις τριγωνισθέντα τὸν ἐκκείμενον ἀριθμὸν παρέσχεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἀναγκαῖον ἡμᾶς Δημητρίῳ διαφέρεσθαι. Καὶ γὰρ ἂν πλείων ὁ χρόνος ᾖ, κἂν ἐλάττων ᾖ, κἂν τεταγμένος, κἂν ἄτακτος, ἐν ᾧ μεταλλάττει δαίμονος ψυχὴ καὶ ἥρωος βίος, οὐδὲν ἧττον ἐφ' ᾧ βούλεται δεδείξεται μετὰ μαρτύρων σοφῶν καὶ παλαιῶν, ὅτι φύσεις εἰσί τινες ὥσπερ ἐν μεθορίῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, δεχόμεναι πάθη θνητὰ καὶ μεταβολὰς ἀναγκαίας, οὓς δαίμονας ὀρθῶς ἔχει κατὰ νόμον πατέρων ἡγουμένους καὶ ὀνομάζοντας σέβεσθαι.

13. Παράδειγμα δὲ τῷ λόγῳ Ξενοκράτης μὲν, ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος, ἐποιήσατο τὸ τῶν τριγώνων, θείῳ μὲν ἀπεικάσας τὸ ἰσόπλευρον, θνητῷ δὲ τὸ σκαληνὸν, τὸ δ' ἰσοσκελὲς δαιμονίῳ· τὸ μὲν γὰρ, ἴσον πάντῃ· τὸ δ', ἄνισον πάντῃ· τὸ δὲ, πῇ μὲν ἴσον, πῇ δ' ἄνισον, ὥσπερ ἡ δαιμόνων φύσις ἔχουσα καὶ πάθος θνητοῦ καὶ θεοῦ δύναμιν. Ἡ δὲ φύσις αἰσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε καὶ ὁμοιότητας ὁρωμένας, θεῶν μὲν ἥλιον καὶ ἄστρα, θνητῶν δὲ σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας. Ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν, ἐν οἷς εἶπεν·

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα.

Μικτὸν δὲ σῶμα καὶ μίμημα δαιμόνιον ὄντως τὴν σελήνην, τῷ τῇ τούτου τοῦ γένους συνᾴδειν περιφορᾷ, φθίσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις καὶ μεταβολὰς, ὁρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δ' ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. Ὥσπερ οὖν εἰ τὸν ἀέρα τις ἀνέλοι καὶ ὑποσπάσειε τὸν μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης, τὴν ἑνότητα διαλύσει καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ παντὸς, οὕτως οἱ δαιμόνων γένος μὴ ἀπολείποντες, ἀνεπίμικτα τὰ τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων ποιοῦσι καὶ ἀσυνάλλακτα, τὴν ἑρμηνευτικὴν, ὡς Πλάτων ἔλεγεν, καὶ διακονικὴν ἀναιροῦντες φύσιν, ἢ πάντα φύρειν ἅμα καὶ ταράττειν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι καὶ πράγμασι τὸν θεὸν ἐμβιβάζοντας, καὶ κατασπῶντας ἐπὶ τὰς χρείας, ὥσπερ αἱ Θετταλαὶ λέγονται τὴν σελήνην. Ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἐν γυναιξὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὥς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς, ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. Ἡμεῖς δὲ μήτε μαντείας τινὰς ἀθειάστους εἶναι λέγοντας, ἢ τελετὰς καὶ ὀργιασμοὺς ἀμελουμένους ὑπὸ θεῶν, ἀκούωμεν· μήτ' αὖ πάλιν τὸν θεὸν ἐν τούτοις ἀναστρέφεσθαι καὶ παρεῖναι καὶ συμπραγματεύεσθαι δοξάζωμεν, ἀλλ' οἷς δίκαιόν ἐστι ταῦτα λειτουργοῖς θεῶν ἀνατιθέντες, ὥσπερ

metitur communicata ætatem nominavit. Quos enim isti numeros faciunt, ii nihil eorum habent, quæ in numeris illustria ac præclara habentur. Numerus novem mille septingenti et viginti procreatus est quatuor primis ab unitate numeris in unam summam collectis, eaque quater accepta : sic enim conficiuntur quadraginta qui numerus quinquies trianguli in morem assumptus, propositum numerum producit. Verum de his me cum Demetrio contendere non est opus. Sive enim longius est, sive brevius, sive constitutum sive incertum tempus, quo mutatur genii anima aut herois vita, quovis tamen dato judice, evincetur testibus productis sapientibus atque antiquis, naturas esse quasdam veluti in confinio deorum atque hominum interpositas, motibus quibus mortalia afficiuntur, mutationibusque obnoxias necessariis : quas genios majorum instituto appellari rectum est ac censeri, et coli.

XIII. Hujus argumenti exemplum Xenocrates Platonis sodalis proposuit formas triangulorum, cum divinæ naturæ conferret æquilaterum triangulum, mortali omnibus inæqualibus lateribus contentum, geniorum id, quod duo latera æqualia, eademque reliquo inæqualia habet : æquilaterum enim undiquaque æquale est, secundum usquequaque inæquale, tertium et æqualitatem et inæqualitatem habet : atque huic geniorum natura respondet, affectiones humanas in se habens, juxtaque vim divinam. Ipsa vero natura sensiles imagines, et aspectabilia nobis proposuit simulacra : deorum quidem, solem et astra, mortalium autem subitos fulgores, cometas, ignes in sublimi trajicientes : quo etiam allusit his versibus Euripides :

Verum ille carne florens nuper, cœlitus
delapsa tanquam stella, exstinctus in ætherem
emisit animam. —

Cæterum lunam condidit, corpus mixtum, ac dæmonum simulacrum, quæ cum geniorum mutationibus convenit ob vices incrementorum et decrementorum : quod observantes alii eam terreum astrum, alii cœlestem terram, alii terrestris juxta ac cœlestis sortem Hecates nominaverunt. Quemadmodum igitur si quis aerem qui inter terram et lunam est interjectus subduceret, is universi unitatem ac cohærentiam solveret, vacuo in medium et nexus experte loco existente : ita qui geniorum gentem non admittunt, ii inter deorum et hominum res nullum relinquunt commercium, vim interpretem, ut Plato nominat, atque administram perimentes : aut profecto confundere nos omnia et conturbare cogunt, deum in humanas res et affectiones conjicientes, detrahentesque ad usus, quo modo Thessalæ lunam deducere cœlo feruntur. Quanquam hoc quidem creditum fuit a mulieribus astutia Aglaonicæ Agetoris filiæ : quam aiunt astrologiæ peritam, luna delinquente semper simulasse eam suis se deducere veneficiis. Nos autem neque his aures præbere debemus, qui vaticinium aliquod, aut sacrificium, aut orgia negligi a deo dicunt : neque rursum deum in his obversari, adesse, et in agendo occupari opinemur : sed ascribentes ista deorum quibus par est administris, veluti

ὑπηρέταις καὶ γραμματεῦσι δαίμονας νομίζωμεν, ἐπισκόπους θεῶν ἱερῶν καὶ μυστηρίων ὀργιαστάς· ἄλλους δὲ τῶν ὑπερηφάνων καὶ μεγάλων τιμωροὺς ἀδικιῶν περιπολεῖν. Τοὺς δὲ πάνυ σεμνῶς ὁ Ἡσίοδος ἁγνοὺς προσεῖπε πλουτοδότας, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔχοντας, ὡς βασιλικοῦ τοῦ εὖ ποιεῖν ὄντος. Εἰσὶ γὰρ, ὡς [ἐν] ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ τοῦ παθητικοῦ καὶ ἀλόγου, τοῖς μὲν ἀσθενὲς καὶ ἀμαυρὸν ἔτι λείψανον, ὥσπερ περίττωμα, τοῖς δὲ πολὺ καὶ δυσκατάσβεστον ἔνεστιν, ὧν ἴχνη καὶ σύμβολα πολλαχοῦ θυσίαι καὶ τελεταὶ καὶ μυθολογίαι σώζουσι καὶ διαφυλάττουσιν ἐνδιεσπαρμένα.

14. Περὶ μὲν οὖν τῶν μυστικῶν, ἐν οἷς τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἔστι τῆς περὶ δαιμόνων ἀληθείας, εὔστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον· ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας, ὥσπερ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπὰς, ἐν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοὶ, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοὶ, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς, μανίαι τε ἀλαλαί τε ὀρινόμεναι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ, θεῶν μὲν οὐδενὶ, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα φήσαιμ' ἂν τελεῖσθαι μειλίγια καὶ παραμύθια· καὶ τὰς πάλαι ποιουμένας ἀνθρωποθυσίας οὔτε θεοὺς ἀπαιτεῖν ἢ προσδέχεσθαι πιθανόν ἐστιν, οὔτε μάτην ἂν ἐδέχοντο βασιλεῖς καὶ στρατηγοὶ, παῖδας αὐτῶν ἐπιδιδόντες καὶ καταρχόμενοι καὶ σφάττοντες, ἀλλὰ χαλεπῶν καὶ δυστρόπων ὀργὰς καὶ βαρυθυμίας ἀφοσιούμενοι καὶ ἀποπιμπλάντες ἀλαστόρων· ἐνίων δὲ μανικοὺς καὶ τυραννικοὺς ἔρωτας, οὐ δυναμένων οὐδὲ βουλομένων σώμασι καὶ διὰ σωμάτων ὁμιλεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ Ἡρακλῆς Οἰχαλίαν ἐπολιόρκει διὰ παρθένον, οὕτως ἰσχυροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες, ἐξαιτούμενοι ψυχὴν ἀνθρωπίνην περιεχομένην σώματι, καὶ διὰ σωμάτων ὁμιλεῖν οὐ δυνάμενοι ταύτῃ, λοιμούς τε πόλεσι καὶ γῆς ἀφορίας ἐπάγουσι, καὶ πολέμους καὶ στάσεις ταράττουσιν, ἄχρις οὗ λάβωσι καὶ τύχωσιν οὗ ἐρῶσιν. Ἔνιοι δὲ τοὐναντίον, ὥσπερ ἐν Κρήτῃ χρόνον συχνὸν διάγων ἔγνων ἄτοπόν τινα τελουμένην ἑορτὴν, ἐν ᾗ καὶ εἴδωλον ἀνδρὸς ἀκέφαλον ἀναδεικνύουσι, καὶ λέγουσιν· Ὡς οὗτος ἦν Μόλος ὁ Μηριόνου πατὴρ, νύμφῃ δὲ πρὸς βίαν συγγενόμενος, ἀκέφαλος εὑρεθείη.

15. Καὶ μὴν ὅσας ἔν τε μύθοις καὶ ὕμνοις λέγουσι καὶ ᾄδουσι, τοῦτο μὲν ἁρπαγὰς, τοῦτο δὲ πλάνας θεῶν, κρύψεις τε καὶ φυγὰς καὶ λατρείας, οὐ θεῶν εἰσιν, ἀλλὰ δαιμόνων παθήματα, καὶ τύχαι μνημονευόμεναι δι' ἀρετὴν καὶ δύναμιν αὐτῶν· καὶ οὔτ' Αἰσχύλος εἶπεν

Ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεὸν,

οὔτε ὁ Σοφοκλέους Ἄδμητος,

Οὑμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην.

Πλεῖστον δὲ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν θεολόγοι, νομίζοντες ἐνταῦθά ποτε πρὸς ὄφιν τῷ θεῷ περὶ τοῦ χρηστηρίου μάχην γενέσθαι, καὶ ταῦτα ποιητὰς καὶ λογογράφους ἐν θεάτροις ἀγωνιζομένους λέγειν

famulis ac scribis, statuamus genios esse, qui sacra deum et orgia inspiciant atque obeant : tum alios circumire, vindices superborum atque immanium scelerum. Sed et alios esse, quos Hesiodus admodum graviter *divitiarum datores* appellat *castos*, aitque hunc iis regium honorem obtigisse : quia scilicet regium est, beneficentia. Ut enim inter homines, ita etiam inter genios gradus sunt et discrimina virtutis; et naturæ perturbationibus obnoxiæ ac brutæ, aliis reliquiæ languidæ et obscuræ, tanquam excrementum quoddam adsunt, aliis copiosæ et deletu difficiles : quarum vestigia atque notæ multiplices in sacrificiis, imitationibus, et fabulosis narrationibus dispersæ conservantur.

XIV. Ac de mysteriis quidem, ex quibus maxima indicia et argumenta veritatis de natura geniorum duci possunt, *os*, ut cum Herodoto loquar, *meum se contineat*. Quæ vero feriæ et sacrificia, tanquam atri dies et nefasti, peraguntur, in quibus cruda vorantur, discerpuntur homines, jejunia et planctus adhibentur, rursus sæpenumero obscena dicta in sacris, *furoresque, et conclamationes bellicæ excitatæ cum fremitu et cervicum jactatione :* his ego nullum deum coli, puto, sed placandorum et depellendorum malorum geniorum gratia instituta ea dixerim : et quod olim homines immolati fuerunt, probabile est neque deos poposcisse aut admisisse talia sacrificia : neque reges tamen atque duces frustra sustinuisse dare pro hostia prolem suam, et sacra ipsos fuisse auspicatos hostiamque jugulasse : sed fecisse hoc ut iras et indignationes malignorum morosorumque averruncarent geniorum, aut diris satisfacerent dæmonibus, nonnullorum etiam insanos et tyrannicos exsatiarent amores, qui non possent, aut non vellent corpore corpori misceri. Et sicut Hercules Œchaliam virginis causa oppugnavit, ita validi violentique dæmones illi poscentes dedi sibi animam humanam corpori inclusam, cum corporis commixtione amorem suum non possint explere, pestes urbibus ac sterilitates inferunt, bellisque eas et seditionibus exagitant, donec consequantur amatam animam. Nonnulli contra. Cum enim in Creta permultum exegissem temporis, cognovi ibi sacrum peragi absurdum, in quo etiam simulacrum viri capite truncatum ostendunt, aiuntque hunc fuisse Molum Merionis patrem, qui cum nympham vi compressisset, absque capite inventus fuerit.

XV. Et vero quas deorum raptiones, quos errores in fabulis referunt atque agitant, tum occultationes eorum, exsilia, et obita ministeria : non diis isthæc evenerunt, sed geniis, quorum casus ob virtutem ipsorum et potentiam memoriæ sunt proditi : et neque Æschylus recte dixit:

Castumque Apollinem, extorrem cœlo deum;

neque Sophoclis Admetus :

At vir meus ad molam excitans duxit eum.'

Longissime autem a veritate aberrant Delphorum theologi, qui putant hic aliquando Apollinem cum dracone de oraculo decertasse : patiunturque ista dici a poetis et oratoribus in theatris de palma contendentibus a

ἐῶντες, ὥσπερ ἐπίτηδες ἀντιμαρτυροῦντας ὧν δρῶσιν ἱεροῖς τοῖς ἁγιωτάτοις. Θαυμάσαντος δὲ τοῦ Φιλίππου (παρῆν γὰρ ὁ συγγραφεὺς) καὶ πυθομένου, τίσιν ἀντιμαρτυρεῖν ἱεροῖς οἴεται τοὺς ἀνταγωνιζομένους· Τούτοις, ἔφη, τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον, οἷς ἄρτι τοὺς ἔξω Πυλῶν πάντας Ἕλληνας ἡ πόλις κατοργιάζουσα μέχρι Τεμπῶν ἐλήλακεν. Ἥ τε γὰρ ἱσταμένη καλιὰς ἐνταῦθα περὶ τὴν ἅλω δι' ἐννέα ἐτῶν, οὐ φωλεώδης τοῦ δράκοντος χειά, ἀλλὰ μίμημα τυραννικῆς ἢ βασιλικῆς ἐστιν οἰκήσεως· ἥ τε μετὰ σιγῆς ἐπ' αὐτὴν διὰ τῆς ὀνομαζομένης Δολωνίας ἔφοδος, μὴ αἰόλα δὲ τὸν ἀμφιθαλῆ κόρον ἡμμέναις δᾳσὶν ἄγουσι, καὶ προσβάλλοντες τὸ πῦρ τῇ καλιάδι, καὶ τὴν τράπεζαν ἀνατρέψαντες ἀνεπιστρεπτεὶ φεύγουσι διὰ τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ· καὶ τελευταῖον αἵ τε πλάναι καὶ ἡ λατρεία τοῦ παιδὸς, οἵ τε γινόμενοι περὶ τὰ Τέμπη καθαρμοὶ, μεγάλου τινὸς ἄγους καὶ τολμήματος ὑποψίαν ἔχουσι. Παγγέλοιον γάρ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε, τὸν Ἀπόλλωνα κτείναντα θηρίον, φεύγειν ἐπὶ πέρατα τῆς Ἑλλάδος ἁγνισμοῦ δεόμενον, εἶτ' ἐκεῖ χοάς τινας χεῖσθαι καὶ δρᾶν, ἃ δρῶσιν ἄνθρωποι μηνίματα δαιμόνων ἀφοσιούμενοι καὶ πραΰνοντες, οὓς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους ὀνομάζουσιν, ὡς ἀλήστων τινῶν καὶ παλαιῶν μιασμάτων μνήμαις ἐπεξιόντας. Ὃν δὲ ἤκουσα λόγον ἤδη περὶ τῆς φυγῆς ταύτης καὶ τῆς μεταστάσεως, ἄτοπος μέν ἐστι δεινῶς καὶ παράδοξος· εἰ δ' ἀληθείας τι μετέχει, μὴ μικρὸν οἰώμεθα μηδὲ κοινὸν εἶναι τὸ πραχθὲν ἐν τοῖς τότε χρόνοις περὶ τὸ χρηστήριον. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ Ἐμπεδόκλειον εἰπεῖν δόξω, κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραις προσάπτων μύθων, μήτε λέγειν ἀτραπὸν μίαν, ἐάσατέ με τοῖς πρώτοις τὸ προσῆκον ἐπιθεῖναι τέλος· ἤδη γὰρ ἐπ' αὐτῷ γεγόναμεν· καὶ τετολμήσθω μετὰ πολλοὺς εἰρῆσθαι καὶ ἡμῖν, ὅτι τοῖς περὶ τὰ μαντεῖα καὶ χρηστήρια τεταγμένοις δαιμονίοις ἐκλείπουσί τε κομιδῇ, συνεκλείπει τὰ τοιαῦτα, καὶ φυγόντων ἢ μεταστάντων ἀποβάλλει τὴν δύναμιν, εἶτα παρόντων αὐτῶν διὰ χρόνου πολλοῦ, καθάπερ ὄργανα φθέγγεται τῶν χρωμένων ἐπιστάντων καὶ παρόντων.

16. Ταῦτα τοῦ Κλεομβρότου διελθόντος, ὁ Ἡρακλέων, Οὐδεὶς μὲν, ἔφη, τῶν βεβήλων καὶ ἀμυήτων καὶ περὶ θεῶν δόξας ἀσυγκράτους ἡμῖν ἐχόντων πάρεστιν· αὐτοὶ δὲ παραφυλάττωμεν αὐτοὺς, ὦ Φίλιππε, μὴ λάθωμεν ἀτόπους ὑποθέσεις καὶ μεγάλας τῷ λόγῳ διδόντες. Εὖ λέγεις, ὁ Φίλιππος εἶπεν, ἀλλὰ τί μάλιστά σε δυσωπεῖ τῶν ὑπὸ Κλεομβρότου τιθεμένων; Καὶ ὁ Ἡρακλέων, Τὸ μὲν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις, εἶπε, μὴ θεοὺς, οἷς ἀπηλλάχθαι τῶν περὶ γῆν προσῆκόν ἐστιν, ἀλλὰ δαίμονας ὑπηρέτας θεῶν, οὐ δοκεῖ μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι· τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις, μονονουχὶ ῥάγδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας καὶ ἄτας καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Ἠρώτησεν οὖν ὁ Κλεόμβροτος τὸν Φίλιππον,

quasi dedita opera testimonio suo damnantibus ea quæ ipsi in sanctissimis agunt sacris. Admirante Philippo (aderat enim is historiarum scriptor) et quærente, contra quos tandem ritus putaret testimonium ferri ab istis concertatoribus : Contra hos ipsos, inquit Cleombrotus, qui apud oraculum peraguntur hocce, quibus omnes Græcos qui sunt extra Pylas initiavit urbs hæc, et usque ad Tempe progressa est. Nam tabernaculum quod nono quoque anno juxta aream excitatur, non cavernosa draconis est specus, sed exemplum tyrannici aut regii domicilii, itemque irruptio in eam taciturna per locum qui Dolonia dicitur : tum patrimus matrimusque puer facibus ardentibus adducitur, igniquc tabernaculo injecto, subversaque mensa, nunquam retro oculos rejicientes fugiunt per fores : denique errores et ministeria pueri, et piacula, quæ ad Tempe fiunt lustrandi gratia, magni alicujus sceleris facinorisque audacter perpetrati suspicionem præbent. Nimis quam enim ridiculum est, socie, Apollinem ob interfectam bestiam expiationis indigum ad Græciæ extrema fugisse, ibique libationes quasdam fecisse, et ea egisse, quæ homines agunt ut iram avertant ac placent geniorum quorumdam, quos alastoras et palamnæos nominant, tanquam veterum aliquorum et nulla oblivione conterendorum scelerum ultores. Quem vero ipse de fuga hac et exsilio sermonem audivi, valde quidem absurdus et a probabilitate alienus est : sed si quid tamen veri continet, existimemus non exiguum aut vulgare aliquid istis temporibus circa oraculum evenisse. Sed ne videar, ut cum Empedocle loquar,

> Culminibus nectens aliis fastigia summa
> sermonum, variis incedere callibus,

sinite me primis dictis finem convenientem imponere. Jam enim eo perventum est, audeamusque id post multos alios ipsi quoque pronunciare, geniis qui oraculis ac vaticiniis præfecti sunt vel deficientibus omnino, etiam intercidere ista, vel fugientibus aut alio migrantibus vim suam amittere : rursusque longo post tempore reversis iis, tanquam instrumenta sonare fatidica loca eorum ob præsentiam.

XVI. Quæ cum dixisset Cleombrotus, Heracleo: Sane, inquit : nemo nobis adest profanus, aut qui de diis inconcinnas foveat sententias : ipsi interim tamen, Philippe, nos attendamus, ne imprudentes orationi principia grandia, eaque absurda, largiamur. Recte mones, respondit Philippus : sed quidnam in dictis a Cleombroto est, quod te potissimum terret? Tum Heracleo : Quod oraculis, inquit, præesse statuuntur non dii, quos par est nihil habere cum terrestribus negotii, sed deorum administri genii, id videtur mihi non male pronunciatum esse : quod autem geniis istis tantum non ex versibus Empedoclis palam arreptis peccata quædam, calamitates, et errores a diis injuncti ascribuntur, denique morti perinde atque homines subjiciuntur, ferocius mihi videtur dictum, magisque barbarice. Quæsivit e Philippo Cleombrotus, quisnam et

ὅστις εἴη καὶ ὁπόθεν ὁ νεανίας· πυθόμενος δὲ τοὔνομα καὶ τὴν πόλιν, Οὐδ' αὐτοὺς ἡμᾶς, ἔφη, λανθάνομεν, ὦ Ἡρακλέων, ἐν λόγοις ἀτόποις γεγονότες· ἀλλ' οὐκ ἔστι περὶ πραγμάτων μεγάλων μὴ μεγάλαις προσχρησάμενον ἀρχαῖς, ἐπὶ τὸ εἰκὸς τῇ δόξῃ προελθεῖν. Σὺ δὲ σεαυτὸν λέληθας ὃ δίδως ἀφαιρούμενος· ὁμολογεῖς γὰρ εἶναι δαίμονας, τῷ δὲ μὴ φαύλους ἀξιοῦν * εἶναι μηδὲ θνητοὺς, οὐκέτι δαίμονας φυλάττεις. Τίνι γὰρ τῶν θεῶν διαφέρουσιν, εἰ καὶ κατ' οὐσίαν τὸ ἄφθαρτον, καὶ κατ' ἀρετὴν τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀναμάρτητον ἔχουσιν;

17. Πρὸς ταῦτα τοῦ Ἡρακλέωνος σιωπῇ διανοουμένου τι πρὸς αὐτὸν, Ἀλλὰ φαύλους μὲν, ἔφη, δαίμονας οὐχ Ἐμπεδοκλῆς μόνον, ὦ Ἡρακλέων, ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος· ἔτι δὲ Δημόκριτος, εὐχόμενος εὐλόγχων εἰδώλων τυγχάνειν, δῆλος ἦν ἕτερα δυστράπελα καὶ μοχθηρὰς γινώσκων ἔχοντα προαιρέσεις τινὰς καὶ ὁρμάς. Περὶ δὲ θανάτου τῶν τοιούτων ἀκήκοα λόγον ἀνδρὸς οὐκ ἄφρονος οὐδ' ἀλαζόνος. Αἰμιλιανοῦ γὰρ τοῦ ῥήτορος, οὗ καὶ ὑμῶν ἔνιοι διακηκόασιν, Ἐπιθέρσης ἦν πατὴρ, ἐμὸς πολίτης καὶ διδάσκαλος γραμματικῶν· οὗτος ἔφη ποτὲ πλέων εἰς Ἰταλίαν ἐπιβῆναι νεὼς, ἐμπορικὰ χρήματα καὶ συχνοὺς ἐπιβάτας ἀγούσης· ἑσπέρας δὲ ἤδη περὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους ἀποσβῆναι τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν ναῦν διαφερομένην πλησίον γενέσθαι Παξῶν· ἐγρηγορέναι δὲ τοὺς πλείστους, πολλοὺς δὲ καὶ πίνειν ἔτι δεδειπνηκότας· ἐξαίφνης δὲ φωνὴν ἀπὸ τῆς νήσου τῶν Παξῶν ἀκουσθῆναι, Θαμοῦν τινὸς βοῇ καλοῦντος, ὥστε θαυμάζειν. Ὁ δὲ Θαμοῦς Αἰγύπτιος ἦν κυβερνήτης, οὐδὲ τῶν ἐμπλεόντων γνώριμος πολλοῖς ἀπ' ὀνόματος. Δὶς μὲν οὖν κληθέντα σιωπῆσαι, τὸ δὲ τρίτον ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι· κἀκεῖνον ἐπιτείναντα τὴν φωνὴν εἰπεῖν ὅτι Ὅταν γένῃ κατὰ τὸ Παλῶδες, ἀπάγγειλον, ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκε. Τοῦτ' ἀκούσαντας, ὁ Ἐπιθέρσης ἔφη, πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ διδόντας ἑαυτοῖς λόγον, εἴτε ποιῆσαι βέλτιον εἴη τὸ προστεταγμένον, εἴτε μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἐᾷν· οὕτω γνῶναι τὸν Θαμοῦν, ἐὰν μὲν ᾖ πνεῦμα, παραπλεῖν ἡσυχίαν ἔχοντα, νηνεμίας δὲ καὶ γαλήνης περὶ τὸν τόπον γενομένης, ἀνειπεῖν ὃ ἤκουσεν. Ὡς οὖν ἐγένετο κατὰ τὸ Παλῶδες, οὔτε πνεύματος ὄντος, οὔτε κλύδωνος, ἐκ πρύμνης βλέποντα τὸν Θαμοῦν πρὸς τὴν γῆν εἰπεῖν, ὥσπερ ἤκουσεν, ὅτι ὁ μέγας Πὰν τέθνηκεν. Οὐ φθῆναι δὲ παυσάμενον αὐτὸν, καὶ γενέσθαι μέγαν οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ πολλῶν στεναγμὸν, ἅμα θαυμασμῷ μεμιγμένον· οἷα δὲ πολλῶν ἀνθρώπων παρόντων, ταχὺ τὸν λόγον ἐν Ῥώμῃ σκεδασθῆναι, καὶ τὸν Θαμοῦν γενέσθαι μετάπεμπτον ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος. Οὕτω δὲ πιστεῦσαι τῷ λόγῳ τὸν Τιβέριον, ὥστε διαπυνθάνεσθαι καὶ ζητεῖν περὶ τοῦ Πανός· εἰκάζειν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν φιλολόγους συχνοὺς ὄντας, τὸν ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης γεγεννημένον. Ὁ μὲν οὖν Φίλιππος εἶχε καὶ τῶν παρόντων ἐνίους μάρτυρας, Αἰμιλιανοῦ τοῦ γέροντος ἀκηκοότας.

cujas esset hic adolescens; cognitoque nomine et patria: Ne nos quidem, inquit, mi Heracleo, ignoramus in sermonem nos incidisse absurdi suspectum. Sed non potest in disputatione de magnis rebus ad consentaneam opinioni perveniri, nisi magnis utamur initio principiis. Tu vero non animadvertis id te auferre quod das; fateris enim esse genios: dum vero negas eos vitiosos esse ac mortales, non jam genios esse sinis eos. Qua enim re a diis different, si et natura interitui non obnoxia, et quod ad virtutem attinet perturbationum errorisque expertes sunt?

XVII. Cum ad hæc Heracleo tacitus quippiam secum commentaretur, sic Philippus infit: Non Empedocles tantum, ô Heracleo, scriptum reliquit esse quosdam pravos genios, sed Plato etiam, Xenocrates, atque Chrysippus. Sed et Democritus dum precatur *imagines sibi obtingere felices*, se sentire ostendit esse alias quasdam adversas atque pravas, et quæ voluntatem ad mala incitent. De morte autem geniorum narrationem audivi viri nequaquam fatui aut vani. Æmiliani rhetoris, quem et vestrum nonnulli audiverunt, pater fuit Epitherses, civis meus, et grammaticæ doctor. Is aiebat se aliquando in Italiam navigare intendisse, ac conscendisse navim, quæ et mercibus et multis vectoribus esset onusta: sub vesperam vero, cum juxta Echinadas essent, ventum posuisse, navimque incerto cursu prope Paxas delatam: vigilasse tum vectorum plerosque, multos etiamnum a cœna potasse. Tum subito ab insula Paxis auditam fuisse vocem, quæ Thamun quemdam nominatim cieret, non sine admiratione hominum: erat autem Thamus iste Ægyptius gubernator, paucis una vehentium de nomine notus. Hunc bis vocatum siluisse: tertio vocanti respondisse, eumque contenta voce dixisse: *Ubi ad Palodes veneris, annuntia magnum Panem esse mortuum.* Perterritos aiebat Epitherses hoc audito universos, et inter se disputasse præstaretne exsequi hoc mandatum, an vero omittere, neque quicquam curiose agere. Thamun autem statuisse, si ventus spiraret, tacitum se prætervecturum: sin malacia ad eum locum pervectis exsisteret, expositurum quod audivisset. Postquam ad Palodes perventum fuit, cum neque ventus esset, neque fluctibus mare exagitaretur, Thamun e puppi versus terram prospexisse, ac quod inaudiverat dixisse, *Mortuus est magnus Pan.* Vixdum conticuisse illum, et gemitum magnum exauditum fuisse, non unius, sed multorum admiratione mixtum. Quod autem fieri solet cum evenit aliquid multis testibus præsentibus, statim rei famam Romæ fuisse diditam, Thamunque a Tiberio Cæsare fuisse arcessitum, ac Cæsarem ita pro certo credidisse, ut de Pane illo diligenter inquisiverit. Doctos vero, quos ille multos secum habebat, conjecisse eum esse, qui Mercurio et Penelopa fuisset natus. Habuit autem Philippus testes quosdam ex iis qui tum una aderant, et Æmiliani jam senis auditores fuerant.

18. Ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη, τῶν περὶ τὴν Βρεττανίαν ήσων εἶναι πολλὰς ἐρήμους σποράδας, ὧν ἐνίας δαιιόνων καὶ ἡρώων ὀνομάζεσθαι· πλεῦσαι δὲ αὐτὸς ἱστοίας καὶ θέας ἕνεκα, πομπῇ τοῦ βασιλέως, εἰς τὴν γγιστα κειμένην τῶν ἐρήμων, ἔχουσαν οὐ πολλοὺς ποικοῦντας, ἱεροὺς δὲ καὶ ἀσύλους πάντας ὑπὸ τῶν βρεττανῶν ὄντας· ἀφικομένου δ' αὐτοῦ νεωστὶ, σύγυσιν μεγάλην περὶ τὸν ἀέρα καὶ διοσημείας πολλὰς ενέσθαι, καὶ πνεύματα καταῤῥαγῆναι καὶ πεσεῖν πρηστῆρας. Ἐπεὶ δ' ἐλώφησε, λέγειν τοὺς νησιώτας, ὅτι ῶν κρεισσόνων τινὸς ἔκλειψις γέγονεν. Ὡς γὰρ λύχνος ἀναπτόμενος, φάναι, δεινὸν οὐδὲν ἔχει, σβεννύμενος ὲ πολλοῖς λυπηρός ἐστιν, οὕτως αἱ μεγάλαι ψυχαὶ ὰς μὲν ἀναλάμψεις εὐμενεῖς καὶ ἀλύπους ἔχουσιν, αἱ ὲ σβέσεις αὐτῶν καὶ φθοραὶ πολλάκις μὲν, ὡς νυνὶ, νεύματα καὶ ζάλας τρέπουσι, πολλάκις δὲ λοιμικοῖς άθεσιν ἀέρα φαρμάττουσιν. * Ἐκεῖ μέντοι μίαν εἶναι ῆσον, ἐν ᾗ τὸν Κρόνον καθεῖρχθαι φρουρούμενον ὑπὸ οῦ Βριάρεω καθεύδοντα· δεσμὸν γὰρ αὐτῷ τὸν ὕπνον εμηχανῆσθαι, πολλοὺς δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι δαίμονας παδοὺς καὶ θεράποντας.

19. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Κλεόμβροτος, Ἔχω μὲν, ἔφη, αὶ ἐγὼ τοιαῦτα διελθεῖν· ἀρκεῖ δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὸ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, μηδὲ κωλύειν ἔχειν οὕτως αῦτα. Καίτοι τοὺς Στωϊκοὺς, ἔφη, γινώσκομεν οὐ ιόνον κατὰ δαιμόνων ἣν λέγω δόξαν ἔχοντας, ἀλλὰ αὶ θεῶν ὄντων τοσούτων τὸ πλῆθος, ἑνὶ χρωμένους ιδίῳ καὶ ἀφθάρτῳ· τοὺς δ' ἄλλους καὶ γεγονέναι καὶ θαρήσεσθαι νομίζοντας. Ἐπικουρείων δὲ χλευασμοὺς αὶ γέλωτας οὔτι φοβητέον, οἷς τολμῶσι χρῆσθαι καὶ ατὰ τῆς προνοίας, μῦθον αὐτὴν ἀποκαλοῦντες. Ἡμεῖς ὲ τὴν ἀπειρίαν μῦθον εἶναι φαμὲν ἐν κόσμοις τοσούοις, μηδένα λόγῳ θείῳ κυβερνώμενον ἔχουσαν, ἀλλὰ άντας ἐκ ταυτομάτου καὶ γεγονότας καὶ συνισταμέους. Εἰ δὲ χρὴ γελᾶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ εἴδωλα γελατέον τὰ κωφὰ καὶ τυφλὰ καὶ ἄψυχα, ποῖ μένουσιν πλέτους ἐτῶν περιόδους ἐπιφαινόμενα, καὶ περινοτοῦντα πάντη, τὰ μὲν ἔτι ζώντων, τὰ δὲ πάλαι καακαέντων, ἢ [καὶ] κατασαπέντων ἀποῤῥυέντα, φλεδόας καὶ σκιὰς ἕλκοντες εἰς φυσιολογίαν· ἂν δὲ φῇ τις, ἶναι δαίμονας οὐ φύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγοις, καὶ ὸ σώζεσθαι καὶ διαμένειν πολὺν χρόνον ἔχοντας, δυσολαίνοντας.

20. Ῥηθέντων δὲ τούτων, ὁ Ἀμμώνιος, Ὀρθῶς, φη, μοι δοκεῖ Θεόφραστος ἀποφήνασθαι· τί γὰρ κωύει φωνὴν δέξασθαι σεμνὴν καὶ φιλοσοφωτάτην; Καὶ ὰρ ἀθετουμένη πολλὰ τῶν ἐνδεχομένων, ἀποδειχθῆναι ὲ μὴ δυναμένων ἀναιρεῖ, καὶ τιθεμένη, πολλὰ συνφέλκεται τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνυπάρκτων. Ὁ μέντοι όνον ἀκήκοα τῶν Ἐπικουρείων λεγόντων πρὸς τοὺς ἰσαγομένους ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαίμονας, ὡς οὐ δυατόν ἐστι φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας, μακαίους καὶ μακραίωνας εἶναι, πολλὴν τυφλότητα τῆς ακίας ἐχούσης, καὶ τὸ περιπτωτικὸν τοῖς ἀναιρετι-

XVIII. Demetrius porro narravit, insulas circa Britanniam esse multas hinc inde sparsas (quales ex eo Sporades Græcis dicuntur) easque desertas, quarum nonnullæ geniorum et heroum dicantur. Se quoque mittente imperatore cognoscendi atque perlustrandi gratia profectum in eam quæ desertis proxima, a paucis tenebatur incolis, sed quos omnes Britanni sacros inviolabilesque haberent : statim vero post ipsius adventum magnam in aere confusionem exstitisse, et portenta multa, ventosque in procellas erupisse, et ignitos vortices in terram delatos fuisse : sub horum finem, insulares dixisse, aliquem eorum qui præstantioris humana sunt naturæ, esse desiisse : sicut enim lucerna, dum accenditur, nihil secum mali trahit; cum exstinguitur, molestiam multis affert : sic magnas animas effulgere quidem placidas et innoxias, dum delentur autem atque occidunt, sæpe, sicut et in præsentia, ventos ac tempestates excitare, aliquando etiam pestilentia aerem inficere. Sane ibi quamdam esse insulam, in qua Saturnus captivus detineatur a Briareo, dormiens : hoc enim somni vinculum adversus eum fuisse excogitatum : et adesse Saturno multos genios, comites ipsius ac famulos.

XIX. Hunc sermonem excipiens Cleombrotus : Habeo, inquit, ipse etiam quæ narrare possim horum germana : sed ad præsens propositum sufficit, ea non adversari dictis, neque impedire quo minus vera putentur. Et vero Stoicos novimus non modo de geniis in eadem nobiscum sententia esse, sed etiam de diis, quorum tantum statuunt numerum, unum duntaxat æternum interitusque expertem, reliquos et natos et obituros censere. Neque metuendæ sunt nobis Epicureorum sannæ atque risus, quibus etiam adversus providentiam uti non verentur, dum eam fabulæ titulo irrident. Nos fabulæ nomen rectius competere dicimus in infinitatem eorum, quæ de tot mundis nullum habet divina gubernatum ratione, sed omnes casu ut natos, ita etiam constantes. Quod si omnino ridendum est in philosophia, imagines istæ rideantur mutæ, cæcæ, atque inanimæ, quas illi nescio ubi permanere aiunt, et infinitos annorum circulos conficere apparendo, passimque oberrando, cum aliæ a vivis, aliæ a pridem crematis aut etiam putredine absumptis, defluxerint corporibus : hos, inquam, rideamus, qui nugas ac umbras hujusmodi in philosophiam attrahant, interim indigne ferentes, si quis asserat geniis non natura modo, sed ratione etiam congruere ut multum temporis permaneant.

XX. Secundum hæc Ammonius : Recte, inquit, mihi pronunciasse videtur Theophrastus; quid enim obstat quin sententiam gravissimam et philosophiæ convenientissimam recipiamus dicentis? opinionem de Dæmonibus, si rejiciatur, multa eorum simul abolere quæ fieri possunt, demonstratione autem carent : sin admittatur, multa secum trahere impossibilia et quæ non exstiterint. Quod tamen unum audivi Epicureos afferre contra Empedoclem genios introducentem, non posse eos, mali cum sint et vitiosi, beatos esse ac longævos, quod multa adsit pravitati cæcitas, proclivisque ad ea quæ interimunt lapsus : id vero fatuum est. Hac enim

κοῖς, εὐηθές ἐστιν. Οὕτως [γὰρ] Ἐπίκουρός τε χείρων Γοργίου φανεῖται τοῦ σοφιστοῦ, καὶ Μητρόδωρος Ἀλέξιδος τοῦ κωμῳδοποιοῦ. Διπλάσιον γὰρ οὗτος ἔζησε τοῦ Μητροδώρου, Ἐπικούρου δ' ἐκεῖνος πλέον, ἢ ἐπίτριτον. Ἄλλως γὰρ ἰσχυρὸν ἀρετὴν καὶ κακίαν εἶναι ἀσθενὲς λέγομεν, οὐ πρὸς διαμονὴν καὶ διάλυσιν σώματος· ἐπεὶ καὶ τῶν ζῴων πολλὰ μὲν δυσκίνητα καὶ νωθρὰ ταῖς ψυχαῖς ὄντα, πολλὰ δὲ ἀκόλαστα καὶ ἄτακτα, τῶν συνετῶν καὶ πανούργων χρόνους ζῇ μακροτέρους. Ὅθεν οὐκ εὖ τῷ θεῷ τὴν ἀϊδιότητα ποιοῦσιν ἐκ φυλακῆς καὶ διακρούσεως τῶν ἀναιρετικῶν. Ἔδει γὰρ ἐν τῇ φύσει τοῦ μακαρίου τὸ ἀπαθὲς καὶ ἄφθαρτον εἶναι, μηδεμιᾶς πραγματείας δεόμενον. Ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν πρὸς μὴ παρόντας, οὐκ εὔγνωμον φαίνεται. Πάλιν οὖν ὁ Κλεόμβροτος ἡμῖν, ὃν ἄρτι περὶ τῆς μεταστάσεως καὶ φυγῆς τῶν δαιμονίων ἀφῆκε λόγον ἀναλαβεῖν δίκαιός ἐστι.

21. Καὶ ὁ Κλεόμβροτος, Ἀλλὰ θαυμάσαιμ' ἄν, εἶπεν, εἰ μὴ πολὺ φαίνεται τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἀτοπώτερος. Καίτοι δοκεῖ φυσιολογίας ἔχεσθαι, καὶ Πλάτων αὐτῷ παρέσχε τὸ ἐνδόσιμον, οὐχ ἁπλῶς ἀποφηνάμενος ἐκ δόξης ἀμαυρᾶς, καὶ ὑπόνοιαν ἐμβαλὼν αἰνιγματώδη μετ' εὐλαβείας· ἀλλ' ὅμως πολλὴ γέγονε κἀκείνου καταβόησις ὑπὸ τῶν ἄλλων φιλοσόφων. * Ἐπεὶ δὲ μύθων καὶ λόγων ἀναμεμιγμένων κρατὴρ ἐν μέσῳ πρόκειται, καί που τις ἐν εὐμενεστέροις ἀκροαταῖς ἐπιτυχών, ὡς νομίσματα ξενικὰ τούτους δοκιμάσειε τοὺς λόγους, οὐκ ὀκνῶ χαρίζεσθαι βαρβάρου διήγησιν ἀνδρὸς, ὃν πλάναις πολλαῖς, καὶ μήνυτρα τελέσας μεγάλα περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀνθρώποις ἀνὰ πᾶν ἔτος ἅπαξ ἐντυγχάνοντα, τἆλλα δὲ συνόντα νύμφαις νομάσι καὶ δαίμοσιν, ὡς ἔφασκε, μόλις ἐξανευρὼν, ἔτυχον λόγου καὶ φιλοφροσύνης. Κάλλιστος μὲν ἦν ὧν εἶδον ἀνθρώπων ὀφθῆναι, νόσου τε πάσης ἀπαθὴς διετέλει, καρπόν τινα πόας φαρμακώδη καὶ πικρὸν ἑκάστου μηνὸς ἅπαξ προσφερόμενος· γλώσσαις δὲ πολλαῖς ἤσκητο χρῆσθαι, πρὸς δ' ἐμὲ τὸ πλεῖστον ἐδώριζεν, οὐ πόρρω μελῶν. Φθεγγομένου δὲ, τὸν τόπον εὐωδία κατεῖχε, τοῦ στόματος ἥδιστον ἀποπνέοντος. Ἡ μὲν οὖν ἄλλη μάθησις καὶ ἱστορία συνῆν αὐτῷ τὸν πάντα χρόνον· εἰς δὲ μαντικὴν ἐνεπνεῖτο μίαν ἡμέραν ἔτους ἑκάστου, καὶ προεθέσπιζε κατιὼν ἐπὶ θάλατταν, ἐπεφοίτων δὲ καὶ δυνάσται καὶ γραμματεῖς βασιλέων, εἶτ' ἀπήεσαν. Ἐκεῖνος οὖν τὴν μαντικὴν ἀνῆγεν εἰς δαίμονας· πλεῖστον δὲ Δελφῶν λόγον εἶχε, καὶ τῶν λεγομένων περὶ τὸν Διόνυσον ἐνταῦθα καὶ δρωμένων ἱερῶν, οὐδενὸς ἀνήκοος ἦν, ἀλλὰ κἀκεῖνα δαιμόνων ἔφασκεν εἶναι πάθη μεγάλα, καὶ ταῦτα δὴ περὶ Πύθωνα. Τῷ δ' ἀποκτείναντι μήτ' ἐννέα ἐτῶν, μήτ' εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι τὴν φυγὴν, ἀλλ' ἐκπεσόντα ἐλθεῖν εἰς ἕτερον κόσμον· ὕστερον δ' ἐκεῖθεν ἐνιαυτῶν μεγάλων ἐννέα περιόδοις ἁγνὸν γενόμενον, καὶ Φοῖβον ἀληθῶς, κατελθόντα τὸ χρηστήριον παραλαβεῖν, τέως ὑπὸ Θέμιδος φυλαττόμενον. Οὕτω δ' ἔχειν καὶ τὰ Τυφωνικὰ καὶ τὰ Τιτα-

ratione efficitur, Epicurum Gorgia sophista, et Metrodorum Alexide comœdiæ scriptore esse deteriorem; hi enim duplum annorum vitæ Metrodori vivendo confecit, Gorgias amplius triente seculum Epicuri superavit. Alia nimirum ratione validam rem esse virtutem, vitium imbecillam dicimus, non quod ad corporis durationem aut dissolutionem respiciamus : quando etiam animalium multa tarda hebetique indole prædita, multa etiam libidinosa et incomposita diutius vivunt, quam ingeniosa et callidissima alia. Itaque non recte deo Epicurei immortalitatem ideo tribuunt, quod caveat et repellere possit quæ vim habent interimendi; oportebat enim in ipsa natura beati immunitatem perpessionum ac interitus inesse, neque opus ei esse labore ad eam consequendam ullo aut negotio. Sed fortassis parum æqui animi esse videatur disputatio contra absentes; itaque Cleombroti est quam de migratione et fuga geniorum intermisit orationem resumere ac persequi.

XXI. Tum Cleombrotus : Atqui mirer profecto, inquit, si non multo absurdior dictis vobis judicetur; quanquam cum naturæ rerum explicatione videatur cohærere, Platoque ei incentivum præbuerit, non aperte pronuncians, sed obscura opinione suspicionem quamdam de re ambagibus perplexam prodiderit : caute is quidem, sed tamen multis ipse quoque philosophorum clamoribus impetitus. Verum quando in medium propositus est crater fabularum sermonibus permixtarum, neque temere in æquiores auditores incidere liceat, ubi hæ narrationes veluti peregrinum numisma examinari possint : non gravate vobis barbari hominis narrationem largiar : quem hominem multis ipse erroribus indiciique mercede ampla persoluta, apud Rubrum mare semel quotannis hominum congressui se exhibentem, reliquum tempus (ut ipse aiebat) cum vagis Nymphis et geniis degentem, ægre demum inveni, ab eoque comiter ad colloquium sum admissus. Formosissimus iste hominum, quos ego quidem viderim, erat, et ab omni perpetuum morbo securus vivebat, singulis mensibus semel fructu herbæ cujusdam medicato et amaro vescens : multis utebatur linguis, mecum autem Dorice maximam partem locutus est, sermone non multum a carmine ac cantu differente : loquente autem ipso suavis odor locum obtinebat, ore ipsius suavissime fragrante. Is cum totum tempus reliqua cognitione et scientia rerum valeret, uno die quotannis afflatu ad vaticinandum agebatur, et ad mare se conferens, futura prædicebat : accedebant autem eo et principes et regum scribæ, eoque audito discedebant. Hic ergo divinationem geniis acceptam ferebat, plurimusque erat in Delphorum mentione : et quæ hic Baccho evenisse dicuntur, et sacrificia peraguntur, omnia inaudiverat. Verum cum hæc esse magnos geniorum casus affirmabat, tum et ipsa quæ de Pythone feruntur. Quem qui occidit, eum neque per novem annos, neque apud Tempe exsulasse aiebat : verum ejectum venisse in alium mundum, atque inde circumactis novem magnorum annorum curriculis, expiatum, vereque Phœbum, id est mundum, rediisse, atque oraculum recepisse, quod interim custoditum a Themide fuerat. Eamdem esse rationem docebat Typhonicorum et Titanicorum, fuisse

νικᾷ· δαιμόνων μάχας γεγονέναι πρὸς δαίμονας, εἶτα φυγὰς τῶν κρατηθέντων, ἢ δικαιώσεις ὑπὸ θεοῦ τῶν ἐξαμαρτόντων, οἷα Τυφῶν λέγεται περὶ Ὄσιριν ἐξαμαρτεῖν, καὶ Κρόνος περὶ Οὐρανὸν, ὧν ἀμαυρότεραι γεγόνασιν αἱ τιμαί· ἢ καὶ παντάπασι μεταστάντων εἰς ἕτερον κόσμον. Ἐπεὶ καὶ Σολύμους πυνθάνομαι τοὺς Λυκίων προσοίκους ἐν τοῖς μάλιστα τιμᾶν τὸν Κρόνον· ἐπεὶ δὲ ἀποκτείνας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, Ἄρσαλον καὶ Δρύον καὶ Τροσωβιὸν, ἔφυγε καὶ μετεχώρησεν ὁποιδήποτε (τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν), ἐκεῖνον μὲν ἀμεληθῆναι, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρσαλον σκληροὺς θεοὺς προσαγορεύεσθαι, καὶ τὰς κατάρας ἐπὶ τούτων ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίους. Τούτοις μὲν οὖν ὅμοια πολλὰ λαβεῖν ἐστιν ἐκ τῶν θεολογουμένων. Εἰ δὲ τοῖς νενομισμένοις τῶν θεῶν ὀνόμασι δαίμονάς τινας καλοῦμεν, οὐ θαυμαστέον, εἶπεν ὁ ξένος. Ὧ γὰρ ἕκαστος θεῷ συντέτακται, καὶ παρ' οὗ δυνάμεως καὶ τιμῆς εἴληχεν, ἀπὸ τούτου φιλεῖ καλεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μέν τις ἐστὶ Δίιος, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δ' Ἀπολλώνιος, ἢ Διονύσιος, ἢ Ἑρμαῖος· ἀλλ' ἔνιοι μὲν οὖν ὀρθῶς κατὰ τύχην ἐκλήθησαν, οἱ δὲ πολλοὶ μηδὲν προσηκούσας, ἀλλ' ἐνηλλαγμένας ἐκτήσαντο θεῶν παρωνυμίας.

22. Σιωπήσαντος δὲ τοῦ Κλεομβρότου, πᾶσι μὲν ὁ λόγος ἐφάνη θαυμαστός. Τοῦ δ' Ἡρακλέωνος πυθομένου πῇ ταῦτα προσήκει Πλάτωνι, καὶ πῶς ἐκεῖνος τὸ ἐνδόσιμον τῷ λόγῳ τούτῳ παρέσχεν, ὁ Κλεόμβροτος, Εὖ μνημονεύεις, εἶπεν, ὅτι τὴν μὲν ἀπειρίαν αὐτόθεν ἀπέγνω τῶν κόσμων, * περὶ δὲ πλήθους ὡρισμένου διηπόρησε, καὶ μέχρι τῶν πέντε τοῖς ὑποτιθεμένοις κατὰ στοιχεῖον ἕνα κόσμον ἐπιχωρήσας τὸ εἰκὸς, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐφ' ἑνὸς ἐτήρησεν. Καὶ δοκεῖ τοῦτο Πλάτωνος ἴδιον εἶναι, τῶν ἄλλων σφόδρα φοβηθέντων τὸ πλῆθος, ὡς τοὺς ἑνὶ τὴν ὕλην μὴ ὁρίσαντας, ἀλλ' ἐκβάντας, εὐθὺς ἀορίστου καὶ χαλεπῆς ἀπειρίας ὑπολαμβανούσης. Ὁ δὲ ξένος, ἔφην ἐγὼ, περὶ πλήθους κόσμων ὥριζεν, ἢ Πλάτων; [ἢ,] ὅτε συνεγένου τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, οὐδὲ διεπειράθης; Ἀλλ' οὐκ ἔμελλον, εἶπεν ὁ Κλεόμβροτος, εἰ μηδὲν ἄλλο τῶν περὶ ταῦτα λιπαρὴς εἶναι καὶ πρόθυμος ἀκροατὴς, ἐνδιδόντος ἑαυτὸν ἵλεω καὶ παρέχοντος; Ἔλεγε δὲ μήτ' ἀπείρους, μήθ' ἕνα, μήτε πέντε κόσμους, ἀλλὰ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν εἶναι, συντεταγμένους εἰς σχῆμα τριγωνοειδὲς, οὗ πλευρὰν ἑκάστην ἑξήκοντα κόσμους ἔχειν· τριῶν δὲ τῶν λοιπῶν ἕκαστον ἱδρῦσθαι κατὰ γωνίαν, ἅπτεσθαι δὲ τοὺς ἐφεξῆς ἀλλήλων, ἀτρέμα περιιόντας ὥσπερ ἐν χορείᾳ· τὸ δ' ἐντὸς ἐπίπεδον τοῦ τριγώνου, κοινὴν ἑστίαν εἶναι πάντων, καλεῖσθαι δὲ πεδίον ἀληθείας, ἐν ᾧ τοὺς λόγους καὶ τὰ εἴδη καὶ τὰ παραδείγματα τῶν γεγονότων καὶ γενησομένων ἀκίνητα κεῖσθαι, καὶ περὶ αὐτὰ τοῦ αἰῶνος ὄντος, οἷον ἀποῤῥοὴν ἐπὶ τοὺς κόσμους φέρεσθαι τὸν χρόνον. Ὄψιν δὲ τούτων καὶ θέαν ψυχαῖς ἀνθρωπίναις ἅπαξ ἐν ἔτεσι μυρίοις ὑπάρχειν, ἄν γε εὖ βιώσωσι· καὶ τῶν ἐνταῦθα τελετῶν τὰς ἀρίστας, ἐκεί-

pugnas geniorum adversus genios, tum exsilia superatorum, aut pœnas a deo peccantibus impositas : quomodo Typhon in Osiridem, et Saturnus in Cœlum fertur commisisse : quorum obscurior factus est cultus, aut (etiam plane intercidit), cum ii in alium commigraverint mundum. Nam et Solymos audio Lyciorum vicinos Saturno quantos non alii majores habuisse honores : sed cum is interfectis ipsorum principibus Arsalo, Dryo et Trosobio, fugit, et alio (incertum quo, neque ipsi possunt hoc dicere) commigravit; eo neglecto principes istos *durorum* deorum appellatione affecisse, perque eorum nomen publice ac privatim exsecrationes fecisse Lycios. Hujus generis multa desumi possunt ex his, quæ tradita sunt de diis. Quod autem nominibus deorum receptis quosdam genios appellamus, id, addebat hospes, mirum videri non debet : cui enim deo quivis geniorum adjunctus est, et a quo vim honoremque adeptus, ab eo nomen habere gaudet : sicut et nostrum alius Jovius, alius Minervius, alius Apollonius, alius Dionysius, alius Mercurialis dicitur. Sed quidam etiam fortuito recte appellati sunt : alii nihil ad se pertinentes, sed alienas deorum denominationes nacti.

XXII. His dictis cum obticuisset Cleombrotus, nemo fuit cui non admirabilis sermo hic videretur. Heracleone autem interrogante, quonam modo ista ad Platonem pertinerent, et quomodo is occasionem huic præbuisset sermoni : Probe, inquit Cleombrotus, meministi, Platoni infinitatem mundorum absque ulla dubitatione improbatam, de multitudine autem definita eum dubitasse : cumque iis qui singulos mundos singulis elementis assignant, usque ad quinarium mundorum numerum probabilia secutus argumenta concessisset, ipsum in unius mundi assertione se continuisse. Videturque hoc Platoni esse peculiare, reliquis a mundorum multitudine valde abhorrentibus, quod qui materiam non uno mundo definirent, hunc egressi statim in infinitam et molestam inciderent infinitatem. Tum ego : Peregrinus vero, aiebam, iste tuus eamdemne quam Plato mundorum multitudinem censebat? aut in tuo cum eo congressu ne exploravisti quidem ejus sententiam? Respondit hæc Cleombrotus : An vero mihi quisquam prius esse debuit, quam ut de talibus rebus interrogarem audiremque alacriter, cum se ille mihi tam facilem præberet? Dicebat ergo ille, mundos neque innumeros esse, neque unum, neque quinque mundos, sed numero centum octoginta tres, triquetra figura collocatos, ita ut in quovis latere sint sexaginta, in quovis angulo unus : qui vero deinceps sint positi, horum proximum a proximo semper sensim tangi, ac circuire eos veluti in chorea. Planitiem porro, quæ triangula hac figura includitur, communem esse omnium larem sive focum, et campum veritatis dici, ubi repositæ sint rationes et formæ atque exemplaria eorum quæ extiterunt et existent, immobilia hæc omnia, circaque ea esse æternitatem, a qua tempus, quasi defluens quædam portio, feratur ad mundos. Hæc videnda et contemplanda offerri humanis animis semel intra annos decem millia, siquidem recte vivant : et quæ hic optima sacra aut mysteria putantur, somnium

νης ὄνειρον εἶναι τῆς ἐποπτείας καὶ τελετῆς. Καὶ τοὺς λόγους ἀνέμνησεν ἕνεκα τῶν ἐκεῖ φιλοσοφεῖσθαι καλῶν, ἢ μάτην περαίνεσθαι. Ταῦτ', ἔφη, περὶ τούτων μυθολογοῦντος ἤκουον ἀτεχνῶς, καθάπερ ἐν τελετῇ καὶ μυήσει, μηδεμίαν ἀπόδειξιν τοῦ λόγου μηδὲ πίστιν ἐπιφέροντος.

23. Κἀγὼ τὸν Δημήτριον προσαγορεύσας, Πῶς ἔχει, ἔφην, τὰ τῶν μνηστήρων ἔπη, τὸν Ὀδυσσέα θαυμασάντων τὸ τόξον μεταχειριζόμενον; Ὑπομνησθέντος δὲ τοῦ Δημητρίου, Ταῦτ', ἔφην, ἐπέρχεται κἀμοὶ περὶ τοῦ ξένου εἰπεῖν· ἦ τις θηητὴρ καὶ ἐπίκλοπος ἔπλετο δογμάτων τε καὶ λόγων παντοδαπῶν, καὶ πολυπλανὴς ἐν γράμμασι, καὶ οὐ βάρβαρος, ἀλλ' Ἕλλην γένος ἦν, πολλῆς Ἑλληνίδος μούσης ἀνάπλεως. Ἐλέγχει δ' αὐτὸν ὁ τῶν κόσμων ἀριθμὸς οὐκ ὢν Αἰγύπτιος οὐδὲ Ἰνδὸς, ἀλλὰ Δωριεὺς ἀπὸ Σικελίας, ἀνδρὸς Ἱμεραίου τοὔνομα Πέτρωνος· αὐτοῦ μὲν ἐκείνου βιβλίδιον οὐκ ἀνέγνων, οὐδὲ οἶδα διασωζόμενον· Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος (οὗ μέμνηται Φανίας ὁ Ἐρέσιος) ἱστορεῖ δόξαν εἶναι ταύτην Πέτρωνος καὶ λόγον, ὡς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς κόσμους ὄντας, ἁπτομένους δ' ἀλλήλων κατὰ στοιχεῖον· ὅ τι δὴ τοῦτ' ἐστὶ, κατὰ στοιχεῖον ἅπτεσθαι, μὴ προσδιασαφῶν, μηδ' ἄλλην τινὰ πιθανότητα προσάπτων. Ὑπολαβὼν δὲ Δημήτριος, Τίς δ' ἂν, εἶπεν, ἐν τοιούτοις πράγμασιν εἴη πιθανότης, ὅπου καὶ Πλάτων οὐδὲν εἰπὼν εὔλογον οὐδ' εἰκὸς, οὕτω κατέβαλε τὸν λόγον; Καὶ ὁ Ἡρακλέων, Ἀλλὰ μὴν ὑμῶν, ἔφη, τῶν γραμματικῶν ἀκούομεν εἰς Ὅμηρον ἀγόντων τὴν δόξαν, ὡς ἐκείνου τὸ πᾶν εἰς πέντε κόσμους διανέμοντος, οὐρανὸν, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν, ὄλυμπον. Ὧν τὰ μὲν δύο, κοινὰ καταλείπει· γῆν μὲν τοῦ κάτω παντὸς οὖσαν, ὄλυμπον δὲ τοῦ ἄνω παντός· οἱ δ' ἐν μέσῳ τρεῖς τοῖς τρισὶ θεοῖς ἀπεδόθησαν. Οὕτω δὲ καὶ Πλάτων ἔοικε τὰ κάλλιστα καὶ πρῶτα σωμάτων εἴδη καὶ σχήματα * συννέμων ταῖς τοῦ ὅλου διαφοραῖς, πέντε κόσμους καλεῖν, τὸν γῆς, τὸν ὕδατος, τὸν ἀέρος, τὸν πυρός· ἔσχατον δὲ τὸν περιέχοντα τούτους, τὸν τοῦ δωδεκαέδρου, πολύχυτον καὶ πολύτρεπτον, ᾧ μάλιστα δὴ ταῖς ψυχικαῖς περιόδοις καὶ κινήσεσι πρέπον σχῆμα καὶ συναρμόττον ἀπέδωκε. Καὶ ὁ Δημήτριος, Ὅμηρον, ἔφη, τί κινοῦμεν ἐν τῷ παρόντι; Μύθων γὰρ ἅλις. Πλάτων δὲ πολλοῦ δεῖ τὰς πέντε [τοῦ κόσμου] διαφορὰς πέντε κόσμους προσαγορεύειν· ἐν οἷς γε μάχεται τοῖς ἀπείρους κόσμους ὑποτιθεμένοις, αὐτῷ δή φησι δοκεῖν ἕνα τοῦτον εἶναι μονογενῆ τῷ θεῷ καὶ ἀγαπητὸν, ἐκ τοῦ σωματοειδοῦς παντὸς ὅλον καὶ τέλειον καὶ αὐτάρκη γεγενημένον. Ὅθεν ἄν τις καὶ θαυμάσειεν, ὅτι τἀληθὲς εἰπὼν αὐτὸς ἑτέροις ἀπιθάνου καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης ἀρχὴν παρέσχε δόξης. Τὸ μὲν γὰρ ἕνα μὴ φυλάξαι κόσμον, εἶχεν ἁμωσγέπως ὑπόθεσιν τὴν τοῦ παντὸς ἀπειρίαν· τὸ δ' ἀφωρισμένως ποιῆσαι τοσούτους, καὶ μήτε πλείους τῶν πέντε, μήτ' ἐλάττους, κομιδῇ παράλογον καὶ πάσης πιθανότητος ἀπηρτημένον, εἰ μή τι σὺ λέγεις, ἔφη, πρὸς ἐμὲ βλέψας. Κἀγὼ, Δοκεῖ γὰρ

esse istius contemplationis atque sacri spectaculi : addebatque aut propter recordationem illorum, quæ illic sunt bona, hic homines litteris philosophiæque studere, aut inanem sumere operam. Hæc, aiebat, ego ipsum hisce de rebus audivi scilicet ut fit in sacrificiorum et mysteriorum traditione disserentem, cum nullam dictis demonstrationem adderet, neque argumentis fidem conciliaret.

XXIII. Hic ego e Demetrio quærere, qui haberent procorum verba Ulyssem admirantium, cum is arcum manibus tractaret. Cumque memoria ipsi ea suggessisset : Idem, inquam, mihi subit dicere de peregrino isto :

En contemplator fuit, ac fur callidus iste

sententiarum sermonumque omnis generis, varieque pervagatus litteras : neque barbarus fuit, sed Græcus, et eruditione Græcanica affatim refertus. Arguit hoc numerus mundorum, non Ægyptius aut Indus, sed Doriensis, e Sicilia propagatus, cujus auctor Petro fuit Himeræus. Hujus quidem libellum ipse non legi, neque scio an exstet etiamnum. Sed Hippys Rheginus, cujus meminit Phanias Eresius, hanc ait opinionem ac sententiam esse Petronis, Mundos esse centum octoginta tres, qui sese invicem elemento attingant : quid autem sit contactus ratione elementi, non explicat, neque quicquam aliud adjicit, quod rem probabilem faciat. Sub hæc Demetrius : Et quæ, inquit, probabilitas his in rebus insit, quando ipse Plato nihil consentaneum aut verisimile effatus, auctor duntaxat hujus fuit sententiæ? Vos tamen grammaticos, inquit Heracleo, audimus nos, opinionem istam Homero vindicantes, qui universum in quinque diviserit mundos, Cœlum, Aquam, Aerem, Terram, Olympum : de quibus duos relinquat communes, scilicet terram universi infimam, et Olympum supremam partem, reliquos autem tres tribus diis attribuat. Eodem etiam modo Plato, qui videtur pulcherrimas easdemque primas corporum species universi distinctis partibus accommodans, quinque facere mundos, Terræ unum, unum Aquæ, alios Aeris, et Ignis : extremum, qui hos contineat, quem duodecim basium corpori ob varietatem motus et multitudinem laterum comparavit, quod illam figuram maxime conversionibus motibusque animalibus congruere existimaret. Intulit hæc Demetrius : Quid in præsentia Homerum movemus? Satis jam est fabularum. Plato autem nequaquam quinque in partes dividendo universum, quinque mundos voluit appellari : quo enim loco pugnat adversum eos, qui infinitos ponunt mundos, sibi inquit videri unicum a deo factum esse eoque contentum deum, quod ex universa corporea mole totus perfectus, nihilque extra se positum requirens exstiterit. Unde etiam non nemini mirari subeat, qui verum ipse dicens, aliis ansam præbuerit sententiæ probabilitatem non habentis neque rationem ullam. Universi quidem infinitas pro argumento sumi utcunque poterat si quis ab unitate mundi discederet : quod autem præcise quinque, non plures neque pauciores, mundi statuuntur, id nimis quam est ab omni veri specie et ratione alienum : nisi tu quid dicis, aiebat in me respiciens. Ego autem : Nimirum

οὕτως, ἔφην, ἀφέντας ἤδη τὸν περὶ χρηστηρίων λόγον, ὡς τέλος ἔχοντα, μεταλαμβάνειν ἕτερον τοσοῦτον. Οὐκ ἀφέντας, εἶπεν ὁ Δημήτριος, ἐκεῖνον, ἀλλὰ μὴ παρελθόντας τοῦτον ἀντιλαμβανόμενον ἡμῶν. Οὐ γὰρ ἐνδιατρίψομεν, ἀλλ' ὅσον ἱστορῆσαι τὴν πιθανότητα θιγόντες αὐτοῦ, μέτιμεν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν.

. Πρῶτον τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, τὰ κωλύοντα ποιεῖν κόσμους ἀπείρους, οὐκ ἀπείργει πλείονας ἑνὸς ποιεῖν. Καὶ γὰρ οἷόν τ' ἐστὶν εἶναι καὶ μαντικὴν καὶ πρόνοιαν ἐν πλείοσι κόσμοις, καὶ τὸ μικροτάτην τύχην παρεμπίπτειν, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα τάξιν λαμβάνειν πρὸς γένεσιν καὶ μεταβολὴν, ὧν οὐδὲν ἡ ἀπειρία δέχεσθαι πέφυκεν. Ἔπειτα τῷ λόγῳ μᾶλλον ἕπεται τὸ τῷ θεῷ μὴ μονογενῆ μηδ' ἔρημον εἶναι τὸν κόσμον. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν τελέως, οὐδεμιᾶς ἀρετῆς ἐνδεής ἐστιν· ἥκιστα δὲ τῆς περὶ δικαιοσύνην καὶ φιλίαν· κάλλισται γὰρ αὗται καὶ θεοῖς πρέπουσαι. Μάτην δ' οὐδὲν ἔχειν οὐδ' ἄχρηστον θεὸς πέφυκεν. Εἰσὶν οὖν ἐκτὸς ἕτεροι θεοὶ καὶ κόσμοι, πρὸς οὓς χρῆται ταῖς κοινωνικαῖς ἀρεταῖς· οὐδὲ γὰρ πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ μέρος αὐτοῦ χρῆσίς ἐστι δικαιοσύνης, ἢ χάριτος, ἢ χρηστότητος, ἀλλὰ πρὸς ἄλλους. Ὥστ' οὐκ εἰκὸς ἄφιλον, οὐδ' ἀγείτονα τόνδ', οὐδ' ἄμικτον ἐν ἀπείρῳ κενῷ τὸν κόσμον σαλεύειν. Ἐπεὶ καὶ τὴν φύσιν ὁρῶμεν [τὰ] καθ' ἕκαστα γένεσιν καὶ εἴδεσιν οἷον ἀγγείοις ἢ περικαρπίοις σπέρματος περιέχουσαν. Οὐδὲν γὰρ ἐν ἀριθμῷ τῶν ὄντων ἐστίν· οὐδὲ μὴν λόγος ὑπάρχει κοινὸς, οὐδὲ τυγχάνει τῆς τοιᾶσδε προσηγορίας, ὃ μὴ κοινῶς ποῖον, ἰδίως ἐστίν· ὁ δὲ κόσμος οὐ λέγεται κοινὸς εἶναι. Ποῖοι δ' ὡς τοίνυν ποιός ἐστιν ἐκ διαφορᾶς τῆς πρὸς ἄλληλα συγγενὴς καὶ μονοειδὴς γεγονὼς τοιοῦτος. Εἰ γὰρ οὔτε ἄνθρωπος εἷς, οὔτε ἵππος ἐν τῇ φύσει γέγονεν, οὔτε ἄστρον, οὔτε θεὸς, οὔτε δαίμων, τί κωλύει μηδὲ κόσμον ἕνα τὴν φύσιν ἔχειν, ἀλλ' ἢ πλείονας; Ὁ γὰρ λέγων, ὅτι καὶ γῆν μίαν ἔχει καὶ θάλατταν, ἐμφανές τι παρορᾷ τὸ τῶν ὁμοιομερῶν· τήν τε γὰρ γῆν εἰς ὁμώνυμα μέρη, καὶ τὴν θάλατταν ὡσαύτως διαιροῦμεν· τοῦ δὲ κόσμου μέρος οὐκ ἔτι κόσμος, ἀλλ' ἐκ διαφόρων φύσεων συνέστηκε.

5. * Καὶ μὴν ὅ γε μάλιστα φοβηθέντες ἔνιοι καταναλίσκουσιν τὴν ὕλην εἰς τὸν κόσμον ἅπασαν, ὡς μηδὲν ὑπολειπόμενον ἐκτὸς ἐνστάσεσιν ἢ πληγαῖς διαταράττοι τὴν τοῦδε σύστασιν, οὐκ ὀρθῶς ἔδεισαν. Πλειόνων γὰρ ὄντων κόσμων, ἰδίᾳ δ' ἑκάστου συνειληχότος οὐσίᾳ καὶ ὕλῃ μέτρον ὡρισμένον ἐχούσῃ καὶ πέρας, οὐδὲν ἄτακτον οὐδ' ἀκατακόσμητον, οἷον περίττωμα, λειφθήσεται προσπῖπτον ἔξωθεν. Ὁ γὰρ περὶ ἕκαστον λόγος ἐγκρατὴς ὢν τῆς συννενεμημένης ὕλης, οὐδὲν ἔκφορον ἐάσει καὶ πλανώμενον ἐμπεσεῖν εἰς ἄλλον, οὐδ' εἰς ἑαυτὸν ἐξ ἄλλου· διὰ τὸ μήτε πλῆθος ἀόριστον καὶ ἄπειρον τὴν φύσιν ἔχειν, μήτε κίνησιν ἄλογον καὶ ἄτακτον. Εἰ δὲ καί τις ἀποῤῥοὴ φέρεται πρὸς ἑτέρους ἀφ' ἑτέρων, ὁμόφυλον εἶναι καὶ προσηνῆ

videtur, inquam, vobis omissa de oraculis disputatione, quasi ad finem jam perducta, aliam suscipere. Non, inquit Demetrius, istam missam faciemus : sed hanc nobis sese ingerentem non præteribimus : non enim huic immorabimur, sed ita attingentes, ut quid probabile sit nobis appareat, ad propositam initio quæstionem nos referemus.

XXIV. Tum ego sic : Primum, inquam, ea quæ non sinunt infinitos mundos statuere, non impediunt quo minus uno plures censeantur mundi : fieri enim sic quoque potest ut pluribus in mundis divinationi locus sit, et fortunæ minimus interventus, pleraque autem et maxima ordinatis motibus ac vicissitudinibus ferantur : quorum nihil infinitas admittere potest. Deinde rationi magis consentaneum est, divinæ naturæ non esse unicum ac solitarium mundum. Deus enim perfecte bonus cum sit, nullius virtutis est expers, minime omnium justitiæ et amicitiæ . quæ pulcherrimæ sunt, deumque apprime decent. Ad hæc nihil frustra ut habeat aut quo non utatur, dei fert natura. Sunt ergo extra alii dii aliique mundi, erga quos utitur virtutibus istis ad communitatem pertinentibus : non enim erga se aut partem sui utitur justitia, gratia, benignitate, quippe quarum usus ad alios refertur. Quare probabile non est amicitiæ, vicinitatis, ac commerciorum exsortem hunc mundum in vacua infinitate fluctuare. Jam ipsam videmus naturam ea quæ sunt singula, generum et formarum complexu tanquam vasculis aut seminum involucris continere. Neque enim ulla res naturalis subsistit, cujus non sit etiam communis aliqua ratio sive notio : neque appellatio ei sui generis congrueret, nisi præter eam communem rationem suis peculiaribus qualitatibus ab aliis ejusdem generis rebus distingueretur. Atqui mundus non dicitur communis esse, sed certis qualitatibus sive proprietatibus describitur; ergo certis differentiis ab aliis ejusdem generis mundis distinctus, suam peculiarem hanc formam obtinet. Præterea cum neque homo unicus, neque unicus equus in natura rerum sit, neque astrum, neque deus, neque genius; quid obstat quin dicamus non unicum, sed plures numero mundos naturam complecti? Qui enim dicit unam quoque duntaxat esse terram, unicum mare, is hallucinatur, partium similitudinem in rebus evidentem non animadvertens. Terra enim in ejusdem nominis partes dividitur, itemque mare : mundi pars jam non itidem mundus est, sed diversæ naturæ res.

XXV. Porro quod nonnulli universam materiam uni mundo impendunt, maxime id metuentes, ne si quid extra istum relinqueretur, id allisionibus atque ictibus hujus mundi compagem disturbaret : inanis est metus. Cum enim sint plures mundi, quorum quisque sua contineatur substantia atque materie quam certa mensura definit suæque extremitates, nihil ordinis exsors et incompositum ac tanquam excrementum foras prolapsum relinquetur. Uniuscujusque enim mundi forma materiam sibi destinatam continens, nihil patietur temerario motu citatum in alium decidere mundum, aut ex alio in se; eo quod natura neque infinitam admittit multitudinem, neque temerarias et ordine rationeque carentes motiones. Quod si quid ab uno mundo in alium defluit : necesse est hujusmodi influxus cognatos inter se, gratosque esse, et mixtione fieri

καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐπιμιγνυμένην, ὥσπερ αἱ τῶν ἀστέρων αὐγαὶ καὶ συγκράσεις, αὐτούς τε τέρπεσθαι καθορῶντας ἀλλήλους εὐμενῶς, θεοῖς τε πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς καθ' ἕκαστον οὖσι, παρέχειν ἐπιμιξίας καὶ φιλοφροσύνας. Ἀδύνατον γὰρ οὐδέν ἐστι τούτων, οὔτε μυθῶδες, οὔτε παράλογον· εἰ μὴ, νὴ Δία, τοῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ὑπόψονταί τινες, ὡς φυσικὰς αἰτίας ἔχοντα. Τῶν γὰρ σωμάτων ἑκάστου τόπον οἰκεῖον ἔχοντος, ὥς φησιν, ἀνάγκη τὴν γῆν πανταχόθεν ἐπὶ τὸ μέσον φέρεσθαι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπ' αὐτῆς διὰ βάρος ὑφιστάμενον τοῖς κουφοτέροις. Ἂν ουν πλείονες ωσι κόσμοι, συμβήσεται τὴν γῆν πολλαχοῦ μὲν ἐπάνω τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἀέρος κεῖσθαι, πολλαχοῦ δ' ὑποκάτω· καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ ὁμοίως, ποῖ μὲν ἐν ταῖς κατα φύσιν χώραις ὑπάρχειν, [ποῖ δ' ἐν ταῖς παρὰ φύσιν]. Ὧν ἀδυνάτων ὄντων, ὡς οἴεται, μήτε δύο, μήτε πλείονας εναι κόσμους, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἐκ τῆς οὐσίας ἁπάσης συγκειμένον, ἱδρυμένον κατὰ φύσιν, ὡς προσήκει ταῖς τῶν σωμάτων διαφοραῖς.

26. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα πιθανῶς μᾶλλον, ἢ ἀληθῶς, ειρηται· σκόπει δὲ οὕτως, ἔφην, ω φίλε Δημήτριε. Τῶν γὰρ σωμάτων τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μέσον καὶ κάτω κινεῖσθαι λέγων, τὰ δ' ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ ἄνω, τὰ δὲ περὶ τὸ μέσον καὶ κύκλῳ, πρὸς τί λαμβάνει τὸ μέσον; Οὐ δήπου πρὸς τὸ κενόν· οὐ γὰρ ἔστι κατ' αὐτόν. Καθ' οὓς δ' ἔστιν, οὐκ ἔχει μέσον, ὥσπερ οὐδὲ πρῶτον, οὐδ' ἔσχατον. Πέρατα γὰρ ταῦτα. Τὸ δὲ ἄπειρον, καὶ ἀπεράτωτον. Εἰ δὲ καὶ βιάσαιτό τις αὐτὸν λόγῳ βίᾳ κινούμενον, ἄπειρον τολμῆσαι, τίς ἡ πρὸς τοῦτο γινομένη τῶν κινήσεων διαφορὰ τοῖς σώμασι; οὔτε γὰρ ἐν τῷ κενῷ δύναμίς ἐστι τῶν σωμάτων, οὔτε τὰ σώματα προαίρεσιν ἔχει καὶ ὁρμὴν, ἣ τοῦ μέσου γλίχεται, καὶ πρὸς τοῦτο συντείνει πανταχόθεν. Ἀλλ' ὅμως ἄπορόν ἐστιν ἀψύχων σωμάτων πρὸς ἀσώματον χωρεῖν καὶ ἀδιάφορον ἢ φορὰν ἐξ αὐτῶν ἢ ὁλκὴν ὑπ' ἐκείνης γινομένην νοῆσαι. Λείπεται τοίνυν, τὸ μέσον οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ σωματικῶς λέγεσθαι. Τοῦδε γὰρ τοῦ κόσμου μίαν ἐκ πλειόνων σωμάτων καὶ ἀνομοίων ἑνότητα καὶ σύνταξιν ἔχοντος, αἱ διαφοραὶ τὰς κινήσεις ἄλλας πρὸς ἄλλα ποιοῦσιν ἐξ ἀνάγκης. Δῆλον δὲ τῷ μετακοσμούμενα ταῖς οὐσίαις ἕκαστα καὶ τὰς χώρας ἅμα συμμεταβάλλειν· αἱ μὲν γὰρ διακρίσεις ἀπὸ τοῦ μέσου τὴν ὕλην αἰρομένην ἄνω, κύκλῳ διανέμουσιν· αἱ δὲ συγκρίσεις καὶ πυκνώσεις πιέζουσι κάτω πρὸς τὸ μέσον καὶ συνελαύνουσι.

27. Περὶ ὧν ουκ αναγκαῖον ἐνταῦθα πλείοσι λόγοις χρῆσθαι. Ἣν γὰρ ἄν τις ὑποθῆται τῶν παθῶν τούτων καὶ τῶν μεταβολῶν αἰτίαν ειναι δημιουργὸν, αὕτη συνέξει τὸν κόσμον ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ. Καὶ γὰρ γῆν καὶ θάλατταν * ἕκαστος ἔχει κόσμων. Ἔχει γὰρ καὶ μέσον ἕκαστος ἴδιον, καὶ πάθη σωμάτων, καὶ μεταβολὰς, καὶ φύσιν, καὶ δύναμιν, ἣ σώζει κατὰ χώραν καὶ φυλάττει ἕκαστον. Τὸ μὲν γὰρ ἐκτὸς, εἴτ' οὐδέν ἐστιν, εἴτε κενὸν ἄπειρον, οὐ παρέχει μέσον, ὡς εἴρη-

optime mundorum naturæ conveniente : quo modo siderum fulgores sive radii inter se contemperantur : ipsosque mundos delectari dum benigno invicem se contemplantur vultu : diisque qui in singulis sunt multi ac boni, congressus amicos exhibere. Horum omnium, quæ dixi, nihil est quod fieri nequeat, nihil fabulosum, nihil rationi adversum. Nisi, mehercle, Aristotelis aliquis sententia terretur, tanquam naturæ consentanea. Cum enim, ut ipse inquit, quodvis corpus suum habeat proprium locum : necesse est terram undiquaque ad medium ferri, et aquam super hanc levioribus ob pondus subsidentem ; ergo si plures sint mundi, eveniet ut terra multifariam igni et aere superior, multifariam item inferior exstet : idemque de aere et aqua intelligendum, quæ alicubi suis in locis a natura attributis erunt, alicubi non erunt. Quæ cum sint, ut ipse censet, impossibilia, neque duos esse, neque plures mundos statuit, sed unum hunc ex universa compactum substantia : in quo corpora juxta legem naturæ sint locorum differentiis disposita.

XXVI. Verum hæc ipsa probabiliter magis quam vere dicta ab eo sunt, idque, mi Demetri, sic dispiciamus. Corporum alia ad medium et deorsum, alia a medio et sursum, quædam circa medium et in orbem moveri dicens, cujusnam rei respectu medium sumit? Non quidem inanis comparatione sumit, quod nullum est ipsius sententia : et qui vacuum ponunt, medio hoc ipsorum opinione caret, ut et principio, et fine : quæ sunt extremitates, quibus in infinito non est locus. Atque ut extorqueas Aristoteli assertionem inanis, tamen intellectu arduum est, quænam ejus ratione corporibus differentia motuum debeat tribui ; nam neque in inani vis est corporum, neque voluntatem habent corpora et appetitum quo medium affectent et undiquaque ad illud contendant : sed tamen vix intelligas, quomodo corpora mente carentia ad incorpoream atque indifferentem rem ferantur, aut ab ea motum momentumve consequantur. Restat ut medium non loci ratione, sed corporis accipiamus. Cum enim mundus hic ex multis ac dissimilibus corporibus in unam compactus sit ac concinnatus molem, necessario differentiæ eorum motus vicissitudines efficiunt. Id ex eo fit evidens, quod singula dum substantiam mutant, simul etiam locum alium a priore occupant ; dissipatio enim a medio sursum elatam materiam per circulum didit : concretio et stipatio deorsum eam ad medium cogit atque deprimit.

XXVII. Qua de re non est opus hoc loco copiosius disserere. Quam enim causam harum affectionum atque mutationum effectricem posueris, ea unumquemvis in se ipso continebit mundum. Nam mundorum quisque habet terram et mare : quivis enim peculiare habet medium, suas corporum affectiones, mutationesque, suam naturam et vim, quæ suo quodque in loco conservet. Quod enim extra est, sive id nihil est, sive infinitum inane[1], non præbet medium : sicut docuimus

ται· πλειόνων δὲ κόσμων ὄντων, καθ' ἕκαστόν ἐστιν ἴδιον μέσον· ὥστε κίνησις ἰδία τοῖς μὲν ἐπὶ τοῦτο, τοῖς δ' ἀπὸ τούτου, τοῖς δὲ περὶ τοῦτο, καθάπερ αὐτοὶ διαιροῦσιν. Ὁ δ' ἀξιῶν, πολλῶν μέσων ὄντων, ἐφ' ἓν μόνον ὠθεῖσθαι τὰ βάρη πανταχόθεν, οὐδὲν διαφέρει τοῦ, πολλῶν ὄντων ἀνθρώπων, ἀξιοῦντος εἰς μίαν φλέβα τὸ πανταχόθεν αἷμα συῤῥεῖν, καὶ μιᾷ μήνιγγι τοὺς πάντων ἐγκεφάλους περιέχεσθαι, δεινὸν ἡγούμενος, εἰ τῶν φυσικῶν σωμάτων οὐ μίαν ἅπαντα τὰ στερεὰ καὶ μίαν τὰ μανὰ χώραν ἐφέξει. Καὶ γὰρ οὗτος ἄτοπος ἔσται, κἀκεῖνος, ἀγανακτῶν, εἰ τὰ ὅλα τοῖς αὐτῶν μέρεσι χρῆται, τὴν κατὰ φύσιν θέσιν ἔχουσιν ἐν ἑκάστῳ καὶ τάξιν. Ἐκεῖνο γὰρ ἦν ἄτοπον, εἴ τις ἔλεγε κόσμον εἶναι τὸν ἐν αὐτῷ σελήνην ἔχοντα, καθάπερ ἄνθρωπον ἐν ταῖς πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον φοροῦντα, καὶ τὴν καρδίαν ἐν τοῖς κροτάφοις. Τὸ δὲ, πλείονας ποιοῦντας χωρὶς ἀλλήλων κόσμους, ἅμα τοῖς ὅλοις τὰ μέρη συναφορίζειν καὶ συνδιαιρεῖν οὐκ ἄτοπον. Ἡ γὰρ ἐν ἑκάστῳ γῆ καὶ θάλασσα καὶ οὐρανὸς κείσεται κατὰ φύσιν ὡς προσήκει, τό τε ἄνω καὶ κάτω, καὶ κύκλῳ, καὶ μέσον, οὐ πρὸς ἄλλον, οὐδ' ἐκτὸς, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει τῶν κόσμων ἕκαστος.

28. Ὃν μὲν γὰρ ἔξω τοῦ κόσμου λίθον ὑποτίθενταί τινες, οὔτε μονῆς εὐπόρως παρέχει νόησιν, οὔτε κινήσεως. Πῶς γὰρ ἢ μενεῖ βάρος ἔχων ἢ κινήσεται πρὸς τὸν κόσμον, ὥσπερ τὰ λοιπὰ βάρη, μήτε μέρος ὢν αὐτοῦ, μήτε συντεταγμένος εἰς τὴν οὐσίαν; Γῆν δ' ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ περιεχομένην καὶ συνδεδεμένην οὐκ ἔδει διαπορεῖν, ὅπως οὐκ ἐνταῦθα μεταχωρεῖ διὰ βάρος ἀποῤῥαγεῖσα τοῦ ὅλου, τὴν φύσιν ὁρῶντας καὶ τὸν τόνον, ὑφ' οὗ συνέχεται τῶν μερῶν ἕκαστον. Ἐπεὶ μὴ πρὸς τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐκτὸς αὐτοῦ τὸ κάτω καὶ ἄνω λαμβάνοντες, ἐν ταῖς αὐταῖς ἀπορίαις Ἐπικούρῳ γενησόμεθα, κινοῦντι τὰς ἀτόμους ἁπάσας εἰς τοὺς ὑπὸ πόδας τόπους, ὥσπερ ἢ τοῦ κενοῦ πόδας ἔχοντος, ἢ τῆς ἀπειρίας ἐν αὐτῇ κάτω τε καὶ ἄνω, διανοῆσαι διδούσης. Διὸ καὶ Χρύσιππόν ἐστι θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ ὅλως διαπορεῖν, ὅ τι δὴ παθὼν τὸν κόσμον ἐν μέσῳ φησὶν ἱδρῦσθαι, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τὸν μέσον τόπον ἀϊδίως κατειληφυῖαν, οὐχ ἥκιστα τούτῳ συνείργεσθαι πρὸς τὴν διαμονὴν καὶ οἱονεὶ ἀφθαρσίαν. Ταυτὶ γὰρ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Δυνατῶν λέγει, μέσον τε τοῦ ἀπείρου τόπον οὐκ ὀρθῶς ὀνειρώττων, ἀτοπωτέραν τε τῆς διαμονῆς τοῦ κόσμου τῷ ἀνυπάρκτῳ μέσῳ τὴν αἰτίαν ὑποθείς· καὶ ταῦτα πολλάκις εἰρηκὼς ἐν ἑτέροις, ὅτι ταῖς εἰς τὸ αὐτῆς μέσον ἡ οὐσία, καὶ ταῖς ἀπὸ τοῦ αὐτῆς μέσου διοικεῖται καὶ συνέχεται κινήσεσι.

29. Καὶ μὴν τά γε ἄλλα τῶν Στωϊκῶν τίς ἂν φοβηθείη, πυνθανομένων, πῶς εἱμαρμένη μία μένει καὶ πρόνοια, καὶ οὐ πολλοὶ Δίες καὶ Ζῆνες ἔσονται, πλειόνων ὄντων κόσμων; Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ τὸ πολλοὺς εἶναι Δίας καὶ Ζῆνας ἄτοπόν ἐστι, πολλῷ δήπουθεν ἔσται τὰ ἐκείνων ἀτοπώτερα· καὶ γὰρ ἡλίους καὶ σελήνας καὶ Ἀπόλλωνας καὶ Ἀρτέμιδας καὶ Ποσειδῶνας

supra. Cum autem plures sint mundi, unicuique suum est medium, ac proinde peculiaris etiam cuivis motus, aliis ad medium, aliis circa id, aliis ab eo : sicut ipsi distinguunt. Qui autem proposita mediorum multitudine contendit undique omnia gravia ad unum medium compelli : is perinde facit ac si postulet omnium hominum, qui numero sunt permulti, sanguinem in unam aliquam venam confluere, omniumque cerebra una contineri membrana; quia nimirum injuriam naturæ fieri putet, si corporum naturalium non omnia solida uno, rara itidem suo quodam sint in loco. Nam et hic absurdum tueretur, et is inepte facit, qui ferre æquo animo non potest ut tota quævis suis utantur partibus, naturæ ratione atque ordine debito dispositis. Id quidem absurdum foret, si quis diceret mundum esse qui ita in se lunam habeat, sicut homo in calcibus cerebrum si gestet, et cor in temporibus. Sed plures a se invicem separatos mundos statuentem, una cum totis etiam partes segregare ac dividere, non est a ratione alienum; unius enim cujusque mundi terra, mare, cœlum, secundum naturam erunt collocata : et quivis mundus superiora, inferiora, circulo ambientia, centrum, habebit non alterius, sed sui ipsius suarumque inter se partium respectu, intra, non extra se.

XXVIII. Quem enim quidam lapidem extra mundum positum pro argumento adhibent, is neque quietis expeditam, neque motus opinionem affert. Quomodo enim vel manebit, pondere præditus? vel ad mundum feretur, reliquorum instar gravium, cujus pars non est, neque in naturam ejus compositus? De terra autem in altero contenta atque devincta mundo non erat necesse sollicitum esse, quomodo non avulsa pondere suo ab universo in hunc mundum transiret : cum videamus naturam suo quasque partes loco cohibere. Etenim si non ipsius mundi respectu, sed extra eum superiora et inferiora comparare instituamus, in easdem cum Epicuro incidemus difficultates, qui atomos universas movet in loca sub pedibus sita : quasi vero aut inane pedes habeat, aut infinitum in se cogitari superius inferiusve aliquid sinat. Itaque Chrysippum admirari licet, aut potius vehementer dubitare quidnam ei ad animum acciderit, cum mundum in medio collocatum scriberet, ejusque substantiam ab æterno medium occupasse locum, qui non minimum ei ad permanendum et interitus immunitatem momenti contulerit. Hoc enim in quarto de Possibilibus libro tradit, medium inanis locum non recte somnians, et causam cur mundus permaneat absurdiorem fictitio isto medio assignans : cum quidem alibi sæpe dixisset substantiam suis in medium et a medio suo motibus dispensari ac contineri.

XXIX. Et quidem reliqua Stoicorum interrogata quem terreant, dum quærunt qui unum fatum, una providentia maneat, ac non plures Joves fiant, si plures sint mundi? Primum enim si absurdum est multos esse Joves, ipsorum decreta multo erunt absurdiora : faciunt enim in infinitis mundorum conversionibus infinitos soles, lunas, Apollines, Dianas, Neptunos.

ἐν ἀπείροις κόσμων περιόδοις ἀπείρους ποιοῦσιν. Ἔπειτα τίς ἀνάγκη πολλοὺς εἶναι Δίας, ἂν πλείονες ὦσι κόσμοι, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον ἄρχοντα πρῶτον καὶ ἡγεμόνα τοῦ ὅλου θεὸν ἔχοντα * καὶ νοῦν καὶ λόγον, οἷος ὁ παρ' ἡμῖν κύριος ἁπάντων καὶ πατὴρ ἐπονομαζόμενος; Ἢ τί κωλύσει τῆς τοῦ Διὸς εἱμαρμένης καὶ προνοίας ὑπηκόους πάντας εἶναι, καὶ τοῦτον ἐφορᾶν ἐν μέρει καὶ κατευθύνειν, ἐνδιδόντα πᾶσιν ἀρχὰς καὶ σπέρματα καὶ λόγους τῶν περαινομένων; Οὐ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἑνὶ συνίστασθαι σῶμα πολλάκις ἐκ διεστώτων σωμάτων, οἷον ἐκκλησία καὶ στράτευμα, καὶ χορός· ὧν ἑκάστῳ καὶ ζῆν καὶ φρονεῖν καὶ μανθάνειν συμβέβηκεν, ὡς οἴεται Χρύσιππος· ἐν δὲ τῷ παντὶ δέκα κόσμους ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἑνὶ χρῆσθαι λόγῳ, καὶ πρὸς ἀρχὴν συντετάχθαι μίαν, ἀδύνατόν ἐστιν. Ἀλλὰ καὶ πάνυ πρέπει θεοῖς ἡ τοιαύτη διάταξις. Οὐ γὰρ ὡς σμήνους ἡγεμόνας δεῖ ποιεῖν ἀνεξόδους, οὐδὲ φρουρεῖν συγκλείσαντας τῇ ὕλῃ, μᾶλλον δὲ συμφράξαντας, ὥσπερ οὗτοι τοὺς θεοὺς ἀέρων ἕξεις ποιοῦντες, καὶ ὑδάτων καὶ πυρὸς δυνάμεις ἐγκεκραμένας ἡγούμενοι συγγεννῶσι τῷ κόσμῳ, καὶ πάλιν συγκατακαίουσιν, οὐκ ἀπολύτους, οὐδ' ἐλευθέρους, οἷον ἡνιόχους ἢ κυβερνήτας, ὄντας· ἀλλ' ὥσπερ ἀγάλματα προσηλοῦται καὶ συντήκεται βάσεσιν, οὕτως ἐγκεκλεισμένους εἰς τὸ σωματικὸν καὶ συγκαταγεγομφωμένους, κοινωνοῦντας αὐτῷ μέχρι φθορᾶς καὶ διαλύσεως ἁπάσης καὶ μεταβολῆς.

30. Ἐκεῖνος δ', οἶμαι, σεμνότερος ὁ λόγος καὶ μεγαλοπρεπέστερος, ἀδεσπότους καὶ αὐτοκρατεῖς τοὺς θεοὺς ὄντας, ὥσπερ οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν, ἐπερχόμενοί τε μαλάσσοντες βίᾳ τὸν πόντον ὠκείας τ' ἀνέμων ῥιπὰς, οὐκ ἐμπλέοντες αὐτοὶ καὶ συγκινδυνεύοντες, ἀλλ' ἄνωθεν ἐπιφαινόμενοι καὶ σώζοντες· οὕτως ἐπιέναι τῶν κόσμων ἄλλοτε ἄλλον, ἡδονῇ τε τῆς θέας ἀγομένους, καὶ τῇ φύσει συναπευθύνοντας ἕκαστον. Ὁ μὲν γὰρ Ὁμηρικὸς Ζεὺς οὐ πάνυ πρόσω μετέθηκε τὴν ὄψιν ἀπὸ Τροίας ἐπὶ τὰ Θράκια καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον νομάδας· ὁ δ' ἀληθινὸς ἔχει καλὰς καὶ πρεπούσας ἐν πλείοσι κόσμοις μεταβολὰς, οὐχὶ κενὸν ἄπειρον ἔξω βλέπων, οὐδ' ἑαυτὸν, ἄλλο δ' οὐδὲν (ὡς ᾠήθησαν ἔνιοι) νοῶν, ἀλλ' ἔργα τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων πολλὰ, κινήσεις τε καὶ φορὰς ἄστρων ἐν περιόδοις καταθεώμενος. Οὐ γὰρ ἀπεχθάνεται μεταβολαῖς, ἀλλὰ καὶ πάνυ χαίρει τὸ θεῖον, εἰ δεῖ τῶν φαινομένων τεκμαίρεσθαι ταῖς κατ' οὐρανὸν ἐξαμείψεσι καὶ περιόδοις. Ἡ μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἀγνώμων καὶ ἄλογος καὶ μηδαμῇ προσιεμένη θεὸν, ἀλλὰ χρωμένη πρὸς πάντα τῷ κατὰ τύχην καὶ αὐτομάτῳ. Ἡ δ' ἐν ὡρισμένῳ πλήθει καὶ ἀριθμῷ κόσμων ἐπιμέλεια καὶ πρόνοια τῆς εἰς ἓν δεδυκυίας σῶμα καὶ προσηρτημένης ἑνὶ, καὶ τοῦτο μετασχηματιζούσης καὶ ἀναπλαττούσης ἀπειράκις, ἔμοιγε δοκεῖ μηδὲν ἔχειν ἀσεμνότερον μήτ' ἐπιπονώτερον.

31. Ἐγὼ μὲν οὖν τοσαῦτα εἰπὼν ἐπέσχον. Ὁ δὲ

Deinde quæ necessitas cogit multos esse Joves, si plures sint mundi, non singulis præesse principem Universi deum mente ac ratione præditum, qualis est qui a nobis dominus omnium ac pater cognominatur? Aut quid obstabit, quominus Jovis fato ac providentiæ omnes ii obediant, isque singulos inspiciat, ac dirigat, singulis præbens initia, semina, ac rationes eorum quæ peraguntur? Cum enim in rebus humanis sæpenumero unum corpus ex diversis corporibus constare possit, quorum pro se quodvis vivat, intelligat, sentiat, ut est concio, ut exercitus, ut chorus, quod et Chrysippo visum fuit; in universo nefas nequaquam putandum est, esse mundos decem, quinquaginta, aut centum, qui omnes una regantur mente, et ab uno pendeant principio: imo autem admodum deos decet talis dispositio. Non enim tanquam apum examinum ductores deos debemus statuere qui nusquam exeant, aut materiæ inclusi asserventur, ac quasi in ea obturentur: id quod faciunt Stoici, qui deos introducunt aerum, aquarum, et ignium affectiones seu facultates quasdam insitas, eosque et gignunt cum mundo, et rursus cum eodem comburunt: neque eos liberos ac solutos instar aurigarum aut gubernatorum faciunt: sed quo modo simulacra suis basibus affixa sunt, ita deos corporeæ inclusos naturæ ac tanquam clavis immissis astrictos faciunt, consortes omnium mutationum, etiam ad interitum usque.

XXX. Hæc vero, nisi fallor, magnificentior est et majestati deorum affinior sententia, esse eos liberos, neque alieno subjectos dominio, utque Castores auxilium jactatis tempestate ferunt, suoque adventu

Leniunt fluctus celeresque ventos,

non ipsi simul navigantes, aut in eodem versantes periculo, sed ab alto supervenientes salutemque afferentes: ita eos alium alias invisere mundum, cum contemplationis ductos jucunditate, tum quod sua natura singulorum gubernationem adjuvant. Nam Homericus quidem iste Jupiter non usque adeo longe oculos a Troja divertit, in Thraciam et Nomades Istri accolas intuens: verus autem pulchras habet ipsique convenientes in variis mundis mutationes, non inane extra infinitum cernens, neque se ipsum ac nihil aliud (quæ nonnullorum fuit opinio) considerans: sed opera deorum et hominum, motusque et conversiones siderum multiplices contemplans. Non enim odit mutationes divina natura, sed admodum iis delectatur, si licet hoc colligere ex siderum vicissitudinibus conspectui nostro expositis. Enimvero infinitas omnino bruta est et importuna, neque deum admittit, fortuna et casu omnibus in rebus utitur. At in certa multitudine definitoque numero mundorum administratio ac providentia versans, ei quæ in unum aliquod corpus illapsa eique affixa id infinities transmutat atque refingit, neque majestate cedit, neque est laboriosior, ut mihi videtur.

XXXI. Hæc ego locutus, conticui. Philippus autem

Φίλιππος οὐ πολὺν χρόνον διαλιπών· Τὸ μὲν ἀληθὲς περὶ τούτων οὕτως ἔχειν ἢ ἑτέρως, οὐκ ἂν ἔγωγε δυσχυρισαίμην· εἰ δὲ τὸν θεὸν ἐκβιβάζομεν ἑνὸς κόσμου, διὰ τί πέντε μόνων ποιοῦμεν, καὶ οὐ πλειόνων, δημιουργὸν, καὶ τίς ἐστι τοῦ ἀριθμοῦ τούτου πρὸς τὸ πλῆθος λόγος, ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μαθεῖν, ἢ τῆς ἐνταῦθα τοῦ Ε καθιερώσεως τὴν διάνοιαν. Οὔτε γὰρ τρίγωνος ἢ τετράγωνος, οὔτε τέλειος ἢ κυβικὸς, οὔτ' ἄλλην τινὰ φαίνεται κομψότητα παρέχων τοῖς ἀγαπῶσι τὰ τοιαῦτα καὶ θαυμάζουσιν. Ἡ δ' ἀπὸ τῶν στοιχείων ἔφοδος, ἣν αὐτὸς ὑπηνίξατο, πάντῃ δύσληπτός ἐστι, καὶ μηδὲν ὑποφαίνουσα τῆς * ἐκεῖνον ἐπεσπασμένης πιθανότητος εἰπεῖν, ὡς εἰκός ἐστι πέντε σωμάτων ἰσογωνίων καὶ ἰσοπλεύρων καὶ περιεχομένων ἴσοις ἐπιπέδοις, ἐγγενομένων τῇ ὕλῃ, τοσούτους εὐθὺς ἐξ αὐτῶν ἀποτελεσθῆναι κόσμους.

32. Καὶ μὴν, ἔφην ἐγὼ, δοκεῖ Θεόδωρος ὁ Σολεὺς οὐ φαύλως μετιέναι τὸν λόγον, ἐξηγούμενος τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος. Μέτεισι δὲ οὕτως. Πυραμὶς, καὶ ὀκτάεδρον, καὶ εἰκοσάεδρον, καὶ δωδεκάεδρον, ἃ πρῶτα τίθεται Πλάτων, καλὰ μέν ἐστι πάντα, συμμετρίαις λόγων καὶ ἰσότησι, καὶ κρεῖσσον οὐδὲν αὐτῶν, οὐδ' ὅμοιον ἄλλο συνθεῖναι τῇ φύσει καὶ συναρμόσαι λέλειπται· μιᾶς γε μὴν πάντα συστάσεως οὐκ εἴληχεν, οὐδ' ὁμοίαν ἔχει τὴν γένεσιν, ἀλλὰ λεπτότατον μέν ἐστι καὶ μικρότατον ἡ πυραμὶς, μέγιστον δὲ καὶ πολυμερέστατον τὸ δωδεκάεδρον. Τῶν δὲ λειπομένων δυοῖν τοῦ ὀκταέδρου, μεῖζον ἢ διπλάσιον πλήθει τριγώνων τὸ εἰκοσάεδρον. Διὸ τὴν γένεσιν ἅμα πάντα λαμβάνειν ἐκ μιᾶς ὕλης ἀδύνατόν ἐστι. Τὰ γὰρ λεπτὰ καὶ μικρὰ καὶ ταῖς κατασκευαῖς ἁπλούστερα, πρῶτα τῷ κινοῦντι καὶ διαπλάττοντι τὴν ὕλην ὑπακούειν ἀνάγκη καὶ συντελεῖσθαι καὶ προϋφίστασθαι τῶν ἁδρομερῶν καὶ πολυσωμάτων, καὶ τὴν σύστασιν ἐργωδεστέραν ἐχόντων, ἐξ ὧν τὸ δωδεκάεδρον. Ἕπεται δὲ τούτῳ, τὸ μόνον εἶναι σῶμα πρῶτον τὴν πυραμίδα, τῶν δ' ἄλλων μηδὲν, ἀπολειπομένη τῇ φύσει τῆς γενέσεως. Ἔστιν οὖν ἴαμα καὶ ταύτης τῆς ἀτοπίας ἡ τῆς ὕλης εἰς πέντε κόσμους διαίρεσις καὶ διάστασις. Ὅπου μὲν γὰρ πυραμὶς (ὑπέστησε γὰρ πρῶτον), ὅπου δ' ὀκτάεδρον, ὅπου δ' εἰκοσάεδρον. Ἐκ δὲ τοῦ προϋποστάντος ἐν ἑκάστῳ τὰ λοιπὰ τὴν γένεσιν ἕξει, κατὰ σύγκρισιν [καὶ διάκρισιν] μερῶν εἰς πάντα γινομένης πᾶσι μεταβολῆς, ὡς αὐτὸς ὁ Πλάτων ὑποδείκνυσι διὰ πάντων σχεδὸν ἐπεξιών· ἡμῖν δὲ βραχέως ἀρκέσει μαθεῖν. Ἐπεὶ ἀὴρ μὲν σβεννυμένου πυρὸς ὑφίσταται, καὶ λεπτυνόμενος αὖθις ἐξ αὑτοῦ πῦρ ἀναδίδωσιν, ἐν τοῖς ἑκατέροις σπέρμασι τὰ πάθη δεῖ θεᾶσθαι καὶ τὰς μεταβολάς. Σπέρματα δὲ πυρὸς μὲν ἡ πυραμὶς, ἐξ εἴκοσι καὶ τεσσάρων πρώτων τριγώνων. Τὸ δ' ὀκτάεδρον ἀέρος ἐκ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ τῶν αὐτῶν γίνεται. Γίνεται τοίνυν ἀέρος μὲν ἓν στοιχεῖον, ἐκ δυοῖν πυρὸς ** συγκραθέντων καὶ συστάντων, τὸ δ' ἀέρος αὖ κερματιζόμενον, εἰς δύο πυρὸς διακρίνεται σώματα, συνθλιβόμενον δ' αὖθις

temporis exiguo spatio elapso : Hæc, inquit, sicne habeant an secus, meum non est affirmare. Quod si tamen deum extra unum mundum proferimus, cur eum quinque duntaxat artificem faciamus mundorum, non plurium, et quæ sit hujus numeri ad multitudinem mundorum ratio, cogniturum me majore cum voluptate arbitror, quam quæ sit E hic dedicati causa. Is enim numerus neque triangulus est, neque quadratus, neque perfectus, neque cubicus, neque ullam aliam videtur elegantiam offerre iis, qui studio istarum rerum afficiuntur, hasque magni faciunt subtilitates. Illa autem ab elementis ratiocinatio, quam Plato per ænigma notat, omnino obscura et intellectu difficilis est, neque probabilitatem aliquam præ se fert, qua inductus concluserit cum sint quinque corpora æquiangula et æquilatera æqualibusque contenta superficiebus, ea in materiam venisse, et ex his statim quinque confectos esse mundos.

XXXII. At vero, inquam ego, videtur Theodorus Solensis non inepte rem explicasse, ubi mathematica Platonis interpretatur. Sic autem tractat. Pyramis, Octaedron (quod est octo), Icosaedron (quod est viginti), et Dodecaedron (quod est duodecim basium corpus), quæ prima ponit Plato, pulchra quidem sunt omnia, ob proportionum et rationum æqualitates : neque his melius quicquam aut aliud simile componere naturæ atque concinnare est relictum. Unam tamen omnia compagem sortita non sunt, neque ortum habent similem : sed tenuissimum est corpus atque minimum Pyramis, maximum et plurimis constans partibus Dodecaedron : reliquis e duobus Icosaedron numero constat triangulorum ampliore quam duplo, si cum octaedri conferatur triangulis. Impossibile itaque est, ex una simul isthæc omnia nasci materia. Tenuia enim et exigua, et quorum simplicior est constructio, illa prima obtemperare motori atque efformatori materiei, constituique oportet, et prius existere quam ea quæ magnas partes ac multa habent corpora : e quibus est Dodecaedron, et quorum compages plus requirit laboris. Hinc sequitur solam Pyramidem esse primum corpus, reliquorum nullum, cum ortus eorum natura sit posterior. Est autem hujus quoque absurdi remedium, materiæ in quinque mundos divisio ac diductio : alibi enim primum Pyramis exstitit, alibi Octaedron, alibi Icosaedron : ex eo autem, quod in quavis materiæ parte primum exstitit, reliqua orientur secundum concretionem partium, qua omnium in omnia mutatio efficitur : id quod Plato ipse monstrat fere per omnia orationem deducens : nobis satis erit breviter sic intelligere. Aer fit igne exstincto, rursumque aer attenuatus ignem edit : horum affectiones et mutationes considerari debent in utriusque seminibus. Semina ignis sunt Pyramis ex viginti quatuor primis triangulis conflata : aeris autem, Octaedrum ex quadraginta octo ejusdem generis trigonis. Fit ergo aeris unum elementum e duobus ignis coactum et temperatum : rursusque unum aeris corpus divisum, in duo ignis corpora secernitur : iterumque in sese

αὐτῷ καὶ συμπῖπτον, εἰς ὕδατος ἰδέαν ἄπεισιν. Ὥστε πανταχοῦ τὸ προϋφιστάμενον ἀεὶ, πᾶσι τοῖς ἄλλοις εὐπόρως παρέχειν τὴν γένεσιν ἐκ τῆς μεταβολῆς· καὶ μὴ μόνον ἓν εἶναι πρῶτον, ἑτέρου δ' ἐν ἑτέρῳ συστήματι κίνησιν ἀρχηγὸν καὶ προληπτικὴν ἐς γένεσιν ἔχοντος, πᾶσι τηρεῖσθαι τὴν ὁμωνυμίαν.

33. Καὶ ὁ Ἀμμώνιος, Ἀνδρικῶς μὲν, ἔφη, ταῦτα τῷ Θεοδώρῳ καὶ φιλοτίμως διαπεπόνηται· θαυμάσαιμι δ' ἂν, εἰ μὴ δόξειεν χρῆσθαι λήμμασιν ἀναιρετικοῖς ἀλλήλων. Ἀξιοῖ γὰρ ἅμα πᾶσι τοῖς πέντε μὴ γενέσθαι τὴν σύστασιν, ἀλλὰ τὸ λεπτότατον ἀεὶ καὶ δι' ἐλάττονος πραγματείας συνιστάμενον προεκπίπτειν εἰς γένεσιν. Εἶτα ὥσπερ ἀκόλουθον, οὐ μαχόμενον τούτῳ, τίθησι, τὸ μὴ πᾶσαν ὕλην πρῶτον εἰσφέρειν τὸ λεπτότατον καὶ ἁπλούστατον, ἀλλ' ἐνιαχῆ τὰ ἐμβριθῆ καὶ πολυμερῆ φθάνειν προανίσχοντα ταῖς γενέσεσιν ἐκ τῆς ὕλης. Ἄνευ δὲ τούτου, πέντε σωμάτων πρώτων ὑποκειμένων, καὶ διὰ τοῦτο κόσμων λεγομένων εἶναι τοσούτων, πρὸς μόνα τὰ τέσσαρα τῇ πιθανότητι χρῆται, τὸν δὲ κύβον ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων ὑφήρηται, μήτ' αὐτὸν εἰς ἐκεῖνα μεταβάλλειν πεφυκότα, μήτ' ἐκείνοις παρέχειν μεταβολὴν * εἰς ἑαυτὸν, ἅτε δὴ τῶν τριγώνων οὐχ ὁμογενῶν ὄντων. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ὑπόκειται κοινὸν ἐν πᾶσι τὸ ἡμιτρίγωνον, ἐν τούτῳ δὲ ἴδιον μόνῳ τὸ ἰσοσκελὲς, οὐ ποιοῦν πρὸς ἐκεῖνο σύννευσιν, οὔτε σύγκρασιν ἑνωτικήν. Εἴπερ οὖν πέντε σωμάτων ὄντων καὶ πέντε κόσμων, ἐν ἑκάστῳ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει τῆς γενέσεως, ὅπου γέγονεν ὁ κύβος πρῶτος, οὐδὲν ἔσται τῶν ἄλλων· εἰς οὐδὲν γὰρ ἐκείνων μεταβάλλειν πέφυκεν. Ἐῶ γὰρ, ὅτι καὶ τὸ τοῦ καλουμένου δωδεκαέδρου στοιχεῖον ἄλλο ποιοῦσιν, οὐκ ἐκεῖνο τὸ σκαληνὸν, ἐξ οὗ τὴν πυραμίδα καὶ τὸ ὀκτάεδρον καὶ τὸ εἰκοσάεδρον ὁ Πλάτων συνίστησιν. Ὥστε ἅμα γελῶν ὁ Ἀμμώνιος εἶπεν· Ἢ ταῦτά σοι διαλυτέον, ἢ ἴδιόν τι λεκτέον περὶ τῆς κοινῆς ἀπορίας.

34. Καγώ· Πιθανώτερον οὐδὲν ἔχω λέγειν ἔν γε τῷ παρόντι· βέλτιον δ' ἴσως ἐστὶν ἰδίας εὐθύνας ὑπέχειν δόξης ἢ ἀλλοτρίας. Λέγω τοίνυν αὖθις ἐξ ἀρχῆς, ὅτι δυοῖν ὑποκειμένων φύσεων, τῆς μὲν αἰσθητῆς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ μεταβόλου καὶ φορητῆς ἄλλοτε ἄλλως, ἑτέρας δ' ἐν οὐσίᾳ νοητῆς ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως ἐχούσης, δεινόν ἐστιν, ὦ ἑταῖρε, τὴν μὲν νοητὴν διωρίσθαι καὶ διαφορὰν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ, τὴν δὲ σωματικὴν καὶ παθητικὴν, εἰ μὴ μίαν τις ἀπολείποι συμπεφυκυῖαν αὐτῇ καὶ συννεύουσαν, ἀλλὰ χωρίζει καὶ διίστησιν, ἀγανακτεῖν καὶ δυσχεραίνειν. Τὰ γὰρ μόνιμα καὶ θεῖα δήπου μᾶλλον αὐτῶν ἔχεσθαι προσήκει, καὶ φεύγειν ὡς ἄνυστόν ἐστι τομὴν ἅπασαν καὶ διάστασιν. Ἀλλὰ καὶ τούτων ἡ τοῦ ἑτέρου δύναμις ἁπτομένη μείζονας ἐνείργασται τῶν κατὰ τόπον διαστάσεων τοῖς νοητοῖς τὰς κατὰ λόγον καὶ ἰδέαν ἀνομοιότητας. Ὅθεν ἐνιστάμενος τοῖς ἓν τὸ πᾶν ἀποφαίνουσιν ὁ Πλάτων, τό τε ὂν εἶναί φησι καὶ τὸ ταυτὸν καὶ τὸ ἕτερον· ἐπὶ πᾶσι δὲ κίνησιν καὶ στάσιν. Ὄντων οὖν πέντε τούτων,

compactum atque coiens, abit in aquæ formam. Itaque ubique semper illud quod primo exstitit, mutatione sui reliquis expeditam nascendi rationem præbet; ut jam non unum duntaxat sit primum, sed aliud in alia materiæ parte princeps originis reliquorum, idemque omnibus primordii nomen hoc modo servetur.

XXXIII. Hic Ammonius: Animose quidem, inquit, ista et magno cum studio Theodorus elaboravit: mirer vero, si non sumpserit ea, quorum alterum ab altero evertitur. Ponit enim, quinque ista, non simul omnia nasci, sed id semper prius oriri, quod tenuissimum est ac minore negotio constituitur. Deinde, tanquam nonspugnans huic sumptioni, sed ejus consequens, subdit, non omnem materiam occupari a tenuissimo et simplicissimo corpore: sed aliquando etiam gravia et multis constantia partibus ortum ex materia antecapere. Præterea quinque primis corporibus propositis, ideoque totidem esse mundos affirmato, probabilitate tantum quatuor corporibus tractandis utitur, Cubum autem tanquam in calculorum ludo subtrahit, qui neque mutari in reliqua potest, neque reliqua sinit in ipsum, cum triangula sint diversi generis. Illis enim omnibus commune ponitur principium semissis trianguli, huic autem soli peculiare æquicrurum triangulum: quod cum illo inclinatione aliqua coire, aut commisceri et uniri nequit. Ergo cum sint quinque corpora, quorum unumquodque ut primum in uno de quinque mundis materiam occupavit, reliquorum originis princeps sit, fiet ut ubi Cubus primo existet, reliquorum nullum sit futurum, cum in eorum nullum mutari Cubus queat. Omitto, quod elementum dodecaedri aliud faciunt non scalenum istud, ex quo Pyramidem, Octaedrum, et Icosaedrum Plato constituit. Itaque tibi (subridens autem simul hæc dicebat Ammonius) aut dissolvenda hæc sunt, aut proprium aliquid afferendum, quo nos a communi hac hæsitatione expedias.

XXXIV. Ego in hæc verba respondi: Non habeo sane in præsentia probabilius aliquid: præstat tamen fortasse suæ quam alienæ opinionis rationes reddere. Rursum ergo sermonem a principio arcessens dico. Cum constet duas esse naturas, unam sensilem, ortui, interitui, mutationibusque et motibus variis obnoxiam: alteram, quæ solo intellectu percepta semper eodem se habet modo: periniquum, amice, videtur hanc divisam suisque distinctam dicere differentiis, corpoream autem et motibus subjectam si quis non concedat unam esse cohærentem sibi et partium invicem momentis unitam, sed separet ac divellat, indignari et fremere. Nimirum enim stabilia et divina magis convenit invicem esse continuata, omnemque quantum ejus fieri potest sectionem ac divulsionem fugere: quanquam Diversi natura hæc quoque aggressa, majora fecit quam quæ distantia locorum æstimantur inter ea intervalla: tanta est mentis notionum et idearum dissimilitudo. Itaque Plato opponens se iis qui unum pronunciant

οὐ θαυμαστὸν ἦν, εἰ τῶν πέντε σωματικῶν στοιχείων ἐκείνων ἕκαστον ἑκάστου μίμημα τῇ φύσει καὶ εἴδωλόν ἐστι γεγενημένον, οὐκ ἄμικτον, οὐδ' εἰλικρινὲς, ἀλλὰ τῷ μάλιστα μετέχειν ἕκαστον ἑκάστης δυνάμεως. Ὁ μέν γε κύβος ἐμφανῶς στάσεως οἰκεῖόν ἐστι σῶμα, διὰ τὴν τῶν ἐπιπέδων ἀσφάλειαν καὶ βεβαιότητα· τῆς δὲ πυραμίδος πᾶς ἄν τις τὸ πυροειδὲς καὶ κινητικὸν ἐν τῇ λεπτότητι τῶν πλευρῶν καὶ τῇ τῶν γωνιῶν ὀξύτητι κατανοήσειεν· ἡ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου φύσις, περιληπτικὴ τῶν ἄλλων σχημάτων οὖσα, τοῦ ὄντος εἰκὼν πρὸς πᾶν τὸ σωματικὸν γεγονέναι δόξειε· τῶν δὲ λοιπῶν δυοῖν, τὸ μὲν εἰκοσάεδρον τῆς τοῦ ἑτέρου, τὸ δ' ὀκτάεδρον μάλιστα τῆς ταυτοῦ μετείληχεν ἰδέας. Διὸ τοῦτο μὲν ἀέρα σχετικὸν οὐσίας πάσης ἐν μιᾷ μορφῇ, θάτερον δὲ, ὕδωρ ἐπὶ πλεῖστα τῷ κεράννυσθαι γένη ποιοτήτων τρεπόμενον παρεῖχεν. Εἴπερ οὖν ἡ φύσις ἀπαιτεῖ τὴν ἰσονομίαν ἐν πᾶσι, καὶ κόσμους εἰκὸς ἐστι μήτε πλείους γεγονέναι μήτ' ἐλάττους τῶν παραδειγμάτων, ὅπως ἕκαστον ἑκάστῳ τάξιν ἡγεμονικὴν ἔχῃ καὶ δύναμιν, ὥσπερ ἐν ταῖς συστάσεσι τῶν σωμάτων ἔσχηκεν.

35. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔστω παραμυθία τοῦ θαυμάζοντος, εἰ τὴν ἐν γενέσει καὶ μεταβολῇ φύσιν εἰς γένη τοσαῦτα διαιροῦμεν. Ἐκεῖνο δ' ἤδη σκοπεῖτε κοινῇ προσέχοντες, ὅτι τῶν ἀνωτάτω ἀρχῶν, λέγω δὲ τοῦ ἑνὸς καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, ἡ μὲν ἀμορφίας πάσης στοιχεῖον οὖσα καὶ ἀταξίας, ἀπειρία κέκληται· ἡ δὲ τοῦ ἑνὸς φύσις ὁρίζουσα καὶ καταλαμβάνουσα τῆς ἀπειρίας τὸ κενὸν καὶ ἄλογον καὶ ἀόριστον, ἔμμορφον παρέχεται, καὶ τὴν ἑπομένην περὶ τὰ αἰσθητὰ δείξει κατηγόρευσιν * ἀμωσγέπως ὑπομένον καὶ δεχόμενον. Αὗται δὲ πρῶτον αἱ ἀρχαὶ περὶ τὸν ἀριθμὸν ἐπιφαίνονται, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀριθμὸς οὐκ ἔστι τὸ πλῆθος, ἂν μὴ καθάπερ εἶδος ὕλης τὸ ἐγγενόμενον ἐκ τῆς ἀπειρίας τοῦ ἀορίστου, πῇ μὲν πλεῖον, πῇ δὲ ἔλαττον ἀποτέμνηται. Τότε γὰρ ἀριθμὸς γίνεται τῶν πληθῶν ἕκαστον, ὑπὸ τοῦ ἑνὸς ὁριζόμενον· ἐὰν δὲ ἀναιρεθῇ τὸ ἕν, πάλιν ἡ ἀόριστος δυὰς συγχέασα πᾶν ἄρρυθμον καὶ ἄπειρον καὶ ἄμετρον ἐποίησεν· ἐπεὶ δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀναίρεσίς ἐστι τῆς ὕλης, ἀλλὰ μορφὴ καὶ τάξις ὑποκειμένης, ἀνάγκη καὶ τῷ ἀριθμῷ τὰς ἀρχὰς ἐνυπάρχειν ἀμφοτέρας, ὅθεν ἡ πρώτη καὶ μεγίστη διαφορὰ καὶ ἀνομοιότης γέγονεν. Ἔστι γὰρ ἡ μὲν ἀόριστος ἀρχὴ τοῦ ἀρτίου δημιουργὸς, ἡ δὲ βελτίων τοῦ περιττοῦ. Πρῶτος δὲ τῶν ἀρτίων τὰ δύο, καὶ τὰ τρία τῶν περιττῶν, ἐξ ὧν τὰ πέντε, τῇ μὲν συνθέσει κοινὸς ὢν ἀμφοῖν ἀριθμὸς, τῇ δὲ δυνάμει γεγονὼς περιττός. Ἔδει γὰρ, εἰς πλείονα μέρη τοῦ αἰσθητοῦ καὶ σωματικοῦ μεριζομένου διὰ τὴν σύμφυσιν, ἀνάγκῃ τῆς ἑτερότητος, μηδὲ τὸν πρῶτον ἄρτιον γενέσθαι, μήτε τὸν πρῶτον περιττὸν, ἀλλὰ τὸν τρίτον ἐκ τούτων ἀποτελούμενον, ὅπως ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν ἀρχῶν γένηται, καὶ τῆς τὸ ἄρτιον δημιουργούσης καὶ τῆς τὸ περιττόν. Οὐ γὰρ ἦν οἷόν τε τῆς ἑτέρας ἀπαλλαγῆναι τὴν ἑτέ-

esse Universum, quinque statuit principia, Ens, Idem, Diversum, Motum, Quietem : quæ cum sint, non est mirum si quinque corporeorum principiorum quodvis sui aliquod exemplum imitando in natura impressum habet, non expers mixtionis aut sincerum, sed ut singula singularum facultatum participent aliquid. Proinde Cubus perspicue signum est Quietis conveniens, propter superficierum stabilitatem : Pyramidis igneam vim et ad Motum agilitatem quivis in laterum et angulorum acumine deprehenderit : natura Dodecaedri, quæ apta est ad complectendum reliquas figuras, Entis effigies omnia corpora comprehendentis videtur esse : de reliquis duobus Icosaedrum Diversi, Octaedrum Ejusdem ideæ convenit ; itaque alterum aerem qui una in forma omnem substantiam continet, alterum aquam quæ temperando plurimas qualitatis species recipit, exhibuit. Quod si ergo natura in omnibus æqualitatem exigit, mundos neque plures exemplis istis consentaneum est, neque pauciores esse ; ut cuivis sua sit princeps constitutio atque vis, sicut in compositionibus erat corporum.

XXXV. Atque hac quidem oratione eos libuit demulcere, qui mirantur nos naturam ortui et mutationi obnoxiam in tot partiri genera. Hoc autem una mecum universi perpendite, quod supremorum principiorum, Unius, inquam, et infiniti Binarii, hoc quia elementum est omnis informitatis et confusionis, Infinitas dicitur : Unitatis autem natura cum definiat ac determinet infinitatis vacuum, et ratione ac finibus carentem naturam, informat eam, atque utcunque appellationem quæ in singulis monstratur sensilibus, sustinet atque accipit. Hæc principia primum in numeris apparent : imo omnino numeri appellatio multitudini non congruit, nisi infinitatem materiæ tanquam forma quædam subiens, alicubi minus, alicubi amplius decidat : tunc enim unaquævis multitudo fit numerus, cum unitate definitur : unitate abolita, rursum infinitus binarius omnia confundens, incomposita, infinita, immensaque reddit. Quoniam autem forma non est abolitio materiæ, sed subjecto speciem ordinemque affert : necesse est etiam in numero utrumque inesse principium, unde primum discrimen, maximaque dissimilitudo ortum habet. Est enim infinitum principium causa paris numeri efficiens, melius principium imparem gignit. Primus autem parium est binarius, imparium ternio, e quibus conflatur quinarius, ob compositionem utrique communis, vi autem sua impar. Oportebat enim, cum natura sensilis et corporea concreta, necessitate diversi in aliquot divideretur partes, harum numerum neque parium esse primum, neque imparium, sed tertium ex his compositum; ut fieret ab utroque principio, et eo quod parem, et eo quod imparem architectatur : non enim poterat alterum ab altero divelli; cum utrumque

ραν· ἑκατέρα γὰρ ἀρχῆς φύσιν ἔχει καὶ δύναμιν. Ἀμφοτέρων οὖν συνδυαζομένων, ἡ βελτίων κρατήσασα τῆς ἀοριστίας διαιρούσης, τὸ σωματικὸν ἐνέστη, καὶ τῆς ὕλης ἐν ἀμφοτέροις διισταμένης μέσην τὴν μονάδα θεμένη, δίχα νεμηθῆναι τὸ πᾶν οὐκ εἴασεν, ἀλλὰ πλῆθος μὲν γέγονε κόσμων ὑπὸ τῆς ἑτερότητος τοῦ ἀορίστου καὶ διαφορᾶς, περιττὸν δὲ πλῆθος ἡ ταυτοῦ καὶ ὡρισμένου δύναμις ἀπείργασται, περιττὸν δὲ τοιοῦτον, ὅτι ποῤῥωτέρω τὴν φύσιν ἢ βέλτιον ἔχει, προελθεῖν οὐκ εἴασεν. Εἰ μὲν γὰρ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν ἦν τὸ ἕν, οὐδὲ ὅλως εἶχεν ἡ ὕλη διάστασιν· ἐπεὶ δὲ τῷ διαιρετικῷ τῆς δυάδος μέμικται, τομὴν μὲν ἐδέξατο καὶ διαίρεσιν, ἐνταῦθα δ' ἔστη τῷ περισσῷ τοῦ ἀρτίου κρατηθέντος.

36. Διὸ καὶ πεμπάσασθαι τὸ ἀριθμῆσαι τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν καλεῖν. Οἶμαι δὲ καὶ τὰ πάντα τῶν πέντε παρώνυμα γεγονέναι κατὰ λόγον, ἅτε δὴ τῆς πεντάδος ἐκ τῶν πρώτων ἀριθμῶν συνεστώσης. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ἄλλοι πολλαπλασιαζόμενοι πρὸς ἄλλους, εἰς ἕτερον αὐτῶν ἀριθμὸν ἐκβαίνουσιν· ἡ δὲ πεντὰς, ἂν μὲν ἀρτιάκις λαμβάνηται, τὸν δέκα ποιεῖ τέλειον· ἐὰν δὲ περισσάκις, ἑαυτὸν πάλιν ἀποδίδωσιν. Ἐῶ δ', ὅτι πρῶτον μὲν ἐκ πρώτων δυοῖν τετραγώνων συνέστηκε τῆς τε μονάδος καὶ τῆς τετράδος ἡ πεντὰς, πρώτη δὲ ἴσον δυναμένη τοῖς πρὸ αὐτῆς δυσὶ, τὸ κάλλιστον τῶν ὀρθογωνίων τριγώνων συνίστησι· πρώτη δὲ ποιεῖ τὸν ἡμιόλιον λόγον. Οὐ γὰρ ἴσως οἰκεῖα ταῦτα τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν· ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον, τὸ φύσει διαιρετικὸν τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τὸ πλεῖστα τούτῳ τὴν φύσιν διανέμειν. Ἐν μὲν γὰρ ἡμῖν αὐτοῖς αἰσθήσεις πέντε, καὶ μέρη ψυχῆς, φυτικὸν, αἰσθητικὸν, ἐπιθυμητικὸν, θυμοειδὲς, λογιστικόν· καὶ δακτύλους ἑκατέρας χειρὸς τοσούτους· καὶ τὸ γονιμώτατον σπέρμα πενταχῇ σχιζόμενον. Οὐ γὰρ ἱστόρηται γυνὴ πλείονα τεκοῦσα πέντε συχνὰ ταῖς αὐταῖς ὠδῖσι· καὶ τὴν Ῥέαν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι πέντε θεοὺς τεκεῖν, αἰνιττόμενοι τὴν ἐκ μιᾶς ὕλης τῶν πέντε κόσμων γένεσιν. Ἐν δὲ τῷ παντὶ πέντε μὲν ζώναις ὁ περὶ γῆν τόπος, πέντε δὲ κύκλοις ὁ οὐρανὸς διώρισται, δυσὶν ἀρκτικοῖς καὶ δυσὶ τροπικοῖς καὶ μέσῳ τῷ ἰσημερινῷ. * Πέντε δ' αἱ τῶν πλανωμένων ἄστρων περίοδοι γεγόνασιν, ἡλίου καὶ φωσφόρου καὶ στίλβωνος ὁμοδρομούντων· ἐναρμόνιος δὲ καὶ ἡ τοῦ κόσμου σύνταξις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἡρμοσμένον ἐν πέντε τετραχόρδων θέσεσιν ὁρᾶται, τῷ τῶν ὑπατῶν, καὶ μέσων, καὶ συνημμένων, καὶ διεζευγμένων, καὶ ὑπερβολαίων· καὶ τὰ μελῳδούμενα διαστήματα πέντε, δίεσις, καὶ ἡμιτόνιον, καὶ τόνος, καὶ τριημιτόνιον, καὶ δίτονον. Οὕτως ἡ φύσις ἔοικε τῷ πέντε ποιεῖν ἅπαντα χαίρειν μᾶλλον ἢ τῷ σφαιροειδῆ, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἔλεγε.

37. Τί δῆτα, φήσαι τις ἂν, ὁ Πλάτων ἐπὶ τὰ πέντε σχήματα τὸν τῶν πέντε κόσμων ἀριθμὸν ἀνήνεγκεν, εἰπὼν, ὅτι τῇ πέμπτῃ συστάσει ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πᾶν κατεχρήσατο, ἐκεῖνο διαγράφων; εἶτα τὴν περὶ τοῦ πλή-

principii naturam facultatemque obtineat. Ambobus ergo copulatis, melius principium prævaluit infinitati dividenti, inhibuitque, et cum utrinque divelleretur materia, in medium injecta unitate effecit, ne Universum in duas scinderetur partes, ita multitudo quidem mundorum exstitit ob diversitatis naturam quæ inest infinito discernenti : finiti autem et ejusdem vis imparem eam redegit. Talis autem est imparitas, quia naturam progredi longius quam expediebat non sivit. Si enim sincerum purumque fuisset unum, nullam omnino divisionem admisisset materia. Quoniam autem illud binario vim dividendi nacto admixtum fuit, admisit sectionem materia et divisionem, sed quæ ibi constiterit, victo a pare impari.

XXXVI. Ideo etiam veteribus in usu fuit *pempazesthai* dicere pro numerare. Puto autem *panta* quoque (id est omnia) vocem esse a *pente* (quod quinque significat) deductam : quod is numerus e primis sit conflatus numeris. Et cum alii numeri in alios multiplicati, aliud genus numerorum producant : quinarius par multiplicatus, denarium gignit perfectum numerum : in imparem multiplicatus, se ipsum refert. Mitto, quod ex primis duobus quadratis unitate et quaternione conflatur quinarius : et quod tantum potest quadratum, quantum conjuncta duorum faciunt quadrata numerorum qui ipso proxime sunt priores : pulcherrimumque rectangulum ita triangulum constituit : et quod primus hic numerus sesquialteram proportionem continet. Hæc enim fortasse ad propositam nobis materiam non pertinent. Id propius huc facit, quod natura hujus numeri facultatem habet dividendi, ac secundum eum plura divisit natura. In nobis ipsis quinque insunt sensus; totidem animæ partes, vitalis, sentiens, appetens, irascens, ratiocinans : totidem in utravis manu digiti : et semen fecundissimum quinquefariam dividitur ; non enim mulierem plures quinque fetus uno partu edidisse memoratur : ac Rheam Ægyptii fabulantur quinque deos peperisse, per involucrum significantes ortum quinque mundorum ex una materia. Ipso in universo terra quinque zonis, cœlum quinque circulis distribuitur, polaribus duobus, totidem solstitialibus et medio horum æquinoctiali. Quinque etiam sunt conversiones stellarum vagarum, cum eadem sit solis, Luciferi, et Mercurii. Ipse etiam mundus ad quinarii concinnitatem est compositus, sicut apud nos harmonia ex quinque tetrachordorum positu constare cernitur : summorum, mediorum, adjunctorum, dejunctorum, excedentium : et in cantu quinque sunt intervalla, diesis, semitonium, tonus, sesquitonium, ditonus. Ita videtur natura magis delectata fuisse rebus quinariis construendis, quam globi ad formam redigendis, quod visum fuit Aristoteli.

XXXVII. Quærat hic aliquis, Quidnam causæ sit quod Plato, cum quinque mundorum numerum ad quinque corporum revocaverit figuras, fatus quinaria constructione deum usum in describendo universo, a

ους τῶν κόσμων ὑποθεὶς ἀπορίαν, πότερον ἕνα, ἢ πέντε ὐτοὺς ἀληθείᾳ πεφυκότας λέγειν προσήκει, δῆλός στιν ἐντεῦθεν οἰόμενος ὡρμῆσθαι τὴν ὑπόνοιαν. Εἴπερ ὖν δεῖ πρὸς τὴν ἐκείνου διάνοιαν ἀπάγειν τὸ εἰκὸς, σκο- :ῶμεν, ὅτι ταῖς τῶν σωμάτων καὶ σχημάτων ἐκείνων ιαφοραῖς ἀνάγκη καὶ κινήσεων εὐθὺς ἕπεσθαι διαφο- ὰς, ὥσπερ αὐτὸς διδάσκει, τὸ διακρινόμενον ἢ συγκρι- όμενον ἅμα τῆς οὐσίας τῇ ἑτεροιώσει καὶ τὸν τόπον ιεταλλάττειν ἀποφαινόμενος. Ἂν γὰρ ἐξ ἀέρος πῦρ ένηται, λυθέντος τοῦ ὀκταέδρου καὶ κερματισθέντος ἰς πυραμίδας, ἢ πάλιν ἀὴρ ἐκ πυρὸς, συνωσθέντος αὶ συνθλιβέντος εἰς ὀκτάεδρον, οὐ δυνατὸν μένειν, που πρότερον ἦν, ἀλλὰ φεύγει καὶ φέρεται πρὸς ἑτέ- αν χώραν ἐκβιαζόμενον καὶ μαχόμενον τοῖς ἐνισταμ- ένοις καὶ κατεπείγουσιν. Ἔτι δὲ μᾶλλον εἰκόνι τὸ υμβαῖνον ἐνδείκνυται, τοῖς ἐπὶ τῶν πλοκάνων καὶ ργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειομένοις αὶ ἀναλικμωμένοις ὁμοίως λέγων τὰ στοιχεῖα σείοντα ὴν ὕλην, ὑπ' ἐκείνης τε σειόμενα, προσχωρεῖν ἀεὶ τὰ ιοια τοῖς ὁμοίοις, ἄλλην τε χώραν ἄλλα ἴσχειν πρὶν αὐτῶν γενέσθαι τὸ πᾶν διακοσμηθέν· οὕτω τοί- ν τῆς ὕλης ἐχούσης ὡς ἔχειν τὸ πᾶν εἰκὸς, οὗ θεὸς πεστιν, εὐθὺς αἱ πρῶται πέντε ποιότητες, ἰδίας ἔχου- αι ῥοπὰς, ἐφέροντο χωρὶς, οὐ παντάπασιν, οὐδ' εἰλι- ρινῶς ἀποκρινόμεναι, διὰ τὸ πάντων ἀναμεμιγμένων ὶ τὰ κρατούμενα τοῖς ἐπικρατοῦσι κατὰ φύσιν ἕπε- θαι. Διὸ δὴ τοῖς τῶν σωμάτων γένεσιν ἄλλων ἀλλαχῆ ερομένων ἰσαρίθμους μερίδας καὶ διαστάσεις ἐποίη- αν· τὴν μὲν οὐ καθαροῦ πυρὸς, ἀλλὰ πυροειδῆ· τὴν , οὐκ ἀμιγοῦς αἰθέρος, ἀλλ' αἰθεροειδῆ· τὴν δ' οὐ γῆς τῆς καθ' ἑαυτὴν, ἀλλὰ γεωειδῆ· μάλιστα δὲ καὶ τὴν ρος κοίνωσιν τὴν ὕδατος, διὰ τὸ πολλῶν, ὥσπερ εἴ- ηται, τῶν ἄλλων φύλων ἀναπεπλησμένα, ἀπελθεῖν. ὐ γὰρ ὁ θεὸς διέστησεν οὐδὲ διῴκισε τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ' αὐτῆς διεστῶσαν αὐτὴν, καὶ φερομένην χωρὶς, ἐν κοσμίαις τοσαύταις παραλαβὼν, ἔταξε καὶ συνήρ- σε δι' ἀναλογίας καὶ μεσότητος· εἶθ' ἑκάστῃ λόγον καταστήσας ὥσπερ ἁρμοστὴν καὶ φύλακα, κόσμους οίησε τοσούτους, ὅσα γένη τῶν πρώτων σωμάτων :ῆρχε. Ταῦτα μὲν οὖν τῇ Πλάτωνος ἀνακείσθω χά- τι, δι' Ἀμμώνιον· ἐγὼ δὲ περὶ μὲν ἀριθμοῦ κόσμων κ ἄν ποτε διισχυρισαίμην, ὅτι τοσοῦτοι, τὴν δὲ πλείο- ς μὲν ἑνὸς, οὐ μὴν ἀπείρους, ἀλλ' ὡρισμένους πλή- ι τιθεμένην δόξαν, οὐδετέρας ἐκείνων ἀλογωτέραν οῦμαι, τὸ φύσει τῆς ὕλης σκεδαστὸν καὶ μεριστὸν ῶν, οὔτ' ἐφ' ἑνὸς μένον, οὔτ' εἰς ἄπειρον ὑπὸ τοῦ λό- υ βαδίζειν ἐώμενον. * Εἰ δ' ἀλλαχόθι που, κἂν τῆς καδημίας ὑπομιμνήσκοντες, ἑαυτοὺς τὸ ἄγαν τῆς στεως ἀφαιρῶμεν, καὶ τὴν ἀσφάλειαν, ὥσπερ ἐν χω- ρ σφαλερῷ, τῷ περὶ τῆς ἀπειρίας λόγῳ, μόνον δια- ζωμεν.

38. Ἐμοῦ δὲ ταῦτα εἰπόντος, ὁ Δημήτριος, Ὀρθῶς, η, Λαμπρίας παραινεῖ. Πολλαῖς γὰρ οἱ θεοὶ μορφαῖς σοφισμάτων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλλὰ πραγμά-

deinde proposuerit de multitudine mundorum difficilem dubitationem, unumne an quinque re vera exstitisse dicendum sit : tamen deprehendatur hinc suspicionem ejus rei injecisse. Quod si id quod probabile est, accommodari ad ejus sententiam debet, eo respiciamus in hac re explicanda, quod scilicet senserit Plato differentiis corporum istorum et figurarum, necessario motuum quoque comitari discrimina : hoc enim ipse docet, ubi pronuntiat id quod coit aut secernitur, una cum substantia et qualitatibus locum etiam nomenque mutare. Si enim ex aere ignis fiat, soluto Octaedro, et in Pyramides dissipato : aut vicissim ex igni aer, in Octaedrum coacto et compulso; non potest suo manere loco id quod mutatum fuit, sed fugit ferturque ad alienum locum exturbatum priore, pugnatque cum iis quæ obsistunt et impellunt. Adhuc etiam plenius similitudine eorum quæ cribris aliisque ad purgandum frumentum paratis instrumentis concutiuntur atque ventilantur, rem explicat : eodem modo etiam elementa docens, dum quassant materiam, atque ab ea quassantur, similia semper ad similia ferri, aliaque aliis locis contineri, antequam eorum compositione Universum constituatur. Hoc ergo modo tum affecta materia, ut par fuit Universum esse affectum ubi Deus abest, statim primæ quinque qualitates suis singulæ præditæ momentis, incitatæ sunt neque omnino separatæ tamen, aut sincere secretæ, ideo quod omnibus permixtis natura ita comparatum est ut semper quod superatur ei comitetur quod prævalet. Itaque in ortu corporum cum alia alio ferrentur, æquales numero partes atque divisiones effecerunt : unam partem non puri ignis, sed ignea specie præditam : aliam non sinceri ætheris, sed ætheris similem : aliam non terræ puræ putæ, sed formæ terreæ : maxime tamen aer cum aqua fuit permixtus, quod hæc multis diversi generis admixtis discesserunt, sicuti dictum fuit. Non enim deus separavit aut disposuit naturam, sed cum ipsa ultro divortium fecisset, et in diversa discessionem loca, admodum inordinatam, accepit, composuit, et proportione ac medietate adhibita concinnavit : deinde rationem unicuique imponens veluti gubernatorem et custodis loco, tot effecit mundos, quot sunt formæ primorum corporum. Atque hæc, propter Ammonium, gratiæ Platonis dedicata sunto. Ego autem de numero mundorum, quod sint tot, nunquam sane contenderim : eam vero sententiam, quæ plures uno mundos, non tamen infinitos, sed numero determinatos facit, neutra istarum absurdiorem censeo : in materiæ naturam intuens, dissipabilem eam ac dividuam, et quæ neque unitatem servet, neque eam ratio in infinitum evagari sinat. Sed, si unquam alias, hic Academiæ certe memores, nimiam vitemus assensionem, ac tanquam in loco lubrico in disputatione sola de infinito firmiter consistamus.

XXXVIII. Hæc ego cum dixissem, Demetrius : Probe, inquit, Lamprias hortatur

Multis enim dii formis, non sophismatum,

των σφάλλουσιν ἡμᾶς, ὅταν ὡς ἐπιστάμενοι τολμῶμεν ἀποφαίνεσθαι περὶ τηλικούτων. Ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὡς αὐτὸς ἀνήρ φησιν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν. Τὸ γὰρ ἀφισταμένων καὶ ἀπολειπόντων τὰ χρηστήρια τῶν δαιμόνων, ὥσπερ ὄργανα τεχνιτῶν ἀργὰ καὶ ἄναυδα κεῖσθαι λεχθὲν, ἕτερον λόγον ἐγείρει τὸν περὶ τῆς αἰτίας μείζονα καὶ δυνάμεως, ᾗ χρώμενοι ποιοῦσι κατόχους τοῖς ἐνθουσιασμοῖς καὶ φαντασιαστικοὺς τοὺς προφήτας καὶ τὰς προφήτιδας. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ἔκλειψιν αἰτιᾶσθαι τοῦ ἀπαυδᾶν τὰ μαντεῖα, μὴ πεισθέντας ὃν τρόπον ἐφεστῶτες αὐτοῖς καὶ παρόντες ἐνεργὰ καὶ λόγια ποιοῦσιν οἱ δαίμονες. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἀμμώνιος, Οἴει γὰρ ἕτερόν τι τοὺς δαίμονας, εἶπεν, ἢ ψυχὰς ὄντας περιπολεῖν καθ' Ἡσίοδον, Ἠέρα ἑσσαμένους. Ἐμοὶ μὲν γὰρ, ἣν ἄνθρωπος ἔχει διαφορὰν πρὸς ἄνθρωπον ὑποκρινόμενον τραγῳδίαν ἢ κωμῳδίαν, ταύτην ἔχειν δοκεῖ [ψυχὴ πρὸς] ψυχὴν ἐνεσκευασμένην σῶμα παρόντι βίῳ πρόσφορον. Οὐδὲν οὖν ἄλογον οὐδὲ θαυμαστὸν, εἰ ψυχαὶ ψυχαῖς ἐντυγχάνουσαι, φαντασίας ἐμποιοῦσι τοῦ μέλλοντος, ὥσπερ ἡμεῖς ἀλλήλοις οὐ πάντα διὰ φωνῆς, ἀλλὰ καὶ γράμμασι, καὶ θιγόντες μόνον καὶ προσβλέψαντες, πολλὰ καὶ μηνύομεν τῶν γεγονότων καὶ τῶν ἐσομένων προσημαίνομεν. Εἰ μήτι σὺ λέγεις ἕτερον, ὦ Λαμπρία· καὶ γὰρ ἔναγχος ἧκέ τις φωνὴ πρὸς ἡμᾶς, ὡς σοῦ πολλὰ περὶ τούτων ἐν Λεβαδίᾳ ξένοις διαλεχθέντος, ὧν οὐδὲν ὁ διηγούμενος ἀκριβῶς διεμνημόνευσε. Μὴ θαυμάσῃς, ἔφην ἐγὼ, πολλαὶ γὰρ ἅμα πράξεις διὰ μέσου καὶ ἀσχολίαι συντυγχάνουσαι, διὰ τὸ μαντεῖον εἶναι καὶ θυσίαν, τοὺς λόγους διεσπαρμένους ἡμῖν καὶ σποράδας ἐποίησαν. Ἀλλὰ νῦν, ὁ Ἀμμώνιος ἔφη, καὶ σχολὴν ἄγοντας ἀκροατὰς ἔχεις, καὶ προθύμους τὰ μὲν ζητεῖν, τὰ δὲ μανθάνειν, ἔριδος ἐκποδὼν οὔσης καὶ φιλονεικίας ἁπάσης, συγγνώμης δὲ παντὶ λόγῳ καὶ παῤῥησίας, ὡς ὁρᾷς, δεδομένης.

39. Ταῦτα δὴ καὶ τῶν ἄλλων συμπαρακαλούντων, μικρὸν ἐγὼ σιωπήσας· Καὶ μὴν ἀπὸ τύχης τινὸς, ὦ Ἀμμώνιε, τοῖς τότε λόγοις αὐτὸς ἀρχήν τινα καὶ πάροδον ἐνδέδωκας. Εἰ γὰρ αἱ διακριθεῖσαι σώματος ἢ μὴ μετασχοῦσαι τὸ παράπαν ψυχαὶ δαίμονές εἰσι, κατὰ σὲ καὶ τὸν θεῖον Ἡσίοδον,

Ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,

διὰ τί τὰς ἐν τοῖς σώμασι ψυχὰς ἐκείνης τῆς δυνάμεως ἀποστεροῦμεν, ᾗ τὰ μέλλοντα καὶ προγινώσκειν πεφύκασι καὶ προδηλοῦν οἱ δαίμονες; Οὔτε γὰρ δύναμιν, οὔτε μέρος οὐδὲν ἐπιγίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὅταν ἀπολίπωσι τὸ σῶμα μὴ κεκτημέναις πρότερον, εἰκός ἐστιν· ἀλλ' ἀεὶ μὲν ἔχειν, ἔχειν δὲ φαυλότερα τῷ σώματι μεμιγμένας, καὶ τὰ μὲν ὅλως ἄδηλα καὶ κεκρυμμένα, τὰ δὲ ἀσθενῆ καὶ ἀμαυρὰ, καὶ τοῖς δι' ὁμίχλης ὁρῶσιν ἢ κινουμένοις ἐν ὑγρῷ παραπλησίως δύσεργα καὶ βραδέα καὶ πολλὴν ποθοῦντα θεραπείαν τοῦ οἰκείου καὶ ἀνάληψιν, ἀφαίρεσιν δὲ καὶ κάθαρσιν τοῦ κλέπτοντος. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὐχ ὅταν διαφύγῃ τὰ νέφη γίγνε-

ut est apud Euripidem, sed rerum, decipiunt, cum vel uti scientes de tantis rebus audemus pronunciare. Sed revocanda nobis est oratio, ut idem vir dicit, ad argumentum initio propositum. Quod enim dictum fuit Oracula relinquentibus et deferentibus geniis, tanquam instrumenta artificum jacere otiosa et muta, aliam majorem excitat quæstionem de causa et facultate, qua usi genii vates utriusque sexus furore et imaginatione futurorum impleant. Non possumus quippe causam silentii Oraculorum ascribere discessui geniorum, nisi persuasum nobis sit quomodo præsentes eadem vocalia et operosa reddant. Sub hæc Ammonius: Putas vero, inquit, genios aliud quicquam dicendos, quam quod ait Hesiodus, animas circumvagantes,

Aere vestitos? —

Mihi enim quo pacto homo differt ab homine tragicam comicamve agente personam, eodem differre videtur animus ab animo corpore in hac vita amicto. Nihil igitur est causæ cur absurdum aut mirum videri debeat, si animi in animos incidentes, futuri imaginationem aliquam ingenerant: sicut et nos invicem non omnia voce, sed et litteris, et tactu, et intuitu significamus multa præterita, et futura præmonstramus. Nisi tu quid, Lampria, diversum habes; est enim nuper nobis renunciatum, multa te hac de re cum hospitibus apud Lebadiam disputasse. quorum nihil nuntius perfecta memoria tenebat. Noli mirari, inquam ego: multæ enim actiones, multæ occupationes mediæ incidentes propter oraculum et sacrificium quod tractabatur, fecerunt ut sparsim ac per intervalla commentaremur. At qui nunc, aiebat Ammonius, et otio utentes habes auditores, et paratos alia quærere, alia discere, omni contentione ac studio altercandi remotis, libertateque et venia omni sermoni, ut vides, proposita.

XXXIX. Eadem reliquis etiam postulantibus, ego postquam paululum subticuissem: Et quidem, inquam, iis quæ tum disputata sunt, ipse tu casu quodam exordium occasionemque hic referendi dedisti. Si enim animi secreti a corporibus, aut omnino quibus nullum est cum corporibus commercium, sunt, quæ tua est, divini sententia Hesiodi, dæmones

Custodes hominum casti, terras obeuntes;

cur animos in corporibus degentes ista vi privamus, qua futura præscire et prædicere possunt a natura sua genii? Probabile quidem non est animis ullam facultatem, ullamve partem adnasci abitu e corpore, qua caruerint ante: sed ea semper habere, habere autem deteriora, dum mixti sunt corpori: atque alia quidem omnino obscura et occulta, alia infirma et languida, et sicut cum per caliginem videmus, aut in humore movemur, inefficacia et tarda, multamque suæ naturæ curationem et restitutionem, multam ejus a quo impediuntur detractionem atque expurgationem desiderantia. Sicut enim sol non tum fit splendidus, cum nubi

αι λαμπρὸς, ἀλλ' ἔστι μὲν ἀεὶ, φαίνεται δ' ἡμῖν ἐν μίχλῃ * δυσφαὴς καὶ ἀμαυρός· οὕτως ἡ ψυχὴ τὴν ιαντικὴν οὐκ ἐπικτᾶται δύναμιν ἐκβᾶσα τοῦ σώματος, ὥσπερ νέφους, ἀλλ' ἔχουσα καὶ νῦν, τυφλοῦται διὰ ὴν πρὸς τὸ θνητὸν ἀνάμιξιν αὐτῆς καὶ σύγχυσιν. Οὐ εῖ δὲ θαυμάζειν, οὐδ' ἀπιστεῖν, ὁρῶντας, εἰ μηδὲν λλο, τῆς ψυχῆς τὴν ἀντίστροφον τῇ μαντικῇ δύναμιν, ν μνήμην καλοῦμεν, ἡλίκον ἔργον ἀποδείκνυται τὸ ώζειν τὰ παρῳχημένα καὶ φυλάττειν, μᾶλλον δὲ ντα. Τῶν γὰρ γεγονότων οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ὑφέστηκεν, λλ' ἅμα γίνεται πάντα καὶ φθείρεται, καὶ πράξεις, αὶ λόγοι, καὶ παθήματα, τοῦ χρόνου, καθάπερ ῥεύιατος, ἕκαστα παραφέροντος. Αὕτη δὲ τῆς ψυχῆς ἡ ύναμις οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἀντιλαμβανομένη, τοῖς ιὴ παροῦσι φάντασμα καὶ οὐσίαν περιτίθησιν. Ὁ μὲν ὰρ Θεσσαλοῖς περὶ Ἄρνης δοθεὶς χρησμὸς ἐκέλευε ράζειν, Κωφοῦ τ' ἀκοὴν, τυφλοῖό τε δέρξιν. Ἡ δὲ ινήμη, καὶ κωφῶν πραγμάτων ἀκοὴ, καὶ τυφλῶν ψις ἡμῖν ἐστιν. Ὅθεν, ὡς ἔφην, οὐκ ἔστι θαυμαστὸν, ἰ κρατοῦσα τῶν μηκέτ' ὄντων, προλαμβάνει πολλὰ ῶν μηδέπω γεγονότων· ταῦτα γὰρ αὐτῇ μᾶλλον ροσήκει, καὶ τούτοις συμπαθής ἐστι· καὶ γὰρ ἐπιβάλιεται καὶ προτίθεται πρὸς τὰ μέλλοντα, καὶ παρῳχηιένων καὶ τέλος ἐχόντων ἀπήλλακται, πλὴν τοῦ μνηιονεύειν.

40. Ταύτην οὖν ἔχουσαι τὴν δύναμιν ψυχαὶ σύμφυτον ιὲν καὶ ἀμυδρὰν καὶ δυσφάνταστον, ὅμως ἐξανθοῦσι τολλάκις καὶ ἀναλαμβάνουσιν ἔν τε τοῖς ἐνυπνίοις καὶ τερὶ τὰς τελετὰς ἔνιαι, καθαροῦ γινομένου τοῦ σώματος, ἤ τινα κρᾶσιν οἰκείαν πρὸς τοῦτο λαμβάνοντος, ἢ ὸ λογιστικὸν καὶ φροντιστικὸν ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι τῶν παρόντων, ἀλόγῳ καὶ φαντασιαστικῷ τοῦ ιέλλοντος ἐπιστρεφομένας. Οὐ γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης ησὶ, μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς, ἀλλ' οὗτος ιμόφρων μὲν ἀνὴρ καὶ τῷ νοῦν ἔχοντι τῆς ψυχῆς καὶ ιετ' εἰκότος ἡγουμένῳ καθ' ὁδὸν ἑπόμενος. Τὸ δὲ ιαντικὸν, ὥσπερ γραμματεῖον ἄγραφον καὶ ἄλογον αὶ ἀόριστον ἐξ αὑτοῦ, δεκτικὸν δὲ φαντασιῶν παθῶν αὶ προαισθήσεων, ἀσυλλογίστως ἅπτεται τοῦ μέλλοντος, ὅταν ἐκστῇ μάλιστα τοῦ παρόντος. Ἐξίσταται δὲ ράσει καὶ διαθέσει τοῦ σώματος, ἐν μεταβολῇ γινόιενον, ὃν ἐνθουσιασμὸν καλοῦμεν. Αὐτὸ μὲν οὖν ἐξ ὑτοῦ τὸ σῶμα τοιαύτην πολλάκις ἴσχει διάθεσιν· ἡ ὲ γῆ πολλῶν μὲν ἄλλων δυνάμεων πηγὰς ἀνίησιν ἀνρώποις, τὰς μὲν, ἐκστατικὰς καὶ νοσώδεις καὶ θανατηφόρους, τὰς δὲ, χρηστὰς καὶ προσηνεῖς καὶ ὠφελίιους, ὡς δῆλαι γίνονται πείρα προστυγχάνουσιν. Τὸ ὲ μαντικὸν ῥεῦμα καὶ πνεῦμα θειότατόν ἐστι καὶ σιώτατον, ἄν τε καθ' ἑαυτὸ δι' ἀέρος, ἄν τε μεθ' γροῦ νάματος ἀφαιρῆται. Καταμιγνύμενον γὰρ εἰς τὸ ῶμα, κρᾶσιν ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς ἀήθη καὶ ἄτοπον· ς τὴν ἰδιότητα χαλεπὸν εἰπεῖν σαφῶς, εἰκάσαι δὲ τολλαχῶς ὁ λόγος δίδωσι. Θερμότητι γὰρ καὶ διαχύσει τόρους τινὰς ἀνοίγειν φανταστικοὺς τοῦ μέλλοντος,

effugit : sed cum semper talis sit, in nebula nobis obscurus videtur, ac vix apparet : sic animus vim divinandi non adipiscitur e corpore tanquam nube egrediendo, sed jam nunc ea præditus, cæcatur ob permixtionem et confusionem cum natura mortali. Quod ne miremur, aut fidem rei derogemus, videamus, si nullam aliam animi facultatem, saltem eam quæ ex adverso respondet divinatrici, Memoriam dico, quantum illa præstet opus, quod præterita servat ac retinet, aut potius ea quæ sunt : eorum enim quæ facta sunt nihil est neque subsistit, sed simul existunt omnia et intereunt, sive facta, sive verba, sive affectiones, tempore fluminis instar omnia proripiente : ista autem vis animi, nescio quo modo ea apprehendit, et, non cum sint, iis tamen speciem ac substantiam circumponit. Sane oraculum Thessalis de Arna datum jubebat eos

Visum oculis capti, muti vocemque notare.

At memoria nobis et surdorum auditio, et visio cæcorum est. Itaque, sicut dixi, mirum non est, si apprehendens quæ jam esse desierunt, multa etiam nondum quæ sunt antecapiat. Hæc enim ei magis conveniunt, et ab his consensu quodam afficitur : accingitur enim futuris, eaque aggreditur, a præteritis et finem nactis absoluta, nisi quatenus eorum meminit.

XL. Hanc ergo vim animi cum habeant innatam, obscuram quidem, et imaginatu difficilem, quidam tamen subito in somnis aut sacrificiis efflorescunt, eaque utuntur, sive quod tum corpus mundatum est, sive aptam ad hanc rem consecutum temperiem, sive quod mens laxata et a præsentibus liberata, imaginandi vim futuris intendit. Non enim, ut Euripides ait :

Optimus is est vates, probe qui conjicit;

sed hic quidem intelligens est vir, rationem præcedentem et indicio probabili ducentem sequens. Vis autem divinandi, tanquam tabula scripturæ expers, ratione carens, et infinita ex sese, capax tamen ortarum a visis affectionum et præsensionum, absque ulla ratiocinatione futurum attingit, maxime ubi e præsenti exit statu. Hoc fit, cum ob temperiem et affectionem corporis mutatio ei accidit, quæ enthusiasmus (hoc est divinus instinctus) dicitur. Ipsum quidem corpus ex se ipso hujusmodi consequitur affectionem. Terra autem cum multarum aliarum facultatum fontes hominibus effundit, alios furorem divinum, morbos, mortemque ferentes, alios utiles, jucundos, et commodos, id quod ii qui accedunt, experientia deprehendunt : tum vero divinandi fluxus atque spiritus divinissimus est et sanctissimus, sive is seorsim per aerem, sive cum liquore percipiatur. In corpus enim admixtus, temperiem in animis ingenerat insolentem atque alienam ab usitata, cujus proprietates difficile est exprimere verbis, conjecturas autem multiplices de iis ratio suggerit. Calore nimirum et diffusione meatus aperiri quosdam imaginandi futura præditos facultate, pro-

εἰκός ἐστιν, ὡς οἶνος ἀναθυμιαθεὶς ἕτερα πολλὰ κινήματα καὶ λόγους ἀποκειμένους καὶ λανθάνοντας ἀποκαλύπτει. Τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ τὸ μανιῶδες μαντευτικὴν πολλὴν ἔχει, κατ' Εὐριπίδην, ὅταν ἔνθερμος ἡ ψυχὴ γενομένη καὶ πυρώδης ἀπώσηται τὴν εὐλάβειαν, ἣν ἡ θνητὴ φρόνησις ἐπάγουσα πολλάκις ἀποστρέφει καὶ κατασβέννυσι τὸν ἐνθουσιασμόν.

41. Ἅμα δ' ἄν τις οὐκ ἀλόγως καὶ ξηρότητα φαίη μετὰ τῆς θερμότητος ἐγγινομένην, λεπτύνειν τὸ πνεῦμα, καὶ ποιεῖν αἰθερῶδες καὶ καθαρόν. Αὕτη γὰρ ξηρὰ ψυχή, καθ' Ἡράκλειτον. Ὑγρότης δὲ οὐ μόνον * ὄψιν ἀμβλύνει καὶ ἀκοήν, ἀλλὰ καὶ κατόπτρων θιγοῦσα καὶ μίγος καὶ πρὸς ἀέρας ἀφαιρεῖ τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ φέγγος. Τοὐναντίον πάλιν αὖ περιψύξει τινὶ καὶ πυκνώσει τοῦ πνεύματος, οἷον βαφῇ σιδήρου τὸ προγνωστικὸν μόριον ἐγγίνεσθαι καὶ στομοῦσθαι τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀδύνατόν ἐστι. Καὶ μὴν ὡς κασσίτερος μανὸν ὄντα καὶ πολύπορον τὸν χαλκὸν ἐντακεὶς ἅμα μὲν ἔσφιγξε καὶ κατεπύκνωσεν, ἅμα δὲ λαμπρότερον ἀπέδειξε καὶ καθαρώτερον· οὕτως οὐδὲν ἀπέχει τὴν μαντικὴν ἀναθυμίασιν οἰκεῖόν τι ταῖς ψυχαῖς καὶ συγγενὲς ἔχουσαν, ἀναπληροῦν τὰ μανὰ καὶ συνέχειν ἐναρμόττουσαν. Ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖα καὶ πρόσφορα, καθάπερ τῆς μὲν πορφύρας ὁ κύαμος, τῆς δὲ κόκκου τὸ νίτρον δοκεῖ τὴν βαφὴν ἄγειν μεμιγμένον. Βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται, ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. Περὶ δὲ τοῦ Κύδνου καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Ταρσῷ μαχαίρας, ὦ φίλε Δημήτριε, σοῦ λέγοντος ἠκούομεν, ὡς ὁ Κύδνος μᾶλλον ἐκκαθαίρει σίδηρον ἐκεῖνον, οὔτε ὕδωρ ἄλλο τὴν μάχαιραν, ἢ ἐκεῖνο· καθάπερ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὴν τέφραν προσπλάττουσι τῷ βωμῷ καὶ περιπηγνύουσιν ἐκ τοῦ Ἀλφειοῦ παραχέοντες ὕδωρ, ἑτέρῳ δὲ πειρώμενοι ποταμῷ, οὐδενὶ δύνανται συναγαγεῖν οὐδὲ κολλῆσαι τὴν τέφραν.

42. Οὐ θαυμαστέον οὖν, εἰ πολλὰ τῆς γῆς ἄνω ῥεύματα μεθιείσης, ταῦτα μόνα τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικῶς διατίθησι, καὶ φαντασιαστικῶς τοῦ μέλλοντος. Ἀμαχεὶ δὲ καὶ τὰ τῆς φήμης συνᾴδει τῷ λόγῳ. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὴν περὶ τὸν τόπον δύναμιν ἐμφανῆ γενέσθαι πρῶτον ἱστοροῦσιν, νομέως τινὸς ἐμπεσόντος κατὰ τύχην, εἶτα φωνὰς ἀναφέροντος ἐνθουσιώδεις, ὧν τὸ μὲν πρῶτον οἱ παραγενόμενοι κατεφρόνουν, ὕστερον δὲ γενομένων ὧν προεῖπεν ὁ ἄνθρωπος, ἐθαύμασαν. Οἱ δὲ λογιώτατοι Δελφῶν καὶ τοὔνομα τοῦ ἀνθρώπου διαμνημονεύοντες Κορήταν λέγουσιν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα τοιαύτην πρὸς τὸ μαντικὸν πνεῦμα λαμβάνειν σύγκρασιν ψυχὴ καὶ σύμπηξιν, οἵαν πρὸς τὸ φῶς ἡ ὄψις ὁμοιοπαθὲς γινόμενον· ὀφθαλμοῦ τε γὰρ ἔχοντος τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, οὐδὲν ἄνευ φωτὸς ἔργον ἐστίν· ψυχῆς τε τὸ μαντικὸν ὥσπερ ὄμμα δεῖται τοῦ συνεξάπτοντος οἰκείου καὶ συνεπιθήγοντος. Ὅθεν οἱ μὲν πολλοὶ τῶν προγενεστέρων ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡγοῦντο θεὸν Ἀπόλλωνα καὶ ἥλιον· οἱ δὲ τὴν καλὴν καὶ σοφὴν ἐπιστάμενοι καὶ τιμῶντες ἀναλογίαν, ὅπερ σῶμα πρὸς

babile est, quemadmodum vinum sublatis ad cerebrum vaporibus multos animo motus infert, multaque ejus sensa abdita prius et occultata detegit. Multa enim vis divinandi bacchationi et furori inest, siquidem Euripidi credimus : quando incalescens animus atque ignitus metum amolitur, quem humana prudentia inducens sæpenumero avertit et restinguit divinum instinctum.

XLI. Ad hæc non abs re dici posse videtur, siccitatem una cum calore animo ingeneratam, spiritum reddere tenuem, æthereumque eum et purum. Hæc est enim illa Heracliti *anima sicca optima*. Humiditas non visum modo et auditum hebetat, sed et speculis incidens ** splendorem et lucem adimit. Contra etiam non est repugnans refrigeratione et densatione spiritus, ad instar tincturæ ferri, vim præsagientem animo indi ac durari. Atque, sicut stannum illiquefactum æri, quod rarum est ac multis hians meatibus, simul hoc et stipat densatque et splendidius puriusque reddit; ita nihil impedit, quin divinandi facultas, vapor quippiam consentaneum et cognatum animo habens, laxas ejus partes impleat, concinnet, ac contineat. Alia enim aliis sunt conducibilia : sic faba purpuræ, nitrum cocci tincturam auget admixtum, et, ut Empedocles ait :

Glauci flore croci byssus miscetur amœnus.

De Cydno autem, et sacro Apollinis qui Tarsi est gladio, te, mi Demetri, narrantem audivimus, gladium cum nulla alia aqua perinde tergi et purgari, ac fluminis ejus : sicut etiam Olympiæ cinerem aqua Alphei amnis affusa aræ circumglutinant, cum nulla hoc alia, conati, possint aqua efficere.

XLII. Non est igitur mirum, si terra multos alios liquores edente, isti soli animis enthusiasmum et futurorum imaginationem inferunt. Citra controversiam porro hanc rationem fama confirmat. Hic enim vim loci hujus primum innotuisse ferunt, cum casu pastor quidam in eum incidisset, vocesque deinde a divino instinctu edidisset profectas : quas cum initio sprevissent qui aderant, postea eventu probatis quæ is prædixerat, mirati sunt. Delphorum doctissimi, nomen quoque hominis perhibent Coretam. Mihi vero videtur maxime hujusmodi cum divinatione contemperationem atque cohæsionem animus admittere, qualis est visui cum luce consentiente. Oculus enim videndi facultate præditus nihil sine luce agere potest, animi vis divinatrix, tanquam oculus, sua quadam re indiget a qua incendatur atque exacuatur. Quare multi antiquiorum esse unum eumdemque deum Apollinem et solem putaverunt : qui vero proportionem, pulchram ac sapientem sane rem, cognitam habent ac magnifaciunt : ii sicut corpus ad

ψυχὴν, ὄψις δὲ πρὸς νοῦν, φῶς δὲ πρὸς ἀλήθειάν ἐστι, τοῦτο τὴν ἡλίου δύναμιν εἴκαζον εἶναι πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος φύσιν, ἔκγονον ἐκείνου καὶ τόκον ὄντος ἀεὶ γιγνόμενον, ἀεὶ τοῦτον ἀποφαίνοντες. Ἐξάπτει γὰρ καὶ προάγεται καὶ συνεξορμᾷ τῆς αἰσθήσεως τὴν ὁρατικὴν δύναμιν οὗτος, ὡς τῆς ψυχῆς τὴν μαντικὴν ἐκεῖνος.

43. Οἱ μέντοι δοξάζοντες ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν εἶναι, εἰκότως Ἀπόλλωνι καὶ γῇ κοινῶς ἀνέθεσαν τὸ χρηστήριον, οἰόμενοι τὴν διάθεσιν καὶ κρᾶσιν ἐμποιεῖν τῇ γῇ τὸν ἥλιον, ἀφ' ἧς ἐκφέρεσθαι τὰς μαντικὰς ἀναθυμιάσεις. Αὐτὴν μὲν ουν τὴν γῆν ὥσπερ Ἡσίοδος, ἐνίων φιλοσόφων βέλτιον διανοηθεὶς, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς προσεῖπεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς καὶ ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον νομίζομεν· τῶν δὲ περὶ αὐτὴν δυνάμεων πῇ μὲν ἐκλείψεις, πῇ δὲ γενέσεις, ἀλλαχοῦ δὲ μεταστάσεις καὶ μεταῤῥοίας ἀλλαχόθεν εἰκός ἐστι συμβαίνειν, καὶ κυκλεῖν ἐν αὐτῇ τὰς τοιαύτας ἐν τῷ χρόνῳ παντὶ πολλάκις περιόδους, ὥς ἐστι τεκμαίρεσθαι τοῖς φαινομένοις. Λιμνῶν τε γὰρ γεγόνασι καὶ ποταμῶν, ἔτι δὲ πλείονες ναμάτων θερμῶν, ὅπου μὲν ἐκλείψεις καὶ φθοραὶ παντάπασιν, ὅπου δ' οἷον * ἀποδράσεις καὶ καταδύσεις· εἶτα πάλιν ἐκεῖ διὰ χρόνων ἐπιφαινόμενα τοῖς αὐτοῖς, ἢ πλησίον ὑποῤῥέοντα· καὶ μετάλλων ἴσμεν ἐξαμαυρώσεις γεγονέναι καινὰς, ὡς τῶν περὶ τὴν Ἀττικὴν ἀργυρείων, καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίτιδος, ἐξ ἧς ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὡς Αἰσχύλος εἴρηκε·

Λαβὼν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοϊκὸν ξίφος·

τῆς τ' ἐν Καρύστῳ πέτρας, ἧ χρόνος οὐ πολὺς, ἀφ' οὗ πέπαυται μηρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα. Καὶ γὰρ ὑμῶν ἑωρακέναι τινὰς οἴομαι χειρόμακτρα καὶ δίκτυα καὶ κεκρυφάλους ἐκεῖθεν, οὐ περικαομένους, ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπανθῇ χρωμένων, ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται· νῦν δ' ἠφάνισται, καὶ μόλις οἷον ἶνες ἢ τρίχες ἀραιαὶ διατρέχουσιν ἐν τοῖς μετάλλοις.

44. Καὶ πάντων τούτων οἱ περὶ Ἀριστοτέλην δημιουργὸν ἐν τῇ γῇ τὴν ἀναθυμίασιν ἀποφαίνουσιν, ᾗ καὶ συνεκλείπειν καὶ συμμεθίστασθαι, καὶ συνεξανθεῖν πάλιν τὰς τοιαύτας φύσεις ἀναγκαῖόν ἐστι. Ταῦτα δὴ περὶ μαντικῶν πνευμάτων διανοητέον, ὡς οὐκ ἐχόντων ἀΐδιον οὐδὲ ἀγήρω τὴν δύναμιν, ἀλλ' ὑποκειμένην μεταβολαῖς. Καὶ γὰρ ὄμβρους ὑπερβάλλοντας εἰκός ἐστι κατασβεννύναι, καὶ κεραυνῶν ἐμπεσόντων διαφορεῖσθαι, μάλιστα δὲ τῆς γῆς ὑπὸ σάλου κινουμένης καὶ λαμβανούσης ἰζήματα καὶ σύγχυσιν, ἐν βάθει μεθίστασθαι τὰς ἀναθυμιάσεις, ἢ τυφλοῦσθαι τοπαράπαν, ὥσπερ ἐνταῦθα φασὶ παραμένειν τὰ περὶ τὸν μέγαν σεισμὸν, ὃς καὶ τὴν πόλιν ἀνέτρεψεν. Ἐν δ' Ὀρχομενῷ λέγουσι λοιμοῦ γενομένου πολλοὺς μὲν ἀνθρώπων διαφθαρῆναι, τὸ δὲ τοῦ Τειρεσίου χρηστήριον ἐκλιπεῖν παντάπασι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀργὸν διαμένειν καὶ ἄναυδον. Εἰ δὲ καὶ τοῖς περὶ Κιλικίαν ὅμοια

animum, visus ad mentem, lux ad veritatem se habet, ita solis facultatem se habere censent ad naturam Apollinis: illam hujus propaginem fetumque existimantes, illam semper ab hac quæ semper est procreari. Ille enim accendit, producit, atque excitat videndo sentiendi vim: hic animi divinatricem facultatem.

XLIII. Atqui unum eumdemque deum eos esse senserunt, probabili ratione moti Apollini et Terræ commune oraculum ascripserunt, arbitrati solem terræ ingenerare affectionem istam et temperiem, a qua vapores ad divinandum facientes exhalent. Ipsam proinde terram, ut Hesiodus melius quam a nonnullis factum est philosophis, re considerata appellavit

Immotam sedem cunctorum: —

ita nos quoque sempiternam interitusque expertem statuimus, facultatum autem ejus aliquando defectus, aliquando ortus, nonnunquam alio migrationes probabile est evenire, universique temporis circuitu tales conversiones in ea revolvi: quod conjicere licet ex iis quæ animadverti sensu possunt. Nam et lacus, et amnes, ac frequentius thermæ quibusdam in locis defecerunt et omnino evanuerunt, in aliis quasi subterfugerunt ac delituerunt: aliquanto post tempore rursum iisdem aut vicinis locis exstiterunt. Jam metalla quædam recentiore ætate defecisse novimus, ut in Attica secturas argentarias, et in Eubœa æris venas, ex quo cudebantur gladii qui aquæ tinctura durabantur, quorum sic meminit Æschylus:

Sumens acutum mucronem Euboicum manu.

Neque diu est quod Carystia rupes desiit simul cum marmore proferre stamina quædam mollia ac quasi fila lapidea: existimo enim quosdam vestrum vidisse mantilia, retia, et involucra capitis ea ex materia confecta, quæ non uruntur, imo cum usu sordes contraxerunt, in ignem conjecta nitorem splendoremque suum recipiunt: plane enim desiit, et vix graciles quædam tanquam fibræ et quasi capilli ejus materiæ per metalla discurrunt.

XLIV. At enim horum omnium opificem Aristoteles facit vaporem qui est in terra: cujus defectum, migrationem, novumque ortum necesse est ista omnia sequi. Hæc itaque de spiritibus divinationi servientibus cogitanda sunt, vim eorum non esse sempiternam aut senii immunem, sed mutationibus obnoxiam. Nam consentaneum est et magnis eos exstingui imbribus, et dissipari fulmine ictis locis, maxime autem cum terræ motu concussæ in sese subsidunt ac confunduntur, petere ima aut etiam plane elidi: sicut hic aiunt vestigia apparere magni terræ motus, ejus qui urbem subvertit. Orchomeni aiunt peste multis absumptis hominibus, Tiresiæ oraculum plane defecisse, et in hunc usque diem manere otiosum et mutum. Idem de Ciliciæ ora-

συμβέβηκε παθεῖν, ὡς ἀκούομεν, οὐδεὶς ἂν ἡμῖν, ὦ Δημήτριε, σοῦ φράσειε σαφέστερον.

45. Καὶ ὁ Δημήτριος· Οὐκ οἶδα ἔγωγε τάδε νῦν· ἀποδημῶ γὰρ (ὡς ἴστε) πάμπολυν ἤδη χρόνον· ἔτι δ' ἤκμαζεν ἐμοῦ παρόντος καὶ τὸ Μόψου καὶ τὸ Ἀμφιλόχου μαντεῖον. Ἔχω δ' εἰπεῖν τῷ Μόψου παραγενόμενος πρᾶγμα θαυμασιώτατον. Ὁ γὰρ ἡγεμὼν τῆς Κιλικίας αὐτὸς μὲν ἀμφίδοξος ὢν ἔτι πρὸς τὰ θεῖα, δι' ἀσθένειαν ἀπιστίας οἶμαι· τἄλλα γὰρ ἦν ὑβριστὴς καὶ φαῦλος· ἔχων δὲ περὶ αὐτὸν Ἐπικουρείους τινὰς τὴν καλὴν δὴ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, φυσιολογίαν ἐνυβρίζοντας τοῖς τοιούτοις, εἰσέπεμψεν ἀπελεύθερον, οἷον εἰς πολεμίων κατάσκοπον ἐνσκευάσας, ἔχοντα κατεσφραγισμένην δέλτον, ἐν ᾗ τὸ ἐρώτημα ἦν ἐγγεγραμμένον, οὐδενὸς εἰδότος. Ἐννυχεύσας οὖν ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ, τῷ σηκῷ, καὶ κατακοιμηθεὶς ἀπήγγειλε μεθ' ἡμέραν ἐνύπνιον τοιοῦτον. Ἄνθρωπον ἔδοξεν αὐτῷ καλὸν ἐπιστάντα φθέγξασθαι τοσοῦτον, Μέλανα, καὶ πλέον οὐδὲν, ἀλλ' εὐθὺς οἴχεσθαι. Τοῦτο ἡμῖν μὲν ἄτοπον ἐφάνη καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρέσχεν· ὁ δ' ἡγεμὼν ἐκεῖνος ἐξεπλάγη καὶ προσεκύνησεν, καὶ τὴν δέλτον ἀνοίξας, ἐπεδείκνυεν ἐρώτημα τοιοῦτον γεγραμμένον· Πότερόν σοι λευκὸν, ἢ μέλανα θύσω ταῦρον; Ὥστε καὶ τοὺς Ἐπικουρείους διατραπῆναι, κἀκεῖνον αὐτὸν τήν τε θυσίαν ἐπιτελεῖν, καὶ σέβεσθαι διὰ τέλους τὸν Μόψον.

46. Ὁ μὲν οὖν Δημήτριος ταῦτ' εἰπὼν, ἐσιώπησεν· ἐγὼ δὲ βουλόμενος ὥσπερ τι κεφάλαιον ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ, πρὸς τὸν Φίλιππον αὖθις ἀπέβλεψα καὶ τὸν Ἀμμώνιον, ὁμοῦ καθημένους. Ἔδοξαν οὖν μοι βούλεσθαί τι διαλεχθῆναι, καὶ πάλιν ἐπέσχον. Ὁ δ' Ἀμμώνιος, Ἔχει μὲν, ἔφη, καὶ Φίλιππος, ὦ Λαμπρία, περὶ τῶν εἰρημένων εἰπεῖν. Οἴεται γὰρ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, καὶ αὐτὸς, οὐχ ἕτερον εἶναι τὸν Ἀπόλλωνα θεὸν, ἀλλὰ τῷ ἡλίῳ τὸν αὐτόν. * Ἡ δ' ἐμὴ μείζων ἀπορία καὶ περὶ μειζόνων. Ἄρτι γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως τῷ λόγῳ παρεχωρήσαμεν ἐκ τῶν θεῶν τὴν μαντικὴν ἐς δαίμονας ἀτεχνῶς ἀποδιοπομπούμενοι. Νυνὶ δέ μοι δοκοῦμεν αὐτοὺς πάλιν ἐκείνους ἐξωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἐνθένδε τοῦ χρηστηρίου καὶ τοῦ τρίποδος, εἰς πνεύματα καὶ ἀτμοὺς καὶ ἀναθυμιάσεις τὴν τῆς μαντικῆς ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ τὴν οὐσίαν αὐτὴν καὶ τὴν δύναμιν ἀναλύοντες. Αἱ γὰρ εἰρημέναι κράσεις καὶ θερμότητες αὗται καὶ στομώσεις, ὅσῳ μᾶλλον ἐπάγουσι τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν θεῶν, καί τινα τοιοῦτον ἐπιβάλλουσι τῆς αἰτίας ἐπιλογισμὸν, οἵῳ ποιεῖ τὸν Κύκλωπα χρώμενον Εὐριπίδης·

Ἡ γῆ δ' ἀνάγκῃ, κἂν θέλῃ, κἂν μὴ θέλῃ,
τίκτουσα ποίαν, τἀμὰ πιαίνει βοτά.

Πλὴν ἐκεῖνος μὲν οὔ φησι θύειν θεοῖς, ἀλλ' ἑαυτῷ καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ δαιμόνων· ἡμεῖς δὲ καὶ θύομεν καὶ προσευχόμεθα, τί μαθόντες ἐπὶ τοῖς χρηστηρίοις, εἰ δύναμιν μὲν ἐν ἑαυταῖς μαντικὴν αἱ ψυχαὶ κομίζουσιν,

culis auditu accepimus : verene dictum, tu Demetri omnium optime exposueris.

XLV. Hic Demetrius : Ut nunc, inquit, res habeat ignoro; scitis enim me permultum temporis jam peregrinando confecisse. Cum autem essem in patria, florebant adhuc Mopsi et Amphilochi oracula. Habeo autem rem apprime admirabilem, quæ me præsente apud oraculum Mopsi evenit, quam vobis referam. Præfectus Ciliciæ, homo dubiæ de diis sententiæ, quod ei accidisse puto propter imbecillitatem incredulitatis de iis conceptæ, cæteroqui contumeliosus et pravus, cum circa se haberet Epicureos, qui freti pulchra (ut ipsi dicunt) ista sua physiologia religioni illudunt, libertum ad oraculum Mopsi misit, tanquam exploratorem in castra hostium subornatum, cum tabella obsignata, in qua nemine conscio quæstionem scripserat. Libertus cum pro more noctem in delubro exegisset, ac obdormivisset, facta die tale narravit somnium : visum fuisse sibi astare virum pulchrum, qui una hac voce, *Nigrum*, edita, statim discesserit. Absurdum nobis hoc videbatur, multumque hæsitationis injiciebat. At præfectus consternatus flexisque genibus veneratus Mopsum, aperuit tabulam, ostenditque nobis hanc inscriptam quæstionem : *Albumne tibi, an vero nigrum immolabo taurum?* Itaque et Epicureis pudor est injectus, et præfectus, sacrificio peracto isto, deinceps Mopsum coluit.

XLVI. His dictis Demetrius conticuit. Ego autem, qui summam disputationi imponere cuperem, sum in Philippum ac Ammonium intuitus, qui simul sedebant : videbanturque mihi velle aliquid dicere, et rursum vocem inhibuere. Tum Ammonius : Habet, inquit, mi Lampria, Philippus etiam quæ dicat de disputatis. Ipse enim quoque in eam, quæ plerorumque est, venit sententiam, Apollinem non esse a sole alium, sed eumdem cum eo deum. Mea autem gravior est, ac majoribus de rebus dubitatio. Ante, nescio quo modo, oratione eo rem deduximus, ut a diis divinationem ad genios utcunque rejiceremus. Nunc videmur mihi hos iterum oraculo et tripode detrudere atque exturbare, divinationis principium, imo ipsam substantiam ac vim, in spiritum, vapores, exhalationesque referentes. Quæ enim commemoratæ sunt temperies, calores, et quasi aciei ac roboris (qualia ferro candenti aquæ tinctura conciliat) in animum introductiones, sententiam nostram etiam longius a diis abducunt, quamdamque talem causæ oraculorum ratiocinationem proponunt, quali Cyclopem uti facit Euripides :

Tellus oportet, seu velit, seu non velit
gignendo gramine saginet meum pecus.

Hoc interest, quod ille negat *se diis sacrificare*, *sed sibi ipsi* ait *et ventri geniorum maximo*. Nos autem et sacrificamus, et vota facimus, nescio sane cur oraculorum isthæc gratia, si quidem animi nostri in se vim haben

ἡ δὲ κινοῦσα ταύτην, ἀέρος τίς ἐστι κρᾶσις ἢ πνεύματος; Αἱ δὲ τῶν ἱερίδων καταστάσεις τί βούλονται, καὶ τὸ μὴ θεμιστεύειν, εἰ μὴ τὸ ἱερεῖον ὅλον ἐξ ἄκρων σφυρῶν ὑπότρομον γένηται καὶ κραδανθῇ κατασπενδόμενον; Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ διασεῖσαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις θυσίαις, ἀλλὰ πᾶσι δεῖ τοῖς μέρεσι τὸν σάλον ὁμοῦ καὶ τὸν παλμὸν ἐγγενέσθαι μετὰ ψόφου τρομώδους. Ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὔ φασι χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν. Καίτοι θεῷ μὲν ἢ δαίμονι αἰτίαν τὴν πλείστην ἀνατιθέντας, εἰκός ἐστι ταῦτα ποιεῖν καὶ νομίζειν· ὡς δὲ σὺ λέγεις, οὐκ εἰκός. Ἡ γὰρ ἀναθυμίασις, ἄν τε πτοῆται τὸ ἱερεῖον, ἄν τε μὴ, παροῦσα ποιεῖ τὸν ἐνθουσιασμὸν, καὶ διαθήσει τὴν ψυχὴν ὁμοίως, οὐ τῆς Πυθίας μόνον, ἀλλὰ κἂν τοῦ τυχόντος ἅψηται σώματος. Ὅθεν εὔηθές ἐστι τὸ μιᾷ γυναικὶ πρὸς τὰ μαντεῖα χρῆσθαι, καὶ ταύτῃ παρέχειν πράγματα, φυλάττοντας ἁγνὴν διὰ βίου καὶ καθαρεύουσαν. Ὁ γὰρ Κορήτας ἐκεῖνος, ὃν Δελφοὶ λέγουσι πρῶτον ἐμπεσόντα τῆς περὶ τὸν τόπον δυνάμεως αἴσθησιν παρασχεῖν, οὐδὲν (οἶμαι) διέφερε τῶν ἄλλων αἰπόλων καὶ ποιμένων· εἴ γε δὴ τοῦτο μὴ μῦθός ἐστι, μηδὲ πλάσμα κενὸν, ὡς ἔγωγε ἡγοῦμαι· καὶ λογιζόμενος, πηλίκων ἀγαθῶν τουτὶ τὸ μαντεῖον αἴτιον γέγονε τοῖς Ἕλλησιν ἔν τε πολέμοις καὶ κτίσεσι πόλεων, ἔν τε λοιμοῖς καὶ καρπῶν ἀφορίαις, δεινὸν ἡγοῦμαι μὴ θεῷ καὶ προνοίᾳ τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ καὶ ἀρχὴν, ἀλλὰ τῷ κατὰ τύχην καὶ αὐτομάτῳ ἀνατίθεσθαι. Πρὸς δὴ ταῦτ', εἶπε, τὸν Λαμπρίαν βούλομαι διαλεχθῆναι· περιμένοις δέ; Πάνυ μὲν οὖν, ὁ Φίλιππος ἔφη, καὶ πάντες οὗτοι· πάντας γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος κεκίνηκε.

47. Κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, Ἐμὲ δ', εἶπον, οὐ κεκίνηκεν, ὦ Φίλιππε, μόνον, ἀλλὰ καὶ συγκέχυκεν, εἰ ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις οὖσιν ὑμῖν, δοκῶ παρ' ἡλικίαν τῷ πιθανῷ τοῦ λόγου καλλωπιζόμενος, ἀναιρεῖν τι καὶ κινεῖν τῶν ἀληθῶς καὶ θείως περὶ τοῦ θείου νενομισμένων. Ἀπολογήσομαι δὲ, μάρτυρα καὶ σύνδικον ὁμοῦ Πλάτωνα παριστάμενος. Ἐκεῖνος γὰρ ἀνὴρ Ἀναξαγόραν μὲν ἐμέμψατο τὸν παλαιὸν, ὅτι ταῖς φυσικαῖς ἄγαν ἐνδεδυμένος αἰτίαις, καὶ τὸ κατ' ἀνάγκην τοῖς τῶν σωμάτων ἀποτελούμενον πάθεσι μετιὼν ἀεὶ καὶ διώκων, τὸ οὗ ἕνεκα καὶ ὑφ' οὗ, βελτίονας αἰτίας οὔσας καὶ ἀρχὰς ἀφῆκεν· αὐτὸς δὲ πρῶτος ἢ μάλιστα τῶν φιλοσόφων ἀμφοτέρας ἐπεξῆλθε, τῷ μὲν θεῷ τὴν ἀρχὴν ἀποδιδοὺς * τῶν κατὰ λόγον ἐχόντων, οὐκ ἀποστερῶν δὲ τὴν ὕλην τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸ γινόμενον αἰτιῶν, ἀλλὰ συνορῶν, ὅτι τῇδέ πῃ καὶ τὸ πᾶν αἰσθητὸν διακεκοσμημένον, οὐ καθαρὸν δὲ οὐδ' ἀμιγές ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ὕλης συμπλεκομένης τῷ λόγῳ λαμβάνει τὴν γένεσιν. Ὅρα δὲ πρῶτον ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν· οἷον εὐθὺς ἡ περιβόητος ἐνταῦθα τοῦ κρατῆρος ἕδρα καὶ βάσις, ἣν Ἡρόδοτος ὑποκρητηρίδιον ὠνόμασεν, αἰτίας μὲν ἔχοντος ὑλικὰς, πῦρ καὶ σίδηρον, καὶ μάλαξιν διὰ πυρὸς, καὶ ὕδατος βαφὴν, ὧν ἄνευ γενέσθαι τὸ ἔργον οὐ-

divinandi, quam aeris aliqua aut venti excitet temperies. Jam quid sibi volunt constitutiones antistitarum? et quod oraculum non editur, nisi hostia tota ab imis talis contremiscat dum liquor inter libandum ei invergitur et concutiatur? Non enim satis est quassare caput, ut in aliis sacrificiis : sed oportet omnibus membris trepidationem et concussionem accidere cum tremulo sonitu : hoc nisi fiat, negant oraculum respondere, neque Pythiam introducunt. Atqui certe necesse est ut hæc cum faciunt, et fieri debere statuunt, diis aut geniis eorum causam ascribant : quo tu modo rem explicabas, probabile non est : vapor enim, sive tremat victima, sive non tremat, ubicunque adest, divinum instinctum incutit, animumque eodem modo afficiet, non tantum si Pythiæ, sed si quodcunque corpus attigerit; ut ineptum sit una muliere uti ad oracula, eique facessere negotium, ac per omnem vitam castam eam intactamque servare. Etenim Coretas ille, quem primum aiunt Delphi, cum eum in locum incidisset, facultatem loco insitam demonstrasse, nihil, arbitror, habuit, quo alios caprarios aut pastores excelleret : si tamen narratio de eo non est fabula et inane commentum. Mihi quidem nugæ videntur : et quoties ratiocinor, quantorum bonorum causam Græcis hoc præbuerit oraculum in bellis, condendis urbibus, pestilentiis, sterilitatibus, indignum facinus judico, inventionem ejus atque principium non deo, ac providentiæ, sed fortunæ et casui imputari. Hac de re, inquit, Lampriam volo disserere : modo tu, Philippe, moram hanc æquo animo feras. Maxime, inquit Philippus, cum ego, tum omnes isti : oratio enim hæc tua omnes nos commovit.

XLVII. Me vero, inquam ego, non movit tantum oratio hæc, sed plane pudorem incussit, si in tanto tantorum hominum cœtu vobis videar præter ætatem probabilitate sermonis fucum faciens convellere aliquid aut in dubium vocare voluisse eorum quæ vere et divinitus de rebus divinis statuta ac recepta sunt. Purgabo tamen me, teste ac patrono interim Platone ascito. Hic enim Anaxagoram veterem culpavit, quod nimis in naturales immersus causas, semperque necessitatem earum quæ corporibus naturalibus accidunt affectionum consectans atque persequens, finalem et efficientem causam, præstantiores in genere causarum, et potiora principia omisisset. Interim ipse aut primus aut maxime omnium philosophorum has utrasque tractavit, ita quidem ut deo principium eorum quæ ratione fiunt ascriberet : neque tamen materiam necessariis causis ad rerum ortum pertinentibus spoliaret : perspiciebat quippe, quod his causis quævis res naturalis ac exposita sensui cum adornetur, non simplex est aut mixtionis expers, sed materiæ cum forma implicatione oritur. Consideremus primum hoc in operibus artium. Offert se nobis statim famosus iste crateris fundus sive basis, quam hypocrateridium (id est fundamentum crateri substratum) Herodotus appellavit : materiales hic crater habet causas, ignem, ferrum, mollitionem vi ignis, immersionem in aquam, sine quibus nullo pacto

δεμία μηχανή· τὴν δὲ κυριωτέραν ἀρχὴν καὶ ταῦτα κινοῦσαν, καὶ διὰ τούτων ἐνεργοῦσαν, ἡ τέχνη καὶ ὁ λόγος τῷ ἔργῳ παρέσχε. Καὶ μὴν τῶν γε μιμημάτων τούτων καὶ εἰδώλων ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς ἐπιγέγραπται·

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
υἱὸς περθομέναν Ἰλίου ἀκρόπολιν·

ὡς ὁρᾶται γράψας· ἄνευ δὲ φαρμάκων συντριβέντων καὶ συμφθαρέντων ἀλλήλοις, οὐδὲν ἦν οἷόν τε τοιαύτην διάθεσιν λαβεῖν καὶ ὄψιν. Ἆρ' οὖν ὁ βουλόμενος ἅπτεσθαι τῆς ὑλικῆς ἀρχῆς, ζητῶν δὲ καὶ διδάσκων τὰ παθήματα καὶ τὰς μεταβολάς, ἃς ὤχρᾳ μιχθεῖσα σινωπὶς ἴσχει, καὶ μέλανι μηλιάς, ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ τεχνίτου δόξαν; Ὁ δὲ τοῦ σιδήρου τὴν στόμωσιν ἐπεξιὼν καὶ τὴν μάλαξιν, ὅτι τῷ μὲν πυρὶ χαλασθεὶς ἐνδίδωσι καὶ ὑπείκει τοῖς ἐλαύνουσι καὶ πλήττουσιν, ἐμπεσὼν δὲ πάλιν εἰς ὕδωρ ἀκραιφνές, καὶ τῇ ψυχρότητι διὰ τὴν ὑπὸ πυρὸς ἐγγενομένην ἁπαλότητα καὶ μανότητα, πιληθεὶς καὶ καταπυκνωθείς, εὐτονίαν ἴσχει καὶ πῆξιν, ἣν Ὅμηρος σιδήρου κράτος εἶπεν, ἧττόν τι τῷ τεχνίτῃ τηρεῖ τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ ἔργου γενέσεως; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἴομαι. Καὶ γὰρ τῶν ἰατρικῶν δυνάμεων ἔνιοι τὰς ποιότητας ἐλέγχουσι, τὴν δ' ἰατρικὴν οὐκ ἀναιροῦσιν. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ Πλάτων ὁρᾶν μὲν ἡμᾶς τῇ παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐγῇ συγκεραννυμένῃ πρὸς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἀκούειν δὲ τῇ πληγῇ τοῦ ἀέρος ἀποφαινόμενος, οὐκ ἀνῄρει τὸ κατὰ λόγον καὶ πρόνοιαν ὁρατικοὺς καὶ ἀκουστικοὺς γεγονέναι.

48. Καθόλου γάρ, ὥς φημι, δύο πάσης γενέσεως αἰτίας ἐχούσης, οἱ μὲν σφόδρα παλαιοὶ θεολόγοι καὶ ποιηταὶ τῇ κρείττονι μόνῃ τὸν νοῦν προσέχειν εἵλοντο, τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν ἐπιφθεγγόμενοι πᾶσι πράγμασι·

Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται·

ταῖς δ' ἀναγκαίαις καὶ φυσικαῖς οὐκ ἔτι προσῄεσαν αἰτίαις. Οἱ δὲ νεώτεροι τούτων καὶ φυσικοὶ προσαγορευόμενοι τοὐναντίον ἐκείνοις τῆς καλῆς καὶ θείας ἀποπλανηθέντες ἀρχῆς, ἐν σώμασι καὶ πάθεσι σωμάτων, πληγαῖς τε καὶ μεταβολαῖς καὶ κράσεσι τίθενται τὸ σύμπαν. Ὅθεν ἀμφοτέροις ὁ λόγος ἐνδεὴς τοῦ προσήκοντός ἐστι, τοῖς μὲν τὸ δι' οὗ καὶ ὑφ' οὗ, τοῖς δὲ τὸ ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ἀγνοοῦσιν, ἢ παραλείπουσιν. Ὁ δὲ πρῶτος ἐκφανῶς ἀψάμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ κατὰ λόγον ποιοῦντι καὶ κινοῦντι προσλαβὼν ἀναγκαίως τὸ ὑποκείμενον καὶ πάσχον, ἀπολύεται καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πᾶσαν ὑποψίαν καὶ διαβολήν. Οὐ γὰρ ἄλογον ποιοῦμεν οὐδ' ἄλογον τὴν μαντικήν, ὕλην μὲν αὐτῇ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ δ' ἐνθουσιαστικὸν πνεῦμα καὶ τὴν ἀναθυμίασιν, οἷον ὄργανον ἢ πλῆκτρον ἀποδιδόντες· πρῶτον μὲν γὰρ ἡ γεννήσασα γῆ τὰς ἀναθυμιάσεις, ὁ δὲ πᾶσαν ἐνδιδοὺς κράσεως τῇ γῇ καὶ μεταβολῆς δύναμιν ἥλιος, νόμῳ πατέρων θεός ἐστιν

opus hoc potuit confici : præstantiorem tamen causam, et quæ his movendis operaretur, ars et ratio operi præbuit. Præterea exemplaribus his atque simulacris, auctor et opifex inscriptus est:

Aglaophonte satus, patria Thasius, Polygnotus
arcis depinxit Dardaniæ excidium.

Ac pinxit, ut videtis, excidium Ilii : verum id fieri non potuit, ut nisi multis pigmentis tritis ac inter se permixtis picturæ hæc efficeretur forma. An ergo qui vult materialem causam attingere, quæritque et docet affectiones et mutationes, quæ accidunt sinopidi rubricæ cum ochra permixtæ, aut atramento cum melide, aliquid pictoris detrahit gloriæ? Aut qui explicat qua ratione ferro durities ac mollities inducantur, nempe quod igni laxatum tundentibus et percutientibus cedit, in aquam autem recentem immersum, ac frigore ob partam vi ignis teneritatem ac raritatem, coactum in se atque densatum, robur acquirit et crassitiem, quam Homerus vim ferri appellat, idcirco operis effectionem non relinquit artifici integram? Non equidem opinor. Nam et sunt qui vires medicamentorum aut qualitates examinent, nequaquam ii artem medicam abolentes. Sicut etiam haud dubie Plato videre nos oculorum splendore cum solis luce contemperato, ictoque aere audire dicens, non hoc negat, ratione et providentia nobis facultatem videndi atque audiendi obtigisse.

XLVIII. In universum enim, cum, ut dixi, quivis ortus duas habeat causas : antiquissimi theologi atque poetæ soli præstantiori animum advertere dignati sunt, commune hoc omnibus rebus accinentes :

Principium Jupiter, medium Jovis, omnia ab ipso.

Ad naturales autem et necessarias causas nunquam accesserunt. His posteriores, quibus physicorum nomen fuit inditum, diverso a prioribus instituto, a pulcherrimo illo et divino aberravere principio; omnia corporibus, eorumque perpessionibus, collisionibus, mutationibus, mixtionibus accepta ferre maluerunt. Quo fit, ut utrorumque ratio inconcinna sit; his per quem, et quapropter, illis e quibus rebus, et ob quas causas factæ sint, ignorantibus, aut saltem non exponentibus. Enimvero is, qui primus liquido utrumque causarum genus attigit, certaque ratione efficienti et moventi causæ adjunxit subjectum necessario motionum capax, is nos quoque omni sinistra suspicione et calumnia exonerat. Non enim dei aut rationis expertem facimus divinationem, dum ei pro subjecto animum humanum, spiritum autem seu vaporem enthusiasmos cientem instrumenti plectrive loco tribuimus. Jam primum terra quæ exhalationes istas parit, tum qui omnis temperiei ac mutationis facultatem terræ largitur sol, dii majo-

ἡμῖν· ἔπειτα δαίμονας ἐπιστάτας καὶ περιπόλους καὶ φύλακας, οἷον ἁρμονίας, τῆς κράσεως ταύτης, τὰ μὲν ἀνιέντας ἐν καιρῷ, * τὰ δ' ἐπιτείνοντας, καὶ τὸ ἄγαν ἐκστατικὸν αὐτῆς καὶ ταρακτικὸν ἀφαιροῦντας, τὸ δὲ κινητικὸν ἀλύπως καὶ ἀβλαβῶς τοῖς χρωμένοις καταμιγνύντας ἀπολείποντες, οὐδὲν ἄλογον ποιεῖν οὐδ' ἀδύνατον δόξομεν.

49. Οὐδέ γε προθυόμενοι καὶ καταστέφοντες ἱερεῖα καὶ κατασπένδοντες, ἐναντία τῷ λόγῳ τούτῳ πράττομεν. Οἱ γὰρ ἱερεῖς καὶ ὅσιοι θύειν φασὶ τὸ ἱερεῖον καὶ κατασπένδειν καὶ τὴν κίνησιν αὐτοῦ καὶ τὸν τρόμον ἀποθεωρεῖν, [οὐχ] ἑτέρου τινὸς τοῦθ' ἡμῖν, ἢ τοῦ θεμιστεύειν τὸν θεὸν λαμβάνοντες. Δεῖ γὰρ τὸ θύσιμον τῷ τε σώματι καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸν εἶναι καὶ ἀσινὲς καὶ ἀδιάφθορον. Μήνυτρα μὲν οὖν [τῶν] περὶ τὸ σῶμα κατιδεῖν, οὐ πάνυ χαλεπόν ἐστι· τὴν δὲ ψυχὴν δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες· τὸ γὰρ μὴ γευσάμενον, ὑγιαίνειν οὐκ οἴονται· τὴν δ' αἶγα διελέγχειν τὸ ψυχρὸν ὕδωρ· οὐ γὰρ εἶναι ψυχῆς κατὰ φύσιν ἐχούσης τὸ πρὸς τὴν κατάσπεισιν ἀπαθὲς καὶ ἀκίνητον. Ἐγὼ δὲ, κἂν ᾖ βέβαιον, ὅτι σημεῖόν ἐστι τοῦ θεμιστεύειν τὸ σείσασθαι καὶ τοῦ μὴ θεμιστεύειν τοὐναντίον, οὐχ ὁρῶ τί συμβαίνει δυσχερὲς ἀπ' αὐτοῦ τοῖς εἰρημένοις. Πᾶσα γὰρ δύναμις ᾧ πέφυκε σὺν καιρῷ βέλτιον ἢ χεῖρον ἀποδίδωσι· τοῦ δὲ καιροῦ διαφεύγοντος ἡμᾶς, σημεῖα διδόναι τὸν θεὸν εἰκός ἐστιν.

50. Οἴομαι μὲν οὖν μήτε τὴν ἀναθυμίασιν ὡσαύτως ἔχειν ἀεὶ διὰ παντὸς, ἀνέσεις δέ τινας ἴσχειν καὶ πάλιν σφοδρότητας. Ὧ δὲ τεκμηρίῳ χρῶμαι, μάρτυρας ἔχω καὶ ξένους πολλοὺς καὶ τοὺς θεραπεύοντας τὸ ἱερὸν ἅπαντας. Ὁ γὰρ οἶκος, ἐν ᾧ τοὺς χρωμένους τῷ θεῷ καθίζουσιν, οὔτε πολλάκις οὔτε τεταγμένως, ἀλλ' ὡς ἔτυχε διὰ χρόνων εὐωδίας ἀναπίμπλαται καὶ πνεύματος, οἵας ἂν τὰ ἥδιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν μύρων [ἀποφορὰς], ὥσπερ ἐκ πηγῆς τοῦ ἀδύτου προσβάλλοντος· ἐξανθεῖν γὰρ εἰκὸς ὑπὸ θερμότητος ἢ τινος ἄλλης ἐγγινομένης δυνάμεως. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ δοκεῖ πιθανὸν, ἀλλά γε τὴν Πυθίαν αὐτὴν ἐν πάθεσι καὶ διαφοραῖς ἄλλοτε ἄλλαις ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ψυχῆς ἴσχειν, ᾧ πλησιάζει τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ μίαν ἀεὶ κρᾶσιν ὥσπερ ἁρμονίαν ἀμετάβολον ἐν παντὶ καιρῷ διαφυλάττειν, ὁμολογήσετε. Πολλαὶ μὲν γὰρ αἰσθομένης, πλείονες δὲ ἄδηλοι, τό τε σῶμα καταλαμβάνουσι καὶ τὴν ψυχὴν ὑπορρέουσι δυσχέρειαι καὶ κινήσεις· ὧν ἀναπιμπλαμένην οὐκ ἄμεινον ἐκεῖ βαδίζειν, οὐδὲ παρέχειν ἑαυτὴν τῷ θεῷ μὴ παντάπασι καθαρὰν οὖσαν, ὥσπερ ὄργανον ἐξηρτυμένον καὶ εὐηχὲς, ἀλλ' ἐμπαθῆ καὶ ἀκατάστατον. Οὔτε γὰρ ὁ οἶνος ὡσαύτως ἀεὶ τὸν μεθυστικὸν, οὔθ' ὁ αὐλὸς τὸν ἐνθουσιαστικὸν ὁμοίως διατίθησιν, ἀλλὰ νῦν μὲν ἧττον οἱ αὐτοὶ, νῦν δὲ μᾶλλον ἐκβακχεύονται καὶ παροινοῦσι, τῆς κράσεως ἐν αὐτοῖς ἑτέρας γενομένης. Μάλιστα δὲ τὸ φανταστικὸν ἔοικε τῆς ψυχῆς ὑπὸ τοῦ σώματος ἀλλοιουμένου κρατεῖσθαι, καὶ

rum instituto nobis esse censentur; deinde huic temperiei genios, tanquam præsides, inspectores, custodesque cum addimus, qui alia tempestive suggerant, alia intendant, nimiamque abalienationem mentis et conturbationem restringant, spiritumque ita temperent, ut sine noxa et dolore moveat correptos, non videbimur aliquid vel absurdum vel impossibile facere.

XLIX. Præterea nostræ ratiocinationi hoc non adversatur, quod antequam oraculum petimus, victimam immolamus, coronamus, libamus. Sacerdotes enim et Hosii aiunt, se immolare victimam et libare, ac tremorem ejus et motum observare, unice signum hinc petentes an Deus responsurus sit. Nam hostiam oportet et quod ad corpus, et quod ad animum attinet, puram esse, integram, atque incorruptam. De corporibus judicium non est difficile: animam explorant, farinam tauris, ciceres suibus apponentes : si enim non gustent, non esse sanos judicant; et capram argui frigida affusa, si non moveatur; non enim esse animæ secundum naturam affectæ, non moveri neque affici cum libamenta inverguntur. Quod si constanter verum sit, tremorem hostiæ signum esse exituræ sortis, non tremendo demonstrari responsum nullum acceptum iri, non tamen ego video quid adversum iis, quæ supra sunt dicta, consequatur. Nimirum unaquævis facultas suo tempore melius quam alieno id ad quod natura eam destinavit, præstat: et cum ille temporis idoneus articulus nos fugiat, consentaneum est a deo nobis ejus signa monstrari.

L. Id quoque sentio, exhalationem istam non perpetuo esse ejusdem modi, sed intendi atque remitti interdum. Et mei argumenti, quo id confirmo, testes habeo cum multos peregrinos, tum eos omnes qui assiduo sacrarium hoc obeunt administros. Cella enim, in qua collocantur consultores oraculi, neque sæpe, neque statis temporibus, sed fortuitis interstitiis suavi odore impletur, ac spiritu e delubro, tanquam fonte quodam, oblato : qui fragrantia suavissimum quodque et pretiosissimum æquet unguentum : expelli autem verisimile est a calore, aut alia quadam innata vi. Hoc si cui non videtur probabile, at illud quidem universi fatebimini, ipsam Pythiam alias aliis et diversis inter se affectionibus citatam habere eam animi partem, quam tangit spiritus, neque ab ea unam semper animi temperiem, instar harmoniæ nullo temporis puncto mutabilis, conservari. Multæ enim sentiente ipsa, plures non animadvertente corpus ejus invadunt, animoque obrepunt molestiæ et commotiones : quibus oppletam nefas est ire ad cortinam et deo sese utendam exhibere, cum sit tunc non pura, velut instrumentum recte adornatum et sonum redditurum convenientem, verum turbulentam atque incompositam. Nam neque vinum ebriosum, neque fistula enthusiasmis captum eodem semper afficit modo, sed pro eo atque aliud vel aliud temperamentum in corpore obortum est, iidem alias magis, alias minus bacchantur ac insaniunt. Maxime omnium partium animi ea, qua imaginamur, videtur

συμμεταβάλλειν· ὡς δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῶν ὀνείρων. Ποτὲ μὲν γὰρ ἐν πολλαῖς γινόμεθα καὶ παντοδαπαῖς ἐνυπνίων ὄψεσι, ποτὲ δ' αὖ πάλιν πᾶσα γίνεται γαλήνη καὶ ἡσυχία τῶν τοιούτων. Καὶ Κλέωνα μὲν ἴσμεν αὐτοὶ τῶν ἐκ Δαυλείας τοῦτον ἐν πολλοῖς ἔτεσιν οἷς βεβίωκε φάσκοντα μηδὲν ἰδεῖν πώποτε ἐνύπνιον. Τῶν δὲ πρεσβυτέρων ταὐτὸ τοῦτο λέγεται περὶ Θρασυμήδους τοῦ Ἡραιέως. Αἰτία δ' ἡ κρᾶσις τοῦ σώματος, ὥσπερ αὖ πάλιν ἡ τῶν μελαγχολικῶν πολυόνειρος καὶ πολυφάνταστος, εἰ καὶ δοκεῖ τὸ εὐθυόνειρον αὐτοῖς ὑπάρχειν· * ἐπ' ἄλλα γὰρ ἄλλοτε τῷ φανταστικῷ τρεπόμενοι, καθάπερ οἱ πολλὰ βάλλοντες, ἐπιτυγχάνουσι πολλάκις.

sed ejecta prorsus, et exclusa: et perinde ac qui se una cum domo incendunt, omnia quæ intus sunt tumultus, fumi, et strepitus plena facit: nihil ut eorum quæ conducunt videri audirive possit. Itaque facilius in tempestate et alto mari navis vacua aliunde gubernatorem recipiet, quam homo ira fervens atque fluctuans alienam admittat orationem, si suam intus rationem non habeat præparatam. Sed quemadmodum qui obsidionem exspectant, desperatis externis auxiliis intro necessaria congerunt atque apponunt: ita maxime oportet quæ adversus iram faciunt, eminus e philosophia desumpta in animum comportare; quippe non facile facultas dabitur ea inferendi, cum eorum usum tempus postulabit. Non enim audit ob tumultum tunc anima quæ foris sunt, nisi intus suam rationem habeat quasi moderatorem, quæ celeriter accipiat et intelligat singulas exhortationes: ac si audiat etiam, placide dicta contemnit, asperius si quis instet, irritatur. Etenim animus superbus, contumax, omninoque ab alio difficulter se moveri sinens, veluti munita tyrannis, necesse est ut in se habeat, domesticumque sit id, quo debet opprimi.

III. Proinde continentes iræ, et crebræ offensæ, habitum animo ingenerant malum, qui iracundia dicitur, et in levitatem stomachandi, acerbitatem, morositatemque desinit: quando exulceratus animus minimas ob res dolorem concipit, et quævis etiam vilia culpat, ab iis ferri instar tenuis atque mollis lancinatus. At judicium illico iras inhibens atque reprimens, non in præsentia tantum medetur, sed in posterum quoque firmum facit animum et affectionum securum. Mihi quidem bis terve iram continenti id usu venit quod olim Thebanis: qui cum primum Lacedæmonios ante

σαν ὑπ' αὐτῶν μάχην· φρόνημα γὰρ ἔσχον, ὡς κρατεῖν ἔστι τῷ λογισμῷ. Ἑώρων δὲ οὐ μόνον ψυχροῦ κατασκεδαννυμένου λήγουσαν ὀργὴν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρησεν, ἀλλὰ καὶ φόβου προσαχθέντος ἀποσβεννυμένην· καὶ νὴ Δία χαρᾶς ἐπιγενομένης ἄφνω, καθ' Ὅμηρον, ἰάνθη καὶ διεχύθη πολλοῖς ὁ θυμός. Ὥστε μοι παρίστατο, μὴ παντελῶς ἀβοήθητον εἶναι τοῖς γε βουλομένοις τὸ πάθος. Οὐδὲ γὰρ ἀρχὰς ἔχει μεγάλας ἀεὶ καὶ ἰσχυρὰς, ἀλλὰ καὶ σκῶμμα καὶ παιδιὰ, καὶ τὸ γελάσαι τινὰ καὶ τὸ διανεῦσαι, καὶ πολλὰ τοιαῦτα πολλοὺς εἰς ὀργὴν καθίστησιν· ὥσπερ ἡ Ἑλένη τὴν ἀδελφιδῆν προσαγορεύσασα,

Παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέκτρα χρόνου,

παρώξυνεν εἰπεῖν,

Ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους·

καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Καλλισθένης, εἰπὼν, τῆς μεγάλης κύλικος περιφερομένης· Οὐ βούλομαι πιὼν Ἀλεξάνδρου Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι.

4. Καθάπερ οὖν τὴν φλόγα θριξὶ λαγῴαις ἀναπτομένην καὶ θρυαλλίσι καὶ συρφετῷ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπισχεῖν· ἐὰν δ' ἐπιλάβηται τῶν στερεῶν καὶ βάθος ἐχόντων, ταχὺ διέφθειρε καὶ συνεῖλεν ὑψηλὸν ἡβάσασα τεκτόνων πόνον, ὥς φησιν Αἰσχύλος· οὕτως ὁ τῷ θυμῷ προσέχων, ἐν ἀρχῇ καὶ κατὰ μικρὸν ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους ὁρῶν καπνιῶντα καὶ διακαιόμενον, οὐ μεγάλης δεῖται πραγματείας, ἀλλὰ πολλάκις αὐτῷ τῷ σιωπῆσαι καὶ καταμελῆσαι κατέπαυσε. Καὶ γὰρ τὸ πῦρ ὁ μὴ παρασχὼν ὕλην, ἔσβεσε, καὶ ὀργὴν, ὁ μὴ θρέψας ἐν ἀρχῇ καὶ μὴ φυσήσας ἑαυτὸν, ἐφυλάξατο καὶ καθεῖλεν. Οὐκ ἤρεσκεν οὖν μοι, καίπερ ἄλλα χρήσιμα λέγων καὶ παραινῶν ὁ Ἱερώνυμος, ἐν οἷς οὔ φησι γινομένης, ἀλλὰ γεγενημένης καὶ οὔσης αἴσθησιν ὀργῆς εἶναι διὰ τὸ τάχος. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῶν παθῶν συλλεγόμενον καὶ διακινούμενον ἔχει τὴν γένεσιν ἐμφανῆ καὶ τὴν αὔξησιν. * Ὡς δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμπείρως διδάσκει, λυπηθέντα μὲν εὐθὺς ἐξαίφνης ποιῶν τὸν Ἀχιλλέα, τοῦ λόγου προσπεσόντος, ἐν οἷς λέγει·

Ὣς φάτο· τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα·

θυμούμενον δὲ βραδέως τῷ Ἀγαμέμνονι, καὶ διὰ λόγων πολλῶν ἐκκαιόμενον· οὓς εἴ τις ὑφεῖλεν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ καὶ διεκώλυσεν, οὐκ ἂν ἔσχεν αὔξησιν ἡ διαφορὰ τηλικαύτην καὶ μέγεθος. Ὅθεν ὁ Σωκράτης ὁσάκις αἴσθοιτο κινουμένου τραχύτερον αὐτοῦ πρός τινα τῶν φίλων,

Πρὸ κύματος ὥς τινα ποντίαν ἄκραν στελλόμενος,

ἐνεδίδου τε τῇ φωνῇ, καὶ διεμειδία τῷ προσώπῳ, καὶ τὸ βλέμμα πρᾳότερον παρεῖχε, τῷ ῥέπειν ἐπὶ θάτερα καὶ πρὸς τοὐναντίον ἀντικινεῖσθαι τῷ πάθει, διαφυλάττων ἑαυτὸν ἀπτῶτα καὶ ἀήττητον.

5. Ἔστι γάρ τις, ὦ ἑταῖρε, πρώτη καθάπερ τυράννου κατάλυσις τοῦ θυμοῦ, μὴ πείθεσθαι, μηδ' ὑπα-

invictos creditos pepulissent, nullo unquam deinde ab iis victi sunt prælio. Sic et ipse fiduciam animo concepi, posse iram ratione superari. Vidi autem non modo frigida affusa iram sedari, ut Aristoteles narravit, sed et metu oblato exstinctam, et subito etiam mehercle gaudio *delinitum*, ut est apud Homerum, multis pacatumque *animum*. Itaque in hanc veni sententiam, iis qui operam navare velint, iram non esse incurabilem. Nam ne initia quidem semper habet magna ac valida : cum et dicterium, et jocus, et risus, et nutus, et multa id genus alia multis iræ causa fuerint; ut Helena consobrinam suam compellans:

Electra longo sane virgo tempore,

ita irritavit, ut ea responderet :

Sero sapis, olim turpiter ædes deserens;

et Alexandrum Callisthenes, cum diceret magno circumlato calice, *Nolo poculo Alexandri hausto Æsculapio opus habere.*

IV. Sicut ergo flammam pilis leporis, ellychnio, aut paleis accensam facile est inhibere : ubi vero solidas ac crassas res corripuit, celeriter absumit,

Sublime fabrorum se subjiciens opus,

ut ait Æschylus : ita qui iram ab initio animadvertit, sensimque intelligit eam a sermone aliquo aut promiscua scurrilitate incensam fumare, is non magno opus habet labore, sed plerumque ipso silentio et contemptu oppressit. Ut enim ignem exstinguit qui materiam ei non suggerit : ita iram præcavet et decutit, qui eam initio non alit, neque sese inflat. Quare tametsi multa alia utiliter dixerit atque docuerit Hieronymus, mihi tamen hoc ejus dictum non probatur, quod *iræ non nascentis, sed jam natæ atque existentis*, ait, *ob celeritatem esse sensum.* Nam nulla animi perturbatio alia collecta et exagitata tam conspicuum habet ortum atque incrementum. Atque hoc perite docuit Homerus, Achillem audito sermone subito corripi dolore faciens :

Dixit : at hunc nubes circumdedit atra doloris :

lente autem irascentem Agamemnoni, ac multis verbis inflammatum : quæ si quis ab initio intercepisset, non in tantam magnitudinem excrevisset jurgium. Itaque Socrates quoties sentiret se vehementius commotum adversus amicorum aliquem,

Ante fluctum subiens maritimum aliquod promontorium

vocem remittere solebat, vultu renidere, et mansuetius obtueri : vergendo in diversam partem, et contrariis perturbationi motus instituendo invictum se erectumque servans.

V. Est enim, amice, prima quædam excandescentiæ, tanquam tyranni, opprimendæ ratio, non parere, ne-

κούειν προστάττοντος αὐτοῦ μέγα βοᾶν καὶ δεινὸν βλέπειν, καὶ κόπτειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡσυχάζειν, καὶ μὴ συνεπιτείνειν, ὥσπερ νόσημα, ῥιπτασμῷ καὶ διαβοήσει τὸ πάθος. Αἱ μὲν γὰρ ἐρωτικαὶ πράξεις, οἷον ἐπικωμάσαι καὶ ᾆσαι καὶ στεφανῶσαι θύραν, ἔχουσιν ἁμωσγέπως κουφισμὸν οὐκ ἄχαριν οὐδὲ ἄμουσον·

Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
τὴν φλιήν. Εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημ', ἀδικῶ.

Αἵ τε τοῖς πενθοῦσιν ἐφέσεις τοῦ ἀποκλαῦσαι καὶ ἀποδύρασθαι, πολύ τι τῆς λύπης ἅμα τῷ δακρύῳ συνεξάγουσιν· ὁ δὲ θυμὸς ἐκριπίζεται μᾶλλον οἷς πράττουσι καὶ λέγουσιν οἱ ἐν αὐτῷ καθεστῶτες. Ἀτρεμεῖν οὖν κράτιστον ἢ φεύγειν καὶ ἀποκρύπτειν καὶ καθορμίζειν ἑαυτὸν εἰς ἡσυχίαν, ὥσπερ ἐπιληψίας ἀρχομένης συναισθανομένους, ἵνα μὴ πέσωμεν, μᾶλλον δὲ ἐπιπέσωμεν· ἐπιπίπτομεν δέ γε τοῖς φίλοις μάλιστά τε καὶ πλειστάκις. Οὐ γὰρ πάντων ἐρῶμεν, οὐδὲ πᾶσι φθονοῦμεν, οὐδὲ πάντας φοβούμεθα· θυμῷ δὲ ἄθικτον οὐδὲν, οὐδ' ἀνεπιχείρητον· ἀλλ' ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς νὴ Δία, καὶ θηρίοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν· ὡς ὁ Θάμυρις,

Ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας,
ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας·

καὶ ὁ Πάνδαρος, αὑτῷ καταρώμενος, εἰ μὴ τὰ τόξα καταπρήσειε χερσὶ διακλάσσας. Ὁ δὲ Ξέρξης καὶ τῇ θαλάττῃ στίγματα καὶ πληγὰς ἐνέβαλε, καὶ πρὸς τὸ ὄρος ἐξέπεμπεν ἐπιστολάς· Ἄθω δαιμόνιε οὐρανομήκη, μὴ ποιεῖν ἐν ἐμοῖς ἔργοις λίθους μεγάλους καὶ δυσκατεργάστους· εἰ δὲ μὴ, τεμὼν ῥίψω σε αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. Πολλὰ γάρ ἐστι τοῦ θυμοῦ φοβερὰ, πολλὰ δὲ καὶ γελοῖα· διὸ καὶ μισεῖται καὶ καταφρονεῖται μάλιστα τῶν παθῶν. Ἀμφότερα δ' ἐσκέφθαι χρήσιμον.

6. Ἐγὼ γ' οὖν, εἰ μὲν ὀρθῶς οὐκ οἶδα, ταύτην δὲ τῆς ἰατρείας ἀρχὴν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς εἵλωσι τὸ μεθύειν οἷόν ἐστι, κατεμάνθανον τὴν ὀργὴν ἐν ἑτέροις. Καὶ πρῶτον μὲν, ἣ φησιν Ἱπποκράτης χαλεπωτάτην εἶναι νόσον, ἐν ᾗ τοῦ νοσοῦντος ἀνομοιότατον αὑτῷ γίνεται τὸ πρόσωπον· οὕτως ὁρῶν ὑπ' ὀργῆς ἐξισταμένους μάλιστα καὶ μεταβάλλοντας ὄψιν, χρόαν, βάδισμα, φωνὴν, οἷον εἰκόνα τοῦ πάθους ἀπεματτόμην ἐμαυτῷ πάνυ δυσχεραίνων, εἰ φοβερὸς οὕτω καὶ παρακεκινηκὼς ὀφθείην ποτὲ τοῖς φίλοις καὶ τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς θυγατρίοις, οὐ μόνον ἰδεῖν ἄγριος καὶ ἀσυνήθης, ἀλλὰ καὶ φωνὴν ἀπηνῆ καὶ τραχεῖαν ἀφιείς· ὥσπερ ἑτέροις τῶν συνήθων ἐνετύγχανον, οὐχ ἦθος, οὐ μορφὴν, οὐ λόγου χάριν, οὐ τὸ πιθανὸν καὶ προσηνὲς ἐν ὁμιλίᾳ δυναμένοις ὑπ' ὀργῆς διαφυλάττειν. * Γαΐῳ μὲν οὖν Γράκχῳ τῷ ῥήτορι, καὶ τὸν τρόπον ὄντι χαλεπῷ καὶ περιπαθέστερον λέγοντι, διηρμοσμένον ἦν συρίγγιον, ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ σχολῇ ἐπ' ἀμφότερα διὰ τῶν τόνων ἄγουσι· καὶ τοῦτο ἔχων οἰκέτης αὐτοῦ λέγοντος ὄπισθεν ἑστὼς, ἐνεδίδου τόνον

que obtemperare ei jubenti vociferari, torvum tueri, cædere se ipsum : sed quiescere, neque affectum, morbi in morem, intentiorem jactatione et clamore facere. Nam amatoriæ quidem actiones, ut comessatum ire, cantare, sertis januam ornare, habent utcunque allevationem aliquam neque inelegantem neque rudem,

Nil clamans, quis vel cujus, veniam, oscula amicæ
fixi : ni licet hoc, flagitiosus ego :

et permissi in luctu fletus atque ejulatus, multum doloris una cum lacrymis educunt. Ira autem magis etiam accenditur iis quæ irati agunt ac dicunt. Ergo optimum est ut placide nos contineamus, aut fugiamus, occultemusve nos, et in quietem tanquam portum confugiamus, ubi iræ quasi morbi comitialis accessionem præsensimus, ne cadamus, aut in alios potius incidamus. Incidimus autem potissimum et sæpissime in amicos. Non enim omnes amamus, non omnibus invidemus, non omnes metuimus. Soli iræ nihil inaccessum est : irascimur et hostibus, et amicis, liberis, parentibus, atque adeo etiam diis, bestiis, anima carentibus instrumentis, ut Thamyris,

Auro illigatum cornu rumpens,
rumpens harmoniam tendifidis lyræ;

et Pandarus sese exsecrans, nisi arcum combureret

Confractum manibus.

Xerxes autem et mari stigmata ac verbera ingessit, et ad montem epistolam misit : *Atho divine, cœlum tangens vertice, noli meis operibus lapides inducere magnos et intractabiles : alioqui te excisum in mare deturbabo.* Sunt enim iræ multa terribilia, multa ridicula; itaque nullus animi motus perinde et in odio est et contemnitur. Expedit autem ambo ista considerari.

VI. Ego itaque, nescio an recte, medicinæ adversus id malum hoc initium cepi, ut in aliis, quomodo Lacones in helotibus ebrietatem, observarem iram, qualisnam ea res esset. Ac principio, sicut Hippocrates eum morbum periculosissimum ait esse, in quo ægrotantis facies sui dissimillima fiat : ita sentiens iratos maxime mutare faciem, colorem, incessum, vocem, veluti imaginem quamdam ejus affectionis animo mihi conformavi, admodum indignam rem existimans, si ita terribilis et abalienatus aliquando conspicerer ab amicis et uxore et filiabus, non visu modo ferus et insolens, sed et vocem edens immanem atque asperam : sicut ipse in quosdam familiarium incidissem, qui præ ira neque mores, neque formam, neque sermonis elegantiam, neque in colloquio comitatem, servare poterant. Caio quidem Graccho oratori, qui et moribus esset austerioribus, et in dicendo vehementior, fistula fuit concinnata, qua Musici vocem paulatim in utramque partem per tonos deducunt : hanc eo orante servus tenens a tergo astabat, tonumque lenem suggerebat,

ἐπιεικῆ καὶ πρᾷον, ᾧ τὴν κραυγὴν ἀνεκαλεῖτο, καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ θυμικὸν ἀφῄρει τῆς φωνῆς, ὥσπερ ὁ τῶν βουκόλων

— κηρόπλαστος ὀτοβεῖ
δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον,

ἐπιθέλγων καὶ καθιστὰς τὴν ὀργὴν τοῦ ῥήτορος. Ἐμοὶ δὲ εἴ τις ἐμμελὴς καὶ κομψὸς ἀκόλουθος ἦν, οὐκ ἂν ἠχθόμην αὐτοῦ προσφέροντος ἐπὶ ταῖς ὀργαῖς ἔσοπτρον, ὥσπερ ἐνίοις προσφέρουσι λουσαμένοις ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ. Τὸ δὲ αὑτὸν ἰδεῖν παρὰ φύσιν ἔχοντα καὶ συντεταραγμένον, οὐ μικρόν ἐστιν εἰς διαβολὴν τοῦ πάθους. Καὶ γὰρ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν λέγουσιν οἱ παίζοντες αὐλοῦσαν, ὑπὸ τοῦ σατύρου νουθετεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν·

Οὔτοι πρέπει τὸ σχῆμα· τοὺς αὐλοὺς μέθες,
καὶ θ' ὅπλα λάζευ, καὶ γνάθους εὐσχημόνει·

θεασαμένην δὲ τοῦ προσώπου τὴν ὄψιν ἐν ποταμῷ τινι, δυσχερᾶναι καὶ προέσθαι τοὺς αὐλούς· καίτοι παραμυθίαν ἡ τέχνη τῆς ἀμορφίας ἔχει τὴν εὐμέλειαν· καὶ ὁ Μαρσύας, ὡς ἔοικε, φορβειᾷ τινι καὶ περιστομίοις βίᾳ τοῦ πνεύματος τὸ ῥαγδαῖον ἐγκαθεῖρξε, καὶ τοῦ προσώπου κατεκόσμησε καὶ ἀπέκρυψε τὴν ἀνωμαλίαν·

Χρυσῷ δ' αἰγλήεντι συνήρμοσεν ἀμφιδασείας
κόρσας, καὶ στόμα λάβρον ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσιν.

Ἡ δὲ ὀργή, φυσῶσα καὶ διατείνουσα τὸ πρόσωπον ἀπρεπῶς, ἔτι μᾶλλον αἰσχρὰν ἀφίησι καὶ ἀτερπῆ φωνήν,

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.

Τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν· ἃ δὲ ὁ θυμὸς ἐκβράσσει τῆς ψυχῆς περιτρεπομένης ἀκόλαστα καὶ πικρὰ καὶ σπερμολόγα ῥήματα, τοὺς λέγοντας πρώτους καταῤῥυπαίνει, καὶ καταπίμπλησιν ἀδοξίας· ὡς ἀεὶ μὲν ἔχοντας ἐν αὐτοῖς ταῦτα καὶ πλήρεις ὄντας, ὑπὸ δὲ τῆς ὀργῆς ἀνακαλυπτομένους. Διὸ κουφοτάτου πράγματος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, λόγου, βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν, ἐχθροὶ καὶ κακολόγοι καὶ κακοήθεις δοκοῦντες εἶναι.

7. Ταῦτα οὖν ὁρῶντί μοι καὶ παραφυλάττοντι συμβαίνει τίθεσθαι καὶ διαμνημονεύειν ἐπιεικῶς πρὸς ἐμαυτόν, ὡς ἀγαθὸν μέν ἐστιν ἐν πυρετῷ, κρεῖττον δὲ ἐν ὀργῇ, τὴν γλῶτταν ἁπαλὴν ἔχειν καὶ λείαν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν πυρεττόντων ἐὰν μὴ κατὰ φύσιν σχῇ, σημεῖόν ἐστι πονηρόν, οὐκ αἴτιον· ἡ δὲ τῶν θυμουμένων, τραχεῖα καὶ ῥυπαρὰ γενομένη, καὶ ῥυεῖσα πρὸς λόγους ἀτόπους, ἔχθρας ἀνηκέστου δημιουργὸν ὕβριν ἐκφέρει, καὶ δυσμενείας ὑπούλου κατήγορον. Οὐδὲν γὰρ ὁ ἄκρατος ἀκόλαστον οὕτω καὶ δυσχερές, ὡς ὁ θυμός, ἀναδίδωσι. Κἀκεῖνα μὲν γέλωτι καὶ παιδιᾷ μέλει, ταῦτα δὲ χολῇ κέκραται· καὶ παρὰ πότον μὲν ὁ σιωπῶν, ἐπαχθὴς τοῖς συνοῦσι καὶ φορτικός· ἐν ὀργῇ δὲ σεμνό-

itaque herum a vociferatione revocabat, asperitatemque et iracundiam vocis auferebat : ita is iram dicentis demulcebat atque sedabat,

Ut pastoralis cera juncta fistula,
quando soporiferos sonitu ciet modos.

At mihi si quis elegans et accuratus comitetur famulus, ægre non tulerim si mihi irascenti speculum offerret, sicut nonnullis, ubi laverint, nulla utilitate exhibetur. Etenim videre se ipsum contra naturam affecto et conturbato vultu, non parum facit ad damnandam iram. Jocus fertur, Minervam cum fistula caneret, Satyro his verbis castiganti :

Non te decet forma isthæc, pone fistulas,
et arma capesse, componens recte genas,

non obtemperasse : cum autem in flumine faciem suam esset contuita, indignatam fuisse, ac missas fecisse fistulas : quanquam ars deformitatem cantus suavitate hic quidem compensabat. Et Marsyas, ut aiunt, capistro quodam atque orificio violentiam flatus intercepit, ac faciei inæqualitatem occultavit atque composuit :

Aurum tunc splendens malis circumdedit hirtis,
os patulum loris strinxit retroque ligatis.

Ira vero fœde inflans atque intendens faciem, etiam turpiorem et ingratam vocem emittit,

Mentis fides movens immotas antea.

Mare quidem purgari tradunt, quando ventis exagitatum muscum algamque ejicit. Quæ vero excandescentia animo conturbato evomit impudica, amara, et futiia verba, ea primum dicentes conspurcant, infamiaque obruunt; quod semper eorum pleni, tum per iram detegere videntur. Itaque irati, sermonis, quod apud Platonem est, rei levissimæ, gravissimas dant pœnas, inimici, maledici, et maligni crediti esse.

VII. Hæc mihi videnti et observanti usu venit nimirum ut mecum sic cogitarem et fere memoriæ mandarem Bonum esse in febri, melius autem in ira, linguam habere teneram, atque lævem. Nam febricitantium lingua si non sit naturæ convenienter affecta, signum est malum, non causa : at iratorum lingua exasperata, et inquinata, cum in absurda dicta erumpit, inimicitiæ implacabilis effectricem injuriam effert, et malevolentiæ occultæ delatricem. Vinum sane nihil æque intemperans et invisum, ut ira edit : et a vino quæ veniunt, risui et joco debentur, hæc felle mixta sunt. Atque inter pocula qui tacet, molestus est compotoribus atque insolens : in ira nihil magis decet quam quies, ut Sappho præcipit :

τερον οὐδὲν ἡσυχίας· ὡς ἡ Σαπφὼ παραινεῖ, Σκιδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλάκταν.

8. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἐπιλογίζεσθαι δίδωσι τὸ προσέχειν αὐτοῖς ἁλισκομένοις ὑπ' ὀργῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ θυμοῦ κατανοεῖν φύσιν, ὡς οὐκ εὐγενής, οὐδ' ἀνδρώδης, οὐδ' ἔχουσα φρόνημα καὶ μέγεθος ἐστὶν, ἀλλὰ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς τὸ ταρακτικὸν αὐτοῦ, πρακτικὸν, καὶ τὸ ἀπειλητικὸν, εὐθαρσὲς εἶναι, καὶ τὸ ἀπειθὲς, ἰσχυρόν· ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ὠμότητα, μεγαλουργίαν, καὶ τὸ δυσπαραίτητον, εὐτονίαν, καὶ μισοπονηρίαν, τὸ δύσκολον, οὐκ ὀρθῶς τίθενται. Τὰ γὰρ ἔργα καὶ τὰ κινήματα καὶ τὰ σχήματα * μικρότητα πολλὴν καὶ ἀσθένειαν κατηγορεῖ· οὐ μόνον ἐν οἷς παιδάρια σπαράττουσι, καὶ πρὸς γύναια διαπικραίνονται, καὶ κύνας καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους οἴονται δεῖν κολάζειν, ὡς Κτησιφῶν ὁ παγκρατιαστὴς ἀντιλακτίσαι τὴν ἡμίονον ἀξιῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς τυραννικὰς μιαιφονίας τῷ πικρῷ τὸ μικρόψυχον αὐτῶν, καὶ τῷ δρῶντι τὸ πεπονθὸς ἐνορώμενον, ἔοικε τοῖς δήγμασι τῶν ἑρπετῶν, ὅταν διακαῆ καὶ περιώδυνα γένηται, τὴν φλεγμονὴν ἀπερειδομένων σφόδρα τοῖς λελυπηκόσιν. Ὡς γὰρ οἴδημα μεγάλης ἐστὶν ἐν σαρκὶ πληγῆς πάθος, οὕτως ἐν ταῖς μαλακωτάταις ψυχαῖς ἡ πρὸς τὸ λυπῆσαι ἔνδοσις ἐκφέρει μείζονα θυμὸν ἀπὸ μείζονος ἀσθενείας. Διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων, καὶ γέροντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πράττοντες εὐτυχούντων· ὀργιλώτατος γὰρ ὁ φιλάργυρος πρὸς τὸν οἰκονόμον, ὁ γαστρίμαργος πρὸς τὸν ὀψοποιὸν, ὁ ζηλότυπος πρὸς τὸ γύναιον, ὁ κενόδοξος κακῶς ἀκούσας· χαλεπώτατοι δὲ, ἄγαν φιλοτιμίαν μνώμενοι ἐν πόλεσιν ἄνδρες, ἢ στάσιν, ἄλγος ἐμφανὲς, κατὰ Πίνδαρον. Οὕτως ἐκ τοῦ λυπουμένου μάλιστα τῆς ψυχῆς καὶ πάσχοντος ἀνίσταται μάλιστα δι' ἀσθένειαν ὁ θυμὸς, οὐχὶ νεύροις, ὥς τις εἶπε, τῆς ψυχῆς ἐοικὼς, ἀλλὰ ἐπιτάμασι καὶ σπάσμασιν ἐν ταῖς ἀμυντικαῖς ὁρμαῖς σφοδρότερον ἐξανισταμένης.

9. Τὰ μὲν οὖν φαῦλα παραδείγματα, τὴν θέαν οὐκ εὔχαριν, ἀλλ' ἀναγκαίαν μόνον εἶχε· τοὺς δ' ἠπίως καὶ λείως ὁμιλοῦντας ὀργαῖς, κάλλιστα μὲν ἀκούσματα, κάλλιστα δὲ θεάματα ποιούμενος, ἄρχομαι καταφρονεῖν τῶν λεγόντων·

Ἄνδρ' ἠδίκησας, ἄνδρ' ἀνεκτέον τόδε·

καὶ,

Βαῖνε λὰξ
ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πέλα χθονὶ,

καὶ τἄλλα παροξυντικὰ, δι' ὧν ἔνιοι τὸν θυμὸν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν οὐκ εὖ μετοικίζουσιν. Ἡ μὲν ἀνδρεία κατὰ τἄλλα τῇ δικαιοσύνῃ συμφερομένη, περὶ μόνης μοι δοκεῖ διαμάχεσθαι τῆς πρᾳότητος, ὡς αὐτῇ μᾶλλον προσηκούσης. Ἀνθρώπων μὲν γὰρ κρατῆσαι, καὶ χείροσι βελτιόνων, ὑπῆρξε· τὸ δ' ἐν ψυχῇ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τρόπαιον (ᾧ χαλεπὸν εἶ-

Ira cum pectus rapida occupavit,
futiles linguæ jubeo cavere
vana latratus jaculantis.

VIII. Non hæc duntaxat monent ut ira capti nosmet attendamus, sed et reliquam iræ naturam perspiciendam proponunt, scilicet non esse eam ingenuam, non virilem, neque a magni elatione animi proficisci. Videntur quidem plerisque ejus tumultus efficacitatem, comminationes audaciam, contumacia vim habere; sicut et crudelitatem nonnulli magnificentiæ, implacabilitatem constantiæ, morositatem odii malorum, nomine falso afficiunt. Nam facta, motus, formæ iratorum magnam pusillanimitatem imbecillitatemque declarant: non tum modo, cum pueros laniant, acerbe cum mulieribus expostulant, canesque, equos, et mulos putant puniendos, ut Ctesipho pancratiasta mulam calce referiendam sibi existimans: sed et in tyrannorum sceleratis homicidiis in sævitia animi humilitas, et in actionibus perpessiones eorum conspectæ, morsus serpentum referunt, quæ inflammationis et doloris impatientia æstum in ea, a quibus læsa sunt, emittunt. Sicut enim tumor nascitur in carne a magno ictu: sic in mollissimis animis ad lædendum facta inclinatio majorem excandescentiam a majore profert imbecillitate. Itaque et mulieres magis iracundæ sunt quam viri, et ægroti quam sani, et senes juvenibus, rebus adversis utentes prosperam habentibus fortunam: maxime irascitur avarus dispensatori, gulæ deditus coquo, zelotypus uxori, ambitiosus male dicenti, omnium vero morosissimi sunt qui honores in civitatibus avide petunt, aut factionem, *dolorem*, ut ait Pindarus, *manifestum*. Itaque ergo maxime passo aliquid et dolore affecto animo, ob ejus imbecillitatem exsurgit ira, non, quod quidam dixit, nervis animi similis, sed intentionibus et convulsionibus in ulciscendis cupiditatibus vehementius se efferentis.

IX. Vitiosa porro exempla considerationem habebant non jucundam, sed necessariam duntaxat: at eorum qui placide et leniter se gesserunt adversus iram, pulcherrimas voces, pulcherrima facta ad contemplandum proponens, spernere incipio eos qui dicunt:

Virum læsisti, sunt toleranda istæc viro;

et,

Pedibus preme cervicem, atque allide solo;

aliaque id genus ad irritandum facientia, quibus usi nonnulli iram e muliebri conclavi perperam in virile traduxerunt. Enimvero fortitudo aliis in rebus optime cum justitia congruens, de sola videtur mihi certare mansuetudine, eamque sibi vindicare. Etenim imperium in homines, etiam deterioribus in meliores obtigit: at in animo tropæum de ira statuere (cui pugnare

ναι διαμάχεσθαι, φησὶν Ἡράκλειτος· ὅ τι γὰρ ἂν θέλῃ, ψυχῆς ὠνεῖται) μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος, ὥσπερ νεῦρα καὶ τόνους ἀληθῶς ἐπὶ τὰ πάθη τὰς κρίσεις ἐχούσης. Διὸ καὶ συνάγειν ἀεὶ πειρῶμαι καὶ ἀναγινώσκειν οὐ ταῦτα δὴ μόνον τὰ τῶν φιλοσόφων, οὕς φασι χολὴν οὐκ ἔχειν οἱ νοῦν ἔχοντες, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ τῶν βασιλέων καὶ τυράννων· οἷον Ἀντιγόνου τὸ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὅτε τοὺς παρὰ τὴν σκηνὴν λοιδοροῦντας αὐτὸν ὡς οὐκ ἀκούοντα, τὴν βακτηρίαν ὑποβαλὼν ἔξω, Παπαὶ, εἶπεν, οὐ ποῤῥωτέρω ποι τραπόμενοι κακῶς ἐρεῖτε ἡμᾶς; Ἀρκαδίωνος δὲ τοῦ Ἀχαιοῦ τὸν Φίλιππον ἀεὶ κακῶς λέγοντος, καὶ φεύγειν παραινοῦντος

Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηται οἳ οὐκ ἴσασι Φίλιππον·

εἶτά πως ἐν Μακεδονίᾳ φανέντος, ᾤοντο δεῖν οἱ φίλοι κολάσαι καὶ μὴ περιιδεῖν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐντυχὼν αὐτῷ φιλανθρώπως, καὶ ξένια καὶ δῶρα πέμψας, ἐκέλευσεν ὕστερον πυνθάνεσθαι, τίνας λόγους ἀπαγγέλλοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας· ὡς δὲ πάντες ἐμαρτύρουν, ἐπαινέτην αὐτοῦ γεγονέναι τὸν ἄνδρα θαυμάσιον· Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, βελτίων ἰατρὸς ὑμῶν. Ἐν Ὀλυμπίοις δὲ βλασφημίας περὶ αὐτοῦ γενομένης, καί τινων λεγόντων, ὡς οἰμῶξαι προσήκει τοὺς Ἕλληνας, ὅτι εὖ πάσχοντες ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κακῶς αὐτὸν λέγουσι· Τί οὖν, ἔφη, ποιήσουσιν, ἂν κακῶς πάσχωσι; Καλὰ δὲ καὶ Πεισιστράτου τὰ πρὸς Θρασύβουλον, * καὶ Πορσήνα τὰ πρὸς Μούκιον, καὶ Μάγα τὰ πρὸς Φιλήμονα. Δημοσίᾳ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ κωμῳδηθεὶς ἐν θεάτρῳ·

Παρὰ τοῦ βασιλέως γράμμαθ' ἥκει σοι, Μάγα.
Μάγα κακόδαιμον, γράμματ' οὐκ ἐπίστασαι·

λαβὼν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Παραιτόνιον ἐξενεχθέντα, στρατιώτῃ μὲν ἐκέλευσε γυμνῇ τῇ μαχαίρᾳ θιγεῖν τοῦ τραχήλου μόνον, εἶτα κοσμίως ἀπελθεῖν· ἀστραγάλους δὲ καὶ σφαῖραν ὡς παιδαρίῳ νοῦν οὐκ ἔχοντι προσπέμψας ἀφῆκε. Πτολεμαῖος δὲ γραμματικὸν εἰς ἀμαθίαν ἐπισκώπτων, ἠρώτησε, τίς ὁ τοῦ Πηλέως πατὴρ ἦν· κἀκεῖνος· Ἂν σὺ πρότερον εἴπῃς, ἔφη, τίς ὁ τοῦ Λάγου. Τὸ δὲ σκῶμμα τῆς δυσγενείας ἥπτετο τοῦ βασιλέως, καὶ πάντες ἠγανάκτησαν ὡς οὐκ ἐπιτήδειον ὄντα φέρειν· καὶ ὁ Πτολεμαῖος, Εἰ μὴ τὸ φέρειν, ἔφη, σκωπτόμενον, οὐδὲ τὸ σκώπτειν βασιλικόν ἐστιν. Ἀλέξανδρος δὲ πικρότερος αὐτοῦ γέγονεν ἐν τοῖς περὶ Καλλισθένη καὶ Κλεῖτον· ᾗ καὶ Πῶρος ἁλοὺς παρεκάλει χρήσασθαι βασιλικῶς αὐτῷ· καὶ πυθομένου, Μή τι πλέον; Ἐν τῷ βασιλικῶς, ἔφη, πάντα ἔνεστι. Διὸ καὶ τῶν θεῶν τὸν βασιλέα μειλίχιον, Ἀθηναῖοι δὲ μαιμάκτην, οἶμαι, καλοῦσι· τὸ δὲ κολαστικὸν, ἐριννῶδες καὶ δαιμονικὸν, οὐ θεῖον δὲ, οὐδὲ ὀλύμπιον.

10. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Φιλίππου τις εἶπε κατασκάψαντος Ὄλυνθον, Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐκεῖνος οἰκίσαι γε πόλιν δύναιτο τηλικαύτην· οὕτως ἐστὶν εἰπεῖν πρὸς τὸν θυμόν· Ἀνατρέψαι μὲν δύνασαι, καὶ διαφθεῖραι καὶ καταβαλεῖν, ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι, καὶ φείσα-

difficile esse, Heraclitus dixit; quod quidquid concupiscit, id anima pro pretio data emit) magnæ est victricisque potentiæ, quæ, veluti nervis ac tendinibus, motus animi rectis judiciis dirigat. Quamobrem semper conor colligere et legere non philosophorum tantum ista facta, quos recte sentientes felle carere dicunt: sed magis ea, quæ regum sunt et tyrannorum. Quale est illud Antigoni, qui militibus ipsi prope suum tabernaculum tanquam non audienti maledicentibus, exserto scipione: *Papæ*, inquit, *non longius hinc digressi nobis obloquemini?* Arcadio Achivus Philippum nunquam non insectabatur verbis, aliisque solebat dicere: Fuge hinc,

Donec ad hos venias qui non novere Philippum:

hunc aliquando in Macedonia conspectum cum amici non omittendum, sed supplicio afficiendum dicerent, Phillppus humane compellatum donis muneribusque hospitalibus affecit: jussit deinde inquirere, quos de se ille apud Græcos spargeret sermones; omnibusque testantibus mirabilem eum Philippi laudatorem factum: *Ego itaque*, inquit, *melior vobis sum medicus.* Idem cum in festivitate Olympica dictum in se esset aliquid, et essent, qui Græcos debere infortunium habere censerent, quod a Philippo beneficiis acceptis male ei dicerent: *Quid ergo*, ait, *facient, si male ipsis fecero?* Præclare etiam Pisistratus se erga Thrasybulum, et Porsena adversus Mucium gessit. Magas a Philemone publice in theatro comica scurrilitate exagitatus his verbis erat:

A rege litteræ veniunt tibi, Maga.
Infortunate, litteras nescis, Maga.

Hunc Philemonem Magas tempestate ad Parætonium ejectum cum cepisset, militi mandavit ut ejus cervicem nudo gladio tantum attingeret, ac comiter discederet: misit deinde pilam ei ac talos ut puerulo mentis inopi, ac dimisit. Ptolemæus grammaticum ob inscitiam subsannans, interrogabat, *Quis Pelei fuisset pater;* respondit ille: *Tu prius dic, quis Lagi fuerit pater:* id dicterium obscuritatem generis regi exprobrabat, videbaturque indignantibus omnibus non esse impune ferendum; at Ptolemæus: *Si non regium est*, inquit, *salse in se dicta ferre; ne salse dicta quidem in alium jacere, regium est.* Alexander in Callisthenem et Clitum fuit sævissimus: itaque et Porus captus, petiit ut ab ipso tractaretur *regaliter:* et inte rogatus an præterea aliquid peteret, in *regali* tractatione omnia inesse respondit. Itaque etiam deorum regem Milichium (quasi mitem et blandum), Athenienses Mæmacten, puto, vocant: at supplicia exigendi vim, non divinam, non cœlestem, sed furiosam ac dæmonicam nominant.

X. Quo igitur modo de Philippo, cum is Olynthum excidisset, quidam dixit: *At certe tantam is urbem condere non posset;* ita etiam iræ dicere liceat: Evertere potes, perdere, dejicere; at erigere, servare,

σθαι καὶ καρτερῆσαι, πραότητός ἐστι καὶ συγγνώμης καὶ μετριοπαθείας, καὶ Καμίλλου, καὶ Μετέλλου, καὶ Ἀριστείδου, καὶ Σωκράτους· τὸ δ' ἐμφῦναι καὶ δακεῖν, μυρμηκῶδες καὶ μυῶδες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄμυναν ἅμα σκοπῶν, τὸν δι' ὀργῆς τρόπον ἄπρακτον εὑρίσκω τὰ πολλά, δήγμασι χειλῶν καὶ πρίσεσιν ὀδόντων καὶ κεναῖς ἐπιδρομαῖς καὶ βλασφημίαις ἀπειλὰς ἀνοήτους ἐχούσαις καταναλισκόμενον, εἶτα ὥσπερ ἐν τοῖς δρόμοις τὰ παιδία, τῷ μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, προκαταπίπτοντα τοῦ τέλους ἐφ' ὃ σπεύδει γελοίως. Ὅθεν οὐ φαύλως ὁ Ῥόδιος πρὸς ὑπηρέτην τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ βοῶντα καὶ θρασυνόμενον· Οὐ μέλει μοι, τί σὺ λέγεις, ἀλλὰ τί τῆνος σιγῇ. Καὶ τὸν Νεοπτόλεμον ὁ Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας, Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα, φησὶν, ἐρρηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων. Τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἔνιοι τῶν βαρβάρων φαρμάσσουσιν, ἡ δ' ἀνδρεία χολῆς οὐ δεῖται· βέβαπται γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου· τὸ δὲ θυμικὸν καὶ μανικὸν, εὐπερίθραυστόν ἐστι καὶ σαθρόν. Ἀφαιροῦσι γοῦν αὐλοῖς τὸν θυμὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν μαχομένων, καὶ Μούσαις πρὸ πολέμου θύουσιν, ὅπως ὁ λόγος ἐμμένῃ· καὶ τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους, οὐ διώκουσιν, ἀλλ' ἀνακαλοῦνται τὸν θυμὸν, ὥσπερ τὰ σύμμετρα τῶν ἐγχειριδίων εὐανακόμιστον ὄντα καὶ ῥᾴδιον. Ὀργὴ δὲ μυρίους προανεῖλε τῆς ἀμύνης, ὡς Κῦρον καὶ Πελοπίδαν τὸν Θηβαῖον. Ἀγαθοκλῆς δὲ πρᾴως ἔφερε λοιδορούμενος ὑπὸ τῶν πολιορκουμένων· καί τινος εἰπόντος, Κεραμεῦ, πόθεν ἀποδώσεις τοῖς ξένοις τὸν μισθόν; ἐπιγελάσας· Αἴκε ταύταν ἐξέλω. Καὶ τὸν Ἀντίγονον ἀπὸ τοῦ τείχους τινὲς εἰς ἀμορφίαν ἔσκωπτον· ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· Καὶ μὴν ἐδόκουν εὐπρόσωπος εἶναι. Λαβὼν δὲ τὴν πόλιν, ἐπίπρασκε τοὺς σκώπτοντας, μαρτυράμενος, ὅτι πρὸς τοὺς δεσπότας ἕξει τὸν λόγον, ἂν πάλιν αὐτὸν λοιδορῶσιν. Ὁρῶ δὲ καὶ κυνηγοὺς σφαλλομένους ὑπ' ὀργῆς μεγάλα, καὶ ῥήτορας. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ, Σατύρου τοὺς φίλους * ἐμφράξαι τὰ ὦτα κηρῷ δίκην ἔχοντος, ὅπως μὴ συγχέῃ τὸ πρᾶγμα διὰ θυμὸν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν λοιδορούμενος. Αὐτοὺς δὲ ἡμᾶς οὐ πολλάκις ἐκφεύγει τὸ κολάσαι πλημμελήσαντα δοῦλον; ἀποδιδράσκουσι γὰρ τὰς ἀπειλὰς καὶ τοὺς λόγους δείσαντες. Ὅπερ οὖν αἱ τίτθαι πρὸς τὰ παιδία λέγουσι· Μὴ κλαῖε, καὶ λήψῃ· τοῦτο πρὸς τὸν θυμὸν οὐκ ἀχρήστως λεκτέον· Μὴ σπεῦδε, μηδὲ βόα, μηδὲ ἐπείγου, καὶ μᾶλλον ἃ θέλεις γενήσεται καὶ βέλτιον. Καὶ γὰρ παῖδα πατὴρ ἰδὼν ἐπιχειροῦντά τι σιδηρίῳ διελεῖν ἢ τεμεῖν, αὐτὸς λαβὼν τὸ σιδήριον ἐποίησε· καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν τιμωρίαν παραλόμενος, αὐτὸς ἀσφαλῶς καὶ ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἐκόλασε τὸν ἄξιον, οὐχ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ θυμὸς ἀντ' ἐκείνου πολλάκις.

ΙΙ. Πάντων δὲ τῶν παθῶν ἐθισμοῦ δεομένων, οἷον δαμάζοντος καὶ καταθλοῦντος ἀσκήσει τὸ ἄλογον καὶ δυσπειθὲς, οὐ πρὸς ἄλλο μᾶλλόν ἐστιν ἐγγυμνάσασθαι τοῖς οἰκέταις ἢ πρὸς τὸν θυμόν. Οὔτε γὰρ φθόνος, οὔτε φόβος, οὔτε φιλοτιμία τις ἐγγίνεται πρὸς αὐτούς· ὀργαὶ

parcere, tolerare, mansuetudinis est, indulgentiæ, moderationis, et Camilli opus, Metelli, Aristidis, Socratis : inhærere autem et mordere, formicarum est et muscarum. Verum enimvero re probe considerata, eam quæ ab ira dependet ulciscendi sui rationem invenio plerumque inefficacem, ut quæ fere in morsum labiorum, frendendum dentibus, vanas incursiones, maledicta stultas habentia minas insumatur, ac deinde ridicule ante quam ad finem ad quem festinabat perveniatur, ultro concidentem : sicut pueris in cursu ob virium exilitatem usu venit. Itaque non inepte Rhodius ille ad lictorem prætoris Romani clamantem et ferocientem : *Non curo*, inquit, *tu quid clames, sed iste quid taceat* : et Sophocles Neoptolemum Eurypylumque armans, ait eos *sine conviciis sese jactasse et in orbes æreorum armorum irruisse.* Ferrum quidem nonnulli barbarorum veneno inficiunt, at fortitudini bile nihil opus est, rationem pro tinctura habenti : furiosi autem impetus iræ, putridi sunt ac facile retunduntur. Itaque Lacedæmonii tibiarum cantu pugnantium animos iracundia solvunt, et ante pugnam Musis sacrificant, ut ratio sibi constet ; hostesque fusos non persequuntur, sed revocant animum, instar pugionis modicii facilem receptu. Ira innumeros peremit ante quam sese ulciscerentur : de quibus est etiam Cyrus, et Pelopidas Thebanus. Agathocles vero ab obsessis convicio impetitus, æquo animo tulit : et quodam dicente, *Figule, unde mercenariis persolves stipendia?* subridens ait : *Ubi hanc urbem cepero*. Antigonus quoque de muro quibusdam ei deformitatem exprobrantibus : *Atqui*, inquit, *videbar mihi facie esse honesta ;* capta deinde urbe, irrisores istos vendidit, protestatus si denuo conviciarentur, apud dominos ipsorum se acturum. Video autem et venatores et oratores per iram graviter lapsos. Aristoteles ait, Satyro amicos causam in judicio dicturo aures cera obturasse, ne, inimicorum irritatus maledictis, ob animi fervorem a proposito dilaberetur. Quid? nonne nobis ipsis sæpe evenit ut servus delinquens non det pœnas ? aufugiunt enim minarum et verborum ob metum. Quod ergo nutrices pueris dicunt : Si non plores, accipies; id non incommode animo efferescenti dicemus : Noli festinare, non clama, non urge, eo magis et rectius fiet quod volebas. Etenim puerum pater videns aliquid ferro conantem dividere aut scindere, ipse ferro accepto id fecit : et iræ vindictam aliquis adimens, ipse tuto et sine damno atque utiliter supplicium digno intulit, non sibi ipsi, ut ira permutans sæpenumero facit.

XI. Jam cum omnes affectus assuefactionem desiderent, qua bruta et contumax animi facultas dometur, rationique subjiciatur, erga servos nullus alius exercitationem præbet affectus perinde atque ira. Non enim invidemus servis, non metuimus eos, neque contentio-

ὲ συνεχεῖς πολλὰ ποιοῦσαι προσκρούσματα καὶ σφάλ-
ιατα διὰ τὴν ἐξουσίαν, ὥσπερ ἐν ὀλισθηρῷ χωρίῳ, ιηδενὸς ἐνισταμένου μηδὲ κωλύοντος, ὑποφέρουσαι.)ὐ γάρ ἐστιν ἀναμάρτητον ἐν πάθει τὸ ἀνυπεύθυνον κα-
τασχεῖν, μὴ πολλῇ τὴν ἐξουσίαν ἐμπεριλαβόντα πραό-
τητι, μηδὲ πολλὰς ὑπομείναντα φωνὰς γυναικὸς, καὶ)ίλων ἐγκαλούντων ἀτονίαν καὶ ῥαθυμίαν. Οἷς μάλι-
τα παρωξυνόμην καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοὺς οἰκέτας, ὡς τῷ ιὴ κολάζεσθαι διαφθειρομένους. Ὀψὲ μέντοι συνεῖδον, τι πρῶτον μὲν ἐκείνους ἀνεξικακίᾳ χείρονας ποιεῖν ιέλτιόν ἐστιν, ἢ πικρίᾳ καὶ θυμῷ διαστρέφειν ἑαυτὸν ἰς ἑτέρων ἐπανόρθωσιν. Ἔπειτα πολλοὺς ὁρῶν αὐτῷ ῷ μὴ κολάζεσθαι πολλάκις αἰδουμένους κακοὺς εἶναι, αὶ μεταβολῆς ἀρχὴν, τὴν συγγνώμην μᾶλλον ἢ τὴν ιμωρίαν λαμβάνοντας, καὶ νὴ Δία δουλεύοντας ἑτέ-
οις ἀπὸ νεύματος σιωπῇ καὶ προθυμότερον, ἢ μετὰ τληγῶν καὶ στιγμάτων ἑτέροις, ἐπειθόμην ἡγεμονι-
ώτερον εἶναι τοῦ θυμοῦ τὸν λογισμόν. Οὐ γὰρ, ὡς ὁ τοιητὴς εἶπεν,

Ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς·

λλὰ τοὐναντίον αἰδουμένοις ὁ σωφρονίζων ἐγγίνεται όδος. Ἡ δὲ συνεχὴς πληγὴ καὶ ἀπαραίτητος οὐ με-
άνοιαν ἐμποιεῖ τοῦ κακουργεῖν, ἀλλὰ τοῦ λανθά-
ειν πρόνοιαν μᾶλλον. Τρίτον, ἀεὶ μνημονεύων καὶ ιανοούμενος πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς οὔτε ὁ τοξεύειν ἡμᾶς ιδάξας ἐκώλυσε βάλλειν, ἀλλὰ μὴ διαμαρτάνειν, οὔτε ῷ κολάζειν ἐμποδὼν ἔσται, τὸ διδάσκειν εὐκαίρως οῦτο ποιεῖν, καὶ μετρίως καὶ ὠφελίμως καὶ πρεπόν-
ως· πειρῶμαι τὴν ὀργὴν ἀφαιρεῖν μάλιστα τῷ μὴ πα-
αιρεῖσθαι τῶν κολαζομένων τὴν δικαιολογίαν, ἀλλ' κούειν. Ὅ τε γὰρ χρόνος ἐμποιεῖ τῷ πάθει διατριβὴν, αὶ μέλλησιν ἐκλύουσαν, ἥ τε κρίσις εὑρίσκει καὶ τρό-
τον πρέποντα καὶ μέγεθος ἁρμόττον κολάσεως· ἔτι ὲ, οὐχ ὑπολείπεται πρόφασις τῷ διδόντι δίκην ἀντι-
είνειν πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν, ἂν μὴ κατ' ὀργὴν, ἀλλ' ξελεγχθεὶς κολάζηται. Τὸ δὲ αἴσχιστον οὐ πρόσεστι, αίνεσθαι δικαιότερα τοῦ δεσπότου λέγοντα τὸν οἰκέ-
την. Ὥσπερ οὖν ὁ Φωκίων μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τε-
λευτὴν οὐκ ἐῶν προεξανίστασθαι τοὺς Ἀθηναίους, οὐδὲ ταχὺ πιστεύειν· Εἰ σήμερον, εἶπεν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέθνηκε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰς τρίτην τεθνηκώς· ὕτως οἶμαι δεῖν ὑποβάλλειν ἑαυτῷ τὸν σπεύδοντα δι' ργὴν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν· Εἰ σήμερον οὗτος ἠδίκησε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰς τρίτην ἠδικηκώς· καὶ δεινὸν οὐδὲν, εἰ δώσει δίκην βράδιον, ἀλλ' εἰ ταχὺ παθὼν, ἀεὶ φανεῖται μὴ ἀδικῶν· ὅπερ ἤδη συμβέβηκε πολλά-
κις. Τίς γὰρ ἡμῶν οὕτω δεινός ἐστιν, ὥστε κολάζειν καὶ μαστιγοῦν δοῦλον, * ὅτι πέμπτην ἢ δεκάτην ἡμέ-
ραν προσέκαυσε τοὖψον, ἢ κατέβαλε τὴν τράπεζαν, ἢ βράδιον ὑπήκουσε; Καὶ μὴν ταῦτ' ἐστὶν ἐφ' οἷς εὐθὺς γενομένοις καὶ προσφάτοις οὖσι, ταραττόμεθα, καὶ πικρῶς καὶ ἀπαραιτήτως ἔχομεν. Ὡς γὰρ δι' ὁμίχλης τὰ σώματα, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαί-

nem de honore cum iis suscipimus : iræ, et quidem continentes oboriuntur, et multis delictis atque offensis causam præbent, nos in potestate, tanquam lubrico loco, constitutos, ideoque, obstantem aut prohibentem neminem habentes, labefactant. Non enim libertas nulli cognitioni aut pœnæ subjecta abstineri a peccando potest, nisi quis magna eam muniat mansuetudine, multasque possit perferre voces mulieris et amicorum mollitiem et socordiam vitio dantium : quibus ego etiam vocibus maxime irritatus adversum servos fui, tanquam impunitate deteriores futuros. Sero tamen hoc primum perspexi, præstare eos indulgentia pejores fieri quam sævitia et furore aliorum corrigendorum causa me ipsum perverti. Secundo hoc etiam videns, multos impunitate eo adduci, ut mali esse vereantur, et mutandorum morum initium veniam potius quam pœnam iis præbuisse : aliisque eos tacite ad nutum promptius quam aliis verberantibus et stigmate notantibus servire ; persuasi mihi, ad imperandum plus conducere rationem ira. Non enim, ut poeta dixit :

— Ubi sit timor, hic pudor exstat :

sed contra, verecundia affectis innascitur modestiæ magister metus. Continua autem flagra et exorari nescia non tam pœnitentiam injiciunt malefactorum, quam latendi meditationem. Tertio identidem memoria revolvens atque cogitans, neque eum qui sagittas jacere nos docuit, prohibuisse jacere, sed non aberrare : igitur neque punitionem impediri doctrina recte puniendi, et tempestive, utiliter atque convenienter : hæc igitur memoria recolens, maxime conor iram amoliri, quod defensione puniendos non privo, sed audio. Nam et tempus moram perturbationi animi injicit, et cunctationem quæ motum mitiget : et judicio invenitur ratio conveniens, modusque pœnæ justus : ad hæc, ei qui plectitur non datur præscriptio correctioni sese opponendi, quando non ob iram, sed convictus pœnas dat ; et, quod turpius sit, non videbitur servus justiora quam dominus dicere. Itaque sicut Phocion Athenienses, audita Alexandri morte, non sinebat præmature insurgere, neque celeriter credere, sed aiebat : *Si hodie, Athenienses, mortuus est Alexander, etiam cras ac perendie erit mortuus* : sic arbitror, eum, qui ad capiendum supplicium properat iratus, debere sibi subjicere, Si hodie iste meruit pœnam, etiam cras erit, et perendie in noxa : neque in eo mali quicquam est, si serius luit flagitium, sed si celeriter punitus perpetuo videatur insons : quod quidem sæpenumero accidit. Quis enim nostrum ita sævus est, ut cruciet aut flagellet servum, propterea quod quinto ante aut decimo die adussit cibum, vel mensam evertit, vel tardius dicto fuit audiens? At ob hæc ipsa, statim atque fiunt et dum sunt recentia, turbamur, et implacabiles sævique sumus. Ut enim per nebulam corpora, sic per iram res

νεται. Διὸ δεῖ ταχὺ συμμνημονεύειν τῶν ὁμοίων, καὶ τοῦ πάθους ἔξωθεν ὄντα ἀνυπόπτως, ἂν καθαρῷ τῷ λογισμῷ καὶ καθεστῶτι φαίνηται μοχθηρὸν, ἐπιστραφῆναι, καὶ μὴ προέσθαι τότε μηδ' ἀφεῖναι τὴν κόλασιν, ὥσπερ σιτίον, ἀνορέκτους γεγονότας. Οὐδὲν γὰρ οὕτως αἴτιόν ἐστι τοῦ παρούσης ὀργῆς κολάζειν, ὡς τὸ παυσαμένης μὴ κολάζειν, ἀλλ' ἐκλελῆσθαι, καὶ ταυτὸν πεπονθέναι τοῖς ἀργοῖς κωπηλάταις, οἳ γαλήνης ὁρμοῦσιν, εἶτα κινδυνεύουσιν ἀνέμῳ πλέοντες. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τοῦ λογισμοῦ κατεγνωκότες ἀτονίαν καὶ μαλακίαν ἐν τῷ κολάζειν, σπεύδομεν παρόντι τῷ θυμῷ, καθάπερ πνεύματι παραβόλῳ. Τροφῇ μὲν γὰρ ὁ πεινῶν κατὰ φύσιν χρῆται, τιμωρίᾳ δὲ ὁ μὴ πεινῶν μηδὲ διψῶν αὐτῆς· μηδὲ ὥσπερ ὄψου πρὸς τὸ κολάσαι τοῦ θυμοῦ δεόμενος, ἀλλ' ὅταν ποῤῥωτάτω τοῦ ὀρέγεσθαι γένηται, προσάγων τὸν λογισμὸν ἀναγκαίως. Οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, κατ' αὐτὸν ἐν Τυῤῥηνίᾳ μαστιγοῦσθαι τοὺς οἰκέτας πρὸς αὐλὸν, οὕτω πρὸς ἡδονὴν δεῖ καθάπερ ἀπολαύσματος ὀρέξει, τῆς τιμωρίας ἐμφορεῖσθαι καὶ χαίρειν κολάζοντας, εἶτα μετανοεῖν· ὧν τὸ μὲν, θηριῶδες, τὸ δὲ, γυναικῶδες· ἀλλὰ καὶ λύπης καὶ ἡδονῆς χωρὶς, ἐν τῷ τοῦ λογισμοῦ χρόνῳ τὴν δίκην κολάζεσθαι, μὴ ὑπολείποντα τῷ θυμῷ πρόφασιν.

12. Αὕτη μὲν οὖν ἴσως οὐκ ὀργῆς ἰατρεία φανεῖται, διάκρουσις δὲ καὶ φυλακὴ τῶν ἐν ὀργῇ τινος ἁμαρτημάτων. Καίτοι καὶ σπληνὸς οἴδημα, σύμπτωμα μέν ἐστι πυρετοῦ, πραϋνόμενον δὲ, κουφίζει τὸν πυρετὸν, ὥς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀλλ' αὐτῆς γε τῆς ὀργῆς ἀναθεωρῶν τὴν γένεσιν, ἄλλους ὑπ' ἄλλων αἰτιῶν ἐμπίπτοντας εἰς αὐτὴν ἑώρων, οἷς ἐπιεικῶς ἅπασι δόξα τοῦ καταφρονεῖσθαι καὶ ἀμελεῖσθαι παραγίνεται. Διὸ καὶ τοῖς παραιτουμένοις ὀργὴν δεῖ βοηθεῖν ποῤῥωτάτω τὴν πρᾶξιν ὀλιγωρίας ἀπάγοντας καὶ θρασύτητος, εἰς ἄνοιαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ πάθος, ἢ δυστυχίαν, τιθεμένους· ὡς Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' οὐ γὰρ, ὦ 'ναξ, οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει
νοῦς τοῖς κακῶς πράξασιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

Καὶ τῆς Βρισηΐδος τὴν ἀφαίρεσιν εἰς τὴν Ἄτην ἀναφέρων ὁ Ἀγαμέμνων, ὅμως,

Ἂψ ἐθέλει ἀρέσαι, δόμεναί τ' ἀπερείσι' ἄποινα.

Καὶ γὰρ τὸ δεῖσθαι, τοῦ μὴ καταφρονοῦντός ἐστι, καὶ ταπεινὸς φανεὶς ὁ ἀδικήσας ἔλυσε τὴν τῆς ὀλιγωρίας δόξαν. Οὐ δεῖ δὲ ταῦτα περιμένειν τὸν ὀργιζόμενον, ἀλλὰ τὸ τοῦ Διογένους· Οὗτοί σου καταγελῶσιν, ὦ Διόγενες· Ἐγὼ δ' οὐ καταγελῶμαι· λαμβάνειν ἑαυτῷ, καὶ καταφρονεῖσθαι μὴ νομίζειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκείνου καταφρονεῖν, ὡς δι' ἀσθένειαν, ἢ πλημμέλειαν, ἢ προπέτειαν, ἢ ῥαθυμίαν, ἢ ἀνελευθερίαν, ἢ γῆρας, ἢ νεότητα, πλημμελοῦντος. Οἰκέταις δὲ καὶ φίλοις ἀφετέον τὸ τοιοῦτο παντάπασιν. Οὐ γὰρ ὡς ἀδυνάτων, οὐδ' ὡς ἀπράκτων, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν ἢ δι' εὔνοιαν, οἱ μὲν ὡς χρηστῶν, οἱ δὲ ὡς φιλούντων καταφρονοῦσι· νυνὶ δὲ

videntur majores. Itaque oportet illico similia in memoriam revocare, et ubi animus perturbatione vacat, tum si factum rationi puræ ac sinceræ videatur pœna dignum, in id animadvertere : neque tum omittere vindictam : quo modo qui appetitu carent, cibum prætereunt. Nihil enim perinde in causa est ut ira correpti puniamus, atque hoc ipsum, quod ira finita non punimus, sed obliviscimur : cum quidem id nobis evenit, quod ignavis remigibus, qui tranquillo tempore in statione tenent naves, vento orto navigant cum periculo. Etenim nos rationi in puniendo languorem et mollitiem tribuentes, festinamus ad pœnam ira tanquam subito vento impellente. Qui esurit, is cibo secundum naturam utitur : qui punit, is nulla ad hoc debet impelli cupiditate, neque ad eam rem ira veluti condimento indiget : sed quando longissime ab ea abest, tunc necessariam rem ratione adhibita peragit. Narrat Aristoteles suo tempore servos in Etruria ad tibiæ cantum solitos flagris cædi. Non profecto item voluptatis perfruendæ gratia exsaturare animum sumendis suppliciis debemus, eaque re gaudere, postmodo pœnitentia duci : quorum illud belluinum, hoc muliebre est : sed ita exercenda est punitio, ut absque ullo dolore, absque ulla voluptate pœnæ exigendæ, nullaque iræ ansa reliqua fiat.

XII. Atque hæc quidem fortassis non iræ videbitur sanatio, sed amolitio et cautio, qua evitentur quæ alias per iram peccantur. Sed tamen lienis tumor febris est accidens, qui quidem sedatus, etiam febrim facit leviorem, ut ait Hieronymus. Cæterum ipsius iræ originem ego contemplans, animadverti alios aliis de causis in iram incidere, quibus tamen fere omnibus opinio contemni ac negligi se adfuit. Quare iis qui iram deprecantur, debemus succurrere, ut factum quam longissime a contemptu et ferocia avocantes, dementiæ, necessitati, perturbationi, infortuniove alicui imputemus. Tale est illud apud Sophoclem :

O rex, prior mens, vegeta quantumvis siet,
adversis rebus haud manet, sed excidit.

Et Briseidis raptum Agamemnon Atæ ascribens, ait deinde :

Te placare volo, et tibi maxima munera ferre.

Deprecari enim est non contemnentis, et qui injuriam fecit, ubi humilem sese exhibet, opinionem fastus diluit. Quanquam irascenti hæc non sunt exspectanda : sed quod Diogenes dicentibus, *Hi te rident*, respondit: *Ego autem non rideor* ; id sibi sumere, atque existimare debet, non se contemni, sed potius eum sibi contemnendum esse, a quo læsus est : quippe cujus peccatum ab imbecillitate, errore, temeritate, incuria, illiberalitate, ætate vel provectiore jam, vel admodum tenera, fuerit profectum. Famulis autem et amicis hoc omnino largiendum est : non enim ut impotentes aut ignavi, sed ob æquanimitatem nostram et benevolentiam, vel ut benigni, vel ut amantes spernimur. Nunc

ὐ μόνον πρὸς γυναῖκα καὶ δούλους καὶ φίλους, ὡς καταφρονούμενοι, τραχέως ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ πανδοκεῦσι καὶ ναύταις καὶ ὀρεωκόμοις μεθύουσι πολλάκις ὑπ' ὀργῆς συμπίπτομεν, οἰόμενοι καταφρονεῖσθαι, καὶ κυσὶν ὑλακτοῦσι * καὶ ὄνοις ἐμβάλλουσι χαλεπαίνομεν· ὡς ἐκεῖνος ὁ βουλόμενος τύπτειν τὸν ὀνηλάτην, εἶτ' ἀνακραγόντος, ὅτι Ἀθηναῖός εἰμι· Σὺ μὲν οὐκ εἶ Ἀθηναῖος, τὸν ὄνον λέγων ἔτυπτε, καὶ πολλὰς ἐνεφόρει πληγάς.

13. Καὶ μὴν τάς γε συνεχεῖς καὶ πυκνὰς καὶ κατὰ μικρὸν ἐν τῇ ψυχῇ συλλεγομένας ὀργὰς, μάλιστα φιλαυτία καὶ δυσκολία μετὰ τρυφῆς καὶ μαλακίας, οἷον σμῆνος ἢ σφηκίαν ἡμῖν ἐντίκτουσι. Διὸ μεῖζον οὐδὲν εὐκολίας καὶ ἀφελείας ἐφόδιον εἰς πρᾳότητα πρὸς οἰκέτας καὶ γυναῖκα καὶ φίλους, τῷ δυναμένῳ συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ δεομένῳ πολλῶν καὶ περιττῶν·

Ὁ δ' οὔτ' ἄγαν ὀπτοῖσιν, οὔθ' ἑφθοῖς ἄγαν,
οὔθ' ἧττον, οὔτε μᾶλλον, οὔτε διὰ μέσου
ἠρτυμένοισι χαίρων, ὥστ' ἐπαινέσαι·

χιόνος δὲ μὴ παρούσης, οὐκ ἂν πιὼν, οὔτε ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς φαγὼν, οὐδὲ ὄψου γευσάμενος ἐν λιτοῖς ἢ κεραμεοῖς σκεύεσιν, οὐδὲ κοιμηθεὶς ἐπὶ στρωμνῆς μὴ οἰδούσης, ὥσπερ θαλάττης διὰ βάθους κεκινημένης· ῥάβδοις δὲ καὶ πληγαῖς τοὺς περὶ τράπεζαν ὑπηρέτας ἐπιταχύνων μετὰ δρόμου καὶ βοῆς καὶ ἱδρῶτος, ὥσπερ φλεγμονῶν καταπλάσματα κομίζοντας, ἀσθενεῖ καὶ φιλαιτίῳ καὶ μεμψιμοίρῳ δουλεύων διαίτῃ, καθάπερ ὑπὸ βηχὸς ἐνδελεχοῦς, ἢ προσκρουσμάτων πολλῶν, ἔλαθεν ἑλκώδη καὶ καταρροϊκὴν διάθεσιν περὶ τὸ θυμοειδὲς ἀπεργασάμενος. Ἐθιστέον οὖν τὸ σῶμα δι' εὐτελείας πρὸς εὐκολίαν, αὔταρκες ἑαυτῷ γινόμενον· οἱ γὰρ ὀλίγων δεόμενοι, πολλῶν οὐκ ἀποτυγχάνουσι· καὶ δεινὸν οὐδὲν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς τροφῆς, σιωπῇ χρήσασθαι τοῖς παρατυγχάνουσι, καὶ μὴ πολλὰ χολουμένους καὶ δυσκολαίνοντας, ἀτερπέστατον ὄψον ἐμβαλεῖν ἑαυτοῖς καὶ φίλοις, τὴν ὀργήν.

Δόρπου δ' οὐκ ἄν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο

διὰ πρόκαυσιν ἢ καπνὸν, ἢ ἁλῶν ἔνδειαν, ἢ ψυχρότερον ἄρτον, οἰκετῶν τυπτομένων, καὶ λοιδορουμένης γυναικός; Ἀρκεσιλάου δὲ μετὰ ξένων τινῶν ἑστιῶντος τοὺς φίλους, παρετέθη τὸ δεῖπνον· ἄρτοι δὲ οὐκ ἦσαν, ἀμελησάντων πρίασθαι τῶν παίδων. Ἐφ' ᾧ τίς οὐκ ἂν ἡμῶν διέστησε τοὺς τοίχους κεκραγώς; Ὁ δὲ μειδιάσας· Οἷόν ἐστιν, ἔφη, τὸ συμποτικὸν εἶναι τὸν σοφόν. Τοῦ δὲ Σωκράτους ἐκ παλαίστρας παραλαβόντος τὸν Εὐθύδημον, ἡ Ξανθίππη μετ' ὀργῆς ἐπιστᾶσα καὶ λοιδορήσασα, τέλος ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· ὁ δὲ Εὐθύδημος ἐξαναστὰς ἀπῄει περίλυπος γενόμενος· καὶ ὁ Σωκράτης· Παρὰ σοὶ δὲ, εἶπεν, οὐ πρῴην ὄρνις τις εἰσπτᾶσα ταυτὸ τοῦτο ἐποίησεν; ἡμεῖς δ' οὐκ ἠγανακτήσαμεν. Δεῖ γὰρ σὺν εὐκολίᾳ καὶ γέλωτι καὶ φιλοφροσύνῃ τοὺς φίλους δέχεσθαι, μὴ τὰς ὀφρῦς συνάγοντας, μηδὲ φρίκην καὶ τρόμον ἐμβάλλοντας τοῖς ὑπηρετοῦ-

vero non modo adversus uxorem, servos, amicos, tanquam despecti ab iis, exasperamur : sed et cum cauponibus, et nautis, et agasonibus ebriis sæpe per iram nos committimus, contemni putantes : et canibus latrantibus aut asinis occurrentibus indignamur : ut ille, qui cum agasonem vellet ferire, et is exclamasset Atheniensem se esse, ad asinum conversus, ac fatus : *Tu vero Atheniensis non es*, multis verberibus bestiam obruit.

XIII. Atqui continentes, et crebras, ac paulatim apud animum collectas iras, præcipue sui amor et morositas cum luxu mollitieque juncta nobis veluti apum aut vesparum examen ingenerat. Itaque ad mansuetudinem erga famulos, uxorem, amicos non est quicquam plus emolumenti afferens, quam facilitas et simplicitas, si discamus præsentibus esse contenti, neque multa et otiosa requiramus : qualis ille apud poetam :

At qui nec assis, qui nec elixis nimis,
nec plus minusve, nec cibis gaudet modo
medio apparatis, sic ut apposita approbet.

Qui autem nisi nive præsente non bibit, neque panem in foro emptum edit, neque obsonium gustat vili aut figlina allatum in patina, neque nisi turgenti instar maris e profundo exagitati lecto indormit, qui baculis et verberibus famulos ad mensam ministrantes urget cum clamore, cursu et sudore, ut accelerent, perinde ac si irent inflammato ulceri cataplasmata allatum : hic imbecillæ et morosæ atque ad culpanda quævis inserviens victus rationi, non sentit se tanquam tussi continente aut crebris offensis, affectionem quamdam ulceribus et destillationibus obnoxiam, quibus iracundia augeatur, parare. Proinde corpus frugalitate ad facilitatem est assuefaciendum, ut sibi ipsum sufficere possit. Nam qui pauca requirunt, non multis excidunt. Neque ita ardua res est, facto ab alimentis initio, tacite iis quæ oblata sunt uti; non stomachando et quiritando sibi amicisque obsonium longe invisissimum inferre iram. Nam

Dicere quid cœna posses ingratius ista,

ubi, quia adustum sit aliquid, aut fumum oleat, aut sal desit, aut frigidior sit panis, servi cæduntur, et uxori fit convicium? Arcesilaus cum peregrinos quosdam, cumque his amicos convivio accepisset, cibo apposito panes deerant, quod eos emere pueri neglexissent. Quis hic nostrum parietes vociferando non rupisset? At ille subridens : *Qualis*, inquit, *res est, sapientem esse conviviis aptum*. Socrates a palæstra secum duxerat ad cœnam Euthydemum : ibi cum Xanthippe irata accurrisset, ac factis conviciis, mensam ad extremum subvertisset, surgens Euthydemus magno concepto dolore abitum parabat : tum Socrates : *Nonne*, inquit, *nuper apud te gallina quædam involans idem hoc fecit, nihil me indignante?* Amici enim cum facilitate quadam, risu et blanditiis sunt excipiendi, non superciliis contractis, aut horrore ac tremore famulis incusso.

σιν. Ἐθιστέον δὲ καὶ σκεύεσιν εὐκόλως ὁμιλεῖν ἅπασι, καὶ μὴ τῷδε μᾶλλον ἢ τῷδε χρῆσθαι· καθάπερ ἔνιοι πολλῶν παρόντων, ἓν ἐξελόμενοι κανθάριον, ὡς Μάριον ἱστοροῦσιν, ἢ ῥυτὸν οὐκ ἂν ἑτέρῳ πίοιεν· οὕτω δὲ καὶ πρὸς ληκύθους ἔχουσιν, καὶ πρὸς στλεγγίδας, ἀγαπῶντες ἐκ πασῶν μίαν· εἶτα ὅταν συντριβῇ τι τούτων, ἢ ἀπόληται, βαρέως φέρουσι καὶ κολάζουσι. Ἀφεκτέον οὖν τῷ πρὸς ὀργὴν φαύλως ἔχοντι καὶ τῶν σπανίων καὶ περιττῶν, οἷον ἐκπωμάτων καὶ σφραγίδων καὶ λίθων πολυτελῶν· ἐξίστησι γὰρ ἀπολλύμενα μᾶλλον τῶν εὐπορίστων καὶ συνήθων. Διὸ καὶ τοῦ Νέρωνος ὀκτάγωνόν τινα σκηνὴν ὑπερφυὲς κάλλει καὶ πολυτελείᾳ θέαμα κατασκευάσαντος· Ἤλεγξας, ἔφη ὁ Σενέκας, πένητα σεαυτόν· ἐὰν γὰρ ταύτην ἀπολέσῃς, ἑτέραν οὐ κτήσῃ τοιαύτην. * Καὶ μέντοι καὶ συνέπεσε, τοῦ πλοίου καταδύντος, ἀπολέσθαι τὴν σκηνήν· ὁ δὲ Νέρων ἀναμνησθεὶς τοῦ Σενέκα, μετριώτερον ἤνεγκεν. Ἡ δὲ πρὸς τὰ πράγματα εὐκολία, καὶ πρὸς οἰκέτας εὔκολον ποιεῖ καὶ πρᾷον· εἰ δὲ πρὸς οἰκέτας, δῆλον ὅτι καὶ πρὸς φίλους καὶ πρὸς ἀρχομένους. Ὁρῶμεν δὲ καὶ δούλους νεωνήτους περὶ τοῦ πριαμένου πυνθανομένους, οὐκ εἰ δεισιδαίμων, οὐδ' εἰ φθονερὸς, ἀλλ' εἰ θυμώδης· καὶ ὅλως σὺν ὀργῇ, μηδὲ σωφροσύνην ἄνδρας γυναικῶν, μηδὲ ἔρωτα γυναῖκας ἀνδρῶν ὑπομένειν δυναμένας, μηδὲ συνήθειαν ἀλλήλων φίλους. Οὕτως οὔτε γάμος οὔτε φιλία μετ' ὀργῆς ἀνεκτὸν, ἀλλὰ χωρὶς ὀργῆς καὶ μέθη κοῦφόν ἐστιν. Ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ νάρθηξ, ἱκανὸς κολαστὴς τοῦ μεθύοντος, ἂν μὴ προσγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ λυαίου καὶ χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον· καὶ τὴν μανίαν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ Ἀντίκυρα θεραπεύει, μιχθεῖσα δὲ ὀργῇ, τραγῳδίας ποιεῖ καὶ μύθους.

14. Δεῖ δὲ μήτε παίζοντας αὐτῇ διδόναι τόπον, ἔχθραν γὰρ ἐπάγει τῇ φιλοφροσύνῃ· μήτε κοινολογουμένους, φιλονεικίαν γὰρ ἐκ φιλολογίας ἀπεργάζεται· μήτε δικάζοντας, ὕβριν γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ προστίθησι· μήτε παιδεύοντας, ἀθυμίαν γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μισολογίαν· μήτε εὐτυχοῦντας, αὔξει γὰρ τὸν φθόνον· μήτε δυστυχοῦντας, ἀφαιρεῖται γὰρ τὸν ἔλεον, ὅταν δυσκολαίνωσι καὶ μάχωνται τοῖς συναχθομένοις· ὡς ὁ Πρίαμος·

Ἔρρετε λωβητῆρες ἐλεγχέες· οὔ νυ καὶ ὑμῖν
ἐστὶ γόος, ὅτι μ' ἤλθετε κηδήσοντες;

Ἡ δ' εὐκολία τοῖς μὲν βοηθεῖ, τὰ δ' ἐπικοσμεῖ, τὰ δὲ συνηδύνει· περιγίνεται δὲ τῇ πρᾳότητι καὶ θυμοῦ καὶ δυσκολίας ἁπάσης· ὥσπερ Εὐκλείδης, τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς αὐτὸν ἐκ διαφορᾶς εἰπόντος· Ἀπολοίμην, εἰ μή σε τιμωρησαίμην· Ἐγὼ δὲ, φήσας, ἀπολοίμην, εἰ μή σε πείσαιμι, διέτρεψε παραχρῆμα καὶ μετέθηκε. Πολέμων δὲ, λοιδοροῦντος αὐτὸν ἀνθρώπου φιλολίθου καὶ περὶ σφραγίδια πολυτελῆ νοσοῦντος, ἀπεκρίνατο μὲν οὐδὲν, τῶν σφραγιδίων δὲ ἑνὶ προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ κατεμάνθανεν· ἡσθεὶς οὖν ὁ ἄνθρωπος, Μὴ οὕτως, εἶπεν,

Condocefaciamus etiam nos, ut vasis facile quibusvis, non uno aliquo præ reliquis, utamur : sicut nonnulli multis ad manum propositis, unum deligentes cantharium, ut Marius, ex alio nolunt bibere : similiter etiam de trullis oleariis sentientes, et strigilibus, de omnibus unam deligunt : ac confractum aut amissum ubi tale aliquid est, graviter ferunt et plectunt. Proclivi ergo ad iram cavendum etiam est a rebus raris et curiose elaboratis, qualia sunt pocula, sigilla, et pretiosi lapides : hæc enim perdita, magis furorem cient quam partu facilia et quotidiana. Neronem, cum is octangulam scenam, ob sumptus magnitudinem pulchritudinemque spectaculum admirabile, confici curasset, Seneca reprehendit dicens : *Nunc te pauperem esse demonstravisti : hac enim scena amissa, similem aliam nullam adipisceris :* et quidem contigit, ut ea scena, navi submersa, periret : et Senecæ verborum recordatus Nero casum eum animo æquiore tulit. Facilitas porro quæ rebus adhibetur, etiam erga servos mansuetum facilemque reddit : ac proinde absque dubio etiam adversus amicos et subditos. Videmus etiam servos nuper emptos, non quærere, an superstitiosum vel invidum, sed an iracundum nacti sint dominum : denique cernimus, ubi iræ locus est, ibi neque pudicitiam mulierum viris, neque mulieribus maritorum amorem, neque consuetudinem amicorum, neque conjugium, neque societatem cum ira esse tolerabilem. Atqui absque ira sit, etiam ebrietas molesta non est : ferula enim dei istius sufficit ad castigandum ebrium, nisi ubi ira accedente pro Lyæo et Choræo (id est animum laxante et choreas suadente), Crudelem et Furiosum Bacchum facimus : tum insaniam ipsa pro se sanat Anticyra, iræ conjuncta tragœdias et fabulas exhibet.

XIV. Proinde iræ neque inter jocos dandus est locus, amicitiam enim in odium mutat : neque in disputatione, nam studium cognoscendi in libidinem contendendi vertit : neque in judicio, potestati enim insolentiam addit : neque in institutione liberali, animo enim mœstitiam ingerit, odiumque disciplinæ gignit : neque in rebus secundis, quia invidiam auget : neque adversis, nam misericordia se privant, qui miserantibus infensi sunt et cum iis litigant, ut Priamus :

Ite, malam hinc in rem, probrosa et pessima turba :
nilne domi vestræ quod deploretis habetis,
quod nostro vultis solatia promere luctu ?

Facilitas contra quibusdam rebus opitulatur, alias ornat, quibusdam suavitatem conciliat : et mansuetudine iram morositatemque omnem abolet. Sic Euclides fratri dicenti in quodam jurgio, *Peream, nisi te ulciscar,* respondit : *Ego vero peream, nisi te in meam traduxero sententiam*, confestim pudorem homini incussit, et mutavit. Polemo maledictis incessitus a quodam homine lapidum pretiosorum studioso, et qui vitio conquirendi sigilla magno empta laboraret, nihil respondit, sed sigillorum uni animum advertit, idque perspexit : quo facto delectatus ille : *Non sic*, inquit, *Polemo*,

ὦ Πολέμων, ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ, καὶ πολύ σοι βέλτιον φανεῖται. Ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὐτῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καί τινος εἰπόντος· Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῶν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησὶν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ· καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προσελθὼν εἶπεν· Οὕτω σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; Ὁ δ' Αἰσχίνης. Οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστὸν, εἰ πρὸς πάντα μου τῇ φύσει διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δέον πρότερος συνεῖδες.

Καὶ γὰρ κάπρον φριξαύχεν' οὐ μόνον γυνὴ,
παῖς δ' ἂν νεογνὸς χειρὶ προσκνήθων νέᾳ,
κλίναι παλαιστοῦ παντὸς εὐμαρέστερον.

Ἀλλ' ἡμεῖς ἀγριαίνοντα τιθασεύομεν ζῷα καὶ πραΰνομεν, λυκιδεῖς καὶ σκύμνους λεόντων ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέροντες, εἶτα καὶ τέκνα καὶ φίλους καὶ συνήθεις ἐκβάλλομεν ὑπ' ὀργῆς· οἰκέταις δὲ καὶ πολίταις τὸν θυμὸν ὥσπερ θηρίον ἐφίεμεν· οὐ καλῶς ὑποκοριζόμενοι μισοπονηρίαν, ἀλλ' ὥσπερ, οἶμαι, τῶν ἄλλων παθῶν ψυχῆς καὶ νοσημάτων, τὸ μὲν πρόνοιαν, τὸ δ' ἐλευθεριότητα, τὸ δ' εὐσέβειαν καλοῦντες, οὐδενὸς ἀπαλλαγῆναι δυνάμεθα.

15. Καίτοι, καθάπερ ὁ Ζήνων ἔλεγε, τὸ σπέρμα σύμμιγμα καὶ κέρασμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὑπάρχειν ἀπεσπασμένον, οὕτως ἔοικε τῶν παθῶν πανσπερμία τις ὁ θυμὸς εἶναι. * Καὶ γὰρ λύπης ἀπέσπασται καὶ ἡδονῆς καὶ ὕβρεως· καὶ φθόνου μὲν ἔχει τὴν ἐπιχαιρεκακίαν· φόνου δὲ καὶ χείρων ἐστίν· ἀγωνίζεται γὰρ οὐχὶ μὴ παθεῖν αὐτὸς, ἀλλὰ παθεῖν κακῶς ἐπιτρίψας ἕτερον· ἐπιθυμίας δὲ αὐτῷ τὸ ἀτερπέστατον ἐμπέφυκεν, εἴ γε δή του λυπεῖν ἕτερον ὄρεξίς ἐστι. Διὸ τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες αὐλητρίδος ἀκούομεν ἑωθινῆς, καὶ πηλὸν, ὥς τις εἶπεν, οἴνου, καὶ σπαράγματα στεφάνων, καὶ κραιπαλῶντας ὁρῶμεν ἐπὶ θύραις ἀκολούθους· τὰ δὲ τῶν πικρῶν ἐκκαλύμματα καὶ δυσκόλων, ἐν τοῖς προσώποις τῶν οἰκετῶν ὄψει, καὶ τοῖς στίγμασι καὶ ταῖς πέδαις.

Ἀεὶ δ' ἀοιδῶν μοῦνος ἐν στέγαις
ὀργίλου ἀνδρὸς
Κωκυτὸς ἐμπέπτωκε, —

μαστιγουμένων ἔνδον οἰκονόμων, καὶ στρεβλουμένων θεραπαινίδων· ὥστε τοῦ θυμοῦ τὰς λύπας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς ἡδοναῖς οἰκτείρειν ὁρῶντας.

16. Οὐ μὴν ἀλλὰ ὅσοις γε συμβαίνει διὰ μισοπονηρίαν ἀληθῶς ἁλίσκεσθαι πολλάκις ὑπὸ ὀργῆς, τὸ ἄγαν ἀφαιρετέον αὐτῆς καὶ τὸ ἄκρατον ἅμα τῇ σφοδρᾷ πίστει περὶ τῶν συνόντων. Αὕτη γὰρ αὔξει μάλιστα τῶν αἰτιῶν τὸν θυμὸν, ὅταν ἢ χρηστὸς ὑποληφθεὶς ἀναφανῇ μοχθηρὸς, ἢ φιλεῖν δόξας ἐν διαφορᾷ τινι καὶ μέμψει γένηται. Τὸ δὲ ἐμὸν ἦθος, οἶσθα δήπουθεν, ἡλίκαις ῥοπαῖς φέρεται πρὸς εὔνοιαν ἀνθρώπων καὶ πίστιν. Ὥσπερ οὖν οἱ κατὰ κενοῦ βαίνοντες, ὅπου μᾶλλον ἐπερείδω τῷ φιλεῖν ἐμαυτὸν, ἁμαρτάνω μᾶλλον,

sed expositum luci contemplare, longe enim pulchrius tibi videbitur. Aristippus, ira adversus Æschinem aliquando oborta, interrogatus a quodam: *Ubi nunc vestra illa, Aristippe, amicitia?* respondit: *Dormit illa, at ego eam resuscitabo*; et Æschinem conveniens: *Itane*, inquit, *prorsum ego tibi infelix et insanabilis videor, ut me castigatione indignum putes?* Tum Æschines: *Nihil*, ait, *miri est, si in aliis rebus omnibus me ingeniosior, etiam hic proir sensisti quid facto opus esset.*

Non tantum enim mulier caprum horrentem juba,
tenera puellus sed quoque pruriens manu
quovis palæsta facilius prostraverit.

At enim nos qui feras cicuramus et demulcemus, luporumque ac leonum catulos in ulnis circumgestamus, iidem iræ concedentes, liberis, amicis, familiaribusque ejectis, servis nostris civibusque excandescentiam animi nostri quasi feram immittimus: non profecto odii malorum nomine hoc vitium, ut molliori, probe velantes: sed, nisi fallor, eadem ratione et reliquis animi perturbationibus atque vitiis huic prudentiæ, aliæ liberalitatis, alteri pietatis nomen affingentes, istarum nullam dimittere possumus.

XV. Et tamen, sicut Zeno dicebat, semen esse mixturam atque temperaturam ab omnibus avulsam animæ facultatibus, sic omnium animi perturbationum semina videntur in iram confluxisse: nam et doloris particulam sibi sumpsit, et voluptatis, et insolentiæ: ira habet hoc ab invidentia, quod aliorum e malis gaudium percipit: deterior est homicidii affectatione; non enim in hoc elaborat, ut nihil patiatur ipsa, sed cupit male sibi esse, dummodo alterum perdat; denique concupiscentiæ id quod est minime jucundum, in se habet ira; siquidem dicenda est appetitio, quando alteri quis vult ægre facere. Hinc adeo fit, ut cum ad intemperantia diffluentium domos accedimus, tibicinam audiamus matutinam, et argillam (ut quidam aiebat) terra vino rigata factam, et divulsorum fragmenta sertorum, et famulos in foribus ebrios, indicia autem amarulentorum et morosorum hominum possis conspicere in faciebus servorum, stigmatis, compedibus:

Semperque solus iracundi in ædibus
auditur ejulatus cantor: —

dum intus dispensator flagellatur, torquentur ancillæ: ita quidem, ut qui istæc tam tristia ab animi excandescentia profecta vident, ipsas etiam iracundi voluptates misereantur.

XVI. Tamen quibus accidit ut malorum odio vero aliquoties ab ira vincantur, ii nimiam vehementiam simul et persuasionem de fide eorum quibuscum degunt nimiam debent deponere: non est enim alia causa, quæ vehementius animum inflammet, quam cum pro probo aliquis habitus, pravus esse deprehenditur, aut cum eo jurgium vel discordia incidit, qui amare videbatur. Meum quidem nosti ingenium, quantis momentis scilicet id impellatur ad complectendos benevolentia homines, iisque adhibendam fidem: ac mihi id usu venit, quod descendentibus per inane, quanto magis innitor alicui, eum amando, tanto magis fallor, et de-

καὶ σφαλλόμενος ἀνιῶμαι· καὶ τοῦ μὲν φιλεῖν ἀπαρύσαι τὸ ἐμπαθὲς ἄγαν καὶ πρόθυμον οὐκ ἂν ἔτι δυνηθείην· τοῦ δὲ πιστεύειν σφόδρα χρησαίμην ἂν ἴσως χαλινῷ, τῇ Πλάτωνος εὐλαβείᾳ. Καὶ γὰρ Ἑλίκωνα τὸν μαθηματικὸν οὕτως ἐπαινεῖν φησιν, ὡς φύσει εὐμετάβολον ζῷον, καὶ τοὺς τεθραμμένους ἐν τῇ πόλει καλῶς δεδιέναι, μὴ ἄνθρωποι καὶ σπέρματα ἀνθρώπων ὄντες, ἐκφήνωσί που τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς λέγων, ὅτι

Τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν,

ἄγαν ἔοικεν ἡμῖν ἐπεμβαίνειν καὶ κολούειν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ δύσκολον τοῦτο τῆς κρίσεως καὶ φιλαίτιον, εὐκολωτέρους ποιεῖ ταῖς ὀργαῖς· ἐκστατικὸν γάρ ἐστι τὸ ἄφνω καὶ τὸ ἀπροσδόκητον· δεῖ δὲ, ὥς που καὶ Παναίτιος ἔφη, χρῆσθαι τῷ Ἀναξαγόρᾳ, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παιδὸς εἶπεν· Ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα, τοῦτο τοῖς παροξύνουσιν ἕκαστον ἐπιφωνεῖν ἁμαρτήμασιν· Ἤδειν, ὅτι σοφὸν οὐκ ἐπριάμην δοῦλον· Ἤδειν, ὅτι ἀπαθῆ τὸν φίλον οὐκ ἐκτησάμην· Ἤδειν, ὅτι τὴν γυναῖκα γυναῖκα εἶχον. Ἂν δὲ κἀκεῖνό τις ἐπιφθεγγόμενος ἀεὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος· Ἦπου ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; ἔξωθεν εἴσω τὸν λογισμὸν ἀναστρέφῃ, καὶ παρεμβάλλῃ ταῖς μέμψεσι τὴν εὐλάβειαν, οὐ πολλῇ χρήσεται μισοπονηρίᾳ πρὸς ἑτέρους, πολλῆς ὁρῶν ἑαυτὸν συγγνώμης δεόμενον. Νῦν δὲ ἕκαστος ἡμῶν ὀργιζόμενος καὶ κολάζων, Ἀριστείδου φωνὰς ἐπιφέρει καὶ Κάτωνος, μὴ κλέπτε, μὴ ψεύδου· διὰ τί ῥᾳθυμεῖς; καὶ ὃ δὴ πάντων αἴσχιστόν ἐστιν, ὀργιζομένοις ἐπιτιμῶμεν μετ' ὀργῆς, καὶ τὰ διὰ θυμὸν ἡμαρτημένα θυμῷ κολάζομεν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἰατροὶ

Πικρῷ πικρὰν κλύζουσι φαρμάκῳ χολὴν,

ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτείνοντες καὶ προσεκταράττοντες. Ὅταν οὖν ἐν τούτοις γένωμαι τοῖς ἐπιλογισμοῖς, * ἅμα τι πειρῶμαι καὶ τοῦ πολυπράγμονος ἀφαιρεῖν. Τὸ γὰρ ἐξακριβοῦν ἅπαντα καὶ φωρᾶν, καὶ πᾶσαν ἕλκειν εἰς μέσον ἀσχολίαν οἰκέτου, καὶ πρᾶξιν φίλου, καὶ διατριβὴν υἱοῦ, καὶ ψιθυρισμὸν γυναικὸς, ὀργὰς φέρει πολλὰς καὶ συνεχεῖς, καὶ καθημερινὰς, ὧν δυσκολία τρόπου καὶ χαλεπότης τὸ κεφάλαιόν ἐστι. Ὁ μὲν οὖν θεὸς, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τῶν ἄγαν ἅπτεται, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ· ἐγὼ δὲ τῇ τύχῃ μὲν οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἐπιτρέπειν, οὐδὲ παρορᾶν τὸν νοῦν ἔχοντα, πιστεύειν δὲ καὶ χρῆσθαι τὰ μὲν γυναικὶ, τὰ δὲ οἰκέταις, τὰ δὲ φίλοις, οἷον ἄρχοντα ἀρχόντων ἐπιτρόποις τισὶ καὶ λογισταῖς καὶ διοικηταῖς, αὐτὸν ἐπὶ τῶν κυριωτάτων ὄντα τῷ λογισμῷ καὶ μεγίστων· Ὡς γὰρ τὰ λεπτὰ γράμματα τὴν ὄψιν, οὕτω τὰ μικρὰ πράγματα μᾶλλον ἐντείνοντα, νύττει καὶ ταράττει τὴν ὀργὴν, ἔθος πονηρὸν ἐπὶ τὰ μείζονα λαμβάνουσαν. Ἐπὶ πᾶσι τοίνυν τὸ μὲν τοῦ Ἐμπεδοκλέους, μέγα καὶ θεῖον ἡγοῦμεν, τὸ, Νηστεῦσαι κακότητος· ἐπῄνουν δὲ κἀκείνας, ὡς οὐκ ἀχαρίστους οὐδὲ ἀφιλοσόφους ἐν εὐχαῖς ὁμολογίας, ἐνιαυτὸν ἀφροδισίων ἁγνεῦσαι καὶ οἴνου, τιμῶντας ἐγκρατείᾳ τὸν θεόν· ἢ ψευδολογίας

ceptum me esse indignor. Et nimiam quidem ad aman dum propensionem abjicere, jam nunc mihi non es amplius integrum. Nimiæ credulitati fortasse hoc inji ciam frenum, quo sibi Plato cavit, qui Heliconer mathematicum ita abs se laudatum dicebat, ut natur mutabile animal : et metuere se ne qui in civitate es sent bene educati, utpote homines et semen hominum alicubi naturæ imbecillitatem demonstrarent. Sophocle autem nimis videtur nobis insultare, nosque premere hæc dicens :

Mortalium res perscrutans, intelliges
plerasque turpes. —

Et tamen morosum hoc atque conquerendi de omnibu nimio studio editum judicium, facit ut levius irasca mur. Subita enim et improvisa facile de statu rationi dejiciunt. Oportet autem, ut Panætius alicubi docuit Anaxagoram imitari ; utque is narrata filii morte re spondit : *Sciebam me genuisse mortalem ;* ita irritan tibus identidem nos delictis hoc accinere : *Sciebam m cum emerem servum, non emisse sapientem : Scieban me non parasse amicum, cujus animus motibus non esse obnoxius : Sciebam mulierem mihi esse, cum acciperen mulierem.* Quod si quis Platonicum istud : *Numnam et eg talis sum?* subinde insusurrans intro rationem avertat et aliorum reprehensionibus de cavendo peccato cautio nem sibi inserat; næ is non magno vitiorum in alii odio indulserit, se ipsum venia plurima indigere sen tiens. Nunc quivis nostrum iratus et puniens Aristidi et Catonis voces ingerit : Noli furari, mentiri, socor esse ; et, quod est omnium turpissimum, iratos irat ipsi objurgamus, et quæ per iram sunt peccata, in e per iram vindicamus : non sicut medici, qui

Amaram amaro bilem pharmaco eluunt :

sed perturbationem animi augentes ac vehementiorem reddentes. Ac quando in has perveni cogitationes, simul etiam de curiositate aliquid deminuere conor. Accurate enim consectari et scrutari inquirendo omnia, et in medium protrahere omnia servi negotia, omnes amici actiones, omnia filii studia, omnes uxoris susurros, ea vero res iras gignit multas atque continuas et quotidianas, quarum summa eo redit, ut morosi intractabilesque reddamur. Euripidis est, *deum res magnas curare, exiguas, fortunæ dimissas sinere.* Ego hominem cordatum non censeo quicquam fortunæ mandare, aut negligere, debere : sed tamen quædam operæ uxoris, alia amicorum, nonnulla servorum committere : ita ut his utens veluti magistratus, magistratuum procuratoribus, ratiocinatoribus, atque dispensatoribus, ipse principis instar rationis usu maxima et præcipua quæque conficiat. Sicut enim exiles litteræ visum, ita leviusculæ res animum magis intendentes offendunt atque turbant, malamque consuetudinem ingenerant etiam de majoribus proclivius irascendi. Præter hæc omnia, magnum et divinum mihi illud Empedoclis visum est,

— Esse velis abstemius improbitatis.

Quin et ista pacta sive vota, ut non inelegantia, neque aliena a philosopho probavi, cum per annum pollicebantur se velle re Venerea et vino abstinere, deumque continentia sua venerari : itemque per certum tempus

πάλιν ἀπέχεσθαι χρόνον ὡρισμένον, αὐτοῖς προσέχοντας, πῶς ἀληθεύσομεν ἔν γε παιδιᾷ καὶ μετὰ σπουδῆς ἁπάσης· εἶτα ταύταις τὴν ἐμαυτοῦ παρέβαλλον εὐχὴν, ὡς οὐχ ἧττον θεοφιλῆ καὶ ἱερὰν, ἡμέρας πρῶτον ἀοργήτους ὀλίγας, οἷον ἀμεθύστους καὶ ἀοίνους διαγαγεῖν, ὥσπερ νηφάλια καὶ μελίσπονδα θύων· εἶτα μῆνα καὶ δύο πειρώμενος ἐμαυτοῦ κατὰ μικρὸν, οὕτω τῷ χρόνῳ προὔβαινον εἰς τὸ πρόσθεν τῆς ἀνεξικακίας, ἐγκρατῶς προσέχων, καὶ διαφυλάττων μετ' εὐφημίας ἵλεω καὶ ἀμήνιτον ἐμαυτὸν, ἁγνεύοντα καὶ λόγων πονηρῶν, καὶ πράξεων ἀτόπων, καὶ πάθους ἐφ' ἡδονῇ μικρᾷ καὶ ἀχαρίστῳ ταραχάς τε μεγάλας καὶ μεταμέλειαν αἰσχίστην φέροντος. Ὅθεν, οἶμαι, καὶ θεοῦ τι συλλαμβάνοντος, ἐξαφήνιζεν ἡ πεῖρα τὴν κρίσιν ἐκείνην, ὅτι τὸ ἵλεων τοῦτο καὶ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον οὐδενὶ τῶν συνόντων εὐμενές ἐστιν οὕτω καὶ φίλον καὶ ἄλυπον, ὡς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσιν.

mendacio vacare, ut animadvertere possent, quomodo et in jocis, et in seriis omnibus veritatem teneamus. His ego votis meum votum accommodans, non minus illud et diis gratum et sacrum, quosdam initio dies, quibus ira vacarem, paucos institui, tanquam vini et ebrietatis vacuas, ac si Nephalia (id est sobria) sacra et Melisponda (id est libationes mellis) agerem: deinde mensem, mox duos eamdem tenui rationem: atque hoc pacto me ipsum expertus, successu temporis magnos feci ad patientiam progressus, temperanter me ipsum attendens atque custodiens cum boni ominis comprecationibus, immunem iræ, et purum omnis pravi sermonis, absurdæque actionis, ac perturbationis, quæ propter voluptatem exiguam atque ingratam turbas magnas, turpissimamque afferret pœnitentiam. Atque hinc, nisi fallor, deo etiam nonnihil adjuvante, comprobavit experientia judicium hoc: Placidos illos, mansuetos atque humanos mores nemini eorum quibuscum vivitur ita gratos, jucundosque esse, ut ei ipsi, qui iis est præditus.

ΠΕΡΙ ΕΥΘΥΜΙΑΣ.

Πλούταρχος Παккίῳ εὖ πράττειν. Ὀψέ σου τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην, ἐν ᾗ παρεκάλεις περὶ εὐθυμίας σοί τι γραφῆναι, καὶ περὶ τῶν ἐν Τιμαίῳ δεομένων ἐπιμελεστέρας ἐξηγήσεως. Ἅμα δέ πως τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Ἔρωτα κατελάμβανεν αἰτία τοῦ πλεῖν εὐθὺς εἰς Ῥώμην, παρὰ Φουνδάνου τοῦ κρατίστου γράμματα δεδεγμένον, οἷος ἐκεῖνος, ἐπιταχύνοντα. Μήτε δὲ χρόνον ἔχων, ὡς προῃρούμην, γενέσθαι πρὸς οἷς ἐβούλου, μήτε ὑπομένων κεναῖς παντάπασι τὸν ἄνδρα χερσὶν ὀφθῆναί σοι παρ' ἡμῶν ἀφιγμένον, ἀνελεξάμην περὶ εὐθυμίας ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ὧν ἐμαυτῷ πεποιημένος ἐτύγχανον· ἡγούμενος καὶ σὲ τὸν λόγον τοῦτον οὐχ ἀκροάσεως ἕνεκα θηρωμένης καλλιγραφίαν, * ἀλλὰ χρείας βοηθητικῆς, ἐπιζητεῖν· καὶ συνηδόμενος, ὅτι καὶ φιλίας ἔχων ἡγεμονικὰς, καὶ δόξαν οὐδενὸς ἐλάττονα τῶν ἐν ἀγορᾷ λεγόντων, τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος οὐ πέπονθας, οὐδ' ὡς ἐκεῖνον εὐδαιμονίζων ὁ ὄχλος ἐξέπληξέ [σε] τῶν φυσικῶν παθῶν· ἀλλὰ πολλάκις ἀκηκοὼς, μνημονεύεις, ὡς οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτίκιος, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὐδὲ διάδημα κεφαλαλγίας. Πόθεν γε δὴ πρὸς ἀλυπίαν ψυχῆς καὶ βίον ἀκύμονα, χρημάτων ὄφελος, ἢ δόξης, ἢ δυνάμεως ἐν αὐλαῖς, ἂν μὴ τὸ χρώμενον εὐχάριστον ᾖ τοῖς ἔχουσι, καὶ τὸ τῶν ἀπόντων μὴ δεόμενον ἀεὶ παρακολουθῇ; Τί δὲ τοῦτ' ἔστιν ἄλλο ἢ λόγος εἰθισμένος καὶ μεμελετηκὼς τοῦ παθητικοῦ καὶ ἀλόγου τῆς ψυχῆς ἐξισταμένου πολλάκις, ἐπιλαμβάνεσθαι ταχὺ, καὶ μὴ περιορᾶν ἀποῤῥέον καὶ καταφερόμενον ἀπὸ τῶν παρόντων. Ὥσπερ οὖν ὁ Ξενοφῶν παρῄνει, τῶν θεῶν εὐτυχοῦντας μάλιστα μεμνῆσθαι καὶ τιμᾶν, ὅπως, ὅταν ἐν χρείᾳ γενώμεθα, θαῤῥοῦντες αὐτοὺς παρακαλῶμεν ὡς εὐμενεῖς ὄντας ἤδη καὶ φίλους· οὕτω καὶ τῶν λόγων ὅσοι

DE TRANQUILLITATE ANIMI.

PLUTARCHUS PACCIO S.

I. Sero tuas accepi litteras, in quibus me hortabaris, ut aliquid de Animi Tranquillitate tibi scriberem, et de his quæ in Timæo scripta accuratiorem desiderant interpretationem. Sub idem tempus Eroti sodali nostro incidit Romam cito navigandi necessitas, accepta a Fundano optimo viro epistola, more suo, festinare jubente. Ita cum neque tempus haberem iis quæ volebas vacandi, neque pati vellem istum plane vacuis manibus ad te abs me venire, ex commentariis, quos mihi feceram, istæc de Animi tranquillitate collegi: cum et te existimarem non auditionis elegantem venantis orationem gratia, sed ob usum auxilii ea requirere: tibique gratuler, qui et principum usus amicitiis, et gloriam, quantam in foro dicentium nemo, consecutus, non itidem, ut Merops ille tragicus, passus es vocibus te beatum prædicantium percelli, et ultra quam naturales animi motus sint attonitum reddi: quippe qui memoria teneas id quod sæpius audivisti, neque calceum podagra, neque annulum pretiosum reduvia, neque diadema dolore capitis liberare. Etenim, unde ad vacuitatem molestiæ animo, vitæque constantiam parandam, divitiis, aut gloriæ, aut potentiæ aulicæ facultas sit, nisi eas res vel præsentes usus venustus, vel absentes nullum desiderium perpetuo comitetur? Hoc autem quid est aliud, quam ratio condocefacta motibus obnoxiam et brutam animæ partem sæpe de potestate exeuntem celeriter reprehendere; neque permittere, ut præsentibus non contenta rebus diffluat atque invertatur. Itaque sicut Xenophon præcipiebat, *debere nos deorum maxime meminisse, iisque honorem habere, cum secundæ essent res; ut usu flagitante invocare eos cum fiducia possemus, jam scilicet propitios atque amicos:*

πρὸς τὰ πάθη βοηθοῦσι, δεῖ πρὸ τῶν παθῶν ἐπιμελεῖσθαι τοὺς νοῦν ἔχοντας, ἵν' ἐκ πολλοῦ παρεσκευασμένοι μᾶλλον ὠφελῶσιν. Ὡς γὰρ οἱ χαλεποὶ κύνες πρὸς πᾶσαν ἐκταραττόμενοι βοὴν, ὑπὸ μόνης καταπραΰνονται τῆς συνήθους· οὕτω καὶ τὰ πάθη τὰ τῆς ψυχῆς διαγριαινόμενα καταπαῦσαι ῥᾳδίως οὐκ ἔστιν, ἂν μὴ λόγοι παρόντες οἰκεῖοι καὶ συνήθεις ἐπιλαμβάνωνται τῶν ταραττομένων.

2. Ὁ μὲν οὖν εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα μήτε πολλὰ πρήσσειν μήτε ἰδίῃ μήτε ξυνῇ, πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὤνιον ἀπραξίας· οἷον ἀῤῥώστῳ παραινῶν ἑκάστῳ,

Μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις.

Καίτοι κακὸν μὲν ἀναισθησία σώματι φάρμακον ἀπονοίας· οὐδὲν δὲ βελτίων ψυχῆς ἰατρὸς, ῥᾳθυμίᾳ καὶ μαλακίᾳ καὶ προδοσίᾳ φίλων καὶ οἰκείων καὶ πατρίδος ἐξαιρῶν τὸ ταραχῶδες αὐτῆς καὶ λυπηρόν. Ἔπειτα καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράσσοντας. Ἔδει γὰρ εὐθυμοτέρας εἶναι γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκουρίᾳ τὰ πολλὰ συνούσας· νυνὶ δὲ ὁ μὲν βορέας

Διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν,

ὥς φησιν Ἡσίοδος· λῦπαι δὲ καὶ ταραχαὶ καὶ κακοθυμίαι διὰ ζηλοτυπίας καὶ δεισιδαιμονίας καὶ φιλοτιμίας καὶ κενῶν δοξῶν, ὅσας οὐκ ἂν εἴποι τις, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ὑποῤῥέουσιν· ὁ δὲ Λαέρτης εἴκοσιν ἔτη καθ' αὑτὸν ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος

Γρηῒ σὺν ἀμφιπόλῳ, ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε

παρετίθει, τὴν μὲν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον καὶ τὴν βασιλείαν ἔφυγε, τὴν δὲ λύπην μετ' ἀπραξίας καὶ κατηφείας ἀεὶ συνοικοῦσαν εἶχεν. Ἐνίους δὲ καὶ τὸ μὴ πράσσειν αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν, ὡς τοῦτον·

Αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι
Διογενὴς Πηλέως υἱὸς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν,
οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον, ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ
αὖθι μένων, ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε.

Καὶ λέγει περιπαθῶν ἐπὶ τούτῳ καὶ ἀσχάλλων αὐτός·

Ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.

Ὅθεν οὐδὲ Ἐπίκουρος οἴεται δεῖν ἡσυχάζειν, ἀλλὰ τῇ φύσει χρῆσθαι πολιτευομένους καὶ πράσσοντας τὰ κοινὰ τοὺς φιλοτίμους καὶ φιλοδόξους, ὡς μᾶλλον ὑπ' * ἀπραγμοσύνης ταράττεσθαι καὶ κακοῦσθαι πεφυκότας, ἂν ὧν ὀρέγονται μὴ τυγχάνωσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἄτοπος, οὐ τοὺς δυναμένους τὰ κοινὰ πράσσειν προτρεπόμενος, ἀλλὰ τοὺς ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένους. Δεῖ δὲ μὴ πλήθει μηδὲ ὀλιγότητι πραγμάτων, ἀλλὰ τῷ καλῷ καὶ τῷ αἰσχρῷ τὸ εὔθυμον ὁρίζειν καὶ

ita eas quoque rationes, quæ adversus animi perturbationes auxilio sunt, cordati ante quam perturbentur meditari debent, ut multo ante præparatæ tanto plus habeant virium. Quemadmodum enim feri canes cum ad omnem vocem exasperentur, sola ea cui assuevere demulcentur : sic et animi motus sævientes nemo facile deliniverit, nisi rationes familiares et consuetæ animo perturbato præsto sint eumque inhibeant.

II. Cæterum is qui dixit : *Animi tranquillitatem affectanti neque privatim multa neque publice debere agere:* primum magno nobis emendam facit rem, venalem nimirum inertia : tanquam unicuique infirmo præcipiens,

Quietus in stratis mane tuis, miser.

Et quidem stupor adversus desperationem malum est corpori remedium : neque melior est medicus animo, socordia et mollitie et amicorum familiarium patriæque neglectu perturbationes ejus amoliens. Deinde id quoque falsum est, animo tranquillo esse eos qui non agant multa. Oportebat enim mulieres viris esse animo quietiore, plerumque domi in re familiari curanda desidentes. Nunc Aquilo quidem

Virginis intactæ nunquam per membra penetrat,

ut ait Hesiodus : sed dolores, tumultus, ægritudines ob rivalitatem, superstitionem, ambitionem et vanas opiniones innumeræ in gynæceum confluunt. Et Laertes per viginti annos seorsim in agro degens

Cum famula vetula, quæ mensam et pocula soli poneret, —

patriam quidem, et domum, regnumque fugit, dolorem autem cum otio et mœstitia perpetuo secum habuit. Sunt quos ipsum otium in animi conjicit ægritudinem : qualis

Ille sedens juxta naves divinus Achilles
pascebat rabidas animis ferventibus iras.
Non ille aut socium cœtus veniebat in ullos,
ad pugnam sumptis aut procedebat in armis.
Sed desiderio belli pugnæque suum cor
conficiebat, in invisa scenaque manebat.

Atque ipse hoc de se gravissima affectus molestia dicit :

Navibus assideo telluris inutile pondus.

Hinc adeo etiam Epicurus cupidos honorum et gloriæ non vult quiescere, sed obsequi naturæ suæ rempublicam tractando jubet : quod facilius otio perturbatum iri eos et lædi putaret, si non consequerentur quæ appetiissent. Verum absurde is non eos qui possint ad rempublicam gerendam adhortatur, sed qui nequeant quiescere. Enimvero non multitudine aut paucitate actionum, sed pulchritudine ac turpitudine, Animi vel

τὸ δύσθυμον. Τῶν γὰρ καλῶν ἡ παράλειψις οὐχ ἧττον, ἢ τῶν φαύλων ἡ πρᾶξις, ἀνιαρόν ἐστι καὶ ταραχῶδες, ὡς εἴρηται.

3. Τοὺς μὲν γὰρ ἀφωρισμένως ἕνα βίον ἄλυπον νομίζοντας, ὡς ἔνιοι τὸν τῶν γεωργῶν, ἢ τὸν τῶν ἠιθέων, ἢ τὸν τῶν βασιλέων, ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει, λέγων·

Ὤμην ἐγὼ, τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω
οἴμοι λέγειν, ἥδυν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
ὕπνον καθεύδειν·

εἶτα προελθὼν, ὡς καὶ τοὺς πλουσίους ἑώρα ταὐτὰ πάσχοντας τοῖς πένησιν,

Ἆρ' ἐστὶ (φησι) συγγενές τι λύπη καὶ βίος;
Τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν, ἐνδόξῳ βίῳ
πάρεστιν, ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει βίῳ.

Ἀλλ' ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυτιῶντες ἐν τῷ πλεῖν, εἶτα ῥᾷον οἰόμενοι διάξειν, ἐὰν εἰς γαυλὸν ἐξ ἀκάτου, καὶ πάλιν ἐὰν εἰς τριήρη μεταβῶσιν, οὐδὲν περαίνουσι, τὴν χολὴν καὶ τὴν δειλίαν συμμεταφέροντες ἑαυτοῖς· οὕτως αἱ τῶν βίων ἀντιμεταλήψεις οὐκ ἐξαιροῦσι τῆς ψυχῆς τὰ λυποῦντα καὶ ταράττοντα· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἀπειρία πραγμάτων, ἀλογιστία, τὸ μὴ δύνασθαι μηδ' ἐπίστασθαι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ὀρθῶς· ταῦτα καὶ πλουσίους χειμάζει καὶ πένητας· ταῦτα καὶ γεγαμηκότας ἀνιᾷ καὶ ἀγάμους· διὰ ταῦτα φεύγουσι τὴν ἀγορὰν, εἶτα τὴν ἡσυχίαν οὐ φέρουσι· διὰ ταῦτα προαγωγὰς ἐν αὐλαῖς διώκουσι, καὶ παρελθόντες, εὐθὺς βαρύνονται.

Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο.

Καὶ γὰρ ἡ γυνὴ λυπεῖ, καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶνται, καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον·

Φίλων δ' ὅ τ' ἐλθὼν, λυπρὸς, ὅ τ' ἀπιὼν βαρὺς,

ὡς ὁ Ἴων φησίν. Εἶτα τῆς νόσου διαλυθείσης, καὶ κράσεως ἑτέρας γενομένης, ἦλθεν ἡ ὑγεία φίλα πάντα ποιοῦσα καὶ προσηνῆ. Ὁ γὰρ χθὲς ᾠὰ καὶ ἀμύλια, καὶ σητάνειον ἄρτον διαπτύων, τήμερον αὐτόπυρον ἐπ' ἐλαίαις ἢ καρδαμίδι σιτεῖται [προσφιλῶς] καὶ προθύμως.

4. Τοιαύτην ὁ λογισμὸς εὐκολίαν καὶ μεταβολὴν ἐγγενόμενος μεταποιεῖ πρὸς ἕκαστον βίον. Ἀλέξανδρος Ἀναξάρχου περὶ κόσμων ἀπειρίας ἀκούων ἐδάκρυε, καὶ τῶν φίλων ἐρωτώντων, ὅ τι πέπονθεν· Οὐκ ἄξιον, ἔφη, δακρύειν, εἰ, κόσμων ὄντων ἀπείρων, ἑνὸς οὐδέπω κύριοι γεγόναμεν; Κράτης δὲ πήραν ἔχων καὶ τρίβωνα, παίζων καὶ γελῶν ὥσπερ ἐν ἑορτῇ τὸν βίον διετέλεσε. Καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τὸ πολλῶν βασιλεύειν ἐλύπει·

Γνώσεαι Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, τὸν περὶ πάντων
Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερές.

Tranquillitas definienda est vel perturbatio : nam, ut dixi, non minus pulchrorum omissio, quam actio turpium perturbans et molesta est.

III. Eos enim, qui unum aliquod certum vitæ genus molestia putant vacare, ut agricolarum quidam, alii cœlibum, alii regum, eos Menander satis clare erroris sui admonet his verbis :

Existimabam divites ego, Phania,
fenore quibus non est sumenda pecunia,
non gemere noctu, nec sus deque volvier,
eheu mihi dicentes: sed placidum magis
carpere soporem suaviter.

Deinde postquam narrando explicavit, animadvertisse se divitibus idem quod pauperibus evenire, inquit :

Est ergo vitæ consanguinea molestia.
Vitæ hæc adest molli, claræ vitæque adest,
inopique consenescit vitæ.

Sed veluti timidi inter navigandum nausea correpti melius se habituros putant si in lintrem e lembo, rursumque inde in triremem conscendant, nihil agentes ii, quia bilem et metum secum transferunt : ita vitæ mutationes non tollunt ex animo id quod ægre facit ac perturbat : id autem est imperitia rerum, inopia judicii, et impotentia atque inscitia recte utendi statu præsenti. Hæc sane tam divites jactant quam pauperes, tam cœlibes quam conjuges : ob hæc forum fugitur, et rursus molestum est otium : ob hæc produci in aulis volunt, et producti statim ægre ferunt :

Ob inopiam morosi sunt quibus est male :

ægrotis et uxor molesta est, et medicum incusant, et lectulus displicet, et de amicis

Gravis est qui venit : abiens parit molestiam,

ut Ion ait. Morbo autem fugato, aliaque facta temperie, sanitas redit omnia grata redigens atque jucunda : qui enim heri ova, amylum, panem e cribrata farina respuebat, hodie cibarium panem cum oliva et nasturtio comedit alacriter ac suaviter.

IV. Eodem modo recta ratio quodvis vitæ genus, quamvis mutationem, facit facilem. Alexander cum infinitos mundos esse ex Anaxarcho audivisset, flevit ; ac rogantibus amicis quid accidisset : *Non dignum,* inquit, *fletu vobis videtur, si, cum sint infiniti mundi, nos ne uno quidem etiamnum potiti sumus?* At Crates pera et palliolo instructus, vitam tanquam festivitatem quamdam per jocum et risum exigebat. Et quidem Agamemnoni molestiam attulit imperium in multos :

Atriden cernes Agamemnona, Juppiter unum
præ reliquis tot inexhaustos tolerare labores
quem jubet assidue. —

Διογένης δὲ πωλούμενος ἔσκωπτε τὸν κήρυκα κατακείμενος· ἀναστῆναι δὲ οὐκ ἐβούλετο κελεύοντος, ἀλλὰ παίζων καὶ καταγελῶν ἔλεγεν· Εἰ δὲ ἰχθὺν ἐπίπρασκες; Καὶ Σωκράτης μὲν ἐν δεσμωτηρίῳ φιλοσοφῶν, διελέγετο τοῖς ἑταίροις· ὁ δὲ Φαέθων ἀναβὰς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔκλαιεν, εἰ μηδεὶς αὐτῷ τοὺς τοῦ πατρὸς ἵππους καὶ τὰ ἅρματα παραδίδωσιν. Ὥσπερ οὖν τὸ ὑπόδημα τῷ ποδὶ συνδιαστρέφεται, καὶ οὐ τοὐναντίον, οὕτω τοὺς βίους αἱ διαθέσεις συνεξομοιοῦσιν αὑταῖς. Οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἑλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδὺν, ὥς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον. * Διὸ τὴν πηγὴν τῆς εὐθυμίας, ἐν αὐτοῖς οὖσαν ἡμῖν, ἐκκαθαίρωμεν, ἵνα καὶ τὰ ἐκτὸς, ὡς οἰκεῖα καὶ φίλια, μὴ χαλεπῶς χρωμένοις συμφέρηται·

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν, ἀλλ' ὁ τυγχάνων
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράξει καλῶς.

5. Κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ τὰ πρόσφορα, καὶ βαλόντα, χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. Τούτων δὲ τὸ μὲν βαλεῖν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ προσηκόντως δέχεσθαι τὰ γινόμενα παρὰ τῆς τύχης, καὶ νέμειν ἑκάστῳ τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὸ οἰκεῖον ὠφελήσει μάλιστα, καὶ τὸ ἀβούλητον ἥκιστα λυπήσει τοὺς ἐπιτυγχάνοντας, ἡμέτερον ἔργον ἐστὶν, ἂν εὖ φρονῶμεν. Τοὺς μὲν γὰρ ἀτέχνους καὶ ἀνοήτους περὶ τὸν βίον, ὥσπερ τοὺς νοσώδεις τοῖς σώμασι μήτε καῦμα φέρειν μήτε κρύος δυναμένους, ἐξίστησι μὲν εὐτυχία, συστέλλει δὲ δυστυχία· ταράττονται δὲ ὑπ' ἀμφοτέρων, μᾶλλον δὲ ὑφ' αὑτῶν ἐν ἀμφοτέροις, καὶ οὐχ ἧττον ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγαθοῖς. Θεόδωρος μὲν γὰρ ὁ κληθεὶς ἄθεος ἔλεγε, τῇ δεξιᾷ τοὺς λόγους ὀρέγοντος αὐτοῦ, τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι τοὺς ἀκροωμένους· οἱ δ' ἀπαίδευτοι πολλάκις τὴν τύχην δεξιὰν παρισταμένην, ἐπαριστέρως μεταλαμβάνοντες, ἀσχημονοῦσιν· οἱ δὲ φρόνιμοι, καθάπερ ταῖς μελίτταις φέρει μέλι τὸ δριμύτατον καὶ ξηρότατον ὁ θύμος, οὕτως ἀπὸ τῶν δυσχερεστάτων πραγμάτων πολλάκις οἰκεῖόν τι καὶ χρήσιμον αὐτοῖς λαμβάνουσι.

6. Τοῦτο οὖν δεῖ πρῶτον ἀσκεῖν καὶ μελετᾷν, ὥσπερ ὁ τῆς κυνὸς ἁμαρτὼν τῷ λίθῳ, καὶ τὴν μητρυιὰν πατάξας· Οὐδ' οὕτως, ἔφη, κακῶς. Ἔξεστι γὰρ μεθιστάναι τὴν τύχην ἐκ τῶν ἀβουλήτων. Ἐφυγαδεύθη Διογένης· οὐδ' οὕτω κακῶς· ἤρξατο γὰρ φιλοσοφεῖν μετὰ τὴν φυγήν. Ζήνωνι τῷ Κιτιεῖ μία ναῦς περιῆν φορτηγός· πυθόμενος δὲ ταύτην αὐτόφορτον ἀπολωλέναι συγκλυσθεῖσαν· Εὖγε, εἶπεν, ὦ τύχη, ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα καὶ τὴν στοὰν συνελαύνουσα ἡμᾶς. Τί οὖν κωλύει μιμεῖσθαι τούτους; Ἀρχήν τινα τελῶν διήμαρτες; ἐν ἀγρῷ διάξεις ἐπιμελόμενος τῶν ἰδίων. Ἀλλὰ φιλίαν μνώμενος ἡγεμόνος, ἀπώσθης; ἀκινδύνως καὶ ἀπραγμόνως βιώσῃ. Πάλιν ἐν πράγμασιν ἀσχολίας ἔχουσι καὶ φροντίδας γέγονας;

Contra Diogenes cum venderetur, sedens surgere noluit, subsannavitque venditorem surgere jubentem, cum joco et risu dicens : *Quid faceres, si piscem venderes ?* Socrates in carcere philosophans cum amicis colloquebatur. Phaethon conscenso cœlo plorabat, quod nemo ei patris equos et currum traderet. Sicut igitur calceus una cum pede, non in diversam partem convertitur, sic animi affectio vitam sibi conformem reddit. Non enim consuetudo, ut quidam dixit, vitæ optimum modum electum facit jucundum : sed prudentia simul et optimam et suavissimam parat vitæ rationem. Ergo fontem Tranquillitatis Animi in nobis insitum expurgemus : ut externa etiam tanquam familiaria non cum molestia nobis accidant atque usurpentur.

Nihil est quod irascare rebus scilicet :
non ira curæ illis tua est : bene huic erit,
qui rebus obtingentibus recte utitur.

V. Ludo enim tesserarum Plato vitam comparabat, ubi et jaciendum est quod sit commodum, et jactu quod cecidit recte usurpandum. Et jacere quidem in nostra non est potestate : si vero recte sapimus, penes nos est quod fortuna obtulit convenienter accipere et suo quodque disponere loco, ubi et propria maxime conducant, et quæ præter voluntatem eveniunt minime offendant. Alioqui eos qui vitam nulla arte adhibita, nulla prudentia degunt, quo modo morbis obnoxios videmus neque calorem ferre, neque frigus posse, cum res secundæ supra suam extollunt sortem, tum adversæ dejiciunt : utraque autem fortuna turbantur, aut potius ipsi utroque fortunæ statu turbas sibi cient, magisque adeo bono, qui dicitur, rerum successu. Theodorus, qui Atheus (quod deos esse videretur negare) dictus est, aiebat *se suas rationes dextra manu porrigente, ab auditoribus eas sinistra excipi.* Rudes autem homines, sæpenumero fortuna ad dextram assistente turpiter manu sinistra excipiunt. Ab altera parte homines cordati, sicut apibus mel præbet thymus, acerrima et aridissima herba, ita e rebus adversissimis sæpenumero conveniens aliquid et commodum decerpunt.

VI. Id ergo est primo omnium exercitatione perdiscendum, ut quo pacto is qui canem lapide ferire cum voluisset, icta noverca, dixit, *Ne sic quidem jactum lapidis male cecidisse :* ita nos quoque ea, quæ nolentibus nobis fortuna obtulit, alio transferre sciamus. Actus est in exsilium Diogenes : ne hoc quidem male ; nam factus extorris, philosophari cœpit. Zeno Citiensis, audito, navi oneraria, quam unicam reliquam habebat, una cum mercibus esse vi fluctuum obrutam atque demersam : *Laudo, inquit, tuum factum, o fortuna, quæ nos in palliolum et porticum redigis.* Quid obstat quominus tales imiteris ? Obeundo aliquo magistratu impegisti? vives postmodo ruri, rerum tuarum satagens. Ambiens principis alicujus amicitiam, passus es repulsam? vives periculorum et negotiorum liber. Rursum res gessisti curarum et occupationum plenas ?

Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα, κατὰ Πίνδαρον, ὡς δόξα ποιεῖ, καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετά τινος δυνάμεως, πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' εὐκάματον. Ἀλλά τις ἀπήντηκεν ἐκ διαβολῆς ἢ φθόνου δυσημερία καὶ σκορακισμός; ἐπὶ τὰς Μούσας οὔριον τὸ πνεῦμα καὶ τὴν Ἀκαδημίαν, ὥσπερ Πλάτωνι χειμασθέντι περὶ τὴν Διονυσίου φιλίαν. Διὸ καὶ τοῦτο πρὸς εὐθυμίαν μέγα, τὸ τοὺς ἐνδόξους ἀποθεωρεῖν, εἰ μηδὲν ὑπὸ τῶν αὐτῶν πεπόνθασιν. Οἷον, ἀπαιδία τὸ λυποῦν ἐστι; τοὺς τῶν Ῥωμαίων ὅρα βασιλεῖς, ὧν οὐδεὶς υἱῷ τὴν ἀρχὴν ἀπέλιπε. Πενίᾳ δυσφορεῖς παρούσῃ; καὶ τίς ἂν ἐβούλου εἶναι μᾶλλον Βοιωτῶν, ἢ Ἐπαμινώνδας; τίς δὲ Ῥωμαίων, ἢ Φαβρίκιος; Ἀλλὰ διέφθαρταί σου τὸ γύναιον; οὐκ ἀνέγνωκας οὖν τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν Δελφοῖς,

Ὑγρᾶς καὶ τραφερᾶς βασιλεὺς Ἆγίς μ' ἀνέθηκεν·

οὐδ' ἀκήκοας, ὅτι τούτου τὴν γυναῖκα Τιμαίαν Ἀλκιβιάδης διέφθειρε, καὶ τὸ γεννηθὲν, Ἀλκιβιάδην ἐκάλει ψιθυρίζουσα πρὸς τὰς θεραπαινίδας; Ἀλλὰ τοῦτο Ἆγιν οὐκ ἐκώλυσεν ἐνδοξότατον Ἑλλήνων εἶναι καὶ μέγιστον· * ὥσπερ οὐδὲ Στίλπωνα τῶν κατ' αὐτὸν φιλοσόφων ἱλαρώτατα ζῆν ἀκόλαστος οὖσα ἡ θυγάτηρ· ἀλλὰ καὶ Μητροκλέους ὀνειδίσαντος, Ἐμὸν οὖν, ἔφη, ἁμάρτημα τοῦτό ἐστιν, ἢ ἐκείνης; Εἰπόντος δὲ τοῦ Μητροκλέους· Ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δὲ ἀτύχημα· Πῶς λέγεις, εἶπεν, οὐχὶ τὰ ἁμαρτήματα καὶ διαπτώματά ἐστι; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τὰ δὲ διαπτώματα, οὐχ ὧν διαπτώματα, καὶ ἀποτεύγματα; Συνωμολόγησεν ὁ Μητροκλῆς. Τὰ δ' ἀποτεύγματα, οὐχ ὧν ἀποτεύγματα, ἀτυχήματα; πράῳ λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ κενὸν ἀποδείξας ὕλαγμα τὴν τοῦ κυνικοῦ βλασφημίαν.

7. Τοὺς δὲ πολλοὺς οὐ μόνον τὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνιᾷ καὶ παροξύνει κακά. Βλασφημίαι γὰρ καὶ ὀργαὶ καὶ φθόνοι καὶ κακοήθειαι καὶ ζηλοτυπίαι μετὰ δυσμενείας, αὐτῶν μέν εἰσι τῶν ἐχόντων κῆρες, ἐνοχλοῦσι δὲ καὶ παροξύνουσι τοὺς ἀνοήτους· ὥσπερ ἀμέλει καὶ γειτόνων ἀκροχολίαι, καὶ συνήθων δυσκολίαι, καὶ τῶν περὶ τὰς πράξεις ὑπουργῶν μοχθηρίαι τινές· ὑφ' ὧν οὐχ ἥκιστά μοι δοκεῖς καὶ αὐτὸς ἐπιταραττόμενος, ὥσπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατροὶ

Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ,

οὕτως ἀντιχαλεπαίνειν καὶ συνεκπικραίνεσθαι τοῖς ἐκείνων πάθεσι καὶ νοσήμασιν, οὐκ εὐλόγως. Ἃ γὰρ πράττεις πράγματα πεπιστευμένος, οὐχ ἁπλοῖς ἤθεσιν, οὐδὲ χρηστοῖς, ὥσπερ εὐφυέσιν ὀργάνοις, ἀλλὰ καρχάροις τὰ πολλὰ καὶ σκολιοῖς διακονεῖται. Τὸ μὲν οὖν ἀπευθύνειν ταῦτα, μὴ νόμιζε σὸν ἔργον εἶναι, μηδὲ ἄλλως ῥᾴδιον· ἂν δ' ὡς τοιούτοις αὐτοῖς πεφυκόσι χρώμενος, ὥσπερ ἰατρὸς ὀδοντάγραις καὶ ἀγκτῆρσιν, ἤπιος φαίνῃ καὶ μέτριος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, εὐφρανῇ τῇ σῇ διαθέσει μᾶλλον, ἢ λυπήσῃ ταῖς ἑτέρων ἀηδίαις

Atqui *ne calida quidem aqua ita fovebit mollia membra*, ut est apud Pindarum, sicut gloria et honor conjuncta potentiæ alicui laborem facient dulcem, molestiamque molestiæ expertem. Accidit per calumniam vel invidiam exsibilatio aliqua et infelix successus? Secundo vento ad Musas et Academiam navigare licet, quod fecit Plato, postquam naufragium amicitiæ cum Dionysio fecit. Ac profecto ad parandam animi tranquillitatem multum conducit, illustres viros considerare, qui eadem illi fortuna æquo sunt animo usi. Molestum tibi est quod prole cares? at Romanorum vide reges, quorum nullus filio regnum reliquit. Paupertas tibi gravis est? quis vero Bœotorum esse malles quam Epaminondas, aut Romanorum quam Fabricius? Adulterata est mulier? nonne legisti inscriptionem apud Delphos:

Agis me posuit terræ rex et maris idem;

et audivisti uxorem ejus Timæam fuisse ab Alcibiade vitiatam, et ancillis insusurrasse, Alcibiadem esse quem peperit infantem? Verum id Agidi non obstitit, quominus Græcorum fieret clarissimus atque maximus. Neque Stilponem prohibuit jucundissime omnium suæ ætatis philosophorum vivere intemperans filia: quin etiam Metrocli id exprobranti: *Meumne*, inquit, *hoc est peccatum, an filiæ*? Ac dicente Metrocle, *Filiæ peccatum est, tuum infortunium*: *Quid ais*? respondit: *nonne peccata etiam sunt lapsus*? *Omnino*, aiebat Metrocles. *Quid*? inquit, *nonne lapsus sunt earum rerum lapsus, quibus assequendis excidimus*? Assensit. *Nonne vero*, inquit, *istæ a rebus appetitis aberrationes eorum sunt infortunia qui eas non assequuntur*? Sic ille placido et philosophico sermone ostendit vanum latratum esse cynicam calumniam.

VII. At multos non amicorum modo et familiarium, sed inimicorum etiam perturbant atque irritant mala. Nam maledicta, iræ, invidiæ, malevolentiæ, obtrectationes cum malignitate conjunctæ, pestes sunt eorum quibus insunt: stolidos autem turbant atque exasperant: sicut etiam vicinorum jurgia, familiarium morositas, et administrorum rebus agendis adhibitorum improbitas. Qua quidem re tu mihi non minimum videris irritatus, quemadmodum apud Sophoclem medici

Amaro amaram pharmaco bilem eluunt,

ita eorum peccatis acerbum te sævumque vicissim exhibere: non quidem hoc rationi convenienter. Quas enim tu res tibi demandatas agis, earum ministeria non simplicia aut bona ingenia, tanquam commoda instrumenta, sed plerumque aspera et distorta obeunt. Quorum tu persequi delicta, non debes existimare muneris tui esse, aut rem confectu facilem. Quod si iis talibus utens, sicut medicus forcipibus ad evellendos dentes et hamulis ad constringenda vulnera utitur, placido animo mediocriter quæ contingunt feras, magis tua te affectione animi oblectabis, quam aliorum pravi-

καὶ μοχθηρίαις· καὶ ὥσπερ κύνας, ἂν ὑλακτῶσι, τὸ προσῆκον αὐτοῖς ἐκείνοις οἰόμενος περαίνειν, ἐπιλήσῃ πολλὰ λυπηρὰ συνάγων, ὥσπερ εἰς χωρίον κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐπιῤῥέοντα, τὴν μικροψυχίαν ταύτην καὶ τὴν ἀσθένειαν, ἀλλοτρίων ἀναπιμπλαμένην κακῶν. Ὅπου γὰρ ἔνιοι τῶν φιλοσόφων καὶ τὸν ἔλεον ψέγουσι πρὸς ἀτυχοῦντας ἀνθρώπους γιγνόμενον, ὡς καλοῦ τοῦ βοηθεῖν, οὐ τοῦ συναλγεῖν καὶ συνενδιδόναι τοῖς πλησίον ὄντος· ὃ δὲ μεῖζόν ἐστιν, οὐδ' αὐτῶν ἁμαρτανόντων καὶ διακειμένων φαύλως τὸ ἦθος αἰσθανομένους ἀθυμεῖν καὶ δυσφορεῖν ἐῶσιν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἄνευ λύπης τὴν κακίαν· ἤδη σκόπει πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι περιορᾶν αὐτοὺς, ὅτι μὴ πάντες εἰσὶν οἱ χρώμενοι καὶ προσιόντες ἡμῖν ἐπιεικεῖς καὶ χαρίεντες, ἀχθομένους καὶ δυσκολαίνοντας. Ἀλλὰ ὅρα, φίλε Πάκκιε, μὴ λανθάνωμεν ἑαυτοὺς οὐ τὸ καθόλου τῆς μοχθηρίας τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ φιλαυτίας τινὸς, οὐ μισοπονηρίας, προβαλλόμενοι καὶ δεδειχότες. Αἱ γὰρ σφοδραὶ περὶ τὰ πράγματα πτοῖαι καὶ παρ' ἀξίαν ἐφέσεις καὶ διώξεις, ἢ πάλιν ἀποστροφαὶ καὶ διαβολαὶ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ἐγγεννῶσιν ὑποψίας καὶ δυσκολίας, ὑφ' ὧν τὰ μὲν ἀποστερεῖσθαι, τοῖς δὲ περιπίπτειν δοκοῦμεν. Ὁ δὲ τοῖς πράγμασιν ἐθισθεὶς ἐλαφρῶς συμπεριφέρεσθαι καὶ μετρίως, εὐκολώτατος ἀνθρώποις ὁμιλεῖν γίγνεται καὶ πρᾳότατος.

8. Ὅθεν ἐκεῖνον αὖθις τὸν περὶ τῶν πραγμάτων λόγον ἀναλάβωμεν. Ὡς γὰρ ἐν τῷ πυρέττειν πικρὰ πάντα καὶ ἀηδῆ φαίνεται γευομένοις, ἀλλ' ὅταν ἴδωμεν ἑτέρους τὰ αὐτὰ προσφερομένους καὶ μὴ δυσχεραίνοντας, οὐκέτι τὸ σιτίον οὐδὲ τὸ ποτὸν, ἀλλ' αὐτοὺς αἰτιώμεθα καὶ τὴν νόσον· οὕτω καὶ τοῖς πράγμασι παυσόμεθα μεμφόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες, ἂν ἑτέρους τὰ αὐτὰ προσδεχομένους ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς ὁρῶμεν. Ἀγαθὸν τοίνυν ἐν τοῖς ἀβουλήτοις συμπτώμασι πρὸς εὐθυμίαν, καὶ τὸ μὴ παρορᾶν ὅσα προσφιλῆ καὶ ἀστεῖα πάρεστιν ἡμῖν, ἀλλὰ μιγνύντας ἐξαμαυροῦν τὰ χείρονα τοῖς βελτίοσι. Νῦν δὲ τὰς μὲν ὄψεις ὑπὸ τῶν ἄγαν λαμπρῶν τιτρωσκομένας ἀποστρέφοντες, ταῖς ἀνθηραῖς καὶ ποώδεσι χροιαῖς παρηγοροῦμεν· τὴν δὲ διάνοιαν ἐντείνομεν εἰς τὰ λυπηρὰ καὶ προσβιαζόμεθα τοῖς τῶν ἀνιαρῶν ἐνδιατρίβειν ἀναλογισμοῖς, μονονοὺ βίᾳ τῶν βελτιόνων ἀποσπάσαντες. Καίτοι τό γε πρὸς τὸν πολυπράγμονα λελεγμένον οὐκ ἀηδῶς, δεῦρ' ἐστὶ μετενεγκεῖν·

Τί τἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε,
κακὸν ὀξυδορκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις;

Τί τὸ σεαυτοῦ κακὸν, ὦ μακάριε, λίαν καταβλέπεις, καὶ ποιεῖς ἐναργὲς ἀεὶ καὶ πρόσφατον, ἀγαθοῖς δὲ παροῦσιν οὐ προσάγεις τὴν διάνοιαν; ἀλλ' ὥσπερ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ κάκιστα τῶν ἰδίων συνάγεις ἐπὶ σαυτόν; οὐδέν τι τοῦ Χίου βελτίων γενόμενος, ὃς πολὺν καὶ χρηστὸν οἶνον ἑτέροις πιπράσκων, ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἄριστον ὀξίνην ἐζήτει διαγευόμενος· οἰκέτης δέ τις ἐρωτηθεὶς ὑφ' ἑτέ-

tate et malitia perturbabis : neque instar canis, qui ubi allatraverit suo se defunctum officio putat, singula persequendo ; imprudens eo rem deduces, ut multa molestiam afferentia in hanc animi tui parvitatem atque imbecillitatem, tanquam locum cavum et humilem confluentia contrahas, eamque alienis oppleas malis. Quando enim philosophorum nonnulli misericordiam, qua afficimur ob aliorum calamitates, vituperant, quod debere nos opitulari aliis, non una dolere et animum demittere statuant : et quando, quod sane majus est, delicta nos nostra aut morbos animi ubi sentimus, non sinunt mœstos esse et ægre ferre, sed absque dolore mederi vitio jubent : qui non sit rationi adversum hoc in nos per negligentiam admittere, ut ægri indignabundique simus propterea, quod non omnes quibuscum nobis res est, probi sunt atque sciti? Verum hoc vide, mi Pacci, ne nosmetipsos non satis attendentes, non in universum improbitatem eorum quibus utimur, sed nostram affectionem a sui amore, non malorum odio proficiscentem, prætendamus atque affectemus. Nimiæ enim animi ad res incitationes, et vehementiores justo appetitiones, aut contra aversationes et vituperationes, eæ suspiciones et morositatem adversus homines nobis ingenerant, quorum culpa vel non adeptos quod cupiebamus, vel in ea quæ nollemus incidisse nos putamus : qui vero in rebus cum facilitate animi et moderatione versari assuevit, is cum hominibus agere facillime ac mansuetissime potest.

VIII. Itaque sermonem de rebus cœptum repetamus. Febricitantibus, quidquid gustemus, amarum et insuave videtur : sed tamen ubi alios videmus eadem citra molestiam gustare, non jam cibum potumve, sed morbum et ægrotantes in causa esse dicimus. Eodem modo culpare res et inique ferre desinemus, si videamus iisdem alios absque dolore et cum hilaritate uti. Jam id quoque multum ad animi tranquillitatem confert, si in his quæ nobis invitis evenerunt, non negligamus in hæc intueri quæ nobis grata et venusta adsunt : sed mixtione utrorumque instituta, meliorum momentis deteriora aboleamus. Sed nos, qui oculos nimio splendore offensos ad florida et viridia avertentes reficimus : iidem cogitationem rebus dolorem afferentibus intendimus, eamque recensioni molestiarum immorari cogimus, tantum non vi abstractam a melioribus. Atqui huc non inepte transferri potest, quod scite dictum est in curiosum :

Aliena quorsum acute pervides mala,
in propriis cæcus, hominum invidissime?

Quid enim mala tua, mi homo, nimis subtili visu perspiciens, semper conspicua facis ac renovas? bonis autem præsentibus animum non adhibes? sed, quemadmodum cucurbitulæ deterrimum e carne humorem eliciunt, ita de rebus tuis pessima quæque adversum te colligis? nihil sane Chio illi præstans, qui multo boni vini aliis divendito, acidum sibi ad cœnam gustando exquirebat : servus autem quidam ab alio inter-

ρου, τί ποιοῦντα τὸν δεσπότην καταλέλοιπεν· Ἀγαθῶν, ἔφη, παρόντων, κακὸν ζητοῦντα. Καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τὰ χρηστὰ καὶ πότιμα τῶν ἰδίων ὑπερβαίνοντες, ἐπὶ τὰ δυσχερῆ καὶ μοχθηρὰ τρέχουσιν. Ὁ δ' Ἀρίστιππος οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ἀγαθὸς, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, πρὸς τὰ βελτίονα τῶν ὑποκειμένων ἐξαναφέρειν καὶ ἀνακουφίζειν αὑτόν· χωρίον οὖν ἀπολέσας καλὸν, ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προσποιουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν· Οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἕν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται; Συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου· Τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα; Μανικὸν γάρ ἐστι τοῖς ἀπολλυμένοις ἀνιᾶσθαι, μὴ χαίρειν δὲ τοῖς σωζομένοις, ἀλλ' ὥσπερ τὰ μικρὰ παιδάρια ἀπὸ πολλῶν παιγνίων ἂν ἕν τις ἀφέληταί τι, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προσρίψαντα κλαίει καὶ βοᾷ, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμᾶς περὶ ἓν ὀχληθέντας ὑπὸ τῆς τύχης, καὶ τἄλλα πάντα ποιεῖν ἀνόνητα ἑαυτοῖς, ὀδυρομένους καὶ δυσφοροῦντας.

9. Καὶ τί, φήσαι τις ἂν, ἔχομεν; Τί δ' οὐκ ἔχομεν; ὁ μὲν δόξαν, ὁ δ' οἶκον, ὁ δὲ γάμον, τῷ δὲ φίλος ἀγαθός ἐστιν. Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ταρσεὺς, πρὸς τῷ τελευτᾶν ὧν ἔτυχεν ἀγαθῶν ἀναλογιζόμενος, οὐδὲ τὴν εὔπλοιαν παρέλιπε τὴν ἐκ Κιλικίας αὐτῷ γενομένην εἰς Ἀθήνας. Δεῖ δὲ καὶ τὰ κοινὰ μὴ παρορᾷν, ἀλλ' ἔν τινι λόγῳ τίθεσθαι, καὶ χαίρειν, ὅτι ζῶμεν, ὑγιαίνομεν, τὸν ἥλιον ὁρῶμεν· οὔτε πόλεμος, οὔτε στάσις ἐστίν· ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ παρέχει γεωργεῖν, καὶ θάλασσα πλεῖν ἀδεῶς τοῖς βουλομένοις· καὶ λέγειν ἔξεστι καὶ σιωπᾷν, καὶ πράττειν καὶ σχολάζειν. Εὐθυμήσομεν δὲ τούτοις μᾶλλον παροῦσιν, ἂν μὴ παρόντων αὐτῶν φαντασίαν λαμβάνωμεν· ἀναμιμνήσκοντες αὑτοὺς πολλάκις, ὡς ποθεινόν ἐστιν ὑγεία νοσοῦσι, καὶ πολεμουμένοις εἰρήνη, καὶ κτήσασθαι δόξαν ἐν πόλει τηλικαύτῃ καὶ φίλους, ἀγνῶτι καὶ ξένῳ· καὶ τὸ στέρεσθαι γενομένων, ὡς ἀνιαρόν. Οὐ γὰρ τότε γίνεται μέγα καὶ τίμιον ἕκαστον ἡμῖν, ὅταν ἀπόληται, σωζόμενον δὲ, τὸ μηδέν ἐστιν. Οὐδενὶ γὰρ ἀξίαν τὸ μὴ εἶναι προστίθησιν. Οὐδὲ δεῖ κτᾶσθαι μὲν ὡς μεγάλα, καὶ τρέμειν ἀεὶ δεδιότας, ὡς ὑπὲρ μεγάλων, μὴ στερηθῶμεν· ἔχοντας δὲ, * παρορᾷν καὶ καταφρονεῖν ὡς μηδενὸς ἀξίων· ἀλλὰ χρῆσθαι μάλιστα ἐπὶ τῷ χαίρειν καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν, ἵνα καὶ τὰς ἀποβολὰς, ἂν συντυγχάνωσι, πρᾳότερον φέρωμεν. Οἱ δὲ πολλοὶ ποιήματα μὲν, ὡς ἔλεγεν Ἀρκεσίλαος, ἀλλότρια καὶ γραφὰς καὶ ἀνδριάντας οἴονται δεῖν ἀκριβῶς καὶ κατὰ μέρος ἕκαστον ἐπιπορευόμενον τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ὄψει θεωρεῖν, τὸν δ' αὑτῶν βίον ἔχοντα πολλὰς οὐκ ἀτερπεῖς ἀναθεωρήσεις ἐῶσιν, ἔξω βλέποντες ἀεὶ καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ τύχας, ὥσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, αὑτῶν δὲ καὶ τῶν ἰδίων καταφρονοῦντες.

10. Καίτοι καὶ τοῦτο μέγα πρὸς εὐθυμίαν ἐστὶ, τὸ μάλιστα μὲν αὑτὸν ἐπισκοπεῖν καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν, εἰ δὲ μὴ, τοὺς ὑποδεεστέρους ἀποθεωρεῖν, καὶ μὴ, καθάπερ οἱ πολλοὶ, πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας ἀντιπαρεξάγου-

rogatus, *quidnam rei agentem herum reliquisset*, respondit : *Bonis præsentibus mala quærentem*. Plerique enim bonis et conducentibus rebus præteritis, ad difficilia et gravia toleratu currunt. Ex horum numero non fuit Aristippus, gnarus quasi in trutina meliorum rerum momentis adversus incommoda sese sublevare atque efferre : itaque prædio amisso quodam egregio, ex aliquo eorum qui majorem in modum se casum ejus dolere et inique ferre simulabant, quæsivit : *Nonne tu unicum possides agellum, mihi tres fundi sunt reliqui ?* Assenso : *Cur itaque non tuam potius vicem doleam*, inquit? Est enim insani, ob amissa dolore affici, non gaudere relictis, ac sicut pueruli, si quis ludicrarum rerum unam ipsis auferat, reliquis etiam omnibus projectis plorant ac vociferantur, ita una aliqua in re fortuna nobis obturbante, inique ferendo et lamentando cætera omnia nobis reddere inutilia.

IX. Diceres, quid habemus? Imo autem, quid non habemus? huic gloria, illi familia, alii conjugium, alii bonus amicus contigit. Antipater Tarsensis, cum jam moriturus bona quæ ipsi contigissent recenseret, ne prosperam quidem navigationem præteriit, qua e Cilicia Athenas usus fuerat. Communia quoque negligenda non sunt, sed eorum habenda ratio est, et gaudendum quod vivimus, valemus, solem videmus, bellum nullum, nulla est seditio, terra cultui, mare navigationi libere prostat, licet nobis loqui, tacere, res agere, otio frui. Hæc præsentia majorem nobis animi parabunt tranquillitatem, si absentium imagines nobis fingamus, sæpius nobiscum memoria repetentes, quam desiderabilis sit ægrotanti sanitas, in bello constitutis pax, gloria in tanta urbe et amicorum copia peregrino et ignoto : et quam sit molestum privari partis iis. Sic fiet, ut non tum demum magna ac præclara singula ista deputemus, quando amittimus : ante autem, et dum potimur, pro nihilo ducamus. Non enim pretium rebus istis interitus addit. Neque eas debemus tanquam magnas comparare, semperque trepidare et metuere ne tantis rebus spoliemur ; dum vero possidemus, tanquam nullius pretii res contemnere et negligere : sed ita maxime frui, ut voluptatem ex iis gaudiumque capiamus ; ut etiam amissionem eorum, sicubi accidat, æquiore animo feramus. Sed plerique poemata, ut aiebat Arcesilaus, aliena, et picturas, et statuas putant sibi exacte singulis partibus animo oculisque perlustratis contemplanda : vitam autem suam multa habentem consideratu non injucunda prætereunt, foras semper prospicientes, aliorumque famam et fortunam admirantes : sicut adulteri alienas spectant mulieres, suas ipsorum despiciunt.

X. Cæterum id quoque ad animi tranquillitatem magnopere conducit, maxime quidem se et suas res intueri : sin minus, inferiores certe intueri, nec cum præstantioribus se comparare : quo vitio vulgo labora-

σιν. Οἷον εὐθὺς, οἱ δεδεμένοι εὐδαιμονίζουσι τοὺς λελυμένους, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς ἐλευθέρους· οἱ δὲ ἐλεύθεροι τοὺς πολίτας· οὗτοι δὲ πάλιν αὖ τοὺς πλουσίους· οἱ δὲ πλούσιοι τοὺς σατράπας· οἱ δὲ σατράπαι τοὺς βασιλεῖς· οἱ δὲ βασιλεῖς τοὺς θεοὺς, μονονουχὶ βροντᾶν καὶ ἀστράπτειν ἐθέλοντες. Εἶτα οὕτως ἀεὶ τῶν ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἐνδεεῖς ὄντες, οὐδέποτε τοῖς καθ' ἑαυτοὺς χάριν ἔχουσιν.

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει·

καὶ,

Οὐδ' εἷλέ πω με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι
θεῶν ἔργα, μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος·
ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

Θάσιος γὰρ ἐκεῖνος ἦν; ἄλλος δέ τις Χῖος, ἄλλος δὲ Γαλάτης ἢ Βιθυνὸς, οὐκ ἀγαπῶν, εἴ τινος μερίδος ἢ δόξαν ἢ δύναμιν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις εἴληχεν, ἀλλὰ κλαίων, ὅτι μὴ φορεῖ πατρικίους· ἐὰν δὲ καὶ φορῇ, ὅτι μηδέπω στρατηγεῖ Ῥωμαίων· ἐὰν δὲ καὶ στρατηγῇ, ὅτι μὴ ὑπατεύει· καὶ ὑπατεύων, ὅτι μὴ πρῶτος, ἀλλ' ὕστερος ἀνηγορεύθη. Τοῦτο δέ ἐστι τί ἄλλο, ἢ συλλέγοντα προφάσεις ἀχαριστίας ἐπὶ τὴν τύχην, αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ κολάζεσθαι καὶ διδόναι δίκην; Ἀλλ' ὅ γε νοῦν ἔχων σωτήρια φρονοῦντα τοῦ ἡλίου μυριάδας ἀνθρώπων ἀπείρους ἐφορῶντος,

Εὐρυόδου γ' ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονὸς,

οὐκ εἴ τινων ἧττον ἔνδοξός ἐστι καὶ πλούσιος, ὀδυρόμενος κάθηται καὶ ταπεινούμενος, ἀλλ' ὅτι μυρίων μυριάκις ἐν τοσούτοις εὐσχημονέστερον ζῇ καὶ βέλτιον, ὑμνῶν τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καὶ τὸν βίον, ἐν ὁδῷ πρόεισιν. Ἐν Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι νικᾶν ἐκλεγόμενον ἀντιπάλους· ἐν δὲ τῷ βίῳ τὰ πράγματα δίδωσι περιόντα πολλῶν μέγα φρονεῖν, καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους· ἄν γε δὴ μὴ τοῦ Βριάρεω μηδὲ τοῦ Ἡρακλέους ποιήσῃς σεαυτὸν ἀνταγωνιστήν. Ὅταν οὖν πάνυ θαυμάσῃς ὡς κρείττονα τὸν ἐν τῷ φορείῳ κομιζόμενον, ὑποκύψας θέασαι καὶ τοὺς βαστάζοντας· καὶ ὅταν διαβαίνοντα τὴν σχεδίαν μακαρίσῃς τὸν Ξέρξην ἐκεῖνον, ὡς ὁ Ἑλλησπόντιος, ἴδε καὶ τοὺς ὑπὸ μάστιξι διορύττοντας τὸν Ἄθω, καὶ τοὺς περικοπτομένους ὦτα καὶ ῥῖνας ἐπὶ τῷ διαλυθῆναι τὴν γέφυραν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος, ἅμα καὶ τὴν ἐκείνων ἀποθεωρῶν διάνοιαν, ὅτι τὸν σὸν βίον καὶ τὰ σὰ πράγματα μακαρίζουσιν. Ὁ Σωκράτης ἀκούσας τινὸς τῶν φίλων λέγοντος, ὡς πολυτελὴς ἡ πόλις· Μνᾶς ὁ Χῖος οἶνος· ἡ πορφύρα, τριῶν μνῶν· τοῦ μέλιτος ἡ κοτύλη, πέντε δραχμῶν· λαβὼν αὐτὸν προσήγαγε τοῖς ἀλφίτοις, Ὀβολοῦ τὸ ἡμίεκτον, εὐτελὴς πόλις· εἶτα ταῖς ἐλαίαις, Δυοῖν χαλκοῖν ἡ χοῖνιξ, εὐτελὴς ἡ πόλις· εἶτα ταῖς ἐξωμίσι, Δέκα δραχμῶν, εὐτελὴς ἡ πόλις. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἀκούσωμεν ἑτέρου λέγοντος, ὡς μικρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς * πράγματα καὶ λυπρὰ δεινῶς, μὴ ὑπατευόντων, μηδὲ ἐπιτροπευόντων, ἔξεστιν εἰπεῖν· Λαμ-

tur. Nam, verbi gratia, qui vincti sunt, solutorum laudant fortunam, soluti liberorum, liberi civium, cives divitum, divites satraparum, satrapæ regum, reges deorum, tantum non tonare et fulgurare cupientes. Atque ita semper se egere sentiunt iis quæ sunt supra ipsos, gratiam non habentes de propriis.

Non res mihi sunt cordi Gygæ divitis;

et,

Neque cepit æmulatio me, superum neque
magna obstupesco facta, nec tyrannidem
magnam appeto, procul ab oculis sita est meis.

At vero Thasius, ais, hic fuit! Atqui est alius, Chius, Galata, vel Bithynus, non contentus se aliquo inter suos cives loco, in honore et cum potentia esse, plorat se non gestare vestem patriciam : et si ferat, quod non sit prætor Romanorum : et hoc adeptus, quod non consul : et consul, quod non prior, sed posterior fuerit renunciatus. Hoc autem quid est aliud, quam occasiones ingrato animo fortunam accusandi conquirentem, a se ipso sumere supplicium? At qui sana mente præditus salubriter sapit, is sole infinita millia hominum intuente,

Amplæ quicunque fruuntur terræ frugibus,

non si quem de his gloria sibi et opibus præstare videt, ideo deplorans sortem suam abjecto animo sedet, sed in publicum procedit, fortunam suam et vitam prædicans, quæ sibi in tanta multitudine aliis beatior obtigit. In Olympiaco quidem certamine non ita permittêre vincere, ut ipse tibi quicum certes deligas. At in vita licet, ac res humanæ concedunt ut cum multis præstes felicitate, magno sis animo aliisque potius æmulandus, quam aliorum admirator : siquidem te non cum Briareo aut Hercule componas. Ergo ubi magna te ceperit admiratio ejus qui lectica gestatur, oculis paululum demissis etiam bajulos contemplare : et cum Xerxem illum rati mare transeuntem cum Hellespontio illo beatum prædicabis, inspice etiam eos qui flagellis urgentibus Atho montem perforant, et quibus ob ruptum fluctibus pontem aures naresque amputantur, simulque eorum sensum considera, quod vitam et res tuas ii felices existimant. Socrates quemdam amicorum audiens dicere : *Quam caro in hac urbe pretio vivitur! Mina venditur vinum Chium, purpura tribus, mellis hemina quinque denariis :* adduxit ad farinas : *Hic*, dicens, *semisextarius venditur obolo ; exiguo pretio in Urbe vivitur :* tum ad olivas : *Duobus æreis chœnix ;* deinde ad exomides : *Hæc decem drachmis venditur vestis ; exiguo in hac urbe vivitur pretio.* Ita et nos, cum audiemus aliquem pronunciantem tenues res nostras esse et afflictas, qui consules aut procuratores non simus, esse

πρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα, καὶ ζηλωτὸς ἡμῶν ὁ βίος· οὐ προσαιτοῦμεν, οὐκ ἀχθοφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν.

11. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς ἑτέρους μᾶλλον ἢ πρὸς αὑτοὺς ὑπ' ἀβελτηρίας εἰθίσμεθα ζῆν, καὶ πολὺ τὸ δύσζηλον ἡ φύσις ἔχουσα καὶ τὸ βάσκανον, οὐ χαίρει τοσοῦτον τοῖς ἰδίοις, ὅσον ἀνιᾶται τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· μὴ μόνον ὅρα τὰ λαμπρὰ καὶ τὰ περιβόητα τῶν ζηλουμένων ὑπὸ σοῦ καὶ θαυμαζομένων, ἀλλ' ἀνακαλύψας καὶ διαστείλας, ὥσπερ ἀνθηρὸν παραπέτασμα, τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐντὸς γενοῦ, καὶ κατόψει πολλὰ δυσχερῆ, καὶ πολλὰς ἀηδίας ἐνούσας αὐτοῖς. Ὁ γοῦν Πιττακὸς ἐκεῖνος, οὗ μέγα μὲν ἀνδρείας, μέγα δὲ σοφίας καὶ δικαιοσύνης κλέος, εἱστία ξένους· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· τῶν δὲ ξένων διατραπέντων· Ἑκάστῳ τι, ἔφη, ἡμῶν κακόν ἐστιν· ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει.

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος·
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
Ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

Τοιαῦτα πολλὰ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ βασιλείᾳ πρόσεστιν ἄδηλα τοῖς πολλοῖς· ἐπιπροσθεῖ γὰρ ὁ τῦφος.

Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον·

ἔξωθεν οὗτος ὁ μακαρισμὸς, ὅπλων καὶ ἵππων καὶ στρατείας περικεχυμένης· αἱ δὲ τῶν παθῶν φωναὶ πρὸς τὴν κενὴν δόξαν ἔνδοθεν ἀντιμαρτυροῦσι·

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

Καὶ,

Ζηλῶ σε, γέρον,
ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής.

Ἔξεστιν οὖν καὶ τούτοις τοῖς ἐπιλογισμοῖς ἀπαρύτειν τοῦ πρὸς τὴν τύχην μεμψιμοίρου, καὶ διὰ τὸ θαυμάζειν τὰ τῶν πλησίον, ἐκταπεινοῦντος τὰ οἰκεῖα καὶ καταβάλλοντος.

12. Οὐχ ἥκιστα τοίνυν εὐθυμίαν κολούει τὸ μὴ συμμέτροις χρῆσθαι πρὸς τὴν ὑποκειμένην δύναμιν ὁρμαῖς, ὥσπερ ἱστίοις, ἀλλὰ μειζόνων ἐφιεμένους ταῖς ἐλπίσιν, εἶτ' ἀποτυγχάνοντας, αἰτιᾶσθαι δαίμονα καὶ τύχην, ἀλλὰ μὴ τὴν αὑτῶν ἀβελτηρίαν. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀρότρῳ βουλόμενος, καὶ τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν, δυστυχής ἐστιν· οὐδὲ τῷ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἷς δαίμων ἐναντιοῦται μοχθηρὸς, ἀλλ' ἀβελτηρία καὶ μωρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσα. Αἴτιον δὲ ἡ φιλαυτία μάλιστα, φιλοπρώτους ποιοῦσα καὶ φιλονείκους ἐν πᾶσι, καὶ πάντων ἐπιδραττομένους ἀπλήστως. Οὐ γὰρ πλούσιοι μόνον ὁμοῦ καὶ λόγιοι καὶ ἰσχυροὶ καὶ συμποτικοὶ καὶ ἡδεῖς εἶναι καὶ φίλοι βασιλέων καὶ πόλεων ἄρχοντες

nos in lauta atque splendida re dicemus, ut qui neque mendicemus, neque oneribus bajulandis aut adulando vivamus.

XI. Enimvero quando ea est nostra stultitia ut, magis aliorum quam nostri respectu vivere assuescamus, ingeniumque ita est obtrectatione et invidentia corruptum, ut non tam gaudeamus nostris bonis, quam ob aliorum bona doleamus: eorum quos æmularis atque admiraris, non tantum vide splendida illa et nobilia bona, sed aperiens ea, et gloriæ ac speciei tanquam florido aliquo conopeo reducto, intus penetra, cernes multa molesta et minime jucunda iis inesse. Pittacus ille, cui magnam fortitudo, sapientia, et justitia paraverunt gloriam, cum hospites convivio excepisset, uxorque irata supervenisset, et mensam subvertisset, hospitibus perturbatis: *Unicuique*, inquit, *nostrum est mali aliquid: felicissimus hic, cui hoc tantum.*

Hic in foro beatus esse creditur,
cum foribus apertis sit suis miserrimus:
imperat mulier, jubet omnia, semper litigat.
Multa afferunt illi dolorem, nil mihi.

Talia multa opibus, gloriæ, regno inhærent, ignota vulgo: officit enim luminibus fastus.

O felix, fatisque Atrida beantibus orte:

extrinsecus illa beatitatis laudatio ducta, ob circumfusam armorum, equorum, militum copiam: at intus voces perturbationum animi vanæ huic gloriæ reclamant:

Juppiter implicuit noxæ me prorsus acerbæ.

Item hæc:

Suspicio te, o senex,
et quicunque virorum
sine periclo vitam exegit
inglorius, ignotusque.

Ergo id genus ratiocinationes valent ad carpendum exhauriendumque hunc animi morbum, quo de fortuna nostra queruli, ob vicinorum admirationem res nostras extenuamus ac deprimimus.

XII. Id quoque non leviter tranquillitati mentis obest, quod non mediocribus et ad facultates nostras accommodatis appetitionibus, tanquam velis, utimur: sed spe majorum rerum concepta, postmodo frustrante conatu genium fortunamque incusamus, non nostram, quod erat rectius, stultitiam. Etenim non is infortunatus est, qui jaculari aratro, aut bove leporem venari voluit: neque ei qui frustra verriculo aut funda captavit cervum, ullus malus adversatur genius: sed stultitia et amentia eum ad tentanda impossibilia adigentes. In culpa est sui amor, studium ingenerans primas sibi in omnibus rebus contentiose arrogandi, et inexsaturabili cupiditate omnia aggrediundi: non enim divites modo simul, et docti, et robusti, et ad compotandum idonei, et comes esse atque amici regum et urbium

ἀξιοῦσιν· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ κύνας ἕξουσι πρωτεύοντας ἀρετῇ, καὶ ἵππους καὶ ὄρτυγας καὶ ἀλεκτρυόνας, ἀθυμοῦσι. Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος οὐκ ἠγάπα μέγιστος ὢν τῶν τότε τυράννων, ἀλλ' ὅτι Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ μὴ βέλτιον ᾖδε, μηδὲ περιῆν ἐν τῷ διαλέγεσθαι Πλάτωνος, ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, τὸν μὲν εἰς τὰς λατομίας ἀνέβαλε, τὸν δ' ἀπέδοτο πέμψας εἰς Αἴγιναν. Οὐ τοιοῦτος Ἀλέξανδρος· ἀλλ' ἐπεὶ Κρίσσων ὁ σταδιοδρόμος ἁμιλλώμενος αὐτῷ περὶ τάχους, ἔδοξεν ἑκὼν παρεῖναι, σφόδρα διηγανάκτησεν. Εὖ δὲ καὶ ὁ ποιητικὸς Ἀχιλλεὺς ὑπειπὼν,

Τοῖος ἐὼν οἷος οὔ τις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,

ἐπήνεγκεν·

Ἐν πολέμῳ· ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι.

Μεγάβυζον δὲ τὸν Πέρσην εἰς τὸ ζωγραφεῖον ἀναβάντα τοῦ Ἀπελλοῦ, *καὶ λαλεῖν ἐπιχειρήσαντα περὶ τῆς τέχνης ἐπεστόμισεν ὁ Ἀπελλῆς, εἰπὼν, Ἕως μὲν ἡσυχίαν ἦγες, ἐδόκεις τις εἶναι διὰ τὰ χρυσία καὶ τὴν πορφύραν, νυνὶ δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τρίβοντα τὴν ὤχραν παιδάρια καταγελᾷ σου φλυαροῦντος. Ἀλλ' ἔνιοι τοὺς μὲν Στωϊκοὺς οἴονται παίζειν, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὴ μόνον φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα καὶ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον καὶ βασιλέα προσαγορευόμενον, αὐτοὺς δὲ πάντων ἀξιοῦσι τούτων· κἂν μὴ τυγχάνωσιν, ἀνιῶνται. Καίτοι καὶ τῶν θεῶν ἄλλος ἄλλην ἔχων δύναμιν, ὁ μὲν ἐνυάλιος, ὁ δὲ μαντῷος, ὁ δὲ κερδῷος ἐπονομάζεται· καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ζεὺς, ὡς οὐ μετὸν αὐτῇ πολεμικῶν ἔργων, ἐπὶ γάμους ἀποστέλλει καὶ θαλάμους.

13. Τινὰ γὰρ οὐδὲ συνυπάρχειν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπεναντιοῦσθαι πέφυκεν ἀλλήλοις τῶν σπουδαζομένων· οἷον, ἄσκησις λόγων, καὶ μαθημάτων ἀνάληψις, ἀπραγμοσύνης δεῖται καὶ σχολῆς· δυνάμεις δὲ πολιτικαὶ, καὶ φιλίαι βασιλέων, οὐκ ἄνευ πραγμάτων οὐδ' ἀσχολιῶν περιγίγνονται. Καὶ μὴν οἶνός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ· καὶ χρημάτων ἐπιμέλεια μὲν καὶ τήρησις συνεχὴς αὔξει πλοῦτον, ὑπεροψία δὲ καὶ περιφρόνησις, μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδιον. Ὅθεν οὐ πάντα πάντων ἐστὶν, ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ γράμματι πειθόμενον, αὑτὸν καταμαθεῖν· εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἓν, ὃ πέφυκε, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε βίου ζῆλον ἕλκειν, καὶ παραβιάζεσθαι τὴν φύσιν·

Ἐν ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς,
παρὰ ναῦν δ' ἰθύει τάχιστα δελφίς,
κάπρῳ δὲ βουλεύοντα φόνον
κύνα χρὴ τλάθυμον ἐξευρεῖν.

Ὁ δ' ἀσχάλλων καὶ λυπούμενος, ὅτι μὴ καὶ λέων ἐστὶν

--- ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθὼς,

ἅμα καὶ κυνίδιον Μελιταῖον ἐν κόλπῳ χήρας γυναικὸς

principes volunt : sed male secum agi putant, nisi canes etiam, et equos, et coturnices, et gallos aliis habeant præstantiores. Dionysius major non contentus omnium ea tempestate tyrannorum quod esset maximus, irritato atque exasperato animo quod Philoxenum poetam canendo, Platonem disserendo non superaret, alterum in lapicidinas conjecit, alterum in Æginam vendidit. Non hoc modo egit Alexander : qui cum Criso stadii cursor cum ipso de velocitate certans dedita opera visus fuisset succumbere, vehementer est indignatus. Probe etiam Homericus Achilles, cum dixisset:

Non me inter Danaos cum sit præstantior alter,

subjecit :

Pugnando ; mea namque aliis facundia cedat.

Megabyzo Persæ cum in officinam Apellis pictoris descendisset, et nescio quid de arte dicere cœpisset, silentium imposuit Apelles his verbis : *Quandiu tacebas, existimabare aliquid esse ob auri et purpuræ ornamenta: at nunc te nugantem etiam pueruli isti ochram terentes derident.* Sed nonnulli Stoicos ludere putant, quando ab iis audiunt sapientem non modo prudentem, justum, fortem, sed rhetorem quoque, imperatorem, poetam, divitem, regemque cognominari; cum interim hos sibi tibulos ipsi arrogent omnes, et, nisi obtinent, indignentur. Atqui Deorum alius alia virtute præditus, hic bellicosus, ille fatidicus, rursum alius lucri præses nominatur : et Venerem Jupiter, quod ad eam res bellicæ nihil pertinerent, ad nuptias et cubilia ablegat.

XIII. Et vero sunt quæ simul locum habere non possint, sed invicem pugnent studia : puta, otio opus habet dicendi exercitatio, et mathematum tractatio, atque aliarum vacatione occupationum ; facultas civilis, et amicitiæ regum, non sine negotiis et occupationibus parari possunt : tum vini et carnium usus largior, corpus validum ac robustum facit, animum imbecillum : assidua rei faciundæ cura et conservatio divitias auget, contemptus opum ad philosophiam est perquam utile viaticum. Hinc quidem constat non omnia esse omnium : sed oportere Pythicæ obtemperantem inscriptioni, Se ipsum nosse : deinde uti suo ingenio ad ea ad quæ natura factum est : neque id ad alius vitæ studium trahendo, huic vim facere.

Equus est ad currum idoneus,
ad aratra bos : propter ratem
delphin celerrime incitatur.
Apro si quis necem struit,
canem inveniat laboriosum.

Qui autem indigne fert, quod non simul est

Robore confidens leo, montibus innutritus,

et catellus Melitæus in sinu viduæ mulieris educatus,

ιθηνούμενον, ἀπόπληκτός ἐστι. Τούτου δὲ οὐδὲν βελίων, ὁ βουλόμενος ἅμα μὲν Ἐμπεδοκλῆς, ἢ Πλάτων, Δημόκριτος εἶναι περὶ κόσμου γράφων καὶ τῆς τῶν ντων ἀληθείας, ἅμα δὲ πλουσίᾳ γραῒ συγκαθεύδειν, ὡς Εὐφορίων, ἢ ἰὼν ἐπὶ κῶμον Ἀλεξάνδρῳ συμπίνειν, ὡς Μήδιος· ἀγανακτῶν δὲ καὶ λυπούμενος, εἰ μὴ θαυμάζεται διὰ πλοῦτον, ὡς Ἰσμηνίας, καὶ δι' ἀρετὴν, ὡς Ἐπαμινώνδας. Οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς, ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους, ἀθυμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται καὶ χαίρουσι. Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. Καὶ γὰρ ὁ Σόλων·

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι,
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Καὶ Στράτων ὁ φυσικὸς, ἀκούσας, ὅτι πολλαπλασίους ἔχει Μενέδημος μαθητὰς, Τί οὖν, ἔφη, θαυμαστὸν, εἰ πλείονές εἰσιν οἱ λούεσθαι θέλοντες τῶν ἀλείφεσθαι βουλομένων; Ἀριστοτέλης δὲ πρὸς Ἀντίπατρον γράφων, Οὐκ Ἀλεξάνδρῳ μόνον, ἔφη, προσήκει μέγα φρονεῖν, ὅτι κρατεῖ πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχ ἧττον οἷς ὑπάρχει περὶ θεῶν ἃ δεῖ δοξάζειν. Τοὺς γὰρ οὕτω τὰ οἰκεῖα σεμνύνοντας οὐκ ἐνοχλήσει τὰ τῶν πλησίον. Νῦν δὲ τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν, οὐδὲ τὴν ἐλαίαν βότρυς· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοὺς, ἐὰν μὴ καὶ τὰ τῶν πλουσίων ἅμα καὶ τὰ τῶν λογίων, καὶ τὰ τῶν στρατευομένων καὶ τὰ τῶν φιλοσοφούντων, καὶ τὰ τῶν κολακευόντων καὶ τὰ τῶν παῤῥησιαζομένων, καὶ τὰ τῶν φειδομένων καὶ τὰ τῶν δαπανώντων ἔχωμεν προτερήματα, συκοφαντοῦμεν καὶ ἀχαριστοῦμεν ἑαυτοῖς, καὶ καταφρονοῦμεν ὡς ἐνδεῶς καὶ ἀτελῶς βιούντων. Πρὸς δὲ τούτῳ, * καὶ τὴν φύσιν ὁρῶμεν ὑπομιμνήσκουσαν ἡμᾶς. Ὡς γὰρ τῶν θηρίων ἑτέροις ἀφ' ἑτέρων παρεσκεύασε τὴν τροφὴν εἶναι, καὶ οὐ πάντα σαρκοφαγεῖν, ἢ σπερμολογεῖν, ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησεν, οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ποικίλας πρὸς τὸν βίον ἀφορμὰς ἔδωκε,

Μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιθολόχῳ τε,

καὶ ὃν πόντος τρέφει. Δεῖ δὴ τὸ πρόσφορον ἑαυτοῖς ἑλομένους καὶ διαπονοῦντας, ἐᾶν τὰ τῶν ἄλλων· καὶ μὴ τὸν Ἡσίοδον ἐλέγχειν ἐνδεέστερον εἰπόντα·

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων.

Οὐ γὰρ μόνον τοὺς ὁμοτέχνους καὶ τοὺς ὁμοτρόπους ζηλοτυποῦντες, ἀλλὰ καὶ λογίους πλούσιοι, καὶ πλουσίους ἔνδοξοι, καὶ δικολόγοι σοφιστὰς, καὶ ναὶ μὰ Δία κωμῳδοὺς εὐημεροῦντας ἐν θεάτροις, καὶ ὀρχηστὰς, καὶ θεράποντας ἐν αὐλαῖς βασιλέων ἐλεύθεροι καὶ εὐπατρίδαι καταπεθαμβημένοι καὶ μακαρίζοντες, οὐ μετρίως λυποῦσιν αὐτοὺς καὶ ταράττουσιν.

14. Ὅτι δὲ ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς εὐθυμίας καὶ τῆς δυσθυμίας ἔχει ταμιεῖα, καὶ τοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν πίθους οὐκ ἐν Διὸς οὔδει κατακειμένους, ἀλλ' ἐν τῇ ψυχῇ κειμένους, αἱ διαφοραὶ τῶν παθῶν δηλοῦ-

stupidus est. Neque eo melior, qui simul vult et Empedocles, Plato, aut Democritus esse de mundo et de vera rerum natura scribens, et cum vetula divite dormire, ut Euphorion; aut cum comessatoribus Alexandri potare, ut Medius : et qui iniquo animo toleret, non simul et ob divitias, ut Ismeniam, et ob virtutem, ut Epaminondam, se in admiratione haberi. Nam neque cursores animo sunt ægro, quia non auferunt coronas luctatorum, sed suis gaudent atque exsultant. *Spartam es nactus, hanc orna* Sic et Solon :

At nos virtutis non permutabimus horum,
pulchraque virtutis munia divitiis :
cum stet virtutis stabilis possessio semper,
incerte varia sorte ferantur opes.

Et Strato physicus audito Menedemum multis modis plus habere discipulos : *Quid mirum est*, aiebat, *si plures sunt qui lavare, quam qui ungi volunt?* Aristoteles quoque ad Antipatrum scribebat : *Non solum Alexandrum debere multum sibi tribuere ob imperium in tot homines; nihilo minus id licere iis, qui recte de deo sentiant.* Etenim eos qui hoc modo sua extollunt bona, minus aliorum perturbabunt. Nunc nos, qui a vite ficus, aut ab olea uvas non requirimus, nisi prærogativas simul omnes divitum, doctorum, bellatorum, philosophantium, adulantium, libere dicentium, parcorum, sumptus facientium habeamus, calumniamur, ingratique adversum nosmetipsos sumus, ac vitam nostram ut inopem mutilamque spernimus. Præter hæc vero, ab ipsa nos natura admoneri videmus. Ut enim brutorum animalium aliis aliunde nutrimentum suggessit, neque omnibus carnem edendi, semina legendi, radices effodiendi facultatem indidit ea : sic homini quoque varias ad vitam tolerandam opportunitates præbuit : opilioni suas, suas aratori, aucupi, et quem mare alit. Quo æquius est nos id genus vitæ, quod nobis est commodum, amplexos, in eo elaborare, reliqua omittere, neque ostendere Hesiodum intra modum substitisse, cum diceret :

Succenset figulo figulus, fabrum faber odit.

Non enim eamdem modo artem, eamdem vitæ rationem exercentes dum æmulantur, sed et doctos opulenti, et opulentos fama clari, et causidici sophistas, atque adeo comœdos in theatris pulchre stantes, histrionesque et servos regum aulicos liberi homines ac patricii cum stupore admirantes beatosque dicentes, non mediocrem sibi ipsis dolorem perturbationemque afferunt.

XIV. Jam quod hominum unusquisque penum vel tranquillitatis animi, vel ægritudinis in sese habeat, et dolia bonorum ac malorum non in Jovis limine, sed in animo suo reposita, affectionum diversitates de-

σιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνόητοι καὶ παρόντα τὰ χρηστὰ παρορῶσι καὶ ἀμελοῦσιν, ὑπὸ τοῦ συντετάσθαι πρὸς τὸ μέλλον ἀεὶ ταῖς φροντίσιν· οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ τὰ μηκέτ' ὄντα τῷ μνημονεύειν ἐναργῶς, ὄντα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς· τὸ γὰρ παρὸν τῷ ἐλαχίστῳ τοῦ χρόνου μορίῳ θιγεῖν παρασχὸν, εἶτα τὴν αἴσθησιν ἐκφυγὸν, οὐκέτι δοκεῖ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ἡμέτερον εἶναι τοῖς ἀνοήτοις· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἐν ᾅδου ζωγραφούμενος σχοινοστρόφος ὄνῳ τινὶ παρίησιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκειν τὸ πλεκόμενον, οὕτω τῶν πολλῶν ἀναίσθητος καὶ ἀχάριστος ὑπολαμβάνουσα λήθη καὶ κατανεμομένη, πρᾶξίν τε πᾶσαν ἀφανίζουσα καὶ κατόρθωμα καὶ σχολὴν ἐπίχαριν καὶ συμπεριφορὰν καὶ ἀπόλαυσιν, οὐκ ἐᾷ τὸν βίον ἕνα γενέσθαι, συμπλεκομένων τοῖς παροῦσι τῶν παρῳχημένων· ἀλλ' ὥσπερ ἕτερον τὸν ἐχθὲς ὄντα τοῦ σήμερον, καὶ τὸν αὔριον ὁμοίως οὐ τὸν αὐτὸν τῷ σήμερον διαιροῦσα, πᾶν τὸ γινόμενον εὐθὺς εἰς τὸ ἀγένητον τῷ ἀμνημονεύτῳ καθίστησιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς τὰς αὐξήσεις ἀναιροῦντες ὡς τῆς οὐσίας ἐνδελεχῶς ῥεούσης, λόγῳ ποιοῦσιν ἡμῶν ἕκαστον ἄλλον ἑαυτοῦ καὶ ἄλλον· οἱ δὲ τῇ μνήμῃ τὰ πρότερον μὴ στέγοντες μηδὲ ἀναλαμβάνοντες, ἀλλ' ὑπεκρεῖν ἐῶντες, ἔργῳ ποιοῦσιν ἑαυτοὺς καθ' ἡμέραν ἀποδεεῖς καὶ κενοὺς, καὶ τῆς αὔριον ἐκκρεμαμένους, ὡς τῶν πέρυσι καὶ πρῴην καὶ χθὲς, οὐ πρὸς αὐτοὺς ὄντων, οὐδὲ ὅλως αὐτοῖς γενομένων.

15. Καὶ τοῦτο οὖν τὴν εὐθυμίαν ἐπιταράσσει· κἀκεῖνο μᾶλλον, ὅταν, ὥσπερ αἱ μυῖαι τῶν λείων τόπων ἐν τοῖς κατόπτροις ἀπολισθαίνουσι, ταῖς δὲ τραχύτησι προσέχονται καὶ ταῖς ἀμυχαῖς, οὕτως ἄνθρωποι τῶν ἱλαρῶν καὶ προσηνῶν ἀποῤῥέοντες ἐμπλέκωνται ταῖς τῶν ἀηδῶν ἀναμνήσεσι· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ἐν Ὀλύνθῳ τοὺς κανθάρους λέγουσιν, εἴς τι χωρίον ἐμβάλλοντας, ὃ καλεῖται κανθαρώλεθρον, ἐκβῆναι μὴ δυναμένους, ἀλλ' ἐκεῖ στρεφομένους καὶ κυκλοῦντας ἐναποθνήσκειν, οὕτως εἰς τὴν τῶν κακῶν μνήμην ὑποῤῥυέντες ἀνενεγκεῖν μὴ θέλωσι, μηδ' ἀναπνεῦσαι. Δεῖ δὲ, ὥσπερ ἐν πινακίῳ χρωμάτων, ἐν τῇ ψυχῇ τῶν πραγμάτων τὰ φαιδρὰ καὶ λαμπρὰ προβάλλοντας, ἀποκρύπτειν τὰ σκυθρωπὰ καὶ πιέζειν· ἐξαλεῖψαι γὰρ οὐκ ἔστι παντάπασιν οὐδ' ἀπαλλαγῆναι. Παλίντονος γὰρ ἁρμονίη κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου· * καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἀμιγές. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν μουσικῇ βαρεῖς φθόγγοι καὶ ὀξεῖς, ἐν δὲ γραμματικῇ φωνήεντα καὶ ἄφωνα γράμματα· μουσικὸς δὲ καὶ γραμματικὸς, οὐχ ὁ θάτερα δυσχεραίνων καὶ ὑποφεύγων, ἀλλ' ὁ πᾶσι χρῆσθαι καὶ μιγνύναι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπιστάμενος· οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίας ἐχόντων (ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς),

οὐ δεῖ τοῖς ἑτέροις ἐξαθυμεῖν, οὐδ' ἀπαγορεύειν· ἀλλ' ὥσπερ ἁρμονικοὺς ἀμβλύνοντας ἀεὶ τοῖς κρείττοσι τὰ

monstrant. Stolidi enim bona etiam præsentia non cernunt neque curant; quod cogitationes suas semper futuris habent intentas : prudentes ea quoque, quæ esse desierunt, memoriæ perspicacitate sibi præsentia faciunt. Quippe stultis id quod præsens est, et exiguissimo temporis puncto se tangendum præbens, deinde sensum effugit, non jam amplius ad ipsos pertinere videtur : sed, quemadmodum apud Manes pingitur quidam funem torquens, et id quod contexuit asino vorandum permittens, ita multorum stupida quædam et ingrata oblivio omnem actionem, omnes res præclare gestas, omne jucundum otium, omnem conviviorum et voluptatum fruitionem abolens, non sinit vitam esse continuam, præsentibus ad præterita adjunctis : sed hesternam ab hodierna, hanc a crastina dividens, quidquid evenit obterens tanquam non factum redigit. Nam qui in scholis incrementa corporum negant, ob continuatam substantiæ fluxionem, ii verbo faciunt nos subinde alios : qui autem priora non complectuntur memoria, neque revocant, sed effluere sinunt, ii re ipsa faciunt se quotidie indigos inanesque, et a crastino pendentes : tanquam ea quæ superiore anno, dudum adeoque heri obtigerunt, plane ad ipsos nihil pertineant, neque omnino ipsis evenerint.

XV. Et hoc igitur animi tranquillitatem non leviter impedit : et magis etiam illud, quod homines muscarum in morem in speculis de lævi superficie delabentium et asperitatibus ac fissuris inhærentium, a jucundarum rerum memoria defluentes recordationi molestarum implicantur : imo, sicut Olynthi cantharos ferunt in locum quemdam qui ab exitio ejus insecti Cantharolethrum dicitur injectos, quod exire inde nequeant, perpetua circumversione enecari : ita ipsi quoque in malorum commemorationem ubi incidere, inde se revocare et recreare nolunt. Oportet autem sicut in tabula colorem, ita in animo rerum eas quæ maxime nitent ac splendent proponere, iisque tetrica obscurare et opprimere, quandoquidem omnino deleri et amoveri non possunt. Ut enim lyræ aut arcus nervi, ita mundi quoque concentus vicissitudine quadam intenditur ac remittitur : et in rebus humanis nihil sinceri, nihil puri est. Sed quemadmodum in musica soni sunt et graves et acuti, et in grammatica litteræ cum vocales, tum mutæ : musicus autem et grammaticus est non qui alterum genus moleste fert atque fugit, sed qui omnia usurpare et permiscere arte sua potest : ita in rebus quoque humanis cum sint oppositi invicem ordines (quando, ut est apud Euripidem,

Sejungier non possunt a bonis mala,
sed est eorum, ut res habeant satis bene,
commixtio quædam),

non debemus in altero animum ob dolorem despondere : verum harmonicos imitari, et melioribus deteriora

ιείρονα, καὶ τὰ φαῦλα τοῖς χρηστοῖς ἐμπεριλαμβάνον-
ας, ἐμμελὲς τὸ τοῦ βίου μῖγμα ποιεῖν καὶ οἰκεῖον αὐ-
οῖς. Οὐ γὰρ, ὡς ὁ Μένανδρός φησιν,

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
ἀγαθὸς,

ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, διτταί τινες ἕκαστον
ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται
μοῖραι καὶ δαίμονες·

Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἴσχρη τε, Θόωσά τε, Δηναίη τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

16. Ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν ἀνακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης, εὔχεται μὲν ὁ νοῦν ἔχων τὰ βελτίονα, προσδοκᾷ δὲ καὶ θάτερα· χρῆται δὲ ἀμφοτέροις, τὸ ἄγαν ἀφαιρῶν. Οὐ γὰρ μόνον ὁ τῆς αὔριον ἥκιστα δεόμενος, ὥς φησιν Ἐπίκουρος, ἥδιστα πρόσεισι πρὸς τὴν αὔριον· ἀλλὰ καὶ πλοῦτος εὐφραίνει, καὶ δόξα, καὶ δύναμις, καὶ ἀρχὴ, καὶ μάλιστα τοὺς ἥκιστα τἀναντία ταρβοῦντας. Ἡ γὰρ σφοδρὰ περὶ ἕκαστον ἐπιθυμία, σφοδρότατον φόβον ἐμποιοῦσα τοῦ μὴ παραμένειν, ἀσθενῆ τὴν χάριν ποιεῖ καὶ ἀβέβαιον, ὥσπερ φλόγα καταπνεομένην. Ὧ δὲ δίδωσι πρὸς τὴν τύχην ἀδεῶς καὶ ἀτρόμως εἰπεῖν ὁ λογισμὸς,

Ἡδὺ μὲν ἄν τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχος ἢν ἀπολείπῃς,

τοῦτον ἥδιστα ποιεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι τὸ θαρραλέον καὶ μὴ δεδιὸς αὐτῶν τὴν ἀποβολὴν ὡς ἀφόρητον. Ἔξεστι γὰρ τὴν Ἀναξαγόρου διάθεσιν, ἀφ' ἧς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παιδὸς ἀνεφώνησεν· Ἤδειν θνητὸν γεννήσας, μὴ θαυμάζοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμουμένους, ἐπιλέγειν ἑκάστῳ τῶν τυχηρῶν· Οἶδα τὸν πλοῦτον ἐφήμερον ἔχων καὶ οὐ βέβαιον· Οἶδα τὴν ἀρχὴν ἀφελέσθαι δυναμένους τοὺς δεδωκότας· Οἶδα τὴν γυναῖκα χρηστὴν, γυναῖκα δ' οὖσαν· καὶ τὸν φίλον, ἄνθρωπον ὄντα, φύσει εὐμετάβολον ζῶον, ὡς ὁ Πλάτων εἶπεν. Αἱ γὰρ τοιαῦται παρασκευαὶ καὶ διαθέσεις, ἐάν τι συμβῇ τῶν ἀβουλήτων μὲν, οὐκ ἀπροσδοκήτων δὲ, μὴ δεχόμεναι τὸ, Οὐκ ἂν ᾤμην· καὶ τὸ, Ἄλλα ἤλπιζον· καὶ τὸ, Ταῦτα οὐ προσεδόκων· οἷον πηδήματα καρδίας καὶ σφυγμοὺς ἀφαιροῦσι, καὶ ταχὺ πάλιν τὸ μανιῶδες καὶ ταραττόμενον ἱδρύουσιν. Ὁ μὲν οὖν Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμνησκεν, ὅτι πᾶν καὶ ὅλον ἐστὶν εἰς λύπην καὶ ἀθυμίαν τὸ ἀπροσδόκητον. Ἡ γοῦν Μακεδόνων βασιλεία τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας πολλοστημόριον ἦν· ἀλλὰ Περσεὺς μὲν ἀποβαλὼν Μακεδονίαν, αὐτός τε κατεθρήνει τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα, καὶ πᾶσιν ἐδόκει δυστυχέστατος ἀνθρώπων γεγονέναι καὶ βαρυποτμότατος· * ὁ δὲ τούτου κρατήσας Αἰμύλιος, ἑτέρῳ παραδιδοὺς τὴν ὁμοῦ τε γῆς καὶ θαλάττης ἄρχουσαν

obscurando, ac mala bonis occupando, concinnum vitæ, nobisque conveniens, temperamentum conficere. Non enim verum est quod dixit Menander :

Hominem unumquemque, simul in lucem est editus,
sectatur Genius, vitæ qui auspicium facit,
bonus nimirum :

sed Empedoclis probanda potius est sententia, qui unumquemque nostrum, postquam est natus, arripi gubernarique a duplicibus fatis geniisque docet :

Hic inerant Chthonia, et cernens procul Heliopea,
et vario Harmonie vultu, Derisque cruenta,
Æschraque Callistoque, Thoosaque, Denæeque,
Nemertes et amœna, nigro fructuque Asaphea.

XVI. Horum geniorum nominibus variæ animi perturbationes exprimuntur, quarum omnium semina cum ortus noster secum tulerit, ideoque vitæ magna sit inæqualitas, meliora quidem optat, qui sana est mente, sed tamen altera quoque exspectat, et utrisque utitur ita, ut Ne quid nimis. Non enim tantum *qui minime desiderat crastinam diem,* sicut Epicurus aiebat, *suavissime procedit in crastinam diem :* sed et divitiæ, et gloria, potentia, honores eos maxime delectant, qui contraria horum minime metuunt. Nam nimia istarum rerum appetitio, acerrimum amittendi metum ingenerans, gratiam earum fruendarum infirmam reddit atque instabilem, instar flammæ vento agitatæ. Cui vero ratio hoc paravit, ut ad fortunam intrepide dicere possit :

Suave est, si quid das : parvus dolor, hoc ubi tollis ;

hunc fiducia et vacuitas metus amissionis, tanquam intolerabilis, docent suavissime uti rebus præsentibus. Ac licet Anaxagoræ affectum animi, a quo profectum est ut de morte filii hanc vocem ederet, *Sciebam mortalem esse quem genueram*, non admirantes modo, sed et imitantes, ad singulos fortunæ casus dicere : *Noveram divitias me possidere in diem durantes et instabiles* : *Noveram magistratum ab iis adimi posse, qui eo me ornaverant : Noveram mihi esse probam mulierem, sed tamen mulierem : Noveram amicum esse hominem, facile, ut ait Plato, mutabile animal.* Hujusmodi enim præparatio animique informatio, si quid eorum quæ nollemus quidem, posse tamen evenire cogitabamus, accidat, non admittentes voces istas : *Non putaram, Alia speravi, Hæc non exspectabam*, saltum cordis et trepidationem avertunt, ac celeriter furiosam et perturbatam facultatem sedant. Carneades de magnis rebus admonebat omnem dolorem mœroremque ab hac una causa nasci, quod inexspectato nobis accidit quippiam. Macedonum regnum cum Romano comparatum imperio, vix aliquanta hujus pars erat : et tamen Perseus, amissa Macedonia, cum ipse suam deplorabat fortunam, tum ab omnibus miserrimus infelicissimusque homo judicabatur. at qui hunc devicerat Æmilius tradito alteri terræ marisque im-

δύναμιν, ἐστεφανοῦτο καὶ ἔθυεν, εὐδαιμονιζόμενος εἰκότως. Οὗτος μὲν γὰρ ᾔδει λαμβάνων ἀρχὴν ἀποδοθησομένην, ἐκεῖνος δὲ ἀπέβαλε μὴ προσδοκήσας. Εὖ δὲ καὶ ὁ ποιητὴς οἷόν ἐστι τὸ παρὰ προσδοκίαν ἐδίδαξεν. Ὁ γὰρ Ὀδυσσεὺς τοῦ μὲν κυνὸς θανόντος ἐξεδάκρυσε, τῇ δὲ γυναικὶ κλαιούσῃ παρακαθήμενος, οὐδὲν ἔπαθε τοιοῦτον· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀφῖκτο τῷ λογισμῷ τὸ πάθος ὑποχείριον ἔχων, καὶ προκατειλημμένον· εἰς δ' ἐκεῖνο, μὴ προσδοκήσας, ἀλλ' ἐξαίφνης διὰ τὸ παράδοξον ἐνέπεσε.

17. Καθόλου δ' ἐπεὶ τῶν ἀβουλήτων τὰ μὲν φύσει τὸ λυποῦν καὶ βαρῦνον ἐπιφέρει, τὰ δὲ πλεῖστα δόξῃ δυσχεραίνειν ἐθιζόμεθα καὶ μανθάνομεν, οὐκ ἄχρηστόν ἐστι πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πρόχειρον,

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν (φησὶν) ἂν μὴ προσποιῇ.

τί γὰρ πρὸς σὲ ἐστὶ, ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται, μήτε ψυχῆς, οἷόν ἐστι δυσγένεια πατρὸς, ἢ μοιχεία γυναικὸς, ἢ στεφάνου τινὸς ἢ προεδρίας ἀφαίρεσις, ὧν οὐ κωλύεται [καὶ μὴ] παρόντων ἄνθρωπος καὶ τὸ σῶμα βέλτιστα διακείμενον ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν· πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι καὶ πόνοι, καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδειον,

Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Οὐδεὶς γὰρ οὕτω τοῦ παθητικοῦ καταφερομένου καὶ ὀλισθαίνοντος ἀντιλαμβάνεται λόγος, ὡς ὁ τῆς κοινῆς καὶ φυσικῆς ἀνάγκης ἀνάμνησιν ποιῶν, ᾗ διὰ τὸ σῶμα μεμιγμένος ὁ ἄνθρωπος, μόνην ταύτην τῇ τύχῃ λαβὴν δίδωσιν, ἐν δὲ τοῖς κυριωτάτοις καὶ μεγίστοις ἀσφαλὴς ἕστηκεν. Ὁ Δημήτριος τὴν Μεγαρέων πόλιν καταλαβὼν, ἠρώτησε τὸν Στίλπωνα, μή τι τῶν ἐκείνου διήρπασται· καὶ ὁ Στίλπων ἔφη· Μηδένα εἶδον τἀμὰ φέροντα. Καὶ τοίνυν τῆς τύχης πάντα τἄλλα λεηλατούσης καὶ περιαιρουμένης, ἔχομέν τι τοιοῦτον ἐν ἑαυτοῖς,

Οἷόν κ' οὔτε φέροιεν Ἀχαιοὶ, οὔτ' ἂν ἄγοιεν.

Ὅθεν οὐ δεῖ παντάπασιν ἐκταπεινοῦν οὐδὲ καταβάλλειν τὴν φύσιν, ὡς μηδὲν ἰσχυρὸν μηδὲ μόνιμον μηδὲ ὑπὲρ τὴν τύχην ἔχουσαν· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰδότας, ὅτι μικρόν ἐστι μέρος τοῦ ἀνθρώπου τὸ σαθρὸν καὶ τὸ ἐπίκηρον, ᾧ δέχεται τὴν τύχην, τῆς δὲ βελτίονος μερίδος αὐτοὶ κρατοῦμεν, ἐν ᾗ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἱδρυθέντα, δόξαι τε χρησταὶ καὶ μαθήματα, καὶ λόγοι τελευτῶντες εἰς ἀρετὴν, ἀναφαίρετον ἔχουσι τὴν οὐσίαν καὶ ἀδιάφθορον, ἀηττήτους πρὸς τὸ μέλλον εἶναι καὶ θαῤῥαλέους, καὶ πρὸς τὴν τύχην λέγοντας, ἃ Σωκράτης δοκῶν πρὸς τοὺς κατηγόρους Ἄνυτον καὶ Μέλιτον λέγειν, πρὸς τοὺς δικαστὰς ἔλεγεν, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλιτος δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. Καὶ γὰρ ἡ τύχη δύναται νόσῳ περιβαλεῖν, ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆμον ἢ τύραννον· κακὸν δὲ καὶ δειλὸν, καὶ ταπεινόφρονα καὶ ἀγεννῆ

perio coronabatur ac sacrificabat, non injuria beatus habitus : norat enim se magistratum accepisse, quem esset depositurus ; Perseus autem suo regno præter exspectationem suam erat exutus. Pulchre etiam Poeta docuit, quid rei sit id, quod inexspectato contingit. Ulysses enim cane mortuo cum non continuisset lacrimas, uxori assidens flenti nihil tale passus est : huc enim venerat, animo ratione jam ante confirmato, et adversus motum munito : in illum autem subita res et inexspectata eum conjecerat.

XVII. In universum vero quæ nolentibus nobis accidunt, partim suapte natura molestiam ea afferunt, partim opinio nos assuefacit ut ægre feramus : adversum hæc utile est in promptu habere istuc Menandri :

Mali nil equidem es passus,
ni præ te feras.

cujus generis sunt ignobilitas patris, adulterium uxoris, coronæ aut primarii in consessu loci privatio, quibus etiam absentibus nihil obstat quin et animo et corpore optime valeas. Ad ea autem, quæ natura suapte dolorem videntur excitare, ut sunt morbi, ærumnæ, obitus amicorum et liberorum, accommodari debet Euripideum illud :

Heu mihi! qui heu mihi? more hominum sane accidit.

Non est enim alia ratio quæ facultatem animi affectionibus obnoxiam labascentem magis revocet et confirmet, quam quæ communis naturæ et necessitatis memoriam renovat : cui necessitati homo propter corpus expositus, hic tantum fortunæ ansam præbet, in potissimis maximisque rebus tutus ac securus. Demetrius cum Megara cepisset, quæsivit e Stilpone: Ecquid in ista direptione ipsi periisset? Cui Stilpo : *Neminem*, respondit, *vidi*, *qui meas res ferret*. Proinde fortuna ubi reliqua deprædatur omnia, atque adimit, habemus aliquid in nobismetipsis tale :

Quod ferre aut agere immitis non possit Achivus.

Itaque consequens est, non ita plane extenuare aut deprimere naturam, ac si nihil ea supra fortunam posset, nihil stabile aut proprium haberet : sed hoc cognitum habere, exiguam esse partem hominis putridam illam et morbosam, quæ fortunam admittit, meliorem in partem esse penes nos dominium, in qua bonorum maxima collocata sunt : bonæ, inquam, opiniones, disciplinæ, rationes in virtutem desinentes, quæ aboleri et corrumpi nequeunt; proinde invicti quod ad futura attinet atque animosi, fortunæ his verbis responsabimus, quæ Socrates visus in Anytum et Melitum dicere, in ipsos torsit judices : *Interficere me Anytus et Melitus possunt*, *nocere mihi non possunt*. Potest enim fortuna me morbo aliquo gravare, opes auferre, in odium populi aut tyranni vocare : malum, timidum, animi abjecti, degenerem, invidum, non potest eum

καὶ φθονερὸν οὐ δύναται ποιῆσαι τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀνδρώδη καὶ μεγαλόψυχον, οὐδὲ παρελέσθαι τὴν διάθεσιν, ἧς ἀεὶ παρούσης, πλέον ἢ κυβερνήτου πρὸς θάλατταν ὄφελός ἐστι πρὸς τὸν βίον. Κυβερνήτῃ γὰρ οὔτε κῦμα πραῦναι τραχὺ καὶ πνεῦμα δυνατόν ἐστιν, οὔτε ὅποι βούλεται δεομένῳ λιμένος τυχεῖν οὔτε θαρραλέως καὶ ἀτρόμως ὑπομεῖναι τὸ συμβαῖνον· ἀλλ' ἕως οὐκ ἀπέγνωκε τῇ τέχνῃ χρώμενος, φεύγει, μέγα λαῖφος ὑποστολίσας, ἔστε ἐνέρτερον ἱστὸν ἐρεβώδεος ἐκ θαλάττης ὑπέρσχῃ, τρέμων κάθηται καὶ παλλόμενος. * Ἡ δὲ τοῦ φρονίμου διάθεσις τοῖς τε σωματικοῖς παρέχει γαλήνην, ἐπὶ πλεῖστον ἐκλύουσα τὰς τῶν νόσων κατασκευὰς, ἐγκρατείᾳ καὶ διαίτῃ σώφρονι καὶ μετρίοις πόνοις· κἂν τις ἔξωθεν ἀρχὴ πάθους ὥσπερ διαδρομὴ γένηται σπιλάδος, εὐσταλεῖ καὶ κούφῃ κεραίᾳ παρήνεγκεν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης· παραλόγου δέ τινος καὶ μεγάλου καταλαβόντος καὶ κρατήσαντος, ἐγγὺς ὁ λιμήν· καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τοῦ σώματος, ὥσπερ ἐφολκίου μὴ στέγοντος.

18. Τὸν μὲν γὰρ ἀνόητον ὁ τοῦ θανάτου φόβος, οὐχ ὁ τοῦ ζῆν πόθος ἐκκρέμασθαι τοῦ σώματος ποιεῖ, περιπεπλεγμένον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα, τῷ ἐρινεῷ, δεδοικότα τὴν Χάρυβδιν ὑποκειμένην,

Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτε πλεῖν ἐᾷ·

καὶ πρὸς ταῦτα δυσαρέστως, καὶ πρὸς ἐκεῖνα περιδεῶς ἔχοντα. Ὁ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἁμωσγέπως ἐπινοῶν, καὶ τὴν εἰς τὸ βέλτιον αὐτῆς, ἢ μηδὲν κάκιον, ἐν τῇ τελευτῇ μεταβολὴν ἐπιλογιζόμενος, οὐ μικρὸν ἔχει τῆς πρὸς τὸν βίον εὐθυμίας ἐφόδιον, τὴν πρὸς τὸν θάνατον ἀφοβίαν. Ὧ γὰρ ἔξεστι τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατούσης, ἡδέως ζῆν, τῶν δὲ ἀλλοτρίων καὶ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων ἀδεῶς ἀπελθεῖν εἰπόντα·

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω·

τί ἂν τούτῳ χαλεπὸν ἢ δύσκολον ἢ ταραχῶδες ἐμπῖπτον ἐπινοήσαιμεν; Ὁ γὰρ εἰπὼν, Προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφῄρημαι παρείσδυσιν, οὐ μοχλοῖς, οὐδὲ κλεισὶν, οὐδὲ τείχεσιν ἐθάῤῥυνεν αὑτὸν, ἀλλὰ δόγμασι καὶ λόγοις, ὧν πᾶσι μέτεστι τοῖς βουλομένοις. Καὶ δεῖ μηδὲν ἀπογινώσκειν, μηδ' ἀπιστεῖν τῶν οὕτω λεγομένων, ἀλλὰ θαυμάζοντα καὶ ζηλοῦντα καὶ συνενθουσιῶντα, πεῖραν ἅμα λαμβάνειν αὑτοῦ, καὶ κατανόησιν ἐν τοῖς ἐλάττοσι πρὸς τὰ μείζονα, μὴ φεύγοντα, μηδὲ ἀπωθοῦντα τῆς ψυχῆς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, μηδὲ διαδιδράσκοντα [εἰς τὸ] Τάχα δὲ οὐδὲν ἔσται δυσχερέστερον. Ἄνοιαν γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μαλακίαν ἀγύμναστον ἡ περὶ τὸ ῥᾷστον ἀεὶ διατρίβουσα καὶ πρὸς τὸ ἥδιστον ἐκ τῶν ἀβουλήτων ἀναχωροῦσα γλυκυθυμία τῆς ψυχῆς. Ἡ δὲ καὶ νόσου καὶ πόνου καὶ φυγῆς μελετῶσα φαντασίαν ὑφίστασθαι καὶ προσβιαζομένη τῷ λογισμῷ πρὸς ἕκαστον, εὑρήσει πολὺ τὸ κατεψευσμένον καὶ διάκενον καὶ σαθρὸν ἐν τοῖς δοκοῦσι

efficere, qui sit bonus, fortis, magnanimus, neque animi habitum auferre eum, cujus ad vitam recte degendam usus major est, perpetuo in promptu siti, quam gubernatoris adversus mare. Quippe gubernator neque fluctus demitigare potest asperos et violentum ventum, neque in portum subire volenti quoties opus est, neque audacter et intrepide tempestatem subsistere : sed quandiu arte sua utitur, rebus nondum desperatis fugit, *Magnum* (ut poetæ verbis utar) *velum demittens, dum malus inferior supra tartareum mare emergat, tremens ipse et titubans.* At enim affectio animi prudentis, cum ipsi corpori plerumque tranquillitatem conciliat, morborum occasiones continentia, victu moderato, ac mediocribus laboribus avertens : tum si quod extrinsecus ma'i principium ostenditur, veluti cum præter cautes aliquas in mari latentes est navigandum, contractis facile antennis prætervehitur, ut ait Asclepiades : quod si vero inopinata aliqua et vehementior procella occupet, in propinquo est portus, licetque et enatare e corpore, tanquam scapha aquam admittente.

XVIII. Insipientem enim mortis metus, non vitæ desiderium, jubet a corpore dependere, id amplexum, quomodo Ulysses caprificum tenuit metu subjectæ Charybdis,

Manere ubi ventus, navigare et ubi vetat,

et hoc inique ferentem, et illud metuentem. At qui animæ naturam utcunque didicit, reputatque eam morte vel in meliorem, vel saltem nihilo pejorem statum abire, is vacuitatem metus adversus mortem, non exiguum habet ad tranquillitatem animi in vita viaticum. Nam cui licet virtute ac præstantiore parte sui prævalenti, suaviter vivere, alienis autem et naturæ adversa quæ sint superantibus intrepide abire, fato hæc :

Ipse Deus, simul atque volam, me solvet;

quid excogitari potest, quæso, quod huic grave, molestum, aut tumultum afferens possit accidere? Certe qui dixit : *Anteverti te, o fortuna, omnesque tibi ad me aditus obstruxi*, non is vectibus, clavibus aut muris fidens hoc dixit, sed doctrinæ et rationibus, quarum sane qui volunt, participes fieri possunt. Neque de ullo talium dictorum desperandum aut diffidendum est : sed admiratione horum atque æmulatione, et quasi divini cujusdam instinctus societate impulsi periculum de nobis facere in minoribus rebus demum, quomodo simus ad majora affecti : non fugere aut aversari hanc animi accurationem ; neque nos convertere ad istud dictum : *Forte nil hac re difficilius.* Etenim animi oblectatio subducens se a rerum adversarum cogitatione, et circa facillima et suavissima identidem versans, fatuitatem quamdam et imperitam mollitiem ingenerat : qui vero morbi etiam, doloris, exsilii speciem meditatur, ac rationis imperio se ad ista sustinenda componit animus, multa is inveniet falsa, inania, et putrida

χαλεποῖς καὶ φοβεροῖς, ὡς ὁ καθ' ἕκαστον ἀποδείκνυσι λόγος.

19. Καίτοι πολλοὶ καὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πεφρίκασιν·

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι,

ἀγνοοῦντες ὅσον ἐστὶ πρὸς ἀλυπίαν ἀγαθὸν, τὸ μελετᾶν καὶ δύνασθαι πρὸς τὴν τύχην ἀνεῳγόσι τοῖς ὄμμασιν ἀντιβλέπειν, καὶ μὴ ποιεῖν ἐν αὑτῷ τὰς φαντασίας ἀτρίπτους καὶ ἁπαλὰς, ὥσπερ ἐνσκιατραφούμενον πολλαῖς ἐλπίσιν ὑπεικούσαις ἀεὶ καὶ πρὸς μηδὲν ἀντιτεινούσαις. Ἐκεῖνο μέντοι καὶ πρὸς τὸν Μένανδρον ἔχομεν εἰπεῖν·

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι,

ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, Τοῦτο οὐ ποιήσω, οὐ ψεύσομαι, οὐ ῥᾳδιουργήσω, οὐκ ἀποστερήσω, οὐκ ἐπιβουλεύσω. Τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν κείμενον, οὐ μικρὸν, ἀλλὰ μέγα πρὸς εὐθυμίαν πάρεστιν. Ὥσπερ αὖ τοὐναντίον

Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος,

οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν, ἐναπολείπει. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος· τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένης σὺν αἰσχύνῃ τῆς ψυχῆς, καὶ κολαζομένης ὑφ' αὑτῆς. Ὡς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες * ἠπιάλοις καὶ πυρετοῖς διακαόμενοι τῶν ταῦτα πασχόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος ἢ κρύους μᾶλλον ἐνοχλοῦνται καὶ κάκιον ἔχουσιν, οὕτως ἐλαφροτέρας ἔχει τὰ τυχηρὰ τὰς λύπας ὥσπερ ἔξωθεν ἐπιφερομένας. Τὸ δὲ,

Οὔ τις ἐμοὶ τῶν ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτὸς,

ἐπιθρηνούμενον τοῖς ἁμαρτανομένοις ἔνδοθεν ἐξ αὐτοῦ, βαρύτερον ποιεῖ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἀλγεινόν. Ὅθεν οὔτε οἰκία πολυτελὴς, οὔτε χρυσίου πλῆθος, οὔτε ἀξίωμα γένους, οὔτε μέγεθος ἀρχῆς, οὐ λόγου χάρις, οὐ δεινότης εὐδίαν παρέχει βίῳ καὶ γαλήνην τοσαύτην, ὅσην ψυχὴ καθαρεύουσα πραγμάτων καὶ βουλευμάτων πονηρῶν, καὶ τὴν τοῦ βίου πηγὴν τὸ ἦθος ἀτάραχον ἔχουσα καὶ ἀμίαντον· ἀφ' ἧς αἱ καλαὶ πράξεις ῥέουσαι, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐνθουσιώδη καὶ ἱλαρὰν μετὰ τοῦ μέγα φρονεῖν ἔχουσι, καὶ τὴν μνήμην ἡδίονα καὶ βεβαιοτέραν τῆς Πινδαρικῆς γηροτρόφου ἐλπίδος. Οὐ γὰρ αἱ μὲν λιβανωτρίδες, ὡς ἔλεγε Καρνεάδης, κἂν ἀποκενωθῶσι, τὴν εὐωδίαν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀναφέρουσιν· ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τοῦ νοῦν ἔχοντος αἱ καλαὶ πράξεις οὐκ ἀεὶ κεχαρισμένην καὶ πρόσφατον ἐναπολείπουσι τὴν ἐπίνοιαν, ὑφ' ἧς τὸ χαῖρον ἄρδεται καὶ τέθηλε, καὶ καταφρονεῖ τῶν ὀδυρομένων καὶ λοιδορούντων τὸν βίον, ὥς τινα κακῶν χώραν, ἢ φυγαδικὸν τόπον ἐνταῦθα ταῖς ψυχαῖς ἀποδεδειγμένον.

20. Ἄγαμαι δὲ [καὶ] τοῦ Διογένους, ὃς τὸν ἐν Λακεδαίμονι ξένον ὁρῶν παρασκευαζόμενον εἰς ἑορτήν τινα καὶ φιλοτιμούμενον· Ἀνὴρ δὲ, εἶπεν, ἀγαθὸς οὐ πᾶσαν

esse in his, quæ gravia vulgo ac terribilia videntur : id quod de singulis initæ rationes demonstrant.

XIX. At multi etiam ad hoc Menandreum expavescunt :

Dicere haud vivus poti' quisquam, Non obtinget hoc mihi,

scilicet ignorantes quantum sit ad vacuitatem doloris bonum, meditari ac posse adversus fortunam apertis oculis respicere, neque in se ipso imaginationes concipere delicatas, neque in umbra educatum imbibere spes multas subinde cedentes, nullique reluctantes adversitati. Menandro quidem sic possumus respondere :

Dicere haud vivus poti' quisquam, Non obtinget hoc mihi,

atqui hoc licet dicere : *Vivus nunquam in me istuc admittam, Non mentiar, Non agam subdole, Non defraudabo, Non insidiabor*. Hoc enim in nostra situm est potestate, non parvum, sed ingens ad animi tranquillitatem adjumentum. Contra male factorum

Conscientia, quod conscius sum male factorum mihi,

veluti ulcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit, pungentem subinde atque saucientem. Alios enim dolores ratio tollens, pœnitentiam solam efficit, anima ob pudorem morsibus crebris vexata et pœnas dante. Ac quemadmodum qui rigent epialis febribusve æstuant, graviorem sentiunt molestiam, ac deterius afficiuntur, quam quibus eadem extrinsecus ab æstu aut gelu accidunt : ita fortuita leviores inferunt dolores, tanquam ab externis illatos : at vero hoc,

Horum non alius, mihi sum causa ipse, malorum ;

qui suis delictis intus cum luctu accinit, is dolorem turpitudine aggravat. Quo fit, ut neque pretiosa domus, neque auri copia, neque generis dignitas, neque magistratus amplitudo, neque facundia aut eloquentia tantam vitæ serenitatem tranquillitatemque præstet, quantam animus actionum consiliorumque pravorum purus, ingeniumque, qui vitæ actionum hic est fons, perturbationis expers, intaminatumque : unde promanant honestæ actiones, efficacitatemque quasi divino instinctu exagitatam hilaremque, et cum animi honesta elatione conjunctam habent, memoriamque dulciorem et stabiliorem Pindarica illa spe, quam is *alumnam senum* dixit. Non enim roris quidem marini frutices, ut Carneades testatur, etiam excisi diu fragrantiam suam servant : in anima autem viri prudentis actiones pulcræ non semper gratam recentemque sui relinquunt memoriam, quibus lætitia rigatur, floretque, et contemnit eos qui deplorant vituperantque hanc vitam, veluti quamdam malorum regionem, aut locum exsilii animis in hoc mundo designatum.

XX. Perquam mihi placet illud Diogenis dictum, qui hospitem Lacedæmone videns parare se magno studio ad quamdam festivitatem : *Quid?* aiebat : *an non vir*

ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται; Καὶ πάνυ γε λαμπρὰν, εἰ σωφρονοῦμεν. Ἱερὸν μὲν γὰρ ἁγιώτατον ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ θεοπρεπέστατον· εἰς δὲ τοῦτον ὁ ἄνθρωπος εἰσάγεται διὰ τῆς γενέσεως, οὐ χειροκμήτων οὐδὲ ἀκινήτων ἀγαλμάτων θεατὴς, ἀλλ' οἷα νοῦς θεῖος αἰσθητὰ νοητῶν μιμήματα, φησὶν ὁ Πλάτων, ἔμφυτον ἀρχὴν ζωῆς ἔχοντα καὶ κινήσεως ἔφηνεν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ ποταμοὺς νέον ὕδωρ ἐξιέντας ἀεὶ, καὶ γῆν φυτοῖς τε καὶ ζῴοις τροφὰς ἀναπέμπουσαν. Ὧν τὸν βίον μύησιν ὄντα καὶ τελετὴν τελειοτάτην, εὐθυμίας δεῖ μεστὸν εἶναι καὶ γήθους· οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ Κρόνια καὶ Διονύσια καὶ Παναθήναια καὶ τοιαύτας ἄλλας ἡμέρας περιμένουσιν, ἵν' ἡσθῶσι καὶ ἀναπνεύσωσιν ὠνητὸν γέλωτα, μίμοις καὶ ὀρχησταῖς μισθοὺς τελέσαντες. Εἶτα ἐκεῖ μὲν εὔφημοι καθήμεθα κοσμίως· οὐδεὶς γὰρ ὀδύρεται μυούμενος, οὐδὲ θρηνεῖ Πύθια θεώμενος, ἢ πίνων ἐν Κρονίοις· ἃς δὲ ὁ θεὸς ἑορτὰς ἡμῖν χορηγεῖ καὶ μυσταγωγεῖ, καταισχύνουσιν, ἐν ὀδυρμοῖς τὰ πολλὰ καὶ βαρυθυμίαις καὶ μερίμναις ἐπιπόνοις διατρίβοντες. Καὶ τῶν μὲν ὀργάνων χαίρουσι τοῖς ἐπιτερπὲς ἠχοῦσι, καὶ τῶν ὀρνέων τοῖς ᾄδουσι, καὶ τὰ παίζοντα καὶ σκιρτῶντα τῶν ζῴων ἡδέως ὁρῶσι· καὶ τοὐναντίον ὠρυομένοις καὶ βρυχομένοις καὶ σκυθρωπάζουσιν ἀνιῶνται· τὸν δὲ ἑαυτῶν βίον, ἀμειδῆ καὶ κατηφῆ καὶ τοῖς ἀτερπεστάτοις πάθεσι καὶ πράγμασι καὶ φροντίσι, μηδὲν πέρας ἐχούσαις, πιεζόμενον ἀεὶ καὶ συνθλιβόμενον ὁρῶντες, οὐχ ὅπως αὐτοὶ μὲν ἑαυτοῖς ἀναπνοήν τινα καὶ ῥᾳστώνην πορίζουσιν· πόθεν; ἀλλ' οὐδὲ ἑτέρων παρακαλούντων προσδέχονται λόγον, ᾧ χρώμενοι, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀμέμπτως συνοίσουσι, καὶ τῶν γεγονότων εὐχαρίστως μνημονεύσουσι, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἵλεω τὴν ἐλπίδα καὶ φαιδρὰν ἔχοντες, ἀδεῶς καὶ ἀνυπόπτως πράξουσιν.

probus quemvis diem festum censet? Et quidem, si sobrie vivimus, admodum illustrem. Est enim sanctissimum templum ac divinissimum hic mundus : in hunc inducitur homo cum nascitur, non manu factorum et immobilium spectator futurus simulacrorum, sed earum (ait Plato), quas mens divina sensiles mente sola cernendorum effigies, insitam vitæ motusque habentes facultatem, fabricata est, solem, inquam, lunam, sidera, fluvios novam subinde aquam edentes, terram stirpibus animalibusque alimenta submittentem. Quorum sacrorum initiatio atque institutio perfectissima cum sit vita, profecto par est eam tranquillitatis animi ac lætitiæ esse plenam. Nam vulgus hominum imitari minime debemus, qui Saturnalia, Liberalia, ac Panathenæa aliasque harum similes præstolantur festivitates, ut ibi oblectentur, seque emptitio risu recreent, persoluta mimis et histrionibus mercede. Quid? Sedemus ibi silentes et compositi : nemo enim lamentatur, dum sacris initiatur, neque spectans Pythia luget, aut Saturnalibus potans : quas vero nobis deus ferias suppeditat, et ad quæ nos sacra deducit, fœdant homines vulgo, majorem vitæ partem in lamentis, mœrore, ac laboriosis sollicitudinibus exigentes. Delectantur instrumentis sonitum belle ac suaviter reddentibus, cantu avicularum itidem, et non sine voluptate spectant bestias ludentes atque exsultantes : contra rugitibus earum, fremitibus et aspectu tetrico offenduntur. Suam vero ipsorum vitam risus expertem, mœstam, injucundissimisque affectibus, rebus et curis nullum exitum habentibus atteri atque elidi videntes, non ipsi tantum nullam sibi respirationem aut allevationem quærunt; unde enim? sed ne sociorum quidem admonentium orationes admittunt : quas nisi repudiarent, et præsentia citra vituperationem ferre possent utique, et præterita grato animo recolere, et in posterum spe bona ac benigna usi, absque metu et sinistra de vitæ suæ conditionibus suspicione vivere.

* ΠΕΡΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑΣ.

I. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται δόκανα καλοῦσι· ἔστι δὲ δύο ξύλα παράλληλα δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα, καὶ δοκεῖ τῷ φιλαδέλφῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον εἶναι τοῦ ἀναθήματος τὸ κοινὸν καὶ ἀδιαίρετον. Οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ὦ Νιγρῖνε καὶ Κύντε, τὸ σύγγραμμα τοῦτο περὶ φιλαδελφίας ἀνατίθημι, κοινὸν ἀξίοις οὖσι δῶρον. Ἐφ' ἃ γὰρ προτρέπεται, ταῦτα πράττοντες ἤδη, μαρτυρεῖσθαι μᾶλλον ἢ παρακαλεῖσθαι δόξετε. Καὶ τὸ χαῖρον ὑμῶν ἐφ' οἷς κατορθοῦτε, ποιήσει τῇ κρίσει τὴν ἐπιμονὴν βεβαιοτέραν, ὥσπερ ἐν χρηστοῖς καὶ φιλοκάλοις θεαταῖς εὐημερούντων. Ἀρίσταρχος μὲν οὖν, ὁ Θεοδέκτου πατὴρ, ἐπισκώπτων τὸ πλῆθος τῶν σοφιστῶν, ἔλεγε πάλαι μὲν ἑπτὰ σοφιστὰς μόλις γενέσθαι, τότε δὲ μὴ ῥᾳδίως ἂν ἰδιώτας τοσούτους εὑρεθῆναι. Ἐγὼ δὲ ὁρῶ καθ' ἡμᾶς τὴν φιλαδελφίαν οὕτω σπάνιον οὖσαν, ὡς

DE FRATERNO AMORE.

Καὶ τῶν πολιτευομένων οἱ στρατηγοῦντες τοῖς δημαγωγοῦσιν οὐ πάνυ φθονοῦσιν, οὐδέ γε τῶν ῥητόρων οἱ δικολόγοι τοῖς σοφιστεύουσιν, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ περὶ δίαιταν τοῖς χειρουργοῖς, ἀλλὰ καὶ συμπαραλαμβάνουσι καὶ συνεπιμαρτυροῦσι. Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τέχνης ἢ δυνάμεως ζητεῖν ἔνδοξον εἶναι καὶ περίβλεπτον, οὐδὲν ἐν φαύλοις διαφέρει, τοῦ μιᾶς ἐρῶντας ἀμφοτέρους βούλεσθαι πλέον ἔχειν, καὶ μᾶλλον εὐδοκιμεῖν τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον. Οἱ μὲν οὖν καθ' ἑτέρας ὁδοὺς βαδίζοντες οὐδὲν ἀλλήλους ὠφελοῦσιν· οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις, τόν τε φθόνον ἐκτρέπονται, καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον, ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Εὔβουλος καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης, οἱ μὲν, λέγοντες ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντες, οἱ δὲ, στρατηγοῦντες καὶ πράττοντες. Ὅθεν ἀπωτάτω δεῖ ταῖς ἐπιθυμίαις τρέπεσθαι καὶ ταῖς φιλοτιμίαις τῶν ἀδελφῶν, τοὺς ἀφθόνως δόξης καὶ δυνάμεως κοινωνεῖν μὴ πεφυκότας, ὅπως εὐφραίνωσιν εὐημεροῦντες ἀλλήλους, ἀλλὰ μὴ λυπῶσι.

16. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα φυλακτέον ἐστὶ κηδεστῶν, καὶ οἰκείων, καὶ γυναικῶν ἔστιν ὅτε, τῇ φιλοδοξίᾳ συνεπιτιθεμένων, λόγους πονηρούς. Ὁ ἀδελφὸς ἄγει καὶ φέρει πάντα, καὶ θαυμάζεται καὶ θεραπεύεται· σοὶ δὲ οὐδεὶς πρόσεισιν, οὐδ' ἔχεις σεμνὸν οὐδέν. Ἔγω μὲν

gui numeri magnis ultro citroque multiplicando simul excrescunt. Quippe etiam inter digitos is qui scribere aut psallere nescit, id sciente non est deteriore conditione, sed moventur una, et omnes quodammodo mutuas tradunt operas : tanquam dedita opera facti inæquales, itaque appositi, ut parvi majoribus adjumento essent. Sic Craterus Antigono fratre regnante, et Cassandro Perilaus, ad munera legati obeunda, et administrationem rei familiaris sese contulerunt. Contra Antiochi, Seleuci, Grypi, Cyziceni, cum non didicissent secundo a fratribus esse loco, sed purpuras ac diademata appeterent, se ipsos invicem, ipsamque adeo Asiam multis calamitatibus oppleverunt. Cæterum quandoquidem ambitiosis præsertim ingeniis invidia atque obtrectatio incidit adversus honore aut gloria præstantes, utilissimum hoc loco fratribus est, ne ab iisdem rebus honores dignitatesque petant, sed alii ab aliis. Nam feræ quoque inter se pugnant, quæ alimentum iisdem ex rebus captant : et adversarii invicem sunt athletæ, qui eidem certamini student : cum interim pugiles pancratiastis, et stadium currentes luctatoribus faveant, studioque et opera adsint. Ita etiam Tyndaridarum alter Pollux pugilatione, Castor alter cursu vincebat. Recte etiam Homerus Teucrum fecit arte sagittandi inclytum, Ajace fratre inter gravis armaturæ pedites principe,

Illum qui clypeo splendente subinde tegebat.

Sic et in republica prætores oratoribus popularibus raro invident, et de oratoriam artem tractantibus causidici sophistis, et de medicis ii qui victus rationem præscribunt chirurgis : sed mutuo se adjuvant atque commendant. At gloriam velle et admirationem captare eadem ex arte aut facultate, inter pravos perinde est, ac si duo aliqui eamdem amantes mulierem, uterque plus altero placere laboret. Sane qui diversis incedunt itineribus, nihil sibi mutuo prosunt : qui autem vitæ genera sectantur diversa, ii et invidiam declinant, et facilius alter alteri est adjumento : quales fuerunt Demosthenes et Chares, rursumque Æschines et Eubulus, item Hyperides et Leosthenes : cum alteri ad populum orarent et referrent, alteri exercitum ducerent ac res gererent. Itaque fratres, ubi citra invidiam communicare gloriam et potentiam nequeunt, quam longissime debent alter ab alterius studiis et ambitione animum divertere : ut decore parto exhilarare mutuo, non molestia afficere possint.

XVI. Enimvero præter hæc omnia cavendum est ab affinium, domesticorum, et uxoris adeo nonnunquam, pravis sermonibus, qui nonnunquam ambitioni nostræ stimulos adhibent. *Frater tuus*, aiunt, *omnia est*, *omnes eum admirantur et colunt* : *ad te nemo accedit*, *nullo*

οὖν, φαίη τις εὖ φρονῶν, ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα, καὶ μέτεστί μοι τῆς ἐκείνου δυνάμεως τὸ πλεῖστον. Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔλεγε, βούλεσθαι Δαρεῖον ἔχειν μᾶλλον φίλον, ἢ τὸ δαρεικόν· ἀδελφῷ δὲ νοῦν ἔχοντι, καὶ πλούτου καὶ ἀρχῆς καὶ λογιότητος, οὐκ ἔλαττον ἀγαθόν ἐστιν ἄρχων ἀδελφὸς, ἢ πλουτῶν, ἢ λόγου δυνάμει προήκων εἰς δόξαν. Ἀλλὰ ταύτας μὲν οὕτω μάλιστα τὰς ἀνωμαλίας παρηγορητέον· ἕτεραι δὲ εὐθὺς ἐγγίνονται διαφοραὶ περὶ τὰς ἡλικίας ἀπαιδεύτοις ἀδελφοῖς. Ἐπιεικῶς γὰρ οἵ τε πρεσβύτεροι τῶν νεωτέρων ἄρχειν ἀξιοῦντες ἀεὶ καὶ προΐστασθαι, καὶ πλέον ἔχειν ἐν παντὶ δόξης καὶ δυνάμεως, βαρεῖς εἰσι καὶ ἀηδεῖς· οἵ τε νεώτεροι πάλιν, ἀφηνιάζοντες καὶ θρασυνόμενοι, καταφρονεῖν καὶ ὀλιγωρεῖν ἀσκοῦσιν. Ἐκ δὲ τούτων, οἱ μὲν ὡς φθονούμενοι καὶ κολουόμενοι, * φεύγουσι καὶ δυσχεραίνουσι τὰς νουθεσίας· οἱ δ' ἀεὶ τῆς ὑπεροχῆς γλιχόμενοι, φοβοῦνται τὴν ἐκείνων αὔξησιν ὡς αὑτῶν κατάλυσιν. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς χάριτος ἀξιοῦσι, μείζονα τοὺς λαμβάνοντας ἡγεῖσθαι, μικροτέραν δὲ τοὺς διδόντας· οὕτως ἄν τις τὸν χρόνον παραινῶν τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ μὴ μέγα νομίζειν, τῷ δὲ νεωτέρῳ μὴ μικρὸν, ὑπεροψίας καὶ ἀμελείας καὶ τοῦ καταφρονεῖσθαι καὶ καταφρονεῖν ἀμφοτέρους ἀπαλλάξειεν. Ἐπεὶ δὲ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὸ κήδεσθαι καὶ καθηγεῖσθαι καὶ νουθετεῖν προσῆκόν ἐστι, τῷ δὲ νεωτέρῳ τὸ τιμᾶν καὶ ζηλοῦν καὶ ἀκολουθεῖν, ἡ μὲν ἐκείνου κηδεμονία τὸ ἑταιρικὸν μᾶλλον ἢ τὸ πατρικὸν ἐχέτω, καὶ τὸ πεῖθον ἢ τὸ ἐπιτάττον, καὶ τὸ χαῖρον ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι καὶ κατευφημοῦν, τοῦ ψέγοντος ἂν ἁμάρτῃ καὶ κολούοντος, μὴ μόνον προθυμότερον, ἀλλὰ καὶ φιλανθρωπότερον· τῷ δὲ τοῦ νεωτέρου ζήλῳ, τὸ μιμούμενον ἐνέστω, μὴ τὸ ἁμιλλώμενον. Θαυμάζοντος γὰρ ἡ μίμησις, ἡ δὲ ἅμιλλα φθονοῦντός ἐστι. Διὸ τοὺς μὲν ἐξομοιοῦσθαι βουλομένους ἀγαπῶσι, τοὺς δ' ἐξισοῦσθαι, πιέζουσι καὶ χαλέπτουσιν. Ἐν πολλαῖς δὲ τιμαῖς ἃς πρέπει παρὰ τῶν νέων ἀποδίδοσθαι τοῖς πρεσβυτέροις, τὸ πειθαρχεῖν εὐδοκιμεῖ μάλιστα, καὶ κατεργάζεται μετὰ αἰδοῦς, εὔνοιαν ἰσχυρὰν, καὶ χάριν ἀνθυπείκουσαν. Ἧ καὶ Κάτων τὸν Καιπίωνα πρεσβύτερον ὄντα θεραπεύων εὐθὺς ἐκ παίδων εὐπειθείᾳ καὶ πρᾳότητι καὶ σιωπῇ, τέλος οὕτως ἐπ' ἀνδράσιν ἐχειρώσατο καὶ τοσαύτης ἐνέπλησεν αἰδοῦς πρὸς ἑαυτὸν, ὡς μήτε πρᾶξαί τι, μήτε εἰπεῖν ἀγνοοῦντος ἐκείνου. Μνημονεύεται γοῦν, ὅτι μαρτυρίας ποτὲ γραμματεῖον ἐπισφραγισαμένου τοῦ Καιπίωνος, ὁ Κάτων ὕστερος ἐπελθὼν, οὐκ ἠθέλησεν ἐπισφραγίσασθαι· καὶ ὁ Καιπίων ἀπαιτήσας τὸ γραμματεῖον ἀφεῖλε τὴν αὐτοῦ σφραγῖδα, πρὶν ἢ πυθέσθαι, τί παθὼν ὁ ἀδελφὸς οὐκ ἐπίστευσεν, ἀλλ' ὑπείδετο τὴν μαρτυρίαν. Φαίνεται δὲ πολλὴ καὶ πρὸς Ἐπίκουρον ἡ αἰδὼς τῶν ἀδελφῶν, δι' εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ κηδεμονίαν, εἴς τε τὰ ἄλλα, καὶ φιλοσοφίαν τὴν ἐκείνου συνενθουσιώντων· καὶ γὰρ εἰ διήμαρτον δόξης εὐθὺς ἐκ παίδων πεπεισμένοι καὶ λέγοντες, ὡς οὐδεὶς γέγονεν Ἐπικούρου σοφώτερος, ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν καὶ

es in honore. Ego vero, dicat homo sanæ mentis, fratrem habeo laude florentem, cujus ad me potentiæ maxima pars pertinet. Dixit quidem Socrates, *Malle se Darium habere amicum, quam Daricum*. Sed fratri recte sentienti non minori bono cedit frater magistratum gerens, dives, aut facundia clarus, quam si hæc ipsi obtigissent. Atque hoc potissimum modo istæ inæqualitates debent excusari. Verum ætatis ratione aliæ inter non recte institutos fratres incidunt statim discordiæ. Etenim natu majores junioribus dum volunt imperare ac præesse, omnique in re eos gloria et potentia anteire, molesti sunt et injucundi : contraque minores frenum aversando et ferociendo ad despectum et contemptum majorum se assuefaciunt : hinc fit, ut et juniores fugiant, ægreque ferant admonitiones majorum, invideri sibi, seque opprimi ab iis putantes : et natu majores excellentiam undiquaque affectantes, minorum incrementa timeant, tanquam ipsos dejectura. Enimvero sicut in beneficio volunt gratiam ab hoc qui eam init minorem, ab eo in quem confertur majorem æstimari : ita si quis præcipiat majori ut ne magnum aliquid putet esse ætatem, minori ut ne parvum, utrumque despectu, neglectu, contemptuque alterius liberaverit. Et quoniam majori curam gerere, præire, castigare convenit, minori honorare, imitari, sequi : procuratio illius socialis magis esto quam paterna, plusque persuadendo quam imperando agat, multoque et alacrior et humanior sit in gratulatione et collaudatione recte factorum, quam in culpandis plectendisque delictis; et minoris æmulationi adesto non concertatio, sed imitatio. Hæc enim est admirantis, illa invidentis. Unde est, ut amentur, qui similes fieri student : ægre tolerentur et reprimantur, qui æquari contendunt. Inter multa, quæ honoris gratia deferre minores natu majoribus debent, maxime laudatur obedientia : quæ cum reverentia validam gignit benevolentiam, gratiamque vicissim obsequentem. Hac ratione Cato Cæpionem ætate priorem a puero demerens obedientia, mansuetudine, et silentio, tandem in virili ætate ita suum fecit, tantamque sui in ejus animo excitavit reverentiam, ut ipso ignorante nihil egerit Cæpio, nihil dixerit. Memoriæ mandatum est, cum tabellas testimonii quodam tempore obsignasset Cæpio, Catonem qui postea supervenisset, addere suum sigillum noluisse : tum Cæpionem repetiisse tabellas, sigillum abstulisse suum, priusquam intelligeret qua de causa frater non credidisset, et testimonium suspectum habuisset. Conspicua est etiam magna fratrum erga Epicurum reverentia, ipsius procuratione et benevolentia parta, cum aliis in rebus, tum quod philosophandi rationem ejus quasi divino quodam perciti furore sectati sunt : nam tametsi opinionis errore decepti sunt, statim a teneris unguiculis pro certo hoc habentes et profitentes, *Neminem exstitisse Epicuro sapientiorem* ; tamen dignum

τοῦ διατιθέντος οὕτως, καὶ τῶν διατεθέντων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν νεωτέρων φιλοσόφων Ἀπολλώνιος ὁ περιπατητικὸς ἤλεγξε τὸν εἰπόντα δόξαν ἀκοινώνητον εἶναι, Σωτίωνα νεώτερον ἀδελφὸν αὐτοῦ ποιήσας ἐνδοξότερον. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ὅτι πολλῶν ἀξίων χάριτος παρὰ τῆς τύχης γεγονότων, ἡ Τίμωνος εὔνοια τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς ἅπαντα τἄλλα καὶ γέγονε καὶ ἔστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν ὁπωσοῦν ἐντετυχηκότων ἡμῖν, ἥκιστα δὲ οἱ συνήθεις ὑμεῖς.

17. Ἕτερα τοίνυν ταῖς παραλλήλοις καὶ σύνεγγυς ἡλικίαις [τῶν] ἀδελφῶν φυλακτέον ἐστὶ πάθη, μικρὰ μὲν, συνεχῆ δὲ καὶ πολλά, καὶ πονηρὰν ποιοῦντα τοῦ λυπεῖν καὶ παροξύνειν ἑαυτοὺς ἐπὶ πᾶσι μελέτην, τελευτῶσαν εἰς ἀνήκεστα μίση καὶ κακοθυμίας. Ἀρξάμενοι γὰρ ἐπὶ παιδιαῖς διαφέρεσθαι, περὶ τροφὰς ζώων καὶ ἀγῶνας, οἷον ὀρτύγων ἢ ἀλεκτρυόνων, εἶτα παίδων ἐν παλαίστραις, καὶ κυνῶν ἐν θήραις, καὶ ἵππων ἐν ἁμίλλαις, οὐκέτι κρατεῖν ἐν τοῖς μείζοσιν, οὐδὲ καταπαύειν τὸ φιλόνεικον δύνανται καὶ φιλότιμον. Ὥσπερ Ἑλλήνων οἱ καθ' ἡμᾶς δυνατώτατοι περὶ σπουδὰς ὀρχηστῶν, εἶτα κιθαρῳδῶν διαστάντες, ἐκ τούτου τὰς ἐν Αἰδηψῷ κολυμβήθρας καὶ παστάδας καὶ ἀνδρῶνας ἀντιπαραβάλλοντες ἀεὶ καὶ τοπομαχοῦντες, καὶ ἀποκόπτοντες ὀχετοὺς καὶ ἀποστρέφοντες, * οὕτως ἐξηγριώθησαν καὶ διεφθάρησαν, ὥστε πάντων ἀφαιρεθέντες ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ φυγάδες καὶ πένητες, καὶ (ὀλίγου δέω λέγειν) ἕτεροι τῶν πρότερον γενόμενοι, μόνῳ διέμειναν οἱ αὐτοὶ τῷ μισεῖν ἀλλήλους. Ὅθεν οὐχ ἥκιστα δεῖ περὶ τὰ μικρὰ καὶ πρῶτα παραδυομένῃ τῇ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς φιλονεικίᾳ καὶ ζηλοτυπίᾳ διαμάχεσθαι, μελετῶντας ἀνθυπείκειν καὶ ἡττᾶσθαι, καὶ χαίρειν τῷ χαρίζεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς ἢ τῷ νικᾶν. Οὐ γὰρ ἑτέραν οἱ παλαιοὶ Καδμείαν νίκην, ἀλλὰ τὴν περὶ Θήβας τῶν ἀδελφῶν, ὡς αἰσχίστην καὶ κακίστην, προσηγόρευσαν. Τί οὖν; οὐχὶ πολλὰς τὰ πράγματα τοῖς ἐπιεικῶς ἔχειν δοκοῦσι καὶ πράως, φέρει προφάσεις ἀντιλογιῶν καὶ διαφορῶν; Καὶ μάλα· ἀλλὰ κἀκεῖ φυλακτέον, ὅπως τὰ πράγματα μάχηται καθ' αὑτά, μηδὲν ἐκ φιλονεικίας μηδ' ὀργῆς πάθος, οἷον ἄγκιστρον, προσθέντας, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ τοῦ δικαίου τὴν ῥοπὴν κοινῶς ἀποθεωροῦντας, καὶ τάχιστα ταῖς κρίσεσι καὶ ταῖς διαίταις τὴν ἀμφιλογίαν παραδιδόντας, ἀποκαθῆραι, πρὶν ἐνδῦσαν, ὥσπερ βαφὴν ἢ κηλῖδα, δευσοποιὸν γενέσθαι καὶ δυσέκπλυτον· εἶτα μιμεῖσθαι τοὺς Πυθαγορικούς, οἳ γένει μηδὲν προσήκοντες, ἀλλὰ κοινοῦ λόγου μετέχοντες, εἴ ποτε προαχθεῖεν εἰς λοιδορίαν ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβαλόντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ βουβῶνι πυρετοῦ γενομένου, δεινὸν οὐδέν ἐστιν, ἂν δὲ παυσαμένου παραμένῃ, νόσος εἶναι δοκεῖ καὶ βαθυτέραν ἔχειν ἀρχήν· οὕτως ἀδελφῶν ἡ μετὰ τὸ πρᾶγμα παυομένη διαφορά, τοῦ πράγματός ἐστι, τῆς δ' ἐπιμενούσης πρόφασις ἦν τὸ πρᾶγμα μοχθηράν τε καὶ ὕπουλον αἰτίαν ἔχον.

est mirari et eum qui ipsos sic animavit, et ipsos ita affectos. Sed et de recentioribus philosophis Apollonius Peripateticus refutavit eum, qui gloriam communicari posse negaverat, cum Sotioni fratri suo natu minori decus honoremque conciliasset. Mihi quidem ipsi quum multa obtigerint, ob quæ Fortunæ gratias agere debeo, omnium instar esse Timonis fratris benevolentiam, nemo eorum ignorat, qui quovis modo mecum rem habuerunt, minime omnium vos familiares mei.

XVII. Sunt porro fratribus ætate propinquis etiam alia quædam cavenda, exigua quidem hæc, sed continentia et crebra, pravumque invicem offendendi irritandique studium ingenerantia, quod in immedicabile odium, extremamque abit malevolentiam. Orsi enim a contentionibus de rebus ludicris, puta de alendis animalibus, et eorum pugnis, ut coturnicum et gallorum, deinde certaminibus puerorum in palæstra, canum in venatione, et equorum in circis, continere se in majoribus rebus postmodo, et cupiditatem contendendi ambitiosam reprimere non possunt. Ita Græcorum nostra ætate potentissimi studiis histrionum, mox citharœdorum diversis, in discordiam prolapsi, deinde de lavacris Ædepsiis, cœnaculis, et conclavibus altercantes identidem, atque de locis pugnantes, et aquæductus incidentes atque alio avertentes, ita ad extremum efferati sunt atque perditi, ut omnibus bonis a tyranno spoliati, ac pauperes et exsules, adeoque tantum non alii quam fuerant ante facti, non nisi mutuo odio iidem manserint. Ergo æmulationi et contentioni cum fratribus in rebus vilibus et primo occurrentibus se insinuanti, non levi opera est resistendum, meditandumque est ut concedere et vinci discamus, gaudeamusque gratificando iis potius, quam superando. Non enim Cadmeam victoriam prisci aliam, quam fratrum apud Thebas, ut turpissimam et pessimam, appellaverunt. Quid, inquies? nonne etiam his qui placido et moderato feruntur animo, ipsæ res sæpenumero ansam præbent dissensionis et contradicendi? Omnino quidem. Sed hic quoque curandum est ut contentio sit causarum, neque ab ira aut contendendi studio iis quidam veluti uncus inseratur. Jus veluti pro bilance adhibendum est, et communi cura ejus momentum considerandum : ac controversia judicio statim arbitrisque permissa, ex animo eluenda prius est, quam nævum aliquem aut maculam inhærentem et expurgatu difficilem imprimat. Imitandique sunt hoc loco Pythagoræi, qui non generis, sed doctrinæ duntaxat societate juncti, si quando per iram ad maledicta prorupissent, ante solis occubitum dextris mutuo datis et salutatione facta gratiam redintegraverunt. Nam sicut buboni febris superveniens nihil habet mali : buboni autem sublato remanens, morbus videtur esse, et profundius habere principium : sic discordia fratrum re confecta desinens, ipsius est rei : post rem manentis tantum præscriptio fuit res ipsa, alia prava et occulta causa.

18. Ἄξιον δὲ πυθέσθαι βαρβάρων ἀδελφῶν διαδικασίαν, οὐ περὶ γηδίου μερίδος, οὐδ' ἐπ' ἀνδραπόδοις ἢ προβατίοις γενομένην, ἀλλὰ περὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας. Δαρείου γὰρ ἀποθανόντος, οἱ μὲν ἠξίουν Ἀριαμένην βασιλεύειν, πρεσβύτατον ὄντα τῆς γενεᾶς, οἱ δὲ, Ξέρξην, Ἀτόσσης τε μητρὸς ὄντα τῆς Κύρου θυγατρὸς, ἔκ τε Δαρείου βασιλεύοντος ἤδη γεγεννημένον. Ἀριαμένης μὲν οὖν κατέβαινεν ἐκ Μήδων, οὐ πολεμικῶς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δίκην ἡσύχως. Ξέρξης δὲ παρὼν ἔπραττεν ἅπερ ἦν βασιλεῖ προσήκοντα· ἐλθόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ, θεὶς τὸ διάδημα, καὶ καταβαλὼν τὴν τιάραν, ἣν φοροῦσιν ὀρθὴν οἱ βασιλεύοντες, ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ ἠσπάσατο, καὶ δῶρα πέμπων, ἐκέλευσεν εἰπεῖν τοὺς κομίζοντας· Τούτοις σε νῦν τιμᾷ Ξέρξης, ὁ ἀδελφός· ἂν δὲ βασιλεὺς κρίσει καὶ ψήφῳ Περσῶν ἀναγορευθῇ, δίδωσί σοι δευτέρῳ μεθ' ἑαυτὸν εἶναι. Καὶ ὁ Ἀριαμένης, Ἐγὼ δὲ, ἔφη, τὰ μὲν δῶρα δέχομαι, βασιλείαν δὲ τὴν Περσῶν ἐμαυτῷ νομίζω προσήκειν· τιμὴν δὲ τὴν μετ' ἐμὲ τοῖς ἀδελφοῖς φυλάξω, Ξέρξῃ δὲ πρώτῳ τῶν ἀδελφῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡ κρίσις ἐνέστη, Πέρσαι μὲν Ἀρτάβανον, ἀδελφὸν ὄντα Δαρείου, δικαστὴν ἀπέφηναν, δόξαν αὐτοῖς, Ξέρξης δ' ἔφευγεν ἐπ' ἐκείνου κριθῆναι τῷ πλήθει πεποιθώς. Ἄτοσσα δὲ ἡ μήτηρ ἐπέπληξεν αὐτῷ· Τί φεύγεις Ἀρτάβανον, ὦ παῖ, θεῖον ὄντα καὶ Περσῶν ἄριστον; τί δὲ οὕτω τὸν ἀγῶνα δέδοικας, ἐν ᾧ καλὰ καὶ τὰ δευτερεῖα, Περσῶν βασιλέως ἀδελφὸν κληθῆναι; Πεισθέντος οὖν Ξέρξου καὶ γενομένων λόγων, Ἀρτάβανος μὲν ἀπεφήνατο Ξέρξῃ τὴν βασιλείαν προσήκειν· Ἀριαμένης δ' εὐθὺς ἀναπηδήσας προσεκύνησε τὸν ἀδελφὸν, καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς, εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισε τὸν βασίλειον. Ἐκ τούτου μέγιστος ἦν παρ' αὐτῷ, καὶ παρεῖχεν εὔνουν ἑαυτόν· ὥστε ἀριστεύων ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πεσεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης. * Τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἀρχέτυπον ἐκκείσθω καθαρὸν καὶ ἀμώμητον εὐμενείας καὶ μεγαλοφροσύνης. Ἀντιόχου δὲ τὴν μὲν φιλαρχίαν ψέξειεν ἄν τις, ὅτι δὲ οὐ παντάπασιν αὐτῇ τὸ φιλάδελφον ἐνηφανίσθη, θαυμάσειεν. Ἐπολέμει μὲν γὰρ ὑπὲρ τῆς βασιλείας Σελεύκῳ νεώτερος ὢν ἀδελφὸς, καὶ τὴν μητέρα συλλαμβάνουσαν εἶχεν· ἀκμάζοντος δὲ τοῦ πολέμου, μάχην ὁ Σέλευκος Γαλάταις συνάψας, καὶ ἡττηθεὶς, οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν, ἀλλ' ἔδοξε τεθνάναι, πάσης ὁμοῦ τι τῆς στρατιᾶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατακοπείσης. Πυθόμενος οὖν ὁ Ἀντίοχος, τὴν πορφύραν ἔθηκε, καὶ φαιὸν ἱμάτιον ἔλαβε, καὶ τὰ βασίλεια κλείσας, ἐπένθει τὸν ἀδελφόν· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀκούσας, ὅτι σώζεται καὶ δύναμιν αὖθις ἑτέραν ἀθροίζει, τοῖς τε θεοῖς ἔθυσε προελθὼν, καὶ ταῖς πόλεσιν ὧν ἦρχε θύειν καὶ στεφανηφορεῖν ἐπήγγειλεν. Ἀθηναῖοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἔριδος τῶν θεῶν μῦθον ἀτόπως πλάσαντες, ἐπανόρθωμα τῆς ἀτοπίας οὐ φαῦλον ἐνέμιξαν αὐτῷ· τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν γενομένης τῆς διαφορᾶς. Τί οὖν κωλύει καὶ ἡμᾶς ἐν διαφορᾷ ποτε πρὸς οἰκείους

XVIII. Operæ est pretium in præsentia disceptationem audire barbarorum fratrum, non de particula eam agelli, aut mancipiis, vel pecore, sed de regno Persiæ. Mortuo Dario, alii regnum Ariameni, ut de filiis ejus natu maximo deferebant, alii Xerxi, qui ex Atossa filia Cyri, Dario jam regnum gerente, natus erat. Descendit itaque Ariamenes e Media, non bellico apparatu, sed placide ad judicium. Xerxes, qui præsens ea agebat quæ erant regis, veniente fratre, deposito diademate, et dejecta tiara quam erectam ferunt reges, occurrit fratri eumque salutavit, ac dona mittens, dicere eos qui portabant jussit: *His te nunc honorat Xerxes frater tuus, qui si rex judicio et suffragio Persarum declarabitur, proximum tibi a se locum tribuit.* Respondit Ariamenes: *Ego dona quidem accipio, regnum autem in Persas mihi censeo deberi, honorem tamen fratribus meis minoribus servabo suum, et primo inter fratres Xerxi.* Instante porro judicii die, Persæ communi sententia Artabanum judicem designaverunt. Hic Xerxi, quod multitudini fideret, judicem recusanti Atossa objurgans: *Quid fugis*, inquit, *Artabanum patruum et Persarum optimum, fili; idque certamen metuis, in quo præclarum est, si vincare, fratrem regis Persarum secundo te loco vocari?* Xerxe obtemperante, et causa cognita, Artabanus pronuntiavit Xerxi regnum convenire. Ariamenes autem statim prosiliens fratrem adoravit, dextraque apprehensum in solium regium collocavit. Exinde primo apud eum loco habitus, benevolum se præbuit; ita quidem, ut pro gloria fratris navali apud Salaminam prælio præclare pugnans cecilerit. Atque hoc tanquam purum et inculpabile exemplar benevolentiæ et magnanimitatis propositum esto. Antiochi vero ut cupiditatem regnandi jure vituperaveris, ita amorem erga fratrem non plane ea obrutum mirari decet. Bellum Antiochus regni causa faciebat Seleuco fratri, minor ipse ætate, matre auxilium ferente. Vigente eo bello, pugna cum Galatis congressus Seleucus, et victus, nusquam apparebat, credebaturque periisse, toto exercitu a barbaris occidione occiso. Antiochus hoc nuntio allato, purpuram deposuit, pullaque sumpta veste, et clausa regia fratrem luxit: paulo post audito eum vivere et alium exercitum colligere, progressus diis sacrificavit, urbibusque sibi subjectis imperavit ut sacrificarent et serta gererent. Athenienses, quanquam fabulam de deorum contentione absurde finxerunt, inseruerunt tamen istius absurditatis correctionem minime ineptam: secundam enim diem mensis Boedromionis semper eximunt, quod ea die cum Minerva Neptuno fuerit contentio. Quid ergo obstat, quominus et nos aliquando cum domesticis, cognatisque altercati, istum diem oblivioni conse-

καὶ συγγενεῖς γενομένους, ἐν ἀμνηστίᾳ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τίθεσθαι, καὶ μίαν τῶν ἀποφράδων νομίζειν· ἀλλὰ μὴ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐν αἷς συνετράφημεν καὶ συνεβιώσαμεν ἡμερῶν, διὰ μίαν ἐπιλανθάνεσθαι; Ἢ γὰρ μάτην καὶ πρὸς οὐδὲν ἡ φύσις ἡμῖν ἔδωκε πραότητα καὶ μετριοπαθείας ἔκγονον ἀνεξικακίαν· ἢ μάλιστα χρηστέον τούτοις πρὸς συγγενεῖς καὶ οἰκείους. Οὐχ ἧττον δὲ τοῦ διδόναι συγγνώμην ἁμαρτοῦσι, τὸ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν αὐτοὺς ἁμαρτόντας, εὔνοιαν ἐμφαίνει καὶ φιλοστοργίαν. Ὅθεν ὀργιζομένων τε δεῖ μὴ ἀμελεῖν καὶ παραιτουμένοις μὴ ἀντιτείνειν· ἀλλὰ καὶ φθάνειν πολλάκις ἁμαρτόντας αὐτοὺς τῇ παραιτήσει τὴν ὀργὴν, ἀδικηθέντας τε πάλιν αὖ τῇ συγγνώμῃ τὴν παραίτησιν. Ὁ μὲν οὖν Σωκρατικὸς Εὐκλείδης ἐν ταῖς σχολαῖς περιβόητός ἐστιν, ὅτι φωνὴν ἀκούσας ἀγνώμονα καὶ θηριώδη τοῦ ἀδελφοῦ, πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ἀπολοίμην, εἰ μή σε τιμωρησαίμην· Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, εἰ μή σε πείσαιμι παύσασθαι τῆς ὀργῆς, καὶ φιλεῖν ἡμᾶς ὡς πρότερον ἐφίλεις. Τὸ δ' Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἔργον, οὐ λόγος, ὑπερβολὴν πραότητος οὐδεμίαν ἀπολέλοιπε. Περσεὺς γὰρ ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐχθρὸς ὢν αὐτῷ, παρεσκεύασε τοὺς ἀποκτενοῦντας· οἱ δὲ περὶ Δελφοὺς ἐνήδρευον, αἰσθόμενοι βαδίζοντα πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ θαλάσσης. Γενόμενοι δ' ὄπισθεν αὐτοῦ, λίθους μεγάλους ἐμβάλλουσιν εἴς τε τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν τράχηλον, ὑφ' ὧν σκοτωθεὶς καὶ πεσὼν, ἔδοξε τεθνάναι· καὶ περιῆλθε φήμη πανταχόσε, καὶ φίλοι τινὲς ἀφίκοντο καὶ θεράποντες εἰς Πέργαμον, αὐτάγγελοι τοῦ πάθους ἥκειν δοκοῦντες. Ἄτταλος οὖν ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν ἀδελφῶν, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ περὶ τὸν Εὐμένη πάντων ἄριστος, οὐ μόνον βασιλεὺς ἀνηγορεύθη διαδησάμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ Στρατονίκην ἔγημε καὶ συνῆλθεν· ἐπεὶ δ' ἀπηγγέλη ζῶν ὁ Εὐμένης, καὶ προσῄει, θεὶς τὸ διάδημα, καὶ λαβὼν, ὥσπερ εἰώθει, τὰ δοράτια μετὰ τῶν ἄλλων ἀπήντησεν αὐτῷ δορυφόρων. Ὁ δὲ κἀκεῖνον εὐμενῶς ἐδεξιώσατο, καὶ τὴν βασίλισσαν ἠσπάσατο μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης· καὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον ἐπιβιώσας, ἀμέμπτως καὶ ἀνυπόπτως ἀπέθανε, τῷ Ἀττάλῳ τήν τε βασιλείαν καὶ τὴν γυναῖκα παρεγγυήσας. Τί οὖν ἐκεῖνος; ἀποθανόντος αὐτοῦ, παιδίον οὐδὲ ἓν ἐκ τῆς γυναικὸς ἀνελέσθαι ἠθέλησε, * τεκούσης πολλάκις· ἀλλὰ τὸν ἐκείνου παῖδα θρέψας καὶ ἀνδρώσας, ἔτι ζῶν ἐπέθηκε τὸ διάδημα, καὶ βασιλέα προσηγόρευσεν. Ἀλλὰ Καμβύσης ἐξ ἐνυπνίου φοβηθεὶς ὡς βασιλεύσοντα τῆς Ἀσίας τὸν ἀδελφὸν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν, οὐδ' ἔλεγχον ἀναμείνας, ἀπέκτεινεν. Ὅθεν ἐξέπεσε τῆς Κύρου διαδοχῆς ἡ ἀρχὴ, τελευτήσαντος αὐτοῦ, καὶ τὸ Δαρείου γένος ἐβασίλευσεν, ἀνδρὸς οὐ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ φίλοις ἐπισταμένου κοινωνεῖν πραγμάτων καὶ δυνάμεως.

19. Ἔτι τοίνυν ἐκεῖνο δεῖ μνημονεύειν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς καὶ φυλάττειν, τὸ τοῖς φίλοις αὐτῶν ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τότε μάλιστα· φεύγειν

cremus, ac pro atro censeamus, nisi si malumus multorum ac lætorum dierum, quibus una educati sumus et viximus, ob unum memoriam abjicere? Nam aut frustra et nullius rei gratia nobis largita est natura mansuetudinem, et moderationis animi progeniem tolerantiam malorum: aut maxime his utendum est adversus cognatos et familiares. Jam petere gratiam delicti non minorem demonstrat benevolentiam atque amorem, quam eam facere peccanti. Ergo neque negligere debemus ira commotos, et deprecantibus nequaquam repugnare: sed et ipsi, ubi quid offendimus, antevertere deprecatione iram: et ipsam, ubi nos sumus læsi, deprecationem, danda venia. Celebris est in scholis fama Euclidis Socratici, quod audita iniqua et belluina voce fratris, qui diceret, *Peream, nisi te ulciscar,* respondit: *Ego vero peream, nisi tibi persuasero, ut posita ira nos ames sicut olim.* At regis Eumenis non dictum, sed factum, tale est quo nullum inveniri possit magis mansuetum. Huic Eumeni Perseus Macedoniæ rex inimicus, submiserat qui interficerent: hi cum sentirent a mari terra proficiscentem Eumenem ad oraculum, ex insidiis retro hominem adorti, ingentes lapides in caput et collum conjecerunt, ita ut vertigine circumactus corrueret, mortuusque putaretur: atque fama hæc late sparsa fuit, ita ut amici quidam et famuli Pergamum venientes, nuntium rei abs se visæ afferre crederentur. Proinde Attalus fratrum Eumenis natu maximus, moderatus homo, et qui erga fratrem se gessisset optime, non modo rex creatus, et diademate ornatus fuit: sed et uxorem fratris Stratonicam duxit, cumque ea concubuit. Sed postquam narratum est vivere Eumenem, et adventare, posito Attalus diademate, sumpto hastili pro more ei obviam cum reliquis ivit stipatoribus. Quem Eumenes et amice amplexus est, et reginam honorifice ac splendide salutavit: cumque non exiguum temporis supervixisset, absque ulla reprehensione aut suspicione extremum vitæ diem morte confecit, Attalo et regnum et uxorem suam cum legasset. Quid inde Attalus? multis ex uxore sibi natis liberis, mortuo Eumene, nullum sustulit: sed hujus filium educavit, eique virilem ætatem adepto, vivus diadema imposuit, regisque nomen detulit. At Cambyses somnio territus, fratrem suum, quem regem Asiæ futurum erat imaginatus, nulla interposita quæstione, nulla demonstratione, interfecit. Quo factum est ut, ipso mortuo, regnum a stirpe Cyri in Darium transferretur ejusque posteritatem, qui non fratres modo, sed amicos etiam admittere in societatem rerum et potentiæ noverat.

XIX. Præterea memoria est hoc etiam tenendum in fraternis dissidiis, ut tunc maxime amicos fratris accedas et frequentes, inimicosque vites, neque admittas: eaque

δὲ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ μὴ προσδέχεσθαι, μιμούμενον αὐτὸ γοῦν τοῦτο τὸ Κρητῶν, οἳ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντες, ἔξωθεν ἐπιόντων πολεμίων, διελύοντο καὶ συνίσταντο· καὶ τοῦτο ἦν ὁ καλούμενος ὑπ' αὐτῶν συγκρητισμός. Ἔνιοι γὰρ ὥσπερ ὕδωρ τοῖς χαλῶσι καὶ διισταμένοις ὑποῤῥέοντες, ἀνατρέπουσιν οἰκειότητας καὶ φιλίας, μισοῦντες μὲν ἀμφοτέρους, ἐπιτιθέμενοι δὲ τῷ μᾶλλον ὑπ' ἀσθενείας ἐνδιδόντι. Τῷ μὲν γὰρ ἐρῶντι συνερῶσιν οἱ νεαροὶ καὶ ἄκακοι τῶν φίλων, τῷ δ' ὀργιζομένῳ καὶ διαφερομένῳ πρὸς ἀδελφὸν οἱ κακοηθέστατοι τῶν ἐχθρῶν συναγανακτεῖν καὶ συνοργίζεσθαι δοκοῦσι. Καθάπερ οὖν ἡ Αἰσώπειος ἀλεκτορὶς πρὸς τὴν αἴλουρον, ὡς δὴ κατ' εὔνοιαν αὐτῆς νοσούσης, ὅπως ἔχει, πυνθανομένην· Καλῶς, εἶπεν, ἂν σὺ ἀποστῇς· οὕτω πρὸς τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ἐμβάλλοντα λόγον ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς, καὶ πυνθανόμενον καὶ ὑπορύττοντα τῶν ἀποῤῥήτων ἔνια, χρὴ λέγειν· Ἀλλ' ἔμοιγε πρᾶγμα πρὸς τὸν ἀδελφὸν οὐδέν ἐστιν, ἂν μήτε ἐγὼ τοῖς διαβάλλουσι προσέχω, μήτ' ἐκεῖνος. Νυνὶ δ' οὐκ οἶδα, ὅπως ὀφθαλμιῶντες μὲν οἰόμεθα δεῖν ἀποστρέφειν ἐπὶ τὰ μὴ ποιοῦντα πληγὴν μηδὲ ἀντιτυπίαν χρώματα καὶ σώματα τὴν ὄψιν, ἐν δὲ μέμψεσι καὶ ὀργαῖς καὶ ὑπονοίαις πρὸς ἀδελφοὺς γενόμενοι, χαίρομεν καὶ προσαναχρωννύμεθα τοῖς ἐκταράττουσιν, ὅτε καλῶς εἶχε τοὺς μὲν ἐχθροὺς καὶ δυσμενεῖς ἀποδιδράσκειν καὶ λανθάνειν, συνεῖναι δὲ καὶ συνδιημερεύειν μάλιστα κηδεσταῖς ἐκείνων καὶ οἰκείοις καὶ φίλοις, καὶ πρὸς γυναῖκας αὐτῶν εἰσιόντας, αἰτιᾶσθαι καὶ παῤῥησιάζεσθαι. Καίτοι λίθον οὔ φασι χρῆναι μέσον ἀδελφοὺς λαμβάνειν ὁδὸν βαδίζοντας, ἄχθονται δὲ καὶ κυνὸς διεκδραμόντος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δεδίασιν, ὧν ὁμόνοιαν οὐδὲν ἀδελφῶν διέστησεν· ἀνθρώπους δὲ κυνικοὺς καὶ διαβόλους ἐν μέσῳ λαμβάνοντες αὐτῶν, καὶ περιπταίοντες, οὐ συνορῶσι.

20. Διὸ, τοῦ λόγου τὸ συνεχὲς ὑπαγορεύοντος, εὖ μὲν εἶπε Θεόφραστος, ὡς, εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ, μάλιστα δεῖ κοινοὺς τῶν φίλων εἶναι τοὺς φίλους· οὐχ ἥκιστα δ' ἄν τις ἀδελφοῖς τοῦτο παραινέσειεν. Αἱ γὰρ ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ὁμιλίαι καὶ συνήθειαι πρὸς ἀλλήλους ἀποστρέφουσι καὶ ἀπάγουσιν ἀπ' ἀλλήλων· τῷ γὰρ φιλεῖν ἑτέρους εὐθὺς ἕπεται τὸ χαίρειν ἑτέροις καὶ ζηλοῦν ἑτέρους, καὶ ἄγεσθαι ὑφ' ἑτέρων. Ἠθοποιοῦσι γὰρ αἱ φιλίαι, καὶ μεῖζον οὐδέν ἐστι διαφορᾶς ἠθῶν σημεῖον, ἢ φίλων αἱρέσεις διαφερόντων. Ὅθεν οὔτε τὸ συνεσθίειν ἀδελφῷ καὶ συμπίνειν, οὔτε τὸ συμπαίζειν καὶ συνδιημερεύειν, οὕτω συνεκτικόν ἐστιν ὁμονοίας, ὡς τὸ συμφιλεῖν καὶ συνεχθραίνειν, ἥδεσθαί τε τοῖς αὐτοῖς συνόντα, καὶ πάλιν βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν. Οὐδὲ γὰρ διαβολὰς αἱ κοιναὶ φιλίαι φέρουσιν, οὐδὲ συγκρούσεις· ἀλλὰ κἂν γένηταί τις ὀργὴ καὶ μέμψις, ἐκλύεται διὰ μέσου τῶν φίλων, ἐκδεχομένων καὶ διασκεδαννύντων, ἄνπερ ἀμφοτέροις οἰκείως ἔρωσι, καὶ πρὸς ἀμφοτέρους * ὁμοῦ τῇ εὐνοίᾳ συννεύωσιν. Ὡς γὰρ ὁ κασσίτερος ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει καὶ

saltem in re par est imitari Cretenses, qui crebris seditionibus bellisque civilibus exagitati, extrinsecus adventantibus hostibus pacem ac societatem coiverunt. Is enim erat, quem ipsi appellabant Syncretismum. Nam sunt, qui aquæ instar rebus luxatis et hiantibus diffluentes, familiaritates et amicitias evertant, utrisque inimici, et ei insidiantes, quem ob imbecillitatem vident magis expositum injuriæ. Quippe amantem adjuvant recentes et simpliciores amici : irato autem et cum fratre dissidenti apparet malignissimos inimicorum se indignationis iræque socios præbere. Quare sicut gallina illa apud Æsopum feli percontanti ficta benevolentia ex ægrotante ipsa, *Quomodo valeret*, respondit : *Bene, si tu discedas :* ita tali homini sermonem injicienti de discordia, et arcana eruere molienti quædam, dicendum est : *Nihil mihi cum fratre est litis, si uterque nostrum calumniatoribus aures non præbeamus.* Nunc nescio qui fit, ut oculis vitio aliquo laborantibus arbitremur visum avertendum esse a coloribus et corporibus radium recellentibus : tamen ira, reprehensione, aut suspicione adversus fratrem oborta, iis gaudeamus ac nos implicemus, qui magis nos exagitant : quo quidem tempore oportebat nos, evitatis inimicis, maxime cum affinibus et familiaribus amicisque eorum versari, et ad uxores eorum intrare, ac libero ore conqueri. Atqui fratres, aiunt, una ambulantes non debere lapidem in medio admittere : quin et canem per medios discurrere ominis sinistri habetur : ac multa talia metuunt, quorum tamen nihil fraternam discindit concordiam : cæcutiunt interim, homines caninos et calumniatores in medium adhibentes, et in vitium ab his compulsi.

XX. Proinde (ipsa disputatione id quod continuo subsequitur suggerente) quod recte dixit Theophrastus, *Si omnia amicorum sint communia, maxime debere amicorum communes esse amicos :* id non ultimo loco fratribus est præcipiendum. Dum enim seorsim ac pro se alii cum aliis consuetudinem vitæ societatemque colunt, ipsi invicem divelluntur : quia dum amant diversos, sequitur ut gaudeant etiam diversis, diversos æmulentur, a diversis ducantur. Etenim amicitiis mores finguntur : et nullum est diversitatis ingeniorum certius argumentum, quam ubi amici diversi deliguntur. Ergo cibi, potus, ludorum, contubernii societas non perinde continet fratrum concordiam, atque eorumdem hominum amor et odium, ut eorumdem consuetudinem et gratam habeant, et eorumdem fugiant atque abominentur. Neque vero communes amicitiæ admittunt calumnias, aut offensiones : sed etiam si quid iræ aut objurgationis inciderit, eluunt id in medio interpositi amici, atque exceptum dissipant : siquidem ambobus ex æquo faveant. Nam quomodo stanno æs ruptum committitur

συγκεράννυσι, τῷ ψαύειν ἑκατέρου πέρατος οἰκείως ὁμοπαθὴς γενόμενος, οὕτω δεῖ τὸν φίλον εὐάρμοστον ὄντα καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις τοῖς ἀδελφοῖς προσκαταπυκνοῦν τὴν εὔνοιαν. Οἱ δὲ ἄνισοι καὶ ἄμικτοι, καθάπερ ἐν διαγράμματι μουσικῷ φθόγγοι, διάζευξιν, οὐ συναφὴν, ποιοῦσιν. Ἔστιν οὖν διαπορῆσαι πότερον ὀρθῶς ἢ τοὐναντίον ὁ Ἡσίοδος εἶπε·

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

Ὁ μὲν γὰρ εὐγνώμων καὶ κοινὸς, ὥσπερ εἴρηται, μᾶλλον ἐγκραθεὶς δι' ἀμφοτέρων, σύνδεσμος ἔσται τῆς φιλαδελφίας. Ὁ δὲ Ἡσίοδος, ὡς ἔοικεν, ἐφοβήθη τοὺς πολλοὺς καὶ φαύλους διὰ τὸ δύσζηλον καὶ φίλαυτον. Ὃ δὴ καλῶς ἔχει φυλαττομένους, κἂν εὔνοιαν ἴσην φίλῳ νέμηταί τις, ἀεὶ τὰ πρωτεῖα τῷ ἀδελφῷ φυλάττειν ἐν ἀρχαῖς καὶ πολιτείαις, ἔν τε κλήσεσι καὶ γνωρίσεσιν ἡγεμόνων, καὶ ὅσα τοῖς πολλοῖς ἐπιφανῆ καὶ πρὸς δόξαν ἐστὶ, τὸ προσῆκον ἀξίωμα τῇ φύσει καὶ γέρας ἀποδιδόντας. Οὐ γὰρ οὕτω τῷ φίλῳ τὸ πλέον ἐν τούτοις σεμνὸν, ὡς ἀδελφῷ τοὔλαττον αἰσχρὸν γίνεται καὶ ἄδοξον. Ἀλλὰ περὶ ταύτης μὲν ἑτέρωθι τῆς γνώμης γέγραπται τὰ δοκοῦντα διὰ πλειόνων. Τὸ δὲ Μενάνδρειον ὀρθῶς ἔχον, ὡς

Οὐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως,

ὑπομιμνήσκει καὶ διδάσκει τῶν ἀδελφῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ μὴ τῇ φύσει πιστεύοντας ὀλιγωρεῖν. Καὶ γὰρ ἵππος τῇ φύσει φιλάνθρωπον, καὶ κύων φιλοδέσποτον, ἀλλὰ μὴ τυγχάνοντα θεραπείας μηδ' ἐπιμελείας, ἀπόστοργα γίνεται καὶ ἀλλότρια· καὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς συγγενέστατόν ἐστιν, ἀμελούμενον δὲ καὶ παρορώμενον ὑπ' αὐτῆς, οὐκ ἐθέλει συνεργεῖν, ἀλλὰ λυμαίνεται καὶ προλείπει τὰς πράξεις.

21. Ἐπιμέλεια δὲ καλὴ μὲν αὐτῶν τῶν ἀδελφῶν, ἔτι δὲ καλλίων πενθεροῖς καὶ γαμβροῖς τοῖς ἐκείνων, εὔνουν ἀεὶ παρέχειν εἰς ἅπαντα καὶ πρόθυμον ἑαυτὸν, οἰκέτας τε φιλοδεσπότους ἀσπάζεσθαι, καὶ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ χάριν ἔχειν ἰατροῖς θεραπεύσασιν αὐτοὺς καὶ φίλοις πιστοῖς, καὶ προθύμως συνδιενεγκοῦσιν ἀποδημίαν, ἢ στρατείαν· γυναῖκα δ' ἀδελφοῦ γαμετὴν, ὡς ἁπάντων ἱερῶν ἁγιώτατον προσορῶντα καὶ σεβόμενον, τιμᾶν [διὰ] τὸν ἄνδρα καὶ εὐφημεῖν, ἀμελουμένῃ δὲ συναγανακτεῖν, χαλεπαίνουσαν δὲ πραΰνειν· ἂν δ' ἁμάρτῃ τι τῶν μετρίων, συνδιαλλάττειν καὶ συμπαρακαλεῖν τὸν ἄνδρα· κἂν αὐτῷ τις ἰδίᾳ γένηται διαφορὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν, αἰτιᾶσθαι παρ' ἐκείνῃ καὶ διαλύεσθαι τὴν μέμψιν· ἀγαμίαν δ' ἀδελφοῦ καὶ ἀπαιδίαν μάλιστα δυσχεραίνειν, καὶ παρακαλοῦντα καὶ λοιδοροῦντα, συνελαύνειν πανταχόθεν εἰς γάμον καὶ συνειργνύναι νομίμοις κηδεύμασι· κτησαμένου δὲ παῖδας, ἐμφανέστερον χρῆσθαι τῇ τε πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα τιμῇ· τοῖς δὲ παισὶν εὔνουν μὲν ὥσπερ ἰδίοις, ἤπιον δὲ μᾶλλον εἶναι καὶ μειλίχιον· ὅπως ἁμαρτόντες, οἷα νέοι, μὴ δραπετεύωσι, μηδὲ καταλύωνται, διὰ φόβον πατρὸς, ἢ μητρὸς, εἰς ὁμι-

atque ferruminatur, utramque tangente extremitatem, et ad naturam utriusque contemperato : sic amicum decet aptum et accommodatum esse utrique fratrum, suaque communitate eorum stipare benevolentiam mutuam : inæquales et non attemperati amici, instar inconcinnorum in modis musicis sonorum, non conjunctionem, sed disjunctionem efficiunt. Idcirco dubitari potest, rectene an contra Hesiodus dixerit :

Æqualem fratri caveas fecisse sodalem.

Equidem æquo præditus animo amicus et ambobus intime communis fratribus, vinculum quoddam est mutui inter eos amoris. Hesiodum vero apparet respexisse ad plerosque, et quidem malos : a quibus ob sinistrum sui ipsorum amorem et proclivitatem ad rivalitatem fratribus metueret. Hoc mali ubi caveris, nihil impedit quin amicum eadem qua fratrem complectare benevolentia : dum modo huic primæ partes semper deferantur in magistratibus et republica gerendis, in invitationibus ad convivia, in contrahenda cum principibus viris notitia : denique si quæ in vulgus videntur ad gloriam dignitatemque conducere, et illustrare, in iis ætati convenientem honorem concedas. Neque enim adeo amicum hac in parte ista prærogativa ornat, quam de existimatione fratris posthabiti ignominia detrahit. Sed de hac quidem sententia alibi pluribus perscripsi quid sentirem. Tamen illud Menandri verum est,

Nemo sui contemtum æquo animo fert amans,

quæ vox monet ut curam fratrum geramus, neque naturæ fiducia eos negligamus. Nam et equus natura hominum, et canis domini amans animal est : sed nisi probe curentur atque tractentur, infensa fiunt et aliena : et corpus animæ cognatissimum, si ab ea non colatur, aut neglectim habeatur, adjuvare actiones ipsius recusat, iisque officit et deserit.

XXI. Ratio autem curandi fratri cum erga ipsos fratres honesta, tum honestior etiam erga eorum soceros atque affines est, ut in omnibus rebus semper benevolum se alacremque præbeat, servos dominorum studiosos salutet comiterque demereatur, medicis gratias agat qui fratri sanitatem restituerunt, itemque amicis fratris in peregrinatione aut militia sociis quondam alacribus ac fidelibus. Uxorem porro fratris, ut omnium sacrorum sanctissimum, frater suspiciat atque veneretur, itaque fratrem honoret eique gratuletur . neglectæ rationem habeat, irritatam demitiget : si mediocre aliquid peccavit, in placando et deprecando viro adsit : si quid cum fratre sibi seorsim exstiterit jurgii, apud eam hunc accuset et litem componat. Maxime autem cœlibatum et orbitatem fratris ægre ferat frater, eumque hortando et exprobrando quovis modo ad matrimonium contrahendum adigat, legitimisque includat nuptiis. Ubi is liberos fuerit nactus, evidentius porro sua in eum benevolentia, et adversum uxorem ejus reverentia utatur. Liberis se, tanquam suis, benevolum, sed benigniorem tamen et indulgentiorem exhibeat; ne pro ætate aliquid delinquentes, ob metum patris et matris profugiant, ac cum vitiosis

λίας φαύλας καὶ ὀλιγώρους, ἀλλ᾽ ἀποστροφὴν καὶ καταφυγὴν ἅμα νουθετοῦσαν εὐνοίᾳ καὶ παραιτουμένην ἔχωσιν. Οὕτω καὶ Πλάτων ἀδελφιδοῦν ὄντα Σπεύσιππον ἐκ πολλῆς ἀνέσεως καὶ ἀκολασίας ἐπέστρεψεν, οὐδὲν οὔτ᾽ εἰπὼν ἀνιαρὸν, οὔτε ποιήσας πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ φεύγοντι τοὺς γονεῖς ἐλέγχοντας αὐτὸν ἀεὶ καὶ λοιδοροῦντας, * ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν εὐμενῆ καὶ ἀμήνιτον, αἰδῶ τε πολλὴν ἐνειργάσατο, καὶ ζῆλον ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας· καίτοι πολλοὶ τῶν φίλων ἐνεκάλουν ὡς μὴ νουθετοῦντι τὸ μειράκιον· ὁ δὲ καὶ πάνυ νουθετεῖν ἔλεγε, τῷ βίῳ καὶ τῇ διαίτῃ τῆς πρὸς τὰ αἰσχρὰ τῶν καλῶν διαφορᾶς παρέχων κατανόησιν. Ἀλεύαν δὲ τὸν Θεσσαλὸν ὁ μὲν πατὴρ ἀγέρωχον ὄντα καὶ ὑβριστὴν ἐκόλουε καὶ χαλεπὸς ἦν, ὁ δὲ θεῖος ἀνελάμβανε καὶ προσήγετο· πεμπόντων δὲ τῶν Θεσσαλῶν φρυκτοὺς περὶ βασιλέως πρὸς τὸν θεὸν εἰς Δελφοὺς, ἐνέβαλε κρύφα τοῦ πατρὸς ὁ θεῖος, ὑπὲρ τοῦ Ἀλεύα· καὶ τῆς Πυθίας τοῦτον ἀνελούσης, ὅ τε πατὴρ ἀπέφησεν ἐμβεβληκέναι τὸν φρυκτὸν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πᾶσιν ἐδόκει πλάνη τις ἐν ταῖς καταγραφαῖς τῶν ὀνομάτων γεγονέναι. Διὸ καὶ πέμψαντες αὖθις ἐπανήροντο τὸν θεόν· ἡ δὲ Πυθία, καθάπερ ἐκβεβαιουμένη τὴν προτέραν ἀναγόρευσιν, εἶπε·

Τὸν Πυῤῥόν τοι φημὶ, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα.

Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Ἀλεύας ὑπὸ τοῦ θεοῦ βασιλεὺς διὰ τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν ἀποδειχθεὶς, αὐτός τε πολὺ πάντων ἐπρώτευσε τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔθνος εἰς δόξαν προήγαγε μεγάλην καὶ δύναμιν. Ἀλλὰ μὴν εὐπραξίαις τε καὶ τιμαῖς καὶ ἀρχαῖς παίδων ἀδελφοῦ χαίροντα καὶ σεμνυνόμενον αὔξειν προσήκει καὶ συνεξορμᾷν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ κατορθοῦντας ἀφειδῶς ἐπαινεῖν· αὐτοῦ γὰρ υἱὸν ἐπαχθὲς ἴσως ἐγκωμιάζειν, ἀδελφοῦ δὲ, σεμνὸν, καὶ οὐ φίλαυτον, ἀλλὰ φιλόκαλον καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς. Δοκεῖ γάρ μοι καὶ τοὔνομα καλῶς ἀφηγεῖσθαι πρὸς εὔνοιαν ἀδελφιδῶν καὶ ἀγάπησιν. Δεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν κρειττόνων ζηλοῦν. Ἡρακλῆς τε γὰρ δυοῖν δέοντας ἑβδομήκοντα γεννήσας παῖδας, οὐδενὸς ἧττον αὐτῶν τὸν ἀδελφιδοῦν ἠγάπησεν· ἀλλὰ καὶ νῦν πολλαχοῦ σύμβωμός ἐστιν Ἰόλαος αὐτῷ, καὶ συγκατεύχονται, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες. Ἰφικλέους δὲ τοῦ ἀδελφοῦ πεσόντος ἐν τῇ περὶ Λακεδαίμονα μάχῃ, περίλυπος γενόμενος, πᾶσαν ἐξέλιπε Πελοπόννησον. Ἡ δὲ Λευκοθέα, τῆς ἀδελφῆς ἀποθανούσης, ἔθρεψε τὸ βρέφος καὶ συνεξεθείασεν· ὅθεν αἱ Ῥωμαίων γυναῖκες ἐν ταῖς τῆς Λευκοθέας ἑορταῖς, ἣν Ματοῦταν ὀνομάζουσιν, οὐ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας, ἀλλὰ τοὺς τῶν ἀδελφῶν ἐναγκαλίζονται καὶ τιμῶσιν.

et socordibus hominibus consuescant : sed habeant quo se convertentes castigentur, officiique admoneantur. Sic Plato sororis suæ filium Speusippum e magna negligentia et intemperantia revocavit, nulla voce, nullo facto ei molestus : nam fugienti parentes criminum eum convincentes et maledictis usque incessentes, placidum se et iræ vacuum dans, magnum homini pudorem, suique et philosophiæ admirationem incussit : cumque a multis amicorum reprehenderetur, quod non castigaret adolescentem : *Ego vero*, inquit, *castigo*, *vitæ meæ ratione ipsi demonstrans quod sit honestorum et turpium discrimen.* Aleuam Thessalum pater, ut ferocem hominem et injuriosum, deprimebat, eratque ei infensus : patruus ad se recipiebat et amplectebatur. Mittentibus autem Thessalis fabas ad oraculum Delphicum, quibus deum de rege futuro consulebant, clam patre patruus his unam de Aleua quærentem inseruit. Cumque Pythia Aleuam regem designasset, et ipse pater professus est se nullam de hoc fabam misisse, et omnes existimaverunt errorem aliquem in nominum descriptione commissum esse. Itaque denuo missi sunt scitatum. Pythia autem veluti confirmans primam designationem, respondit :

Archedice peperit quem Rufum nomine dico.

Atque hoc modo Aleuas ab Apolline rex studio patrui creatus, cum ipse priores longo post se reliquit intervallo, tum gentem ad gloriam potentiamque magnam evexit. Enimvero fratris filios frater eorum recte factis, honoribus ac dignitatibus gaudendo gratulandoque debet augere, et impetus ad res honestas eorum promovere, ac largiter laudare ubi rem præclare gerunt. Suum enim filium laudare, odiosum videtur : fratris, pulchrum, neque oriundum ex sui ipsius, sed honestatis amore, ac revera divinum. Nam ipsum nomen θεῖος (notans et *divinum* et *patruum avunculumve*) eam mihi vim habere videtur, ut nos pulchre ducat ad nepotum benevolentiam et amorem. Quin et eos imitari decet, qui humana præstantiores natura fuerunt. Hercules, cum duodeseptuaginta filios genuisset, nullo eorum parcius amavit fratris filium : atque etiamnum multis in locis eadem cum Hercule ara colitur Iolaus, atque una ei vota nuncupantur, et *astans* Herculis nominatur. Iphicle autem fratre in pugna apud Lacedæmonem interfecto, Hercules ingenti dolore perculsus, totam deseruit Peloponnesum. Et Leucothea infantem defunctæ vita sororis educavit, secumque inter deos retulit. Hinc matronæ Romanæ in feriis Leucotheæ, quam Matutam nominant, non suos, sed sororum filios in ulnas accipiunt, et honorem iis habent.

*ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΕΓΓΟΝΑ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣ.

1. Ἔκκλητοι κρίσεις καὶ ξενικῶν δικαστηρίων ἀγωγαὶ τοῖς Ἕλλησι τὸ πρῶτον ἀπιστίᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἐπενοήθησαν, ἀλλοτρίας δικαιοσύνης, ὥσπερ ἑτέρου τινὸς τῶν ἀναγκαίων μὴ φυομένου παρ' αὐτοῖς, δεηθεῖσιν. Ἆρ' οὖν καὶ οἱ φιλόσοφοι τῶν προβλημάτων ἔνια, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς, ἐπὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ζῴων, ὥσπερ ἀλλοδαπὴν πόλιν ἐκκαλοῦνται, καὶ τοῖς ἐκείνων πάθεσι καὶ ἤθεσιν, ὡς ἀνεντεύκτοις καὶ ἀδεκάστοις, ἐφιᾶσι τὴν κρίσιν; Ἢ καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπίνης κακίας ἔγκλημα κοινόν ἐστι, τὸ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ μεγίστων ἀμφιδοξοῦντας ἡμᾶς, ζητεῖν ἐν ἵπποις καὶ κυσὶ καὶ ὄρνισι, πῶς γαμοῦμεν αὐτοὶ καὶ γεννῶμεν καὶ τεκνοτροφοῦμεν, ὡς μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς δήλωμα τῆς φύσεως ὄν, [καὶ] τὰ τῶν θηρίων ἤθη καὶ πάθη προσαγορεῦσαι καὶ καταμαρτυρῆσαι τοῦ βίου ἡμῶν πολλὴν τοῦ κατὰ φύσιν ἐκδιαίτησιν καὶ παράβασιν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καὶ περὶ τὰ πρῶτα συγχεομένων καὶ ταραττομένων. Ἄκρατον γὰρ ἐν ἐκείνοις ἡ φύσις καὶ ἀμιγὲς καὶ ἁπλοῦν φυλάττει τὸ ἴδιον· ἐν δ' ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς συνηθείας (ὃ τοὔλαιον ὑπὸ τῶν μυρεψῶν πέπονθε) πρὸς πολλὰ μιγνυμένη δόγματα καὶ κρίσεις ἐπιθέτους, ποικίλη γέγονε καὶ ἰδία, τὸ δὲ οἰκεῖον οὐ τετήρηκε. Καὶ μὴ θαυμάζωμεν, εἰ τὰ ἄλογα ζῷα τῶν λογικῶν μᾶλλον ἕπεται τῇ φύσει· καὶ γὰρ τὰ φυτὰ τῶν ζῴων, οἷς οὔτε φαντασίαν, οὔτε ὁρμὴν ἔδωκεν, ἑτέρων ὄρεξιν τοῦ κατὰ φύσιν ἀποσαλεύουσαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν δεσμῷ συνειργμένα μένει καὶ κεκράτηται, μίαν ἀεὶ πορείαν ἣν ἡ φύσις ἄγει πορευόμενα. Τοῖς δὲ θηρίοις τὸ μὲν πραΰτροπον τοῦ λόγου καὶ περιττὸν καὶ φιλελεύθερον ἄγαν οὐκ ἔστιν, ἀλόγους δὲ ὁρμὰς καὶ ὀρέξεις ἔχοντα καὶ χρώμενα πλάναις καὶ περιδρομαῖς, πολλάκις οὐ μακράν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀγκύρας τῆς φύσεως σαλεύει, [καὶ] καθάπερ ὁδὸν ὑφ' ἡνίᾳ καὶ χαλινῷ βαδίζοντα δείκνυσιν εὐθεῖαν. Ὁ δὲ δεσπότης ἐν ἀνθρώπῳ καὶ αὐτοκρατὴς λόγος ἄλλας ἄλλοτε παρεκβάσεις καὶ καινοτομίας ἀνευρίσκων, οὐδὲν ἴχνος ἐμφανὲς οὐδὲ ἐναργὲς ἀπολέλοιπε τῆς φύσεως.

2. Ὅρα περὶ τοὺς γάμους ὅσον ἐστὶν ἐν τοῖς ζῴοις τὸ κατὰ φύσιν. Πρῶτον οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγάμου καὶ ὀψιγάμου, καθάπερ οἱ Λυκούργου πολῖται καὶ Σόλωνος· οὐδὲ ἀτιμίας ἀτέκνων δέδοικεν· οὐδὲ τιμὰς διώκει τριπαιδας, ὡς Ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. Ἔπειτα μίγνυται τῷ θήλει τὸ ἄρρεν οὐχ ἅπαντα χρόνον· ἡδονὴν γὰρ οὐκ ἔχει τέλος, ἀλλὰ γέννησιν καὶ τέκνωσιν· διὰ τοῦτο ἔτους ὥρᾳ, ἢ πνοάς τε γονίμους ἔχει καὶ πρόσφορον λοχευομένοις κρᾶσιν, ἦλθεν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἄρρενι τὸ θῆλυ χειρόηθες καὶ ποθεινόν, ἡδεία μὲν ὀσμῇ χρωτός, ἰδίῳ δὲ κόσμῳ σώματος ἀγαλλόμενον, δρόσου καὶ βοτάνης ἀνάπλεων

DE AMORE PROLIS.

I. Quod ad peregrinos judices Græci appellaverunt aliquando, et in alieno foro litigaverunt, id initio hinc excogitatum fuit, quod alii de aliorum justitia diffidentes, eam ut rem necessariam et apud ipsos non existentem aliunde petendam sunt opinati. Nonne eodem modo philosophi etiam de quæstionibus quibusdam propter mutuas invicem dissensiones ad naturam brutorum animalium, tanquam civitatem alienam, provocaverunt, eorumque affectionibus et ingeniis, utpote integris et nullo alloquio, nullo dono corruptis, judicium permiserunt? Aut hoc quoque commune est humanæ vitiositatis crimen, quod de maximis et apprime necessariis rebus dissentientes, apud equos, canes, et aves quærimus, quomodo nobis matrimonia contrahenda, proles procreanda et educanda sit : ac quasi nihil in nostra natura sit proditum, brutorum mores et affectus appellamus : hocque adversus vitam nostram testimonii dicimus, multa in ea contra naturam agi atque usurpari, statim ab initio et primis in rebus confusione ac perturbatione insinuante. Nam in brutis quidem proprietates suas natura sinceras simplicesque conservat : inter homines ratio et consuetudo eas, sicut oleum solent seplasiarii, multis permiscens opinionibus et judiciis adscititiis, non patitur simplices manere, sed multipliciter variat. Neque est quod miremur bruta magis quam ratione prædita sequi naturam : nam in eo bruta etiam superantur a plantis : hæ enim neque imaginandi vi, neque appetitu præditæ qui naturam alio averteret, tanquam vinculo constricta manent ac tenentur, unicumque semper naturæ ductum sequuntur. Brutis rationis mansuetudo, subtilitas, et libertatis studium non admodum sunt insita : incitationes tamen et cupiditates rationis expertes habent, quibus usa evagantur : plerumque tamen non longe efferuntur, sed in natura, tanquam ancora subsistunt : et veluti sub habena ac frenis incedentia viam ostendunt rectam. At in homine ratio, penes quam principatus est, modo has, modo alias inveniens digressiones ac diverticula, nullum conspicuum aut evidens reliquit naturæ vestigium.

II. Initio in brutis considera, quam sint omnia naturæ accommodata. Primum non exspectant dum leges contra cœlibatum aut serius matrimonium ineuntes ferantur, ut Lycurgi et Solonis cives : neque metuunt ignominias prole carentibus propositas, aut honores trium liberorum : sicut Romanorum multi uxores ducunt et liberis operam dant, non ut hæredes, sed ut jus adeundæ hæreditatis habeant. Deinde miscetur mas feminæ, non omni tempore; quia non voluptas ei, sed procreatio est finis propositus. Itaque verno anni tempore, cum auræ spirant genitabiles, et temperie prægnantibus commodæ, coit cum mare femina mansueta et desiderabilis, suavi corporis odore, et peculiari corporis ornatu exsultans, rore et pura herba impleta :

καθαρᾶς· αἰσθόμενον δὲ, ὅτι κύει καὶ πεπλήρωται, κοσμίως ἄπεισι, * καὶ προνοεῖ περὶ τὴν κύησιν καὶ σωτηρίαν τοῦ ἀποτεχθέντος. Ἀξίως δὲ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὰ δρώμενα, πλὴν ὅτι γίνεται ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ φιλοστόργῳ, ταῖς προνοίαις, ταῖς καρτερίαις, ταῖς ἐγκρατείαις. Ἀλλὰ τὴν μέλιτταν ἡμεῖς σοφὴν καλοῦμεν καὶ νομίζομεν, ξανθὸν μέλι μηδομέναν, κολακεύοντες τὸ ἡδὺ καὶ γαργαλίζον ἡμᾶς τῆς γλυκύτητος· τὴν δὲ τῶν ἄλλων περὶ τὰς λοχείας καὶ τὰς ἀνατροφὰς σοφίαν καὶ τέχνην παρορῶμεν. Οἷον εὐθὺς, ἡ ἀλκυὼν κύουσα τὴν νεοττιὰν συντίθησι, συλλαμβάνουσα τὰς ἀκάνθας τῆς θαλαττίας βελόνης, καὶ ταύτας δι' ἀλλήλων ἐγκαταπλέκουσα καὶ συνείρουσα, τὸ μὲν σχῆμα, περιαγὲς, ὡς ἁλιευτικοῦ κύρτου, καὶ πρόμηκες ἀπεργάζεται· τῇ δὲ ἁρμονίᾳ καὶ πυκνότητι συμφράξασα τὰς ἀκάνθας ἀκριβῶς, ὑπέθηκε τῷ κλύσματι τοῦ κύματος, ὡς τυπτόμενον ἡσυχῇ καὶ πηγνύμενον τὸ πίλημα τῆς ἐπιφανείας στεγανὸν γένηται· γίγνεται δὲ σιδήρῳ καὶ λίθῳ δυσδιαίρετον. Ὃ δ' ἐστὶ θαυμασιώτερον, οὕτω τὸ στόμα τῆς νεοττιᾶς συμμέτρως πέπλασται πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὸ μέτρον τῆς ἀλκυόνος, ὥστε μήτε μεῖζον ἄλλο, μήτε μικρότερον ἐνδύεσθαι ζῷον, ὡς δέ φασι, μηδὲ θάλατταν παραδέχεσθαι, μηδὲ τὰ ἐλάχιστα. Μάλιστα δὲ οἱ γαλεοὶ ζῳογονοῦσι μὲν ἐν ἑαυτοῖς, ἐκβαίνειν δὲ παρέχουσιν ἐκτὸς καὶ νέμεσθαι τοῖς σκύμνοις, εἶτα πάλιν ἀναλαμβάνουσι καὶ περιπτύσσουσιν ἐγκοιμώμενα τοῖς σπλάγχνοις. Ἡ δὲ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει· τῇ δὲ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾷν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκδημιουργεῖν τὸ τέκνον. Ὁ δὲ Ὁμηρικὸς λέων,

> Ὅν ῥά τε νήπια (τέκνα) ἄγοντα συναντήσονται ἐν ὕλῃ
> ἄνδρες ἐπακτῆρες, ὁ δέ τε σθένεϊ βλεμεαίνει,
> πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται, ὄσσε καλύπτων,

ἆρα οὐχ ὅμοιός ἐστι διανοουμένῳ πρὸς τοὺς κυνηγοὺς σπένδεσθαι περὶ τῶν τέκνων; Καθόλου γὰρ ἡ πρὸς τὰ ἔγγονα φιλοστοργία, καὶ τὰ τολμηρὰ δειλὰ ποιεῖ, καὶ φιλόπονα τὰ ῥάθυμα, καὶ φειδωλὰ τὰ γαστρίμαργα. Καὶ ὥσπερ ἡ Ὁμηρικὴ ὄρνις προσφέρουσα τοῖς νεοττοῖς

> Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δέ τε οἱ πέλει αὐτῇ.

Τῷ γὰρ αὐτῆς τρέφει λιμῷ τὰ ἔγγονα, καὶ τὴν τροφὴν τῆς γαστρὸς ἁπτομένην ἀποκρατεῖ καὶ πιέζει τῷ στόματι, μὴ λάθῃ καταπιοῦσα·

> Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
> ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι,

τὸν περὶ τῶν τέκνων φόβον, ὡς δεύτερον προσλαβοῦσα θυμόν. Αἱ δὲ πέρδικες ὅταν διώκωνται μετὰ τῶν τέκνων, ἐκεῖνα μὲν ἐῶσι προπέτεσθαι καὶ φεύγειν, αὐταῖς δὲ μηχανώμεναι προσέχειν τοὺς θηρεύοντας ἐγγὺς κυλινδούμεναι καὶ καταλαμβανόμεναι μικροῦ,

et ubi se concepisse sentit, modeste abit, et ea prospicit quæ ad fetum perferendum edendumque pertinent. Quæ agant, digne dici nequit : in omnibus quidem amor prolis est manifestus, in providendo, in tolerando, in continentia. Cæterum nos apem sapientem vocamus, ac celebramus

> Mel flavum meditantem :

aut verius circumfundens sermones homini loquenti ad non audientes, non audienti loquentes : quippe ut exiguum aliquid inaudiverit, id arreptum garrulitas, veluti æstum affluentis maris, illico multiplicatum reddit. Porticum Olympiæ, quæ unam vocem multis reflexionibus resonat, Heptaphonum vocant (id est Septivocem) : at garrulitas vel minima voce si tangitur, statim sonitus reddit varios,

Immotas ante mentis commovens fides.

Proinde in eam venire possis cogitationem, auditus foramina garrulis non in animum, sed in linguam desinere; cum aliis perdurent auditæ voces, garrulis autem effluant, ac tanquam vasa, mente vacui, sono pleni, obambulent.

II. Si tamen videbitur nihil intentatum esse relinquendum, hoc dicamus ad garrulum:

Sile, puer, bona multa habet silentium:

duo autem hæc et prima et maxima, Audire et Audiri : quorum neutrum contingit garrulis, sed et eo ipso quod appetunt, infeliciter, ac cum animi molestia excludunt. Nam reliquis quidem animi morbis, avaritiæ puta, ambitioni, voluptatum nimio studio, hoc saltem contingit, ut potiantur iis quæ appetiverunt : garrulis hoc molestissimum accidit, quod auditores ab iis frustra expetuntur ; quippe nemo non eos effuse fugit : ac, sive in semicirculo sedentes, sive una ambulantes ubi vident garrulum accedere, illico migrationem sibi ipsis indicunt. Et quemadmodum, orto silentio in collocutione aliqua, Mercurium aiunt subintrasse : ita cum in consessum aut convivium notorum garrulus aliquis se infert, omnes obticent, quia ansam præbere loquendi ei nolunt : et si ipse ultro hiscit, illico universi digrediuntur, æstum et nauseam, veluti

Borea circa maritimum promontorium fremente,

prævidentes. Quo fit, ut neque in convivio una adesse quisquam velit, neque nisi coactus contubernio garruli comitatuque in itinere aut navigatione utatur : adeo usquequaque urget vestes prehendendo, et barbam, ac manu latus fodiendo. Qua in re *summus honor pedibus debetur*, secundum Archilochum : imo autem de sapientissimi Aristotelis sententia. Hic enim a garrulo quodam vexatus et absurdis quibusdam narrationibus exagitatus, subinde dicenti, *Nonne hoc mirum est, Aristoteles?* respondit : *Non profecto hoc est mirum, sed si quis pedibus præditus te sustinet*. Aliique cuidam id genus homini post multa verba dicenti, *Molestus tibi mea loquacitate fui, philosophe : Non mehercle*, inquit, *non enim adverti animum*. Etenim garruli cum vi obtinuerunt ut dicant, animus audientis præbet iis aures extra circumfundendas vocibus, ipse interim alias intus secum explicat atque persequitur curas : itaque audientes neque attendentes neque credentes

Τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας εὐκαταφόρων ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσι· τῶν δ' ἀδολέσχων ὁ λόγος ἀτελὴς καὶ ἄκαρπός ἐστι.

3. Καίτοι γ' οὐδὲν οὕτως ἡ φύσις εὐερκῶς κεχαράκωκε τῶν παρ' ἡμῖν, ὡς τὴν γλῶτταν, βαλομένη φρουρὰν πρὸ αὐτῆς τοὺς ὀδόντας, ἵν', ἐὰν ἐντὸς κατατείνοντος ἡνία σιγαλόεντα τοῦ λογισμοῦ, μὴ ὑπακούῃ, μηδ' ἀνειλῆται, δήγμασιν αὐτῆς κατέχωμεν τὴν ἀκρασίαν αἱμάττοντες. Ἀχαλίνων γάρ, οὐ ταμιείων, οὐδ' οἰκημάτων, ἀλλὰ στομάτων τὸ τέλος δυστυχίαν ὁ Εὐριπίδης φησίν. Οἱ δ' οἰκημάτων μὲν ἀθύρων, καὶ βαλλαντίων ἀδέσμων μηδὲν ὄφελος οἰόμενοι τοῖς κεκτημένοις εἶναι, στόμασι δ' ἀκλείστοις καὶ ἀθύροις, ὥσπερ τὸ τοῦ πόντου, διὰ παντὸς ἔξω ῥέουσι χρώμενοι, πάντων ἀτιμότατον ἡγεῖσθαι τὸν λόγον ἐοίκασιν. Ὅθεν οὐδὲ πίστιν ἔχουσιν, ἧς πᾶς λόγος ἐφίεται· τὸ γὰρ οἰκεῖον αὐτοῦ τέλος τοῦτ' ἔστι, πίστιν ἐνεργάσασθαι τοῖς ἀκούουσιν· ἀπιστοῦνται δ' οἱ λάλοι, κἂν ἀληθεύωσιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ πυρὸς εἰς ἀγγεῖον κατακλεισθεὶς, τῷ μὲν μέτρῳ πλείων εὑρίσκεται, τῇ δὲ χρείᾳ μοχθηρότερος· οὕτω λόγος εἰς ἀδόλεσχον ἐμπεσὼν ἄνθρωπον, πολὺ ποιεῖ τοῦ ψεύδους ἐπίμετρον, ᾧ διαφθείρει τὴν πίστιν.

4. Ἔτι τοίνυν τὸ μεθύειν πᾶς ἄνθρωπος αἰδήμων καὶ κόσμιος φυλάξαιτ' ἄν· μανίᾳ γὰρ ὁμότοιχος μὲν ἡ ὀργὴ κατ' ἐνίους, ἡ δὲ μέθη σύνοικος· μᾶλλον δὲ μανία, τῷ μὲν χρόνῳ ἥττων, τῷ δ' ἑκουσίῳ μείζων, ὅτι τὸ αὐθαίρετον αὐτῇ πρόσεστι. Τῆς δὲ μέθης οὐδὲν οὕτω κατηγοροῦσιν, ὡς τὸ περὶ τοὺς λόγους ἀκρατὲς καὶ ἀόριστον.

Οἶνος γάρ τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι,
καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκε.

Καίτοι τὸ δεινότατον, ᾠδὴ καὶ γέλως καὶ ὄρχησις, οὐδὲν ἄχρι τούτων·

Καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον,

τοῦτο ἤδη δεινὸν καὶ ἐπικίνδυνον· καὶ μή ποτε τὸ ζητούμενον παρὰ τοῖς φιλοσόφοις λύων ὁ ποιητὴς, οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰν εἴρηκεν· οἰνώσεως μὲν, ἄνεσιν· μέθης δὲ, φλυαρίαν. Τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος, ὡς οἱ παροιμιαζόμενοί φασιν. Ὅθεν ὁ μὲν Βίας ἔν τινι πότῳ σιωπῶν, καὶ σκωπτόμενος εἰς ἀβελτηρίαν ὑπό τινος ἀδολέσχου, Καὶ τίς ἄν, ἔφη, δύναιτο μωρὸς ὢν ἐν οἴνῳ * σιωπᾶν; Ἀθήνησι δέ τις ἑστιῶν πρέσβεις βασιλικοὺς, ἐφιλοτιμήθη σπουδάζουσιν αὐτοῖς συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸ τοὺς φιλοσόφους· χρωμένων δὲ τῶν ἄλλων κοινολογίᾳ καὶ τὰς συμβολὰς ἀποδιδόντων, τοῦ δὲ Ζήνωνος ἡσυχίαν ἄγοντος, φιλοφρονησάμενοι καὶ προπιόντες οἱ ξένοι, Περὶ σοῦ δὲ τί χρὴ λέγειν, ἔφασαν, ὦ Ζήνων, τῷ βασιλεῖ; Κἀκεῖνος· Ἄλλο μηδὲν, εἶπεν, ἢ ὅτι πρεσβύτης ἐστὶν ἐν Ἀθήναις, παρὰ πότον σιωπᾶν δυνάμενος. Οὕτω τι βαθὺ καὶ μυστηριῶδες ἡ σιγὴ καὶ νηφάλιον· ἡ δὲ μέθη, λάλον· ἄνουν γὰρ καὶ ὀλιγόφρον, διὰ τοῦτο

unquam nanciscuntur. Qui in Venerem sunt proclives, eorum semen aiunt esse sterile : ita et garrulorum sermo imperfectus est atque inutilis.

III. At vero nullum nostrorum membrorum natura perinde atque linguam vallo coercuit, positis ante eam præsidii loco dentibus : ut si, narratione intus

—resonantia frena premente,

obedire nolens prosiliret, morsibus eam lancinantes, ejus compesceremus intemperantiam. Non enim sera obicibusve carentium penuum aut conclavium, sed *oris effreni finem esse calamitatem*, dixit Euripides. Qui vero existimant ædes foribus carentes, et crumenam quæ claudi non possit, nulli usui esse possessoribus : ore interim semper aperto foras diffluentes, quomodo Pontus per suum ostium semper in Propontidem effluit, ii videntur sermonem pro re omnium abjectissima ducere. Unde est, quod fides iis non habetur : quam quidem omnis oratio expetit. Est enim suus orationi finis, fidem facere audientibus : loquacibus, ne si vera quidem dicant, fides habetur. Nam sicut triticum vasi inclusum, mensura amplius reperitur, usu deterius : sic loquacis hominis sermo additamentum mendacii largum habet, quod fidem vero derogat.

IV. Jam ebrietatem verecundus quisque et modestus vitat : nam, quod fert quorumdam opinio, insaniæ vicina est ira, contubernalis ebrietas : imo ut insaniæ cedit duratione, ita eam hoc superat, quod ultro asciscitur. At nullo tantopere culpatur nomine ebrietas, atque intemperantia et infinitate loquendi.

Nam vinum vel prudentem cantare coegit,
et tenerum ridere, pedesque inferre choreis.

Et hactenus quidem nil est noxium, cantus, risus, saltatio. At vero proximum

Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictis :

hoc vero jam noxium est et cum periculo conjunctum. Quid autem, si hoc sit a poeta propositum ad id quod apud philosophos quæritur solvendum de vinolentiæ et ebrietatis discrimine? Ut vinolentiæ animi quamdam remissionem et levitatem, ebrietati futilitatem tribuerit. Quod enim est in corde sobrii, id est in lingua ebrii, ut proverbio fertur. Hinc Bias in quodam convivio cum sibi tacenti a garrulo quodam stoliditas objiceretur : *Quis vero*, dixit, *stultus inter pocula possit tacere?* Athenis autem quidam convivium regiis legatis præbens, operam dedit ut iis hoc cupientibus philosophos eodem conduceret : ibi cum reliqui colloquio instituto ultro citroque pro sua quisque persona disseruissent, Zenonem, qui tacitus se continebat, comiter allocuti hospites cum salutassent poculo, *De te vero*, aiebant, *quid dicemus regi?* Respondit Zeno : *Aliud nihil, quam esse senem Athenis, qui inter pocula silere sciat.* Adeo profundum quiddam, et arcani sacri simile, ac sobrium est silentium : at ebrietas loquax est : mente enim et prudentia vacat, ideoque vocalis

καὶ πολύφωνον. Οἱ δὲ φιλόσοφοι, καὶ ὁριζόμενοι τὴν μέθην, λέγουσιν εἶναι λήρησιν πάροινον· οὕτως οὐ ψέγεται τὸ πίνειν, εἰ προσείη τῷ πίνειν τὸ σιωπᾷν· ἀλλ' ἡ μωρολογία μέθην ποιεῖ τὴν οἴνωσιν. Ὁ μὲν οὖν μεθύων ληρεῖ παρ' οἶνον· ὁ δ' ἀδόλεσχος πανταχοῦ ληρεῖ, ἐν ἀγορᾷ, ἐν θεάτρῳ, ἐν περιπάτῳ, μεθ' ἡμέραν, νύκτωρ· ἔστι δὲ θεραπεύων, τῆς νόσου βαρύτερος· συμπλέων, τῆς ναυτίας ἀηδέστερος· ἐπαινῶν, τοῦ ψέγοντος ἐπαχθέστερος. Ἥδιον γέ τοι πονηροῖς ὁμιλοῦσιν ἐπιδεξιοῖς, ἢ χρηστοῖς ἀδολέσχαις. Ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλέους Νέστωρ, τὸν Αἴαντα τραχυνόμενον τῷ λόγῳ πραΰνων, ἠθικῶς τοῦτο εἴρηκεν·

Οὐ μέμφομαί σε· δρῶν γὰρ εὖ, κακῶς λέγεις·

πρὸς δὲ τὸν ἀδολέσχην οὐχ οὕτως ἔχομεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἔργου χάριν ἡ τῶν λόγων ἀκαιρία διαφθείρει καὶ ἀπόλλυσι.

5. Λυσίας τινὶ δίκην ἔχοντι λόγον συγγράψας ἔδωκεν· ὁ δὲ πολλάκις ἀναγνοὺς, ἧκε πρὸς τὸν Λυσίαν ἀθυμῶν καὶ λέγων, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ διεξιόντι θαυμαστὸν φανῆναι τὸν λόγον, αὖθις δὲ καὶ τρίτον ἀναλαμβάνοντι, παντελῶς ἀμβλὺν καὶ ἄπρακτον· ὁ δὲ Λυσίας γελάσας, Τί οὖν, εἶπεν, οὐχ ἅπαξ μέλλεις λέγειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν δικαστῶν; Καὶ σκόπει τὴν Λυσίου πειθὼ καὶ χάριν· κἀκεῖνον γὰρ

Ἐγώ φαμι ἰοπλοκάμων Μοισᾶν εὖ λαχεῖν.

Τῶν δὲ περὶ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων ἀληθέστατόν ἐστιν, ὅτι μόνος Ὅμηρος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀψικορίας περιγέγονεν, ἀεὶ καινὸς ὢν καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων· ἀλλ' ὅμως εἰπὼν καὶ ἀναφωνήσας ἐκεῖνο περὶ αὐτοῦ, τὸ,

Ἐχθρὸν δέ μοι ἐστιν
αὖθις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν,

φεύγει καὶ φοβεῖται τὸν ἐφεδρεύοντα παντὶ λόγῳ κόρον, εἰς ἄλλα ἐξ ἄλλων διηγήματα τὴν ἀκοὴν ἄγων, καὶ τῇ καινότητι τὴν πλησμονὴν αὐτῆς παραμυθούμενος. Οἱ δ' ἀποκναίουσι δήπου τὰ ὦτα, ταῖς ταυτολογίαις ὥσπερ παλίμψηστα διαμολύνοντες.

6. Τοῦτο τοίνυν πρῶτον ὑπομιμνήσκωμεν αὐτοὺς, ὅτι, καθάπερ τὸν οἶνον ἡδονῆς ἕνεκα καὶ φιλοφροσύνης εὑρημένον, οἱ προσβιαζόμενοι πολὺν πίνειν καὶ ἄκρατον, ἐνίους εἰς ἀηδίαν καὶ παροινίαν τρέπουσιν, οὕτω τὸν λόγον ἥδιστον ὄντα καὶ φιλανθρωπότατον συμβόλαιον, οἱ χρώμενοι κακῶς καὶ προχείρως, ἀπάνθρωπον ποιοῦσι καὶ ἄμικτον, οἷς οἴονται χαρίζεσθαι, λυποῦντες, καὶ ἀφ' ὧν θαυμάζεσθαι, καταγελώμενοι, καὶ δι' ὧν φιλεῖσθαι, δυσχεραινόμενοι. Ὥσπερ οὖν ὁ τῷ κεστῷ τοὺς ὁμιλοῦντας ἀποστρέφων καὶ ἀπελαύνων, ἀναφρόδιτος· οὕτως ὁ τῷ λόγῳ λυπῶν καὶ ἀπεχθανόμενος, ἄμουσός τις καὶ ἀτεχνός ἐστι.

7. Τῶν δὲ ἄλλων παθῶν καὶ νοσημάτων τὰ μὲν ἐστιν ἐπικίνδυνα, τὰ δὲ μισητὰ, τὰ δὲ καταγέλαστα· τῇ δ' ἀδολεσχίᾳ πάντα συμβέβηκε. Χλευάζονται

est. Philosophi porro ebrietatem definientes, vaniloquentiam in vino aiunt esse : ita potatio non culpatur, si conjunctum ei sit silentium : sed stulta loquela de vinolentia redigit ebrietatem. Enimvero ebrius in vino nugatur : garrulus ubique, in foro, in theatro, in ambulatione, interdiu, noctu : ægrotum curans ipso morbo molestior est, una navigans quam nausea, laudans reprehendente. Malunt etiam colloqui cum pravis hominibus linguæ potentibus, quam cum bonis garrulis. Nestor Sophocleus Ajacem exasperatum verbis demitigans, morate hoc dixit :

Non culpo te ; maledicis enim, faciens bene.

Adversus garrulum vero non sic sumus affecti, sed omnem factis initam gratiam dictorum importunitas corrumpit atque disperdit.

V. Reo cuidam Lysias orationem a se conscriptam dederat : eam cum ille sæpius relegisset, venit ad Lysiam, mœstusque significavit, sibi primum eam cognoscenti mirabilem visam fuisse, cum autem denuo atque tertium repetiisset, prorsum enervatam et languidam. Lysias vero ridens : *Quid*, inquit? *Nonne semel tantum apud judices eras recitaturus?* Ac mih Lysiæ vim ad persuadendum venustatemque considera : nam et hunc ego affirmo

A Musis quæ violis caput
redimiunt probe ornatum fuisse.

Inter ea autem quæ de Homero dicta sunt, hoc omnium est verissimum, solum hunc poetam fastidia hominum evitasse, novum semper et ad captandum gratiam florentem : et tamen hoc de sese pronuntians :

Scilicet odi
res clare dictas verbosa iterare loquela ;

fugit atque aversatur insidiantem cuivis sermoni satietatem, auditorem ad alias ex aliis narrationes trahens, ac novitate fastidium amoliens. At garruli aures palimpsestorum in morem iterationibus molestis eorumdem sermonum obtundunt.

VI. Primum ergo id ejus in mentem revocemus, quod sicut nonnulli vinum voluptatis blandæque consuetudinis gratia inventum, nimium alios et merum bibere cogentes, quosdam in tristitiam ac temulentiam conjiciunt : ita sermonem, cujus suavissimum est et humanissimum commercium, qui male eo ac temere utuntur, inhumanum, ac insociabilem reddunt, molestiaque afficiunt eos quibus se putant gratificari, et deridentur ab iis quibus se miros videri volunt, invisique eorum causa fiunt ob quæ se amari cupiunt. Itaque sicut a Venere alienus sit, qui cesto avertat atque abigat consuescentes : ita Musarum expers inscitusque est, qui verbis molestiam exhibet ac se invisum reddit.

VII. Jam reliquorum vitia quædam cum periculo conjuncta sint, alia odiosa, partim ridicula : omnia hæc garrulitati congruunt : subsannantur enim cum

μὲν γὰρ ἐν ταῖς κοιναῖς διηγήσεσι, μισοῦνται δὲ διὰ τὰς τῶν κακῶν προσαγγελίας, κινδυνεύουσι δὲ τῶν ἀποῤῥήτων μὴ κρατοῦντες. * Ὅθεν Ἀνάχαρσις ἑστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι, καὶ κοιμώμενος, ὤφθη τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορίοις, τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων· ἐγκρατεστέρου γὰρ ᾤετο χαλινοῦ δεῖσθαι τὴν γλῶτταν, ὀρθῶς οἰόμενος. Οὐ γὰρ ἄν τις ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως ἄνδρας τοσούτους ἀφροδισίων ἀκρασίᾳ πεπτωκότας, ὅσας πόλεις καὶ ἡγεμονίας λόγος ἐξενεχθεὶς ἀπόῤῥητος ἀναστάτους ἐποίησε. Σύλλας ἐπολιόρκει τὰς Ἀθήνας, οὐκ ἔχων σχολὴν ἐνδιατρῖψαι χρόνον πολὺν, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπειγεν, ἡρπακότος μὲν Ἀσίαν Μιθριδάτου, τῶν δὲ περὶ Μάριον αὖθις ἐν Ῥώμῃ κρατούντων· ἀλλὰ πρεσβυτῶν τινων ἐπὶ κουρείου διαλεγομένων ὡς οὐ φυλάττεται τὸ Ἑπτάχαλκον, καὶ κινδυνεύει τὸ ἄστυ κατ' ἐκεῖνο ληφθῆναι τὸ μέρος, ἀκούσαντες οἱ κατάσκοποι πρὸς τὸν Σύλλαν ἐξήγγειλαν. Ὁ δ' εὐθὺς τὴν δύναμιν προσαγαγὼν, περὶ μέσας νύκτας εἰσήγαγε τὸ στράτευμα, καὶ μικροῦ μὲν κατέσκαψε [τὴν πόλιν], ἐνέπλησε δὲ φόνου καὶ νεκρῶν, ὥστε τὸν Κεραμεικὸν αἵματι ῥυῆναι· χαλεπῶς δὲ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἔσχε διὰ τοὺς λόγους μᾶλλον, ἢ διὰ τὰ ἔργα· κακῶς γὰρ αὐτὸν ἔλεγον καὶ τὴν Μετέλλαν, ἀναπηδῶντες ἐπὶ τὰ τείχη καὶ σκώπτοντες,

Συκάμινον ἔσθ' ὁ Σύλλας, ἀλφίτῳ πεπασμένον,

καὶ τοιαῦτα πολλὰ φλυαροῦντες, ἐπεσπάσαντο κουφοτάτου πράγματος, λόγων, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, βαρυτάτην ζημίαν. Τὴν δὲ Ῥωμαίων πόλιν ἐκώλυσεν ἐλευθέραν γενέσθαι, Νέρωνος ἀπαλλαγεῖσαν, ἑνὸς ἀνδρὸς ἀδολεσχία. Μία γὰρ ἦν νὺξ, μεθ' ἣν ἔδει τὸν τύραννον ἀπολωλέναι, παρεσκευασμένων ἁπάντων· ὁ δὲ μέλλων αὐτὸν ἀποκτιννύναι, πορευόμενος εἰς θέατρον, ἰδών τινα τῶν δεδεμένων ἐπὶ θύραις μέλλοντα προσάγεσθαι Νέρωνι, καὶ τὴν αὑτοῦ τύχην ἀποδυρόμενον, ἐγγὺς προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ προσψιθυρίσας· Εὔχου, φησὶν, ὦ ἄνθρωπε, τὴν σήμερον ἡμέραν παρελθεῖν μόνον, αὔριον δέ μοι εὐχαριστήσεις. Ἁρπάσας οὖν τὸ αἰνιχθὲν ἐκεῖνος, καὶ νοήσας, , οἶμαι, ὅτι

Νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκει,

τὴν βεβαιοτέραν εἵλετο σωτηρίαν πρὸ τῆς δικαιοτέρας. Ἐμήνυσε γὰρ τῷ Νέρωνι τὴν φωνὴν τοῦ ἀνθρώπου· κἀκεῖνος εὐθὺς ἀνήρπαστο, καὶ βάσανοι, καὶ πῦρ, καὶ μάστιγες ἐπ' αὐτὸν, ἀρνούμενον πρὸς τὴν ἀνάγκην, ἃ χωρὶς ἀνάγκης ἐμήνυσε.

8. Ζήνων δὲ ὁ φιλόσοφος, ἵνα μηδ' ἄκοντος αὐτοῦ πρόηταί τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐκβιαζόμενον τὸ σῶμα ταῖς ἀνάγκαις, διαφαγὼν τὴν γλῶτταν, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ. Καλὸν δὲ καὶ Λέαινα τῆς ἐγκρατείας ἔχει γέρας· ἑταίρα τῶν περὶ Ἁρμόδιον ἦν καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τῆς ἐπὶ τοὺς τυράννους συνωμοσίας ἐκοινώνει ταῖς ἐλπίσιν, ὡς γυνή· καὶ γὰρ αὕτη περὶ τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἐβάκχευσε κρατῆρα τοῦ ἔρωτος, καὶ κατωργίαστο διὰ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀποῤῥήτοις. Ὡς οὖν ἐκεῖνοι

narrant communia : in odium incurrunt mala annuntiantes : in periculum veniunt arcanorum incontinentes. Non abs re Anacharsis a Solone convivio exceptus, cum postea obdormivisset, conspectus est læva manu pudendis, dextra ori imposita : censuit namque, recteque censuit, linguam validiori coercendam freno. Non enim facile tot viros numerare possis qui ob veneream libidinem perierint, quot urbes et imperia secretum proditum evertit. Obsidebat Athenas Sylla, neque ei vacabat trahere obsidionem, alio urgente negotio : cum et Asiam subito cepisset Mithridates, et Mariana factio rursum Romæ obtineret. Sed cum senes quidam in tonstrina disputarent, Heptachalcum non teneri præsidio, ac periculum esse ne ea parte urbs caperetur : exploratores eum sermonem exceptum ad Syllam retulerunt. Sylla statim exercitum adduxit, et circa mediam noctem in urbem perduxit : ac parum sane abfuit, quin Athenas solo æquaret : cædibus quidem et cadaveribus ita opplevit, ut Ceramicus sanguine fluxerit. Iratus autem Atheniensibus Sylla magis ob dicta quam ob facta erat : maledictis enim petierant ipsum et Metellam, exsilientes in muros, et convicia jactantes :

Morum farina conspersum Syllas sonat,

et multa alia id genus nugantes, rei, ut Plato ait, levissimæ, sermonis pœnam gravissimam sibi acciverunt. Ne Roma Nerone exonerata libertatem consequeretur, unius factum est hominis futilitate. Unica restabat nox, post quam pereundum fuerat tyranno, omnibus jam ad hoc instructis rebus. Qui autem eum erat interfecturus, in theatrum vadens, conspicatus in foribus quemdam vinctum qui ad Neronem ducendus suam lamentabatur fortunam, prope accedens in aurem homini insusurravit : *Precare tantum ut hæc dies abeat, cras mihi ages gratias.* Is vero hoc oblique dictum arripuit, ac nimirum intelligens esse

Stultum qui quærit certis incerta relictis,

certiorem salutem justiori prætulit, Neronique vocem istam renuntiavit. Ille ergo statim arreptus est, et tormenta homini, ignes, ac flagella adhibita, neganti necessitate imposita dicendi, quæ ante nulla cogente re prodiderat.

VIII. At Zeno philosophus, ne corpus necessitate expugnatum arcanum animi ullum posset efferre, linguam dentibus abscissam in tyrannum exspuit. Præclarum etiam Leæna habet suæ taciturnitatis præmium, amica Harmodii et Aristogitonis, et, ut mulier, in partem spei conjuratione in tyrannos conceptæ venerat : nam et ipsa pulchro illo amoris cratere ebria bacchabatur, et propter deum illum arcanis his orgiis erat initiata. Postquam ergo illi, frustrante ipsos

πταίσαντες ἀνῃρέθησαν, ἀνακρινομένη καὶ κελευομένη φράσαι τοὺς ἔτι λανθάνοντας, οὐκ ἔφρασεν, ἀλλ' ἐνεκαρτέρησεν, ἐπιδείξασα τοὺς ἄνδρας οὐδὲν ἀνάξιον ἑαυτῶν παθόντας, εἰ τοιαύτην ἠγάπησαν. Ἀθηναῖοι δὲ χαλκῆν ποιησάμενοι λέαιναν, ἄγλωσσον, ἐν πύλαις τῆς ἀκροπόλεως ἀνέθηκαν, τῷ μὲν θυμοειδεῖ τοῦ ζῴου τὸ ἀήττητον αὐτῆς, τῷ δ' ἀγλώσσῳ τὸ σιωπηλὸν καὶ μυστηριῶδες ἐμφαίνοντες. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω λόγος ὠφέλησε ῥηθεὶς, ὡς πολλοὶ σιωπηθέντες. Ἔστι γὰρ εἰπεῖν ποτὲ τὸ σιγηθὲν, οὐ μὴν σιωπῆσαί γε τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἐκκέχυται καὶ διαπεφοίτηκεν. Ὅθεν, οἶμαι, τοῦ μὲν λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, ἐν τελεταῖς καὶ μυστηρίοις σιωπὴν παραλαμβάνοντες.* Ὁ δὲ ποιητὴς τὸν λογιώτατον Ὀδυσσέα σιωπηλότατον πεποίηκε, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν τροφόν. Ἀκούεις γὰρ λεγούσης·

> Ἕξω δ' ἠΰτε περ κρατερὴ δρῦς, ἠὲ σίδηρος.

Αὐτὸς δὲ τῇ Πηνελόπῃ παρακαθήμενος,

> Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα,
> ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος,
> ἀτρέμας ἐν βλεφάροισιν.

Οὕτω τὸ σῶμα μεστὸν ἦν αὐτοῦ πανταχόθεν ἐγκρατείας, καὶ πάντα ἔχων ὁ λόγος εὐπειθῆ καὶ ὑποχείρια, προσέταττε τοῖς ὄμμασι μὴ δακρύειν, τῇ γλώττῃ μὴ φθέγγεσθαι, τῇ καρδίᾳ μὴ τρέμειν, μηδ' ὑλακτεῖν.

> Τῷ δ' αὖτ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα,

μέχρι τῶν ἀλόγων κινημάτων διήκοντος τοῦ λογισμοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα πεποιημένου κατήκοον ἑαυτῷ καὶ χειρόηθες. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἑταίρων· τὸ γὰρ ἑλκομένους καὶ προσουδιζομένους ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος, μὴ κατειπεῖν τοῦ Ὀδυσσέως, μηδὲ δεῖξαι τὸ πεπυρακτωμένον ἐκεῖνο καὶ παρεσκευασμένον ὄργανον ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀλλ' ὠμοὺς ἐσθίεσθαι μᾶλλον, ἢ φράσαι τι τῶν ἀποῤῥήτων, ὑπερβολὴν ἐγκρατείας καὶ πίστεως οὐκ ἀπολέλοιπεν. Ὅθεν ὁ Πιττακὸς οὐ κακῶς, τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως πέμψαντος ἱερεῖον αὐτῷ, καὶ κελεύσαντος τὸ κάλλιστον καὶ τὸ χείριστον ἐξελεῖν κρέας, ἔπεμψεν ἐξελὼν τὴν γλῶτταν, ὡς ὄργανον μὲν ἀγαθῶν, ὄργανον δὲ τῶν κακῶν τῶν μεγίστων οὖσαν.

9. Ἡ δ' Εὐριπίδειος Ἰνὼ, παῤῥησίαν ἄγουσα περὶ αὑτῆς, εἰδέναι φησὶ

> Σιγᾶν θ', ὅπη δεῖ, καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλές.

Οἱ γὰρ εὐγενοῦς καὶ βασιλικῆς τῷ ὄντι παιδείας τυχόντες, πρῶτον σιγᾶν, εἶτα λαλεῖν μανθάνουσιν. Ἀντίγονος οὖν, ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἐρωτήσαντος αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, πηνίκα μέλλουσιν ἀναζευγνύειν· Τί δέδοικας, εἶπε, μὴ μόνος οὐκ ἀκούσῃ τῆς σάλπιγγος; Οὐκ ἄρα φωνὴν ἐπίστευεν ἀπόῤῥητον, ᾧ τὴν βασιλείαν ἀπολείπειν ἔμελλεν· ἐδίδασκε μὲν οὖν αὐτὸν ἐγκρατῶς ἔχειν

conatu, sunt interfecti, quæstioni subjecta, ac jussa indicium facere de adhuc ignoratis sociis, nihil dixit, sed tormenta continenter pertulit : demonstrans nihil illos viros se ipsis indignum admisisse, qui talem amassent mulierem. Athenienses autem æneam leænam lingua carentem fecerunt, inque foribus arcis dedicaverunt, iracundia animalis pervicacitatem feminæ, linguæ absentia taciturnitatem et arcani continentiam significantes. Etenim nulla una ita oratio dicta profuit, ut multæ silentio pressæ : quippe quod tacitum est, aliquando tamen dici potest : non item quod dictum est, taceri, cum jam effusum ac diditum sit. Unde, puto, est, quod loquendi magistros habemus homines, tacendi deos : adhibito ad sacrificia et arcanos ritus silentio. Homerus porro Ulyssi facundissimo homini summam ascripsit taciturnitatem : itemque filio ejus, et uxori, et nutrici. Audis enim dicentem hanc :

> Hæc tacita ut ferrum vel quercus dura tenebo.

Ipse autem Penelopæ assidens,

> Uxoris lacrymas miseratus mente pudicæ,
> intra palpebras ceu cornu immota tenebat
> lumina, vel ferrum.—

Adeo totum corpus plenum gerens continentiæ, omniaque rationi habens parentia et subjecta, oculis imperavit fletu, linguæ verbis, cordi tremore et latratu abstinere.

> Paruit extemplo menti cor plurima passum,

usque ad brutos motus penetrante ratione, spiritumque et sanguinem sibi obedientem domando adepta. Tales etiam plerique sociorum Ulyssis fuerunt : quod enim raptati, soloque allisi a Cyclope Ulyssem non prodiderunt, neque ignitum illud, et ad oculum eruendum adornatum instrumentum indicaverunt, sed crudi vorari quam arcanum quicquam efferre maluerunt, majoris fuit quam quæ excedi posset continentiæ ac fidei. Proinde Pittacus recte, cum ei hostiam misisset rex Ægypti, jussissetque optimam et pessimam carnem eximere, exemptam linguam ei misit : ut cum bonorum, tum malorum maximorum instrumentum.

IX. Ino autem Euripidea libere de se prædicans, ait se scire

> Tacereque in loco, et cum tutum est eloqui ;

qui enim generose, et re vera regio more instituuntur, primum tacere, deinde loqui discunt. Antigonus ille rex, filio quærenti quando castra essent moturi : *Quid*, inquit, *Metuis ne solus tu non audias tubam ?* Ergo vocem ei arcanam non credidit, quem erat regni hæredem habiturus ? Imo autem docuit eum in talibus

πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ πεφυλαγμένως. Μέτελλος δὲ ὁ γέρων ἕτερόν τι τοιοῦτο ἐρωτώμενος ἐπὶ στρατείας, Εἰ, φησὶν, ᾤμην τὸν χιτῶνά μοι συνειδέναι τοῦτο τὸ ἀπόῤῥητον, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ πῦρ ἔθηκα. Εὐμένης δ' ἀκούσας ἐπέρχεσθαι Κρατερὸν, οὐδενὶ τῶν φίλων ἔφρασεν, ἀλλ' ἐψεύσατο Νεοπτόλεμον εἶναι· τούτου γὰρ οἱ στρατιῶται κατεφρόνουν, ἐκείνου δὲ καὶ τὴν δόξαν ἐθαύμαζον, καὶ τὴν ἀρετὴν ἠγάπων· ἔγνω δ' οὐδεὶς ἄλλος, ἀλλὰ συμβαλόντες ἐκράτησαν, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν ἀγνοοῦντες, καὶ νεκρὸν ἐπέγνωσαν. Οὕτως ἐστρατήγησεν ἡ σιωπὴ τὸν ἀγῶνα, καὶ τηλικοῦτον ἀνταγωνιστὴν ἀπέκρυψεν· ὥστε τοὺς φίλους αὐτὸν μὴ προειπόντα, θαυμάζειν μᾶλλον, ἢ μέμφεσθαι· κἂν μέμφηται δέ τις, ἐγκαλεῖσθαι βέλτιόν ἐστι, σωθέντα δι' ἀπιστίαν, ἢ κατηγορεῖν ἀπολλύμενον διὰ τὸ πιστεῦσαι.

10. Τίς δὲ ὅλως ἑαυτῷ παῤῥησίαν ἀπολέλοιπε κατὰ τοῦ μὴ σιωπήσαντος; Εἰ γὰρ ἀγνοεῖσθαι τὸν λόγον ἔδει, κακῶς ἐλέχθη πρὸς ἄλλον· εἰ δ' ἀφεὶς ἐκ σεαυτοῦ κατέχεις ἐν ἑτέρῳ τὸ ἀπόῤῥητον, εἰς ἀλλοτρίαν πίστιν καταπέφευγας, τὴν σεαυτοῦ προέμενος. Κἂν μὲν ἐκεῖνος ὅμοιός σοι γένηται, δικαίως ἀπόλωλας· ἂν δὲ βελτίων, σώζῃ παραλόγως, ἕτερον εὑρὼν ὑπὲρ σεαυτοῦ πιστότερον. Ἀλλὰ φίλος οὗτος ἐμοί. Τούτῳ δὲ ἕτερός τις, ᾧ πιστεύσει καὶ οὗτος, ὡς ἐγὼ τούτῳ· κἀκεῖνος ἄλλῳ πάλιν· εἶτα οὕτως ἐπιγονὴν λαμβάνει καὶ πολλαπλασιασμὸν, εἰρομένης τῆς ἀκρασίας, ὁ λόγος. Ὡς γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἐκβαίνει τὸν ἑαυτῆς ὅρον, * ἀλλ' ἅπαξ τὸ ἓν μένει, διὸ κέκληται μονάς· ἡ δὲ δυὰς ἀρχὴ διαφορᾶς ἀόριστος (εὐθὺς γὰρ ἑαυτὴν ἐξίστησι, τῷ διπλασιασμῷ εἰς τὸ πλῆθος τρεπομένη)· οὕτω λόγος ἐν τῷ πρώτῳ καταμένων, ἀπόῤῥητος ὡς ἀληθῶς ἐστιν· ἂν δ' εἰς ἕτερον ἐκβῇ, φήμης ἔσχε τάξιν. Ἔπεα γὰρ πτερόεντα φησὶν ὁ ποιητής· οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥάδιόν ἐστιν αὖθις κατασχεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον, κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατὸν, ἀλλὰ φέρεται

— λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ,

δι' ἄλλων ἐπὶ ἄλλους σκιδνάμενος. Νεὼς μὲν γὰρ ἁρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται, σπείραις καὶ ἀγκύραις τὸ τάχος ἀμβλύνοντες· τοῦ λόγου δὲ, ὥσπερ ἐκ λιμένων ἐκδραμόντος, οὐκ ἔστιν ὅρμος, οὐδ' ἀγκυροβόλιον, ἀλλὰ ψόφῳ πολλῷ καὶ ἤχῳ φερόμενος, προσέῤῥηξε καὶ κατέδυσεν εἰς μέγαν καὶ δεινόν τινα, τὸν φθεγξάμενον, κίνδυνον.

Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις· καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες.

11. Ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἀπόῤῥητόν τινα βουλὴν ἐβουλεύετο καθ' αὑτὴν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας· ἀσάφειαν δὲ πολλὴν καὶ ὑπόνοιαν ἔχοντος τοῦ πράγματος, γυνὴ τἆλλα σώφρων, γυνὴ δὲ, προσέκειτο τῷ ἑαυτῆς ἀνδρὶ, λιπαρῶς δεομένη πυθέσθαι τὸ ἀπόῤῥητον· ὅρκοι δὲ

rebus continenter se et caute gerere. Metellus senex militiæ simile aliquid interrogatus: *Si*, inquit, *scirem tunicam meamarcani mihi consciam, exutam profecto in ignem abjicerem.* Eumenes cum audivisset Craterum adversus se cum copiis venire, nemini amicorum rem aperuit, sed Neoptolemum esse finxit : hunc enim milites Eumenis contemnebant, illius et gloriam admirabantur, et virtutem diligebant : rem ipsam, excepto Eumene, norat nemo. Commissa igitur pugna vicerunt, Craterumque ignari interfecerunt, mortuumque demum agnoverunt. Ita taciturnitas callide certamen hoc gessit, tantumque adversarium occultavit : atque adeo amici magis admirati sunt Eumenem qui non prædixisset, quam reprehenderunt. Tametsi ut maxime culperis in tali casu, præstat salvis rebus ob non habitam fidem incusari, quam eos accusare, quorum fidem secutus perieris.

X. Omnino autem quo ore objurgabis eum qui non tacuit id, quod tu ei dixisti? Si enim tacitum et ignoratum oportuit, male alteri fuit indicatum : si vero rem arcanam ex te dimittens in alio continere vis, jam tua prodita in alius confugisti fidem : qui si tui similis est, jure peris : si melior, præter rationem servaris, invento qui tibi sit quam tu ipse fidelior. Inquies: At meus est amicus iste. Sane : sed et hic amicum habuerit, cui tantumdem credat, isque rursum alii ; ita deinceps incrementum facit multiplicaturque continuata incontinentia oratio. Quemadmodum enim unitas non egreditur suum terminum, sed (quod et nominis ratio docet) simpliciter unum manet : binarius autem principium infinitum est diversitatis, qui statim duplicando suam mutat naturam, et ad multitudinem vergit : sic sermo in primo manens, vere arcanus est : si ad alterum inferatur, jam famæ locum obtinet. Verba enim alata vocat Homerus. Nam neque avem e manibus dimissam facile est denuo comprehendere : neque potest sermo ex ore emissus rursum capi et teneri : sed ab aliis ad alios diditus,

Fertur rotans volucres alas impete.

Quippe navim a vento correptam funibus et ancoris inhibent, ejusque velocitatem frangunt : orationi tanquam e portu semel egressæ nulla statio, nullus ancoræ jactus est reliquus : sed magno cum sonitu et fragore vecta auctorem in grave magnumque aliquod conjicit ac demergit periculum.

Namque exigua de lampade Idæum nemus
succendere possis : atque uni quod dixeris,
facile hoc per civium aures ierit omnium.

XI. Romanus senatus occultum quoddam consilium per aliquot dies intra se agitaverat : cumque res ea multum obscuritatis haberet, variasque excitaret suspiciones, quemdam senatorum uxor, mulier alias pudica, sed tamen mulier, majorem in modum precibus instando urgebat, ut arcanum sibi aperiret : dejerans interim

καὶ κατάραι περὶ σιωπῆς ἐγίγνοντο, καὶ δάκρυα ποτνιωμένης αὐτῆς, ὡς πίστιν οὐκ ἐχούσης. Ὁ δὲ Ῥωμαῖος ἐξελέγξαι βουλόμενος αὐτῆς τὴν ἀβελτηρίαν· Νικᾷς, ὦ γύναι, εἶπεν, ἀλλ' ἄκουε φοβερὸν πρᾶγμα καὶ τεράστιον· προσήγγελται γὰρ ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἱερέων, κόρυδον ὦφθαι πετόμενον, κράνος ἔχοντα χρυσοῦν καὶ δόρυ· σκεπτόμεθα δὴ τὸ τέρας, εἴτε χρηστὸν εἴτε φαῦλόν ἐστι, καὶ συνδιαποροῦμεν τοῖς μάντεσιν· ἀλλὰ σιώπα. Ταῦτα εἰπὼν, ᾤχετο εἰς τὴν ἀγοράν· ἡ δὲ τῶν θεραπαινίδων [μίαν] εὐθὺς ἐφελκυσαμένη τὴν πρώτην εἰσελθοῦσαν, ἔπαιε τὸ στῆθος αὑτῆς, καὶ τὰς τρίχας ἐσπάραττεν· Οἴμοι, λέγουσα, τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς πατρίδος· τί πεισόμεθα; βουλομένη καὶ διδάσκουσα τὴν θεράπαιναν εἰπεῖν, Τί γὰρ γέγονεν; Ὡς δ' οὖν πυθομένης διηγήσατο, καὶ προσέθηκε τὸν κοινὸν ἁπάσης ἀδολεσχίας ἐπῳδὸν, τὸ, Ταῦτα μηδενὶ φράσῃς, ἀλλὰ σιώπα· οὐ φθάνει τὸ θεραπαινίδιον ἀποχωρῆσαν αὐτῆς, καὶ τῶν ὁμοδούλων εὐθὺς ἣν μάλιστα εἶδε σχολάζουσαν, ἐμβάλλει τὸν λόγον· ἐκείνη δὲ τῷ ἐραστῇ παραγενομένῳ πρὸς αὐτὴν, ἔφρασεν. Οὕτω δ' εἰς ἀγορὰν τοῦ διηγήματος ἐκκυλισθέντος, ὥστε προδραμεῖν τὸν πλασάμενον τὴν φήμην, ἀπαντήσας τις αὐτῷ τῶν γνωρίμων· Ἀρτίως, εἶπεν, οἴκοθεν εἰς ἀγορὰν καταβαίνεις; Ἀρτίως, ἔφη ἐκεῖνος. Οὐκοῦν οὐδὲν ἀκήκοας; Γέγονε γάρ τι καινὸν ἄλλο; Κόρυδος ὦπται πετόμενος, κράνος ἔχων χρυσοῦν καὶ δόρυ, καὶ μέλλουσι περὶ τούτου σύγκλητον ἔχειν οἱ ἄρχοντες. Κἀκεῖνος γελάσας· Εὖ τοῦ τάχους, εἶπεν, ὦ γύναι, τὸ καὶ φθάσαι με τὸν λόγον εἰς ἀγορὰν προϊόντα. Τοὺς μὲν οὖν ἄρχοντας ἐντυχὼν ἀπήλλαξε τῆς ταραχῆς· τὴν δὲ γυναῖκα τιμωρούμενος, ὡς οἴκαδε εἰσῆλθεν· Ἀπώλεσάς με, εἶπεν, ὦ γύναι· τὸ γὰρ ἀπόρρητον ἐκ τῆς ἐμῆς οἰκίας πεφώραται δεδημοσιωμένον· ὥστε μοι φευκτέον ἐστὶ τὴν πατρίδα διὰ τὴν σὴν ἀκρασίαν. Τρεπομένης δὲ πρὸς ἄρνησιν αὐτῆς, καὶ λεγούσης· Οὐ γὰρ ταῦτα μετὰ τριακοσίων ἤκουσας; Ποίων, ἔφη, τριακοσίων; σοῦ βιαζομένης, ἐπλασάμην ἀποπειρώμενος. Οὗτος μὲν οὖν ἀσφαλῶς πάνυ καὶ μετ' εὐλαβείας, ὥσπερ εἰς ἀγγεῖον σαθρὸν, οὐκ οἶνον, οὐκ ἔλαιον, * ἀλλ' ὕδωρ ἐγχέας, ἐπείρασε τὴν γυναῖκα. Φούλβιος δὲ, ὁ Καίσαρος ἑταῖρος τοῦ Σεβαστοῦ, γέροντος ἤδη γεγονότος, ἀκούσας ὀδυρομένου τὴν περὶ τὸν οἶκον ἐρημίαν, καὶ ὅτι, τῶν μὲν δυοῖν θυγατριδῶν αὐτοῦ ἀπολωλότων, Ποστουμίου δὲ, ὃς ἔτι λοιπός ἐστιν, ἐκ διαβολῆς τινος ἐν φυγῇ ὄντος, ἀναγκάζεται τὸν τῆς γυναικὸς υἱὸν ἐπεισάγειν τῇ διαδοχῇ τῆς ἡγεμονίας, καίπερ οἰκτείρων καὶ βουλευόμενος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀνακαλεῖσθαι τὸν θυγατριδοῦν· ταῦτα ὁ Φούλβιος ἀκούσας ἐξήνεγκε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, πρὸς δὲ Λιβίαν ἐκείνη, Λιβία δὲ καθήψατο πικρῶς Καίσαρος, εἰ πάλαι ταῦτα ἐγνωκὼς, οὐ μεταπέμπεται τὸν θυγατριδοῦν, ἀλλ' εἰς ἔχθραν καὶ πόλεμον αὐτὴν τῷ διαδόχῳ τῆς ἀρχῆς καθίστησιν. Ἐλθόντος οὖν ἕωθεν, ὡς εἰώθει, τοῦ Φουλβίου πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντος· Χαῖρε, Καῖσαρ· Ὑγίαινε, εἶπε, Φούλβιε. Κἀκεῖ-

se silentio rem tecturam, et ni faceret, diris sese devovens exsecrationibus, flensque et quiritans fidem sibi non haberi. Ille ut stultitiæ eam suæ coargueret: *Vincis*, ait, *mea uxor : proinde audi terribilem rem atque prodigiosam : relatum ad nos est a sacerdotibus, cassitam visam esse volantem cum galea aurea et hasta : de eo ostento una cum auguribus deliberamus, et anxie disquirimus, bonine an mali aliquid denuntiet : tu vero tace.* Hæc locutus, in forum processit. At vero mulier ancillam, quæ primum intraverat, arripiens, pectus suum plangens et crines scindens : *Eheu*, inquit! *mi vir, mea patria, quid nobis fiet?* volens docensque ancillam quærere : *Quidnam igitur evenit?* Ancilla, postquam interroganti mulier rem narravit, addiditque communem omnis loquacitatis clausulam: *Cave ne cui hæc dixeris, et tace*; vixdum a domina ut est digressa, una servienti alteri, quam maxime videbat otiosam, narrationem injicit : illa amatori suo ad se venienti exponit. Hoc modo fabula in forum devoluta, ita ut præcurreret auctorem, quidam ad eum notus accurrit, et an recens domo adveniat quærit. Ait ille. *Nihil ergo*, inquit, *novi inaudivisti? Quid*, ait ille, *An novi aliquid evenit?* Tum alter: *Cassita*, inquit, *conspecta est volans, hastata, aurea casside, ac de eo principes senatum habebunt ostento.* Ibi ridens iste : *Laudo*, ait, *mulier, celeritatem tuam, qua factum est ut me in forum euntem sermo hic anteverteret.* Proinde ad magistratus accessit, eosque trepidatione liberavit. Ut autem mulierem ulcisceretur, domum reversus : *Perdidisti me*, inquit, *mulier : compertum est enim e domo mea in publicum elatum esse arcanum : itaque ob tuam incontinentiam solum mutare cogor.* Euntique infitias, et dicenti : *Quasi vero tu non trecentesimus ipse hæc audiveris? Quomodo*, inquit, *trecentesimus, qui te urgente ut periculum facerem possesne audita reticere, istuc confinxerim?* Atque hic quidem mulieris suæ continentiam tuto et caute probavit, veluti in vas fatiscens non vinum aut oleum, sed aquam infundens. Fulvius autem amicus Augusti Cæsaris jam senis, cum hunc deplorare audivisset domus suæ solitudinem, quod duobus e filia nepotibus morte sublatis, Postumio propter calumniam in exsilio vivente, cogeretur privignum imperii successorem relinquere, quanquam miseraretur, cuperetque ex exsilio nepotem revocare : hæc cum audivisset Fulvius, narravit uxori : uxor porro Liviæ indicavit : Livia acerbe cum Augusto expostulavit, quod jampridem hoc decreto, nepotem non revocaret, sed ipsam invisam imperii successori redderet. Mane cum pro more ad Augustum venisset Fulvius, eumque salutasset, Augustus contra : *Sanam*

νος νοήσας, ᾤχετο εὐθὺς ἀπιὼν οἴκαδε, καὶ τὴν γυναῖκα μεταπεμψάμενος, Ἔγνωκεν, ἔφη, Καῖσαρ, ὅτι τὸ ἀπόῤῥητον οὐκ ἐσιώπησα· καὶ διὰ τοῦτο μέλλω ἀναιρεῖν ἐμαυτόν. Ἡ δὲ γυνή, Δικαίως, εἶπεν, ὅτι μοι τοσοῦτον συνοικῶν χρόνον, οὐκ ἔγνως, οὐδ' ἐφυλάξω τὴν ἀκρασίαν· ἀλλ' ἔασον ἐμὲ προτέραν. Καὶ λαβοῦσα τὸ ξίφος, ἑαυτὴν προανεῖλε τοῦ ἀνδρός.

12. Ὀρθῶς οὖν Φιλιππίδης ὁ κωμῳδοποιός, φιλοφρονουμένου τοῦ βασιλέως αὐτὸν Λυσιμάχου (πρὸς ἑαυτὸν) καὶ λέγοντος· Τίνος σοι μεταδῶ τῶν ἐμῶν· Οὗ βούλει, φησί, βασιλεῦ, πλὴν τῶν ἀποῤῥήτων. Τῇ δ' ἀδολεσχίᾳ καὶ ἡ περιεργία κακὸν οὐκ ἔλαττον πρόσεστι· πολλὰ γὰρ ἀκούειν θέλουσιν, ἵνα πολλὰ λέγειν ἔχωσι· καὶ μάλιστα τοὺς ἀποῤῥήτους καὶ κεκρυμμένους τῶν λόγων περιιόντες ἐξιχνεύουσι καὶ ἀνερευνῶσιν, ὥσπερ ὕλην παλαιάν τινα φορτίων τῇ φλυαρίᾳ παρατιθέμενοι, εἶτα ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσταλλον οὔτε κατέχειν, οὔτε ἀφεῖναι θέλουσι· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἑρπετὰ τοὺς ἀποῤῥήτους λόγους ἐγκολπισάμενοι καὶ συλλαβόντες, οὐ συγκρατοῦσιν, ἀλλὰ διαβιβρώσκονται ὑπ' αὐτῶν. Τὰς μὲν γὰρ βελόνας φασὶ ῥήγνυσθαι τικτούσας, καὶ τὰς ἐχίδνας· οἱ δ' ἀπόῤῥητοι λόγοι τοὺς μὴ στέγοντας ἐκπίπτοντες ἀπολλύουσι καὶ διαφθείρουσι. Σέλευκος ὁ Καλλίνικος, ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάχῃ πᾶν ἀποβαλὼν τὸ στράτευμα καὶ τὴν δύναμιν, αὐτοῦ δὲ περισπάσας τὸ διάδημα, καὶ φυγὼν ἵππῳ μετὰ τριῶν ἢ τεττάρων ἀνοδίαις καὶ πλάναις πολὺν δρόμον, ἤδη δι' ἔνδειαν ἀπαγορεύων, ἐπαυλίῳ τινὶ προσῆλθε, καὶ τὸν δεσπότην αὐτὸν εὑρὼν κατὰ τύχην, ἄρτον καὶ ὕδωρ ᾔτησεν. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων ὅσα παρῆν ἐν τῷ ἀγρῷ, δαψιλῶς ἐπιδιδοὺς καὶ φιλοφρονούμενος, ἐγνώρισε τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως· καὶ περιχαρὴς γενόμενος τῇ συντυχίᾳ τῆς χρείας, οὐ κατέσχεν, οὐδὲ συνεψεύσατο βουλομένῳ λανθάνειν, ἀλλ' ἄχρι τῆς ὁδοῦ προπέμψας, καὶ ἀπολυόμενος· Ὑγίαινε, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ Σέλευκε. Κἀκεῖνος ἐκτείνας τὴν δεξιὰν αὐτῷ καὶ προσελκόμενος ὡς φιλήσων, ἔνευσεν ἑνὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ξίφει τὸν τράχηλον ἀποκόψαι τοῦ ἀνθρώπου·

Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Εἰ δ' ἐσίγησε τότε, καρτερήσας ὀλίγον χρόνον, εὐτυχήσαντος ὕστερον τοῦ βασιλέως καὶ μεγάλου γενομένου, μείζονας ἄν, οἶμαι, χάριτας ἐκομίσατο ἀντὶ τῆς σιωπῆς, ἢ τῆς φιλοξενίας. Οὗτος μὲν οὖν ἀμωσγέπως ἔσχε πρόφασιν τῆς ἀκρασίας, τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν φιλοφροσύνην.

13. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀδολέσχων οὐδ' αἰτίαν ἔχοντες, ἀπολλύουσιν αὐτούς. Οἷον, ἐν κουρείῳ τινὶ λόγων γινομένων περὶ τῆς Διονυσίου τυραννίδος, ὡς ἀδαμαντίνη καὶ ἄῤῥηκτός ἐστι, γελάσας ὁ κουρεύς, Ταῦτα ὑμᾶς, ἔφη, περὶ Διονυσίου λέγειν, οὗ ἐγὼ παρ' ἡμέρας ὀλίγας ἐπὶ τοῦ τραχήλου τὸ ξυρὸν ἔχω; * Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Διονύσιος ἀνεσταύρωσεν αὐτόν. Ἐπιεικῶς δὲ λάλον ἐστὶ τὸ τῶν κουρέων γένος· οἱ γὰρ ἀδολεσχότα-

mentem, Fulvi. Sensit rem Fulvius, rectaque domum reversus uxorem accivit, et: *Animadvertit*, inquit, *Augustus arcanum me non reticuisse, ideoque statui mortem mihi consciscere.* Cui uxor: *Merito, qui cum tandiu mecum vixeris, non senseris, neque vitaveris meam futilitatem: sed me sine tibi præcedere.* Simulque arrepto gladio se ante maritum occidit.

XII. Recte itaque Philippides comœdiarum scriptor, amice eum compellanti Lysimacho regi, ac quærenti: *Quanam mearum rerum vis te impertiam?* respondit: *Quacunque volueris, o rex, dum modo nullo arcano.* Præterea garrulitati malum hoc ipso non minus malo adest curiositas. Multa enim audire volunt garruli, ut multa habeant quæ dicant: ac maxime arcana et abscondita scrutantur atque investigant, futilitati tanquam materiem quamdam obsoletam sarcinarum apponentes. Deinde sunt instar puerorum, qui glaciem neque tenere volunt neque dimittere: imo veluti serpentibus in sinum collectis, non continent, sed ab iis perroduntur. Belonas pisces, et viperas partu rumpi aiunt. Arcana autem eos qui non continent, foras elapsa perdunt. Seleucus Callinicus in pugna adversus Galatas, omni exercitu, omnibus copiis amissis, detracto sibi diademate eques tribus quatuorve comitantibus profugit: et per avia longum iter vagatus, et jamque animum ob inopiam despondens, ad casam quamdam pervenit, ac cum forte fortuna in dominum ejus incidisset, panem et aquam petiit: is non ista modo, sed et quæ alia ruri aderant liberaliter comiterque præbuit: cumque faciem regis agnovisset, non continuit se præ gaudio istius casus, neque cupientis latere regis dissimulationem adjuvit: sed cum ad viam usque deduxisset, et jam discederet: *Salve*, dixit, *o rex Seleuce.* Tum rex porrecta dextra, eum ad se trahens veluti osculaturus, uni comitum innuit ut cervicem homini præcideret:

Sic caput estque loquentis adhuc cum pulvere mistum:

qui si tacuisset, et se aliquantulum repressisset, paulo post a rege rursum florente et opibus aucto majorem, puto, pro silentio quam pro hospitalitate gratiam retulisset. Quanquam hic quidem utcunque suæ incontinentiæ excusationem habuit, spem et exhibitum officium.

XIII. Plerique autem garrulorum etiam sine causa se ipsos produnt. In tonstrina quadam (ut exemplis res patefiat) orto sermone de tyrannide Dionysii, quod ea adamantina et inexpugnabilis esset, tonsor ridens, *Hæccine*, inquit, *vos de Dionysio dicere, cujus ego cervici paucis itidem interpositis diebus novaculam adhibeo?* Hæc cum ad Dionysium essent allata, hominem in crucem sustulit. Non autem est abs re tonsores esse

τοι προσρέουσι καὶ προσκαθίζουσιν, ὥστε αὐτοὺς ἀναπίμπλασθαι τῆς συνηθείας. Χαριέντως γοῦν ὁ βασιλεὺς Ἀρχέλαος, ἀδολέσχου κουρέως περιβαλόντος αὐτῷ τὸ ὠμόλινον, καὶ πυθομένου· Πῶς σε κείρω, βασιλεῦ; Σιωπῶν, ἔφη. Κουρεὺς δὲ καὶ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῶν Ἀθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν ἀπήγγειλε, πρῶτος ἐν Πειραιεῖ πυθόμενος οἰκέτου τινὸς τῶν ἀποδεδρακότων ἐκεῖθεν. Εἶτ' ἀφεὶς τὸ ἐργαστήριον, εἰς ἄστυ συνέτεινε δρόμῳ,

Μή τις κῦδος ἄροιτο,

τὸν λόγον εἰς τὴν πόλιν ἐμβαλὼν,

— — ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι.

Γενομένης δὲ ταραχῆς, ὡς εἰκὸς, εἰς ἐκκλησίαν ἀθροισθεὶς ὁ δῆμος, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐβάδιζε τῆς φήμης. Ἤγετο οὖν ὁ κουρεὺς καὶ ἀνεκρίνετο, μηδὲ τοὔνομα τοῦ φράσαντος εἰδὼς, ἀλλ' εἰς ἀνώνυμον καὶ ἄγνωστον ἀναφέρων τὴν ἀρχὴν πρόσωπον. Ὀργὴ [δὲ] καὶ βοὴ τοῦ θεάτρου· Βασάνιζε καὶ στρέβλου τὸν ἀλάστορα· πέπλασται ταῦτα καὶ συντέθειται· τίς δ' ἄλλος ἤκουσε; τίς δ' ἐπίστευσεν; Ἐκομίσθη τροχὸς, κατετάθη ὁ ἄνθρωπος. Ἐν τούτῳ παρῆσαν οἱ τὴν συμφορὰν ἀπαγγέλλοντες, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγότες. Ἐσκεδάσθησαν οὖν πάντες ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πένθη, καταλιπόντες ἐν τῷ τροχῷ τὸν ἄθλιον ἐνδεδεμένον. Ὀψὲ δὲ λυθεὶς ἤδη πρὸς ἑσπέραν, ἠρώτα τὸν δημόσιον, εἰ καὶ περὶ Νικίου τοῦ στρατηγοῦ, ὃν τρόπον ἀπόλωλεν, ἀκηκόασιν. Οὕτως ἄμαχόν τι κακὸν καὶ ἀνουθέτητον ἡ συνήθεια ποιεῖ τὴν ἀδολεσχίαν.

14. Καίτοι γε ὥσπερ οἱ τὰ πικρὰ καὶ δυσώδη φάρμακα πιόντες δυσχεραίνουσι καὶ τὰς κύλικας, οὕτως οἱ τὰ κακὰ προσαγγέλλοντες, ὑπὸ τῶν ἀκουόντων δυσχεραίνονται καὶ μισοῦνται. Ὅθεν χαριέντως ὁ Σοφοκλῆς διηπόρηκεν·

Ἐν τοῖσιν ὠσὶν, ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ, δάκνῃ;
Τί δαὶ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην, ὅπῃ;
Ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ.

Λυποῦσι δ' οὖν, ὥσπερ οἱ δρῶντες, καὶ οἱ λέγοντες, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστι γλώσσης ῥεούσης ἐπίσχεσις, οὐδὲ κολασμός. Ἐν Λακεδαίμονι τῆς Χαλκιοίκου τὸ ἱερὸν ὤφθη σεσυλημένον, καὶ κειμένη ἔνδον κενὴ λάγηνος· ἦν οὖν ἀπορία πολλῶν συνδεδραμηκότων· καί τις τῶν παρόντων, Εἰ βούλεσθε, εἶπεν, ἐγὼ φράσω ὑμῖν, ὅ μοι παρίσταται περὶ τῆς λαγήνου. Νομίζω γὰρ, ἔφη, τοὺς ἱεροσύλους ἐπὶ τηλικοῦτον ἐλθεῖν κίνδυνον, κώνειον ἐμπιόντας, καὶ κομίζοντας οἶνον· ἵνα, εἰ μὲν αὐτοῖς λαθεῖν ἐγγένοιτο, τῷ ἀκράτῳ ποθέντι σβέσαντες καὶ διαλύσαντες τὸ φάρμακον, ἀπέλθοιεν ἀσφαλῶς· εἰ δ' ἁλίσκοιντο, πρὸ τῶν βασάνων ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ῥαδίως καὶ ἀνωδύνως ἀποθάνοιεν. Ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ, τὸ πρᾶγμα πλοκὴν ἔχον καὶ περινόησιν τοσαύτην, οὐχ ὑπονοοῦντος, ἀλλ' εἰδότος ἐφαίνετο. Καὶ περιστάντες αὐτὸν ἀνέκριναν ἀλλαχόθεν ἄλλος· Τίς εἶ; καὶ τίς σε

loquaces : nam loquacissimi ad eos confluunt iisque assident, ita ut consuetudinem garriendi inde parent. Itaque eleganter Archelaus rex garrulo tonsori, qui jam tectis linteo humeris quærebat: *Quomodo te tondebo, rex?* respondit : *Tacens.* Sed et Atheniensium magnam in Sicilia acceptam cladem tonsor primus annuntiavit : qui cum de ea inaudivisset in Piræeo ex inde fuga elapsorum cujusdam servo, statim officina relicta contento cursu in Astu se proripuit,

Ne quis præriperet decus hoc,

famam in urbem apportans,

—— post ipse veniret.

Ibi orto, ut solet, tumultu, populus in concionem collectus, auctorem rumoris quæsivit. Adducitur ergo tonsor ille, examinatur : qui sane etiam nomen indicis ignorabat, et principium rumoris sparsi in ignotam ac nomine carentem personam referebat. Exinde fremitus et clamor in theatro: *Torque et excrucia scelestum, qui istæc finxit atque composuit: quis enim alius audivit, quis credidit ?* Affertur rota, intenditur tonsor. Sub hoc ipsum adsunt nuntii calamitatis, qui ex ipsa clade profugerant. Itaque omnes dissipati singuli ad suos sunt luctus, miserum tonsorem rotæ illigatum relinquentes. Atque is sero et jam sub vesperam solutus, e lictore quæsivit : *Audivissetne etiam de Nicia duce exercitus, quo is modo perierit.* Adeo inexpugnabile et inemendabile malum fit consuetudine garrulitas.

XIV. Et vero sicut qui amara et male olentia medicamenta biberunt, ipsa etiam oderunt pocula : sic qui mala annuntiant, auditoribus invisi sunt. Sane Sophocles venuste istam dubitationem proposuit :

In mente numnam, vel morderis in auribus ?
Cur tu, dolor meus jam ubi siet, rogas ?
Facti auctor ægre menti facit, ego auribus.

Nam molestia afficiunt ut ii qui lædunt, ita etiam qui factum narrant. Sed tamen nulla est linguæ fluentis inhibitio, nulla coercitio. Lacedæmone Minervæ Chalciœci templum repertum est compilatum, intusque jacens inanis lagena : ea de re cum inter multos qui accurrerant disquireretur, quidam e corona hominum: *Si vultis audire,* inquit, *ego vobis exponam quid mihi in mentem venerit de hac lagena : existimo sacrilegos rem aggressos ita periculosam, prius cicutam bibisse, ac vinum secum attulisse; ut si fallerent, epoto mero vim veneni diluerent, incolumesque discederent : si vero deprehenderentur, ante tormenta facili et doloris vacua morte decederent.* Hæc illo fato, res tam intricata ac perplexa, visa fuit non suspicantis aliquid tale, sed scientis. Itaque circumfusi homini, alius aliunde cœperunt interrogare: *Quis es ? Cuive notus? Unde ista ha-*

εἶδε; καὶ πόθεν ἐπίστασαι ταῦτα; Καὶ τὸ πέρας ἐλεγχόμενος οὕτως, ὡμολόγησεν εἷς εἶναι ἱεροσύλων. Οἱ δ' Ἴβυκον ἀποκτείναντες οὐχ οὕτως ἑάλωσαν ἐν θεάτρῳ καθήμενοι; Καὶ γεράνων παραφανεισῶν, ἅμα γέλωτι πρὸς ἀλλήλους ψιθυρίζοντες, ὡς αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι πάρεισιν. Ἀκούσαντες γὰρ οἱ καθεζόμενοι πλησίον, ἤδη πολὺν χρόνον τοῦ Ἰβύκου ὄντος ἀφανοῦς καὶ ζητουμένου, ἐπελάβοντο τῆς φωνῆς, καὶ προσήγγειλαν τοῖς ἄρχουσιν. Ἐλεγχθέντες δὲ οὕτως, ἀπήχθησαν, οὐχ ὑπὸ τῶν γεράνων κολασθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐτῶν γλωσσαλγίας,* ὥσπερ ἐρινύος ἢ ποινῆς, βιασθέντες ἐξαγορεῦσαι τὸν φόνον. Ὡς γὰρ ἐν τῷ σώματι πρὸς τὰ πεπονθότα μέρη καὶ ἀλγοῦντα γίνεται φορὰ καὶ ὁλκὴ τῶν πλησίον, οὕτως ἡ γλῶττα τῶν ἀδολέσχων, ἀεὶ φλεγμονὴν ἔχουσα καὶ σφυγμὸν, ἕλκει τι καὶ συνάγει τῶν ἀποῤῥήτων καὶ κεκρυμμένων ἐφ' ἑαυτήν. Διὸ δεῖ πεφράχθαι, καὶ τὸν λογισμὸν, ὡς πρόβολον, ἐμποδὼν ἀεὶ τῇ γλώττῃ κείμενον, ἐπισχεῖν τὸ ῥεῦμα καὶ τὸν ὄλισθον αὐτῆς· ἵνα μὴ τῶν χηνῶν ἀφρονέστεροι εἶναι δοκῶμεν, οὕς φασιν, ὅταν ὑπερβάλλωσιν ἐκ Κιλικίας τὸν Ταῦρον ἀετῶν ὄντα μεστὸν, εἰς τὸ στόμα λαμβάνειν εὐμεγέθη λίθον, ὥσπερ κλεῖθρον ἢ χαλινὸν ἐμβαλόντας τῇ φωνῇ, καὶ νυκτὸς οὕτως ὑπερφέρεσθαι λανθάνοντας.

15. Εἰ τοίνυν ἔροιτό τις τὸν κάκιστον ὅστις ἐστὶ καὶ τὸν ἐξωλέστατον, οὐδεὶς ἂν ἄλλον εἴποι ἢ τὸν προδότην παρελθών. Εὐθυκράτης μὲν οὖν ἤρεψε τὴν οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας ξύλοις, ὥς φησι Δημοσθένης· Φιλοκράτης δὲ χρυσίον πολὺ λαβὼν, πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν· Εὐφόρβῳ δὲ καὶ Φιλάγρῳ, τοῖς Ἐρέτριαν προδοῦσι, χώραν ὁ βασιλεὺς ἔδωκεν. Ὁ δὲ ἀδόλεσχος ἄμισθός ἐστι προδότης, καὶ αὐτεπάγγελτος, οὐχ ἵππους, οὐδὲ τείχη προδιδοὺς, ἀλλὰ λόγους ἐκφέρων ἀποῤῥήτους, ἐν δίκαις, ἐν στάσεσιν, ἐν διαπολιτείαις, μηδενὸς αὐτῷ χάριν ἔχοντος· ἀλλ' ἂν αὐτὸς ἀκούηται, προσοφείλων χάριν. Ὥστε τὸ λελεγμένον πρὸς τὸν εἰκῇ καὶ ἀκρίτως ἐκχέοντα τὰ ἑαυτοῦ καὶ καταχαριζόμενον·

> Οὔτοι φιλάνθρωπος σύ γ' ἐσσ'· ἔχεις νόσον,
> χαίρεις διδοὺς,

ἐναρμόττει καὶ πρὸς τὸν φλυαρόν· Οὐ φίλος εἶ σὺ ταῦτα μηνύων, οὐδ' εὔνους· ἔχεις νόσον, χαίρεις λαλῶν καὶ φλυαρῶν.

16. Ταῦτα δ' οὐ κατηγορίαν ἡγητέον, ἀλλ' ἰατρείαν τῆς ἀδολεσχίας· τῶν γὰρ παθῶν κρίσει καὶ ἀσκήσει περιγινόμεθα, πρότερον δὲ ἡ κρίσις ἐστίν. Οὐδεὶς γὰρ ἐθίζεται φεύγειν καὶ ἀποτρίβεσθαι τῆς ψυχῆς, ὃ μὴ δυσχεραίνει. Δυσχεραίνομεν δὲ τὰ πάθη, ὅταν τὰς βλάβας καὶ τὰς αἰσχύνας τὰς ἀπ' αὐτῶν τῷ λόγῳ κατανοήσωμεν. Ὥσπερ νῦν κατανοοῦμεν ἐπὶ τῶν ἀδολέσχων, ὅτι φιλεῖσθαι βουλόμενοι, μισοῦνται· χαρίζεσθαι θέλοντες, ἐνοχλοῦσι· θαυμάζεσθαι δοκοῦντες, καταγελῶνται· κερδαίνοντες οὐδὲν, ἀναλίσκουσιν· ἀδι-

bes cognita? Denique hoc modo examinatus, confessus est se unum de istis esse sacrilegis. Quid? Qui Ibycum interfecerant, nonne eodem modo sunt deprehensi? Hi cum sederent in theatro, ac sorte tum grues essent conspectæ, cum risu invicem sibi insusurraverunt: *Ibyci vindices adesse.* Hanc vocem qui propius assidebant, quod jam multo tempore nusquam apparens Ibycus desideraretur, exceperunt, indiciumque de ea ad magistratus detulerunt. Ita illi facinoris comperti, ad supplicium abducti sunt, non a gruibus eo injuncto, sed a sua ipsorum linguæ impotentia, tanquam Erinni quadam et ultrice Dira, coacti cædem prodere. Sicut enim in corpore ad male affectas et dolore correptas partes feruntur atque vergunt quæ sunt in vicinia: sic loquacium lingua perpetuo inflammatione laborans atque palpitatione, trahit et adducit ad se aliquid arcanorum et absconditorum. Oportet igitur eam obturatam habere, et ratione veluti obice linguæ opposito identidem fluxum ejus lapsusque cohibere; ne stultiores anseribus videamur esse, quos aiunt cum e Cilicia transvolant Taurum montem aquilarum plenum, singulos recepto in os justæ magnitudinis lapide, quo tanquam freno aut claustro vocem compescant, ita noctu latentes tacite trajicere.

XV. Jam si quis quærat quisnam hominum pessimus atque perditissimus sit, nemo utique proditore omisso alium quemquam responderet. At enim Euthycrates domui suæ e Macedonicis lignis fastigium imposuit, ut ait Demosthenes: Philocrates multo accepto argento scorta piscesque emit: Euphorbo et Philagro, qui Eretriam prodiderunt, agrum rex assignavit. Garrulus autem proditor est nullo conductus pretio, ultroque suam offert operam: non equos prodens, aut munitiones: sed arcana publicans dicta in judiciis, in seditionibus, in certaminibus de republica: nemine ipsi agente gratias, quas ipse ultro debet si audiatur. Ergo quod dictum est in eum qui temere et absque judicio sua profundebat ac donando prodigebat:

> Non tu humanus es, vitio laboras; nam gaudes dare;

id etiam in garrulum competit: Non amicus es, non benevolus qui ista indicas: morbo hoc laboras, quod gaudes loquendo et nugando.

XVI. Verum hæc non accusandæ, sed curandæ sanandæque garrulitatis gratia dici intelligendum est. Vitia enim judicio et exercitatione cum vincantur, judicium præcedat oportet. Nemo enim se assuefacit ad vitandum et ex animo evellendum ea quæ molesta ei non sunt. Invisa autem nobis fiunt vitia, cum ratione perspicimus, quæ damna ea dent, quam afferant turpitudinem. Quo modo nunc cernimus, garrulos dum volunt amari, in odia incurrere: dum gratificari, molestiam afferre: dum in admiratione esse, rideri: nullo cum lucro sumptus facere: injuria ami-

κοῦσι τοὺς φίλους, ὠφελοῦσι τοὺς ἐχθρούς, ἑαυτοὺς ἀπολλύουσιν. Ὥστε τοῦτο πρῶτον ἴαμα καὶ φάρμακόν ἐστι τοῦ πάθους, ὁ τῶν ἀπ' αὐτοῦ γινομένων αἰσχρῶν καὶ ὀδυνηρῶν ἐπιλογισμός.

17. Δευτέρῳ δὲ χρηστέον ἐπιλογισμῷ, τῷ τῶν ἐναντίων, ἀκούοντας ἀεὶ καὶ μεμνημένους, καὶ πρόχειρα ἔχοντας τὰ τῆς ἐχεμυθίας ἐγκώμια, καὶ τὸ σεμνὸν καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ μυστηριῶδες τῆς σιωπῆς, καὶ ὅτι θαυμάζονται μᾶλλον καὶ ἀγαπῶνται καὶ σοφώτεροι δοκοῦσι τῶν ἐξηνίων τούτων καὶ φερομένων, οἱ στρογγύλοι καὶ βραχυλόγοι, καὶ ὧν πολὺς νοῦς ἐν ὀλίγῃ λέξει συνέσταλται. Καὶ γὰρ Πλάτων τοὺς τοιούτους ἐπαινεῖ, δεινοῖς ἀκοντισταῖς ἐοικέναι λέγων, οὖλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους. Καὶ ὁ Λυκοῦργος εἰς ταύτην τὴν δεινότητα τοὺς πολίτας εὐθὺς ἐκ παίδων τῇ σιωπῇ πιέζων, συνῆγε καὶ κατεπύκνου. Καθάπερ γὰρ οἱ Κελτίβηρες ἐκ τοῦ σιδήρου τὸ στόμωμα ποιοῦσιν, ὅταν κατορύξαντες εἰς τὴν γῆν τὸ πολὺ καὶ [τὸ] γεῶδες ἀποκαθάρωσιν, οὕτως ὁ Λακωνικὸς λόγος οὐκ ἔχει φλοιόν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ δραστήριον ἀφαιρέσει τοῦ περιττοῦ διωκόμενος στομοῦται· τὸ γὰρ ἀποφθεγματικὸν αὐτοῖς τοῦτο, καὶ τὸ μετ' εὐστροφίας ὀξὺ πρὸς τὰς ἀπαντήσεις, * ἐκ τῆς πολλῆς περιγίνεται σιωπῆς. Καὶ δεῖ τὰ τοιαῦτα μάλιστα τοῖς ἀδολέσχοις προβάλλειν, ὅσην χάριν ἔχει καὶ δύναμιν· οἷόν ἐστι τό, Λακεδαιμόνιοι Φιλίππῳ· Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Καὶ πάλιν γράψαντος αὐτοῖς τοῦ Φιλίππου· Ἂν ἐμβάλω εἰς τὴν Λακωνικήν, ἀναστάτους ὑμᾶς ποιήσω· ἀντέγραψαν· Αἴκα. Δημητρίου δὲ τοῦ βασιλέως ἀγανακτοῦντος, καὶ βοῶντος· Ἕνα πρὸς ἐμὲ Λακεδαιμόνιοι πρεσβευτὴν ἔπεμψαν· οὐ καταπλαγεὶς ὁ πρεσβευτής, Ἕνα, εἶπε, ποτὶ ἕνα. Θαυμάζονται δὲ καὶ τῶν παλαιῶν οἱ βραχυλόγοι. Καὶ τῷ ἱερῷ τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος οὐ τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν, οὐδὲ τοὺς Πινδάρου παιᾶνας, ἐπέγραψαν οἱ Ἀμφικτυόνες· ἀλλὰ τὸ Γνῶθι σαυτόν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὸ Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα· θαυμάσαντες τῆς λέξεως τὸ εὔογκον καὶ τὸ λιτόν, ἐν βραχεῖ σφυρήλατον νοῦν περιεχούσης. Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς οὐ φιλοσύντομός ἐστι καὶ βραχυλόγος ἐν τοῖς χρησμοῖς; Καὶ Λοξίας καλεῖται διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἀδολεσχίαν μᾶλλον, ἢ τὴν ἀσάφειαν. Οἱ δὲ συμβολικῶς ἄνευ φωνῆς, ἃ δεῖ, φράζοντες οὐκ ἐπαινοῦνται καὶ θαυμάζονται διαφερόντως; Ὡς Ἡράκλειτος, ἀξιούντων αὐτὸν τῶν πολιτῶν γνώμην τινὰ εἰπεῖν περὶ ὁμονοίας, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ λαβὼν ψυχροῦ κύλικα, καὶ τῶν ἀλφίτων ἐπιπάσας, καὶ τῷ γλήχωνι κινήσας, ἐκπιὼν ἀπῆλθεν· ἐνδειξάμενος αὐτοῖς, ὅτι τὸ τοῖς τυχοῦσιν ἀρκεῖσθαι, καὶ μὴ δεῖσθαι τῶν πολυτελῶν, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ διατηρεῖ τὰς πόλεις. Σκιλοῦρος δὲ καταλιπὼν ὀγδοήκοντα παῖδας, ὁ Σκυθῶν βασιλεύς, ᾔτησε δέσμην δορατίων, ὅτε ἀπέθνησκε, καὶ λαβόντας ἐκέλευσε καταθραῦσαι καὶ κατεάξαι συνδεδεμένην καὶ ἀθρόαν· ὡς δ' ἀπεῖπον, αὐτὸς ἕλκων ἓν καθ' ἕν, πάντα ῥᾳδίως διέκλασε· τὴν

cos afficere, inimicis prodesse, semetipsos pessumdare. Itaque primum hujus morbi remedium est, ratiocinatio turpium atque noxiorum quæ ab eo proficiscuntur.

XVII. Secundo loco rationes sunt subducendæ eorum, quæ a contraria virtute veniunt, bonorum, semperque audiendæ, memoriterque tenendæ et in promptu habendæ sunt taciturnitatis ac silentii laudes, eorumque majestas, sanctimonia, ac cum sacris arcanis similitudo : et quod majori sunt in admiratione, magis cari sapientesque habentur quam effrenes isti et concitati, ii qui rotundi sunt ac breviloquentes, et quorum in exigua dictione multus inest sensus. Nam et Plato hos laudat, similes esse dicens peritorum jaculatorum, dum crispa, ac densa, inter seque convoluta verba emittunt. Et Lycurgus cives statim a puero suos silentio compescens, ad hujusmodi contracte ac presse loquendi peritiam condocefecit. Etenim sicut Celtiberes ferro aciem soliditatemque parant, eo in terram defosso crassas terrestresque partes expurgando : ita Laconica oratio cortice caret, et supervacaneorum remotione in efficacitatem coacta acuitur : quippe illa scite dicendi brevitas, et versatile in responsionibus acumen, multi est silentii fructus. Atque id genus dicta maxime sunt loquacibus objicienda, ut sentiant quantum ea gratiæ habeant atque virium. Quale est, quod Philippo Lacedæmonii dixerunt : *Dionysius Corinthi ;* et rursum cum Philippus scripsisset, *Si in Laconicam impressionem fecero, extorres vos agam ;* rescripserunt : *Si.* Demetrio regi indignanti et clamitanti, *Unum ad me legatum misere Spartani?* nihil territus legatus respondit : *Unum ad unum.* In admiratione etiam de priscis sunt breviloquentes : et templo Apollinis Pythii non Iliadem aut Ulysseam, neque Pindari Pæanes inscripsere Amphictyones : sed *Nosce te ipsum, Ne quid nimis, Sponde, præsto noxa :* admirati gravitatem tenuis sermonis, in tanta brevitate sensum quasi malleo ductum concludentis. An non ipse ille deus in oraculis brevitati et compendio studet? Et* Loxias ideo vocatur, quod loquacitatem magis fugit quam obscuritatem. Nonne qui absque verbis jubenda per tesseram quamdam significant, in admiratione sunt, magnisque feruntur laudibus? Ut Heraclitus, qui civibus postulantibus ut aliquam de concordia sententiam diceret, conscenso suggesto calicem aqua plenum sumpsit, farinamque ei inspersam cum pulegio agitasset, ea epota abiit : cum demonstrasset civibus, in pace et concordia conservari civitates, si contenti esse quibusvis, et non requirere sumptuosa cives nossent. Scilurus Scytharum rex octoginta filios jam moriturus afferre fasciculum hastilium jussit, eumque singulis ita ut erat colligatus confringendum dedit : cum autem quisque pro se id se præstare posse negaret, ipse uno post alterum extracto hastili, omnia nullo negotio con-

συμφωνίαν αὐτῶν καὶ τὴν ὁμόνοιαν ἰσχυρὸν ἀποφαίνων καὶ δυσκαθαίρετον, ἀσθενὲς δὲ τὴν διάλυσιν καὶ οὐ μόνιμον.

18. Εἰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συνεχῶς τις εἴποι καὶ ἀναλαμβάνοι, παύσαιτ' ἂν ἴσως ἡδόμενος τῷ φλυαρεῖν. Ἐμὲ δὲ κἀκεῖνος ὁ οἰκέτης εὖ μάλα δυσωπεῖ, τὸ προσέχειν τῷ λόγῳ, καὶ κρατεῖν προαιρέσεως, ἡλίκον ἐστὶν ἐνθυμούμενον. Πούπλιος Πείσων ὁ ῥήτωρ, μὴ βουλόμενος ἐνοχλεῖσθαι, προσέταξε τοῖς οἰκέταις πρὸς τὰ ἐρωτώμενα λαλεῖν, καὶ μηδὲν πλέον. Εἶτα Κλώδιον ἄρχοντα δεξιώσασθαι βουλόμενος, ἐκέλευσε κληθῆναι, καὶ παρεσκευάσατο λαμπρὰν, ὡς εἰκὸς, ἑστίασιν· ἐνστάσης δὲ τῆς ὥρας, οἱ μὲν ἄλλοι παρῆσαν, ὁ δὲ Κλώδιος προσεδοκᾶτο· καὶ πολλάκις ἔπεμψε τὸν εἰωθότα καλεῖν οἰκέτην, ἐποψόμενον, εἰ πρόσεισιν· ὡς δ' ἦν ἑσπέρα, καὶ ἀπέγνωστο· Τί δὲ, ἔφη πρὸς τὸν οἰκέτην, ἐκάλεσας αὐτόν; Ἔγωγε, εἶπε. Διὰ τί οὖν οὐκ ἀφῖκται; Κἀκεῖνος, Ὅτι ἠρνήσατο. Πῶς οὖν οὐκ εὐθὺς ἔφρασας; Ὅτι τοῦτό με οὐκ ἠρώτησας. Οὕτω μὲν Ῥωμαϊκὸς οἰκέτης· ὁ δ' Ἀττικὸς ἐρεῖ τῷ δεσπότῃ σκάπτων, ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις. Οὕτω μέγα πρὸς πάντα ὁ ἐθισμός ἐστι. Καὶ περὶ τούτου γ' ἤδη λέγωμεν.

19. Οὐ γάρ ἐστιν ὡς χαλινῶν ἐφαψαμένους, ἐπισχεῖν τὸν ἀδολέσχην, ἀλλ' ἔθει δεῖ κρατῆσαι τοῦ νοσήματος. Πρῶτον μὲν οὖν ἐν ταῖς τῶν πέλας ἐρωτήσεσι σαυτὸν ἔθιζε σιωπᾶν, μέχρις οὗ πάντες ἀπείπωνται τὴν ἀπόκρισιν.

Οὐ γάρ τι βουλῆς ταυτὸ καὶ δρόμου τέλος,

ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς, οὐδέ γε φωνῆς καὶ ἀποκρίσεως· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ νίκη τοῦ φθάσαντός ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ, ἐὰν μὲν ἱκανῶς ἕτερος ἀποκρίνηται, καλῶς ἔχει συνεπαινέσαντα καὶ συνεπιψήσαντα, δόξαν εὐμενοῦς ἀνθρώπου λαβεῖν· * ἐὰν δὲ μὴ, τότε καὶ διδάξαι τὸ ἠγνοημένον, καὶ ἀναπληρῶσαι τὸ ἐλλεῖπον, ἀνεπίφθονον καὶ οὐκ ἄκαιρόν ἐστι. Μάλιστα δὲ φυλάττωμεν ἑαυτοὺς, ὅπως μὴ, ἑτέρου τινὸς ἐρωτηθέντος, αὐτοὶ προλαμβάνωμεν ὑποφθάνοντες τὴν ἀπόκρισιν. Ἴσως μὲν γὰρ οὐδ' ἄλλο τι καλῶς ἔχον ἐστὶν, αἰτηθέντος ἑτέρου, παρωσαμένους ἐκεῖνον, αὐτοὺς ἐπαγγέλλεσθαι· δόξομεν γὰρ ἅμα καὶ τοῦτον, ὡς παρασχεῖν, ὃ αἰτεῖται, μὴ δυνάμενον, κἀκεῖνον, ὡς αἰτεῖν, παρ' ὧν δύναται λαβεῖν, οὐκ ἐπιστάμενον, ὀνειδίζειν· μάλιστα δὲ ὕβριν φέρει περὶ τὰς ἀποκρίσεις ἡ τοιαύτη προπέτεια καὶ θρασύτης. Συνεμφαίνει γὰρ ὁ φθάνων ἐν τῷ ἀποκρίνασθαι τὸν ἐρωτώμενον, τὸ, Τί τούτου δέῃ; καὶ, Τί οὗτος οἶδε; Κἀμοῦ παρόντος, περὶ τούτων οὐδένα δεῖ ἄλλον ἐρωτᾶν. Καίτοι πολλάκις τινὰς ἐρωτῶμεν, οὐ τοῦ λόγου δεόμενοι, φωνὴν δέ τινα καὶ φιλοφροσύνην ἐκκαλούμενοι παρ' αὐτῶν, καὶ προσαγαγεῖν εἰς ὁμιλίαν ἐθέλοντες, ὡς Σωκράτης Θεαίτητον καὶ Χαρμίδην. Ὅμοιον οὖν τῷ τὸν ὑφ' ἑτέρου βουλόμενον φιληθῆναι, προδραμόντα φιλεῖν αὐτὸν, ἢ τὸν ἑτέρῳ προσβλέ-

fregit: ostendens concordiam ipsos firmos et insuperabiles conservaturam, dissidio imbecilles et instabiles eorum res redditum iri.

XVIII. Si quis ergo hæc et similia horum continenter recitet atque repetat, opinor nugis gaudendi finem eum facturum. Mihi quidem etiam servus, de quo dicam, pudorem admodum incutit, consideranti quid rei sit rationi animum advertere, et institutum animi tenere. P. Piso orator, ne inturbaretur, servis mandaverat ut tantum ad interrogata responderent, nihil præterea dicerent. Evenit, ut Clodium, qui tum magistratum gerebat, amicitiæ gratia ad convivium, quod, ut moris erat, splendidum instruxerat, vocari juberet. Ut hora cœnæ appetiit, cum jam adessent reliqui convivæ, exspectabatur Clodius: ac servum qui solebat convivas invitare, aliquoties misit Piso visum an veniret: vespere jam facto, cum adventus ejus desperaretur: *Quid*, inquit Piso servo, *an non invitavisti Clodium? Etiam*, respondit. *Cur ergo non venit? Quia venturum se negavit. Cur id non statim dixisti? Quia de eo abs te non fui interrogatus.* Hic est servus Romanus. At Atticus domino fodiens interim narrabit, quibus conditionibus pax sit facta. Tanta est in omnibus rebus vis consuetudinis. Ac de hac quidem jam nunc dicamus.

XIX. Non enim freno injecto cohiberi garrulitas, sed assuefaciendo, morbo illi obstari potest. Primum itaque ubi ex iis qui una sunt aliquid quæritur, tacere assuescito, donec omnes respondere abnuerint:

Cursus enim non finis idem, et consilii,

ait Sophocles: neque vocis et responsi: quippe in cursu victoria est alios antevertentis: hic, si recte respondit aliquis, satis est collaudando et astipulando candidi hominis opinionem reportasse: sin vero, tum et docere quod fuit ignoratum, et implere quod deerat, citra invidiam et importunitatem licet. Maxime autem attendamus nosmetipsos, ne, alio quodam interrogato, ipsi occupemus respondere. Fortasse enim ne alias quidem convenit, ubi quid ab alio petitur, nos, illo dimoto, a nobis hoc promittere: utrique enim videbimur exprobrare, alteri quod non possit præstare quod poscitur, alteri quod nesciat postulare inde, unde possit accipere. Maxime autem in responsionibus hujusmodi temeritas et audacia cum injuria conjuncta est. Nam qui respondendo præcurrit eum qui fuit interrogatus, simul istæc significat: *Quid attinebat ex isto quæri? Quid ille novit? Me præsente non debet alius de hisce rebus interrogari.* Atqui sæpenumero interrogamus, non quod responso nobis sit opus, sed quod vocem aliquam, et comitatem elicere, et ad colloquium adducere interrogatum volumus: ut Socrates Theætetum et Charmidem. Ergo quale est accurrere et osculari eum, qui volebat osculum alius, aut intuertis in

ποντα, μεταστρέφειν εἰς ἑαυτὸν, τὸ προλαμβάνειν τὰς ἀποκρίσεις, καὶ τὰ ὦτα μετάγειν, καὶ τὴν διάνοιαν ἕλκειν, καὶ ἀποστρέφειν πρὸς ἑαυτόν· ὅπου, κἂν ἀπείπηται τὸν λόγον ὁ αἰτηθεὶς, ἐπισχόντα καλῶς ἔχει, καὶ πρὸς τὸ βουλόμενον τοῦ ἐρωτῶντος ἁρμοσάμενον ὡς ἐπὶ κλῆσιν ἀλλοτρίαν τὴν ἀπόκρισιν, αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἀπαντᾶν. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ἐρωτηθέντες, ἂν σφαλῶσιν ἐν τῷ ἀποκρίνασθαι, συγγνώμης δικαίας τυγχάνουσιν· ὁ δ' αὐθαιρέτως ὑφιστάμενος καὶ προλαμβάνων τὸν λόγον, ἀηδὴς μέν ἐστι καὶ κατορθῶν, διαμαρτάνων δὲ, παντάπασιν ἐπίχαρτος γίνεται καὶ καταγέλαστος.

20. Δεύτερον τοίνυν ἄσκημα πρὸς τὰς ἰδίας ἀποκρίσεις ἐστὶν, αἷς οὐχ ἥκιστα δεῖ προσέχειν τὸν ἀδόλεσχον· πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ λάθῃ τοῖς ἐπὶ γέλωτι καὶ ὕβρει προκαλουμένοις εἰς λόγους αὐτὸν ἀποκρινόμενος μετὰ σπουδῆς. Ἔνιοι γὰρ οὐδὲν δεόμενοι, διατριβῆς δὲ καὶ παιδιᾶς ἕνεκα συνθέντες τινὰς ἐρωτήσεις, προσβάλλουσι τοῖς τοιούτοις, καὶ ἀνακινοῦσιν αὐτοῖς τὸν λῆρον· ὃ δεῖ φυλάττεσθαι, καὶ μὴ ταχὺ τῷ λόγῳ, μηδ' ὥσπερ χάριν ἔχοντας ἐπιπηδᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τοῦ πυνθανομένου σκοπεῖν καὶ τὴν χρείαν. Ὅταν δὲ φαίνηται τῷ ὄντι βουλόμενος μαθεῖν, ἐθιστέον ἐφιστάναι, καὶ ποιεῖν τι διάλειμμα μεταξὺ τῆς ἐρωτήσεως καὶ τῆς ἀποκρίσεως· ἐν ᾧ προσθεῖναι μὲν ὁ ἐρωτῶν, εἴ τι βούλεται, δύναται, σκέψασθαι δ' αὐτὸς, περὶ ὧν ἀποκρινεῖται, καὶ μὴ κατατρέχειν, μηδὲ καταχωννύναι τὴν ἐρώτησιν, ἔτι πυνθανομένοις πολλάκις, ὑπὸ σπουδῆς ἄλλας ἀντ' ἄλλων ἀποκρίσεις διδόντα. Ἡ μὲν γὰρ Πυθία καὶ πρὸ ἐρωτήσεως αὐθωρὶ χρησμούς εἴωθε τινὰς ἐκφέρειν· ὁ γὰρ θεὸς, ᾧ λατρεύει,

Καὶ κωφοῦ ξυνίησι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούει.

Τὸν δὲ βουλόμενον ἐμμελῶς ἀποκρίνασθαι, δεῖ τὴν διάνοιαν ἀναμεῖναι, καὶ τὴν προαίρεσιν ἀκριβῶς καταμαθεῖν τοῦ πυνθανομένου· μὴ γένηται τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν·

Ἄμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας.

Ἄλλως δὲ τὸ λάβρον τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς λόγους ὀξύπεινον ἀνακρουστέον· ἵνα μὴ δοκῇ καθάπερ ῥεῦμα τῇ γλώττῃ πάλαι προσιστάμενον, ἀσμένως ὑπὸ τῆς ἐρωτήσεως ἐξαίρεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ Σωκράτης οὕτως ἐκόλουε τὴν δίψαν, οὐκ ἐφιεὶς ἑαυτῷ πιεῖν μετὰ γυμνάσιον, εἰ μὴ τὸν πρῶτον ἐκχέαι κάδον ἀνιμήσας, ὅπως ἐθίζηται τὸν τοῦ λόγου καιρὸν ἀναμένειν τὸ ἄλογον.

21. * Ἔστι τοίνυν τρία γένη τῶν πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρίσεων· τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ φιλάνθρωπον, τὸ δὲ περισσόν. Οἷον πυθομένου τινὸς, εἰ Σωκράτης ἔνδον, ὁ μὲν, ὥσπερ ἄκων καὶ ἀπροθύμως, ἀποκρίνεται τὸ, Οὐκ ἔνδον· ἐὰν δὲ βούληται λακωνίζειν, καὶ τὸ ἔνδον ἀφελὼν, αὐτὴν μόνην φθέγξεται τὴν ἀπόφασιν· ὡς ἐκεῖνοι, Φιλίππου γράψαντος, εἰ δέχονται τῇ πόλει αὐτὸν, εἰς χάρτην ΟΥ μέγα γράψαντες

alium oculos in se avertere; tale est occupare responsionem, auresque et cogitationes ab alio in se traducere : ubi etiam si is qui interrogatus est respondere detrectet, pulchrum est se continere, et ad voluntatem interrogantis accommodato, tanquam in provocatione aliena, responso modeste atque verecunde occurrere. Etenim interrogatus aliquis si non satis commode respondeat, veniam meretur ac consequitur : qui ultro in se respondendi munus alteri præreptum suscipit, is cum bene se gerens molestiam exhibet, tum aberrans gaudio et risu omnium excipitur.

XX. Proxima condocefactio est, quæ ad nostras ubi interrogati sumus pertinet responsiones, ubi maxime cavere debemus futilitatem : primum quidem, ne per imprudentiam serio respondeamus iis qui risus aut contumeliæ causa nos ad dicendum provocant. Quidam enim nullo usu exigente, joci tantum et fallendi temporis gratia compositas ab sese quæstiones ad garrulitatem proclivibus proponunt, ut eos ad nugandum pertrahant. Adhibenda est hic cautio, ne celeriter ad dicendum, ac veluti gratiam agentes ob oblatam verba faciendi ansam prosiliamus : sed et mores interrogantis consideremus, et usum loquendi. Quod si videatur re vera voluisse aliquid cognoscere, tum continere nos discamus, et inter interrogationem atque responsionem aliquid interjicere intervalli : ut et adjicere, si quid libeat, possit is qui interrogat : et interrogatus quid respondendum sit dispicere, ne raptim antevertat interrogantem etiamnum, et, ut sæpe fit, festinando diversum ab eo quod quærebatur respondeat. Sane Pythia etiam priusquam interrogaretur aliquando oracula edebat. Deus enim, cui servit,

Mente videt muti sensa, exauditque tacentem.

Qui vero concinne respondere vult, ei accurate sententia et institutum interrogantis est percipiendum : ne id eveniat, quod est in proverbio :

Ego postulabam rutra, sarcula hi negant.

Alioquin etiam effusa illa ad dicendum tanquam ab acri fame proficiscens festinatio inhibenda est : ne videatur interrogatione quasi fluxus quidam linguam occupans nobis volentibus eductus. Etenim Socrates ita sitim reprimebat, non permittens sibi ipsi uti a gymnasio biberet ante, quam primam urnam haustam effudisset, ut condocefaceret brutam animæ partem ad exspectandam loquendi opportunitatem.

XXI. Proinde tria sunt genera respondendi ad interrogata : necessarium, come, supervacaneum. Ponamus exemplum. Interrogatus aliquis : *Intusne Socrates?* tanquam invitus et nihil quicquam alacris respondebit : *Non est intus ;* aut si placuerit Spartanos imitari, tantum hoc referet : *Non ;* quomodo illi Philippo per epistolam sciscitanti an se in urbem admitterent, epistolam Non litteris magnis inscriptis miserunt. Alius

ἀπέστειλαν. Ὁ δὲ φιλανθρωπότερον ἀποκρίνεται· Οὐκ ἔνδον, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς τραπέζαις· κἂν βούληται προσεπιμετρῆσαι· ξένους τινὰς ἐκεῖ περιμένων. Ὁ δὲ περιττὸς καὶ ἀδολέσχης, ἄν γε δὴ τύχῃ καὶ τὸν Κολοφώνιον ἀνεγνωκὼς Ἀντίμαχον· Οὐκ ἔνδον, φησὶν, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, ξένους ἀναμένων Ἴωνας, ὑπὲρ ὧν αὐτῷ γέγραφεν Ἀλκιβιάδης περὶ Μίλητον ὢν, καὶ παρὰ Τισσαφέρνῃ διατρίβων, τῷ τοῦ μεγάλου σατράπῃ βασιλέως, ὃς πάλαι μὲν ἐβοήθει Λακεδαιμονίοις, νῦν δὲ προστίθεται δι' Ἀλκιβιάδην Ἀθηναίοις· ὁ γὰρ Ἀλκιβιάδης ἐπιθυμῶν κατελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, τὸν Τισσαφέρνην μετατίθησι. Καὶ ὅλως τὴν ὀγδόην Θουκυδίδου κατατεινάμενος ἐρεῖ, καὶ κατακλύσει τὸν ἄνθρωπον, ἕως φθάσῃ καὶ Μίλητος ἐκπολεμωθεῖσα, καὶ φυγαδευθεὶς τὸ δεύτερον Ἀλκιβιάδης. Μάλιστα δὲ περὶ τοῦτο δεῖ τὴν ἀδολεσχίαν συνέχειν, ὥσπερ εἰς ἴχνος ἐμβιβάζοντα τὴν ἐρώτησιν, καὶ [ὡς] κέντρῳ καὶ διαστήματι τῇ χρείᾳ τοῦ πυνθανομένου περιγράψαντα τὴν ἀπόκρισιν. Καρνεάδην μὲν γὰρ, οὔπω μεγάλην ἔχοντα [τὴν] δόξαν, ἐν τῷ γυμνασίῳ διαλεγόμενον, πέμψας ὁ γυμνασίαρχος, ἐκέλευσεν ὑφεῖναι τὸ μέγεθος τῆς φωνῆς (ἦν γὰρ μεγαλοφωνότατος)· εἰπόντος δ' ἐκείνου· Δός μοι μέτρον φωνῆς· οὐ φαύλως ὑπέτυχε· Δίδωμι τὸν προσδιαλεγόμενον. Τῷ δ' ἀποκρινομένῳ μέτρον ἔστω ἡ τοῦ ἐρωτῶντος βούλησις.

22. Καὶ μὴν ὥσπερ ὁ Σωκράτης ἐκέλευε φυλάττεσθαι τῶν σιτίων ὅσα μὴ πεινῶντας ἀναπείθει ἐσθίειν, καὶ τῶν πομάτων ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας, οὕτω χρὴ καὶ τῶν λόγων τὸν ἀδολέσχην, οἷς ἥδεται μάλιστα καὶ κέχρηται κατακόρως, τούτους φοβεῖσθαι, καὶ πρὸς τούτους ἐπιῤῥέοντας ἀντιβαίνειν. Οἷον οἱ στρατιωτικοὶ πολέμων εἰσὶ διηγηματικοί· καὶ τὸν Νέστορα ὁ ποιητὴς τοιοῦτον εἰσάγει, τὰς αὑτοῦ πολλάκις ἀριστείας καὶ πράξεις διηγούμενον. Ἐπιεικῶς δὲ καὶ τοῖς περὶ δίκας εὐτυχήσασιν, ἢ παρ' ἡγεμόσι καὶ βασιλεῦσιν ἀπροσδοκήτως εὐημερήσασιν, ὥσπερ νόσημά τι, προσπίπτει καὶ παρακολουθεῖ τὸ μεμνῆσθαι καὶ διηγεῖσθαι πολλάκις, ὃν τρόπον εἰσῆλθον, προσήχθησαν, ἠγωνίσαντο, διελέχθησαν, ἐξήλεγξαν ἀντιδίκους τινὰς ἢ κατηγόρους, ἐπῃνέθησαν. Πολλῷ γάρ ἐστιν ἡ χαρὰ τῆς κωμικῆς ἐκείνης ἀγρυπνίας λαλίστερον, ἀναῤῥιπίζουσα πολλάκις ἑαυτὴν, καὶ πρόσφατον ποιοῦσα τοῖς διηγήμασιν. Ὅθεν ὀλισθηροὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τῶν λόγων εἰσὶν ἐκ πάσης προφάσεως. Οὐ γὰρ μόνον,

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖθι καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει,

ἀλλὰ καὶ τὸ ἡδόμενον ἕλκει τὴν φωνὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ περιάγει τὴν γλῶτταν, ἐπερείδειν ἀεὶ τῇ μνήμῃ βουλόμενον. Οὕτω καὶ τοῖς ἐρωτικοῖς ἡ πλείστη διατριβὴ περὶ λόγους μνήμην τινὰ τῶν ἐρωμένων ἀναδιδόντας· οἵ γε κἂν μὴ πρὸς ἀνθρώπους, πρὸς ἄψυχα περὶ αὐτῶν διαλέγονται· Ὦ φιλτάτη κλίνη· καὶ

Βακχίς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὐδαῖμον λύχνε·
κεῖ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτῃ δοκεῖς.

humanius respondebit : *Non est intus, sed in mensa ;* additamenti quoque, si videbitur, loco, adjiciet : *Et ibi hospites quosdam præstolatur.* Supervacaneus autem ille et loquax, siquidem etiam forte Antimachum legerit Colophonium, sic respondebit : *Non est intus, sed ad mensas, hospites exspectans Iones, pro quibus ad ipsum scripsit Alcibiades, apud Miletum degens cum Tissapherne satrapa regis Persiæ, qui ante Lacedæmoniis, nunc propter Alcibiadem Atheniensibus opitulatur : nam Alcibiades conficiendi in patriam reditus gratia Tissaphernem suis conciliat.* Denique contenta oratione totum octavum Thucydidis librum recitabit : eoque auditorem proluet, donec et Miletus capiatur, et Alcibiades denuo in exsilium agatur. Hoc loco maxime inhibenda est garrulitas, ut interrogationis veluti vestigia respondendo sequaris, responsionemque interrogantis usu tanquam centro et circino circumscribas. Carneadem, cum in gymnasio dissereret, neque dum magnam sibi parasset gloriam, præfectus gymnasii, misso qui id nuntiaret, jussit de vocis magnitudine (erat autem vocalissimus) aliquid remittere : cumque is peteret, ut sibi modus vocis ab eo daretur, non inepte subjecit præfectus : *Do tibi modi loco eum, quicum disputas.* Respondenti itidem modus sit voluntas interrogantis.

XXII. Porro autem sicut Socrates maxime ab iis abstinendum cibis aiebat, qui non esurientes ad edendum, et potibus, qui non sitientes ad bibendum pelliciunt : sic et eos sermones ad garrulitatem proclivis maxime vitet, ad quos cum voluptate aliqua fertur, inque iis solet esse nimius : eosque occurrentes sibi aversetur. Puta, bellicosi multi sunt in bellis narrandis : talemque facit Homerus Nestorem, sæpenumero sua præclara recensentem facinora. Eodemque modo iis qui in judicio causas obtinuerunt, aut præter exspectationem apud reges vel principes viros gratiosi fuerunt, veluti morbus quidam incidit atque comitatur, quod sæpenumero memorant narrantque, quo modo ingressi, adducti sint, certaverint, disseruerint, actores aut adversarios aliquos redarguerint, laudem retulerint. Est enim gaudium longe comica illa vigilia loquacius, subinde se ipsum exsuscitans, et narrando innovans. Itaque proclives ad hujusmodi sermones quavis data ansa feruntur. Non enim tantummodo

Ubi dolor urget aliquem, ibi manum tenet,

sed et delectatio ad se trahit vocem, secumque linguam circumducit, semper cupiens memoriam ea fulcire. Ita et amantes plerumque in eo occupatos videas, ut sermone aliquo memoriam eorum quæ amant repræsentent : de quibus si non cum hominibus, saltem cum rebus animæ expertibus colloquuntur, ut :

O sponda mi càrissima ! —

et :

Lucerna beata, Bacchis te deum putat ;
eique si videre, deorum es maximus.

Ἔστι μὲν οὖν ἀτεχνῶς ἡ λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς λόγους ὁ ἀδόλεσχος· * οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἑτέρων ἑτέροις προσπεπονθὼς, ὀφείλει τούτους φυλάττεσθαι, καὶ ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων καὶ ἀνακρούειν, ὡς πορρωτάτω προαγαγεῖν καὶ ἀπομηκῦναι ἀεὶ δι' ἡδονὴν δυναμένων. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς λόγους ἐκείνους πεπόνθασιν, ἐν οἷς κατ' ἐμπειρίαν ἢ ἕξιν τινὰ τῶν ἄλλων διαφέρειν νομίζουσι. Φίλαυτος γὰρ ὢν καὶ φιλόδοξος ὁ τοιοῦτος,

Νέμει τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν·

ἐν ἱστορίαις, ὁ ἀναγνωστικός· ἐν τεχνολογίαις, ὁ γραμματικός· ἐν διηγήμασι ξενικοῖς, ὁ πολλὴν χώραν ἐπεληλυθὼς καὶ πεπλανημένος. Ὥστε καὶ ταῦτα δεῖ φυλάττεσθαι· δελεαζομένη γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἡ ἀδολεσχία, καθάπερ ζῷον ἐπὶ νομὰς συνήθεις πρόεισι. Θαυμαστὸς δὲ ὁ Κῦρος, ὅτι καὶ τὰς ἁμίλλας ἐποιεῖτο πρὸς τοὺς ἥλικας, οὐκ ἐν οἷς κρείττων, ἀλλ' ἐν οἷς ἀπειρότερος ἦν ἐκείνων, εἰς ταῦτα προκαλούμενος· ἵνα μήτε λυπῇ παρευδοκιμῶν, καὶ μανθάνων ὠφελῆται. Ὁ δ' ἀδολέσχης τοὐναντίον, ἂν μέν τις ἐμπέσῃ λόγος, ἐξ οὗ μαθεῖν τι δύναται καὶ πυθέσθαι τῶν ἀγνοουμένων, τοῦτον ἐξωθεῖ καὶ ἐκκρούει, μισθὸν αὐτῷ δοῦναι μικρὸν τὸ σιωπῆσαι μὴ δυνάμενος· εἰς δὲ τὰς ἑώλους καὶ πολυπατήτους κύκλῳ περιιὼν εἰσελαύνει ῥαψῳδίας τὸν λόγον. Ὡς τῶν παρ' ἡμῖν τις κατὰ τύχην ἀνεγνωκὼς δύο τῶν Ἐφόρου βιβλίων, ἢ τρία, πάντας ἀνθρώπους κατέτριβε, καὶ πᾶν ἀνάστατον ἐποίει συμπόσιον, ἀεὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην καὶ τὰ συνεχῆ διηγούμενος· ὅθεν Ἐπαμινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν.

23. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτό γε τῶν κακῶν ἐλάχιστόν ἐστι, καὶ δεῖ καὶ παρατρέπειν εἰς ταῦτα τὴν ἀδολεσχίαν· ἧττον γὰρ ἀηδὲς ἔσται τὸ λάλον ἐν τῷ φιλολόγῳ πλεονάζον. Ἐθιστέον δὲ καὶ γράφειν τι τοὺς τοιούτους, καὶ διαλέγεσθαι κατ' ἰδίαν. Ὁ μὲν γὰρ Στωϊκὸς Ἀντίπατρος, ὡς ἔοικε, μὴ δυνάμενος μηδὲ βουλόμενος ὁμόσε χωρεῖν τῷ Καρνεάδῃ μετὰ πολλοῦ ῥεύματος εἰς τὴν Στοὰν φερομένῳ, γράφων δὲ καὶ πληρῶν τὰ βιβλία τῶν πρὸς αὐτὸν ἀντιλογιῶν, καλαμοβόας ἐπεκλήθη· τὸν δ' ἀδολέσχην ἴσως ἂν ἡ πρὸς τὸ γράφειν σκιαμαχία καὶ βοὴ τοῦ πλήθους ἀπερύκουσα, καθ' ἡμέραν ἐλαφρότερον παρασκευάσειε τοῖς συνοῦσιν· ὥσπερ οἱ κύνες εἰς λίθους καὶ ξύλα τὸν θυμὸν ἀφέντες, ἧττον εἰσὶ χαλεποὶ τοῖς ἀνθρώποις· ἁρμόσει δ' αὐτοῖς σφόδρα καὶ τὸ μετὰ κρειττόνων ἀεὶ καὶ πρεσβυτέρων ὁμιλεῖν· αἰσχυνόμενοι γὰρ αὐτῶν τὴν δόξαν, ἐν ἔθει γενήσονται τοῦ σιωπᾶν. Τούτοις δὲ ἀεὶ δεῖ καὶ συμμεμῖχθαι καὶ συμπεπλέχθαι τοῖς ἐθισμοῖς τὴν προσοχὴν ἐκείνην καὶ τὸν ἐπιλογισμὸν, ὅταν τι μέλλωμεν λαλεῖν, καὶ τὰ ῥήματα τῷ στόματι προστρέχῃ· Τίς οὗτος ὁ λόγος ὁ ἐφεστὼς καὶ καταβιαζόμενος; Ἐπὶ τί δὲ ἡ γλῶσσα ἀπαίρει; Τί δ' εἰπόντι περιγίνεται καλὸν, ἢ τί σιωπήσαντι δυσχερές; Οὐ γὰρ ὡς βάρος τι δεῖ πιέζοντα ἀποθέσθαι τὸν λόγον·

Nimirum autem garrulus est ubi ad verba venitur, alba (quod dicitur proverbio) amussis : et tamen alius ad aliud sermonis genus cum sit propensior, id ipsum potissimum vitare, ab eoque se abstinere et revellere debet : qui hoc eum quam longissime provehere, et ob voluptatem prolixum in loquendo facere possit. Eodem modo affici solent sermonibus de eo rerum genere, in quo, ob peritiam habitumve aliquem aliis se præstare censent. Sui enim, et gloriæ studiosi tales homines, quisque

Partem diei tribuit maximam huic rei,
In qua præstare novit ipsus se sibi.

Sic qui multæ lectionis est, historias : grammaticus, artificia sermonis : peregrinas res, qui multum terræ pervagatus est, solent inculcare. Itaque hic quoque adhibenda est cautio : inescata enim garrulitas iis rebus tanquam animal ad usitata sibi pascua fertur. Dignus admiratione Cyrus, qui cum æqualibus contentiones susceperit, non earum rerum in quibus præstabat, sed quarum erat imperitior : ad has provocans, ut neque contristaret eos vincens, et discendo utilitatem perciperet. Contra garrulus, si sermo incidat de re aliqua, unde discere et cognoscere aliquid sibi ignotum queat, eum profligat, nescius tacendo ei exiguam dare mercedem : orationem vero in obsoletos jam et usu protritos centones in orbem redigit. Ita quidam apud nos, cum forte fortuna duos aut tres legisset Ephori libros, omnes obtundebat homines, et omnia convivia devastabat, semper Leuctricam pugnam et quæ sequuntur narrans; unde Epaminondæ cognomentum ei factum fuit.

XXIII. Enimvero hoc quidem omnium est malorum minimum, eoque etiam avertenda est loquacitas : minus enim est molesta, quando rerum ad humanitatem pertinentium commemoratione nimia peccat. Quin et assuefaciendi sunt qui vitio huic sunt obnoxii, ut scribant aliquid, et seorsim disserant. Stoicus quidem Antipater, ut fertur, cum neque posset neque vellet congredi cum Carneade, magno cum impetu in Stoicos invehente, interim scribens librosque implens contradictionibus adversus eum, Calamoboas appellatus est (quod calamo scilicet vociferaretur) : garrulum autem umbratilis illa scribendi concertatio et vociferatio a multitudine abducens, fortassis paulatim tolerabiliorem consuescentibus præbuerit : sicut canes ubi in ligna aut lapides desævierunt, minus adversum homines feroclunt. Congruet illis etiam admodum perpetua cum præstantioribus et senioribus consuetudo; ut verecundia illorum existimationis ducti ad tacendum assuescant. Atque his quidem assuefactionibus semper debet adhiberi et implicari hæc observatio et ratiocinatio, ubi aliquid sumus dicturi, et verba ad os procurrunt : *Quisnam est hic sermo qui instat et urget? Quorsum tendit lingua? Quid boni dicendo, quid mali tacendo sum consecuturus?* Neque enim oratio urgens deponenda est oneris in morem,

ἐπεὶ παραμένει γε καὶ ῥηθεὶς ὁμοίως· ἀλλ' ἢ δι' αὐτοὺς ἄνθρωποι δεόμενοί τινος λαλοῦσιν· ἢ τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦντες· ἢ χάριν τινὰ παρασκευάζοντες ἀλλήλοις, ὥσπερ ἁλσὶ τοῖς λόγοις ἐφηδύνουσι τὴν διατριβὴν καὶ τὴν πρᾶξιν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες. Εἰ δὲ μήτε τῷ λέγοντι χρήσιμον, μήτε ἀναγκαῖον τοῖς ἀκούουσι τὸ λεγόμενον, ἡδονή τε καὶ χάρις οὐ πρόσεστι, διὰ τί λέγεται; Τὸ γὰρ μάτην καὶ διακενῆς, οὐχ ἧττον ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς ἔργοις, ἐστίν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ παρὰ ταῦτα πάντα δεῖ πρόχειρον ἔχειν καὶ μνημονεύειν τὸ Σιμωνίδειον, * ὅτι Λαλήσας μὲν, πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ, οὐδέποτε· καὶ τὴν ἄσκησιν, ὅτι πάντων ἐπικρατεῖ καὶ ἰσχυρόν ἐστιν· ὅπου καὶ λυγμὸν καὶ βῆχα ἄνθρωποι τῷ προσέχειν ἀποβιαζόμενοι, μετὰ πόνου καὶ ἀλγηδόνος ἐξεκρούσαντο. Σιγὴ δ' οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον.

cum etiam emissa permaneat nihilo minus. Sed aut suæ alicujus necessitatis causa loquuntur homines, aut ut prosint auditoribus, aut gratiæ invicem alicujus conciliandæ causa conversationem actionemve susceptam sermone tanquam sale condiunt. Ubi vero neque dicenti utile, neque audienti necessarium est quod dicitur, neque voluptatem aut gratiam parit; quorsum dicitur? Vanitas enim et frustra esse, non minus in verbis quam in rebus locum habet. Præter hæc omnia postremo loco in promptu habeatur et memoriæ inhæreat Simonidis illud, qui dixit : *Sæpe pœnitentia se ductum quod locutus esset, nunquam quod tacuisset :* tum hoc, assuefactionis magnam esse in omnibus rebus vim; quando singultum etiam et tussim homines attendendo profligantes, cum labore et dolore expulerunt. Silentium autem non siti modo, ut Hippocrates ait, sed molestia etiam ac dolore vacat.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΣΥΝΗΣ.

Ἄπνουν ἢ σκοτεινὴν ἢ δυσχείμερον οἰκίαν ἢ νοσώδη φυγεῖν μὲν ἴσως ἄριστον· ἂν δὲ φιλοχωρῇ τις ὑπὸ συνηθείας, ἔστι καὶ φῶτα μεταθέντα, καὶ κλίμακα μεταβαλόντα, καὶ θύρας τινὰς ἀνοίξαντα, τὰς δὲ κλείσαντα, λαμπροτέραν, εὐπνουστέραν, ὑγιεινοτέραν ἐργάσασθαι. Καὶ πόλεις τινὲς οὕτω μεταθέντες ὠφέλησαν· ὥσπερ τὴν ἐμὴν πατρίδα πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κεκλιμένην, καὶ τὸν ἥλιον ἐρείδοντα δείλης ἀπὸ τοῦ Παρνασοῦ δεχομένην, ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς τραπῆναι λέγουσιν ὑπὸ τοῦ Χαίρωνος. Ὁ δὲ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς ὄρους τινὰ διασφάγα βαρὺν καὶ νοσώδη κατὰ τῶν πεδίων τὸν νότον ἐμπνέουσαν ἐμφράξας, λοιμὸν ἔδοξεν ἐκκλεῖσαι τῆς χώρας. Ἐπεὶ τοίνυν ἐστί τινα πάθη νοσώδη καὶ βλαβερὰ καὶ χειμῶνα παρέχοντα τῇ ψυχῇ καὶ σκότος, ἄριστον μὲν ἐξωθεῖν ταῦτα καὶ καταλύειν εἰς ἔδαφος, αἰθρίαν καὶ φῶς καὶ πνεῦμα καθαρὸν διδόντας ἑαυτοῖς· εἰ δὲ μὴ, μεταλαμβάνειν γε καὶ μεθαρμόττειν ἄλλως γέ πως περιάγοντας ἢ στρέφοντας. Οἷον εὐθὺς, ἡ πολυπραγμοσύνη φιλομάθειά τίς ἐστιν ἀλλοτρίων κακῶν, οὔτε φθόνου δοκοῦσα καθαρεύειν νόσος, οὔτε κακοηθείας.

Τί τἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε,
κακὸν ὀξυδορκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις;

Μετάθες ἔξωθεν, καὶ μετάστρεψον εἴσω τὴν πολυπραγμοσύνην· εἰ χαίρεις κακῶν μεταχειριζόμενος ἱστορίαν, ἔχεις οἴκοι πολλὴν διατριβὴν,

Ὅσσον ὕδωρ κατ' Ἀλιζόνος, ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέτηλα,

τοσοῦτον πλῆθος εὑρήσεις ἁμαρτημάτων ἐν τῷ βίῳ, καὶ παθῶν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ παροραμάτων ἐν τοῖς καθήκουσιν. Ὡς γὰρ ὁ Ξενοφῶν λέγει τοῖς οἰκονομικοῖς ἴδιον εἶναι τῶν ἀμφὶ θυσίαν σκευῶν, ἴδιον τῶν ἀμφὶ

DE CURIOSITATE.

I. Domum, quæ non perfletur, aut tenebricosa sit, vel hiemi obnoxiam, vel morbiferam, deserere fortassis optimum est : si quis tamen ob consuetudinem loco eo delectetur, potest ea fenestris transpositis, scalis mutatis, januis aliquibus apertis, aliis clausis, splendidior, perflabilior, ac salubrior reddi. Quo genere mutationis quidam urbibus magnam utilitatem conciliaverunt : sicut meam patriam ad Favonium ventum inclinatam, solisque radios sub vesperam Parnasso incumbentis excipientem, versus ortum conversam a Chærone ferunt. Empedocles vero physicus quodam montis hiatu, unde gravis et insalubris in planitiem exhalabat auster, obturato, creditus est pestem ea regione exclusisse. Quando igitur sunt affectiones quædam morbosæ ac damnosæ, et quæ tempestatem tenebrasque animo inferant, optimum quidem fuerit eas expellere et solo prosternere, animoque hac ratione serenitatem, lucem, purumque spiritum parare : at si fieri hoc nequit, saltem circumagendo et vertendo ita mutandæ sunt, ut commodiores nobis aptioresque fiant. Talis est, quæ se nobis offert, curiositas, cupiditas quædam cognoscendi aliorum mala, morbus neque invidiæ, ut apparet, neque malignitatis vacuus.

Aliena quorsum acute pervides mala,
in propriis cæcus, hominum invidissime?

Transfer extrinsecus, et intro converte curiositatem, siquidem delectaris malorum tractanda historia, domi tibi copiosa est materia :

Quantum ad Alizona aquæ est, folia aut quot germinat ilex,

tantam multitudinem invenies peccatorum in vita, et perturbationum in animo, et delictorum in officio. Xenophon ait iis qui familiam probe administrant, suum esse reponendis sacrificiorum vasis, suum cœnæ,

δεῖπνα τόπον, ἀλλαχοῦ κεῖσθαι τὰ γεωργικά, χωρὶς τὰ πρὸς πόλεμον· οὕτω σοι τὰ μέν ἐστιν ἀπὸ φθόνου κακὰ κείμενα, τὰ δ' ἀπὸ ζηλοτυπίας, τὰ δ' ἀπὸ δειλίας, τὰ δ' ἀπὸ μικρολογίας. Ταῦτ' ἔπελθε, ταῦτα ἀναθεώρησον· τὰς εἰς γειτόνων θυρίδας, καὶ τὰς παρόδους τῆς πολυπραγμοσύνης ἔμφραξον, ἑτέρας δ' ἄνοιξον εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν τὴν σεαυτοῦ φερούσας, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν, εἰς τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας· ἐνταῦθα ἔχει διατριβὰς οὐκ ἀχρήστους, οὐδὲ κακοήθεις, ἀλλ' ὠφελίμους καὶ σωτηρίους, τὸ φιλοπευθὲς τοῦτο καὶ φιλοπρᾶγμον, ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν λέγοντος,

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

2. Νῦν δὲ ὥσπερ ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λάμιαν λέγουσιν οἴκοι μὲν ᾅδειν τυφλήν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους, * ἔξω δὲ προϊοῦσαν ἐπιτίθεσθαι καὶ βλέπειν· οὕτως ἡμῶν ἕκαστος ἔξω καὶ πρὸς ἑτέρους τῇ κακονοίᾳ τὴν περιεργίαν, ὥσπερ ὀφθαλμὸν, ἐντίθησι· τοῖς δὲ ἑαυτῶν ἁμαρτήμασι καὶ κακοῖς πολλάκις περιπταίομεν ὑπ' ἀγνοίας, ὄψιν ἐπ' αὐτὰ καὶ φῶς οὐ ποριζόμενοι. Διὸ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠφελιμώτερός ἐστιν ὁ πολυπράγμων· τὰ γὰρ ἐκείνων ἐλέγχει καὶ προφέρεται, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς, ἃ δεῖ φυλάξασθαι καὶ διορθῶσαι· τῶν δ' οἴκοι τὰ πλεῖστα παρορᾷ, διὰ τὴν περὶ τὰ ἔξω πτόησιν. Ὁ μὲν γὰρ Ὀδυσσεὺς οὐδὲ τῇ μητρὶ διαλεχθῆναι πρότερον ὑπέμεινεν, ἢ πυθέσθαι παρὰ τοῦ μάντεως, ὧν ἕνεκα ἦλθεν εἰς ᾅδου· πυθόμενος δὲ τοῦτο, πρός τε ταύτην ἔτρεψεν αὑτὸν, καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἀνέκρινε, τίς ἡ Τυρὼ, καὶ τίς ἡ καλὴ Χλωρὶς, καὶ διὰ τίν' Ἐπικάστη ἀπέθανεν,

Ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου.

Ἡμεῖς δὲ τὰ καθ' αὑτοὺς ἐν πολλῇ ῥαθυμίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ θέμενοι καὶ ἀμελήσαντες, ἑτέρους γενεαλογοῦμεν, ὅτι τοῦ γείτονος ὁ πάππος ἦν Σύρος, Θρᾶττα δὲ ἡ τήθη· ὁ δεῖνα δ' ὀφείλει τάλαντα τρία, καὶ τοὺς τόκους οὐκ ἀποδέδωκεν. Ἐξετάζομεν δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα, πόθεν ἡ γυνὴ τοῦ δεῖνος ἐπανήρχετο, τί δὲ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα καθ' ἑαυτοὺς ἐν τῇ γωνίᾳ διελέγοντο. Σωκράτης δὲ περιῄει, διαπορῶν, τί Πυθαγόρας λέγων ἔπειθε· καὶ Ἀρίστιππος Ὀλυμπιάσιν Ἰσχομάχῳ συμβαλὼν ἠρώτα· τί Σωκράτης διαλεγόμενος, οὕτω τοὺς νέους διατίθησι· καὶ μικρὰ ἄττα τῶν λόγων αὐτοῦ σπέρματα καὶ δείγματα λαβὼν, οὕτως ἐμπαθῶς ἔσχεν, ὥστε τῷ σώματι συμπεσεῖν, καὶ γενέσθαι παντάπασιν ὠχρὸς καὶ ἰσχνός· ἄχρις οὗ πλεύσας Ἀθήναζε διψῶν καὶ διακεκαυμένος, ἠρύσατο τῆς πηγῆς, καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἱστόρησεν, ἧς ἦν τέλος, ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι.

3. Ἀλλ' ἔνιοι τὸν ἴδιον βίον, ὡς ἀτερπέστατον θέαμα, προσιδεῖν οὐχ ὑπομένουσιν, οὐδ' ἀνακλάσαι τὸν λογισμὸν, ὡς φῶς, ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ περιαγαγεῖν· ἀλλ' ἡ ψυχὴ γέμουσα κακῶν παντοδαπῶν, καὶ φρίττουσα καὶ

suum rusticorum, suum bellicorum instrumentorum locum : tu quoque itidem habes reposita mala quæ ab invidia, quæ ab obtrectatione, quæ a timiditate, quæ a sordibus illiberalitatis proficiscantur. Hæc recense, hæc ordine considera : fenestras quibus in viciniam prospicis, et diverticula curiositatis occlude : alia aperi quæ in conclave tuum, quæ in gynæceum, quæ in familiæ ducant cellas : ibi negotium inveniet non inutile, non malignum, sed conducibile et salutare, cupiditas ista sciscitandi et agendi, quovis se ita compellante :

Qua prætergressus, quid feci, quidve reliqui
infectum, facto quod opus fuit?

II. Nunc, quemadmodum in fabulis est Lamiam domi dormire cæcam, oculis in quodam vasculo repositis, foras autem egressam inserere oculos et videre : ita quisque nostrum foris et adversum alios malignitati curiositatem quasi oculos aptat, in sua ipsius peccata et mala impingens sæpenumero ob ignorationem, visum iis et lumen non adhibens. Quo fit ut inimicis quam sibi utilior sit homo curiosus : eorum enim res arguit et in lucem protrahit, ostenditque ipsis quid cavere, quid corrigere debeant : suas autem majori ex parte præterit et non videt, attonitus studio aliena noscendi. Ulysses certe ne cum matre quidem colloqui sustinuit antequam e vate audivisset ea quorum gratia ad inferos venerat : his cognitis, et ad matrem se convertit, et in reliquas mulieres inquisivit, quæ Tyro esset, quæ formosa Chloris, cur mortua fuerit Epicasta,

Sublimis funem tecti de culmine nectens.

Sed nos cum nostrarum rerum socordia, ignoratione, et neglectu summo, in aliorum natales inquirimus : scilicet vicini nostri avum fuisse Syrum, aviam Thressam : illum tria debere talenta, neque persolvisse usuras. Quin et talia indagamus, unde uxor hujus redeat, quid iste et iste in angulo inter se sint locuti. At Socrates circumibat perscrutans, quibus dictis Pythagoras fidem sibi parasset. Et Aristippus in Ischomachum ludis Olympicis incidens, quæsivit quibusnam disputationibus Socrates ita animos adolescentum afficeret : acceptisque exiguis sermonum ejus seminibus atque documentis, ita vehementem sensit animi ardorem, ut et corpus marcesceret, et plane pallidus gracilisque redderetur : donec sitibundus et flagrans Athenas navigavit, et ipso de fonte hausit, Socratemque et doctrinam ejus atque philosophiam cognovit : cujus philosophiæ finis est, perspicere sua mala, iisque liberari.

III. Verum quidam suam ipsorum vitam, tanquam injucundissimum spectaculum, inspicere, ac rationem veluti lumen in sese reflectere non sustinent; quippe anima omnigenum vitiorum plena horrens et metuens

φοβουμένη τὰ ἔνδον, ἐκπηδᾷ θύραζε, καὶ πλανᾶται περὶ τἀλλότρια, βόσκουσα καὶ πιαίνουσα τὸ κακόηθες. Ὡς γὰρ ὄρνις ἐν οἰκίᾳ πολλάκις, τροφῆς παρακειμένης, εἰς γωνίαν καταδῦσα σκαλεύει,

Ἔνθα γέ που διαφαίνεθ' ἅτ' ἐν κοπρίᾳ μία κριθή·

παραπλησίως οἱ πολυπράγμονες, ὑπερβάντες τοὺς ἐν μέσῳ λόγους καὶ ἱστορίας, καὶ ἃ μηδεὶς κωλύει πυνθάνεσθαι, μηδ' ἄχθεται πυνθανομένοις, τὰ κρυπτόμενα καὶ λανθάνοντα κακὰ πάσης οἰκίας ἐκλέγουσι. Καίτοι γε τὸ τοῦ Αἰγυπτίου χάριεν, πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, τί φέρει συγκεκαλυμμένον· Διὰ τοῦτο συγκεκάλυπται. Καὶ σὺ δὴ τί πολυπραγμονεῖς τὸ ἀποκρυπτόμενον; Εἰ μή τι κακὸν ἦν, οὐκ ἂν ἀπεκρύπτετο. Καίτοι μὴ κόψαντά γε θύραν εἰς οἰκίαν ἀλλοτρίαν οὐ νομίζεται παρελθεῖν· ἀλλὰ νῦν μέν εἰσι θυρωροί, πάλαι δὲ ῥόπτρα κρουόμενα πρὸς ταῖς θύραις αἴσθησιν παρεῖχεν, ἵνα μὴ τὴν οἰκοδέσποιναν ἐν μέσῳ καταλάβῃ ὁ ἀλλότριος, ἢ τὴν παρθένον, ἢ κολαζόμενον οἰκέτην, ἢ κεκραγυίας τὰς θεραπαινίδας· ὁ δὲ πολυπράγμων ἐπ' αὐτὰ ταῦτα παραδύεται, σώφρονος μὲν οἰκίας καὶ καθεστώσης, οὐδ' ἂν παρακαλῇ τις, ἡδέως γενόμενος θεατής· ὧν δὲ ἕνεκα κλεὶς καὶ μοχλὸς καὶ αὔλειος, ταῦτα ἀνακαλύπτων καὶ φέρων εἰς τὸ μέσον ἑτέροις. Καίτοι καὶ τῶν ἀνέμων μάλιστα δυσχεραίνομεν, ὡς Ἀρίστων φησὶν, ὅσοι τὰς περιβολὰς ἀναστέλλουσιν ἡμῶν· ὁ δὲ πολυπράγμων οὐ τὰ ἱμάτια τῶν πέλας, οὐδὲ τοὺς χιτῶνας, ἀλλὰ τοὺς τοίχους ἀπαμφιέννυσι, τὰς θύρας ἀναπετάννυσι, καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος, ὡς πνεῦμα, διαδύεται καὶ διέρπει, * βακχεῖα καὶ χοροὺς καὶ παννυχίδας ἐξετάζων, καὶ συκοφαντῶν.

4. Καὶ καθάπερ τοῦ κωμῳδουμένου Κλέωνος

Τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν·

οὕτω τοῦ πολυπράγμονος ὁ νοῦς ἅμα ἐν πλουσίων οἴκοις ἐστὶν, ἐν δωματίοις πενήτων, ἐν αὐλαῖς βασιλέων, ἐν θαλάμοις νεογάμων· πάντα πράγματα ζητεῖ, τὰ ξένων, τὰ ἡγεμόνων· οὐδ' ἀκινδύνως ταῦτα ζητῶν· ἀλλ' οἷον, εἴ τις ἀκονίτου γεύοιτο, πολυπραγμονῶν τὴν ποιότητα, φθάσει τῆς αἰσθήσεως προανελὼν τὸ προαισθανόμενον· οὕτως οἱ τὰ τῶν μειζόνων κακὰ ζητοῦντες, προαναλίσκουσι τῆς γνώσεως ἑαυτούς. Καὶ γὰρ οἱ τοῦ ἡλίου τὴν ἄφθονόν γε ταύτην καὶ κατακεχυμένην ἅπασιν ἀκτῖνα παρορῶντες, αὐτὸν δὲ τὸν κύκλον ἀναιδῶς καταβλέπειν καὶ διαστέλλειν τὸ φῶς εἴσω βιαζόμενοι καὶ τολμῶντες, ἀποτυφλοῦνται. Διὸ καλῶς Φιλιππίδης ὁ κωμῳδοποιὸς, εἰπόντος αὐτῷ ποτε Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως, Τίνος σοι τῶν ἐμῶν μεταδῶ; Μόνον, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, μὴ τῶν ἀποῤῥήτων. Τὰ γὰρ ἥδιστα καὶ κάλλιστα τῶν βασιλέων ἔξω πρόκειται, τὰ δεῖπνα, οἱ πλοῦτοι, αἱ πανηγύρεις, αἱ χάριτες· εἰ δέ τι ἀπόῤῥητόν ἐστι, μὴ προσέλθῃς, μηδὲ κινήσῃς. Οὐ κρύπτεται χαρὰ βασιλέως εὐτυχοῦντος, οὐδὲ γέλως παίζοντος, οὐδὲ φιλανθρωπίας παρασκευὴ καὶ χάριτος· φοβερόν ἐστι τὸ κρυπτόμενον, σκυθρωπὸν, ἀγέλαστον, δυσπρόσιτον, ὀργῆς

ea quæ intus sunt, exsilit foras, et vagatur circum aliena, pascens et saginans suam vitiositatem. Sicut enim gallina, proposito sæpe alimento, in angulum aliquem domus sese subducit, ubi vel in sterquilinio unicum apparet hordei granum : ita curiosi in medio sitos sermones et historias, et de quibus nemo prohibet aut indignatur quæri, prætereuntes, occultata et latentia cujusque familiæ mala colligunt. Et quidem scitum est illud Ægyptii, qui interrogatus quidnam id esset, quod velatum gerebat : *Ideo*, inquit, *velatum est*, *ut ignoretur*. Tu quoque, dicerem curioso, quid inquiris in rem absconditam? Non celaretur, si non esset malum. Nisi pulsato prius ostio ingredi in alienam domum non est moris : et nunc ejus rei gratia janitores habentur, antiquitus, mallei januis appensi signum dabant; ne scilicet alienus matremfamilias in medio offenderet, aut virginem, aut servum vapulantem, aut vociferantes ancillas. Curiosus in hæc ipsa se insinuat, familiæ quidem bene constitutæ haud libenter, etiam si rogaretur, futurus spectator : quorum vero causa clavis, vectis, et fores inventæ sunt, ea detegens aliisque enuntians. Ventorum, aiebat Aristo, molestissimi sunt ii, qui amictum nobis retegunt. Curiosus non vestes proximorum, non tunicas, sed ipsos parietes detrahit, fores pandit, atque adeo venti instar etiam teneram virginem pervadit, bacchationes, choreas, et per noctem ductas hilaritates, examinans atque calumnians.

IV. Et quemadmodum in comœdia exagitati Cleonis,

Manus in Ætolis, animus in Clopidis

erant : ita curiosi animus simul et in divitum ædibus est, et casis pauperum, in aulis regum, in cubilibus recens nuptiis junctorum, omnes res indagat, peregrinorum, principum : has quidem non sine periculo. Nam sicut aconitum aliquis gustans qualitatem ejus scrutandi causa prius perit quam saporem sentiat : ita qui majorum mala rimantur, sæpe prius se ipsos pessumdant, quam cognoverint quod quærebant. Nam et hos qui, præterito copiosissimo hoc solis et omnibus circumfuso splendore radiorum, ipsum ejus orbem libere intueri, introque penetrare suo visu conantur, luminibus capi videmus. Ideo præclare Philippides comicus poeta, cum ei Lysimachus rex quodam tempore dixisset : *Quanam mearum rerum te impertiam?* respondit : *Modo ne arcano ullo*. Quæ enim suavissima et pulcherrima habent reges, ea conspectui sunt exposita, cœnæ, opes, festivitates solemnes, beneficia : si vero arcani quid est, cave accesseris aut moveris : non occultatur gaudium regis fortuna utentis secunda, non risus jocantis, non beneficii apparatus : terribile est quod celatur, tetricum, risu et accessu periculosum; iræ puta alicujus

τινος ὑπούλου θησαυρὸς, ἢ τιμωρίας βαρυθύμου σκέψις, ἢ ζηλοτυπία γυναικὸς, ἢ πρὸς υἱὸν ὑποψία τις, ἢ πρὸς φίλον ἀπιστία. Φεῦγε τὸ μελανὸν τοῦτο καὶ συνιστάμενον νέφος· οὐ λήσεταί σε βροντῆσαν, οὐδ' ἀστράψαν, ὅταν ἐκραγῇ τὸ νῦν κρυπτόμενον.

5. Τίς οὖν ἡ φυγή; Περισπασμὸς, ὡς εἴρηται, καὶ μεθολκὴ τῆς πολυπραγμοσύνης, μάλιστα μὲν ἐπὶ τὰ βελτίω καὶ τὰ ἡδίω τρέψαντι τὴν ψυχήν· τὰ ἐν οὐρανῷ πολυπραγμόνει, τὰ ἐν γῇ, τὰ ἐν ἀέρι, τὰ ἐν θαλάττῃ. Μικρῶν πέφυκας ἢ μεγάλων [φιλο]θεάμων· εἰ μεγάλων, ἥλιον πολυπραγμόνει, ποῦ κάτεισι, καὶ πόθεν ἄνεισι· ζήτει τὰς ἐν σελήνῃ, καθάπερ ἐν ἀνθρώπῳ, μεταβολὰς, ποῦ τοσοῦτον κατηνάλωσε φῶς, πόθεν αὖθις ἐκτήσατο,

Πῶς ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχονται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη·
χὤταν περ αὐτῆς εὐπρεπεστάτη φανῇ,
πάλιν διαρρεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Καὶ ταῦτα ἀπόρρητά ἐστι φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἄχθεται τοῖς ἐλέγχουσιν. Ἀλλὰ τῶν μεγάλων ἀπέγνωκας; Πολυπραγμόνει τὰ μικρότερα, πῶς τῶν φυτῶν τὰ μὲν ἀεὶ τέθηλε καὶ χλοάζει καὶ ἀγάλλεται παντὶ καιρῷ, τὸν ἑαυτῶν ἐπιδεικνύμενα πλοῦτον, τὰ δὲ νῦν μέν ἐστιν ὅμοια τούτοις, νῦν δὲ, ὥσπερ ἀνοικονόμητος ἄνθρωπος, ἀθρόως ἐκχέαντα τὴν περιουσίαν, γυμνὰ καὶ πτωχὰ καταλείπεται· διὰ τί δὲ τὰ μὲν προμήκεις, τὰ δὲ γωνιώδεις, τὰ δὲ στρογγύλους καὶ περιφερεῖς ἐκδίδωσι [τοὺς] καρπούς. Ἴσως δὲ ταῦτα οὐ πολυπραγμονήσεις, ὅτι τούτοις οὐδὲν κακόν ἐστιν. Ἀλλ' εἰ δεῖ πάντως τὸ περίεργον ἐν φαύλοις τισὶν, ὥσπερ ἑρπετὸν ἐν θανασίμοις ὕλαις, ἀεὶ νέμεσθαι καὶ διατρίβειν, ἐπὶ τὰς ἱστορίας ἀγάγωμεν αὐτὸ, καὶ παραβάλωμεν ἀφθονίαν κακῶν καὶ περιουσίαν. Ἐνταῦθα γὰρ ἔνεισι πτώματα ἀνδρῶν καὶ ἀπολακτισμοὶ βίων, φθοραὶ γυναικῶν, ἐπιθέσεις οἰκετῶν, διαβολαὶ φίλων, παρασκευαὶ φαρμάκων, φθόνοι, ζηλοτυπίαι, ναυάγια οἴκων, ἐκπτώσεις ἡγεμόνων· ἐμπίπλασο καὶ τέρπε σαυτὸν, ἐνοχλῶν μηδενὶ τῶν συνόντων, μηδὲ λυπῶν.

6. Ἀλλ' ἔοικεν ἡ πολυπραγμοσύνη μὴ χαίρειν ἑώλοις κακοῖς, ἀλλὰ θερμοῖς καὶ προσφάτοις· καὶ καινὰς τραγῳδίας ἡδέως θεᾶσθαι, * τοῖς δὲ κωμικοῖς καὶ ἱλαρωτέροις πράγμασιν οὐ μάλα προθύμως ὁμιλεῖν. Διὸ γάμον μέν τινος, ἢ θυσίαν, ἢ προπομπὴν διεξιόντος, ἀμελὴς ὁ πολυπράγμων καὶ ῥάθυμος ἀκροατής ἐστι, καὶ προακηκοέναι τὰ πλεῖστά φησι, καὶ κελεύει ταῦτα συντέμνειν καὶ παρέρχεσθαι τὸν διηγούμενον· ἂν δ' ἢ φθοράν τις παρθένου παρακαθήμενος, ἢ μοιχείαν γυναικὸς, ἢ δίκης παρασκευὴν, ἢ στάσιν ἀδελφῶν διηγῆται, οὔτε νυστάζει, οὔτ' ἀσχολεῖται,

Ἄλλα τε δίζηται ἐπέων, παρὰ τ' οὔατα βάλλει.

Καὶ τὸ,

Οἴμοι, τὸ κακὸν τῆς εὐτυχίας
ὡς μᾶλλον ἐς οὖς φέρεται θνητῶν,

latentis reservatio, aut supplicii atrocis meditatio, aut uxoris zelotypia, aut sinistra de filio suspicio, aut de amico diffidentia. Fuge atram illam, et se condensantem nubem : non latebit te id quod nunc occultatur, ubi cum tonitru et fulgure eruperit.

V. Quomodo ergo fugiam, inquis? Curiositatem avellendo, et avertendo, ut dixi : maxime animo ad meliora et jucundiora traducto. Considera quæ in cœlo, terra, mari, aere sunt. Aut enim magnarum aut parvarum rerum contemplatione duceris. Si magnarum, de sole inquire, quæ ejus ortuum et obituum sit ratio : examina lunæ tanquam hominis mutationes, quo tantum luminis insumpserit, atque unde id recuperet :

Primum recens cur ex obscuro prodeat,
fulgore pleno faciem collustrans suam :
rursumque, postquam visa fuit pulcherrima,
spoliata sensim luce in nihilum diffluat.

Sunt quidem hæc naturæ arcana : sed nec ei molesta est eorum indagatio. At magnarum rerum de cognitione desperasti? Minora scrutare : cur stirpium aliæ semper floreant, vireant, vigeant, suasque opes omni tempore ostentent : aliæ nunc his similes, paulo post, veluti rei familiaris administrandæ ignarus homo, profusis confertim suis copiis, nudæ atque inopes relinquantur : cur aliæ oblongos, aliæ angulos habentes, aliæ teretes et rotundos edant fructus. Sed fortasse hæc tu noles perquirere, quia nihil iis est mali. Proinde si omnino curiositas in malis, tanquam serpens in letali materia, versari iisque pasci debet, eam in historias traducamus, malorumque copiam immensam fruendam præbeamus. In historiis enim inveniuntur casus et subitæ mortes virorum, mulierum corruptelæ, insidiæ servorum, calumniæ amicorum, veneni apparatus, invidiæ, obtrectationes, familiarum naufragia, principum de suo statu deturbatio. Imple re his, et oblecta te ipsum, nulli molestiam, nulli dolorem tuorum exhibens.

VI. Sed apparet curiositatem non gaudere obsoletis, verum recentibus malis : et novas tragœdias cum voluptate spectare, comicis et lætis actionibus non admodum libenter interesse. Itaque ergo nuptias aliquo, aut sacrificium, aut solemnem pompam narrante, socors est negligensque auditor homo curiosus, et pleraque se jam ante audivisse ait, jubetque ista præteriri, et orationem contrahi : si vero quis assidens vitium virgini oblatum, matronæ adulterium, litis intentationem, discordiam fratrum referat; non jam dormitat aut aliis occupatus est rebus,

Verum aures præbet tum, verbaque plura requirit.

Et profecto dictum illud : *Heu! quod mala magis quam res prosperæ ad aures mortalium feruntur,* verissime in

ἐπι τῶν πολυπραγμόνων εἰρημένον ἐστὶν ἀληθῶς. Ὡς γὰρ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους λόγους ἐπισπᾶται· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ αἱ πόλεις ἔχουσί τινας πύλας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπὰς, δι' ὧν ἐξάγουσι τοὺς θανατουμένους, καὶ τὰ λύματα καὶ τοὺς καθαρμοὺς ἐκβάλλουσιν, εὐαγὲς δ' οὐδὲν, οὐδὲ ἱερὸν εἴσεισι καὶ διέξεισι δι' αὐτῶν· οὕτω καὶ τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα χρηστὸν οὐδὲν οὐδ' ἀστεῖον, ἀλλ' οἱ φονικοὶ λόγοι διέρχονται καὶ τρίβουσιν, ἐκθύσιμα καὶ μιαρὰ διηγήματα παρακομίζοντες.

Ἀεὶ δ' ἀείδων μοῦνος ἐν στέγαις ἐμαῖς
κωκυτὸς ἐμπέπτωκεν·

αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μοῦσα καὶ σειρὴν μία, τοῦτο ἥδιστον ἀκουσμάτων αὐτοῖς. Ἔστι γὰρ ἡ πολυπραγμοσύνη φιλοπευστία τῶν ἐν ἀποκρύψει καὶ λανθανόντων· οὐδεὶς δ' ἀγαθὸν ἀποκρύπτει κεκτημένος, ὅπου καὶ τὰ μὴ ὄντα προσποιοῦνται. Κακῶν οὖν ἱστορίας ὁ πολυπράγμων ὀρεγόμενος, ἐπιχαιρεκακίας συνέχεται πάθει, φθόνου καὶ βασκανίας ἀδελφῷ. Φθόνος μὲν γάρ ἐστι λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἐπιχαιρεκακία δὲ ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· ἀμφότερα δ' ἐκ πάθους ἀνημέρου καὶ θηριώδους γεγένηται, τῆς κακοηθείας.

7. Οὕτω δὲ ἑκάστῳ λυπηρόν ἐστιν ἡ τῶν περὶ αὑτὸν κακῶν ἀνακάλυψις, ὥστε πολλοὺς ἀποθανεῖν [ἂν] πρότερον, ἢ δεῖξαί τι τῶν ἀποῤῥήτων νοσημάτων ἰατροῖς. Φέρε γὰρ, Ἡρόφιλον, ἢ Ἐρασίστρατον, ἢ τὸν Ἀσκληπιὸν αὐτὸν, ὅτ' ἦν ἄνθρωπος, ἔχοντα τὰ φάρμακα καὶ τὰ ὄργανα, κατ' οἰκίαν παριστάμενον ἀνακρίνειν, μή τις ἔχει σύριγγα παρὰ δακτύλιον, ἢ γυνὴ καρκίνον ἐν ὑστέρᾳ· καίτοι σωτήριόν ἐστι τῆς τέχνης ταύτης τὸ πολύπραγμον· ἀλλὰ πᾶς ἄν τις, οἶμαι, τὸν τοιοῦτον ἀπήλασεν, ὅτι τὴν χρείαν οὐ περιμένων, ἄκλητος ἐπ' ἀλλοτρίων κακῶν ἔρχεται κατανόησιν. Οἱ δὲ πολυπράγμονες αὐτὰ ταῦτα καὶ τὰ τούτων ἔτι χείρονα ζητοῦσιν, οὐ θεραπεύοντες, ἀλλὰ μόνον ἀνακαλύπτοντες· ὅθεν μισοῦνται δικαίως. Καὶ γὰρ τοὺς τελώνας βαρυνόμεθα καὶ δυσχεραίνομεν, οὐχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλέγωσιν, ἀλλ' ὅταν τὰ κεκρυμμένα ζητοῦντες, ἐν ἀλλοτρίοις σκεύεσι καὶ φορτίοις ἀναστρέφωνται· καίτοι τοῦτο ποιεῖν ὁ νόμος δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ βλάπτονται, μὴ ποιοῦντες. Οἱ δὲ πολυπράγμονες ἀπολλύουσι καὶ προΐενται τὰ αὑτῶν, ἀσχολούμενοι περὶ τὰ ἀλλότρια. Καὶ σπανίως μὲν εἰς ἀγρὸν βαδίζουσι, τὸ ἥσυχον καὶ σιωπηρὸν τῆς ἐρημίας οὐ φέροντες· ἐὰν δὲ καὶ παραβάλωσι διὰ χρόνου, ταῖς τῶν γειτόνων ἀμπέλοις ἐμβλέπουσι μᾶλλον, ἢ ταῖς ἰδίαις· καὶ πυνθάνονται, πόσοι βόες τοῦ γείτονος ἀποτεθνήκασιν, ἢ πόσος οἶνος ὀξίνης γέγονε· ταχὺ δὲ τούτων ἐμπλησθέντες, ἀποτρέχουσιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀληθινὸς ἐκεῖνος γεωργὸς οὐδὲ τὸν αὐτομάτως ἐρχόμενον ἐκ πόλεως λόγον ἡδέως προσδέχεται, λέγων·

— Εἶτά μοι σκάπτων ἐρεῖ,

curiosos competit. Sicut enim cucurbitulæ pessimum e carne humorem educunt, sic aures curiosorum pessimos sermones ad se trahunt. Imo, sicut quibusdam in urbibus sunt portæ quædam nefastæ et tristes, per quas educuntur qui a carnifice necandi sunt, et sordes atque piacula, nihil autem castum et sacrum per eas intrat vel exit : sic etiam curiosorum aures bonum nihil aut elegans, sed tantum de cædibus sermones, ac piaculares et impuræ narrationes personant atque atterunt;

Semperque solus curiosi in ædibus
auditur ejulatus.

Hæc est unica id genus hominum Siren, hæc Musa, hæc illi omnium auditionum est suavissima. Quippe curiositas studium est audiendi quæ occultata sunt et latent. At bonum nemo nactus celat : atque adeo etiam quæ non habent bona solent sibi affingere homines. Ergo malorum cognitionem curiosus affectans, eo tenetur morbo, qui gaudium ex aliorum adversis rebus captat : quod vitium est invidentiæ germanum. Invidentia enim est dolor conceptus ob res alterius prosperas : gaudium seu voluptatem qua afficimur ob aliena mala, epichærecaciam uno verbo Græci dicunt : utrumque horum nascitur e malignitate, sævo et belluino animi affectu.

VII. Ita vero molesta unicuivis suorum malorum est patefactio, ut multi inventi sint qui mori mallent, quam secretos morbos suos medicis ostendere. Ac mihi finge Herophilum vel Erasistratum, vel ipsum, dum homo fuit, Æsculapium, medicamentis et instrumentis suis præditum domos singulatim obire, et scitari, An aliquis fistulam habeat juxta podicem, aut mulier cancrum in utero : quanquam salutaris esset hæc artis curiositas, tamen quivis, puto, medicum talem repelleret : quod is non exspectato dum ipsius imploraretur opera, ultro ad inquisitionem alienorum malorum se contulisset. Curiosi vero hæc ipsa, hisque adhuc pejora quærunt : neque hoc medendi, sed tantum patefaciendi causa. Jure itaque invisi et exosi sunt. Nam et publicanis succensemus et ægre ferimus, non quando merces apertas inspectant, sed cum abscondita vestigantes in alienis vasis atque sarcinis versantur : et tamen illis hoc lex concedit, et nisi faciant, damnum accipiunt. Curiosus autem sua perdens atque dimittens, circa aliena occupatur. Id genus homines raro rus abeunt, quod tranquillitatem et silentium solitudinis ferre non possunt. Quod si eo interdum accedunt, magis tum vicinorum quam suas inspiciunt vites : et interrogant quot boves vicino mors abstulerit, aut quantum vini acorem contraxerit : atque his mox impleti, cursu se proripiunt. Etenim verus rusticus, ne casu quidem allatum ex urbe rumorem lubens inaudit, sed in hanc loquitur sententiam :

Nunc ille mihi, dum rastris exercet solum,

* ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις· ταῦτα γὰρ πολυπραγμονῶν νῦν ὁ κατάρατος περιπατεῖ.

8. Οἱ δὲ πολυπράγμονες, ὡς ἕωλόν τι πρᾶγμα καὶ ψυχρὸν καὶ ἀτράγῳδον, φεύγοντες τὴν ἀγροικίαν, εἰς τὸ δεῖγμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται· Μή τι καινόν; οὐ γὰρ ἦς πρωῒ κατ' ἀγοράν; Τί οὖν; ἐν ὥραις τρισὶν οἴει τὴν πόλιν μετακεκοσμῆσθαι; Οὐ μὴν ἀλλ' ἂν μέν τις ἔχῃ τι τοιοῦτον εἰπεῖν, καταβὰς ἀπὸ τοῦ ἵππου δεξιωσάμενος [καὶ] καταφιλήσας, ἕστηκεν ἀκροώμενος. Ἐὰν δ' ἀπαντήσας εἴπῃ τις, ὅτι οὐδὲν καινόν· ὥσπερ ἀχθόμενος, Τί λέγεις, φησίν; οὐ γέγονας κατ' ἀγοράν; οὐ παρελήλυθας τὸ στρατήγιον; οὐδὲ τοῖς ἐξ Ἰταλίας ἥκουσιν ἐντετύχηκας; Διὸ καλῶς οἱ τῶν Λοκρῶν ἄρχοντες· ἐπεὶ γάρ τις ἐξ ἀποδημίας προσιὼν ἠρώτησε, μή τι καινὸν, ἐζημίωσαν αὐτόν. Ὡς γὰρ οἱ μάγειροι φορὰν εὔχονται βοσκημάτων, οἱ δὲ ἁλιεῖς ἰχθύων, οὕτως οἱ πολυπράγμονες εὔχονται φορὰν κακῶν, καὶ πλῆθος πραγμάτων, καὶ καινότητας καὶ μεταβολὰς, ἵνα ἀεί τι θηρεύειν καὶ κατακόπτειν ἔχωσιν. Εὖ δὲ καὶ ὁ τῶν Θουρίων νομοθέτης· κωμῳδεῖσθαι γὰρ ἐκώλυσε τοὺς πολίτας, πλὴν μοιχοὺς καὶ πολυπράγμονας. Ἔοικε γὰρ ἥ τε μοιχεία πολυπραγμοσύνη τις ἀλλοτρίας ἡδονῆς εἶναι, καὶ ζήτησις καὶ ἔρευνα τῶν φυλαττομένων καὶ λανθανόντων τοὺς πολλούς· ἥ τε πολυπραγμοσύνη παράλυσίς ἐστι καὶ φθορὰ καὶ ἀπογύμνωσις τῶν ἀποῤῥήτων.

9. Τῇ μὲν οὖν πολυμαθείᾳ τὴν πολυλογίαν ἕπεσθαι συμβαίνει· διὸ καὶ Πυθαγόρας ἔταξε τοῖς νέοις πενταετῆ σιωπὴν, ἐχεμυθίαν προσαγορεύσας· τῇ δὲ περιεργίᾳ τὴν κακολογίαν ἀνάγκη συνακολουθεῖν. Ἃ γὰρ ἡδέως ἀκούουσιν, ἡδέως λαλοῦσι, καὶ ἃ παρ' ἄλλων σπουδῇ συλλέγουσι, πρὸς ἑτέρους μετὰ χαρᾶς ἐκφέρουσιν. Ὅθεν αὐτοῖς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν, τὸ νόσημα καὶ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἐμποδών ἐστι· πάντες γὰρ αὐτοὺς φυλάττονται, καὶ ἀποκρύπτονται, καὶ οὔτε πρᾶξαί τι, πολυπράγμονος ὁρῶντος, οὔτ' εἰπεῖν ἀκούοντος, ἡδέως ἔχουσιν· ἀλλὰ καὶ βουλὰς ἀνατίθενται, καὶ σκέψεις πραγμάτων ὑπερβάλλονται, μέχρις ἂν ἐκποδὼν ὁ τοιοῦτος γένηται· κἂν ἢ λόγου τινὸς ἀποῤῥήτου παρόντος, ἢ πράξεως σπουδαίας περαινομένης, ἀνὴρ πολυπράγμων ἐπιφανῇ, καθάπερ ὄψον, γαλῆς παραδραμούσης, αἴρουσιν ἐκ μέσου καὶ ἀποκρύπτουσιν· ὥστε πολλάκις τὰ τοῖς ἄλλοις ῥητὰ καὶ θεατὰ, τούτοις μόνοις ἄῤῥητα καὶ ἀθέατα γίνεσθαι. Διὸ καὶ πίστεως ἁπάσης ἔρημος ὁ πολυπράγμων ἐστίν. Οἰκέταις γοῦν καὶ ξένοις πιστεύομεν μᾶλλον ἐπιστολὰς καὶ γράμματα καὶ σφραγῖδας, ἢ φίλοις καὶ οἰκείοις πολυπράγμοσιν. Ὁ δὲ Βελλεροφόντης ἐκεῖνος οὐδὲ καθ' ἑαυτοῦ γράμματα κομίζων ἔλυσεν, ἀλλ' ἀπέσχετο τῆς ἐπιστολῆς τοῦ βασιλέως, ὡς τῆς γυναικὸς, διὰ τὴν αὐτὴν ἐγκράτειαν. Ἀκρασίας γὰρ τὸ πολυπραγμονεῖν, ὡς καὶ τὸ μοιχεύειν, καὶ πρὸς τῇ ἀκρασίᾳ, δεινῆς ἀνοίας καὶ ἀφροσύνης. Τὸ γὰρ τοσαύτας παρελθόντα κοινὰς καὶ

fuerit quibus pax facta conditionibus, narrabit : hæc enim scelestus obambulans nunc curiose quærit ille. —

VIII. Sed curiosi rus, ut rem obsoletam, frigidam et tragœdiis carentem fugientes, in mercatus, forum, portusque se intrudunt, quærentes : *Novine aliquid? atqui mane fueras in foro! Aut putas trium horarum spatio urbis statum esse immutatum?* At enim si in aliquem incidit qui habet quod narret, huic ab equo descendens dextram injicit, amplexusque hominem et exosculatus, stans audit. Si vero occurrens aliquis dicat nihil esse novi, indignabundo similis : *Quid ais*, inquit? *non fuisti in foro? non prætergressus es curiam? non compellasti eos qui ex Italia venere?* Egregie Locrorum principes, qui peregre venientem, et quærentem *ecquid novi*, multaverunt. Nam sicut coqui pecudum, piscatores piscium uberem proventum : ita curiosi multorum malorum exoptant exortum, multorumque negotiorum, et res novas ac mutationes, ut semper venari aliquid et mactare possint. Recte etiam Thuriorum legislator, qui vetuit ne quis civium in comœdia traduceretur, præter adulteros et curiosos. Videtur enim adulterium curiosa in alterius voluptatem esse inquisitio, eorumque indagatio quæ absconduntur et plerosque latent : et curiositas corruptela est ac denudatio arcanorum.

IX. Jam necesse est, ut multarum rerum cognitioni loquacitas comitetur : itaque Pythagoras etiam adolescentibus silentium quinquennium durans injunxit, echemythian (a sermone cohibendo) dictum : curiositatem autem non potest non subsequi maledicentia. Quæ enim libenter audiunt, libenter etiam loquuntur : et quæ ab aliis studiose colligunt, apud alios cum gaudio efferunt. Quo fit, ut, cum aliis malis, hic morbus etiam cupiditati ipsorum sit impedimento. Omnes enim a curioso sibi cavent, et sua eum celant, et neque agunt libenter curioso inspectante, neque loquuntur audiente : sed et consultationes in aliud tempus rejiciunt, et deliberationes, donec is homo sese amoveat : quod si arcano alicui proposito, aut rei seriæ tractationi superveniat curiosus, veluti cibum accurrente fele tollunt e medio et occultant id de quo agebatur, ut plerumque ea, quæ aliis dicenda spectandaque committuntur, solis curiosis neque videre neque dicere contingat. Eadem de causa etiam omnis fides curioso derogatur. Nam servis et peregrinis facilius credimus epistolas atque litteras et sigilla, quam amicis et familiaribus curiosis. At Bellerophontes ille litteras, quas in se ipsum scriptas ferebat, non aperuit : sed sua usus continentia, tam litteris quam uxore regis abstinuit. Incontinentiæ enim est curiositas, ut et adulterium : accedente ad incontinentiam atroci stultitia atque insania. Tot enim præteritis communibus et publicis

δεδημοσιωμένας γυναῖκας, ἐπὶ τὴν κατάκλειστον ὠθεῖσθαι καὶ πολυτελῆ, πολλάκις (ἂν οὕτω τύχῃ) καὶ ἄμορφον οὖσαν, ὑπερβολὴ μανίας καὶ παραφροσύνης. Ταυτὸν δὲ οἱ πολυπράγμονες ποιοῦσι, πολλὰ καὶ καλὰ θεάματα καὶ ἀκούσματα καὶ σχολὰς καὶ διατριβὰς παρελθόντες, ἐπιστόλια διορύττουσιν ἀλλότρια, καὶ παραβάλλουσι γειτόνων τοίχοις τὰ ὦτα, καὶ συμψιθυρίζουσιν οἰκέταις καὶ γυναίοις, πολλάκις μὲν οὐδ' ἀκινδύνως, ἀεὶ δ' ἀδόξως.

10. Διὸ καὶ χρήσιμον ὡς ἔνι μάλιστα πρὸς τὴν ἀποτροπὴν τοῖς πολυπράγμοσιν ἡ τῶν προεγνωσμένων ἀνάμνησις. Ἂν γὰρ, ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, τὰς κιβωτοὺς ἀνοίγων διὰ χρόνου, τὴν μὲν τῶν μισθῶν, ἀεὶ μεστὴν, τὴν δὲ τῶν χαρίτων, εὑρίσκειν ἀεὶ κενὴν, οὕτως ἄν τις τῆς πολυπραγμοσύνης τὴν ἀποθήκην ἀνοίγῃ διὰ χρόνου, καὶ κατασκέπτηται πολλῶν ἀχρήστων καὶ ματαίων καὶ ἀτερπῶν γέμουσαν, ἴσως ἂν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα προσταίη, φανὲν ἀηδὲς παντάπασι καὶ φλυαρῶδες. Φέρε γὰρ, εἴ τις ἐπιὼν τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν, ἐκλαμβάνοι τὰ κάκιστα τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον ἔχοι συντεταγμένον, οἷον Ὁμηρικῶν στίχων ἀκεφάλων, καὶ τραγικῶν σολοικισμῶν, καὶ τῶν ὑπ' Ἀρχιλόχου πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀκολάστως εἰρημένων, ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος· ἆρ' οὐκ ἔστι τῆς τραγικῆς κατάρας ἄξιος,

Ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς ;

καὶ ἄνευ τῆς κατάρας, ἀπρεπὴς καὶ ἀνωφελὴς ὁ θησαυρισμὸς αὐτοῦ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων· ὥσπερ ἡ πόλις, ἣν ἐκ τῶν κακίστων καὶ ἀναγωγοτάτων οἰκίσας ὁ Φίλιππος, Πονηρόπολιν προσηγόρευσεν. Οἱ τοίνυν πολυπράγμονες, οὐ στίχων, οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀστοχήματα καὶ πλημμελήματα καὶ σολοικισμοὺς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμουσότατον καὶ ἀτερπέστατον κακῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιφέρουσιν. Ὥσπερ οὖν ἐν Ῥώμῃ τινὲς τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας καὶ νὴ Δία τὰ κάλλη τῶν ὠνίων παίδων καὶ γυναικῶν ἐν μηδενὶ λόγῳ τιθέμενοι, περὶ τὴν τῶν τεράτων ἀγορὰν ἀναστρέφονται, τοὺς ἀκνήμους καὶ τοὺς γαλεάγκωνας καὶ τοὺς τριοφθάλμους καὶ τοὺς στρουθοκεφάλους καταμανθάνοντες, καὶ ζητοῦντες, εἴ τι γεγένηται

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον τέρας·

ἀλλ' ἐὰν συνεχῶς τις ἐπάγῃ τοῖς τοιούτοις αὐτοὺς θεάμασι, ταχὺ πλησμονὴν καὶ ναυτίαν τὸ πρᾶγμα παρέξει· οὕτως οἱ τὰ περὶ τὸν βίον ἀστοχήματα καὶ γενῶν αἴσχη καὶ διαστροφάς τινας ἐν οἴκοις ἀλλοτρίοις καὶ πλημμελείας πολυπραγμονοῦντες, τῶν πρώτων ἀναμιμνησκέτωσαν ἑαυτοὺς, ὅτι χάριν καὶ ὄνησιν οὐδεμίαν ἤνεγκε.

11. Μέγιστον μέντοι πρὸς τὴν τοῦ πάθους ἀποτροπὴν ὁ ἐθισμὸς, ἐὰν πόρρωθεν ἀρξάμενοι γυμνάζωμεν ἑαυτοὺς καὶ διδάσκωμεν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐγκράτειαν· καὶ γὰρ ἡ αὔξησις ἔθει γέγονε, τοῦ νοσήματος

mulieribus impetu ferri ad inclusam unam atque sumptuosam, sæpenumero etiam deformem, extremæ est dementiæ. Atqui eadem est ratio curiosorum. Omissis namque pulchris multis spectaculis, auditionibus, scholis, disputationibus, aliorum litteras resignant, aures parietibus vicinorum applicant, et cum servis eorum atque mulierculis susurros miscent : plerumque id non sine periculo, semper cum turpitudine.

X. Proinde ut quam fieri potest maxime a vitio suo abducantur curiosi, utile erit ipsis, si præterita in memoriam sibi revocent. Nam quo pacto Simonides dicebat *se duas suas cistas, temporis certi decursu, aperientem, invenire eam quæ præmiorum est, semper plenam, quæ beneficiorum, semper vacuam reperire ;* ita si quis interposito temporis spatio penum suæ curiositatis inspiceret, inveniens eam multis inutilibus, vanis, atque injucundis plenam rebus, nimirum ipsa re offensum iri arbitror, quæ se ita plane molestam futilemque declararet. Nonne enim si quis veterum scripta evolvens, pessima quæque ex iis excerperet, librumque conderet, in quo capite carentes Homeri versus, tragicos solœcismos, et Archilochi in mulieres indecenter ac fœde dicta, quibusis sese ostentui præbuit, complecteretur : is dignus videretur tragica ista imprecatione :

Pereas, hominum calamitates male colligens ?

Et, exsecratione etiam dempta, turpis et inutilis esset iste alienorum peccatorum thesaurus : similisque ejus urbis, quam Philippus pessimis et contumacissimis a se frequentatam hominibus, Poneropolin (id est urbem malorum) nominavit. At vero curiosi non carminum, non poematum, sed vitarum lapsus, mendas, et solœcismos colligentes, archivum a Musis et Gratiis alienissimum, memoriam suam circumferunt. Sunt Romæ qui picturis, statuis, pulchritudine adeo puerorum venalium et mulierum spreta, in foro monstrorum obversentur, et quærant si qui sint vitiosis tibiis aut cubitis, tribus oculis, aut struthionis capite præditi, denique an sit aliquod natum e

Mixtis naturis monstrum abominabile :

quos tamen si frequenter ad hæc adducerentur spectacula, mox satietas et nausea invaderet. Eodem modo qui vitæ infortunia, turpitudinesque gentium et corruptelas, et peccata alienarum familiarum curiose colligunt, recordentur illorum primo loco observatorum, sentiantque nihil ea sibi gratiæ, nihil utilitatis attulisse.

XI. Maximum ad hujus vitii propulsationem momentum affert assuefactio, si eminus orsi condocefaciamus nos et paremus ad hanc continentiam : quando consuetudine etiam id morbi augetur, ac sensim ulterius

κατὰ μικρὸν εἰς τὸ πρόσω χωροῦντος· ὃν δὲ τρόπον, εἰσόμεθα περὶ τῆς ἀσκήσεως ὁμοῦ διαλεγόμενοι. Πρῶτον μὲν οὖν ἀπὸ τῶν βραχυτάτων καὶ φαυλοτάτων ἀρξώμεθα. Τί γὰρ χαλεπόν ἐστιν ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς ἐπὶ τῶν τάφων ἐπιγραφὰς μὴ ἀναγινώσκειν, ἢ τί δυσχερὲς ἐν τοῖς περιπάτοις τὰ κατὰ τῶν τοίχων γράμματα τῇ ὄψει παρατρέχειν, ὑποβάλλοντας αὑτοῖς, ὅτι χρήσιμον οὐδὲν, οὐδ' ἐπιτερπὲς, ἐν τούτοις γέγραπται· ἀλλ' ἐμνήσθη ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ φίλων ἄριστος ὅδε τις· καὶ πολλὰ τοιαύτης γέμοντα φλυαρίας· ἃ δοκεῖ μὲν οὐ βλάπτειν ἀναγινωσκόμενα, βλάπτει δὲ λεληθότως, τῷ μελέτην παρεμποιεῖν τοῦ ζητεῖν τὰ μὴ προσήκοντα. Καὶ καθάπερ οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας οὐκ ἐῶσιν ἐκτρέπεσθαι καὶ διώκειν πᾶσαν ὀδμὴν, ἀλλὰ τοῖς ῥυτῆρσιν ἕλκουσι καὶ ἀνακρούουσι, καθαρὸν αὐτῶν καὶ ἄκρατον φυλάττοντες τὸ αἰσθητήριον ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἵνα εὐτονώτερον ἐμφύηται τοῖς ἴχνεσι

Πελματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν·

οὕτω δεῖ τὰς ἐπὶ πᾶν θέαμα καὶ πᾶν ἄκουσμα τοῦ πολυπράγμονος ἐκδρομὰς καὶ περιπλανήσεις ἀφαιρεῖν καὶ ἀντισπᾷν ἐπὶ τὰ χρήσιμα φυλάττοντας. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀετοὶ καὶ οἱ λέοντες ἐν τῷ περιπατεῖν συστρέφουσιν εἴσω τοὺς ὄνυχας, ἵνα μὴ τὴν ἀκμὴν αὐτῶν καὶ τὴν ὀξύτητα κατατρίβωσιν· * οὕτω τὸ πολύπραγμον τοῦ φιλομαθοῦς ἀκμήν τινα καὶ στόμωμα νομίζοντες ἔχειν, μὴ καταναλίσκωμεν, μηδ' ἀπαμβλύνωμεν ἐν τοῖς χειρίστοις.

12. Δεύτερον τοίνυν ἐθιζώμεθα θύραν παριόντες ἀλλοτρίαν μὴ βλέπειν εἴσω, μηδὲ τῶν ἐντὸς ἐπιδράττεσθαι τῇ ὄψει, καθάπερ χειρὶ, τῇ περιεργίᾳ, ἀλλὰ τὸ τοῦ Ξενοκράτους ἔχωμεν πρόχειρον, ὃς ἔφη, μηδὲν διαφέρειν, ἢ τοὺς πόδας, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. Οὔτε γὰρ δίκαιον, οὔτε καλὸν, ἀλλ' οὐδὲ ἡδὺ τὸ θέαμα.

Δύσμορφα μέντοι τἄνδον εἰσιδεῖν, ξένε.

Τὰ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἐν ταῖς οἰκίαις, σκευάρια κείμενα, καὶ θεραπαινίδια καθεζόμενα, καὶ σπουδαῖον οὐδὲν, οὐδ' ἐπιτερπές· ἡ δὲ συνδιαστρέφουσα τὴν ψυχὴν παράβλεψις αὕτη καὶ παρατόξευσις αἰσχρὰ, καὶ τὸ ἔθος μοχθηρόν. Ὁ μὲν γὰρ Διογένης θεασάμενος εἰσελαύνοντα τὸν ὀλυμπιονίκην Διώξιππον ἐφ' ἅρματος, καὶ γυναικὸς εὐμόρφου θεωμένης τὴν πομπὴν, ἀποσπάσαι τὰς ὄψεις μὴ δυνάμενον, ἀλλ' ὑποβλέποντα καὶ παρεπιστρεφόμενον· Ὁρᾶτε, εἶπε, τὸν ἀθλητὴν ὑπὸ παιδισκαρίου τραχηλιζόμενον; Τοὺς δὲ πολυπράγμονας ἴδοις ἂν ὑπὸ παντὸς ὁμοίως θεάματος τραχηλιζομένους καὶ περιαγομένους, ὅταν ἔθος καὶ μελέτη γένηται τῆς ὄψεως αὐτοῖς πανταχοῦ διαφερομένης. Δεῖ δὲ, ὡς οἶμαι, μὴ, καθάπερ θεράπαιναν, ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ἀποπεμπομένην ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ πράγματα, συντυγχάνειν αὐτοῖς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν· εἶτα πάλιν κοσμίως ἐντὸς εἶναι τοῦ

progreditur. Modum hujus assuefactionis exponere placet. Ergo initium faciamus a vilissimis et minimis rebus. Quid enim mali est, in via non legere inscriptiones monumentorum, aut in ambulationibus litteras parietibus inscriptas visu prætercurrere? Si nobiscum cogitemus nihil hinc ad nos commodi oblectationisque rediturum, sed certos homines certorum hominum memoriam honorificam fecisse, ac scripsisse : *Amicorum iste fuit optimus*, ac quæ multæ aliæ istius generis sunt nugæ : quæ lectæ nihil videntur afferre damni, nocent tamen occulte, dum curam quærendi nihil ad nos pertinentia ingenerant. Et quemadmodum venatores non sinunt canes evagari aut quemvis odorem sectari, verum loris capita eorum sursum trahunt atque cohibent eos, sensumque ipsorum purum sincerumque ad rem sibi destinatam servant : nimirum ut vestigiis possint eo acrius inhærere, quando

Naribus indagant miserarum lustra ferarum :

sic oportet curiosi ad quævis spectacula et quasvis auditiones vagabundam excursionem inhibere, et ad utilia caute retrahere. Sicut enim aquilæ et leones inter ambulandum ungues intro avertunt, ne eorum aciem atterant : ita curiositatis acumen, quod habere videmur in studio cognoscendi, non debemus in vilissimis rebus retundere et hebetare.

XII. Secundum est proinde, ut assuescamus januam prætereuntes alienam non intro aspicere, neque ob curiositatem oculis, tanquam manu, quæ intus sunt apprehendere : habeamusque potius in promptu illud Xenocratis dictum : *Nihil interesse, pedesne quisquam an oculos in aliena domo ponat*. Nam neque justa, neque honesta, neque suavis adeo est ista inspectio.

Sunt intus, hospes, sane visu turpia.

Cernuntur quippe plerumque vasa jacentia, ancillæ sedentes, nihil serium, aut aspectu jucundum : verum obtutus iste et ejaculatio oculorum animum simul convertens, turpis est, morisque pravi. Diogenes cum videret Dioxippum ex Olympico certamine victorem curru invehentem, a muliercula formosa, quæ pompam spectabat, oculos non posse avellere, sed rejecto retro vultu eam intueri : *Videte*, inquit, *athletam, cui puella cervicem intorquet?* At curiosorum videas collum quovis spectaculo circumagi, quando ob studium et consuetudinem usquequaque eorum se oculi obvertunt. Debet autem, puto, sensus non instar petulantis ancillæ foras evagari, sed cum a mente emittitur ad res, celeriter eas percipere et renuntiare, deinde rursum

λογισμοῦ καὶ προσέχειν αὐτῷ. Νῦν δὲ συμβαίνει τὸ τοῦ Σοφοκλέους·

Ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι
πῶλοι βίᾳ φοροῦσιν·

αἱ μὴ τυχοῦσαι παιδαγωγίας, ὥσπερ λέγομεν, ὀρθῆς μηδ' ἀσκήσεως αἰσθήσεις, προεκτρέχουσαι καὶ συνεφελκόμεναι πολλάκις, εἰς ἃ μὴ δεῖ καταβάλλουσι τὴν διάνοιαν. Ὅθεν ἐκεῖνο μὲν ψεῦδός ἐστι, τὸ Δημόκριτον ἑκουσίως σβέσαι τὰς ὄψεις ἀπερεισάμενον εἰς ἔσοπτρον πυρωθὲν, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀνάκλασιν δεξάμενον, ὅπως μὴ παρέχωσι θόρυβον, τὴν διάνοιαν ἔξω καλοῦσαι πολλάκις, ἀλλ' ἐῶσιν ἔνδον οἰκουρεῖν καὶ διατρίβειν πρὸς τοῖς νοητοῖς, ὥσπερ παρόδιοι θυρίδες ἐμφραγεῖσαι· τοῦτο μέντοι παντὸς μᾶλλον ἀληθές ἐστιν, ὅτι τὴν αἴσθησιν ὀλίγα κινοῦσιν οἱ πλεῖστα τῇ διανοίᾳ χρώμενοι. Καὶ γὰρ τὰ μουσεῖα πορρωτάτω τῶν πόλεων ἱδρύσαντο, καὶ τὴν νύκτα προσεῖπον εὐφρόνην, μέγα πρὸς εὕρεσιν τῶν ζητουμένων καὶ σκέψιν ἡγούμενοι τὴν ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον.

13. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο χαλεπὸν καὶ δύσκολον, ἀνθρώπων λοιδορουμένων ἐν ἀγορᾷ καὶ κακῶς λεγόντων ἀλλήλους, μὴ προσελθεῖν· ἢ συνδρομῆς ἐπί τι πλειόνων γενομένης, μεῖναι καθήμενον· ἐὰν δ' ἀκρατῶς ἔχῃς, ἀπελθεῖν ἀναστάντα. Χρηστοῦ μὲν γὰρ οὐδενὸς, τοῖς πολυπραγμονοῦσιν ἀναμίξας σεαυτὸν, ἀπολαύσεις· μεγάλα δ' ὠφεληθήσῃ, τὸ πολύπραγμον ἀποστρέψας βίᾳ καὶ κολούσας, ὑπακούειν τῷ λογισμῷ συνεθιζόμενον. Ἐκ δὲ τούτου μᾶλλον ἐπιτείνοντα τὴν ἄσκησιν ὀρθῶς ἔχει, καὶ θέατρον ἀκροάματος εὐημεροῦντος παρελθεῖν, καὶ φίλους ἐπ' ὀρχηστοῦ τινος ἢ κωμῳδοῦ θέαν παραλαμβάνοντας διώσασθαι, καὶ βοῆς ἐν σταδίῳ γενομένης ἢ ἱπποδρόμῳ, μὴ ἐπιστραφῆναι. Καθάπερ γὰρ ὁ Σωκράτης παρῄνει φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων ὅσα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἀναπείθει, καὶ τῶν πομάτων ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας· οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς τῶν θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων φυλάττεσθαι καὶ φεύγειν ὅσα κρατεῖ καὶ προσάγεται τοὺς μηδὲν δεομένους. Ὁ δὲ Κῦρος οὐκ ἐβούλετο τὴν Πάνθειαν ἰδεῖν, ἀλλὰ τοῦ Ἀράσπου λέγοντος, ὡς ἄξιον θέας εἴη τὸ τῆς γυναικὸς εἶδος· * Οὐκοῦν, ἔφη, διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτῆς ἀφεκτέον· εἰ γὰρ ὑπὸ σοῦ πεισθεὶς ἀφικοίμην πρὸς αὐτὴν, ἴσως ἄν με πάλιν ἀναπείσειεν αὐτὴ καὶ μὴ σχολάζοντα φοιτᾶν, θεᾶσθαί τε καὶ παρακαθῆσθαι προέμενον πολλὰ τῶν σπουδῆς ἀξίων. Ὁμοίως οὐδ' Ἀλέξανδρος εἰς ὄψιν ἦλθε τῆς Δαρείου γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης εἶναι λεγομένης· ἀλλὰ πρὸς τὴν μητέρα φοιτῶν αὐτῆς, πρεσβῦτιν οὖσαν, οὐχ ὑπέμεινε τὴν νέαν καὶ καλὴν ἰδεῖν. Ἡμεῖς δὲ τοῖς φορείοις τῶν γυναικῶν ὑποβάλλοντες τὰ ὄμματα, καὶ τῶν θυρίδων ἐκκρεμαννύντες, οὐδὲν ἁμαρτάνειν δοκοῦμεν, οὕτως ὀλισθηρὰν καὶ ῥευστὴν εἰς ἅπαντα τὴν πολυπραγμοσύνην ποιοῦντες.

14. Ἔστι τοίνυν καὶ πρὸς δικαιοσύνης ἄσκησιν,

modeste intus cum ratione esse, eique parere. Nunc Sophocleum illud usu venit:

Hinc Ænianis effrenes pulli viri
feruntur indomito ore:

scilicet sensus non recte instituti atque condocefacti, frequenter excurrere occupant, animumque una trahunt in res nihil attinentes. Equidem falsum est, quod dicitur, Democritum sponte sua oculos exstinxisse, in ignitum speculum eos defigentem luminisque reflectionem accipientem; nimirum ne obturbarent, animum sæpe foras evocando, sed veluti fenestræ prospectus in viam obturatæ, intus eum manere sinerent, et immorari rebus sola mente cernendis. Id tamen verissimum est, qui mente plurimum utuntur, eos sensuum motu perparco uti. Nam et Musea longissime ab urbibus ædificabant, et noctem Euphronam dixerunt Græci (a bene intelligendo), ad considerationem et inventionem eorum quæ quæruntur, admodum conducere quietem aut alio abstrahentium vacuitatem rati.

XIII. Porro nec hoc quoque difficile aut arduum est, hominibus in foro mutuis conviciis se proscindentibus, non accedere: aut ubi concursus multorum aliquam ad rem fit, sede se sua continere: aut si hoc ob incontinentiam nequeas, surgere et domum abire. Nihil enim boni consequeris permiscendo te curiosis: magnam vero utilitatem percipies, curiositate per vim aversa et compressa, rationique obtemperare assuefacta. Exinde magis intendens exercitationem recte facies, si theatrum in quo aliquid cum applausu auditur prætereas, et amicos ad saltatoris aut comœdi alicujus spectaculum trahentes submoveas, ac vociferatione in stadio aut circo sublata, non movearis. Ut enim Socrates aiebat cavendos esse cibos, qui non esurientes ad edendum alliciunt, et potus qui faciunt ut non sitiens bibas: ita nobis fugienda sunt spectacula ista et auditiones, quæ nullo usu exigente nos ad se trahunt. Cyrus quidem Pantheam videre noluit, et Araspe dicente mulieri formam esse spectatu dignam, respondit: *Tanto magis ergo abstinendum; si enim nunc tibi parens ad eam veniam, fortassis ipsa rursum mihi persuaserit etiam cum otiosus non ero ad se ventitare, spectare, et assidere, multis rebus seriis neglectis.* Et Alexander Darii uxorem, quia formosissima dicebatur, noluit in suum venire conspectum: sed ad matrem ejus anum accedens, videre juvenem et pulchram non sustinuit. Nos lecticis mulierum oculos subjicientes, et eos a fenestris suspendentes, nihil peccare nobis videmur, adeo lubricam et ad omnia fluentem curiositatem facientes.

XIV. Proinde etiam ad justitiæ exercitationem fa-

ὑπερβῆναί ποτε λῆμμα δίκαιον, ἵνα πόῤῥω τῶν ἀδίκων ἐθίσῃς σεαυτὸν εἶναι· καὶ πρὸς σωφροσύνην ὁμοίως, ἀποσχέσθαι ποτὲ γυναικὸς ἰδίας, ἵνα μηδέποτε κινηθῇς ὑπ' ἀλλοτρίας. Τοῦτο δὴ τὸ ἔθος ἐπάγων τῇ πολυπραγμοσύνῃ, πειρῶ καὶ τῶν ἰδίων ἔνια παρακοῦσαί ποτε καὶ παριδεῖν, καὶ βουλομένου τινὸς ἀγγεῖλαί τι τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὑπερβαλέσθαι, καὶ λόγους περὶ σοῦ λελέχθαι δοκοῦντας ἀπώσασθαι. Καὶ γὰρ τὸν Οἰδίποδα τοῖς μεγίστοις κακοῖς ἡ περιεργία περιέβαλε· ζητῶν γὰρ ἑαυτὸν, ὡς οὐκ ὄντα Κορίνθιον, ἀλλὰ ξένον, ἀπήντησε τῷ Λαΐῳ, καὶ τοῦτον ἀνελὼν, καὶ τὴν μητέρα λαβὼν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ γυναῖκα, καὶ δοκῶν εἶναι μακάριος, πάλιν ἑαυτὸν ἐζήτει· καὶ τῆς γυναικὸς οὐκ ἐώσης, ἔτι μᾶλλον ἤλεγχε τὸν συνειδότα γέροντα, πᾶσαν προσφέρων ἀνάγκην· τέλος δὲ τοῦ πράγματος ἤδη περιφέροντος αὐτὸν τῇ ὑπονοίᾳ, καὶ τοῦ γέροντος ἀναβοήσαντος·

Οἴμοι πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν·

ὅμως ἐξημμένος ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ σφαδάζων ἀποκρίνεται·

Κἄγωγ' ἀκούειν· ἀλλ' ὅμως ἀκουστέον.

Οὕτω τις ἐστὶ γλυκύπικρος καὶ ἀκατάσχετος ὁ τῆς πολυπραγμοσύνης γαργαλισμὸς, ὥσπερ ἕλκος, αἱμάσσων ἑαυτὸν, ὅταν ἀμύσσηται. Ὁ δ' ἀπηλλαγμένος τῆς νόσου ταύτης καὶ φύσει πρᾶος, ἀγνοήσας τι τῶν δυσχερῶν, εἴποι ἄν·

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφή.

15. Διὸ καὶ πρὸς ταῦτα συνεθιστέον αὐτοὺς, ἐπιστολὴν κομισθεῖσαν μὴ ταχὺ μηδὲ κατεσπευσμένως λῦσαι· καθάπερ οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν, ἂν αἱ χεῖρες βραδύνωσι, τοῖς ὀδοῦσι τοὺς δεσμοὺς διαβιβρώσκοντες· ἀγγέλου ποθὲν ἥκοντος, μὴ προσδραμεῖν, μηδ' ἐξαναστῆναι· φίλου τινὸς εἰπόντος, Ἔχω σοί τι καινὸν εἰπεῖν πρᾶγμα· Μᾶλλον, εἴ τι χρήσιμον ἔχεις, ἢ ὠφέλιμον. Ἐμοῦ ποτε ἐν Ῥώμῃ διαλεγομένου, Ῥούστικος ἐκεῖνος, ὃν ὕστερον ἀπέκτεινε Δομετιανὸς τῇ δόξῃ φθονήσας, ἠκροᾶτο, καὶ διὰ μέσου στρατιώτης παρελθὼν ἐπιστολὴν αὐτῷ Καίσαρος ἐπέδωκε· γενομένης δὲ σιωπῆς, κἀμοῦ διαλιπόντος, ὅπως ἀναγνῷ τὴν ἐπιστολὴν, οὐκ ἠθέλησεν, οὐδ' ἔλυσε πρότερον, ἢ διεξελθεῖν ἐμὲ τὸν λόγον, καὶ διαλυθῆναι τὸ ἀκροατήριον· ἐφ' ᾧ πάντες ἐθαύμασαν τὸ βάρος τοῦ ἀνδρός. Ὅταν δέ τις οἷς ἔξεστι τρέφων τὸ πολύπραγμον, ἰσχυρὸν ἀπεργάσηται καὶ βίαιον, οὐκέτι ῥᾳδίως, πρὸς ἃ κεκώλυται φερομένου διὰ συνήθειαν, κρατεῖν δυνατός ἐστιν· ἀλλ' ἐπιστόλια παραλύουσιν οὗτοι φίλων, συνεδρίοις ἀποῤῥήτοις ἑαυτοὺς παραβάλλουσιν, ἱερῶν, ἃ μὴ θέμις ὁρᾷν, γίνονται θεαταὶ, τόπους ἀβάτους πατοῦσι, πράγματα καὶ λόγους βασιλικοὺς ἀνερευνῶσι.

16. Καίτοι τούς γε τυράννους, οἷς ἀνάγκη πάντα γινώσκειν, ἐπαχθεστάτους ποιεῖ τὸ τῶν λεγομένων ὤτων καὶ προσαγωγέων γένος. Ὠτακουστὰς μὲν οὖν πρῶτος

cit, aliquando capturam honestam omittere, ut longe abesse ab inhonestis assuescas: et ad temperantiam conducit, interdum propria abstinere uxore, ne unquam in aliena commoveare. Hunc morem in curiositatem introducens, conare etiam tuorum quædam aliquando surda aure prætermittere ac clausis oculis: et volentem aliquid de rebus domesticis nuntiare, differre, et quæ de te dicta videbuntur non admittere. Etenim Œdipum quidem curiositas in extremas conjecit calamitates. Quærens enim se ipsum, ut qui non Corinthius esset, sed peregrinus, Laio occurrit, eoque necato, matrem cum dote regni uxorem duxit: cumque videretur felix, rursum se ipsum quærebat, et prohibente uxore tanto magis examinavit senem totius rei conscium, omni necessitate urgens: tandem re jam ei suspicionem injiciente, et sene exclamante:

Heu! restat hoc nunc, dicere quod gravissimum est,

tamen affectu inflammatus atque tremiscens ait:

Mihique dirum auditu; sed tamen audiam.

Ita pruritus quidam est curiositatis dulcedini amarorem habens permixtum et effrenis, tanquam vulnus sibi ipsi sanguinem eliciens ubi sauciatur. Qui vero liberatus hoc morbo est, natura placidus, is ubi aliquid mali ignoravit, dicet secum:

Veneranda malorum oblivio, quantum sapis!

XV. Quare ad hoc etiam assuescendum est, et allatam epistolam non statim neque festinanter solvas: quod multi faciunt, manibus cunctantibus dentes vinculis injicientes, eaque morsu rumpentes: nuntio alicunde veniente, non accurras neque assurgas: amico aliquo dicente, *Habeo novi aliquid quod tibi dicam;* respondeas: *Malim utile aliquid et conducibile.* Ego cum aliquando Romæ dissererem, Rustico (quem postea Domitianus invidia gloriæ ejus impulsus interfecit) me audienti, interveniens miles epistolam a Cæsare missam tradidit: hic ego intermittere cum vellem orationem, ipsique spatium legendi litteras concedere, renuit ille, neque ante epistolam solvit, quam ego perorassem, et missa esset schola: omnibus viri gravitatem admirantibus. At vero ubi aliquis potentia et licentia præditus vitium curiositatis alit, idque vires et violentiam acquisivit, is jam non facile abstinere ab his, quibus ipsi interdictum est, potest: nam qui hoc modo sunt affecti, ii et epistolas resignant, et conciliis amicorum arcanis sese ingerunt, sacra quæ cerni ab ipsis est nefas intuentur, loca inaccessa calcant, res et sermones regum scrutantur.

XVI. Sane tyrannos, quibus omnia cognoscere est necesse, invisissimos reddit hoc genus hominum, qui auscultatores et delatores appellantur. Primus Darius

ἔσχεν ὁ νέος Δαρεῖος, ἀπιστῶν ἑαυτῷ, καὶ πάντας ὑφορώμενος καὶ δεδοικώς· τοὺς δὲ * προσαγωγίδας οἱ Διονύσιοι τοῖς Συρακουσίοις κατέμιξαν· ὅθεν ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων τούτους πρώτους οἱ Συρακούσιοι συλλαμβάνοντες ἀπετυμπάνιζον. Καὶ γὰρ τὸ τῶν συκοφαντῶν γένος ἐκ τῆς τῶν πολυπραγμόνων φρατρίας καὶ ἑστίας ἐστίν. Ἀλλ' οἱ μὲν συκοφάνται ζητοῦσιν, εἴ τις ἢ βεβούλευται κακὸν, ἢ πεποίηκεν· οἱ δὲ πολυπράγμονες καὶ τὰς ἀβουλήτους ἀτυχίας τῶν πέλας ἐλέγχοντες, εἰς μέσον ἐκφέρουσι. Λέγεται δὲ καὶ τὸν ἀλιτήριον ἐκ φιλοπραγμοσύνης κατονομασθῆναι τοπρῶτον· λιμοῦ γὰρ, ὡς ἔοικεν, Ἀθηναίοις ἰσχυροῦ γενομένου, καὶ τῶν ἐχόντων πυρὸν εἰς μέσον οὐ φερόντων, ἀλλὰ κρύφα καὶ νύκτωρ ἐν ταῖς οἰκίαις ἀλούντων, περιιόντες ἐτήρουν τῶν μύλων τὸν ψόφον, εἶτ' ἀλιτήριοι προσηγορεύθησαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τῷ συκοφάντῃ τοὔνομα γεγενῆσθαι· κεκωλυμένου γὰρ ἐκφέρειν τὰ σῦκα, μηνύοντες καὶ φαίνοντες τοὺς ἐξάγοντας, ἐκλήθησαν συκοφάνται. Καὶ τοῦτο οὖν οὐκ ἄχρηστόν ἐστιν ἐννοεῖν τοὺς πολυπράγμονας, ὅπως αἰσχύνωνται τὴν πρὸς τοὺς μισουμένους μάλιστα καὶ δυσχεραινομένους ὁμοιότητα καὶ συγγένειαν τοῦ ἐπιτηδεύματος.

minor auscultatores usurpavit, sibi ipsi non credens, omnesque habens suspectos atque metuens. Delatores (quos ipsi Prosagogidas nominabant) Dionysii inter Syracusanos sparserunt; quos quidem delatores conversione rerum facta primos arripuere Syracusani, et exquisito tympani supplicio affecerunt. Calumniatorum enim genus, e tribu et curia curiosorum est. Quanquam calumniatores tantum id scrutantur, an malum aliquis consilium ceperit, an aliquid flagitii perpetraverit: curiosi etiam calamitates quæ nolentibus acciderunt, exquirunt inque medium proferunt. Quin et aliterium (id est scelerosum) a curiositate principio aiunt invenisse. Narrant enim, penuria frumenti Athenis oborta, ita ut quibus esset triticum, ii id non in publicum promerent; sed domi suæ per noctem molerent; quosdam obambulasse qui molarum observarent strepitum, atque inde hoc nomen reportasse (quasi *molarios* si diceres: est enim *alein* Græcis molere). Similis est origo vocabuli Sycophanta (quem Latini delatorem, puto, dicunt). Eos enim sic appellabant, qui, cum prohibitum esset ficus exteris vendere, indicium de iis deferebant, qui foras ficus vendidissent. Atque hoc non inutile est considerari a curiosis, ut studii sui pudore afficiantur, quod ipsis cum invisissimis atque molestissimis hominibus ob similitudinem et cognationem rei est commune.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΠΛΟΥΤΙΑΣ.

1. Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης, ἐπαινούντων τινῶν ἄνθρωπον εὐμήκη καὶ μακρὰς ἔχοντα χεῖρας, ὡς πυκτικὸν, Εἴπερ, ἔφη, καθελεῖν ἔδει τὸν στέφανον κρεμάμενον. Τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν πρὸς τοὺς τὰ καλὰ χωρία καὶ τὰς μεγάλας οἰκίας καὶ τὸ πολὺ ἀργύριον ὑπερεκπεπληγμένους καὶ μακαρίζοντας· Εἴ γ' ἔδει πωλουμένην πρίασθαι τὴν εὐδαιμονίαν. Καίτοι πολλοὺς ἂν ἴδοι τις, οἳ μᾶλλον ἐθέλουσι πλουτεῖν καὶ κακοδαιμονοῦντες, ἢ μακάριοι γενέσθαι δόντες ἀργύριον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι γε χρημάτων ὤνιον ἀλυπία, μεγαλοφροσύνη, εὐστάθεια, θαῤῥαλεότης, αὐτάρκεια· τὸ πλουτεῖν οὐκ ἔστι τὸ πλούτου καταφρονεῖν, οὐδὲ τὸ τὰ περιττὰ κεκτῆσθαι τὸ μὴ δεῖσθαι τῶν περιττῶν.

2. Τίνος οὖν ἀπαλλάττει τῶν ἄλλων κακῶν ὁ πλοῦτος, εἰ μηδὲ φιλοπλουτίας; Ἀλλὰ ποτῷ μὲν ἔσβεσαν τὴν [τοῦ] ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφῇ τὴν [τῆς] τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο· κἀκεῖνος ὁ λέγων,

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρτα γὰρ ῥιγῶ,

πλειόνων ἐπιφερομένων, δυσανασχετεῖ καὶ διωθεῖται· φιλαργυρίαν δ' οὐ σβέννυσιν ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον, οὐδὲ πλεονεξία παύεται κτωμένη τὸ πλέον. Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν πρὸς τὸν πλοῦτον, ὡς πρὸς ἰατρὸν ἀλαζόνα·

Τὸ φάρμακόν σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ·

ἄρτου δεομένους καὶ οἴκου καὶ σκέπης μετρίας, καὶ τοῦ τυχόντος ὄψου παραλαβὼν, ἐμπέπληκεν ἐπιθυμίας

DE CUPIDITATE DIVITIARUM.

I. Hippomachus alipta, quibusdam hominem procerum longisque manibus præditum laudantibus, tanquam ad pugillationem aptum: *Sane*, inquit, *si corona in sublimi suspensa foret detrahenda.* Idem hoc usurpare licet de iis qui pulchros fundos, et amplas domos, argentique copiam cum stupore admirantur, inque his felicitatem ponunt: *Sane, si quidem venalem beatitatem emere oporteret.* Et multos videas qui divites juxtaque miseri esse malint, quam pecunia impensa felices fieri. Atqui non est venalis argento vacuitas doloris, magnanimitas, constantia, confidentia, vita tota ex sese apta: divitiæ non sunt contemptus opum; neque supervacanearum possessio rerum est supervacanea non requirere.

II. Quo autem alio malo divitiæ liberent, si ne cupiditatem quidem divitiarum tollunt? Sane potu bibendi appetitus exstinguitur, et cibus cibi desiderio medetur; et is qui dicit:

Da pallium Hipponacti, nam valde algeo,

si quis plures ingerat vestes, non ferat, sed rejiciat. At avaritiam neque argentum neque aurum exsaturat, neque auctis opibus aboletur. Sed dici potest de divitiis, id quod in medicum gloriosum dictum est:

Tuum remedium morbum graviorem facit.

Quippe nos qui pane opus habebamus, domoque et operculo modico ac qualicumque obsonio, nactus imple-

χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ἐλέφαντος, καὶ σμαράγδων, καὶ κυνῶν καὶ ἵππων, εἰς χαλεπὰ καὶ σπάνια καὶ δυσπόριστα καὶ ἄχρηστα μεταθεὶς ἐκ τῶν ἀναγκαίων τὴν ὄρεξιν. Ἐπεὶ τῶν γε ἀρκούντων οὐδεὶς πένης ἐστίν· οὐ δεδάνειστai πώποτε ἀργύριον ἄνθρωπος, ἵνα ἄλφιτα πρίηται, ἢ τυρὸν, ἢ ἄρτον, ἢ ἐλαίας· ἀλλὰ τὸν μὲν οἰκία πολυτελὴς χρεωφειλέτην πεποίηκε· τὸν δὲ ὁμοροῦν ἐλαιόφυτον, * τὸν δὲ σιτῶνες, ἀμπελῶνες, ἄλλον ἡμίονοι Γαλατικαὶ, ἄλλον ἵπποι ζυγοφόροι

Κεῖν' ὄχεα κροτέοντες

ἐνσεσείκασιν εἰς βάραθρα συμβολαίων καὶ τόκων καὶ ὑποθηκῶν. Εἶτα ὥσπερ οἱ πίνοντες μετὰ τὸ μὴ διψῆν, ἢ ἐσθίοντες μετὰ τὸ μὴ πεινῆν, καὶ ὅσα διψῶντες ἢ πεινῶντες ἔλαβον προσεξεμοῦσιν· οὕτως οἱ τῶν ἀχρήστων ἐφιέμενοι καὶ περιττῶν, οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων κρατοῦσιν. Οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοι.

3. Τοὺς δὲ μηδὲν ἀποβάλλοντας, ἔχοντας δὲ πολλὰ, πλειόνων δ' ἀεὶ δεομένους, ἔτι μᾶλλον θαυμάσειεν ἄν τις τοῦ Ἀριστίππου μεμνημένος. Ἐκεῖνος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μέν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρούμενος δὲ μηδέποτε, πρὸς τοὺς ἰατροὺς βαδίζει, καὶ πυνθάνεται, τί τὸ πάθος, καὶ τίς ἡ διάθεσις, καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγείη· εἰ δέ τις ἔχων πέντε κλίνας, δέκα ζητεῖ, καὶ κεκτημένος δέκα τραπέζας, ἑτέρας συνωνεῖται τοσαύτας, καὶ χωρίων πολλῶν παρόντων, καὶ ἀργυρίου, οὐ γίνεται μεστὸς, ἀλλὰ ἐπ' ἄλλα συντέταται καὶ ἀγρυπνεῖ, καὶ ἀπλήρωτός ἐστι πάντων, οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος, καὶ δείξοντος, [ἀφ' ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν. Καίτοι τῶν διψώντων τὸν μὲν οὐ πεπωκότα, προσδοκήσειεν ἄν τις ἀπαλλαγήσεσθαι πιόντα τοῦ διψῆν· τὸν δὲ πίνοντα συνεχῶς καὶ μὴ παυόμενον, οὐ πληρώσεως, ἀλλὰ καθάρσεως οἰόμεθα δεῖσθαι· καὶ κελεύομεν ἐμεῖν, [ὡς] οὐχ ὑπ' ἐνδείας ὀχλούμενον, ἀλλά τινος δριμύτητος ἢ θερμότητος αὐτῷ παρὰ φύσιν ἐνούσης· οὐκοῦν καὶ τῶν ποριζόντων ὁ μὲν ἐνδεὴς καὶ ἄπορος, παύσεται ἴσως ἑστίαν κτησάμενος, ἢ θησαυρὸν εὑρὼν, ἢ φίλου βοηθήσαντος, ἐκτίσας καὶ ἀπαλλαγεὶς τοῦ δανειστοῦ· τὸν δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν ἔχοντα, καὶ πλειόνων ὀρεγόμενον, οὐ χρυσίον ἐστὶν, οὐδ' ἀργύριον τὸ θεραπεῦον, οὐδ' ἵπποι καὶ πρόβατα καὶ βόες, ἀλλ' ἐκβολῆς δεῖται καὶ καθαρμοῦ. Πενία γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀπληστία, τὸ πάθος αὐτοῦ, καὶ φιλοπλουτία, διὰ κρίσιν φαύλην καὶ ἀλόγιστον ἐνοῦσαν· ἣν ἂν μή τις ἐξέληται τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἕλιγμα πλάγιον, οὐ παύσονται δεόμενοι τῶν περιττῶν, τουτέστιν ἐπιθυμοῦντες ὧν οὐ δέονται.

4. Ὅταν ἰατρὸς εἰσελθὼν πρὸς ἄνθρωπον ἐρριμμένον ἐν τῷ κλινιδίῳ, καὶ στένοντα, καὶ μὴ βουλόμενον τροφὴν λαβεῖν, ἅψηται καὶ ἀνακρίνῃ καὶ εὕρῃ μὴ πυρέττοντα· Ψυχικὴ νόσος, ἔφη, καὶ ἀπῆλθεν· οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ὅταν ἴδωμεν ἄνδρα τῷ πορισμῷ προστετηκότα καὶ τοῖς ἀναλώμασιν ἐπιστένοντα, καὶ μηδενὸς εἰς χρηματισμὸν [συντελοῦντος αἰσχροῦ, μηδ' ἀνιαροῦ

vit concupiscentia auri, argenti, eboris, smaragdorum, canum, equorum, appetitu a rebus necessariis ad difficilia, rara, magno labore paranda, et inutilia averso. Etenim rerum ad vitam tolerandam sufficientium nemo est pauper : neque unquam fenore argentum sumpsit homo ut emeret farinam, caseum, panem, olivas; sed alium sumptuosa domus debitorem fecit, alium olivetum finitimum, alium granaria, vineæ, alium mulæ Galaticæ, alios jugales equi

Pulsantes vanos curru

præcipitaverunt in voraginem contractuum, fenorum, pignorum : post, sicut qui post exstinctam sitim bibunt, et edunt postquam fames sublata fuit, una evomunt quæ esurientes et sitientes ingesserant : ita qui inutilia appetunt atque otiosa, ne necessaria quidem retinent. Hi quidem tales sunt.

III. Qui vero nihil amittunt, sed cum habeant multa, plura semper desiderant, eos magis etiam miretur aliquis, Aristippi memor. Solebat enim is dicere, Si quis multa edens, multa bibens, nunquam saturaretur, eum ad medicos iturum, et interrogaturum, qualis hic morbus, quæ affectio, quis sanandi modus esset : si quis autem quinque habens culcitras, decem requireret, et decem mensas possidens, alias totidem coemeret, multisque prædiis, multo argento parto non expleretur, sed ad alia paranda se intenderet, vigilaret, neque ullis rebus ei satisfieret, eum non putare sibi medico opus esse, qui causam hujus affectionis ostenderet. Atqui sitientem qui nondum biberit, spes est potu sitim aboliturum : qui vero continenter bibens sitire non desinat, non impletione, sed purgatione censemus opus habere : et vomere jubemus, quia non indigentia eum vexet, sed acrimonia aut calor aliquis contra naturam inhærens. Eodem ergo modo de his qui in rebus comparandis sunt, pauperem et indigum apparet finem facturum, si domum nactus fuerit, aut thesaurum invenerit, aut amico opitulante debitum persolverit creditorique satisfecerit. Qui vero plura necessariis possidens plura expetit, eum non aurum et argentum, non equi, oves, boves sanare possunt, sed ejectu opus habet ac purgatione. Non enim pauperie laborat, sed inexplebili avaritia, ob pravam et rationis expertem opinionem inhærentem animo : quam nisi quis evellat, tanquam obliquum nodum, nunquam desinet appetere supervacanea : hoc est, concupiscere quæ nihil attinent.

IV. Medicus si intret ad hominem in grabato jacentem, gementem, et cibum aversantem, si tetigerit ac inquisiverit omnia, et febre eum vacare deprehenderit, fatus animi esse morbum discedet. Nos quoque cum videbimus hominem rei faciendæ prorsus deditum, gementem cum sumptus facit, nulla re turpi, nulla mo-

φειδόμενον, οἰκίας δ' ἔχοντα καὶ χώρας καὶ ἀγέλας καὶ ἀνδράποδα σὺν ἱματίοις, τί φήσομεν τὸ πάθος εἶναι τοῦ ἀνθρώπου, ἢ πενίαν ψυχικήν; Ἐπεὶ τήν γε χρηματικὴν, ὥς φησιν ὁ Μένανδρος, εἷς ἂν φίλος ἀπαλλάξειεν εὐεργετήσας· τὴν δὲ ψυχικὴν ἐκείνην οὐκ ἂν ἐμπλήσειαν ἅπαντες, οὔτε ζῶντες, οὔτ' ἀποθανόντες. Ὅθεν εὖ πρὸς τούτους λέλεκται ὑπὸ τοῦ Σόλωνος·

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν.

Ἐπεὶ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται, καὶ τὸ τέρμα πάρεστι τῆς χρείας καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς φιλαργυρίας ἴδιον· ἐπιθυμία γάρ ἐστι μαχομένη πρὸς τὴν αὐτῆς πλήρωσιν· αἱ δ' ἄλλαι καὶ συνεργοῦσιν· οὐδεὶς γοῦν ἀπέχεται χρηστὸς ὄψου, διὰ φιλοψίαν, οὐδ' οἴνου, δι' οἰνοφλυγίαν, ὡς χρημάτων ἀπέχονται διὰ φιλοχρηματίαν. Καίτοι πῶς οὐ μανικὸν οὐδ' οἰκτρὸν τὸ πάθος, εἴ τις ἱματίῳ μὴ χρῆται διὰ τὸ ῥιγοῦν, μηδ' ἄρτῳ διὰ τὸ πεινῆν, μηδὲ πλούτῳ διὰ τὸ φιλοπλουτεῖν; Ἀλλ' ἐν τοῖς Θρασωνίδου κακοῖς ἐστιν·

* Παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ'

(ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶν τις)

οὐ ποιῶ δέ·

κατακλείσας δὲ πάντα καὶ κατασφραγισάμενος, καὶ ἀπαριθμήσας τοκισταῖς καὶ πραγματευταῖς, ἄλλα συνάγω καὶ διώκω· καὶ ζυγομαχῶ πρὸς τοὺς οἰκέτας, πρὸς τοὺς γεωργοὺς, πρὸς τοὺς χρεώστας·

Ἄπολλον, ἀνθρώπων τίν' ἀθλιώτερον
ἑόρακας; ἆρ' ἐρῶντα δυσποτμώτερον;

5. Ὁ Σοφοκλῆς ἐρωτηθεὶς, εἰ δύναται γυναικὶ πλησιάζειν· Εὐφήμει, ἄνθρωπε, εἶπεν, ἐλεύθερος γέγονα, λυττῶντας καὶ ἀγρίους δεσπότας διὰ τὸ γῆρας ἀποφυγών. Χάριεν γὰρ ἅμα ταῖς ἡδοναῖς συνεκλιπεῖν τὰς ἐπιθυμίας, ἅς μήτ' ἄνδρα φησὶν Ἀλκαῖος διαφυγεῖν, μήτε γυναῖκα. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς φιλοπλουτίας· ἀλλ' ὥσπερ βαρεῖα καὶ πικρὰ δέσποινα, κτᾶσθαι μὲν ἀναγκάζει, χρῆσθαι δὲ κωλύει· καὶ τὴν μὲν ἐπιθυμίαν ἐγείρει, τὴν δὲ ἡδονὴν ἀφαιρεῖται. Τοὺς μὲν οὖν Ῥοδίους ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτεν εἰς πολυτέλειαν, οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους· οἱ δὲ φιλάργυροι κτῶνται μὲν ὡς πολυτελεῖς, χρῶνται δὲ ὡς ἀνελεύθεροι· καὶ τοὺς μὲν πόνους ὑπομένουσι, τὰς δὲ ἡδονὰς οὐκ ἔχουσιν. Ὁ γοῦν Δημάδης ἐπιστὰς ἀριστῶντι ποτὲ Φωκίωνι, καὶ θεασάμενος αὐτοῦ τὴν τράπεζαν αὐστηρὰν καὶ λιτήν· Θαυμάζω σε, ὦ Φωκίων, εἶπεν, ὅτι, οὕτως ἀριστᾶν δυνάμενος, πολιτεύῃ. Αὐτὸς γὰρ εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει, καὶ τὰς Ἀθήνας μικρὸν ἡγούμενος τῆς ἀσωτίας ἐφόδιον, ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπεσιτίζετο· καὶ διὰ τοῦτο Ἀντίπατρος εἶπε, θεασάμενος αὐτὸν γέροντα, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, μηδὲν ἔτι λοιπὸν, ἢ

lesta abstinentem quæ ad lucrum conducat, possidentem domos, prædia, greges, servos, vestes, quo alio morbo laborare dicemus, quam paupertate animi? Nam pecuniariam paupertatem, ut ait Menander, unus aliquis amicus beneficus sanaverit: animo inhærentem illam non exsaturaverint omnes et vivi et mortui. Recte adeo in hos Solon dixit:

Divitiarum homini finis non ulla statuta est.

Quippe qui sana sunt mente, iis naturæ divitiæ definitæ sunt, terminusque adest usu tanquam centro et circino circumscriptus. Peculiare hoc est amori divitiarum, quod hæc cupiditas pugnat contra sui impletionem, ad quam reliquæ momentum afferunt: nemo enim obsoniorum cupidus, propterea obsonio abstinet, neque vino quia vinosus: pecunia avari ob amorem pecuniæ abstinent. Atqui non sit hæc insana et miserabilis animi affectio, propter frigus veste, propter famem pane, propter avaritiam pecunia non uti? Est hoc de Thrasonidæ malis. *Apud me* (inquit) *intus est, licet uti, et volo* (ut qui insanissime amant), *non facio autem*: ergo cum concluserim omnia, et obsignaverim et numeraverim feneratoribus ac negotiatoribus, alia colligo, et sector, et certo cum servis, cum colonis, cum debitoribus. *Apollo, an unquam vidisti hominem infeliciorem, aut qui miserius amaret?*

V. Sophocles interrogatus, uteretur ne rebus venereis: *Bona verba*, inquit, *homo*; *liber sum, ob senectam a furioso et agresti domino profugi.* Est enim scitum simul cum voluptatibus etiam concupiscentias dimittere, quas Alcæus ait *neque virum subterfugere neque mulierem.* Hoc vero in avaritia locum non habet: quæ veluti molesta et morosa hera parare cogit, frui prohibet: et concupiscentiam cum excitet, voluptatem adimit. Stratonicus Rhodiorum luxum subsannans, *ædificare* eos aiebat *tanquam immortales, et obsonari ut breve tempus victuros.* Avari autem in parandis rebus sumptuosorum similes, partis utuntur ut sordidi: ac labores quidem sustinent, voluptates autem non percipiunt. Demades cum aliquando prandenti Phocioni supervenisset, videretque mensam ejus tetricam et parcam: *Miror*, inquit, *te, qui sic prandere possis, rempublicam tractare.* Ipse enim ventrem suis actionibus in republica procurabat suum: et, quod Athenas exiguum putaret suæ luxuriæ viaticum, e Macedonia præterea commeatum petebat. Itaque Antipater cum eum vidisset jam senem, dicebat: *Demadis tanquam confectæ victimæ nihil superesse præter ventrem et linguam.* Te

τὴν γλῶσσαν εἶναι καὶ τὴν κοιλίαν. Σὲ δ' οὐκ ἄν τις, ὦ κακόδαιμον, θαυμάσειεν, εἰ δυνάμενος οὕτω ζῆν ἀνελευθέρως καὶ ἀπανθρώπως καὶ ἀμεταδότως, καὶ πρὸς φίλους ἀπηνῶς, καὶ πρὸς πόλιν ἀφιλοτίμως, κακοπαθεῖς καὶ ἀγρυπνεῖς, καὶ ἐργολαβεῖς, καὶ κληρονομεῖς, καὶ ὑποπίπτεις, τηλικοῦτον ἔχων τῆς ἀπραγμοσύνης ἐφόδιον, τὴν ἀνελευθερίαν; Βυζάντιόν τινα λέγουσιν ἐπὶ δυσμόρφῳ γυναικὶ μοιχὸν εὑρόντα εἰπεῖν· Ὦ ταλαίπωρε, τίς ἀνάγκη, σαπραγόρα προίξ. Ἄγε σὺ κυκᾷς, ὑφάπτεις, ὦ πονηρὲ, τοὺς βασιλεῖς πορίζεσθαι δεῖ, τοὺς ἐπιτρόπους τῶν βασιλέων, τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι πρωτεύειν καὶ ἄρχειν ἐθέλοντας· ἐκείνοις ἀνάγκη διὰ τὴν φιλοτιμίαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὴν κενὴν δόξαν ἑστιῶσιν, χαριζομένοις, δορυφοροῦσι, δῶρα πέμπουσι, στρατεύματα τρέφουσι, μονομάχους ὠνουμένοις· σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις, καὶ ταράττεις καὶ στροβεῖς σεαυτὸν, κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν, καὶ τὰ δυσχερῆ πάντα ὑπομένεις, οὐδὲν εὖ πάσχων, ὥσπερ ὄνος βαλανέως ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδ' ἀλέας, μηδὲ καθαριότητος.

6. Καὶ ταῦτα πρὸς τὴν ὀνώδη καὶ μυρμηκώδη λέγω ταύτην φιλοπλουτίαν. Ἑτέρα δέ ἐστιν ἡ θηριώδης, συκοφαντοῦσα, καὶ κληρονομοῦσα, καὶ παραλογιζομένη, καὶ πολυπραγμονοῦσα, καὶ φροντίζουσα, καὶ ἀριθμοῦσα τῶν φίλων ἔτι πόσοι ζῶσιν, εἶτα πρὸς μηδὲν ἀπολαύουσα τῶν πανταχόθεν προσπεπορισμένων. Ὥσπερ οὖν ἐχίδνας καὶ κανθαρίδας καὶ φαλάγγια μᾶλλον προβαλλόμεθα καὶ δυσχεραίνομεν ἄρκτων καὶ λεόντων, ὅτι κτείνει καὶ ἀπόλλυσιν ἀνθρώπους μηδὲν χρώμενα τοῖς ἀπολλυμένοις ὑπ' αὐτῶν· οὕτω δεῖ μᾶλλον δυσχεραίνειν τῶν δι' ἀσωτίαν τοὺς διὰ μικρολογίαν καὶ ἀνελευθερίαν πονηρούς. Ἀφαιροῦνται γὰρ ἄλλων, οἷς αὐτοὶ χρῆσθαι μὴ δύνανται, * μηδὲ πεφύκασιν. Ὅθεν ἐκεῖνοι μὲν ἐκεχειρίαν ἄγουσιν, ἐν ἀφθόνοις γενόμενοι, καὶ χορηγίαν ἔχοντες· ὥσπερ ὁ Δημοσθένης ἔλεγε πρὸς τοὺς νομίζοντας τῆς πονηρίας τὸν Δημάδην πεπαῦσθαι· Νῦν γὰρ, ἔφη, μεστὸν ὁρᾶτε, καθάπερ τοὺς λέοντας· τοῖς δ' εἰς μηδὲν ἡδὺ μηδὲ χρήσιμον πολιτευομένοις οὐκ ἔστιν ἀνακωχὴ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐδ' ἀσχολία, κενοῖς οὖσιν ἀεὶ καὶ προσδεομένοις ἁπάντων.

7. Ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει τις, ὅτι παισὶν οὗτοι καὶ κληρονόμοις φυλάττουσι καὶ θησαυρίζουσιν, οἷς ζῶντες οὐδὲν μεταδιδόασιν· ἀλλ' ὥσπερ τῶν μυῶν τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις τὴν χρυσῖτιν ἐσθιόντων, οὐκ ἔσται τοῦ χρυσίου μεταλαβεῖν, εἰ μὴ νεκρῶν γενομένων καὶ ἀνατμηθέντων. Παισὶ δὲ καὶ κληρονόμοις διὰ τί βούλονται πολλὰ χρήματα καὶ μεγάλην οὐσίαν ἀπολιπεῖν; Ἵνα δηλονότι καὶ οὗτοι φυλάττωσιν ἑτέροις, κἀκεῖνοι παισίν· ὥσπερ οἱ κεραμεοῖ σωλῆνες, οὐδὲν ἀναλαμβάνοντες εἰς ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἕκαστος εἰς ἕτερον ἐξ ἑαυτοῦ μεθιείς· ἄχρις ἄν τις ἔξωθεν, ἢ συκοφάντης, ἢ τύραννος, ἐκκόψας τὸν φυλάττοντα καὶ κατάξας ἀλλαχόσε

vero, o miser, quis non miretur, qui cum possis vivere tam illiberaliter, inhumaniter, qui neminem ulla re impertias, et erga amicos tam sis durus, neque ullam in civitatem exerceas munificentiam : tamen te afflictes, vigiles, conducas opera, hæreditates cernas, omnibus te rebus submittas, tantam habens ad vivendum absque negotiis occasionem, illiberalitatem? Byzantium ferunt, cum adulterum cum uxore sua deformi comprehendisset, dixisse : *O miser, quæ necessitas te huc adegit? Mihi necessitatis solatium est dos.* Tu vero, improbe, quas male custodis opes,* reges necesse habent parare, et regii procuratores, ac qui in civitatibus principem tenere locum atque imperare volunt : his opus est parto, dum ambitione, jactantia, et inani ostentatione impulsi convivia præbent splendida, largiuntur, stipant, dona mittunt, milites alunt, gladiatores emunt. Tu vero, tot tantaque possidens, angis versasque te ipsum, cochleæ vitam ob sordes vivens, ac difficilia omnia perferens, nunquam consequeris ut bene sit tibi : et plane asinum balneatoris refers, qui ligna et malleolos identidem apportans, fumo semper et favilla oppletus, in nullam lavacri, caloris, munditiæque partem venit.

VI. Atque hæc dicta mihi sunt in asininam istam et formicariam divitiarum cupiditatem. Alia porro est belluina ac fera, quæ calumnias struit, hæreditates invadit, in fraudem inducit, sollicite inquirit ac numerat amicorum quot adhuc vivant : deinde ad nullam rem utitur bonis undique conquisitis. Ergo sicut viperas, cantharidas, et phalangia magis vituperamus atque odimus quam leones et ursos; quod illæ bestiæ homines interficiunt, neque interfectorum ullus iis est usus : ita majore digni sunt odio qui propter illiberalitatem et sordes mali sunt, quam qui propter intemperantiam : auferunt enim aliis ea illi quibus utendi nullam habent facultatem. Itaque hi quidem copia rerum parta ferias agunt, suppeditante luxuriæ materia : quomodo Demosthenes iis dixit, qui Demadem improbitati finem fecisse putabant : *Nunc eum plenum videri instar leonis.* Qui vero nulla voluptate, nullo usu proposito res agunt, eorum avaritia nullas admittit inducias, nullum otium, cum semper inanes sint et omnia desiderent.

VII. Dicat fortassis aliquis, liberis eos et hæredibus thesauros congerere, quibus viventes nihil dant; similes muribus qui in metallis chrysitidem (ea est terra glebulas auri permixtas habens) vorantes, aurum non reddunt nisi mortui et dissecti. Cur ergo liberis et hæredibus volunt multum pecuniæ et rem auctam relinquere? Scilicet ut hi quoque aliis hæc, rursumque illi suis servent filiis : instar figlinorum canalium, qui nihil in se retinent aquæ, sed unusquisque proximo a se eam tradit : nempe, donec extrinsecus sycophanta aliquis aut tyrannus, custode sublato, fractoque tubulo,

παρατρέψῃ καὶ παροχετεύσῃ τὸν πλοῦτον· ἢ, καθάπερ λέγουσιν, εἷς ὁ πονηρότατος ἐν τῷ γένει γενόμενος, καταφάγῃ τὰ πάντων· οὐ γὰρ μόνον, κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Ἀκόλαστα πάντῃ γίνεται δούλων τέκνα,

[ἀλλὰ] καὶ μικρολόγων· ὥς που καὶ Διογένης ἐπέσκωψεν, εἰπών· Μεγαρέως ἂν ἀνδρὸς βέλτιον εἶναι κριὸν, ἢ υἱὸν γενέσθαι. Καὶ γὰρ οὓς δοκοῦσι παιδεύειν, ἀπολλύουσι, καὶ προσδιαστρέφουσιν, ἐμφυτεύοντες τὴν αὑτῶν φιλαργυρίαν καὶ μικρολογίαν, ὥσπεροῦν τι φρούριον τῆς κληρονομίας ἐνοικοδομοῦντες τοῖς κληρονόμοις. Ταῦτα γάρ ἐστιν, ἃ παραινοῦσι καὶ διδάσκουσι· Κέρδαινε καὶ φείδου, καὶ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστι παιδεύειν, ἀλλὰ συστέλλειν καὶ ἀποῤῥάπτειν ὥσπερ βαλλάντιον, ἵνα στέγειν καὶ φυλάττειν τὸ εἰσβληθὲν δύνηται. Καίτοι τὸ μὲν βαλλάντιον, ἐμβληθέντος τοῦ ἀργυρίου, γίνεται ῥυπαρὸν καὶ δυσῶδες· οἱ δὲ τῶν φιλαργύρων παῖδες, πρὶν ἢ παραλαμβάνειν τὸν πλοῦτον, ἀναπίμπλανται τῆς φιλοπλουτίας ἀπ' αὐτῶν τῶν πατέρων. Καὶ μέντοι τῆς διδασκαλίας καὶ μισθοὺς ἀξίους ἀποτίνουσιν αὐτοῖς, οὐ φιλοῦντες, ὅτι πολλὰ λήψονται, ἀλλὰ μισοῦντες, ὅτι μήπω λαμβάνουσι· μηδὲν γὰρ ἄλλο θαυμάζειν, ἢ τὸν πλοῦτον, μαθόντες, μηδ' ἐπ' ἄλλῳ τινὶ ζῆν, ἢ τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι, κώλυσιν τοῦ ἰδίου βίου τὸν ἐκείνων ποιοῦνται, καὶ νομίζουσιν αὑτῶν ἀφαιρεῖσθαι τὸν χρόνον, ὅσον ἐκείνοις προστίθησι. Διὸ καὶ ζώντων μὲν ἔτι τῶν πατέρων, λανθάνοντες ἀμωσγέπως παρακλέπτουσι τῆς ἡδονῆς καὶ ἀπολαύουσιν, ὥσπερ ἀλλοτρίων μεταδιδόντες φίλοις, ἀναλίσκοντες εἰς ἐπιθυμίας, ἔτι ἀκούοντες καὶ μανθάνοντες. Ὅταν δ' ἀποθανόντων τὰς κλεῖς παραλάβωσι καὶ τὰς σφραγῖδας, ἕτερον βίου σχῆμα αὐτοῖς ἐστι, καὶ πρόσωπον ἀγέλαστον, αὐστηρὸν, ἀνέντευκτον· οὐ κολοφὼν, οὐ σφαῖρα, οὐ τραχηλισμὸς, οὐκ Ἀκαδημία, οὐ Λύκειον· ἀλλ' οἰκετῶν ἀνάκρισις, καὶ γραμματείων ἐπίσκεψις, καὶ πρὸς οἰκονόμους ἢ χρεώστας διαλογισμὸς,· καὶ ἀσχολία καὶ φροντὶς ἀφαιρουμένη τὸ ἄριστον, καὶ συνελαύνουσα νυκτὸς εἰς τὸ βαλανεῖον· γυμνάσια δὲ, οἷσιν ἐνετράφη, Δίρκης τε ὕδωρ παρώδευται· κἂν εἴπῃ τις, Οὐκ ἀκούσῃ τοῦ φιλοσόφου; Πόθεν ἐμοί; φησίν· οὐ σχολάζω, τοῦ πατρὸς τεθνηκότος. Ὦ ταλαίπωρε, τί σοι τοιοῦτο καταλέλοιπεν, οἷον ἀφήρηται, τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἐλευθερίαν; Μᾶλλον δ' οὐδ' ἐκεῖνος, ἀλλ' ὁ πλοῦτος περιχυθεὶς καὶ περικρατήσας, ὥσπερ ἡ παρ' Ἡσιόδῳ γυνὴ

* Εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν,

ὥσπερ ῥυτίδας ἀώρους, ἢ πολιὰς, ἐπαγαγὼν τῆς ψυχῆς τὰς φροντίδας ἐκ τῆς φιλαργυρίας καὶ τῆς ἀσχολίας, ὑφ' ὧν μαραίνεται τὸ γαῦρον καὶ τὸ φιλότιμον καὶ τὸ φιλάνθρωπον.

8. Τί οὖν, φήσει τις, οὐχ ὁρᾷς καὶ χρωμένους ἐνίους δαψιλῶς τοῖς χρήμασι; Σὺ δ' οὐκ ἀκούεις, φήσομεν,

alio derivet, avertatque divitias : aut, quod dici solet, unus in ea stirpe pessimus existat, qui bona reliquorum omnia devoret. Non enim servorum modo, quod Euripides aiebat, sed et avarorum filii fiunt intemperantes. Indicavit hoc salse Diogenes, *præstare* inquiens *arietem esse Megarensis viri quam filium.* Etenim avari dum hæredes suos instituere et informare moribus volunt, pervertunt eos atque perdunt, suam eis avaritiam et sordes inserentes, eamque quasi arcem et castellum tutandæ hæreditati aptum in animis eorum exædificantes. Hæc enim sunt quæ docent ac præcipiunt : *Lucrare, et parce, ac tanti te crede esse, quantum est quod possides.* Hoc vero non est erudire, sed stipare et consuere tanquam crumenam, ut continere ac servare possit quod injicitur. Quanquam crumena quidem injecto demum argento fit sordida et fœtida : avarorum filii antequam accipiant divitias, implentur paterna avaritia. Et quidem dignam disciplinæ suæ mercedem hi parentibus persolvunt, non amantes quod multa sint accepturi, sed infensi iis, quod non jam nunc accipiunt. Cum enim didicerint nihil aliud admirari quam divitias, neque alium finem propositum vitæ habere quam multa possidere, parentum vitam suæ impedimento esse existimant, et quantum iis accedit temporis, tantum sibi decedere. Itaque vivis etiamnum parentibus utcunque occulte aliquid voluptatis et fruitionis suffurantur, tanquam de alieno amicis aliquid largientes, et in suas cupiditates insumentes, doctoribus item et philosophis aliquid operæ tribuentes. Ubi vero mortuis parentibus claves sunt et sigilla adepti, ibi jam aliud vitæ initur genus, vultusque tristis et austerus, et non affabilis : non jam colophon, non pila, non lucta non Academia, non Lyceum : sed servorum examen, tabularum consideratio, cum dispensatoribus aut debitoribus collocutio, occupatio, sollicitudo privans prandio, et noctu in balneum agens · exercitationes autem a puero familiares, Dircesque aqua prætereuntur. Quod si quis dicat · Non audies philosophum? Qui possim, dicet? Non mihi vacat a morte patris. O te miserum! quid tantum tibi ille reliquit, quantum est quod tibi abstulit, otium inquam, et libertatem? Imo autem non ille hæc ademit, sed divitiæ circumfusæ et imperium in te nactæ, veluti Hesiodea illa mulier,

Urunt absque face, in crudam truduntque senectam :

tanquam rugas intempestivas, aut canos, animo inducentes sollicitudines et occupationes ex avaritia ortas, ob quæ elatio animi, ejusque liberales conatus et humanitatis studium concidunt atque tabescunt.

VIII. Quid ergo? dicet aliquis ; nonne vides quosdam suis opibus largiter uti? Tu autem, respondebi-

Ἀριστοτέλους λέγοντος, ὅτι οἱ μὲν οὐ χρῶνται, οἱ δὲ παραχρῶνται; καθάπερ οὐδ' ἑτέρου προσήκοντος· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐκ ὠφελεῖ τὸ οἰκεῖον οὐδὲ κοσμεῖ, τούτους δὲ καὶ βλάπτει καὶ καταισχύνει. Φέρε δὴ σκεψώμεθα τὸ πρῶτον. Ἡ χρῆσις αὐτη, δι' ἣν θαυμάζεται ὁ πλοῦτος, τίς; πότερον τῶν ἀρκούντων; Οὐδὲν πλέον ἔχουσιν οἱ πλούσιοι τῶν μέτρια κεκτημένων· ἀλλ' ἄπλουτος ὁ πλοῦτός ἐστιν, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄζηλος ἀληθῶς, εἰ Καλλίας πλουσιώτατος Ἀθηναίων, καὶ Ἰσμηνίας ὁ Θηβαίων εὐπορώτατος, ἐχρῶντο τούτοις, οἷς Σωκράτης καὶ Ἐπαμινώνδας. Ὡς γὰρ Ἀγάθων τὸν αὐλὸν ἀπέπεμψεν ἐκ τοῦ συμποσίου πρὸς τὰς γυναῖκας, οἰόμενος ἀρκεῖν τοὺς λόγους τῶν παρόντων· οὕτως ἀποπέμψειας ἂν καὶ στρωμνὰς ἁλουργοὺς, καὶ τραπέζας πολυτελεῖς, καὶ τὰ περιττὰ πάντα, τοὺς πλουσίους ὁρῶν χρωμένους, οἷς οἱ πένητες· οὐκ

Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν

ἀλλὰ χρυσοχόων καὶ τορευτῶν καὶ μυρεψῶν καὶ μαγείρων, καλῆς καὶ σώφρονος γενομένης ξενηλασίας τῶν ἀχρήστων. Εἰ δὲ τὰ μὲν ἀρκοῦντα κοινὰ καὶ τῶν πλουσίων [καὶ τῶν μὴ πλουσίων] ἐστὶ, σεμνύνεται δὲ ὁ πλοῦτος ἐπὶ τοῖς περισσοῖς· καὶ Σκόπαν τὸν Θεσσαλὸν ἐπαινεῖς, ὃς αἰτηθείς τι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς περιττὸν αὐτῷ καὶ ἄχρηστον· Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, τούτοις ἐσμὲν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τοῖς περιττοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις· ὅρα, μὴ πομπὴν ἐπαινοῦντι καὶ πανήγυριν μᾶλλον, ἢ βίον, ἔοικας. Ἡ πάτριος τῶν Διονυσίων ἑορτὴ τοπαλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς καὶ ἱλαρῶς, ἀμφορεὺς οἴνου καὶ κληματὶς, εἶτα τράγον τις εἷλκεν, ἄλλος ἰσχάδων ἄρριχον ἠκολούθει κομίζων, ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ φαλλός· ἀλλὰ νῦν ταῦτα παρορᾶται καὶ ἠφάνισται, χρυσωμάτων περιφερομένων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν καὶ ζευγῶν ἐλαυνομένων καὶ προσωπείων. Οὕτω τὰ ἀναγκαῖα τοῦ πλούτου καὶ χρήσιμα τοῖς ἀχρήστοις κατακέχωσται καὶ τοῖς περιττοῖς.

9. Οἱ δὲ πολλοὶ τὸ τοῦ Τηλεμάχου πάσχομεν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ ἀπειρίας, μᾶλλον δ' ἀπειροκαλίας, τὴν μὲν Νέστορος ἰδὼν οἰκίαν κλίνας ἔχουσαν, τραπέζας, ἱμάτια, στρώματα, οἶνον ἡδὺν, οὐκ ἐμακάριζε τὸν εὐποροῦντα τῶν ἀναγκαίων ἢ καὶ χρησίμων· παρὰ δὲ τῷ Μενελάῳ θεασάμενος ἐλέφαντα καὶ χρυσὸν καὶ ἤλεκτρον, ἐξεπλάγη, καὶ εἶπε·

Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή·
ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

Σωκράτης δ' ἂν εἶπεν, ἢ καὶ Διογένης·

Ὅσσα τά γ' ἄθλια πολλὰ

καὶ ἄχρηστα καὶ μάταια·

γέλως μ' ἔχει εἰσορόωντα.

Τί λέγεις, ἀβέλτερε; τῆς γυναικὸς ὀφείλων παρελεῖν τὴν πορφύραν καὶ τὸν κόσμον, ἵνα παύσηται τρυφῶσα

mus, non audis quid dicat Aristoteles? *Alios iis non uti, alios abuti,* neutros recte : nam neque illis sua usui ornamentove sunt, et his damnum præterea ac dedecus afferunt. Agedum prius illud consideremus. Usus ille, ob quem divitias admirantur, quarum tandem est rerum? an sufficientium ad vitam tolerandam? At hoc modo nihil amplius habent divites, quam mediocris fortunæ homines : et re vera, ut aiebat Theophrastus, divitiæ sunt ne divitiæ quidem nec admirandæ, si Callias Atheniensium, et Ismenias Thebanorum ditissimi iisdem utebantur rebus, quibus Socrates et Epaminondas. Sicut enim Agatho fistulam e convivio ad mulieres emisit, sufficere ratus sermones convivarum : ita repudiaveris etiam stragula purpurea, mensas sumptuosas, et supervacanea omnia, videns divites iisdem uti rebus quibus pauperes : neque vero sic

Ilicet et temo jam suspendetur ad ignem,
jamque boum labor et mulorum cura peribit :

sed labor et cura peribit aurificum, tornatorum, unguentariorum, coquorum, prudenter honesteque in exsilium ejectis rebus inutilibus. Quod si res necessariæ diviti sunt cum pauperibus communes, jactant se autem divites possessione rerum supervacanearum : et probatur tibi Scopa Thessalus, qui petenti aliquid de ejus supellectile, quod id diceret supervacaneum ac proinde inutile esse, respondit : *At his rebus nos sumus beati et felices, supervacaneis, non necessariis istis;* videsis, ne pompam potius aliquam et solemnem apparatum, quam vitam laudaveris. Accepta a majoribus Bacchanalium festivitas antiquitus plebeio more et hilari agebatur : amphora vini, et palmitis sarmentum, tum aliquis caprum trahebat, sequebatur alius calathum ficis plenum gestans, ultimo loco phallus : nunc ea negliguntur et evanescunt, dum interim gestantur aurea pocula, vestes pretiosæ, bigæ agitantur, personatique incedunt. Sic quæ necessaria et utilia habent divitiæ, ea supervacaneis et inutilibus obruuntur.

IX. Plerisque autem id accidit quod Telemacho. Is enim ob imperitiam, aut ruditatem potius, cum vidisset domum Nestoris culcitris, mensis, stragulis, vestibus, vinoque dulci instructam, non laudavit fortunam necessariarum utiliumque rerum copia præditi : apud Menelaum autem conspicatus ebur, aurum, et electrum, attonitus dixit :

Talem intus Jupiter, nisi fallor, Olympius aulam
possidet : ut multis hæc ornatissima rebus
resplendet : me cernentem veneratio tentat.

Socrates vero aut etiam Diogenes dixisset :

— Ut miseris, vanis oppletaque rebus

hæc est, et inutilibus :

— Mihi cernenti ridere subibat.

Quid ais, fatue? cum adimere uxori deberes purpuram et mundum muliebrem, ut luxuriandi et hospites depe-

καὶ ξενομανοῦσα, τὴν οἰκίαν πάλιν καλλωπίζεις, ὡς θέατρον, ἢ θυμέλην, τοῖς εἰσιοῦσι;

10. Τοιαύτην ὁ πλοῦτος εὐδαιμονίαν ἔχει θεατῶν [δεομένην] καὶ μαρτύρων, ἢ τὸ μηδὲν οὖσαν. [Ἀλλ' οὐχ] ὅμοιόν γε τὸ σωφρονεῖν, τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ γινώσκειν ἃ δεῖ περὶ θεῶν· κἂν λανθάνῃ πάντας ἀνθρώπους, * ἴδιον δὲ σέλας ἔχει καὶ φέγγος ἐν τῇ ψυχῇ μέγα, καὶ χαρὰν ποιεῖ σύνοικον αὐτῇ ἐν ἑαυτῇ ἀντιλαμβανομένῃ τἀγαθοῦ, ἄν τ' ἴδῃ τις, ἄν τε λανθάνῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους ἅπαντας. Τοιοῦτόν ἐστιν ἀρετή, ἀλήθεια, μαθημάτων τε κάλλος γεωμετρικῶν, ἀστρολογικῶν· ὧν τίνι τὰ τοῦ πλούτου φάλαρα ταῦτα καὶ περιδέραια καὶ θεάματα κορασιώδη παραβαλεῖν ἄξιον; Μηδενὸς ὁρῶντος, μηδὲ προσβλέποντος, ὄντως τυφλὸς γίνεται καὶ ἀφεγγὴς ὁ πλοῦτος. Μόνος γὰρ ὁ πλούσιος δειπνῶν μετὰ τῆς γυναικὸς ἢ τῶν συνήθων, οὔτε ταῖς ἐνθοίναις παρέχει πράγματα τραπέζαις, οὔτε τοῖς χρυσοῖς ἐκπώμασιν, ἀλλὰ χρῆται τοῖς προστυχοῦσι· καὶ ἡ γυνὴ ἄχρυσος καὶ ἀπόρφυρος καὶ ἀφελὴς πάρεστιν· ὅταν δὲ σύνδειπνον, τουτέστι πομπὴ καὶ θέατρον, συγκροτῆται, καὶ δρᾶμα πλουσιακὸν εἰσάγηται, νηῶν δ' ἔκφερε λέβητάς τε τρίποδάς τε· τῶν τε λύχνων ἔχονται καὶ περισπῶνται [περὶ] τὰς κύλικας ἀλλάσσουσι, τοὺς οἰνοχόους μεταμφιεννύουσι [πάντα], πάντα κινοῦσι, χρυσόν, ἄργυρον λιθοκόλλητον, ἁπλῶς πλουτεῖν ὁμολογοῦντες. Ἀλλὰ εὐφροσύνης γε, κἂν μόνος δειπνῇ, δεῖται καὶ εὐωχίας.

reundi finem faceret : tu interim domum exornas ut theatrum aut thymela intrantibus videatur?

X. Talem habent divitiæ felicitatem, spectatoribus et testibus indigentem : alioqun ea felicitas nulla est. Non ita temperantia, philosophia, deorum recta notitia : nam hæc ut omnes homines lateant, in animo suum habent proprium splendorem, suam lucem magnam : animusque bonum summum amplectens gaudium sibi contubernale asciscit : sive videatur virtus, sive sit diis hominibusque ignota. Talis res est virtus, veritas, pulchritudo disciplinarum geometricarum et astrologicarum : cui indignum est istas divitiarum phaleras, et bullas ac puellaria spectacula comparari. Quippe hæc si nemo videat, nemo spectet, vere cæcæ fiunt et obscuræ divitiæ. Nam si solus aut cum familiaribus cœnat dives, non ille magnificis mensis aut aureis poculis negotium facessit, sed quibusvis utitur, mulierque ei sine auro et purpura habitu simplici adest : ubi vero convivium, hoc est pompa et spectaculum, paratur, et fabula divitiarum agitur, ibi demum

Navibus exportant tripodas simul atque lebetas,

tum lychni curantur, tum occupantur ..., calices mutant, pincernas aliter vestiunt, omne aurum, omne argentum, omnia gemmata promunt, simplices divitias suas profitentes. At vero animi hilaritate et lautitia opus est diviti, etiam si solus cœnet.

ΠΕΡΙ ΔΥΣΩΠΙΑΣ.

. Ἔνια τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων αὐτὰ μέν ἐστιν ἄγρια τῇ φύσει καὶ ἄκαρπα καὶ βλαβερὰν τοῖς ἡμέροις σπέρμασι καὶ φυτοῖς τὴν αὔξησιν ἔχοντα, σημεῖα δ' αὐτὰ ποιοῦνται χώρας οἱ γεωργοῦντες οὐ πονηρᾶς, ἀλλὰ γενναίας καὶ πίονος· οὕτω δὴ καὶ πάθη ψυχῆς ἐστιν οὐ χρηστά, χρηστῆς δὲ φύσεως οἷον ἐξανθήματα, καὶ λόγῳ παρασχεῖν ἐργάσιμον ἑαυτὴν ἐπιεικῶς δυναμένης. Ἐν τούτοις τίθεμαι καὶ τὴν λεγομένην δυσωπίαν, σημεῖον μὲν οὐ φαῦλον, αἰτίαν δὲ μοχθηρίας οὖσαν. Τὰ γὰρ αὐτὰ τοῖς ἀναισχύντοις οἱ αἰσχυνόμενοι πολλάκις ἁμαρτάνουσι· πλὴν ὅτι τὸ λυπεῖσθαι καὶ ἀλγεῖν, ἐφ' οἷς διαμαρτάνουσι, τούτοις πρόσεστιν, οὐχ, ὡς ἐκείνοις, τὸ ἥδεσθαι. Ἀναλγὴς μὲν γὰρ ὁ ἀναιδὴς πρὸς τὸ αἰσχρόν· εὐπαθὴς δὲ καὶ πρὸς τὸ φαινόμενον αἰσχρὸν ὁ εὐδυσώπητος. Ὑπερβολὴ γὰρ τοῦ αἰσχύνεσθαι, τὸ δυσωπεῖσθαι. Διὸ καὶ οὕτω κέκληται, τρόπον τινὰ τοῦ προσώπου τῇ ψυχῇ συνδιατρεπομένου καὶ συνεξατονοῦντος. Ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὁρίζονται λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν, οὕτω τὴν αἰσχυντηλίαν μέχρι τοῦ μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσαν, δυσωπίαν ὠνόμασαν. Ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας· ὁ δ' εὐδυσώπητος αὖ πάλιν, ἄγαν τὸ θῆλυ τῆς ψυχῆς καὶ

DE VITIOSO PUDORE.

I. Quædam eorum quæ e terra enascuntur, cum sint ipsa per se silvestria, sterilia, et incremento suo noceant hortensibus seminibus atque stirpibus, agricolæ tamen pro certo indicio soli non mali, sed egregii atque pinguis, habent. Eodem modo animi etiam quædam sunt affectiones non bonæ, sed quasi germina e bono pullulantia ingenio, et quod culturæ se satis exhibiturum sit tractabile. In his etiam vitiosum censeo pudorem : qui ut signum est non malum, ita causam pravitati præbet. Etenim sæpenumero in eadem cum impudentibus peccata incidunt verecundi : nisi quod his sua errata dolorem incutiunt, non, ut illis, voluptatem afferunt; nullo enim ob turpitudinem dolore impudens afficitur : in quem facile etiam specie tantum turpitudinis oblata prolabitur is qui inepte verecundus est. Hoc vitii *Dysopiam* Græci dixerunt, in quo pudoris modus exceditur : quod vultus quodammodo cum anima dejiciatur. Sicut enim *Katephiam* (hoc est mœstitiam) vocant dolorem oculos in terram dejicientem : sic verecundiam, præ qua intueri in alios non audemus, *Dysopiam* dixerunt. Orator quidem impudentem oculis non *koras* (quæ vox et virgines significat, et luminum pupillas), sed meretrices habere pronuntiavit. At qui ad nimium propensus est pudorem, animum nimis effe-

τρυφερὸν ἐμφαίνει διὰ τῆς ὄψεως, τὴν ὑπὸ τῶν ἀναισχύντων ἧτταν, αἰσχύνην ὑποκοριζόμενος. Ὁ μὲν οὖν Κάτων ἔλεγε τῶν νέων μᾶλλον ἀγαπᾷν τοὺς ἐρυθριῶντας, ἢ τοὺς ὠχριῶντας· ὀρθῶς ἐθίζων καὶ διδάσκων, τὸν ψόγον μᾶλλον ἢ τὸν ἔλεγχον δεδιέναι, καὶ τὴν ὑποψίαν μᾶλλον ἢ τὸν κίνδυνον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ πρὸς τὸν ψόγον ὑπόπτου * καὶ ψοφοδεοῦς τὸ ἄγαν ἀφαιρετέον· ὡς οὐχ ἧττον ἔνιοι πολλάκις ἀκοῦσαι κακῶς ἢ παθεῖν δείσαντες, ἀπεδειλίασαν, καὶ προήκαντο τὸ καλὸν, οὐ δυνηθέντες ὑπομεῖναι τὸ ἄδοξον.

2. Οὔτε δὴ τούτους περιοπτέον οὕτως ἀσθενῶς ἔχοντας, οὔτ' αὖ πάλιν ἐκείνην ἐπαινετέον τὴν ἄτρεπτον καὶ ἀτενῆ διάθεσιν,

Οὐδὲ τὸ θαῤῥαλέον τε καὶ ἐμμενὲς ὅππη ὀροῦσαι
φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος.

Ἀλλ' ἐμμελῆ τινα μηχανητέον σύγκρασιν ἀμφοῖν, τοῦ μὲν ἀτενοῦς ἄγαν τὴν ἀναίδειαν, τοῦ δ' ἐπιεικοῦς σφόδρα τὴν ἀσθένειαν ἀφαιροῦσαν· ᾗ καὶ τὸ θεράπευμα δυσχερὲς, καὶ οὐκ ἀκίνδυνος ἡ τῶν τοιούτων πλεονασμῶν κόλασις. Ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς ἄγριον μὲν ἐκκόπτων βλάστημα καὶ ἀγεννὲς, αὐτόθεν ἀφειδῶς ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον, ἀνέτρεψε τὴν ῥίζαν, ἢ πῦρ προσαγαγὼν ἐπέκαυσεν· ἀμπέλῳ δὲ προ ιὼν τομῆς δεομένῃ, καὶ μηλέας ἤ τινος ἐλαίας ἁπτόμενος, εὐλαβῶς ἐπιφέρει τὴν χεῖρα, δεδιὼς, μή τι τοῦ ὑγιαίνοντος ἀποτυφλώσῃ· οὕτως ὁ φιλόσοφος, φθόνον μὲν ἐξαιρῶν νέου ψυχῆς, ἀγεννὲς βλάστημα καὶ δυστιθάσευτον, ἢ φιλαργυρίαν ἄωρον, ἢ φιληδονίαν ἐπικόπτων ἀκόλαστον, αἱμάσσει καὶ πιέζει, καὶ τομὴν ποιεῖ καὶ οὐλὴν βαθεῖαν· ὅταν δὲ τρυφερῷ μέρει ψυχῆς καὶ ἁπαλῷ κολούοντα προσαγάγῃ λόγον (οἷόν ἐστι τὸ δυσωπούμενον καὶ διατρεπόμενον), εὐλαβεῖται, μὴ λάθῃ τούτοις συναποκόψας τὸ αἰδούμενον. Καὶ γὰρ αἱ τίτθαι τῶν βρεφῶν ἐκτρίβουσαι πολλάκις τὸν ῥύπον, ἑλκοῦσιν ἐνίοτε τὴν σάρκα καὶ βασανίζουσιν. Ὅθεν οὐ δεῖ τῶν νέων παντάπασιν ἐν χρῷ τὴν δυσωπίαν ἐκτρίβοντας, ὀλιγώρους ποιεῖν καὶ λίαν ἀτρέπτους. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ καταλύοντες οἰκίας ἱεροῖς γειτνιώσας, τά γε συνεχῆ καὶ πλησίον ἐῶσι καὶ διερείδουσιν· οὕτω δεῖ τὴν δυσωπίαν κινεῖν, δεδιότας συνεφελκύσασθαι τὰ ὁμοροῦντα τῆς αἰδοῦς καὶ τῆς ἐπιεικείας καὶ τῆς ἡμερότητος, οἷς ὑποδέδυκε καὶ προσπέπλεκται κολακεύουσα τὸν εὐδυσώπητον, ὡς φιλάνθρωπον καὶ πολιτικὸν καὶ κοινὸν ἔχοντα νοῦν, καὶ οὐκ ἄτεγκτον, οὐδ' αὐθέκαστον. Ὅθεν εὐθὺς οἱ Στωϊκοὶ καὶ τῷ ῥήματι τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ δυσωπεῖσθαι τοῦ αἰδεῖσθαι διέστησαν, ἵνα μηδὲ τὴν ὁμωνυμίαν τῷ πάθει πρόφασιν τοῦ βλάπτειν ἀπολίπωσιν. Ἀλλ' ἡμῖν χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν ἀσυκοφαντήτως δότωσαν, μᾶλλον δὲ Ὁμηρικῶς. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν·

Αἰδὼς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι·

καὶ οὐ κακῶς τὸ βλάπτειν αὐτῆς πρότερον εἶπε. Γίνεται γὰρ ὠφέλιμος ὑπὸ τοῦ λόγου τὸ πλεονάζον ἀφελόντος, καὶ τὸ μέτριον ἀπολιπόντος.

minatum ac delicatum ipso prodit visu, verecundiæ honesto nomine prætexens mollitiem suam, qua impudentibus succumbit. Sane Cato dicebat adolescentes se eos magis probare qui erubescerent quam qui pallescerent : recte condocefaciens probrum magis quam *laborem* timere, et suspicionem, quam periculum. Verumtamen et nimius vituperationis metus, ac ad quemvis strepitum trepidatio, coerceri debet; quando sæpe non minore male audiendi, quam mala patiendi metu ducti, honestatem prodiderunt nonnulli ob impatientiam infamiæ.

II. Ergo neque horum negligenda est imbecillitas : et nequaquam laudanda animi pertinax illa et rigida affectio,

Qualis Anaxarchi vis, quo se cunque canina
verteret indomita, et pertendens prorsus, et audax;

sed concinna quædam utrinque temperanda est ratio, quæ et nimiæ pertinaciæ impudentiam, et modum excedenti lenitati imbecillitatem, auferat. Itaque correctio difficilis est, neque periculo vacat hujusmodi excessuum coercitio. Sicut enim colonus silvestrem plantam et inutilem exscindens, ligone viribus adacto nihil parcens radicitus etiam proruit, aut igne adhibito cremat : ad vitem autem, malum, vel oleam putandi gratia accedens, caute manum admovet, metuens ne quid utile lædat : sic philosophus ex animo adolescentis invidiam tollens degener germen et intractabile, aut avaritiam intempestivam, aut studium voluptatis intemperans, sauciat, premit, vulnus alte adigit, cicatricemque ducit magnam : quando autem delicatæ ac teneræ parti animæ orationem correctricem applicat, qualis est quæ nimio pudore subvertitur, summo studio cavet, ne imprudens simul cum vitio verecundiam ejiciat. Nam nutrices etiam puerorum sordes dum detergunt, interdum carnem sauciant atque affligunt. Itaque oportet adolescentibus non ita penitus vitiosum pudorem eximere, ut securi fiant nimisque inverecundi. Sed sicut qui domos demoliuntur templis vicinas, ii saltem continuas his partes sinunt atque suffulciunt : sic nimius pudor subruendus est, ut tamen caveamus ne simul cum eo confinia verecundiæ, æquanimitatis, et mansuetudinis ejiciantur : quibus rebus se insinuat blandus in animum ad hoc vitii propensum, eumque occupat, dum sibi is humanus, civilis, communi sensu præditus, non durus aut obstinatus videtur. Itaque jam inde a principio Stoici ipsis verbis pudorem a verecundia distinxerunt, ne ambiguitas vocabuli occasionem vitii habens relinqueretur. Ii tamen nobis hoc relinquant, ut vocabulis citra calumniam utamur, atque adeo Homeri imitatione. Is enim dicit :

Sæpe verecundis sua fert affectio damnum
grande, verecundis sua sæpe affectio prodest :

et non male priore loco eam dixit nocere : utilis enim ratione demum fit verecundia, quæ sublato excessu mediocritatem relinquit.

3. Πρῶτον οὖν δεῖ τοῦτο πείθεσθαι τὸν ὑπὸ πολλῆς δυσωπίας βιαζόμενον, ὅτι πάθει βλαβερῷ συνέχεται· καλὸν δὲ τῶν βλαβερῶν οὐδέν· οὐδὲ δεῖ τοῖς ἐπαίνοις κηλούμενον ἥδεσθαι, κομψὸν καὶ ἱλαρὸν ἀντὶ σεμνοῦ καὶ μεγάλου καὶ δικαίου προσαγορευόμενον, μηδ' ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος

Ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον, ἢ θέλοι,

τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκταπεινοῦν, φοβούμενον ἀκοῦσαι τὸ, σκληρός γε καὶ ἀπηνής. Τῷ μὲν γὰρ Αἰγυπτίῳ Βοκχόριδι, φύσει χαλεπῷ γενομένῳ, τὴν ἀσπίδα λέγουσιν ὑπὸ τῆς Ἴσιδος ἐπιπεμφθεῖσαν, καὶ τῇ κεφαλῇ περιελιχθεῖσαν, ἄνωθεν ἐπισκιάζειν, ἵνα κρίνῃ δικαίως· ἡ δέ τοι δυσωπία τοῖς ἀτόνοις καὶ ἀνάνδροις ἐπικειμένη, καὶ πρὸς μηδὲν ἀνανεῦσαι, μηδ' ἀντειπεῖν ἰσχύουσα, καὶ δικάζοντας ἀποτρέπει τοῦ δικαίου, καὶ συμβουλεύοντας ἐπιστομίζει, καὶ λέγειν πολλὰ καὶ πράττειν ἀναγκάζει * τῶν ἀβουλήτων· ὁ δ' ἀγνωμονέστατος ἀεὶ τοῦ τοιούτου δεσπότης ἐστὶ καὶ κρατεῖ, τῷ μὴ αἰδεῖσθαι τὸ αἰδούμενον ἐκβιαζόμενος. Ὅθεν ὥσπερ χωρίον ὕπτιον καὶ μαλακὸν ἡ δυσωπία μηδεμίαν ἔντευξιν ἐξῶσαι μηδ' ἀποστρέψαι δυναμένη, τοῖς αἰσχίστοις βάσιμός ἐστι πράγμασι καὶ πάθεσι· κακὴ μὲν γὰρ αὕτη παιδικῆς φρουρὸς ἡλικίας, ὡς ἔλεγε Βροῦτος, οὐ δοκεῖν αὐτῷ καλῶς τὴν ὥραν διατεθεῖσθαι τὸν πρὸς μηδὲν ἀρνούμενον· κακὴ δὲ θαλάμου καὶ γυναικωνίτιδος ἐπίτροπος, ὥς φησιν ἡ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ μετανοοῦσα πρὸς τὸν μοιχόν·

Ἔπεισας, ἐξέθωψας.

Ὥσθ' ἡ δυσωπία προδιαφθείρασα τὸ ἀκόλαστον, ἀνώχυρα πάντα καὶ ἄκλειστα καὶ κατάντη προδίδωσι τοῖς ἐπιτιθεμένοις. Καὶ διδόντες μὲν αἱροῦσι τὰς βδελυρωτάτας τῶν φύσεων· τῷ δὲ πείθειν καὶ δυσωπεῖν πολλάκις κατεργάζονται καὶ τὰς ἐπιεικεῖς. Ἐῶ δὴ τὰς εἰς τὰ χρήματα βλάβας ὑπὸ τοῦ δυσωπεῖσθαι, δανειζόντων οἷς ἀπιστοῦσιν, ἐγγυωμένων οἷς οὐ θέλουσιν· ἐπαινούντων μὲν τὸ Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, χρῆσθαι δ' αὐτῷ περὶ τὰ πράγματα μὴ δυναμένων.

4. Ὅσους δ' ἀνῄρηκε τοῦτο τὸ πάθος, οὐκ ἄν τις ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως. Καὶ γὰρ ὁ Κρέων, πρὸς τὴν Μήδειαν εἰπών,

Κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρὸς σ' ἀπεχθέσθαι, γύναι,
ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν,

ἄλλοις ἐγνωμολόγησεν· αὐτὸς δὲ τῆς δυσωπίας ἥττων γενόμενος, καὶ μίαν ἡμέραν αἰτουμένῃ δοὺς, ἀπώλεσε τὸν οἶκον. Ἔνιοι δὲ καὶ σφαγὰς ὑφορώμενοι καὶ φαρμακείας, διετράπησαν. Οὕτω παραπώλετο Δίων, οὐκ ἀγνοήσας ἐπιβουλεύοντα Κάλλιππον, ἀλλ' αἰσχυνθεὶς φυλάττεσθαι φίλον ὄντα καὶ ξένον. Οὕτως Ἀντίπατρος ὁ Κασάνδρου Δημήτριον καλέσας ἐπὶ δεῖπνον, εἶτα κληθεὶς τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς αὐτὸν, ᾐδέσθη πεπιστευμένος ἀπιστεῖν, καὶ πορευθεὶς ἐσφάγη μετὰ τὸ δεῖπνον.

III. Primo omnium persuasum esse debet ei quem nimius pudor urget, affectu se damnoso teneri. Nihil autem eorum quæ damnosa sunt, pulchrum est : neque debet laudibus delinitus gaudere, ubi comis et hilaris loco gravis, magnanimi, et justi dicitur : neque, sicut Euripideus Pegasus,

Pavens, magis quam vellet ille, subdidit

se Bellerophonti, ita ipse iis qui volunt se dedere ac submittere, metuentem ne durus et immitis audiat. Ægyptio Bocchoridi, homini ingenio intractabili ferunt ab Iside aspidem missam, quæ superne capiti circumvoluta obumbraret, ut judicaret juste. At pudor vitiosus languidis et mollibus incumbens, et nihil renuere, nihil dicendo refellere sinens, cum disceptatores a juste dicenda sententia abigit, tum consulentium ora occludit, multaque cogit præter animi sententiam dicere atque facere : et quanto quisque animo iniquiore, tanto is crebrius in talem hominem imperium obtinet, impudentia sua eum ad pudorem cogens. Unde fit, ut Dysopia, tanquam locus humilis et mollis, quia nullum congressum aversari, aut detrectare potest, turpissimis quibusque rebus et vitiis occupandam se præbeat. Pessima sane custos ea puerilis ætatis : sicut et Brutus dicebat, *male sibi videri eum florem ætatis collocasse, qui nihil negare auderet*. Eadem pessima thalami est et gynæcei administra : sicut apud Sophoclem adultero quædam corrupta ab eo jam pœnitens dicit :

Tu blandiendo persuasisti mihi.

Hoc adeo vitium intemperantiam corrumpere occupans, insidiantibus omnia expugnatu facilia, reclusa atque prona reddit. Dando capiunt impurissima ingenia, persuadendo et pudorem ineptum injiciendo sæpe etiam proba subigunt. Mitto quæ damna is pudor affert rei familiari, quando eo ducti mutuum damus iis quorum suspecta est fides : spondemus inviti, ac laudantes illud, *Sponde, præsto noxa est*, uti eo in rebus nequimus.

IV. Quam multis exitio fuerit hoc vitium, non est enumeratu facile. Etenim Creon hæc ad Medeam dicens :

Præstat jam nunc invisum me fieri tibi,
ob mollitiem quam postmodo gemere meam,

aliis præclaram subjecit sententiam : ipse vitioso victus pudore, unicam diem petenti dum assentitur, familiam suam perdidit. Nonnullos etiam cædem sibi aut venenum parari suspicantes, pudor ineptus a tuenda salute deterruit. Sic periit Dion, non ignorans sibi a Callippo strui insidias, sed ab amico et hospite sibi cavere pudori ducens. Sic Antipater Cassandri F. cum cœna excepisset Demetrium, vocatus postridie ab eo, quod puderet fidem non habere sibi habitam, ivit

Ἡρακλέα δὲ, τὸν Ἀλεξάνδρῳ γενόμενον ἐκ Βαρσίνης, ὡμολόγησε μὲν Κασάνδρῳ Πολυσπέρχων ἀναιρήσειν ἐπὶ ταλάντοις ἑκατὸν, εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει· τοῦ δὲ μειρακίου τὴν κλῆσιν ὑφορωμένου καὶ δεδοικότος, ἄλλως δὲ προφασιζομένου μαλακώτερον ἔχειν, ἐλθὼν ὁ Πολυσπέρχων, πρῶτον εἶπεν· Ὦ παῖ, μιμοῦ τοῦ πατρὸς τὸ εὔκολον καὶ φιλέταιρον, εἰ μὴ νὴ Δία δέδοικας ἡμᾶς, ὡς ἐπιβουλεύοντας. Αἰδεσθεὶς οὖν ἠκολούθησεν ὁ νεανίσκος· οἱ δὲ δειπνήσαντες αὐτὸν ἐστραγγάλισαν. Οὐ γελοῖον [οὖν], ὥς φασί τινες, οὐδ' ἀβέλτερον, ἀλλὰ σοφὸν τὸ τοῦ Ἡσιόδου·

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

Μὴ δυσωποῦ τὸν μισοῦντα, μηδ' ὑπέκβαλε πιστεύειν δοκοῦντα. Κληθήσῃ γὰρ καλέσας, καὶ δειπνήσεις, ἂν δειπνίσῃς, ὥσπερ βαφὴν, τὴν φυλάττουσαν ἀπιστίαν μαλαχθεῖσαν αἰσχύνῃ προέμενος.

5. Ὡς οὖν πολλῶν κακῶν αἴτιον τὸ νόσημα ὂν, τοῦτο πειρατέον ἀποβιάζεσθαι τῇ ἀσκήσει, πρῶτον ἀρξαμένους, ὥσπερ οἱ τἆλλα μελετῶντες, ἀπὸ τῶν μικρῶν καὶ μὴ σφόδρα δυσαντιβλέπτων· οἷον, ἐν δείπνῳ προπίνει τις ἄδην ἔχοντι· μὴ δυσωπηθῇς, μηδὲ προσβιάσῃ σαυτὸν, ἀλλὰ κατάθου τὸ ποτήριον. Αὖθις ἕτερος παρακαλεῖ κυβεύειν παρὰ πότον· μὴ δυσωπηθῇς, μηδὲ δείσῃς σκωπτόμενος· ἀλλ' ὥσπερ Ξενοφάνης, Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως μὴ βουλόμενον αὐτῷ συγκυβεύειν δειλὸν ἀποκαλοῦντος, ὡμολόγει καὶ πάνυ δειλὸς εἶναι πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄτολμος. Πάλιν, ἀδολέσχῃ συνήντηκας ἐπιλαμβανομένῳ καὶ περιπλεκομένῳ· μὴ δυσωπηθῇς, ἀλλὰ διακόψας ἐπείγου καὶ πέραινε τὸ προκείμενον. Αἱ γὰρ τοιαῦται * φυγαὶ καὶ διακρούσεις, ἐν ἐλαφραῖς μέμψεσι τὴν μελέτην ἔχουσαι τοῦ ἀδυσωπήτου, προεθίζουσιν ἡμᾶς ἐπὶ τὰ μείζονα. Καὶ τὸ τοῦ Δημοσθένους ἐνταῦθα καλῶς ἔχει διαμνημονεύειν. Τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὡρμημένων Ἁρπάλῳ βοηθεῖν, καὶ κορυσσομένων ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ἐξαίφνης ἐπεφάνη Φιλόξενος, ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ πραγμάτων Ἀλεξάνδρου στρατηγός. Ἐκπλαγέντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ σιωπῶντος διὰ τὸν φόβον, ὁ Δημοσθένης, Τί ποιήσουσιν, ἔφη, τὸν ἥλιον ἰδόντες, οἱ μὴ δυνάμενοι πρὸς τὸν λύχνον ἀντιβλέπειν; Τί γὰρ ποιήσεις ἐν πράγμασι μεγάλοις, βασιλέως ἐντυγχάνοντος, ἢ δήμου δυσωποῦντος, εἰ ποτήριον ἀπώσασθαι μὴ δύνασαι προτείνοντος συνήθους, μηδ' ἀδολέσχου λαβὴν διαφυγεῖν, ἀλλὰ παρέχεις ἐμπεριπατεῖν φλυάρῳ σαυτὸν, οὐκ εὐτονῶν εἰπεῖν· Ὄψομαί σε αὖθις, νῦν δ' οὐ σχολάζω.

6. Καὶ μὴν οὐδὲ ἡ πρὸς τοὺς ἐπαίνους τοῦ ἀδυσωπήτου μελέτη καὶ ἄσκησις ἐν μικροῖς καὶ ἐλαφροῖς ἄχρηστός ἐστιν. Οἷον, ἐν συμποσίῳ φίλου κιθαρῳδὸς ᾄδει κακῶς, ἢ πολλοῦ κωμῳδὸς ἐωνημένος ἐπιτρίβει Μένανδρον, οἱ δὲ πολλοὶ κροτοῦσι καὶ θαυμάζουσιν· οὐδὲν, οἶμαι, χαλεπὸν, οὐδὲ δύσκολον ἀκούειν σιωπῇ, καὶ μὴ παρὰ τὸ φαινόμενον ἀνελευθέρως ἐπαινεῖν. Ἐὰν γὰρ ἐν τούτοις μὴ κρατῇς σαυτοῦ, τί ποιήσεις, φίλου

et a cœna est interfectus. Herculem Alexandri Magni e Barsina F. Cassandro Polysperchon promisit acceptis centum talentis se interfecturum, atque ad cœnam invitavit. Adolescens, cui suspecta res metum injiciebat, minus integra se valetudine præscripta excusavit: ut autem Polysperchon venit, et: *O adolescentule*, dixit, *primo omnium facilitatem patris, atque erga amicos comitatem imitare, nisi mehercle nos ut insidiatores times:* ductus pudore una ad cœnam ivit estque ab accumbentibus strangulatus. Non ergo ridiculum est, ut nonnulli esse dixerunt, neque stolidum, sed sapiens Hesiodi præceptum:

Qui te amat, hic conviva inimico sit tibi omisso.

Noli ejus qui te odit pudore moveri, neque ideo, quod tibi is videtur fidem habere, puta eum fidem habere: nam vocaberis, si vocaveris, et cœna præbenti præbebitur, incredulitatem tanquam aciem cautionis pudore emollitam ubi dimiseris.

V. Enimvero hoc vitium, utpote multorum causam malorum, primum conabimur amoliri, ab assuefactione petito ad res (ut solemus in aliis quæ meditamur) exiguas initio, et in quibus non admodum difficulter huic malo resistatur. Verbi gratia, in cœna tibi saturo aliquis præbibit; noli verecundia inepta ductus vim tibi facere, sed depone poculum. Alius inter pocula poscit ut tesseris secum ludas; abjice inanem pudorem, neque metue dicteria: et Xenophanem imitare, qui timidus dictus a Laso Hermionense quod ludere cum eo tesseris nollet, fassus est *ad res inhonestas se timidissimum etiam esse.* Incidisti in garrulum qui tibi inhæret ac te detinet; noli vereri, sed præciso colloquio propera et age quod cœpisti. Hujusmodi fugæ et repulsiones, quibus vili reprehensione comitante fatui pudoris vacuitatem meditamur, ad majora nos præparant. Atque hoc loco tempestivum est Demosthenicum illud commemorare. Is cum Athenienses ad ferendam Harpalo opem se, et adversus Alexandrum arma capessenda incitarent, ac subito adveniente Philoxeno, copiarum Alexandri maritimarum præfecto, populus perterritus metu conticuisset: *Quid*, inquit, *facient sole conspecto, qui adversus lucernam oculos attollere non audent?* Quid enim facies in magnis rebus, rege aut populo pudorem tibi incutiente, si non audes poculum præbibente familiari repudiare, aut garruli prehensionem effugere, sed nugatorem tibi insultare pateris? Non tantum animi habens, ut dicas: *Alias te videbo, nunc non vacat.*

VI. Utilis est etiam in parvis et vilibus rebus exercitatio vacuitatis pudoris inepti, quod ad laudandum attinet. Puta, in convivio citharœdus amici male canit, aut magno emptus histrio Menandrum agendo flagellat, plerisque laudantibus et applaudentibus: non est quidem ita arduum, audire cum silentio, neque illiberaliter contra animi sententiam laudare. Nam in hoc genere si compos tui non sis, quid facies amico poema

ποίημα φαῦλον ἀναγινώσκοντος, ἢ λόγον ἐπιδεικνυμένου γεγραμμένον ἀβελτέρως καὶ γελοίως; Ἐπαινέσεις δηλονότι, καὶ συνεπιθορυβήσεις τοῖς κολακεύουσι. Πῶς οὖν ἐν πράγμασιν ἁμαρτάνοντος ἐπιλήψῃ; πῶς δὲ περὶ ἀρχὴν ἢ γάμον ἢ πολιτείαν ἀγνωμονοῦντα νουθετήσεις; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ τοῦ Περικλέους ἀποδέχομαι, πρὸς τὸν ἀξιοῦντα μαρτυρίαν ψευδῆ μαρτυρῆσαι φίλον, ᾗ προσῆν καὶ ὅρκος, εἰπόντος· Μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Λίαν γὰρ ἐγγὺς ἦλθεν. Ὁ δὲ πόρρωθεν ἑαυτὸν ἐθίσας μήτε λέγοντος ἐπαινεῖν παρὰ γνώμην, μήτ' ᾄδοντος κροτεῖν, μήτε σκώπτοντος ἀφυῶς ἐπιγελᾶν, οὐκ ἐάσει μέχρι τούτου προελθεῖν, οὐδ' εἰπεῖν πρὸς τὸν ἐν ἐκείνοις ἀδυσώπητον· Ὄμοσον ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ τὰ ψευδῆ μαρτύρησον, καὶ ἀπόφηναι παρὰ τὸ δίκαιον.

7. Οὕτω δὲ δεῖ καὶ πρὸς τοὺς αἰτοῦντας ἀργύριον ἀνταίρειν, προεθιζόμενον ἐν τοῖς μήτε μεγάλοις, μήτε δυσπαραιτήτοις. Ἀρχέλαος μὲν γάρ, ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεύς, παρὰ δεῖπνον αἰτηθεὶς ἔκπωμα χρυσοῦν ὑπ' ἀνθρώπου μηδὲν ἡγουμένου καλὸν ἢ τὸ λαμβάνειν, ἐκέλευσεν Εὐριπίδῃ τὸν παῖδα δοῦναι, καὶ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον ἀποβλέψας, Σὺ μέν, εἶπεν, αἰτεῖν ἐπιτήδειος εἶ, καὶ μὴ λαμβάνειν· οὗτος δέ, λαμβάνειν καὶ μὴ αἰτῶν· ἄριστα τοῦ διδόναι καὶ χαρίζεσθαι κύριον ποιῶν τὸ κρῖνον, ἀλλὰ μὴ τὸ δυσωπούμενον. Ἡμεῖς δὲ πολλάκις ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείους καὶ δεομένους περιορῶντες, ἑτέροις αἰτοῦσιν ἐνδελεχῶς καὶ ἰταμῶς ἐδώκαμεν, οὐ δοῦναι θελήσαντες, ἀλλ' ἀρνήσασθαι μὴ δυνηθέντες. Ὥσπερ Ἀντίγονος ὁ γέρων ὑπὸ Βίαντος ἐνοχληθεὶς πολλάκις, Δότε, εἶπε, Βίαντι τάλαντον καὶ ἀνάγκῃ· καίτοι τῶν βασιλέων μάλιστα ἐμμελὴς ἦν καὶ πιθανὸς ἀποτρίβεσθαι τὰ τοιαῦτα. Κυνικοῦ γάρ ποτε δραχμὴν αἰτήσαντος αὐτόν· Οὐ βασιλικόν, ἔφη, τὸ δόμα· τοῦ δὲ ὑποτυχόντος· Δὸς οὖν μοι τάλαντον· ἀπήντησεν· Ἀλλ' οὐ κυνικὸν τὸ λῆμμα. Διογένης μὲν οὖν τοὺς ἀνδριάντας ᾔτει περιιὼν ἐν Κεραμεικῷ, καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔλεγεν ἀποτυγχάνειν μελετᾶν. Ἡμῖν δὲ πρῶτον ἐμμελετητέον ἐστὶ τοῖς φαύλοις, καὶ γυμναστέον περὶ τὰ μικρά, πρὸς τὸ ἀρνεῖσθαι τοῖς αἰτοῦσιν οὐ προσηκόντως * ληψομένοις· ὡς ἂν μείζοσιν ἀποτεύξεσιν ἐπικουρεῖν ἔχωμεν. Οὐδεὶς γάρ, ὡς ὁ Δημοσθένης φησίν, εἰς ἃ μὴ δεῖ καταναλώσας τὰ παρόντα, τῶν μὴ παρόντων εὐπορήσει πρὸς ἃ δεῖ. Γίνεται δὲ ἡμῖν πολλαπλάσιον τὸ αἰσχρόν, ὅταν ἐλλίπωμεν εἰς τὰ καλά, πλεονάσαντες τοῖς περιττοῖς.

8. Ἐπεὶ δ' οὐ χρημάτων μόνον ἡ δυσωπία κακὴ καὶ ἀγνώμων ἐστὶν οἰκονόμος, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ μείζονα παραιρεῖται τὸ συμφέρον τοῦ λογισμοῦ· καὶ γὰρ ἰατρὸν νοσοῦντες οὐ παρακαλοῦμεν τὸν ἔμπειρον, αἰσχυνόμενοι τὸν συνήθη· καὶ παισὶ διδασκάλους ἀντὶ τῶν χρηστῶν τοὺς παρακαλοῦντας αἱρούμεθα· καὶ δίκην ἔχοντες πολλάκις οὐκ ἐῶμεν εἰπεῖν τὸν ὠφέλιμον καὶ ἀγοραῖον, ἀλλ' οἰκείου τινὸς ἢ συγγενοῦς υἱῷ χαριζόμενοι, παρεδώκαμεν ἐμπανηγυρίσαι· τέλος δὲ πολλοὺς

ineptum recitan'e, aut orationem ostendente ridicule fatueque scriptam? Scilicet laudabis, et adulatorum obturbantium catervæ te socium addes. Quomodo ergo in rebus eum gerendis peccantem inhibebis : quomodo in magistratu, conjugio, aut republica delinquentem castigabis? Ego enim ne Periclem quidem probo, qui amico postulanti ut falsum pro ipso testimonium, idque juratus, diceret, respondit : *se usque ad aras amicum esse :* nimis enim prope accesserat. At, qui eminus se assuefecit, ut neque dicentem laudet diversum sentiens, neque canenti applaudat, neque scurrilibus dictis arrideat, is rem eo usque deduci non patietur, ut ipsi istis in rebus inepti pudoris vacuo dicat aliquis: Jura pro me, falsum perhibe testimonium, pronuntia injuste.

VII. Eodem modo assuescere debemus, ut pecuniam petentibus reluctemur in rebus neque magnis neque recusatu difficilibus. Etenim Archelaus Macedonum rex in cœna aureum poculum poscente quodam, cui nihil pulchrum videbatur nisi accipere, puerum id Euripidi dare jussit; et in alterum illum intuens : *Tu quidem,* inquit, *ad petendum idoneus es, non ad accipiendum : ille autem ad accipiendum, etiam non petens :* rectissime dandi ac donandi arbitrium judicio, non inepto pudori deferens. At vero nos sæpenumero hominibus probis, familiaribus, et indigentibus præteritis, aliis continenter ac proterve petentibus damus, non studio dandi, sed quia negare non possumus. Ita Antigonus senex a Biante crebro interpellatus: *Date,* dixit, *Bianti et necessitati talentum :* quanquam is quidem alias ita ut quisquam regum in hujusmodi petitoribus repellendis accuratus fuit atque argutus. Cynico enim cuidam drachmam postulanti: *Non est*, ait, *hoc donum regium :* et subjiciente illo, *Da ergo talentum,* respondit: *Hoc accipere non est cynicum.* Sane Diogenes in Ceramico statuas circumibat, ab iisque stipem exigebat, mirantibusque hoc dicebat: *Meditari se repulsas.* Nobis autem primum in vilibus assuescendum est et parvis rebus, ut denegare possimus quæ petuntur inconvenienter : ut majoribus in repulsis non desit copia opitulandi. Recte enim Demosthenes: *Nemo*, inquit, *præsentibus in quæ non debuit insumptis, absentium copiam ad usus necessarios consequetur.* Multiplicatur autem nobis turpitudo, si abundantes in otiosis rebus, inopes simus in pulchris.

VIII. Enimvero vitiosus pudor non in pecunia modo dispensanda pravos nos et iniquos reddit, sed etiam in majoribus rebus facit ut respuamus quod recta ratio utiliter suggerebat : quippe ægrotantes, non peritum accersimus medicum, pudore nobis familiaris moti : et liberis magistros loco bonorum præficimus eos qui nobis operam suam obtrudunt : et litis nostræ patrocinium non utili et in foro versato committimus alicui, sed gratificandi studio amici alicujus aut cognati filio eam ostentandi sui materiam offerimus. Denique

ἔστιν ἰδεῖν καὶ τῶν φιλοσοφεῖν λεγομένων, Ἐπικουρείους καὶ Στωϊκοὺς ὄντας, οὐχ ἑλομένους, οὐδὲ κρίναντας, ἀλλὰ προσθεμένους δυσωποῦσιν οἰκείοις καὶ φίλοις. Φέρε δὴ καὶ πρὸς ταῦτα πόῤῥωθεν ἐν τοῖς ἐπιτυχοῦσι καὶ μικροῖς γυμνάζωμεν ἑαυτοὺς, ἐθίζοντες μήτε κουρεῖ, μήτε γναφεῖ κατὰ δυσωπίαν χρῆσθαι, μήτε καταλύειν ἐν φαύλῳ πανδοκείῳ, βελτίονος παρόντος, ὅτι πολλάκις ὁ πανδοκεὺς ἠσπάσατο ἡμᾶς· ἀλλ' ἔθους ἕνεκα, κἂν ᾖ παρὰ μικρὸν, αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιον· ὥσπερ οἱ Πυθαγορικοὶ παρεφύλαττον ἀεὶ μηδέποτε τῷ δεξιῷ μηρῷ τὸν εὐώνυμον ἐπιτιθέναι, μηδὲ τὸν ἄρτιον ἀντὶ τοῦ περιττοῦ λαβεῖν, τῶν ἄλλων ἐπ' ἴσης ἐχόντων. Ἐθιστέον δὲ, καὶ θυσίαν ποιούμενον, ἢ γάμον, ἤ τινα ἄλλην τοιαύτην ὑποδοχὴν, μὴ τὸν ἀσπασάμενον καλεῖν, ἢ προσδραμόντα, μᾶλλον ἢ τὸν εὔνουν καὶ χρηστόν. Ὁ γὰρ οὕτως ἐθισθεὶς καὶ ἀσκήσας, δυσάλωτος ἔσται, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀνεπιχείρητος ἐν τοῖς μείζοσι.

9. Περὶ μὲν οὖν ἀσκήσεως ἱκανὰ καὶ ταῦτα· τῶν δὲ χρησίμων ἐπιλογισμῶν πρῶτός ἐστιν ὁ διδάσκων καὶ ὑπομιμνήσκων, ὅτι πᾶσι μὲν τοῖς πάθεσιν ἀκολουθεῖ καὶ τοῖς νοσήμασιν ἃ φεύγειν δι' αὐτῶν δοκοῦμεν, ἀδοξίαι φιλοδοξίαις, καὶ λῦπαι φιληδονίαις, καὶ πόνοι μαλακίαις, καὶ φιλονεικίαις ἧτται καὶ καταδίκαι· τῇ δὲ δυσωπίᾳ συμβέβηκεν ἀτεχνῶς φευγούσῃ καπνὸν ἀδοξίας, εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτήν. Αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀντιλέγειν τοῖς ἀγνωμόνως δυσωποῦσιν, ὕστερον δυσωποῦνται τοὺς δικαίως ἐγκαλοῦντας· καὶ δεδιότες μέμψιν ἐλαφρὰν, πολλάκις αἰσχύνην ὁμολογουμένην ὑπομένουσι. Καὶ γὰρ αἰτοῦντος ἀργύριον φίλου, δυσωπηθέντες ἀντειπεῖν, οὐκ ἔχοντες, ἀσχημονοῦσι μετ' ὀλίγον ἐξελεγχόμενοι· καὶ βοηθήσειν ὁμολογήσαντες ἐνίοις δίκην ἔχουσιν, εἶτα τοὺς ἑτέρους διατραπέντες ἀποκρύπτονται καὶ δραπετεύουσι. Πολλοὺς δὲ καὶ περὶ γάμου ἢ περὶ θυγατρὸς ἢ ἀδελφῆς εἰς ὁμολογίαν ἀλυσιτελῆ κατακλείσασα δυσωπία, ψεύδεσθαι πάλιν ἀναγκάζει μετατιθεμένους.

10. Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν, ὅτι πάντες οἱ τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες ἑνὶ δουλεύουσιν ἀνθρώπῳ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μίαν εἰπεῖν τὴν Οὔ συλλαβὴν, οὐκ ἐσπούδασεν, ἀλλ' ἔσκωψε· τοῖς δὲ δυσωπουμένοις, κἂν μηδὲν εἴπωσιν, ἔξεστιν ὀφρῦν ἐπάρασι μόνον, ἢ κάτω κύψασι, πολλὰς ἀβουλήτους καὶ ἀτόπους ὑπουργίας διαφεύγειν. Τὴν γὰρ σιωπὴν ὁ μὲν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι· κινδυνεύομεν δὲ μᾶλλον αὐτῆς δεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀγνώμονας· ἐπεὶ τοὺς χαρίεντας ἔστι καὶ παρηγορῆσαι· καὶ πρόχειρά γε δεῖ καὶ συχνὰ τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν ἀποφθέγματα, καὶ μνημονεύειν πρὸς τοὺς δυσωποῦντας· * οἷον τὸ Φωκίωνος πρὸς Ἀντίπατρον· Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι. Καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἐπιδοῦναι κελεύοντας αὐτὸν ἐν ἑορτῇ, καὶ κροτοῦντας, Αἰσχύνομαι, εἶπεν, ὑμῖν μὲν ἐπιδιδοὺς, τούτῳ δὲ μὴ ἀποδιδούς· Καλλικλέα δείξας τὸν δανειστὴν αὐτοῦ.

invenias, qui philosophantium nomen gerentes, Epicurei aut Stoici fiunt non judicio aliquo, sed ob pudorem ineptum urgentibus familiaribus et amicis se addentes. Quæ ita cum sint, agedum in vilibus ac quotidianis rebus eminus nos condocefaciamus, ut neque tonsore neque fullone, pudore inepto impulsi, utamur, neque in diversorio incommodo divertamus, omisso commodiore quod ad manum est, quia caupo nos sæpe salutaverit : sed assuescendi gratia utamur eo quod melius est, etiamsi leve sit discrimen : quomodo Pythagorei observabant, ne unquam dextro femori sinistrum imponerent, neve parem numerum pro impari acciperent, cum reliqua æqualiter haberent. Assuescendum est etiam, ut ad sacrificium, nuptias, aut aliud ejusmodi convivium, invitemus non eum potius qui nos salutavit aut accurrit, quam benevolum et utilem. Qui enim sic fuerit exercitatus, is in majoribus non modo non capietur, sed ne tentabitur quidem a vitio.

IX. Atque hæc de exercitatione dicta sufficiant. De ratiocinationibus autem utilibus prima hæc est qua docemur et admonemur, cum omnibus aliis affectibus ac morbis animi ea comitari ipsa mala, quæ illorum opera evitare volueramus, ut ambitioni infamiam, cupiditati voluptatum dolores, mollitiei labores, contendendi studio damnationes et partes inferiores : tum vero inepto pudori hoc plane usu venire, ut qui eum secuti fumum fugiunt, in ignem incidant : dum enim verentur contradicere inique urgentibus, postmodo pudore turpi afficiuntur in justas illapsi accusationes, et ob metum exiguæ reprehensionis, plerumque apertum dedecus sustinent. Etenim amico pecuniam flagitanti, denegare ob ineptum pudorem non ausi, carentes ea ipsi, paulo post turpiter stant re patefacta : eodemque modo polliciti se patrocinaturos alicui in judicio, pudore alterius partis ducti vadimonium deserunt. Multos etiam pudor vitiosus in stipulationem nuptiarum filiæ sororisve inutilem conjectos, mentiri mutata sententia coegit.

X. Dixit quidam, non serio tamen, sed jocans, omnes Asiæ incolas uni servire homini, ideo quod unicam syllabam Non pronuntiare nequirent : at qui improbe urgentur ad peccandum pudoris metu, ii etiam si nihil dicant, saltem sublato supercilio, oculisve in terram defixis, multa possunt adversa ipsis et absurda evitare ministeria. Etenim *silentium* Euripides *sapientibus esse* dixit *responsum*. Videmur autem magis eo adversus iniquos opus habere. Nam verbis quidem possumus placare urbanos homines : ad quam rem in promptu sunt habenda multa illustrium ac bonorum virorum dicta ; quale est Phocionis ad Antipatrum : *Non potes me simul et amicum habere et adulatorem.* Et Atheniensibus quadam in festivitate jubentibus eum stipem conferre ac plaudentibus : *Pudet vero me*, inquit, *si vobis contribuam, huic non retribuam*, Callicle creditore suo

Πενίαν γὰρ οὐχ ὁμολογεῖν αἰσχρὸν, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ἀλλ' ἔργῳ μὴ διαφεύγειν αἴσχιον. Ὁ δ' ἀδελτερίᾳ καὶ μαλακίᾳ πρὸς τὸν αἰτοῦντα δυσωπούμενος εἰπεῖν,

Οὐκ ἔστ' ἐν ἄντροις λευκὸς, ὦ ξέν', ἄργυρος·

εἶτα, ὥσπερ ἐνέχυρον, προέμενος τὴν ἐπαγγελίαν,

Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις.

Ὁ δὲ Περσαῖος ἀργύριον τινὶ τῶν γνωρίμων δανείζων, δι' ἀγορᾶς καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον· μεμνημένος δηλονότι τοῦ Ἡσιόδου λέγοντος,

Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.

Θαυμάσαντος δ' ἐκείνου καὶ εἰπόντος· Οὕτως, ὦ Περσαῖε, νομικῶς; Ναὶ, εἶπεν· ἵνα φιλικῶς ἀπολάβω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαιτήσω. Πολλοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ διὰ δυσωπίαν προέμενοι τὸ πιστὸν, ὕστερον ἐχρήσαντο τοῖς νομίμοις μετ' ἔχθρας.

11. Πάλιν ὁ Πλάτων Ἑλίκωνι τῷ Κυζικηνῷ διδοὺς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολὴν, ἐπήνεσεν αὐτὸν, ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον· εἶτα προσέγραψε τῇ ἐπιστολῇ τελευτώσῃ· Γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζῴου φύσει εὐμεταβόλου. Ξενοκράτης δὲ, καίπερ αὐστηρὸς ὢν τὸν τρόπον, ὅμως ὑπὸ δυσωπίας ἐκάμφθη, καὶ συνέστησε Πολυσπέρχοντι δι' ἐπιστολῆς ἄνθρωπον οὐ χρηστὸν, ὡς τὸ ἔργον ἔδειξε· δεξιωσαμένου δ' αὐτὸν τοῦ Μακεδόνος, καὶ πυθομένου, μή τινος ἔχοι χρείαν, ᾔτησε τάλαντον· ὁ δ' ἐκείνῳ μὲν ἔδωκε, Ξενοκράτει δ' ἔγραψε, παραινῶν ἐπιμελέστερον τὸ λοιπὸν ἐξετάζειν οὓς συνίστησιν. Ὁ μὲν οὖν Ξενοκράτης ἠγνόησεν· ἡμεῖς δὲ καὶ πάνυ πολλάκις ἐπιστάμενοι τοὺς πονηροὺς, καὶ γράμματα προϊέμεθα καὶ χρήματα, βλάπτοντες ἑαυτοὺς, οὐ μεθ' ἡδονῆς, ὥσπερ οἱ ταῖς ἑταίραις χαριζόμενοι καὶ τοῖς κόλαξιν, ἀλλὰ δυσχεραίνοντες καὶ βαρυνόμενοι τὴν ἀναίδειαν ἀνατρέπουσαν ἡμῶν καὶ καταβιαζομένην τὸν λογισμόν. Εἰ γὰρ πρὸς ἄλλο τι, καὶ πρὸς τοὺς δυσωποῦντας ἔξεστιν εἰπεῖν τὸ,

Μανθάνω μὲν, οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ,

τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν, ἢ τὰ μὴ δίκαια κρίνων, ἢ τὰ μὴ συμφέροντα χειροτονῶν, ἢ δανειζόμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀποδώσοντος.

12. Διὸ τῶν παθῶν μάλιστα τῷ δυσωπεῖσθαι τὸ μετανοεῖν οὐχ ὕστερον, ἀλλ' εὐθὺς ἐν οἷς πράττει, πάρεστι. Καὶ γὰρ διδόντες ἀχθόμεθα, καὶ μαρτυροῦντες αἰσχυνόμεθα, καὶ συνεργοῦντες ἀδοξοῦμεν, καὶ μὴ παρέχοντες ἐλεγχόμεθα. Πολλὰ γὰρ, ὑπ' ἀσθενείας τοῦ ἀντιλέγειν, καὶ τῶν ἀδυνάτων ἡμῖν ὑπισχνούμεθα τοῖς λιπαροῦσιν· ὡς συστάσεις ἐν αὐλαῖς, καὶ πρὸς ἡγεμόνας ἐντεύξεις, μὴ βουλόμενοι, μηδ' εὐτονοῦντες εἰπεῖν· Οὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἑτέρους ὁρᾷ μᾶλλον. Ὡς Λύσανδρος Ἀγησιλάῳ προσκεκρουκὼς, ἀξιούμενος δὲ μέγιστον δύνασθαι παρ' αὐτῷ διὰ τὴν δόξαν, οὐκ ᾐσχύνετο παραιτεῖσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀπιέναι πρὸς ἑτέρους κελεύων, καὶ πειρᾶσθαι τῶν μαλ-

monstrato. Paupertatem enim non fateri turpe est, ut ait Thucydides, sed turpius re ipsa non effugere. At qui ob fatuitatem et mollitiem passus sibi incuti pudorem, petenti dicere metuens:

Non est in antris argentum, hospes, candidum,

ac quasi pignus deinde promissionem emittit:

Non ære fabricatis hunc pudor illigat
compedibus. —

Persæus cuidam sociorum argentum mutuo dans, in foro et apud mensarium contractum confecit, scilicet memor Hesiodei præcepti:

Quin etiam fratri testem ridens adhibeto.

Cumque alter admiraretur, ac diceret: *Adeone, Persæe, omnia secundum jus?* respondit: *Omnino, ut amice recipiam, neque jure experiar in repetendo.* Multi enim initio ob pudorem vitiosum omissa cautione, deinde lege agere suscepta inimicitia opus habuerunt.

XI. Rursum Plato Heliconi Cyziceno epistolam ad Dionysium tradens, a probitate hominem et moderatione animi laudavit; sed epistolam his verbis clausit: *Hæc ad te scribo de homine, quod animal natura est mutabile.* Xenocratem vero, quamvis austeris hominem moribus, pudor tamen ineptus flexit, ut Polysperchonti commendaret hominem, ut res docuit, non probum: comiter enim exceptus a Macedone, et interrogatus ecqua re opus haberet, talentum petiit: dedit hoc Polysperchon, sed Xenocratem monuit per litteras, ut accuratius posthac examinaret quos commendare vellet. Atque hoc quidem Xenocrati ignoratione usu venit. Nos autem sæpe cum optime novimus malos, litteras tamen et pecuniam largimur, nobisque ipsis nocemus: neque id cum voluptate aliqua ut qui scortis adulatoribusve donant, sed indigne interim molesteque ferentes impudentiam hominum, nostram rationem quæ vi facta subvertat. Quod si alias, maxime ad eos qui nobis pudorem incutere volunt, dicere licet:

Intelligo bene quid facturus sim mali,

falsum dicturus testimonium, injuste judicaturus, inutilem legem probaturus, alienum æs contrahens ejus causa qui non reddet.

XII. Neque vero ullus est animi morbus, ubi pœnitentia non jam consequatur, sed statim in ipsa actione præsto sit: ut fit cum inepto pudori indulgemus; nam dantes molestiam percipimus, et testimonium ferentes pudore suffundimur, et adjuvamus cum infamia, et promissa non implentes convincimur. Quod enim ad contradicendum sumus imbecilli, fit ut multa recipiamus obstinate petentibus, quæ præstare non possumus, ut commendationes in aulam, et ad principes; quia scilicet nolumus et non audemus etiam dicere: Non novit nos rex, alios magis respicit. Lysander quidem, cum a se animum Agesilai abalienasset, et ob gloriam tamen putaretur apud eum plurimum posse, non veritus est commendationem a se petentes ad illum rejicere, jubens ad alios ire, ac per eos rem ten-

λον αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δυναμένων. Οὐ γὰρ αἰσχρὸν τὸ μὴ πάντα δύνασθαι· τὸ δὲ, μὴ δυναμένους, ἢ μὴ πεφυκότας, ἀναδέχεσθαι τὰ τοιαῦτα καὶ παραβιάζεσθαι, πρὸς τῷ αἰσχρῷ καὶ λυπηρότατόν ἐστιν.

13. Ἀπ' ἄλλης δ' ἀρχῆς· τὰ μὲν μέτρια καὶ πρέποντα * δεῖ προθύμως ὑπουργεῖν τοῖς ἀξιοῦσι, μὴ δυσωπουμένους, ἀλλ' εἴκοντας· ἐν δὲ τοῖς βλαβεροῖς καὶ ἀτόποις τὸ τοῦ Ζήνωνος ἀεὶ πρόχειρον ἔχειν, ὡς ἀπαντήσας τινὶ νεανίσκῳ τῶν συνήθων παρὰ τὸ τεῖχος ἡσυχῇ βαδίζοντι, καὶ πυθόμενος, ὅτι φεύγει φίλον ἀξιοῦντα μαρτυρεῖν αὐτῷ τὰ ψευδῆ· Τί λέγεις, φησὶν, ἀβέλτερε; Σὲ μὲν ἐκεῖνος ἀγνωμονῶν καὶ ἀδικῶν οὐ δέδιεν, οὐδ' αἰσχύνεται· σὺ δ' ἐκεῖνον ὑπὲρ τῶν δικαίων οὐ θαρρεῖς ὑποστῆναι; Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν, Ποτὶ [τὸν] πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία· κακῶς ἐθίζει μιμούμενον ἀμύνεσθαι τὴν κακίαν· τὸ δὲ τοὺς ἀναιδῶς καὶ ἀδυσωπήτως ἐνοχλοῦντας ἀποτρίβεσθαι τῷ ἀδυσωπήτῳ, καὶ μὴ χαρίζεσθαι τὰ αἰσχρὰ τοῖς ἀναισχύντοις αἰσχυνόμενον, ὀρθῶς καὶ δικαίως γινόμενόν ἐστιν ὑπὸ τῶν νοῦν ἐχόντων.

14. Ἔτι τοίνυν τῶν δυσωπούντων τοῖς μὲν ἀδόξοις καὶ ταπεινοῖς καὶ μηδενὸς ἀξίοις οὐ μέγα ἔργον ἀντισχεῖν· ἀλλὰ καὶ μετὰ γέλωτος ἔνιοι καὶ μετὰ σκώμματος ἐκκλίνουσι τοὺς τοιούτους· ὡς Θεόκριτος, δυοῖν [παρ'] αὐτοῦ ἐν βαλανείῳ στλεγγίδα κιχραμένων, τοῦ μὲν ξένου, τοῦ δὲ γνωρίμου κλέπτου, μετὰ παιδιᾶς ἀμφοτέρους διεκρούσατο, εἰπών· Σὲ μὲν οὐκ οἶδα, σὲ δὲ οἶδα. Λυσιμάχη δὲ Ἀθήνησιν, ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια, τῶν τὰ ἱερὰ προσαγαγόντων ὀρεωκόμων ἐγχέαι κελευόντων, Ἀλλ' ὀκνῶ, εἶπε, μὴ καὶ τοῦτο πάτριον γένηται. Καὶ Ἀντίγονος πρός τινα νεανίσκον, γεγονότα μὲν ἐκ λοχαγοῦ χαρίεντος, αὐτὸν δ' ἄτολμον ὄντα καὶ μαλακὸν, ἀξιοῦντα δὲ προαχθῆναι, Παρ' ἐμοὶ, φησὶν, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας εἰσὶν, οὐ πατραγαθίας, τιμαί.

15. Καὶ μὴν ἐάνπερ ὁ δυσωπῶν ἔνδοξος ᾖ καὶ δυνατὸς (οἳ δὴ μάλιστα καὶ δυσπαραίτητοι καὶ δυσαπότρεπτοι περὶ τὰς κρίσεις καὶ τὰς χειροτονίας ἐντυγχάνοντες εἰσὶν), ὃ μὲν ἔπραξεν ὁ Κάτων, νέος ἔτι ὢν, πρὸς Κάτλον, οὐκ ἄν τινι φανείη ῥᾴδιον ἴσως, οὐδ' ἀναγκαῖον. Ὁ γὰρ Κάτλος ἦν μὲν ἐν ἀξιώματι τῶν Ῥωμαίων μεγίστῳ, καὶ τότε τὴν τιμητικὴν ἀρχὴν εἶχεν· ἀνέβη δὲ πρὸς [τὸν] Κάτωνα τεταγμένον ἐπὶ τοῦ δημοσίου ταμιείου, παραιτησόμενός τινα τῶν ἐζημιωμένων ὑπ' αὐτοῦ, καὶ λιπαρὴς ἐγίνετο ταῖς δεήσεσι προσβιαζόμενος· ἄχρις οὗ δυσανασχετήσας ἐκεῖνος, Αἰσχρόν ἐστιν, ἔφη, Κάτλε, σὲ, τὸν τιμητὴν, ἀπαλλαγῆναι μὴ βουλόμενον ἐντεῦθεν ὑπὸ τῶν ἐμῶν ὑπηρετῶν ἕλκεσθαι· καὶ ὁ Κάτλος αἰσχυνθεὶς, πρὸς ὀργὴν ἀπῆλθε. Σκόπει δὲ μὴ τὸ τοῦ Ἀγησιλάου, καὶ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἐπιεικέστερόν ἐστι καὶ μετριώτερον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀγησίλαος ὑπὸ τοῦ πατρὸς κελευόμενος κρῖναί τινα δίκην παρὰ τὸν νόμον, Ἀλλ' ὑπὸ σοῦ, ἔφη, πάτερ, πείθεσθαι τοῖς νόμοις ἐδιδασκόμην ἀπ' ἀρχῆς· διὸ

tare, qui largius ipso apud regem possent. Non enim turpe est non omnia posse : sed quod non possis et ad quod factus non sis, id in te recipere et vi velle consequi, præter quam quod turpe, etiam molestissimum est.

XIII. Rursum ab alio principio ordiamur. Oportet mediocria et convenientia officia petentibus præstare alacriter, non victos incusso ab iis pudore, sed ultro concedentes : in damnosis autem et absurdis semper Zenonis illud habere in promptu, qui cum obviam esset factus adolescenti cuidam familiari suo juxta murum sensim ambulanti, et audiret eum fuga se subducere amico postulanti ut falsum pro ipso diceret testimonium : *Quid ais*, inquit, *stulte? Iste improbe injusteque agens te non fugit, neque veretur : tu eum in justa re sustinere non audes?* Qui enim dixit *nequitiam adversus hominem nequam non esse malam armaturam*, is male assuefacit nos, imitando ulcisci malitiam. At impudenter nobis molestos, et ad vitiosum urgentes pudorem, vacuitate pudoris amoliri, neque ob verecundiam hominibus perfrictæ frontis gratificari, opus est justum ac rectum, et quidem hominis cordati.

XIV. Jam obscuris, abjectis, et nullius pretii hominibus, cum ii nos improbe incessunt, resistere non est magni laboris : sed quidam cum risu et sanna tales rejiciunt. Ut Theocritus, qui cum in balneo duo strigilem ab ipso utendam peterent, alter peregrinus, alter notus furtorum, jocose utrumque removit, dicens : *Te non novi, te vero novi.* Et Lysimache Athenis Minervæ Poliadis antistita, cum agasones sacra apportantes infundere juberent : *Vereor*, inquit, *ne hoc quoque in consuetudinem trahatur.* Et Antigonus adolescenti cuidam egregii centurionis filio timido atque molli, cum is ornari et produci ad honores postularet : *Apud me*, inquit, *o adolescens*, *propriæ, non patriæ virtutis sunt præmia.*

XV. Verum ubi is qui instat nobis, in honore est, et cum potentia : quod genus hominum difficillime possunt averti et excusationibus flecti, cum in judiciis aut comitiis sententias nostras expetunt : fortassis neque facile, neque necessarium facto videatur id, quod egit Cato juvenis etiamnum adversus Catulum. Is Catulus inter Romanos dignitate princeps, quo tempore censuram gerebat, ad Catonem accessit, tunc quæstorem, deprecaturus pro quodam cui Cato mulctam dixerat : cumque urgeret precando, tandem impatientia impulsus Cato : *Turpe est*, inquit, *Catule, te censorem hinc discedere nolentem a lictoribus meis trahi :* ita Catulus pudore perfusus, iratus abiit. Moderationis et æquitatis plus habent dicta Agesilai et Themistoclis. Agesilaus in quodam judicio jussus a patre sententiam a legibus alienam ferre : *A te*, inquit, *mi pater, jam inde ab initio edoctus sum legibus parere : itaque etiam nunc tibi obtem-*

καὶ νῦν σοι πείθομαι μηδὲν ποιεῖν παράνομον. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς πρὸς τὸν Σιμωνίδην, ἀξιοῦντά τι τῶν μὴ δικαίων, Οὔτ' ἂν σὺ ποιητὴς ἀγαθὸς εἴης, ἔφη, παρὰ μέλος ᾄδων, οὔτ' ἂν ἐγὼ χρηστὸς ἄρχων, παρὰ νόμον κρίνων.

16. Καίτοι οὐ διὰ τὴν τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς Πλάτων ἔλεγε, καὶ πόλεις πόλεσι καὶ φίλοι φίλοις διαφερόμενοι τὰ κάκιστα δρῶσί τε καὶ πάσχουσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὰ νόμιμα καὶ δίκαια πλημμέλειαν. Ἀλλ' ὅμως ἔνιοι τὴν ἐν μέλεσι καὶ γράμμασι καὶ μέτροις ἀκρίβειαν αὐτοὶ φυλάττοντες, ἑτέρους ἐν ἀρχαῖς καὶ κρίσεσι καὶ πράξεσιν ἀξιοῦσιν ὀλιγωρεῖν τοῦ καλῶς ἔχοντος. Διὸ καὶ τούτῳ μάλιστα χρηστέον πρὸς αὐτούς. Ἐντυγχάνει σοι δικάζοντι ῥήτωρ, ἢ βουλεύοντι δημαγωγός· ὁμολόγησον, ἐὰν ἐκεῖνος σολοικίσῃ προοιμιαζόμενος, ἢ βαρβαρίσῃ διηγούμενος· οὐ γὰρ ἐθελήσει διὰ τὸ φαινόμενον αἰσχρόν· ἐνίους γοῦν ὁρῶμεν οὐδὲ φωνῆεντι συγκροῦσαι φωνῆεν ἐν τῷ λέγειν ὑπομένοντας. * Ἕτερον πάλιν δυσωποῦντα τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων, κέλευσον ὀρχούμενον δι' ἀγορᾶς ἐξελθεῖν, ἢ διαστρέψαντα τὸ πρόσωπον· ἐὰν δ' ἀρνῆται, σός ἐστιν ὁ καιρὸς εἰπεῖν, καὶ πυθέσθαι, τί αἴσχιόν ἐστι, τὸ σολοικίσαι καὶ διαστρέψαι τὸ πρόσωπον, ἢ τὸ λῦσαι τὸν νόμον, καὶ παραβῆναι τὸν ὅρκον, καὶ πλέον νεῖμαι τῷ πονηρῷ τοῦ ἀγαθοῦ παρὰ τὸ δίκαιον. Ἔτι τοίνυν, ὥσπερ Νικόστρατος ὁ Ἀργεῖος, Ἀρχιδάμου παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ χρήμασι πολλοῖς καὶ γάμῳ γυναικὸς ἧς βούλεται Λακαίνης παραδοῦναι Κρῶμνον, οὐκ ἔφη γεγονέναι τὸν Ἀρχίδαμον ἀφ' Ἡρακλέους· ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἀποκτιννύναι περιιόντα τοὺς πονηροὺς, τοῦτον δὲ, τοὺς χρηστοὺς ποιεῖν πονηρούς· οὕτω καὶ ἡμῖν πρὸς ἄνθρωπον ἀξιοῦντα καλὸν κἀγαθὸν λέγεσθαι, ῥητέον, ἂν βιάζηται καὶ δυσωπῇ, μὴ πρέποντα ποιεῖν μηδ' ἄξια τῆς περὶ αὐτὸν εὐγενείας τε καὶ ἀρετῆς.

17. Ἐπὶ δὲ τῶν φαύλων ὁρᾷν δεῖ καὶ διανοεῖσθαι, τὸν φιλάργυρον εἰ δυσωπήσεις ἄνευ συμβολαίου δανεῖσαί [σοι] τάλαντον, ἢ τὸν φιλότιμον πείσεις ἐκστῆναι τῆς προεδρίας, ἢ τὸν φίλαρχον τῆς παραγγελίας, ἐπίδοξον ὄντα κρατήσειν. Δεινὸν γὰρ ἂν ἀληθῶς φανείη, τούτους μὲν ἐν νοσήμασι καὶ παθήμασιν ἀκάμπτους διαμένειν καὶ ἐχυροὺς καὶ δυσμεταθέτους, ἡμᾶς δὲ, βουλομένους καὶ φάσκοντας εἶναι φιλοκάλους καὶ φιλοδικαίους, μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, ἀλλ' ἀνατρέπεσθαι καὶ προΐεσθαι τὴν ἀρετήν. Καὶ γὰρ, εἰ μὲν οἱ δυσωποῦντες ἐπὶ δόξῃ καὶ δυνάμει τοῦτο ποιοῦσιν, ἄτοπόν ἐστι, κοσμοῦντας ἑτέρους καὶ αὔξοντας, ἀσχημονεῖν αὐτοὺς καὶ κακῶς ἀκούειν· ὥσπερ οἱ παραβραβεύοντες ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ χαριζόμενοι περὶ τὰς χειροτονίας, ἐξ οὐ προσηκόντων [νέμοντες] ἀρχεῖα καὶ στεφάνους ἄλλοις καὶ δόξαν, ἀφαιροῦνται τὸ ἔνδοξον αὐτῶν καὶ τὸ καλόν· εἰ δὲ χρημάτων ἕνεκα προσκείμενον ὁρῶμεν τὸν δυσωποῦντα, πῶς οὐ παρίσταται δεινὸν εἶναι τὸ τῆς οἰκείας δόξης καὶ ἀρετῆς ἀφειδεῖν, ἵνα τὸ τοῦ δεῖνος

perabo, nihil in leges peccando. Themistocles Simonidi postulanti rem injustam : *Neque tu*, inquit, *poeta esses bonus, si contra carminis legem caneres : neque ego bonus magistratus, si judicarem præter civitatis legem.*

XVI. Et vero non ob pedis ad lyram inconcinnitatem, ut Plato dicebat, urbes urbibus, amici amicis infesti redditi extrema inferunt accipiuntque damna, sed ob juris et legum violationem. Et tamen sunt qui cum accuratam in cantilenis, litteris, versibusque servent rationem, alios sinunt in magistratu, judiciis, actionibusque id quod rectum est negligere. Quibus maxime hoc modo occurrendum est. Flagitat aliquid a te jus dicente orator, aut consulente in publicum? Dic te morem ei gesturum, si in exordio solœcismum, aut in narratione barbarismum admittere velit : nolet enim, ob turpitudinis speciem : cum videamus quosdam etiam vocalem cum vocali concurrentem in dicendo non ferre. Rursum aliquem illustrium virorum improbi aliquid abs te contendentem, jube saltando per forum exire, aut perverso vultu : si neget hoc, jam tuum est quærere, utrum sit turpius solœcismum facere, et vultum pervertere, an legem violare, perjurii se obligare, injuste malo quam bono plus tribuere? Nicostratus Argivus, Archidamum petentem ut Cromnum sibi traderet, ac promittentem eo nomine magnam vim pecuniæ, et Lacænæ mulieris quamcumque vellet matrimonium, negavit ab Hercule genus ducere; nam Herculem circumivisse terras, ut malos interficeret : Archidamum conari de bonis malos facere. Ita nos quoque homini, qui vir bonus atque præclarus haberi velit, postulanti aliquid improbius et vim facienti dicemus : Indigna eum sua nobilitate et virtute agere.

XVII. In vitiosis autem et hoc considerabis, an avarus tua importunitate possit eo adigi, ut talentum det mutuum absque syngrapha : aut ambitiosus, ut primo loco cedat : aut magistratus gerendi cupidus, ut petitionem dignitatis omittat spe proposita potiundi. Indignum quippe fuerit revera, cum videamus hos in vitiosis istis affectionibus, rigidos, invictos, immutabilesque, pertendere : nos, qui profitemur honesti et justitiæ studium, non esse nostrum ipsorum compotes, sed subverti et prodere virtutem. Etenim si qui poscendo pudorem nobis volunt incutere, id faciunt gloriæ ac potentiæ parandæ gratia : absurdum est nos ornandis augendisque aliis, nobis ipsis dedecus et infamiam conficere : sicut qui in certaminibus præmia injuste tribuunt, et in designandis magistratibus suffragia ad gratiam ferunt : ii dum aliis perperam honores, coronas, et gloriam conciliant, se ipsos bona opinione et honestate spoliant. Sin id pecuniæ causa faciunt, qui non videatur flagitium, nostram nos glo-

βαλλάντιον βαρύτερον γένηται; Καίτοι παρίσταταί γε τοῖς πολλοῖς τὰ τοιαῦτα, καὶ οὐ λανθάνουσιν ἑαυτοὺς ἐξαμαρτάνοντες· ὥσπερ οἱ τὰς μεγάλας κύλικας ἐκπίνειν ἀναγκαζόμενοι, μόλις, καὶ στένοντες, καὶ τὰ πρόσωπα διαστρέφοντες, ἐκτελοῦσι τὸ προσταττόμενον.

18. Ἀλλ' ἔοικεν ἡ τῆς ψυχῆς ἀτονία σώματος κράσει καὶ πρὸς ἀλέαν κακῶς πεφυκυίᾳ καὶ πρὸς κρύος· ἐπαινούμενοί τε γὰρ ὑπὸ τῶν δυσωπούντων, παντάπασι θρύπτονται καὶ χαλῶνται, πρός τε τὰς μέμψεις καὶ ὑφοράσεις τῶν ἀποτυγχανόντων ψοφοδεῶς καὶ δειλῶς ἔχουσι. Δεῖ δ' ἀντισχυρίζεσθαι πρὸς ἀμφότερα, μήτε τοῖς δεδιττομένοις, μήτε τοῖς κολακεύουσιν ἐνδιδόντας. Ὁ μὲν οὖν Θουκυδίδης, ὡς ἀναγκαίως ἑπομένου τῷ δύνασθαι τοῦ φθονεῖσθαι, καλῶς φησὶ βουλεύεσθαι τὸν ἐπὶ μεγίστοις λαμβάνοντα τὸ ἐπίφθονον· ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν φθόνον διαφεύγειν οὐ χαλεπὸν ἡγούμενοι, τὸ δὲ μέμψει μὴ περιπεσεῖν, μηδὲ λυπηρόν τινι γενέσθαι τῶν χρωμένων, ἀδύνατον παντάπασιν ὁρῶντες, ὀρθῶς βουλευσόμεθα, τὰς τῶν ἀγνωμόνων ἀπεχθείας ἐκδεχόμενοι μᾶλλον, ἢ τὰς τῶν δικαίως ἐγκαλούντων, ἐὰν ἐκείνοις μὴ δικαίως ὑπουργῶμεν. Καὶ μὴν ἔπαινόν γε τὸν παρὰ τῶν δυσωπούντων, κίβδηλον ὄντα παντάπασι, δεῖ φυλάττεσθαι, καὶ μὴ πάθος πάσχειν ὑῶδες, ὑπὸ κνησμοῦ καὶ γαργαλισμοῦ παρέχοντα χρῆσθαι ῥᾷστα τῷ δεομένῳ, καὶ καταβάλλειν ἑαυτὸν ὑποκατακλινόμενον. Οὐδὲν γὰρ διαφέρουσι τῶν τὰ σκέλη τοῖς ὑποσπῶσι παρεχόντων, οἱ τὰ ὦτα τοῖς κολακεύουσι παραδιδόντες· * ἀλλ' αἴσχιον ἀνατρέπονται καὶ πίπτουσιν· οἱ μὲν, ἔχθρας καὶ κολάσεις ἀνιέντες ἀνθρώποις πονηροῖς, ἵν' ἐλεήμονες καὶ φιλάνθρωποι καὶ συμπαθεῖς κληθῶσιν· οἱ δὲ τοὐναντίον, ἀπεχθείας καὶ κατηγορίας οὐκ ἀναγκαίας οὐδ' ἀκινδύνους ἀναδέξασθαι πεισθέντες, ὑπὸ τῶν ἐπαινούντων ὡς μόνους ἄνδρας καὶ μόνους ἀκολακεύτους, καὶ νὴ Δία στόματα καὶ φωνὰς προσαγορευόντων. Διὸ καὶ Βίων ἀπείκαζε τοὺς τοιούτους ἀμφορεῦσιν, ἀπὸ τῶν ὤτων ῥᾳδίως μεταφερομένοις. Ὥσπερ Ἀλεξῖνον ἱστοροῦσι τὸν σοφιστὴν πολλὰ φαῦλα λέγειν ἐν τῷ περιπάτῳ περὶ Στίλπωνος τοῦ Μεγαρέως· εἰπόντος δέ τινος τῶν παρόντων, Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνός σε πρῴην ἐπῄνει· Νὴ Δία, φάναι· βέλτιστος γὰρ ἀνδρῶν ἐστι καὶ γενναιότατος. Ἀλλὰ Μενέδημος τοὐναντίον, ἀκούσας, ὡς Ἀλεξῖνος αὐτὸν ἐπαινεῖ πολλάκις, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἀεὶ ψέγω Ἀλεξῖνον· ὥστε κακός ἐστιν ἄνθρωπος, ἢ κακὸν ἐπαινῶν, ἢ ὑπὸ χρηστοῦ ψεγόμενος. Οὕτως ἄτρεπτος ἦν καὶ ἀνάλωτος ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ κρατῶν ἐκείνης τῆς παραινέσεως, ἣν Ἀντισθένειος Ἡρακλῆς παρῄνει, τοῖς παισὶ διακελευόμενος μηδενὶ χάριν ἔχειν ἐπαινοῦντι αὐτούς· τοῦτο δ' ἦν οὐδὲν ἄλλο, ἢ μὴ δυσωπεῖσθαι, μηδ' ἀντικολακεύειν τοὺς ἐπαινοῦντας. Ἀρκεῖ γὰρ, οἶμαι, τὸ τοῦ Πινδάρου, πρὸς τὸν λέγοντα πανταχοῦ καὶ πρὸς πάντας ἐπαινεῖν αὐτὸν, εἰπόντος· Κἀγώ σοι χάριν ἀποδίδωμι· ποιῶ γάρ σε ἀληθεύειν.

riam et virtutem prodigere, ut crumena alterius fiat onustior? Atqui hæc plerisque ad animum accidunt, neque fallit ipsos peccare se: sicut qui magna pocula ebibere coguntur, ægre et gementes vultumque distorquentes perficiunt mandatum.

XVIII. Sed imbecillitas ista animi similis est temperamento corporis quod neque calorem possit ferre, neque frigus. Nam et laudati ab iis, qui petendo pudorem denegandi incutere volunt, protinus franguntur atque emolliuntur: et ad omnem reprehensionis strepitum, omnemque suspicionem et querelam repulsorum tremunt atque expavescunt. Oportet autem animo adversus utrumque obfirmato, neque terrentibus neque adulantibus cedere. Thucydides docet, quandoquidem necessario potentiam sequatur invidia, recte eum sibi consulere, qui ob maximas res invidiam subeat. Nos autem invidiam haud difficulter vitari putantes, in reprehensiones autem ut non incidamus eorum, quibuscum vivimus, utque nunquam eos offendamus, fieri non posse videntes; ita bene rem instituemus, si iniquorum potius odia in nos suscipiamus, quam accusationes justas, ubi illis injuste operam navaverimus. Enimvero a laudibus, quas importuni isti in nos conferunt prorsum adulterinas, cavendum est summo studio; ne porcorum in morem pruritu et titillatione deliniti patiamur nos tractari ex istorum animi sententia, dejicique ultro inclinantes. Nihil enim differunt ab his qui crura prosternere volentibus porrigunt, qui aures adulatoribus præbent; nisi quod turpius subvertuntur atque cadunt, vel inimicitias ac malorum supplicia hominum dimittentes, ut misericordes, humanique dicantur: vel contra inimicitias et accusationes non necessarias non sine periculo in se recipientes suasu laudantium, ac solos eos viros, solos adulationis vacuos, adeoque solos qui vocem et ora habeant appellantium. Tales Bion similes esse dicebat amphorarum, quæ auribus apprehensæ facile circumferuntur. Quomodo Alexinum ferunt sophistam inter deambulandum multa mala dixisse de Stilpone Megarensi: cumque eorum qui aderant quidam diceret: *Atqui Stilpo te nuper laudavit*; intulisse: *Optimus namque vir est et generosissimus*. Contra Menedemus, audito se ab Alexino sæpe laudari: *Ego autem*, inquit, *semper vitupero Alexinum; malus proinde homo est, vel qui malum laudat, vel quem bonus vituperat*. Adeo is talibus rebus se mutari aut capi non sinebat: tenens nimirum Antisthenei illius Herculis præceptum, qui pueros jubebat nemini ipsos laudanti gratiam habere: quod nihil aliud erat, quam ne inepta verecundia capti, laudantibus vicissim adularentur. Ac sufficit, puto, illud Pindari, qui dicenti: *Ego te ubique et apud omnes laudo*, respondit: *Et ego tibi gratiam refero: facio enim ut verax sis*.

19. Ὁ τοίνυν πρὸς πάντα τὰ πάθη χρήσιμόν ἐστι, τούτου δεῖ μάλιστα τοῖς εὐδυσωπήτοις, ὅταν ἐκβιασθέντες ὑπὸ τοῦ πάθους, παρὰ γνώμην ἁμάρτωσι καὶ διατραπῶσιν, ἰσχυρῶς μνημονεύειν, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ δηγμοῦ καὶ τῆς μεταμελείας θεμένους ἐν ἑαυτοῖς, ἀναλαμβάνειν καὶ φυλάττειν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. Ὡς γὰρ οἱ λίθῳ προσπταίσαντες ὁδοιπόροι, ἢ περὶ ἄκραν ἀνατραπέντες κυβερνῆται, ἂν μνημονεύωσιν, οὐκ ἐκεῖνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ προσόμοια φρίττοντες καὶ φυλαττόμενοι διατελοῦσιν· οὕτως οἱ τὰ τῆς δυσωπίας αἰσχρὰ καὶ βλαβερὰ συνεχῶς τῷ μετανοοῦντι καὶ δακνομένῳ προλαβόντες, ἀντιλήψονται πάλιν ἑαυτῶν ἐν τοῖς ὁμοίοις, καὶ οὐ προήσονται ῥᾳδίως ὑποφερομένους.

XIX. Quod itaque adversus omnes animi affectiones utile est, eo maxime indigent, qui facile sibi vitiosum pudorem incuti patiuntur : ut quando victi eo vitio præter animi propositum peccaverunt atque subversi sunt, arcte memoria complectantur, sibique penitus infigant signa morsus atque pœnitentiæ, ac plurimum temporis iis recordandis et observandis tribuant. Sicut enim viatores ubi in saxum impegerunt, et nautæ apud promontorium aliquod navim sicubi alliserunt, memores sui casus non ista modo ad quæ offenderunt, sed et similia horum perpetuo horrent atque vitant : ita qui vitiosi pudoris turpitudinem et damna continenter pœnitentiæ morsum sentiente animo concipiunt, in simili re cohibebunt se ipsos, neque facile rursus in peccatum prolabentur.

ΠΕΡΙ ΦΘΟΝΟΥ ΚΑΙ ΜΙΣΟΥΣ.

1. Οὕτω δὴ καὶ δοκεῖ μηδὲν τοῦ μίσους διαφέρειν ὁ φθόνος, ἀλλ' ὁ αὐτὸς εἶναι. Καθόλου μὲν γὰρ ὥσπερ πολυάγκιστρον ἡ κακία, τοῖς ἐξηρτημένοις αὐτῆς πάθεσι κινουμένη δεῦρο κἀκεῖσε, πολλὰς πρὸς ἄλληλα συναφὰς καὶ περιπλοκὰς ἐνδίδωσι· ταῦτα δὲ ὥσπερ νοσήματα συμπαθεῖ ταῖς ἀλλήλων φλεγμοναῖς. Ὁ γὰρ εὐτυχῶν, ὁμοίως καὶ τὸν μισοῦντα λυπεῖ καὶ τὸν φθονοῦντα. Διὸ καὶ τὴν εὔνοιαν ἀμφοτέροις νομίζομεν ἀντικεῖσθαι, βούλησιν οὖσαν ἀγαθῶν τοῖς πλησίον· καὶ τῷ μισεῖν τὸ φθονεῖν ταυτὸ εἶναι, ὅτι τὴν ἐναντίαν τῷ φιλεῖν ἔχει προαίρεσιν. Ἐπεὶ δ' οὐχ οὕτω ταυτὸν αἱ ὁμοιότητες, ὡς ἕτερον αἱ διαφοραὶ ποιοῦσι, κατὰ ταύτας ζητῶμεν, ἐὰν μεταδιώξωμεν, ἀπὸ τῆς γενέσεως ἀρξάμενοι τῶν παθῶν.

2. Γεννᾶται τοίνυν τὸ μῖσος ἐκ φαντασίας τοῦ ὅτι πονηρὸς * ἢ κοινῶς ἢ πρὸς αὐτόν ἐστιν ὁ μισούμενος· καὶ γὰρ ἀδικεῖσθαι δόξαντες αὐτοί, πεφύκασι μισεῖν, καὶ τοὺς ἄλλως ἀδικητικούς, ἢ πονηρούς, προβάλλονται καὶ δυσχεραίνουσι· φθονοῦσι δὲ ἁπλῶς τοῖς εὖ πράττειν δοκοῦσιν. Ὅθεν ἔοικεν ὁ μὲν φθόνος ἀόριστος εἶναι, καθάπερ ὀφθαλμία πρὸς ἅπαν τὸ λαμπρὸν ἐκταρασσόμενος· τὸ δὲ μῖσος ὥρισται καθ' ὑποκειμένων ἀεί τινων ἀπερειδόμενον πρὸς αὐτόν.

3. Δεύτερον δὲ τὸ μισεῖν γίνεται καὶ πρὸς ἄλογα ζῶα· καὶ γὰρ γαλᾶς καὶ κανθαρίδας ἔνιοι μισοῦσι, καὶ φρύνους, καὶ ὄφεις· Γερμανικὸς δ' ἀλεκτρυόνος οὔτε φωνὴν οὔτ' ὄψιν ὑπέμεινεν· οἱ δὲ Περσῶν μάγοι τοὺς μῦς ἀπεκτίννυσαν, ὡς αὐτοί τε μισοῦντες καὶ τοῦ θεοῦ δυσχεραίνοντος τὸ ζῶον· ὁμοῦ τε γὰρ πάντες Ἄραβες καὶ Αἰθίοπες μυσάττονται. Τὸ μέντοι φθονεῖν πρὸς μόνον ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ γίνεται.

4. Ἐν τοῖς θηρίοις δὲ φθόνον μὲν οὐκ εἰκὸς ἐγγίνεσθαι πρὸς ἄλληλα· τοῦ γὰρ εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἑτέρου, φαντασίαν οὐ λαμβάνουσιν, οὐδὲ ἅπτεται τὸ ἔνδοξον ἢ ἄδοξον αὐτῶν, οἷς ὁ φθόνος ἐκτραχύνεται μάλιστα· μισοῦσι δ' ἄλληλα καὶ ἀπεχθάνονται καὶ

DE INVIDIA ET ODIO.

I. Ita quidem videtur nihil ab odio differre invidia, sed idem esse. Universe autem malitia tanquam multis hamis prædita, pravis ab ipsa dependentibus affectionibus hinc inde, varie in sese implicatur atque committitur : quæ morborum modo una alterius inflammatione excitantur. Cui res sunt secundæ, is odium gerenti et invidenti æque est molestus : quare benevolentiam utrique vitio censemus opponi, quæ vult ut proximo bene sit : et invidere atque odisse pro eodem ducimus, quia contrarium benevolentiæ studium habent. Sed quoniam non ita conveniunt similitudinibus duo hæc, ut differentiis discrepant : has consectemur, initio ab origine utriusque ducto.

II. Odium gignitur, quod quem odio quis habet, eum vel simpliciter, vel erga se malum esse imaginatur. Nam et qui injuria se affectos putant, auctorem injuriæ odisse solent : et qui alias injuriosi aut malitiosi videntur, eos aversamur atque moleste ferimus. Invident autem simpliciter iis, qui fortuna utuntur propitia. Itaque invidentia videtur infinitum esse quippiam : quæ sicut ophthalmia, (oculorum vitiosus affectus) omnibus splendidis offenditur. Odium semper definitur subjecto certo, in quod incumbit.

III. Deinde, odium concipitur etiam in bruta animalia. Sunt enim qui feles, cantharidas, rubetas, serpentes oderunt. Et Germanicus galli gallinacei neque vocem neque aspectum ferebat : mures magi Persarum interficiebant, quod et ipsi eos odio haberent et Deo invisos arbitrarentur. Ex æquo enim et Arabes omnes, et Æthiopes murem abominantur. Invidia soli homini adversus hominem est.

IV. Neque enim probabile est brutam bestiam brutæ invidere ; cum de alterius vel secundis vel adversis rebus nihil imaginatur, neque de bona aut mala alterius fama : quibus opinionibus maxime exasperari solet invidentia. Interim oderunt invicem bruta, exercentque

πολεμοῦσιν ὥσπερ ἀπίστους τινὰς, πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ καὶ δράκοντες, κορῶναι καὶ γλαῦκες, αἰγιθαλλοὶ καὶ ἀκανθυλλίδες· ὥστε τούτων γε φασὶ μηδὲ τὸ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένων, ἀλλὰ κἂν μίξῃς, ἰδίᾳ πάλιν ἀποῤῥεῖ διακρινόμενον. Εἰκότως δὲ καὶ τῷ λέοντι πρὸς τὸν ἀλεκτρυόνα, καὶ τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὴν ὗν μῖσος ἰσχυρὸν γεγεννηκέναι τὸν φόβον. Ὃ γὰρ δεδίασι, καὶ μισεῖν πεφύκασιν· ὥστε καὶ ταύτῃ φαίνεσθαι διαφέροντα τοῦ μίσους τὸν φθόνον, τὸ μὲν δεχομένης τῆς τῶν θηρίων φύσεως, τὸν δὲ μὴ δεχομένης.

5. Ἔτι τοίνυν τὸ μὲν φθονεῖν πρὸς οὐδένα γίνεται δικαίως· οὐδεὶς γὰρ ἀδικεῖ τῷ εὐτυχεῖν, ἐπὶ τούτῳ δὲ φθονοῦνται· μισοῦνται δὲ πολλοὶ δικαίως, ὡς οὓς ἀξιομισήτους καλοῦμεν, ἂν μὴ φεύγωσι τοὺς τοιούτους, μηδὲ βδελύττωνται καὶ δυσχεραίνωσι. Μέγα δὲ τούτου τεκμήριον, ὅτι μισεῖν μὲν πολλοὺς ὁμολογοῦσιν ἔνιοι, φθονεῖν δ' οὐδενὶ λέγουσι. Καὶ γὰρ ἡ μισοπονηρία τῶν ἐπαινουμένων ἐστί· καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν τοῦ Λυκούργου, Χάριλλον, βασιλεύοντα τῆς Σπάρτης, ἐπιεικῆ δ' ὄντα καὶ πρᾷον, ἐπαινούντων τινῶν, ὁ συνάρχων, Καὶ πῶς, ἔφη, χρηστός ἐστι Χάριλλος, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς χαλεπός ἐστι; Καὶ τοῦ Θερσίτου ὁ ποιητὴς τὴν μὲν τοῦ σώματος κακίαν πολυμερῶς καὶ περιωδευμένως ἐξεμόρφωσε, τὴν δὲ τοῦ ἤθους μοχθηρίαν συντομώτατα καὶ δι' ἑνὸς ἔφρασεν·

Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν ἠδ' Ὀδυσῆϊ.

Ὑπερβολὴ γάρ τις φαυλότητος, τὸ τοῖς κρατίστοις ἐχθρὸν εἶναι. Καὶ φθονεῖν δ' ἀρνοῦνται· κἂν ἐλέγχωνται, μυρίας σκήψεις προΐσχονται, ὀργίζεσθαι λέγοντες, ἢ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ μισεῖν· ὅ τι ἂν τύχωσιν ἄλλο τῷ φθόνῳ τοῦ πάθους ὄνομα περιβάλλοντες, καὶ καλύπτοντες ὡς μόνον τοῦτο τῶν τῆς ψυχῆς νοσημάτων ἀπόῤῥητον [ὄν].

6. Ἀνάγκη τοίνυν τὰ πάθη ταῦτα τοῖς αὐτοῖς ὥσπερ τὰ φυτὰ καὶ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι καὶ ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν ἀλλήλοις. Μισοῦμέν γε μᾶλλον τοὺς μᾶλλον εἰς πονηρίαν ἐπιδιδόντας, φθονοῦσι δὲ μᾶλλον τοῖς μᾶλλον ἐπ' ἀρετῇ προϊέναι δοκοῦσι. Διὸ καὶ Θεμιστοκλῆς, ἔτι μειράκιον ὤν, οὐδὲν ἔφη πράττειν λαμπρόν· οὔπω γὰρ φθονεῖσθαι. Καθάπερ γὰρ αἱ κανθαρίδες ἐμφύονται μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ, καὶ τοῖς εὐθαλέσι ῥόδοις· οὕτως ὁ φθόνος ἅπτεται μάλιστα τῶν χρηστῶν καὶ αὐξομένων πρὸς ἀρετὴν καὶ δόξαν ἠθῶν καὶ προσώπων. Καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν αἱ μὲν ἄκρατοι πονηρίαι συνεπιτείνουσι τὸ μῖσος. Τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, * ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας, οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὔειν, μήτ' ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μὴ λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας, ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος. Αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον κατασβεννύουσιν. Οὐ γὰρ εἰκὸς Ἀλεξάνδρῳ τινὰ

inimicitias, et fide majora bella gerunt. Pugnant inter se aquilæ et dracones, cornices et ululæ, parus et carduelis, quorum etiam sanguinem occisorum permisceri negant, sed etiam si quis confundat, utrumque seorsim diffluere narrant. Probabile est etiam leoni adversus gallum, et elephanto adversus suem atrox odium esse a metu natum. Quod enim timetur, id natura odio est. Hoc ergo videntur odium et invidia discrepare, quod hanc brutorum natura non item ut illud admittit.

V. Præterea invidia contra neminem juste suscipitur: nemo enim eo injuste agit, quod faustis utitur successibus: propter quos tamen ei invidetur. At multi merito odio habentur: et qui eos non fugiant atque aversentur, ipsos odio dignos dicimus. Atque hujus rei magnum hoc est argumentum: quod sunt qui multos se odisse fatentur, nemini autem dicunt se invidere. Odium enim malorum, laudabile habetur: et fratre Lycurgi natum Charilaum Spartæ regem, benignum mansuetumque hominem cum laudarent nonnulli, collega ejus: *Et quomodo*, inquit, *probus iste sit, qui ne malis quidem se difficilem gerit?* Ac Thersitæ corporis vitia Homerus cum multiplici atque copiosa oratione depinxisset, animi pravitatem brevissime, ac quasi uno verbo expressit:

Pelidæ in primis erat, atque inimicus Ulyssi.

Nam major nulla potest esse vitiositas, quam optimis esse inimicum. Quinetiam negant se invidere: et si arguantur, sexcentas præscriptiones afferunt: irasci se dicentes, aut metuere, aut odisse hominem, aut quodvis aliud nomen affectioni prætendentes, quo invidiam velent, ut solum omnium animi morborum infandum.

VI. Porro necesse est easdem, ut stirpes, ita etiam affectiones iisdem ali, augeri, intendi causis. Nunc aliter natura comparatum est. Nam eos magis odimus, qui deteriores fieri pergunt: invidetur iis potissimum, quorum virtus crescere videtur. Itaque etiam Themistocles dicebat, *se adolescentem nullum splendidum fecisse facinus: nondum enim sibi fuisse invidum.* Sicut enim cantharides maxime adultis jam frugibus, et rosis florentibus incumbunt: ita invidia maxime adoritur bonos honestatisque et ad virtutem proficientes gloriam. Rursum extrema malitia facit ut simul etiam odium fiat vehementius. Eos quidem, quorum calumnia Socrates fuit oppressus, ut extreme malos, ita oderunt, itaque aversati sunt cives, ut neque ignem eis accenderent, neque interrogantibus responderent, neque in balneo aqua uterentur eadem, sed qua illi lavissent, eam tanquam pollutam juberent a ministris effundi: donec illi impatientia odii sese suspenderunt. At rerum secundarum excellentia atque splendore sæpenumero exstinguitur invidia. Non enim verisimile est Alexandro

φθονεῖν, οὐδὲ Κύρῳ, κρατήσασι καὶ γενομένοις κυρίοις ἁπάντων. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, ὧν ἂν ὑπὲρ κορυφῆς γένηται, καὶ καταχεόμενος τὸ φῶς ἢ παντάπασι τὴν σκιὰν ἀνεῖλεν, ἢ μικρὰν ἐποίησεν, οὕτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων καὶ γενομένων κατὰ κεφαλῆς τοῦ φθόνου, συστέλλεται καὶ ἀναχωρεῖ καταλαμπόμενος. Τὸ μέντοι μῖσος οὐκ ἀνίησιν ἡ τῶν ἐχθρῶν ὑπεροχὴ καὶ δύναμις. Ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος φθονοῦντα μὲν οὐδένα εἶχε, μισοῦντας δὲ πολλούς, ὑφ' ὧν τέλος ἐπιβουλευθεὶς ἀπέθανεν. Ὁμοίως τοίνυν καὶ τὰ δυστυχήματα τοὺς μὲν φθονοῦντας παύει, τὰς δ' αὖ ἔχθρας οὐκ ἀναιρεῖ. Μισοῦσι γὰρ καὶ ταπεινοὺς τοὺς ἐχθροὺς γενομένους· φθονεῖ δ' οὐδεὶς τῷ δυστυχοῦντι. Ἀλλὰ καὶ τὸ ῥηθὲν ὑπό τινος τῶν καθ' ἡμᾶς σοφιστῶν, ὅτι ἥδιστα οἱ φθονοῦντες ἐλεοῦσιν, ἀληθές ἐστιν· ὥστε καὶ ταύτην μεγάλην εἶναι τῶν παθῶν διαφοράν, ὡς τὸ μὲν μῖσος οὔτ' εὐτυχούντων, οὔτε δυστυχούντων, ἀφίστασθαι πέφυκεν· ὁ δὲ φθόνος πρὸς τὴν ἀμφοῖν ὑπερβολὴν ἀπαγορεύει.

7. Ἔτι τοίνυν καὶ μᾶλλον οὕτως ἀπὸ τῶν ἐναντίων τὸ αὐτὸ σκοπῶμεν. Λύουσι γὰρ ἔχθρας καὶ μῖσος, ἢ πεισθέντες μηδὲν ἀδικεῖσθαι· ἢ δόξαν ὡς χρηστῶν, οὓς ἐμίσουν ὡς πονηρούς, λαβόντες· ἢ τρίτον, εὖ παθόντες. Ἡ γὰρ τελευταία χάρις, ὡς Θουκυδίδης φησὶ, κἂν ἐλάττων ᾖ, καιρὸν ἔχουσα, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι. Τούτων δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐ λύει τὸν φθόνον· πεπεισμένοι γὰρ ἐξ ἀρχῆς μηδὲν ἀδικεῖσθαι, φθονοῦσι· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ παροξύνει· τοῖς τε γὰρ δοκοῦσι χρηστοῖς βασκαίνουσι μᾶλλον, ὡς δὴ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἀρετὴν ἔχουσι· κἂν εὖ πάσχωσιν ὑπὸ τῶν εὐτυχούντων, ἀνιῶνται, φθονοῦντες αὐτοῖς καὶ τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς δυνάμεως. Τὸ μὲν γὰρ ἀρετῆς ἐστι, τὸ δ' εὐτυχίας, ἀγαθὰ δ' ἀμφότερα. Διὸ παντελῶς ἕτερόν ἐστι τοῦ μίσους πάθος ὁ φθόνος, εἰ, δι' ὧν ἐκεῖνο πραΰνεται, τοῦτο λυπεῖται καὶ παροξύνεται.

8. Ἤδη τοίνυν καὶ τὴν προαίρεσιν αὐτὴν ἑκατέρου πάθους σκοπῶμεν. Ἔστι δὲ μισοῦντος μὲν προαίρεσις, κακῶς ποιῆσαι· καὶ τὴν δύναμιν οὕτως ὁρίζονται, διάθεσίν τινα καὶ προαίρεσιν ἐπιτηρητικὴν τοῦ κακῶς ποιῆσαι. Τῷ φθόνῳ δὲ τοῦτο γοῦν ἄπεστι. Πολλοὺς [γὰρ] οἱ φθονοῦντες τῶν συνήθων καὶ οἰκείων ἀπολέσθαι μὲν οὐκ ἂν ἐθέλοιεν, οὐδὲ δυστυχῆσαι, βαρύνονται δ' εὐτυχοῦντας· καὶ κωλύουσι μέν, εἰ δύνανται, τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ λαμπρότητα, συμφορὰς δ' ἀνηκέστους οὐκ ἂν προσβάλοιεν· ἀλλ' ὥσπερ οἰκίας ὑπερεχούσης, τὸ ἐπισκοτοῦν αὐτοῖς καθελόντες, ἀρκοῦνται.

quemquam aut Cyro invidisse, postquam summa rerum sunt potiti. Sed quemadmodum sol quorum per verticem transit, in eos diffuso lumine, aut nullam aut exiguam umbram facit : sic qui prosperitate elati supra caput æmulorum eminent, splendore suo eorum invidiam coercent atque abolent. Odium vero potentia et excellentia inimicorum non minuit. Nam Alexander neminem quidem habuit qui invideret ipsi, qui odissent, multos : quorum tandem interfectus est etiam insidiis. Similiter etiam adversæ res invidiam tollunt, odia non perimunt : nam etiam dejectos inimicos oderunt, cum nemo invideat misero. Sed et hoc verum est, quod nostra ætate quidam sophista dixit : *Invidos ad miserandum esse facillimos* : ut in hoc etiam magnum invidiæ et odii discrimen appareat : cum hoc neutram fortunam relinquat, illa utriusque abundantia elanguescat.

VII. A contrario denique idem hoc etiam magis intelligemus. Inimicitia et odium tolluntur, vel ubi fides fit nos non esse affectos injuria ; vel ubi quos ut malos oderamus, bonos eos esse persuadetur ; vel beneficio accepto : *Ultima enim gratia*, ut Thucydides inquit, *etsi minor sit, tamen tempestive inita, potest majus diluere crimen.* Horum primum invidiam non perimit : invident enim, quamtumvis constet nulla se affectos injuria. Reliqua duo etiam augent eam : nam et magis invident iis quos bonos putant, utpote virtute rerum bonarum optima præditis : et si beneficium a fortunatis accipiant, ægre ipsis est, invidentque iis et voluntatem et facultatem : quorum illa virtuti, hæc fortunæ debetur, utraque bonum est. Ergo plane diversæ sunt affectiones odium et invidia : quando quibus illud lenitur rebus, iis hæc ægrescit et exasperatur.

VIII. Jam nunc porro utriusque affectionis propositum consideremus. Institutum est ejus qui odit, male, si possit, facere : atque ita odium definiunt, affectionem quamdam et propositum male faciendi, ejusque occasionem captandi. Verum hoc quidem ab invidia abest. Multi familiaribus ac domesticis suis invident, quos perire aut in calamitatem incidere nollent : tantum molesta ipsis eorum est prosperitas, et gloriam splendoremque eorum pro viribus minuunt : grave autem incommodum et perniciem inferre nollent, contenti veluti excelsæ domus eam partem quæ ipsorum lumini officit, dejecisse.

* ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΑΥΤΟΝ ΕΠΑΙΝΕΙΝ ΑΝΕΠΙΦΘΟΝΩΣ.

1. Τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν ὥς τι ὄντος ἢ δυναμένου πρὸς ἑτέρους, ὦ Ἥρκλανε, λόγῳ μὲν ἐπαχθὲς ἀποφαίνουσι πάντες καὶ ἀνελεύθερον, ἔργῳ δ' οὐ πολλοὶ τὴν ἀηδίαν αὐτοῦ διαπεφεύγασιν οὐδὲ τῶν ψεγόντων. Ὁ γοῦν Εὐριπίδης εἰπὼν,

Εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι,
οὐδεὶς ἂν αὐτὸν εὖ λέγειν ἐβούλετο·
νῦν δ' ἐκ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος
λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων
τά τ' ὄντα καὶ μή· ζημίαν γὰρ οὐκ ἔχει·

φορτικωτάτῃ κέχρηται μεγαλαυχίᾳ, συγκαταπλέκων τοῖς τραγῳδουμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι μηδὲν προσήκοντα τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Ὁμοίως ὁ Πίνδαρος φήσας,

— — Καὶ
τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,
μανίαις ὑποκρέκειν,

οὐ παύεται μεγαληγορῶν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, ἀξίας μὲν ἐγκωμίων οὔσης· τίς γὰρ οὔ φησιν; ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφανουμένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἕτεροι νικῶντας ἀναγορεύουσι, τὴν ἀηδίαν τῆς περιαυτολογίας ἀφαιροῦντες. Ἧ καὶ τὸν Τιμόθεον ἐπὶ τῇ κατὰ Φρύνιδος νίκῃ γράφοντα· Μακάριος ἦσθα, Τιμόθεε, ὅτε κᾶρυξ εἶπε· Νικᾷ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὸν Κάρβωνος τὸν ἰωνοκάμπταν· εἰκότως δυσχεραίνομεν ὡς ἀμούσως καὶ παρανόμως ἀνακηρύττοντα τὴν ἑαυτοῦ νίκην. Αὐτῷ μὲν γὰρ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκουσμάτων ἐστὶν, ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν εἴρηκεν· ἑτέροις δὲ ὁ περὶ αὐτοῦ, λυπηρότατον. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀναισχύντους ἡγούμεθα τοὺς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντας, αἰδεῖσθαι προσῆκον αὐτοῖς, κἂν ὑπ' ἄλλων ἐπαινῶνται· δεύτερον δὲ ἀδίκους, ἃ λαμβάνειν ἔδει παρ' ἑτέρων, αὐτοῖς διδόντας· τρίτον, ἢ σιωπῶντες ἄχθεσθαι καὶ φθονεῖν δοκοῦμεν, ἢ τοῦτο δεδοικότες, ἀναγκαζόμεθα συνεφάπτεσθαι παρὰ γνώμην τῶν ἐπαίνων, καὶ συνεπιμαρτυρεῖν, πρᾶγμα κολακείᾳ μᾶλλον ἀνελευθέρῳ προσῆκον, ἢ τιμῇ, τὸ ἐπαινεῖν παρόντας, ὑπομένοντες.

2. Οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ, τούτων οὕτως ἐχόντων, ἔστιν ἣ παρακινδυνεύσειεν ἂν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ ἅψασθαι τῆς καλουμένης περιαυτολογίας πρὸς οὐδεμίαν αὑτοῦ δόξαν ἢ χάριν, ἀλλὰ καιροῦ καὶ πράξεως ἀπαιτούσης, ὥσπερ ἄλλο τι, καὶ περὶ αὐτοῦ, λεχθῆναι τῶν ἀληθινῶν· μάλιστα δὲ ὅταν ᾖ τὰ πεπραγμένα καὶ προσόντα χρηστὰ, τὸ μὴ φεισάμενον εἰπεῖν διαπράξασθαί τι τῶν ὁμοίων. Καλὸν γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔπαινος ἐκφέρει καρπὸν, ὥσπερ ἀπὸ σπέρματος πλειόνων ἑτέρων ἀπ' αὐτοῦ καὶ κρειττόνων φυομένων ἐπαίνων. Καὶ γὰρ τὴν δόξαν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ οὐχ ὥς τινα μισθὸν ἢ παραμυθίαν τῆς ἀρετῆς ἀπαιτεῖ, καὶ ἀγαπᾷ ταῖς πράξεσι παροῦσαν· ἀλλ' ὅτι τὸ πιστεύεσθαι καὶ δοκεῖν χρηστὸν

QUA QUIS RATIONE SE IPSE SINE INVIDIA LAUDET.

I. Nemo est, Herculane, qui non dicat molestum atque illiberale esse, de se ipso ad alios loquendo aliquam sibi dignitatem aut potentiam vindicare : sed reipsa pauci, eorum etiam qui rem istam vituperant, ingratam ejus importunitatem evitaverunt. Euripides quidem qui hæc cecinit :

Venalis oratio si esset mortalibus,
laudes nemo sui ipsius vellet dicere.
Nunc ex profundo namque gratis aere
sumere licet. Nemo non gaudet dicere
tam falsa quam vera, hoc impune quia licet :

insolentissima tamen usus est jactantia, dum orationem de se ipso inseruit casibus et rebus in tragœdia propositis, nihil ad eas pertinentem. Similiter Pindarus quoque, qui *intempestivam jactantiam insaniæ succinere* dixit, nullum facit finem magnifice loquendi de sua facultate, digna quidem laudibus : quis hoc negaret? Sed tamen et eorum qui in certaminibus coronantur, alii victoriam proclamant, ut molestam de se ipso loquendi ansam præcidant. Itaque et Timotheo in victoriam de Phrynide partam scribenti : *Beatus eras, Timothee, quando præco dixit : Vincit Timotheus Milesius Carbonis filium, Ionocamptam*, non injuria succensemus, qui indocte et injuste suam ipse prædicaverit victoriam. Unicuique enim, ut ait Xenophon, *laus ab aliis profecta suavissima est auditu :* aliis autem ea molestissima, quam sibi quis ipse tribuit. Primum enim impudentes eos arbitramur, qui se ipsi laudant, quia decebat eos pudor, etiam si ab aliis laudarentur : secundo, injustos, sibi sumentes scilicet, quod tribui ab aliis debuit : tertio, aut silentes videbimur moleste ferre et invidere : aut hoc dum vitamus, cogemur præter animi nostri sententiam ipsi quoque nos ad laudandum conferre, et ipsos testimonium dicendo in faciem laudare, hoc est, rem in nos recipere, quæ magis illiberali adulationi, quam honoris exhibitioni convenit.

II. Verum enimvero quanquam hæc ita habent, usu venire tamen potest, ut audendum sit viro civili aliquid de se ipso dicere, non gloriæ ullius aut gratiæ captandæ causa, sed quia occasio et res ita postulent, ut sicut de alio vera, ita de se ipso etiam proferat : maxime cum ad præsens institutum cadit, ut liberaliter profiteatur tale aliquid abs se fuisse gestum aut confectum. Hujusmodi enim laus bonum producit fructum, ex ea tanquam semine pluribus et auctioribus pullulantibus laudibus. Quippe gloriam civilis vir non ut præmium aut solatium virtutis exigit, aut amplectitur suis actionibus comitantem : sed quod credi et haberi pro probo, causam

εἶναι πλειόνων καὶ καλλιόνων πράξεων ἀφορμὰς δίδωσι. Πειθομένους γὰρ ἅμα καὶ φιλοῦντας ἡδὺ καὶ ῥᾴδιον ὠφελεῖν· πρὸς δὲ ὑποψίαν καὶ διαβολὴν οὐκ ἔστι χρήσασθαι τῇ ἀρετῇ, φεύγοντας εὖ παθεῖν προσβιαζόμενον. Εἰ δὲ καὶ δι' ἑτέρας τινὰς αἰτίας ὁ πολιτικὸς ἂν αὑτὸν ἐπαινέσειε, * σκεπτέον, τίνες εἰσὶν αὗται, ὅπως ἐξευλαβούμενοι τὸ κενὸν καὶ δυσχεραινόμενον, εἴ τι χρήσιμον ἔχει, μὴ παραλίπωμεν.

3. Ἔστιν οὖν κενὸς ἔπαινος, ὁ τῶν ἑαυτοὺς ἐπαινεῖν, ὅπως ἐπαινεθῶσι, δοκούντων· καὶ καταφρονεῖται μάλιστα, φιλοτιμίας ἕνεκα γίνεσθαι καὶ δόξης ἀκαίρου φαινόμενος· ὡς γὰρ οἱ τροφῆς ἀποροῦντες, ἐξ αὑτοῦ τοῦ σώματος ἀναγκάζονται παρὰ φύσιν τρέφεσθαι, καὶ τοῦτο τοῦ λιμοῦ τέλος ἐστίν· οὕτως οἱ πεινῶντες ἐπαίνων, ἂν μὴ τύχωσιν ἑτέρων ἐπαινούντων, αὐτοὶ τῇ φιλοδοξίᾳ παρ' αὑτῶν ἐπαρκεῖν τι βούλεσθαι καὶ συνεισφέρειν δοκοῦντες, ἀσχημονοῦσιν. Ὅταν δὲ μηδὲ ἁπλῶς καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπαινεῖσθαι ζητῶσιν, ἀλλ', ἁμιλλώμενοι πρὸς ἀλλοτρίους ἐπαίνους, ἔργα καὶ πράξεις ἀντιπαραβάλλωσιν αὑτῶν, ὡς ἀμαυρώσοντες ἑτέρους, πρὸς τῷ κενῷ βάσκανον πρᾶγμα καὶ κακόηθες ποιοῦσι. Τὸν μὲν γὰρ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέντα, περιεργὸν ἡ παροιμία καὶ γελοῖον ἀποδείκνυσι· τὴν δ' ἐν ἀλλοτρίοις ἐπαίνοις εἰς μέσον ὑπὸ φθόνου καὶ ζηλοτυπίας ἐξωθουμένην περιαυτολογίαν εὖ μάλα δεῖ φυλάττεσθαι, καὶ μηδ' ἑτέρων ὑπομένειν ἐπαινούντων αὑτὸν, ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς τιμωμένοις, ἀξίοις οὖσιν· ἂν δ' ἀνάξιοι καὶ φαῦλοι δόξωσιν εἶναι, μὴ τοῖς ἰδίοις ἐπαίνοις ἀφαιρώμεθα τοὺς ἐκείνων, ἀλλ' ἄντικρυς ἐλέγχοντες, καὶ δεικνύντες οὐ προσηκόντως εὐδοκιμοῦντας. Ταῦτα μὲν οὖν δῆλον ὅτι φυλακτέον.

4. Αὑτὸν δ' ἐπαινεῖν ἀμέμπτως ἔστι, πρῶτον μὲν, ἂν ἀπολογούμενος τοῦτο ποιῇς πρὸς διαβολὴν, ἢ κατηγορίαν, ὡς ὁ Περικλῆς· Καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. Οὐ γὰρ μόνον ἀλαζονείαν καὶ κενότητα καὶ φιλοτιμίαν ἐκπέφευγε τῷ λέγειν [τι] τηνικαῦτα περὶ αὑτοῦ σεμνὸν, ἀλλὰ καὶ φρόνημα καὶ μέγεθος ἀρετῆς διαδείκνυσι, τῷ μὴ ταπεινοῦσθαι ταπεινούσης καὶ χειρουμένης τὸν φθόνον. Οὐδὲ γὰρ κρίνειν ἔτι τοὺς τοιούτους ἀξιοῦσιν, ἀλλ' ἐπαίρονται καὶ γάννυνται καὶ συνενθουσιῶσι ταῖς μεγαλαυχίαις, ἄνπερ ὦσι βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὡς ἐπιμαρτυρεῖ τὰ γινόμενα. Θηβαῖοι γοῦν, ἐγκαλουμένων τῶν στρατηγῶν, ὅτι, τοῦ χρόνου τῆς Βοιωταρχίας ἐξήκοντος αὐτοῖς, οὐκ εὐθὺς ἐπανῆλθον, ἀλλ' εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐνέβαλον, καὶ τὰ περὶ Μεσσήνην διῴκησαν, Πελοπίδαν μὲν ὑποπίπτοντα καὶ δεόμενον μόλις ἀπέλυσαν· Ἐπαμινώνδου δὲ πολλὰ περὶ τῶν πεπραγμένων μεγαληγορήσαντος, τέλος δὲ φήσαντος, ὡς ἕτοιμός ἐστιν ἀποθνήσκειν, ἂν ὁμολογήσωσιν, ὅτι τὴν Λακωνικὴν διεπόρθησε, καὶ τὴν Μεσσήνην ᾤκισε, καὶ συνέστησεν Ἀρκαδίαν, ἀκόντων ἐκείνων· οὐδὲ τὰς ψήφους ἀναλαβεῖν ἐπ' αὐτὸν ὑπέμειναν, ἀλλὰ

et occasionem plurium pulchriorumque parit facinorum. Dicto enim audientibus et amantibus facilius et suavius licet prodesse : qui suspecti sunt aut calumniis onerati, virtute sua non possunt uti, et vim facere beneficium ipsorum fugientibus. Si vero alias etiam ob causas civilis vir se ipsum laudare debeat, considerandum est quales eæ sint : ut vanitatem et importunitatem evitantes, quod utile est interim non prætermittamus.

III. Proinde vana est laus eorum qui se ipsos propterea videntur laudare, ut laudentur : ac maxime contemnitur, ab ambitione intempestivæ gloriæ proficisci credita. Sicut enim qui cibi penuria laborant, contra naturam ex suis ipsorum corporibus a'i coguntur, isque finis est famis : sic qui laudes esuriunt, nisi obtingant alii laudatores, decorum violant, dum ob arrogantiam ipsi sibi aliquid tribuere ac conferre videntur. Quando autem non simpliciter et pro se laudari cupiunt, sed certamine adversus aliorum laudes suscepto, res suas gestas iis opponunt, tanquam obliteraturi, ad vanitatem facinus invidum atque malignum adjiciunt. Nam qui in alieno choro pedem ponit, eum proverbio curiosum atque ridiculum demonstrant : sed de se ipso inter aliorum laudes in medium ab invidia et obtrectatione extrusum sermonem, cavere diligenter debemus, ac ne alios quidem ferre qui tum nos laudent, sed meritis laudem suam concedere : aut si eo honore indigni ac vitiosi videantur, non nobis laudandis hunc ipsis adimere, sed palam arguere atque ostendere, non competere in eos, qui ipsis habetur, honorem. Hæc cavenda esse, liquet.

IV. Se ipsum autem absque culpa reprehensionis laudare aliquis potest : primum si calumniæ aut accusationis depellendæ gratia hoc faciat, ut Pericles : *Ac mihi quidem vos irascimini, ei viro, qui nemini vestrum cedo vel peritia rerum, vel elocutione intellectarum, vel amore patriæ, vel pecuniæ despicientia.* Non enim crimen modo arrogantiæ, vanitatis, et ambitionis effugit tunc de se magnifice loquendo : sed et altitudinem animi, et virtutis declaravit magnitudinem, eo ipso invidiam opprimentis, quod dejici se et frangi non est passa. Et non jam ferre de talibus suffragia volunt cives : sed extolluntur, lætantur, et instinctu quodam animi prosequuntur talem jactantiam, si vera sit et constans. Testimonio sunt historiæ. Pelopidam a principibus reipublicæ accusatum, quod exacto Bœotarchiæ tempore non statim domum rediisset, sed in Laconicam irrupisset, ac Messenam instauravisset, submittentem se et deprecantem Thebani ægre absolverunt. At contra Epaminondam, qui ejus tum fuerat collega, multa de rebus suis gestis magnifice prædicantem, eumque orationi finem imponentem, ut diceret : *Paratum se esse mori, si fateri velint cives, ipsum iis invitis Laconicam vastasse, Messenam condidisse, et Arcades in unum corpus conduxisse* : non sustinuerunt iidem ire

θαυμάζοντες τὸν ἄνδρα, καὶ χαίροντες ἅμα καὶ γελῶντες ἀπηλλάγησαν. Ὅθεν οὐδὲ τοῦ Ὁμηρικοῦ Σθενέλου παντάπασιν αἰτιατέον τὸ,

Ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι·

μεμνημένους τοῦ,

Ὤμοι, Τυδέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο,
τί πτώσσεις; τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας;

Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀκούσας κακῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ φίλου λοιδορηθέντος ἠμύνατο, τῇ περιαυτολογίᾳ παῤῥησίαν εὐγνώμονα τῆς αἰτίας διδούσης. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥωμαῖοι Κικέρωνι μὲν ἐδυσχέραινον ἐγκωμιάζοντι πολλάκις ἑαυτοῦ τὰς περὶ Κατιλίναν πράξεις· Σκιπίωνι δ' εἰπόντι, μὴ πρέπειν αὐτοῖς κρίνειν περὶ Σκιπίωνος, δι' ὃν ἔχουσι τὸ κρίνειν πᾶσιν ἀνθρώποις, στεφανωσάμενοι συνανέβησαν εἰς τὸ Καπιτώλιον, * καὶ συνέθυσαν. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἀναγκαίως, ἀλλ' ὑπὲρ δόξης, ἐχρῆτο τοῖς ἐπαίνοις· τοῦ δ' ἀφῄρει τὸν φθόνον ὁ κίνδυνος.

5. Οὐ μόνον δὲ κρινομένοις καὶ κινδυνεύουσιν, ἀλλὰ καὶ δυστυχοῦσι μᾶλλον ἁρμόζει μεγαλαυχία καὶ κόμπος, ἢ εὐτυχοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ οἷον ἐπιδράττεσθαι τῆς δόξης καὶ ἀπολαύειν, χαριζόμενοι τῷ φιλοτίμῳ, δοκοῦσιν· οἱ δὲ, πόῤῥω φιλοτιμίας διὰ τὸν καιρὸν ὄντες, ἐξαναφέρειν πρὸς τὴν τύχην καὶ ὑπερείδειν τὸ φρόνημα, καὶ φεύγειν ὅλως τὸ ἐλεεινὸν καὶ συνεπιθρηνοῦν τοῖς ἀβουλήτοις καὶ ταπεινούμενον. Ὥσπερ οὖν τοὺς ἐν τῷ περιπατεῖν ἐπαιρομένους καὶ ὑψαυχενοῦντας, ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς· ἂν δὲ πυκτεύοντες ἢ μαχόμενοι διεγείρωσι καὶ ἀνάγωσιν ἑαυτοὺς, ἐπαινοῦμεν· οὕτως ἀνὴρ ὑπὸ τύχης σφαλλόμενος, ἑαυτὸν εἰς ὀρθὸν καθιστὰς καὶ ἀντίπαλον,

Πύκτης ὅπως εἰς χεῖρας,

ἐκ τοῦ ταπεινοῦ καὶ οἰκτροῦ τῇ μεγαλαυχίᾳ μεταφέρων εἰς τὸ γαῦρον καὶ ὑψηλὸν, οὐκ ἐπαχθὴς οὐδὲ θρασὺς, ἀλλὰ μέγας εἶναι δοκεῖ καὶ ἀήττητος· ὥς που καὶ τὸν Πάτροκλον ὁ ποιητὴς μέτριον καὶ ἀνεπίφθονον ἐν τῷ κατορθοῦν, ἐν δὲ τῷ τελευτᾷν μεγαλήγορον πεποίηκε λέγοντα·

Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν.

Καὶ Φωκίων τἄλλα μὲν πρᾷος ἦν· μετὰ δὲ τὴν καταδίκην ἄλλοις τε πολλοῖς διεδείκνυε τὴν μεγαλοφροσύνην, καὶ πρὸς ἕνα τῶν συναποθνησκόντων ὀδυρόμενον καὶ δυσανασχετοῦντα, Τί λέγεις, εἶπεν, οὗτος; οὐκ ἀγαπᾷς ἀποθνήσκων μετὰ Φωκίωνος;

6. Ἔτι τοίνυν οὐχ ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀδικουμένῳ τῷ πολιτικῷ δέδοται τὸ λέγειν τι περὶ αὑτοῦ πρὸς τοὺς ἀγνωμονοῦντας· ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς ἄλλως μὲν ὑφίετο τῷ θείῳ τῆς δόξης, καὶ μέτριος ἦν λέγων·

Αἴ κε ποθὶ Ζεὺς
δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι·

in suffragia, sed admiratione viri gaudio simul risuque oborto discesserunt. Itaque ne Homericus quidem Sthenelus plane damnandus nobis est, cum diceret :

Nos nostris multo meliores patribus esse jactamus : —

siquidem horum meminimus etiam verborum :

Eheu! Tydide, tam forti nate parente,
quid trepidas, timidusque acies circumspicis amplas?

Ipse enim nullo impetitus maledicto, amicum ignominiose compellatum defendit, ipsa causa veniam de se dicenti conciliante. Et quidem Romani ægre tulerunt Ciceronem crebro res suas contra Catilinam gestas prædicantem : iidem tamen Scipionem dicentem : *Non debere eos sententiam de Scipione ferre, quibus ipse potestatem decernendi de omnibus hominibus paravisset*, coronati in Capitolium deduxerunt, sacrificioque ejus interfuerunt. Ille enim, nulla urgente necessitate, tantum gloriæ cupiditate impulsus laudibus suis utebatur : hunc periculum invidia liberavit.

V. Non autem reis duntaxat, et in periculo constitutis, sed etiam iis qui in aliquam inciderunt calamitatem jactantia et fastus convenit, magis quam cum rebus utuntur secundis : hi enim veluti arripere gloriam, et ambitioni suæ indulgere videntur : illi procul ab arrogantia ob temporis rationem dejuncti, emergere adversus opprimentem fortunam, ac magnitudinem animi fulcire, omninoque fugere adversarum rerum miserationem deplorationemque existimantur. Quemadmodum ergo eos qui inter ambulandum sese erigunt, cervicemque sublimem attollunt, stolidos vanosque putamus : qui in pugillatione vel pugna se ipsos excitant, eos laudamus : sic vir fortuna iniqua ubi se rectum statuit atque reluctatur,

Tanquam pugilque conferens manum

de abjecto et miserabili gloriositate sua elatum se et altum redigens, non molestus aut ferox, sed magnus esse videtur atque invictus. Hoc scilicet modo Homerus Patroclum moderatum et invidiæ expertem in re præclare gerenda, gloriosum in morte facit :

Si mihi viginti tales equidem occurrissent.

Et Phocion, mansuetus alias, postquam damnatus fuit, cum multis aliis indiciis suam detexit magnanimitatem, tum cuidam una moriturorum ejulanti et graviter casum suum ferenti : *Quid*, inquit? *non tibi gratum est cum Phocione mori?*

VI. Non minor, sed major etiam civili homini injuria affecto licentia datur de se verba faciendi ad ingratos. Sic Achilles alias diis gloriam concedens, et moderate loquens :

Si Juppiter olim
concedet nobis evertere Pergama Trojæ ;

ὑβρισθεὶς δὲ παρ' ἀξίαν καὶ προπηλακισθεὶς, ἐφίησι τὴν μεγαλαυχίαν τῇ ὀργῇ·

Δώδεκα γὰρ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων·

καὶ,

Οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
ἐγγύθι λαμπομένης.

Δέχεται γὰρ ἡ παῤῥησία, μέρος οὖσα τῆς δικαιολογίας, τὴν μεγαληγορίαν. Ἀμέλει δὲ καὶ Θεμιστοκλῆς, οὐδὲν ἐπὶ τῶν πράξεων εἰπὼν οὐδὲ ποιήσας ἐπαχθὲς, ὁπηνίκα τοὺς Ἀθηναίους ἑώρα μεστοὺς ὄντας αὐτοῦ καὶ περιορῶντας, οὐκ ἐφείδετο λέγειν· Τί, ὦ μακάριοι, κοπιᾶτε, πολλάκις ὑπὸ τῶν αὐτῶν εὖ πάσχοντες; καὶ ὅτι Χειμαζόμενοι μὲν, ὥσπερ ὑπὸ δένδρον ὑποφεύγετε, γενομένης δ' εὐδίας, τίλλετε παρεξιόντες;

7. Οὗτοι μὲν οὖν ἄλλως ἀδικούμενοι, τῶν κατορθουμένων ἐμέμνηντο πρὸς τοὺς ἀγνωμονοῦντας. Ὁ δ' ἐπ' αὐτοῖς ψεγόμενος οἷς κατώρθωκε, καὶ παντάπασι σύγγνωστός ἐστι καὶ ἄμεμπτος, ἐγκωμιάζων τὰ πεπραγμένα· δοκεῖ γὰρ οὐκ ὀνειδίζειν, ἀλλ' ἀπολογεῖσθαι. Τοῦτο γοῦν λαμπρὰν τῷ Δημοσθένει παῤῥησίαν ἐδίδου, καὶ τὸν κόρον ἀφῄρει τῶν ἐπαίνων, οἷς παρὰ πάντα τὸν λόγον ὁμοῦ τι τὸν ὑπὲρ τοῦ στεφάνου κέχρηται, σεμνυνόμενος οἷς ἐνεκαλεῖτο περὶ τοῦ πολέμου πρεσβεύμασι καὶ ψηφίσμασιν.

8. Οὐ πόῤῥω δὲ τούτου τεταγμένον ἔχει τινὰ χάριν τὸ τῆς ἀντιθέσεως, ὅταν, ἐφ' ᾧ τις ἐγκαλεῖται, τούτου τοὐναντίον αἰσχρὸν ἀποδεικνύῃ καὶ φαῦλον. Ὡς ὁ Λυκοῦργος ἐν Ἀθήναις ἐπὶ τῷ πεπεικέναι τὸν συκοφάντην ἀργυρίου λοιδορούμενος, Εἶτα, ἔφη, ποῖός τις ὑμῖν δοκῶ εἶναι πολίτης, ὃς τοσοῦτον χρόνον τὰ δημόσια πράττων παρ' ὑμῖν, διδοὺς μᾶλλον ἀδίκως, ἢ λαμβάνων, εἴλημμαι; * Καὶ ὁ Κικέρων, τοῦ Μετέλλου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, ὅτι πλείονας ἀνῄρηκε καταμαρτυρήσας, ἢ συνηγορήσας σέσωκε· Τίς δὲ, εἶπεν, οὐ φησὶν ἐν ἐμοὶ πλέον εἶναι πίστεως, ἢ δεινότητος; Καὶ τὰ Δημοσθένους τοιαῦτα· Τίς δ' οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με δικαίως, εἴ τι τῶν τῇ πόλει καλῶν ὑπαρχόντων λόγῳ μόνον αἰσχύνειν ἐπεχείρησα; καὶ, Τί ἂν οἴεσθε λέγειν τοὺς μιαροὺς τούτους ἀνθρώπους, εἰ τότε μου περὶ τούτων ἀκριβολογουμένου, ἀπῆλθον αἱ πόλεις; Καὶ ὅλως ὁ περὶ τοῦ στεφάνου λόγος εὐφυέστατα ταῖς ἀντιθέσεσι καὶ λύσεσι τῶν αἰτιῶν ἐπεισάγει τοὺς ἐπαίνους.

9. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο χρήσιμόν ἐστιν ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ καταμαθεῖν, ὅτι μιγνύων ἐμμελέστατα τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ τὸν περὶ τῶν ἀκουόντων ἔπαινον, ἀνεπίφθονον ἐποίει καὶ ἀφίλαυτον· οἵους μὲν Εὐβοεῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς παρέσχον, οἵους δὲ Θηβαίοις, ὅσα δὲ Βυζαντίους ἀγαθὰ καὶ Χεῤῥονησίτας ἐποίησαν· αὐτῷ δὲ τῆς διακονίας μετεῖναι φάσκων. Λανθάνει γὰρ οὕτω τὸν ἀκροατὴν, τοῖς ἰδίοις ἐπαίνοις συνυποδυόμενον τὸ [τὸν] τοῦ λέγοντος ἡδέως προσδεχόμενον· καὶ χαίρει μὲν ἐφ' οἷς κατώρθωσε λεγομένοις, τῷ δὲ χαίρειν εὐθὺς ἕπεται

indigne autem affectus contumelia et circumscriptus, iræ jactantiam permittit:

Cepi bis senas comitatus navibus urbes;

et:

Non etenim galeæ fulgorem cernere nostræ
comminus audebunt.—

Admittit enim libertas, quæ excusationis sui pars est, magniloquentiam. Sic nimirum etiam Themistocles, cum in actionibus suis nullum dictum aut factum molestum adhibuisset, ab Atheniensibus se ob satietatem fastidiri ac despici animadvertens, non abstinuit dicere: *Quid, o felices? Defatigamini sæpenumero beneficiis ab eodem accipiendis?* Et, *Tempestate oborta sub arborem hanc confugitis, serenitate reddita inter digrediendum frondes ejus stringitis?*

VII. Hi ergo injuriis lacessiti, adversum ingratos memoriam rerum abs se præclare gestarum intulerunt. Jam cujus recte facta culpantur, is ea si laudat, omnino veniam meretur, et reprehensione vacat: videtur enim non exprobrare, sed defendere. Hæc res splendidam Demostheni paravit libertatem, laudumque amolita est fastidium, quas fere per totam pro Corona orationem usurpavit, jactans suas quæ culpabantur de bello legationes et decreta.

VIII. His admodum vicina est venustas oppositionum, cum quæ cui res vitio datur, ejus contrarium turpe ostendit esse atque vitiosum. Ita Lycurgus Athenis, cum ei exprobraretur, quod argento dato calumniatorem placasset: *Et qualis tandem,* inquit, *vobis videor civis, qui apud vos tanto tempore rem gerens publicam, dare potius quam accipere injuste deprehensus sim?* Et Cicero Metello objicienti, plures ipso testimonium contra eos dicente damnatos, quam defendente, absolutos esse: *Quis vero,* inquit, *non hoc dicit, plus in me fidei esse quam eloquentiæ?* Talia sunt etiam isthæc Demosthenis: *Quis vero me non jure occidisset, si quid eorum quæ urbi pulchra sunt, verbo saltem ausus fuissem dedecorare?* Et: *Quid existimatis dicturos fuisse impuros istos homines, si tunc me his de rebus subtiliter rationes subducente abivissent civitates?* Omnino autem oratio illa de Corona ingeniosissime oppositionibus et solutionibus causarum laudes superinducit.

IX. Verum hoc quoque utile est illa ex oratione discere, quod de se dictis accuratissime admiscens auditorum laudes, invidiam et amorem sui a se removit: ut cum refert quales se Eubœensibus præbuerint Athenienses, quales Thebanis, quæ in Byzantios et Chersonesitas beneficia contulerint: quorum se administrum duntaxat ait. Ita enim occulte propriis laudibus auditori se insinuat, cum voluptate admittenti quæ dicuntur, et gaudenti suis pulchris facinoribus: cui gaudio sta-

τὸ θαυμάζειν καὶ ἀγαπᾷν δι' ὧν κατώρθωσεν. Ὅθεν καὶ Ἐπαμινώνδας, Μενεκλείδου ποτὲ χλευάζοντος αὐτὸν, ὡς μεῖζον τοῦ Ἀγαμέμνονος φρονοῦντα, Δι' ὑμᾶς γε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Θηβαῖοι, μεθ' ὧν μόνων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ κατέλυσα τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχήν.

10. Ἐπεὶ δὲ τῷ μὲν ἑαυτὸν ἐπαινοῦντι πολεμοῦσιν οἱ πολλοὶ καὶ ἄχθονται [σφόδρα], τῷ δὲ ἕτερον, οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ καὶ χαίρουσι πολλάκις καὶ συνεπιμαρτυροῦσι προθύμως· εἰώθασιν ἔνιοι τοὺς ταυτὰ προαιρουμένους καὶ πράττοντας αὐτοῖς, καὶ ὅλως ὁμοιοτρόπους, ἐπαινοῦντες ἐν καιρῷ, συνοικειοῦν καὶ συνεπιστρέφειν πρὸς ἑαυτοὺς τὸν ἀκροατήν· ἐπιγινώσκει γὰρ εὐθὺς ἐν τῷ λέγοντι, κἂν περὶ ἄλλου λέγηται, τὴν ὁμοιότητα τῆς ἀρετῆς, τῶν αὐτῶν ἀξίαν ἐπαίνων οὖσαν. Ὡς γὰρ ὁ λοιδορῶν ἕτερον, οἷς αὐτὸς ἔνοχός ἐστιν, οὐ λανθάνει λοιδορῶν μᾶλλον ἑαυτὸν ἢ ἐκεῖνον, οὕτως οἱ ἀγαθοὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμῶντες, ἀναμιμνήσκουσιν αὐτῶν τοὺς συνειδότας· ὥστ' εὐθὺς ἐπιφωνεῖν, Σὺ γὰρ οὐ τοιοῦτος; Ἀλέξανδρος μὲν οὖν Ἡρακλέα τιμῶν, καὶ πάλιν Ἀλέξανδρον Ἀνδρόκοπος, ἑαυτοὺς εἰς τὸ τιμᾶσθαι προῆγον ἀπὸ τῶν ὁμοίων. Διονύσιος δὲ, τὸν Γέλωνα διασύρων, καὶ γέλωτα τῆς Σικελίας ἀποκαλῶν, ἐλάνθανεν ὑπὸ φθόνου καθαιρῶν τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως.

11. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἄλλως ἐπίστασθαι καὶ παραφυλάττειν τῷ πολιτικῷ προσήκει. Τοὺς δ' ἀναγκασθέντας ἐπαινεῖν αὐτοὺς, ἐλαφροτέρους παρέχει καὶ τὸ μὴ πάντα προσποιεῖν ἑαυτοῖς, ἀλλ' ὥσπερ φορτίου τῆς δόξης, τὸ μὲν εἰς τὴν τύχην, τὸ δ' εἰς τὸν θεὸν ἀποτίθεσθαι. Διὸ καλῶς μὲν ὁ Ἀχιλλεὺς,

Ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν·

καλῶς δὲ Τιμολέων, ἐν Συρακούσαις Αὐτοματίας βωμὸν ἱδρυσάμενος ἐπὶ ταῖς πράξεσι, καὶ τὴν οἰκίαν Ἀγαθῷ Δαίμονι καθιερώσας· ἄριστα δὲ Πύθων ὁ Αἴνιος, ἐπειδὴ Κότυν ἀποκτείνας ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τῶν δημαγωγῶν διαμιλλωμένων τοῖς ἐγκωμίοις αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον, ᾔσθετο βασκαίνοντας ἐνίους καὶ βαρυνομένους, παρελθὼν, Ταῦτα, εἶπεν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεῶν τις ἔπραξεν, ἡμεῖς [δὲ] τὰς χεῖρας ἐχρήσαμεν. Ἀφῄρει δὲ καὶ Σύλλας τὸν φθόνον, ἀεὶ τὴν τύχην ἐπαινῶν· καὶ τέλος Ἐπαφρόδιτον ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε. Μᾶλλον γὰρ εὐτυχίας, ἢ ἀρετῆς, ἡττᾶσθαι βούλονται· τὸ μὲν ἀλλότριον ἀγαθὸν ἡγούμενοι, * τὸ δ' οἰκεῖον ἔλλειμμα καὶ παρ' αὐτοὺς γενόμενον. Οὐχ ἥκιστα γοῦν λέγουσιν ἀρέσαι Λοκροῖς τὴν Ζαλεύκου νομοθεσίαν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν ἔφασκεν αὐτῷ φοιτῶσαν εἰς ὄψιν ἑκάστοτε, τοὺς νόμους ὑφηγεῖσθαι καὶ διδάσκειν, αὐτοῦ δὲ μηδὲν εἶναι διανόημα μηδὲ βούλευμα τῶν εἰσφερομένων.

12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως πρὸς τοὺς παντάπασι χαλεποὺς καὶ βασκάνους ἀνάγκη τὰ φάρμακα καὶ τὰ παρηγορήματα μηχανᾶσθαι· πρὸς δὲ τοὺς μετρίους οὐκ ἄτοπόν ἐστι χρῆσθαι καὶ ταῖς ἐπανορθώσεσι τῶν

tim comitatur admiratio et amor ejus, cujus opera res ita bene gesta fuit. Eo respiciens Epaminondas, Menecida ipsum aliquando traducente, ut qui de se quam de Agamemnone amplius sentiret: *Facio*, inquit, *hoc propter vos, Thebani, quorum solorum opera Lacedæmonium imperium unica die everti.*

X. Sed quoniam qui se ipsos laudant, iis plerique admodum adversantur et succensent, non item alios laudantibus, sed frequenter gaudent alacriterque astipulantur suis testimoniis: solent nonnulli iis, quibus idem studium fuit, eædem actiones, iidem denique mores, tempestive laudandis conciliare sibi et in se convertere auditorem: qui statim intelligit dicentem, etiamsi de alio loquatur, ob virtutis similitudinem dignum eadem esse laude. Sicut enim qui alteri exprobrat ea quibus ipse obnoxius est, facile sentitur non tam alium quam sese vituperare: sic boni dum bonos honorant, sui ipsorum memoriam renovant apud eos qui virtutis ipsorum sunt conscii, ut statim acclament: Quasi vero tu non sis talis? Sic Alexander Herculem venerans, et rursus Alexandrum Androcottus, effecerunt ut ipsi quoque a similibus honorarentur. Dionysius autem Gelonem subsannando, et *gelota* (id est risum) Siciliæ nominando, imprudens per invidiam suæ potentiæ magnitudinem auctoritatemque infregit.

XI. Atque hæc quidem etiam alias scire et observare civilem hominem convenit. Qui vero coguntur sese laudare, eos tolerabiliores facit si non omnia sibi arrogent: sed gloriam velut onus sentientes, alia fortunæ, alia deo accepta ferant. Itaque præclare Achilles:

Hunc postquam superi nobis superare dederunt.

Præclare etiam Timoleon, qui Syracusis fanum Fortuitæ casuum ob res a se gestas posuit, domumque suam Bono Genio consecravit. Optime Python Ænius, qui cum Cotyn interfecisset, ac deinde Athenas venisset, certatim oratoribus ipsum ad populum laudantibus, cum invidere sibi quosdam et indigne ferre hoc sentiret, progressus: *Hæc*, inquit, *Athenienses, deorum aliquis fecit, nos manus ei utendas præbuimus.* Sylla quoque invidiam amolitus est, identidem Fortunæ mentionem faciens, et ad extremum *Venusti* cognomen sibi sumens. Malunt enim homines fortunæ quam virtutis victoriam aliis concedere: illam alienum bonum, hanc proprium defectum et a se ipsis profectum, existimantes. Qua re Zaleucus maxime suas leges Locrensibus commendavit, Minervam identidem sibi in conspectum venire legesque dictare et exponere dicens, nihil eorum quæ promulgaret abs se excogitatum aut consultatum esse.

XII. Verum hæcquidem remedia, hasque excusationes fortassis necesse est adversus plane morosos invidosque præparare. Apud moderatos non est absurdum etiam correctionibus laudum uti. Verbi gratia, lau-

ἐπαίνων· εἴ τις ὡς λόγιον, ἢ πλούσιον, ἢ δυνατὸν ἐπαινοίη, κελεύοντα μὴ ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ μᾶλλον, εἰ χρηστὸς καὶ ἀβλαβὴς καὶ ὠφέλιμος. Οὐ γὰρ εἰσφέρει τὸν ἔπαινον ὁ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ μετατίθησιν· οὐδὲ χαίρειν δοκεῖ τοῖς ἐγκωμιάζουσιν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι μὴ προσηκόντως, μηδ' ἐφ' οἷς δεῖ, δυσχεραίνειν καὶ ἀποκρύπτειν τὰ φαυλότερα τοῖς βελτίοσιν, οὐκ ἐπαινεῖσθαι βουλόμενος, ἀλλ' ἐπαινεῖν, ὡς χρὴ, διδάσκων. Τὸ γὰρ, Οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ· ἀλλ' ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλῃ σκοπεῖν, εὑρήσεις καὶ ὅπλα καὶ ἵππους καὶ συμμάχους, τοιούτου τινὸς ἔοικεν ἅπτεσθαι· καὶ τὸ τοῦ Περικλέους ἔτι μᾶλλον. Ὀλοφυρόμενοι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἤδη καταστρέφοντος αὐτοῦ, καὶ δυσφοροῦντες, οἱ ἐπιτήδειοι τῶν στρατηγιῶν ἐμέμνηντο καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ ὅσα δὴ τρόπαια καὶ νίκας καὶ πόλεις Ἀθηναίοις κτησάμενος ἀπολέλοιπεν· ὁ δὲ, μικρὸν ἐπαναστὰς, ἐμέμψατο αὐτοὺς, ὡς κοινὰ πολλῶν, καὶ τῆς τύχης ἔνια μᾶλλον, ἢ τῆς ἀρετῆς, ἐγκώμια λέγοντας· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ μέγιστον καὶ ἴδιον αὐτοῦ παραλιπόντας, ὅτι δι' αὐτὸν οὐδεὶς Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον ἀνείληφε. Τοῦτο δὴ τὸ παράδειγμα καὶ ῥήτορι δίδωσιν, ἄνπερ ᾖ χρηστὸς, ἐπαινουμένῳ περὶ λόγου δεινότητα, μεταθεῖναι τὸν ἔπαινον ἐπὶ τὸν βίον καὶ τὸ ἦθος· καὶ στρατηγῷ θαυμαζομένῳ δι' ἐμπειρίαν πολεμικὴν ἢ δι' εὐτυχίαν, περὶ πρᾳότητός τε καὶ δικαιοσύνης αὐτοῦ παῤῥησιάσασθαι· καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν, ὑπερφυῶν τινῶν λεγομένων ἐπαίνων, οἷα πολλοὶ κολακεύοντες ἐπίφθονα λέγουσιν, εἰπεῖν·

Οὔτις τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Ἀλλ' εἴ με γινώσκεις ἀληθῶς, ἐπαίνει τὸ ἀδωροδόκητον, ἢ τὸ σῶφρον, ἢ τὸ εὔγνωμον, ἢ τὸ φιλάνθρωπον. Ὁ γὰρ φθόνος οὐκ ἀηδῶς τῷ τὰ μείζονα παραιτουμένῳ τὰ μετριώτερα δίδωσι, καὶ τὸ ἀληθὲς ἐγκώμιον οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν τὰ ψευδῆ καὶ κενὰ μὴ προσδεχομένων. Διὸ καὶ τῶν βασιλέων τοὺς μὴ θεοὺς μηδὲ παῖδας θεῶν ἀναγορεύεσθαι μέλλοντας, ἀλλὰ φιλαδέλφους, ἢ φιλομήτορας, ἢ εὐεργέτας, ἢ θεοφιλεῖς, οὐκ ἤχθοντο ταῖς καλαῖς μὲν, ἀνθρωπικαῖς δὲ ταύταις προσηγορίαις τιμῶντες. Ὥσπερ αὖ καὶ τῶν γραφόντων καὶ λεγόντων βαρυνόμενοι τοὺς τὸ τῆς σοφίας ἐπιγραφομένους ὄνομα, χαίρουσι τοῖς φιλοσοφεῖν, ἢ προκόπτειν, ἤ τι τοιοῦτο περὶ αὐτῶν ἀνεπίφθονον καὶ μέτριον λέγουσιν. Οἱ δὲ ῥητορικοὶ σοφισταὶ, τὸ θείως καὶ τὸ δαιμονίως [καὶ τὸ μεγάλως] ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι προσδεχόμενοι, καὶ τὸ μετρίως καὶ τὸ ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι.

13. Καὶ μὴν ὥσπερ οἱ τοὺς ὀφθαλμιῶντας ἐνοχλεῖν φυλαττόμενοι, τοῖς ἄγαν λαμπροῖς σκιάν τινα παραμιγνύουσιν· οὕτως ἔνιοι τοὺς αὑτῶν ἐπαίνους μὴ παντελῶς λαμπροὺς μηδ' ἀκράτους προσφέροντες, ἀλλά τινας ἐλλείψεις, ἢ ἀποτεύξεις, ἢ ἁμαρτίας ἐλαφρὰς ἐμβάλλοντες, ἀφαιροῦσι τὸ ἐπαχθὲς αὐτῶν καὶ νεμε-

davit aliquis te a doctrina, aut divitiis, aut potentia : hunc tu jubebis non ista de te commemorare, verum hoc potius dicere, si bonus sis, si innocuus, si utilis. Hoc qui facit, non infert, sed transfert laudem : neque videtur gaudere laudatoribus, sed succensere quod non convenienter laudaverint, nec ob eas res quas oportuit, ac deteriora melioribus occultare : ut qui non velit laudari, sed doceat laudare ita ut decet. Tale aliquid spectare videntur ista Demosthenis : *Non enim lapidibus ego, non latere cocto urbem munivi ; sed si meas munitiones considerare velis, arma invenies, equos, atque socios.* Ac multo magis illud Periclis. Cum enim jam morientem necessarii mœsti deplorarent, ac præturas commemorarent, potentiam, et quæ tropæa, quas victorias urbesque Atheniensibus partas relinqueret : paululum sese erigens, reprehendit eos, quod communes multorum, et fortunæ magis quam virtuti debitas laudes retulissent, pulcherrima et maxima ipsique propria hac laude prætermissa, Quod propter ipsum nemo Atheniensium nigram vestem unquam sumpsisset. Hoc exemplum et oratorem docet, siquidem vir bonus sit, laudatum ob facundiam, laudem in vitam et mores avocare : et imperatorem, si ob peritiam rei militaris aut felicitatem sit in admiratione, de mansuetudine sua et justitia libere loqui. Et contra ubi nimiæ laudationes proferuntur, ut vulgo per adulationem solent invidiosa tribuere, dicere :

Non deus ipse ego sum, quid me immortalibus æquas?

Si me recte nosti, integritatem meam lauda, aut temperantiam, aut æquanimitatem, aut humanitatem. Invidia enim citra molestiam ei qui majora recusat, minora concedit : veraque laus iis non adimitur, qui falsas et vanas non admittunt. Itaque reges quoque, qui non deos se, aut deorum filios, sed fratrum, aut matris amatores, aut beneficos, aut diis caros appellaturi erant, haud gravate pulchris quidem istis, sed humanis tamen cognomentis honoraverunt. Sicut rursum de his qui scribunt aut docent, eos moleste ferunt, qui sapientum nomen sibi ascribunt, amplectuntur autem se philosophiæ studere, aut proficere, aliudve quid de se tale et moderatum et invidiæ expers, dicentes. At oratores et sophistæ dum declamantes patiuntur sibi acclamari, *Divinitus*, moderatorum et humanorum laudem amittunt.

XIII. Porro sicut qui oculorum debilitate affectis cavent ne molestiam exhibeant, ii nimium splendidis umbræ aliquid admiscent : ita sunt qui suas laudes non omnino splendidas ac puras proferunt, sed defectus quosdam et errata aut levia peccata injiciendo, importunitatem et invidiam declinant. Ita Epeus non

σητόν· ὥσπερ ὁ Ἐπειὸς, οὐ μέτρια περὶ τῆς πυκτικῆς εἰπὼν καὶ θρασυνόμενος, ὡς

Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξει,
ἢ οὐχ ἅλις (φησὶν) ὅττι μάχης ἐπιδεύομαι; —

* Ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γελοῖος, ἀθλητικὴν ἀλαζονείαν δειλίας καὶ ἀνανδρίας ἐξομολογήσει παραμυθούμενος· ἐμμελὴς δὲ καὶ χαρίεις ὁ λήθην τινα καθ' αὑτοῦ λέγων, ἢ ἄγνοιαν, ἢ φιλοτιμίαν, ἢ πρός τινα μαθήματα καὶ λόγους ἀκρασίαν· ὡς ὁ Ὀδυσσεὺς,

Αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
ἤθελ' ἀκουέμεναι, λῦσαι δ' ἐκέλευον ἑταίρους
ὀφρύσι νευστάζων.

Καὶ πάλιν·

Ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην· ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν,
ὄφρ' αὐτόν τε ἴδοιμι, καὶ εἴ μοι ξείνια δοίη.

Καὶ ὅλως ὅσαι μὴ παντάπασιν αἰσχραὶ μηδ' ἀγεννεῖς ἁμαρτίαι, παρατιθέμεναι τοῖς ἐπαίνοις, τὸν φθόνον ἀφαιροῦσι. Πολλοὶ δὲ καὶ πενίας καὶ ἀπορίας, καὶ νὴ Δία δυσγενείας ἐξομολόγησιν ἔστιν ὅτε τοῖς ἐγκωμίοις παρεμβάλλοντες, ἀμβλυτέρῳ τῷ φθόνῳ χρῶνται. Καθάπερ Ἀγαθοκλῆς χρυσᾶ ποτήρια καὶ τορευτὰ τοῖς νέοις προπίνων, ἐκέλευσε καὶ κεραμεᾶ κομισθῆναι· καὶ, Τοιοῦτόν ἐστιν, ἔφη, τὸ ἐνδελεχὲς καὶ φιλόπονον καὶ ἀνδρεῖον· ἡμεῖς πάλαι ταῦτα, νῦν δ' ἐκεῖνα ποιοῦμεν. Ἐδόκει γὰρ ἐν κεραμείῳ τεθράφθαι διὰ δυσγένειαν καὶ πενίαν ὁ Ἀγαθοκλῆς, εἶτα συμπάσης ὀλίγου δεῖν ἐβασίλευσε Σικελίας.

14. Καὶ ταῦτα μὲν ἔξωθέν ἐστιν ἐπεισάγεσθαι φάρμακα τῆς περιαυτολογίας. Ἕτερα δ' αὐτοῖς τρόπον τινὰ τοῖς ἐπαινουμένοις ἔνεστιν· οἷς καὶ Κάτων ἐχρῆτο, φθονεῖσθαι λέγων, ὅτι τῶν ἰδίων ἀμελεῖ, καὶ τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖ διὰ τὴν πατρίδα· καὶ τὸ,

Πῶς δ' ἂν φρονοίην; ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ,
ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης·

καὶ τὸ,

Ὄκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
καὶ τοὺς παρόντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

Ὡς γὰρ οἰκίαν καὶ χωρίον, οὕτω καὶ δόξαν οἱ πολλοὶ καὶ ἀρετὴν, τοῖς προῖκα καὶ ῥᾳδίως ἔχειν δοκοῦσιν, οὐ τοῖς πριαμένοις πόνων πολλῶν καὶ κινδύνων φθονοῦσιν.

15. Ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἀλύπως καὶ ἀνεπιφθόνως, ἀλλὰ καὶ χρησίμως καὶ ὠφελίμως προσοιστέον ἐστὶ τοὺς ἐπαίνους, ἵνα μὴ τοῦτο πράττειν, ἀλλ' ἕτερόν τι διὰ τούτου δοκῶμεν· ὅρα πρῶτον, εἰ προτροπῆς ἕνεκα καὶ ζήλου καὶ φιλοτιμίας τῶν ἀκουόντων αὑτὸν ἄν τις ἐπαινέσειεν. Ὥσπερ ὁ Νέστωρ, τὰς ἑαυτοῦ διηγούμενος ἀριστείας καὶ μάχας, τόν τε Πάτροκλον παρώρμησε, καὶ τοὺς ἐννέα πρὸς τὴν μονομαχίαν ἀνέστησεν. Ἡ γὰρ ἔργον ὁμοῦ καὶ λόγον ἔχουσα προτροπὴ καὶ

mediocriter se de pugillatione jactans atque ferociens;

Comminus huic corpus rumpam; —

simul et hoc dicit:

Non satis est aliis me pugnando esse minorem?

Quanquam hic quidem fortasse ridiculus est, athleticam arrogantiam timiditatis et ignaviæ confessione excusans. Is accuratus et elegans, qui oblivionem de se aliquam, aut ignorantiam, aut ambitionem, aut immoderatam cupiditatem alicujus disciplinæ vel sermonis prodit. Sic Ulysses:

Ast ego Sirenum voces audire cupivi,
solvere me socios nutuque oculisque jubebam.

Et:

Nec mihi persuasum est (melius parere fuisset
multo equidem): volui lustrare, et munera ab illo
sperabam.—

Atque omnino quæcunque non plane turpia et indecora peccata laudibus admixta, invidiam avertunt. Multi paupertatem, inopiam, atque adeo ignobilitatem inter suas laudes dum confitentur, invidiam retundunt. Sic Agathocles aurea pocula et cælata præbibens adolescentibus, jussit etiam fictilia proferri; et: *Talis,* inquit, *res est assiduitas laboris ac tolerantia et fortitudo: nos olim lutea, nunc aurea facimus pocula.* Etenim Agathocles, qui ob obscuritatem generis et egestatem credebatur in figuli officina educatus, postmodo regnum totius prope Siciliæ obtinuit.

XIV. Atque hæc quidem remedia extrinsecus asciscuntur orationi quam de se quis habet. Quædam alii in ipsis quodammodo insunt, qui se ipsos laudant. His Cato usus est: *Invideri sibi dicens, quod suis rebus neglectis noctes patriæ causa vigilaret.* Tale et istud:

Jactone me? qui poteram sine negotio,
numeratus in vulgari censu exercitus,
fortuna eadem cum primo sapientia
frui. —

Item·

Vereor laborum gratiam profundere
quos pertuli: neque nunc hos detrecto novos.

Ut enim domum aut prædium, ita gloriam quoque et virtutis laudem vulgo, iis qui gratis et nullo negotio, non qui redemerint multis laboribus et periculis, invident.

XV. Quoniam autem non modo citra dolorem aliorum et invidiam, sed etiam cum eorum utilitate usurpandæ nobis sunt nostræ laudes, ne hoc unum agere, ut nos laudemus, sed eo ipso aliud aliquid moliri, videamur: primum hoc considera, an excitandi studii æmulationisque virtutum gratia apud auditores aliquis se ipsum laudare possit. Hoc sane modo Nestor suas pugnas et præclara facinora narrando, et Patroclum ad pugnam instigavit, et novem Græcos heroas ad singulare cum Hectore prælium excitavit. Exhortatio enim quæ simul sermoni adjunctum habet et factum et

παράδειγμα καὶ ζῆλον οἰκεῖον, ἔμψυχός ἐστι, καὶ κινεῖ καὶ παροτρύνει, καὶ μεθ' ὁρμῆς καὶ προαιρέσεως ἐλπίδας ὡς ἐφικτῶν καὶ οὐκ ἀδυνάτων παρίστησι. Διὸ καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι χορῶν ᾄδουσιν οἱ μὲν τῶν γερόντων·

Ἄμμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι·

οἱ δὲ τῶν παίδων·

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες·

οἱ δὲ τῶν νεανίσκων·

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο·

καλῶς καὶ πολιτικῶς τοῦ νομοθέτου τὰ πλησίον καὶ οἰκεῖα παραδείγματα τοῖς νέοις δι' αὐτῶν τῶν εἰργασμένων ἐκτιθέντος.

16. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καταπλήξεως ἐνιαχοῦ καὶ συστολῆς ἕνεκα καὶ τοῦ ταπεινῶσαι καὶ λαβεῖν ὑποχείριον τὸν αὐθάδη καὶ ἰταμὸν, οὐ χεῖρόν ἐστι κομπάσαι τι περὶ αὑτοῦ καὶ μεγαληγορῆσαι. Καθάπερ αὖ πάλιν ὁ Νέστωρ·

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν,
ἀνδράσιν ὡμίλησα, καὶ οὔ ποτέ μ' οἵ γ' ἀθέριζον.

* Οὕτω δὲ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ὁ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον ἔφη τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσι. Χρήσιμα δὲ καὶ πρὸς πολεμίους καὶ πρὸς ἐχθροὺς τὰ τοιαῦτα·

Δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσι.

Καὶ περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως, μεγάλου δὲ καλουμένου, ὁ Ἀγησίλαος· Τί δ' ἐμοῦ γε μείζων ἐκεῖνος, εἰ μὴ καὶ δικαιότερος; Καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους τῶν Θηβαίων κατηγοροῦντας ὁ Ἐπαμινώνδας· Ἡμεῖς μέντοι ὑμᾶς βραχυλογοῦντας ἐπαύσαμεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους· τῶν δὲ φίλων καὶ πολιτῶν οὐ μόνον ἐστὶ τοὺς θρασυνομένους καταστορέσαι καὶ ποιῆσαι ταπεινοτέρους, ἀλλὰ καὶ τοὺς περιφόβους καὶ καταπλῆγας ἐξᾶραι πάλιν καὶ παρορμῆσαι, χρησάμενον ἐν δέοντι μεγαλαυχίᾳ. Καὶ γὰρ ὁ Κῦρος παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τὰς μάχας ἐμεγαληγόρει, ἄλλοτε δ' οὐ μεγαλήγορος ἦν. Καὶ Ἀντίγονος ὁ δεύτερος τἄλλα μὲν ἦν ἄτυφος καὶ μέτριος, ἐν δὲ τῇ περὶ Κῶν ναυμαχίᾳ, τῶν φίλων τινὸς εἰπόντος, Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείους εἰσὶν αἱ πολέμιαι νῆες; Ἐμὲ δέ γε αὐτὸν, εἶπε, πρὸς πόσας ἀντιτάττετε; Καὶ τοῦτο δ' ἔοικε συνιδεῖν Ὅμηρος. Τὸν γὰρ Ὀδυσσέα πεποίηκεν, ἀποδειλιώντων τῶν ἑταίρων πρὸς τὸν ψόφον καὶ τὸν κλύδωνα τὸν περὶ τὴν Χάρυβδιν, ἀναμιμνήσκοντα τῆς αὑτοῦ δεινότητος καὶ ἀνδρείας·

Οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν, ἢ ὅτε Κύκλωψ
εἴλει ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆ γε βίηφι·
ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇ τε νόῳ τε
ἐκφύγομεν.

Οὐ γάρ ἐστι δημαγωγοῦντος, οὐδὲ σοφιστιῶντος ὁ

exemplum et propriam æmulationem, animata est et movet atque exstimulat, et cum impetu ac proposito animi spem etiam consequendi et potiundi ejus, ad quod impellimur, certam injicit. Hinc est, quod Lacedæmone chorus senum cantat:

Nos fuimus olim juvenes valde strenui;

puerorum:

Nos erimus olim fortiores plurimo;

juvenum:

Fortes sumus nos: fac, si vis, periculum:

legislatore præclare et civili rationi convenienter vicina et domestica exempla adolescentibus eorum qui rem gessissent proponente.

XVI. Enimvero interdum etiam ad reprimendum, ac humiliandum et cicurandum hominem insolentem ac ferocem conducit de se ipso aliquid tumidius jactare. Ut rursum Nestor:

Certe ego cum, quam vos sitis, melioribus olim consuevi, vixique viris: neque me talem illi spreverunt. —

Sic etiam Alexandro Aristoteles scripsit: *Non his tantum qui magnum tenerent imperium permissum esse magnifice de se sentire, sed his etiam qui recte de diis statuerent.* Utilia sunt etiam adversus hostes et inimicos isthæc:

Occurrunt nati miserorum viribus nostris.

Et de Persarum rege, qui magnus usurpabatur, Agesilaus: *Qui,* inquit, *major me est, si non etiam justior?* Et adversum Lacedæmonios, cum ii Thebanos accusarent, Epaminondas: *Sane,* ait, *nos breviloquentiæ vestræ finem imposuimus.* Atque hæc quidem in hostes et inimicos. De amicis porro et civibus, tempestive nos jactando non modo ferocientes retundere possumus et humiliores reddere, sed et timidos atque attonitos animare. Sic et Cyrus in periculis et præliis magnifice de se loquebatur, non alias. Et Antigonus secundus, cætera fastu vacuus et moderatus, in navali ad Côn prælio, amicorum quodam dicente: *Non vides quanto plures sint hostium naves?* respondit: *Me vero ipsum quot navibus opponis?* Apparet hoc perspectum fuisse Homero. Facit enim Ulyssem sociis ad fluctus et strepitum circa Charybdin animos despondentibus, in memoriam iis redigentem calliditatem suam et fortitudinem:

Non tamen hocce malum nunc grandius ingruit illo,
cum nos vi tenuit vasto Polyphemus in antro:
et tamen hinc virtute mea nos consilioque
fugimus.

Non est enim popularem captantis auram, aut sophi-

τοιοῦτος ἔπαινος, οὐδὲ κρότον οὐδὲ ποππυσμὸν αἰτοῦντος, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐπιστήμην ἐνέχυρον τοῦ θαῤῥεῖν τοῖς φίλοις διδόντος. Μέγα γὰρ ἐν καιροῖς ἐπισφαλέσι πρὸς σωτηρίαν δόξα καὶ πίστις ἀνδρὸς ἡγεμονικὴν ἐμπειρίαν καὶ δύναμιν ἔχοντος.

17. Ὅτι μὲν οὖν τὸ πρὸς ἔπαινον ἀλλότριον καὶ δόξαν ἀντιπαραβάλλειν ἑαυτὸν, ἥκιστα πολιτικὸν, εἴρηται πρότερον· οὐ μὴν ἀλλ' ὅπου βλάπτει καὶ διαφθείρει, ζῆλον ἐμποιῶν πρὸς τὰ φαῦλα καὶ προαίρεσιν πονηρὰν, ἐν πράγμασι μεγάλοις ἡμαρτημένος ἔπαινος, οὐκ ἄχρηστόν ἐστιν ἐκκροῦσαι, μᾶλλον δ' ἀποστρέψαι τὸν ἀκροατὴν ἐπὶ τὰ κρείττω, τὴν διαφορὰν ἐνδεικνύμενον. Ἀγαπήσειε γὰρ ἄν τις, οἶμαι, λοιδορουμένης κακίας καὶ ψεγομένης ἐθέλοντας ἀπέχεσθαι τοὺς πολλοὺς ὁρῶν· εἰ δὲ προσλάβοι δόξαν ἡ κακία, καὶ τῷ καθ' ἡδονὰς αὐτῆς ἢ πλεονεξίας ἄγοντι προσγένοιτο τιμὴ καὶ τὸ εὐδοκιμεῖν, οὐκ ἔστιν εὐτυχὴς οὕτως οὐδ' ἰσχυρὰ φύσις, ἧς οὐκ ἂν κρατήσειε. Διὸ δεῖ μὴ τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν πραγμάτων, ἄνπερ ᾖ φαῦλα, πολεμεῖν τὸν πολιτικόν· οὗτοι γὰρ διαστρέφουσι, καὶ τούτοις τὸ μιμεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ καὶ ζηλοῦν, ὡς καλὰ, συνεισέρχεται. Μάλιστα δ' ἐξελέγχονται τοῖς ἀληθινοῖς παρατιθεμένοις· οἷον ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς, Θεόδωρος, εἰπεῖν ποτε πρὸς τὸν κωμικὸν λέγεται Σάτυρον, ὡς οὐ θαυμαστόν ἐστι τὸ γελᾷν ποιεῖν τοὺς θεατὰς, ἀλλὰ τὸ δακρύειν καὶ κλαίειν. Ἄμεινον δ' οἶμαι, ἂν πρὸς τοῦτον αὐτὸν εἴπῃ φιλόσοφος ἀνήρ· Ἀλλ' οὐ τὸ ποιεῖν, ὦ βέλτιστε, κλαίειν καὶ δακρύειν, τὸ δὲ παύειν λυπουμένους καὶ κλαίοντας, σεμνόν ἐστιν. Ἐπαινῶν γὰρ ἑαυτὸν ὠφελεῖ τὸν ἀκούοντα, καὶ μετατίθησι τὴν κρίσιν. Οὕτω γὰρ ὁ Ζήνων πρὸς τὸ πλῆθος τῶν Θεοφράστου μαθητῶν, Ὁ ἐκείνου χορὸς, ἔφη, μείζων, * ὁ ἐμὸς δὲ συμφωνότερος. Καὶ ὁ Φωκίων, ἔτι τοῦ Λεωσθένους εὐημεροῦντος, ὑπὸ τῶν ῥητόρων ἐρωτώμενος, τί τὴν πόλιν αὐτὸς ἀγαθὸν πεποίηκεν· Οὐδὲν, εἶπεν, ἀλλ' ἢ τοῦτο, [τὸ,] ὑμᾶς, ἐμοῦ στρατηγοῦντος, ἐπιτάφιον λόγον μὴ εἰπεῖν, ἀλλὰ πάντας ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι θάπτεσθαι τοὺς ἀποθνήσκοντας. Πάνυ δὲ χαριέντως καὶ ὁ Κράτης πρὸς τὸ,

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
τέρπν' ἔπαθον·

ἀντέγραψε τὸ,

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
σέμν' ἐδάην.

Καλὸς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔπαινος καὶ ὠφέλιμος καὶ διδάσκων τὰ χρήσιμα καὶ τὰ συμφέροντα θαυμάζειν καὶ ἀγαπᾷν ἀντὶ τῶν κενῶν καὶ περιττῶν. Διὸ τοῦτο μὲν συγκατατετάχθω τοῖς εἰρημένοις εἰς τὸ πρόβλημα.

18. Λείπεται δὲ ἡμῖν, τοῦ λόγου τὸ ἐφεξῆς ἀπαιτοῦντος καὶ παρακαλοῦντος, εἰπεῖν, ὅπως ἂν ἕκαστος ἐκφύγοι τὸ ἐπαινεῖν ἀκαίρως ἑαυτόν. Μέγα γὰρ ἡ περιαυτολογία τὴν φιλαυτίαν ὁρμητήριον ἔχουσα, καὶ τοῖς πάνυ δοκοῦσι μετρίως ἔχειν πρὸς δόξαν, ἐμφυε-

sticæ ostentationis ista laudatio, neque strepitum et applausum quærentis : sed ejus, qui confidendi pignus virtutem scientiamque suam amicis exhibeat. Nam in periculis ad salutem permultum conducit auctoritas et existimatio viri imperatoria peritia ac facultate præditi.

XVII. Cæterum supra docuimus, nequaquam civile esse laudi et gloriæ alienæ se ipsum opponere. Tamen ubi falsæ in rebus magnis laudes nocent et corrumpunt, studiumque rerum malarum et pravum consilium animi generant, non inutile est eas refutare, aut potius indicato discrimine auditorem ad meliorem avertere sententiam. Etenim quis non gratum habeat, si plerosque ultro videat abstinere a vitio quod maledictis ac reprehensionibus sit exagitatum? Quod si autem malitia honestam opinionem nacta fuerit, ejusque ad voluptatem avaritiamque illecebris honor et gloria accedat, nulla jam ita felix, ita valida est natura, quæ his non vincatur. Itaque oportet non hominum laudibus, sed ipsarum rerum, si pravæ sint, adversari civilem hominem. Hæ enim laudes pervertunt, secumque trahunt imitationem turpium pro honestis habitorum. Maxime autem refelluntur, veris juxta oppositis. Hoc modo Theodorus actor tragœdiarum fertur aliquando ad Satyrum histrionem comicum dixisse : *Non spectatoribus risum movere, sed lacrymas elicere admirabilitatem habet.* Rectius etiam fuerit si huic ipsi Theodoro philosophus aliquis diceret: *Atqui, mi homo, non id præclarum est fletum movere, sed fletu et mæstitia liberare :* nam se ipsum prædicando, auditorem juvaret, ejusque judicium corrigeret. Sic Zeno de multitudine discipulorum Theophrasti: *Chorus,* inquit, *ejus major, meus est concinnior.* Et Phocion, Leosthene adhuc rem feliciter gerente, interrogatus ab oratoribus quidnam beneficii in urbem contulisset : *Nihil,* inquit, *quam quod me prætore vos orationem funebrem nullam habuistis, sed quotquot mortui sunt, in sepulcris majorum sunt humati.* Admodum venuste etiam Crates his versibus :

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit ; —

opposuit hos :

Hæc habeo, didici studio quæ pulchra, Camœnæ
me quibus instruxere. —

Pulchra enim est hæc laus et utilis, docens utilia et commoda mirari atque amplecti, vanis et otiosis rebus posthabitis. Itaque hoc cum dictis ad quæstionem explicandam conjungatur.

XVIII. Restat ut ipsa jam disputatione hoc flagitante porro explicemus qua quis ratione intempestivam sui laudationem cavere possit. Etenim amorem sui arcem habens de se ipso dicendi studium munitam, etiam his qui admodum mediocriter erga gloriam affecti viden-

ται πολλάκις ἐπιτιθεμένη. Καθάπερ γὰρ τῶν ὑγιεινῶν ἕν ἐστι παραγγελμάτων τὸ τὰ νοσώδη χωρία φυλάττεσθαι παντάπασιν, ἢ προσέχειν μᾶλλον αὑτῷ γινόμενον ἐν αὐτοῖς, οὕτως ἔχει τινὰς ἡ περιαυτολογία καιροὺς καὶ λόγους ὀλισθηρούς, καὶ περιφέροντας εἰς αὐτὴν ἐκ πάσης προφάσεως. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπαίνοις, ὥσπερ εἴρηται, τὸ φιλότιμον ἐξανθεῖ τὴν περιαυτολογίαν· καί τις αὐτὸ καταλαμβάνει δακνόμενον, καὶ γαργαλιζόμενον οἷον ὑπὸ κνησμοῦ, δυσκαρτέρητος ἐπιθυμία καὶ ὁρμὴ πρὸς δόξαν· ἄλλως τε, κἂν ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἕτερος ἢ τοῖς ἐλάττοσιν ἐπαινῆται. Καθάπερ γὰρ οἱ πεινῶντες, ἑτέρων ἐσθιόντων ἐν ὄψει, μᾶλλον ἐρεθίζονται καὶ παροξύνονται τὴν ὄρεξιν· οὕτως ὁ τοῦ πλησίον ἔπαινος ἐκκαίει τῇ ζηλοτυπίᾳ τοὺς πρὸς δόξαν ἀκρατῶς ἔχοντας.

19. Δεύτερον, αἱ τῶν εὐτυχῶς καὶ κατὰ νοῦν πεπραγμένων διηγήσεις, λανθάνουσι πολλοὺς εἰς μεγαλαυχίαν ὑπὸ χαρᾶς ἐκφέρουσαι καὶ κόμπον· ἐμπεσόντες γὰρ εἰς τὸ λέγειν νίκας τινὰς ἑαυτῶν, ἢ κατορθώσεις ἐν πολιτεύμασιν, ἢ παρ' ἡγεμόσι πράξεις, καὶ λόγους εὐδοκιμήσαντας, οὐ κρατοῦσιν, οὐδὲ μετριάζουσιν. Ὧ γένει μάλιστα τῆς περιαυτολογίας τὸ ναυτικὸν ἰδεῖν ἔστι καὶ στρατιωτικὸν ἁλισκόμενον. Συμβαίνει δὲ καὶ τοῖς ἐκ τόπων ἡγεμονικῶν καὶ πραγμάτων μεγάλων ἐπανήκουσι, τοῦτο πάσχειν ἐπιεικῶς· μεμνημένοι γὰρ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν καὶ βασιλικῶν, συγκαταπλέκουσι περὶ αὑτῶν εὐφημίας τινὰς ὑπ' ἐκείνων εἰρημένας, καὶ νομίζουσιν οὐχ αὑτοὺς ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἑτέρων ἐπαίνους διηγεῖσθαι περὶ αὑτῶν γενομένους. Οἱ δὲ ὅλως οἴονται λανθάνειν τοὺς ἀκούοντας, ὅταν βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων δεξιώσεις καὶ προσαγορεύσεις καὶ φιλοφροσύνας ἀπαγγέλλωσιν, ὡς οὐχ αὑτῶν ἐπαίνους, ἀποδείξεις δὲ τῆς ἐκείνων ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας διεξιόντες. Ὅθεν εὖ μάλα δεῖ προσέχειν ἑαυτοῖς περὶ τοὺς ἑτέρων ἐπαίνους, ὅπως καθαροὶ καὶ ἀνύποπτοι φιλαυτίας καὶ περιαυτολογίας ὦσι· καὶ μὴ δοκῶμεν Πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοὺς δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν.

20. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ περὶ τοὺς ψόγους καὶ τὰς καταιτιάσεις γένος ἐπισφαλές ἐστι, καὶ παρέχον ἐκτροπὰς τοῖς περὶ δόξαν νοσοῦσιν. Ὧ μάλιστα περιπίπτουσιν οἱ γέροντες, ὅταν εἰς τὸ νουθετεῖν ἑτέρους καὶ κακίζειν ἔθη φαῦλα καὶ πράξεις ἡμαρτημένας προαχθῶσι, μεγαλύνοντες αὑτούς, ὡς περὶ * ταῦτα θαυμασίους δή τινας γενομένους. Τούτοις μὲν οὖν, ἂν μὴ μόνον ἔχωσιν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ δόξαν καὶ ἀρετήν, δοτέον· οὐ γὰρ ἀνωφελές, ἀλλὰ μέγα, ζῆλον ἐμποιοῦν ἅμα καὶ φιλοτιμίαν τινὰ τοῖς οὕτω κολαζομένοις. Οἱ δ' ἄλλοι σφόδρα φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν ἐκτροπὴν ταύτην ὀφείλομεν. Ἀνιαροῦ γὰρ ὄντος ἄλλως καὶ μόλις ἀνεκτοῦ τοῦ τῶν πλησίον ἐλέγχου, καὶ δεομένου πολλῆς εὐλαβείας, ὁ μιγνύων ἔπαινον ἴδιον ἀλλοτρίῳ ψόγῳ, καὶ δι' ἀδοξίας ἑτέρου δόξαν αὑτῷ θηρώμενος, ἐπαχθὴς παντάπασι καὶ φορτικός ἐστιν, ὡς ἐνευδοκιμεῖν ἀσχημονοῦσιν ἄλλοις βουλόμενος.

tur, deprehenditur sæpenumero insidians. Sicut enim de præceptis bonæ valetudinis tuendæ unum est, omnino cavere sibi a locis insalubribus, aut majori cura valetudinis uti in illis versantem : sic de se ipso loquendi studium quasdam habet occasiones et rationes lubricas, et quovis prætextu propriam laudem elicientes. Primum ubi laudantur alii, ibi (ut diximus) ambitio sermonem de se ipso facile extrudit, animumque morsum aliena laude ac titillatum pruritus instar occupat quædam gloriæ cupiditas et ad eam parandam incitatio : idque cum alias, tum apprime si alius æqualis aut inferior etiam nobis sit in ea re ob quam laudatur. Quemadmodum enim esurientium appetitio aliis coram edentibus magis acuitur et irritatur : ita laus in proximum collata intemperanter erga gloriam affectos quasi rivalitate quadam accendit.

XIX. Secundo loco narrationes rerum feliciter et ex animi sententia gestarum, multos præ lætitia in jactantiam ampullasque verborum efferunt. Incidentes enim in commemorationem victoriæ suæ alicujus, aut rei in republica præclare gestæ, aut in actiones vel orationes principibus probatas, non se tenent, neque modum servant. Quo genere sui prædicandi maxime vides homines nauticos et militares decipi. Accidit etiam his qui e provinciis a se gubernatis, aut magnis negotiis revertuntur, hoc frequenter. Mentione enim facta illustrium et regiorum hominum, annectunt collaudationes sui ab iis profectas : arbitrantes non se a se ipsis laudari, sed aliorum laudes ipsis tributas referri. Sunt qui plane rem ab auditoribus non animadverti putant, cum regum aut imperatorum erga ipsos in dextra danda alloquendo et amice tractando referunt comitatem, non ut suas hæc laudes, sed illorum humanitatis atque benignitatis documenta narrantes. Qua in re attendere se quisque diligenter debet, ut cum alios laudat, laudatio ea suspicione amoris sui ipsius, ac studii de se verba faciundi careat : ac ne videatur

Patroclum prætendendo—

se ipsum laudandis aliis laudare.

XX. Proinde id dicendi genus, quo alios vituperamus aut culpamus, periculosum est, et ambitiosis multas præbet ad excurrendum in sui laudationem occasiones. In hoc vitii cum primis incidunt senes, ubi ad castigandum alios et culpandum malos mores ac male facta conversi, eo progrediuntur, ut se ipsos laudibus ferant, qui mirabilem in tali re virtutem ostenderint suam. His quidem, si non ætate tantum, sed gloria etiam et virtute sint præditi, danda est venia : tantum enim abest ut inutilis sit horum jactantia, ut qui hoc modo castigantur, magna simul virtutis æmulatione et pulchritudinis studio incendantur. Nos alii cavere diligenter et metuere etiam istas debemus digressiones. Nam cum alioqui molesta sit et pene intolerabilis proximi reprehensio, multamque requirat cautionem : qui alterius reprehensioni suam immiscet laudem, sibique gloriam ex alterius vituperio venatur, molestissimus plane importunissimusque est : quippe qui ex aliorum dedecore decus sibi videatur velle quærere.

21. Ἔτι τοίνυν τοῖς μὲν πρὸς τοὺς γέλωτας εὐκαταφόροις φύσει καὶ προχείροις μάλιστα φεύγειν προσήκει καὶ φυλάττεσθαι τοὺς γαργαλισμοὺς καὶ τὰς ψηλαφήσεις, ἐν αἷς τὰ λειότατα τοῦ σώματος ὀλισθαίνοντα καὶ συῤῥέοντα κινεῖ καὶ συνεξορμᾷ τὸ πάθος· ὅσοι δὲ πρὸς δόξαν ἐμπαθέστερον ἐῤῥυήκασι, τούτοις ἄν τις οὐχ ἥκιστα παραινέσειεν ἀπέχεσθαι τοῦ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων ἐπαινῶνται. Δεῖ γὰρ ἐρυθριᾷν ἐπαινούμενον, οὐκ ἀπερυθριᾷν, καὶ καταστέλλειν τοὺς μέγα τι περὶ αὐτῶν λέγοντας, οὐκ ἐλέγχειν, ὡς ἐνδεέστερον ἐπαινοῦντας· ὅπερ οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν, ὑπομιμνήσκοντες αὐτοὶ, καὶ προσεμφοροῦντες ἄλλας τινὰς πράξεις καὶ ἀνδραγαθίας, ἄχρις ἂν τὸν παρ' αὐτῶν καὶ τὸν παρ' ἑτέρων ἔπαινον διαφθείρωσιν. Ἔνιοι μὲν οὖν κολακεύοντες αὑτοὺς, ὥσπερ γαργαλίζουσι καὶ φυσῶσιν· ἔνιοι δὲ, κακοήθως οἷόν τι δέλεαρ μικρὸν εὐλογίας ὑποβάλλοντες, ἐκκαλοῦνται τὴν περιαυτολογίαν· οἱ δὲ προσπυνθάνονται καὶ διερωτῶσιν, ὡς παρὰ τῷ Μενάνδρῳ τὸν στρατιώτην ἵνα γελάσωσι,

— Πῶς δὴ τὸ τραῦμα τοῦτ' ἔχεις;
Μεσαγκύλῳ. Πῶς πρὸς θεῶν; Ἐπὶ κλίμακα
πρὸς τεῖχος ἀναβαίνων. Ἐγὼ μὲν δεικνύω
ἐσπουδακὼς, οἱ δὲ πάλιν ἐπεμυκτήρισαν.

22. Ἐν ἅπασιν οὖν τούτοις εὐλαβητέον ὡς ἔνι μάλιστα, μήτε συνεκπίπτοντα τοῖς ἐπαίνοις, μήτε ταῖς ἐρωτήσεσιν ἑαυτὸν προϊέμενον. Ἐντελεστάτη δὲ τούτων εὐλάβεια καὶ φυλακὴ, τὸ προσέχειν ἑτέροις ἑαυτοὺς ἐπαινοῦσι, καὶ μνημονεύειν, ὡς ἀηδὲς τὸ πρᾶγμα καὶ λυπηρὸν ἅπασι, καὶ λόγος ἄλλος οὐδεὶς οὕτως ἐπαχθὴς, οὐδὲ βαρύς. Οὐδὲ γὰρ ἔχοντες εἰπεῖν, ὅτι πάσχομεν ἄλλο κακὸν ὑπὸ τῶν αὑτοὺς ἐπαινούντων, ὥσπερ φύσει βαρυνόμενοι τὸ πρᾶγμα καὶ φεύγοντες, ἀπαλλαγῆναι καὶ ἀναπνεῦσαι σπεύδομεν· ὅπου καὶ κόλακι καὶ παρασίτῳ καὶ δεομένῳ δύσοιστον ἐν χρείᾳ καὶ δυσεγκαρτέρητον ἑαυτὸν ἐγκωμιάζων πλούσιός τις, ἢ σατράπης, ἢ βασιλεύς· καὶ συμβολὰς ταύτας ἀποτίνειν μεγίστας λέγουσιν, ὡς ὁ παρὰ Μενάνδρῳ·

Σφάττει με, λεπτὸς γίνομ' εὐωχούμενος,
τὰ σκώμμαθ' οἷα τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικὰ,
οἷος δ' ἀλαζὼν ἐστιν ἀλιτήριος.

Ταῦτα γὰρ οὐ πρὸς στρατιώτας, οὐδὲ νεοπλούτους μόνον, εὐπάρυφα καὶ σοβαρὰ διηγήματα περαίνοντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς σοφιστὰς καὶ φιλοσόφους καὶ στρατηγοὺς, ὀγκουμένους ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ μεγαληγοροῦντας, εἰωθότες φάσκειν καὶ λέγειν, ἂν μνημονεύωμεν, ὅτι τοῖς ἰδίοις ἐπαίνοις ἀλλότριος ἕπεται ψόγος ἀεὶ, καὶ γίνεται τέλος ἀδοξία τῆς κενοδοξίας ταύτης, καὶ τὸ λυπεῖν τοὺς ἀκούοντας, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶ, περίεστιν, οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι τοιούτους, ἀφεξόμεθα τοῦ λέγειν περὶ αὑτῶν, ἂν μή τινα μεγάλα μέλλωμεν ὠφελεῖν ἑαυτοὺς ἢ τοὺς ἀκούοντας.

XXI. Addamus hoc. Qui facile in risum solvuntur, ii maxime cavere debent et fugere titillationes atque contrectationes, in quibus levissimæ corporis particulæ delabentes et confluentes, excitant impelluntque eam affectionem. Et qui effusius ad gloriæ cupiditatem feruntur, iis vel maxime hoc consulendum est, ut cum laudantur ab aliis, sese laudando abstineant. Eum enim qui laudatur, erubescere convenit, abjicere verecundiam non convenit: et inhibere eos, qui magnum aliquid de ipsis dixerint, non reprehendere tanquam intra modum laudes ipsorum prosecutos. Qua in re peccant multi, admonentes præterea de aliis quibusdam suis actionibus et egregiis facinoribus, eaque dictis inculcantes: donec simul et a se, et ab aliis tributam ipsis laudem corrumpant. Nonnulli dum sibi ipsis blandiuntur, quasi titillant se atque inflant. Sunt qui aliquam laudem quasi escam submittentes maligne, provocent eos, qui suorum ipsorum prædicandorum vitio correpti sunt. Alii percunctantur eo modo quo illi militem apud Menandrum, ut irrideant:

— Hoc vulnus unde tibi accidit?
Sum læsus hastili. Qui pro deum? Gradus
muris admotos conscendens. Prompte simul
ostendo vulnus: rursum me sannis premunt.

XXII. In omnibus his quam potest fieri maxime cavendum est, ne laudibus præcipites agi nos patiamur, neve interrogati nosmet prodamus. Ad quam rem perfectissima est hæc cautio atque custodia, ut animadvertamus alios qui se ipsos laudant, quam ii rem omnibus ingratam molestamque agant, utque nulla alia oratio sit perinde invisa et gravis. Quippe ut nullam aliam injuriam in nos eorum qui se ipsos laudant allegare possimus: tamen tanquam naturæ instinctu moleste ferentes eam rem et aversantes, dimitti ab eis et respirare properamus. Cum quidem adulatori et mensarum asseclæ atque indigenti intolerabilis sit etiam tunc cum ejus est usus, dives aliquis, aut satrapa, aut rex: atque has symbolas aiunt conviviorum se dare maximas, ut ille apud Menandrum:

Hic me enecat, fio macer conviviis,
sapientia audiens, et militaria
dicteria ista: gloriosus est nimis,
nimisque impurus ac scelestus.

Hæc etenim non ad milites duntaxat, atque recens ditatos, prætextatis illis et comptis suis narratiunculis alios detinentes, sed et ad sophistas, philosophos, imperatores sua nimium extollentes atque cum fastu jactantes, assueverimus dicere: siquidem memoria teneamus propriis laudibus aliorum comitari vituperium, ac vanam hanc gloriæ cupiditatem desinere in ignominiam, idque ad extremum nos consequi, quod Demosthenes dixit, ut offensis auditoribus existimemur tales non esse, quales nos ipsi prædicavimus: his, inquam, consideratis, ipsi de nobis loqui omittemus, nisi magna id vel cum nostra, vel cum auditorum utilitate futurum speremus.

* ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΒΡΑΔΕΩΣ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΩΝ.

Τὰ πρόσωπα τοῦ διαλόγου.

ΠΑΤΡΟΚΛΗΣ, ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ, ΤΙΜΩΝ, ΟΛΥΜΠΙΚΟΣ.

1. Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐπίκουρος εἰπών, ὦ Κύντε, καὶ πρὶν ἀποκρίνασθαί τινα πρὸς τῷ πέρατι τῆς στοᾶς γενομένων ἡμῶν, ᾤχετο ἀπιών· ἡμεῖς δὲ ὅσον τι θαυμάσαι τοῦ ἀνθρώπου τὴν ἀτοπίαν, ἐπιστάντες σιωπῇ, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαβλέψαντες, ἀνεστρέφομεν πάλιν, ὥσπερ ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες. Εἶτα πρῶτος ὁ Πατροκλῆς, Τί οὖν, εἶπεν, ἐᾶν δοκεῖ τὴν ζήτησιν, ἢ τῷ λόγῳ, καθάπερ παρόντος, καὶ μὴ παρόντος, ἀποκρινώμεθα τοῦ εἰπόντος; Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Τίμων, Ἀλλ' οὐδ' εἰ βαλών, εἶπεν, ἀπηλλάγη, καλῶς εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον· ὁ μὲν γὰρ Βρασίδας, ὡς ἔοικεν, ἐξελκύσας τὸ δόρυ τοῦ σώματος, αὐτῷ τούτῳ τὸν βαλόντα πατάξας ἀνεῖλεν· ἡμῶν δ' ἀμύνασθαι μὲν οὐδὲν ἔργον ἐστὶ δήπου τοὺς ἄτοπον ἢ ψευδῆ λόγον εἰς ἡμᾶς ἀφέντας, ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς, πρὶν ἅψασθαι τὴν δόξαν, ἂν ἐκβάλωμεν. Τί οὖν, ἔφην ἐγώ, μάλιστα κεκίνηκεν ὑμᾶς τῶν εἰρημένων; Ἀθρόα γὰρ πολλὰ καὶ κατὰ τάξιν οὐδέν, ἄλλο δ' ἀλλαχόθεν ἄνθρωπος, ὥσπερ ὀργῇ τινι καὶ λοιδορίᾳ, σπαράττων ἅμα κατεφόρει τῆς προνοίας. |

2. Καὶ ὁ Πατροκλῆς, Ἡ περὶ τὰς τιμωρίας, εἶπε, τῶν πονηρῶν βραδύτης τοῦ δαιμονίου καὶ μέλλησις ἐμοὶ δοκεῖ καὶ μάλιστα δεινὸν εἶναι· καὶ νῦν ὑπὸ τῶν λόγων τούτων ὥσπερ πρόσφατος γέγονα τῇ δόξῃ καὶ καινός· ἔκπαλαι δ' ἠγανάκτουν ἀκούων Εὐριπίδου λέγοντος·

Μέλλει, τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.

Καίτοι πρὸς οὐδέν, ἥκιστα δὲ πρέπει πρὸς τοὺς πονηροὺς ῥᾴθυμον εἶναι τὸν θεόν, οὐ ῥαθύμους ὄντας αὐτούς, οὐδ' ἀμβολιεργοὺς τοῦ κακῶς ποιεῖν, ἀλλ' ὀξυτάταις ὁρμαῖς ὑπὸ τῶν παθῶν φερομένους πρὸς τὰς ἀδικίας. Καὶ μὴν τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν, ὥς Θουκυδίδης φησίν, ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, εὐθὺς ἀντιφράττει τὴν ὁδὸν τοῖς ἐπιπλεῖστον εὐροούσῃ τῇ κακίᾳ χρωμένοις. Οὐδὲν γὰρ οὕτω χρέος, ὡς τὸ τῆς δίκης ὑπερήμερον γινόμενον, ἀσθενῆ μὲν ταῖς ἐλπίσι ποιεῖ καὶ ταπεινὸν τὸν ἀδικούμενον, αὔξει δὲ θρασύτητι καὶ τόλμῃ τὸν μοχθηρόν· αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι, καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τὸ παρηγοροῦν τοὺς πεπονθότας ἔνεστιν αὐταῖς. Ὡς ἔμοιγε καὶ τὸ τοῦ Βίαντος ἐνοχλεῖ πολλάκις ἀναλαμβάνοντι τὸν λόγον· ἔφη γάρ, ὡς ἔοικε, πρός τινα πονηρόν, ὡς οὐ δέδιε, μὴ οὐ δῷ δίκην, ἀλλὰ μὴ οὐκ αὐτὸς ἐπίδῃ. Τί γὰρ Μεσσηνίοις ὄφελος τοῖς προαναιρεθεῖσι τῆς Ἀριστοκράτους

DE HIS QUI SERO A NUMINE PUNIUNTUR.

PERSONÆ COLLOQUII.

PATROCLES, PLUTARCHUS, TIMON, OLYMPICUS.

I. Hæc ergo locutus Epicurus, Quinte, priusquam responderet quisquam, cum in ultima porticu nos essemus, proripuit se atque discessit. Nos cum admirati hominis insolentiam aliquantulum taciti substitissemus, invicemque intuiti essemus, rursum, ut tum forte deambulabamus, reversi sumus. Ibi primus Patrocles: Quid, inquit, dimittenda videtur quæstio, an potius, quamvis absit dicens, tamen perinde ac si adsit, quæstioni est respondendum? Sub hæc Timon: Non sane, ait, si conjecto in aliquem nostrum jaculo abiisset, jaculum inhærens corpori negligere conveniebat. Brasidas quidem, ut fertur, hasta e suo extracta corpore eum ipsum percussit ac necavit, a quo in ipsum fuerat missa: nos vero non est quod ulciscamur eos qui falsam et insolentem in nos sententiam emiserunt: quam nobis rursum ejicere satis est antequam radices agat. Quid est ergo, inquam ego, quod ex iis quæ dixit potissimum vos moverit? Multa enim confertim, nihil ordine protulit homo, et alia aliunde petita, ira quadam et maledicendi studio interim exagitatus, adversus Providentiam effudit.

II. Tum Patrocles: Mihi, inquit, vel maxime tarditas et cunctatio numinis in pœna malis irroganda res videtur esse gravis atque atrox: et nunc oratione istius quasi rudis factus sum quod ad opinionem hanc attinet atque novitius. Jampridem cum indignatione audiebam istuc Euripidis:

Cunctatur: hæc quippe est natura numinis.

Enimvero nullam ad rem, minime autem omnium adversum malos decebat deum esse segnem: non segnes eos, aut qui suæ maleficentiæ diem producant, sed qui celerrimis impetibus ab animi affectionibus ad flagitia incitentur. Thucydidis est sententia, ultionem maleficio quam proxime adjunctam statim viam intercludere iis qui quam plurimum malitia bonos habente successus utuntur. Nullum enim aliud debitum perinde atque dilatio justæ vindictæ, injuria affectorum spes enervat animosque eorum dejicit, contra improbos ferocia et audacia augens. Sed supplicia statim facinoribus imposita, etiam futurorum sunt inhibitiones maleficiorum, illisque maxime inest consolatio, quæ passos injuriam reficiat. Itaque mihi etiam Biantis dictum molestum est, sæpe id mecum repetenti: quod dixisse fertur cuidam malo: *Non metuo ne non sis daturus pœnas, sed ne ego id non sim visurus.* Quid enim utilitatis rediit ad Messenios ante interfectos quam de Aristocrate sumptum

τιμωρίας; ὃς προδοὺς τὴν ἐπὶ Τάφρῳ μάχην, καὶ λαθὼν ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη καὶ πάντα ταῦτα βασιλεύσας Ἀρκάδων, ὕστερον ἔδωκε δίκην φωραθείς· οἱ δὲ οὐκέτ' ἦσαν. Ἢ τίνα Ὀρχομενίων τοῖς ἀποβαλοῦσι παῖδας καὶ φίλους καὶ οἰκείους ὑπὸ Λυκίσκου προδοθέντας ἤνεγκε παραμυθίαν ἡ χρόνοις ὕστερον πολλοῖς ἀψαμένη νόσος καὶ κατανεμηθεῖσα τοῦ σώματος; * ὃς ἀεὶ βάπτων καὶ βρέχων [τὼ πόδε] εἰς τὸν ποταμὸν, ὤμοσε καὶ κατηράσατο σαπῆναι, προδόντος αὐτοῦ καὶ ἀδικήσαντος. Τὰς μὲν γὰρ Ἀθήνησι τῶν ἐναγῶν σωμάτων ῥίψεις, καὶ νεκρῶν ἐξορισμοὺς, οὐδὲ παίδων παισὶν ἐπιδεῖν ὑπῆρξε τῶν ἀποσφαγέντων ἐκείνων. Ὅθεν Εὐριπίδης ἄτοπος, εἰς ἀποτροπὴν κακίας τούτοις χρώμενος·

Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε (μὴ τρέσῃς)
παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
στείχουσα, μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ.

Οὐ γὰρ ἄλλα δήπου, ταῦτα δ' αὐτὰ τοὺς κακοὺς εἰκός ἐστιν ἑαυτοῖς διακελευομένους καὶ παρεγγυῶντας, ἐπιχειρεῖν τοῖς παρανομήμασιν, ὡς τῆς ἀδικίας τὸν μὲν καρπὸν εὐθὺς ὡραῖον καὶ προὖπτον ἀποδιδούσης, τὴν δὲ τιμωρίαν ὀψὲ καὶ πολὺ τῆς ἀπολαύσεως καθυστεροῦσαν.

3. Ταῦτα τοῦ Πατροκλέους διελθόντος, ὑπολαβὼν ὁ Ὀλυμπικὸς, Ἐκεῖνο δὲ, εἶπεν, ὦ Πατροκλέα, πηλίκον αἱ περὶ ταῦτα τοῦ θείου διατριβαὶ καὶ μελλήσεις ἄτοπον ἔχουσιν, ὅτι τὴν πίστιν ἡ βραδύτης ἀφαιρεῖται τῆς προνοίας, καὶ τὸ μὴ παρ' ἕκαστον ἀδίκημα τοῖς πονηροῖς ἐπακολουθοῦν κακὸν, ἀλλ' ὕστερον, εἰς ἀτυχήματος χώραν τιθέμενοι, καὶ συμφορὰν, οὐ τιμωρίαν, ὀνομάζοντες, οὐδὲν ὠφελοῦνται, τοῖς μὲν συμβαίνουσιν ἀχθόμενοι, τοῖς δὲ πεπραγμένοις μὴ μεταμελόμενοι; Καθάπερ γὰρ ἵππον ἡ παραχρῆμα τὸ πταῖσμα καὶ τὴν ἁμαρτίαν διώκουσα πληγὴ καὶ νύξις ἐπανορθοῖ καὶ μετάγει πρὸς τὸ δέον, οἱ δὲ ὕστερον καὶ μετὰ χρόνον σπαραγμοὶ καὶ ἀνακρούσεις καὶ περιφοφήσεις, ἑτέρου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον δοκοῦσι γίνεσθαι ἢ διδασκαλίας, διὸ τὸ λυποῦν ἄνευ τοῦ παιδεύειν ἔχουσιν· οὕτως ἡ καθ' ἕκαστον ὧν πταίει καὶ προσπίπτει ῥαπιζομένη καὶ ἀνακρουομένη τῷ κολάζεσθαι κακία, μόλις ἂν γένοιτο σύννους καὶ ταπεινὴ καὶ κατάφοβος πρὸς τὸν θεὸν, ὡς ἐφεστῶτα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι καὶ πάθεσιν οὐχ ὑπερήμερον δικαιωτήν. Ἡ δ' ἀτρέμα καὶ βραδεῖ ποδὶ, κατ' Εὐριπίδην, καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιπίπτουσα δίκη τοῖς πονηροῖς, τῷ αὐτομάτῳ μᾶλλον, ἢ τῷ κατὰ πρόνοιαν ὅμοιον ἔχει τὸ πεπλανημένον καὶ ὑπερήμερον καὶ ἄτακτον. Ὥστ' οὐχ ὁρῶ, τί χρήσιμον ἔνεστι τοῖς ὀψὲ δὴ τούτοις ἀλεῖν λεγομένοις μύλοις τῶν θεῶν, καὶ ποιοῦσι τὴν δίκην ἀμαυρὰν, καὶ τὸν φόβον ἐξίτηλον τῆς κακίας.

4. Ῥηθέντων οὖν τούτων, κἀμοῦ πρὸς αὐτὸν ὄντος, ὁ Τίμων, Πότερον, εἶπεν, ἐπιθῶ καὶ αὐτὸς ἤδη τῷ

est supplicium? qui prodita in Taphro pugna, cum supra viginti annos delituisset, totoque eo tempore Arcadum rex fuisset, tandem deprehensus pœnas dedit; Messeniis pridem pessumdatis. Aut quid solatii attulit Orchomeniis, qui proditione Lycisci liberos, amicos, et familiares suos amiserunt, morbus qui longo post tempore Lyciscum invasit, corpusque ejus depastus est? qui identidem pedes in fluvium intingens imprecatus est iis putredinem, si quidem prodidisset aut inique egisset. Nam quod Athenis scelestorum corpora projecta, et cadavera extra fines patriæ deportata sunt, ne nepotibus quidem videre licuit eorum quos isti interfecerant. Et Euripides absurde his utitur verbis, dehortaturus aliquem a malitia:

Trepidare noli: non te accedens comminus
Justitia jecur feriet, aut alium improbum.
Sed tacita, lento tardoque adrepens pede
suo malos aliquando tempore obruet.

Non enim profecto alia, sed hæc ipsa ea esse consentaneum est, quibus mali sese ad capessenda flagitia exhortantur atque excitant, quod nimirum malitia fructum statim maturum et ante oculos situm præbeat, pœna autem sero demum et longe post fruitionem subsequatur.

III. Hæc Patrocle fato, Olympicus ista subjecit. Expediendum erat tibi, Patrocles, quodnam absurdum cunctatio numinis in puniendo secum trahat. Nimirum quod tarditas fidem Providentiæ derogat, et quia non quodvis flagitium malorum aliquid adversi comitatur, sed spatio temporis succedit; infortunii alicujus loco accipiunt mali, ac non supplicium, sed calamitatem appellantes, nihil percipiunt commodi: ægre quidem ferentes adversa quæ eveniunt, sed facinora sua tamen non mutantes. Sicut enim equum ea compunctio atque verberatio corrigit et ad officium reducit, quæ confestim peccatum et offensionem insequitur: quæ vero aliquanto post tempore subsequuntur convulsiones, agitationes, et clamores, alio magis quam ad docendum pertinere videntur, quia molestiam afferunt sine institutione: ita malus, si quoties aliquid delinquit, vapulet pœnaque imposita reprimatur, saltem tandem ad mentem redibit, metuque dei humiliter se demittet, eum præsto humanis actionibus atque affectibus intelligens esse vindicem, non qui in aliud judicium rejiciat tempus. At justitia ea, quæ paulatim, et, ut Euripidi visum, *tardo pede et utcunque malis ingruit*, ob incertitudinem ac dilationem et inordinatam vindictæ rationem a casu potius quam a Providentia pendere videtur. Atque adeo non video quid utilitatis adsit iis, qui *sero tandem molere molis deorum* dicuntur; cum hoc pacto et justitia reddatur obscura, et malitiæ metus evanescat.

IV. His ita dictis, cum ego mecum rem meditarer, Timon: Vultisne, inquit, ut ipse quoque difficultati-

λόγῳ τὸν κολοφῶνα τῆς ἀπορίας, ἢ πρὸς ταῦτα ἐάσω πρότερον αὐτὸν διαγωνίσασθαι; Τί γάρ, ἔφην ἐγώ, δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλῦσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρῶτα μὴ δυνατὸς ἔσται διώσασθαι, μηδ' ἀποφυγεῖν, ἐγκλήματα; Πρῶτον οὖν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενοι πατρῴας, τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐλαβείας τῶν ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσόφων, τὸ μὲν ὡς εἰδότες τι λέγειν περὶ τούτων, ἀφοσιωσόμεθα. Πλέον γάρ ἐστι τοῦ περὶ μουσικῶν ἀμούσους, καὶ πολεμικῶν ἀστρατεύτους διαλέγεσθαι, τὸ τὰ θεῖα καὶ τὰ δαιμόνια πράγματα διασκοπεῖν, ἀνθρώπους ὄντας, οἷον ἀτέχνους τεχνιτῶν διάνοιαν ἀπὸ δόξης καὶ ὑπονοίας κατὰ τὸ εἰκὸς μετιόντας. Οὐ γὰρ ἰατροῦ μὲν ἰδιώτην ὄντα συμβαλεῖν λογισμὸν, ὡς πρότερον οὐκ ἔτεμεν, ἀλλ' ὕστερον, οὐδὲ χθὲς ἔλουσεν, ἀλλὰ σήμερον, ἔργον ἐστί· περὶ θεῶν δὲ, θνητὸν ῥᾴδιον ἢ βέβαιον εἰπεῖν ἄλλο, πλὴν ὅτι τὸν καιρὸν εἰδὼς ἄριστα τῆς περὶ τὴν κακίαν ἰατρείας, * ὡς φάρμακον ἑκάστῳ προσφέρει τὴν κόλασιν, οὔτε μεγέθους μέτρον κοινὸν, οὔτε χρόνον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων ἔχουσαν. Ὅτι γὰρ ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη δὲ καὶ δικαιοσύνη προσαγορευομένη, πασῶν ἐστι τεχνῶν μεγίστη, πρὸς μυρίοις ἑτέροις καὶ Πίνδαρος ἐμαρτύρησεν, ἀριστοτέχναν ἀνακαλούμενος τὸν ἄρχοντα καὶ κύριον ἁπάντων θεὸν, ὡς δὴ δίκης ὄντα δημιουργὸν, ᾗ προσήκει, τὸ πότε καὶ πῶς καὶ μέχρι πόσου κολαστέον ἕκαστον τῶν πονηρῶν, ὁρίζειν. Καὶ ταύτης φησὶ τῆς τέχνης ὁ Πλάτων υἱὸν ὄντα τοῦ Διὸς γεγονέναι τὸν Μίνω μαθητὴν, ὡς οὐ δυνατὸν ἐν τοῖς δικαίοις κατορθοῦν, οὐδ' αἰσθάνεσθαι τοῦ κατορθοῦντος, τὸν μὴ μαθόντα μηδὲ κτησάμενον τὴν ἐπιστήμην. Οὐδὲ γὰρ οὓς ἄνθρωποι νόμους τίθενται, τὸ εὔλογον ἁπλῶς ἔχουσι καὶ πάντοτε φαινόμενον, ἀλλ' ἔνια καὶ δοκεῖ κομιδῇ γελοῖα τῶν προσταγμάτων· οἷον, ἐν Λακεδαίμονι κηρύττουσιν οἱ ἔφοροι παριόντες εὐθὺς εἰς τὴν ἀρχὴν, μὴ τρέφειν μύστακα, καὶ πείθεσθαι τοῖς νόμοις, ὡς μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς· Ῥωμαῖοι δὲ, οὓς ἂν εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασιν· ὅταν δὲ διαθήκας γράφωσιν, ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας· ὃ δοκεῖ παράλογον εἶναι. Παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σόλωνος, ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμενον μηδὲ συστασιάσαντα. Καὶ ὅλως πολλὰς ἄν τις ἐξείποι νόμων ἀτοπίας, μήτε τὸν λόγον ἔχων τοῦ νομοθέτου, μήτε τὴν αἰτίαν συνιεὶς ἑκάστου τῶν γραφομένων. Τί δὴ θαυμαστὸν, εἰ, τῶν ἀνθρωπίνων οὕτως ἡμῖν ὄντων δυσθεωρήτων, οὐκ εὔπορόν ἐστι τὸ περὶ τῶν θεῶν εἰπεῖν, ὅτινι λόγῳ τοὺς μὲν ὕστερον, τοὺς δὲ πρότερον τῶν ἁμαρτανόντων κολάζουσιν;

5. Ταῦτα δ' οὐκ ἀποδράσεως πρόφασίς ἐστιν, ἀλλὰ συγγνώμης αἴτησις· ὅπως ὁ λόγος, οἷον εἰς λιμένα καὶ καταφυγὴν ἀποβλέπων, εὐθαρσέστερον ἐξαναφέρῃ τῷ πιθανῷ πρὸς τὴν ἀπορίαν. Ἀλλὰ σκοπεῖτε πρῶτον, ὅτι κατὰ Πλάτωνα πάντων καλῶν ὁ θεὸς ἑαυτὸν ἐν μέσῳ

bus hujus disputationis colophonem addam? Aut sinam potius istum adversus hæc decertare? Quid enim, respondi ego, attinet tertium fluctum immittere, eoque obruere argumentum, si id priora non possit depellere aut evitare crimina? Primum itaque sumpto initio, tanquam a Lare patrio, ab Academicorum philosophorum de rebus divinis disserendi cautione atque modestia : ita de his rebus dicere ac si earum scientiam profiteremur, pie detractabimus. Gravius enim est quam de rebus musicis imperitum musices, aut de bellicis militiæ rudem verba facere, res deorum et geniorum velle perspicere eum qui sit homo, et tanquam artificis sententiam artis ignarum opinionibus et probabilibus conjecturis investigare. Nam cum perdifficile sit homini plebeio consilium medici deprehendere, quod secutus, non ante, sed post, sectionem adhibuit, neque heri lavit ægrotum, sed hodie; certe de diis non facile aliud quicquam firmum homo pronuntiabit, quam illum, ut qui optime opportunum medendi flagitiis tempus habeat cognitum, medicamenti instar pœnam sceleri cuivis imponere, neque eadem in omnibus magnitudinis mensura, neque eodem temporis articulo definitam. Medicinam enim animæ quæ Justitia cognominatur, omnium esse artium maximam, præter sexcentos alios etiam Pindarus testatur, principem et dominum omnium deum appellans Aristotechnam (id est, artificum præstantissimum) : quippe justitiæ administratorem, quæ jus habet determinandi quando, quomodo, et quatenus, quilibet malorum sit puniendus. Atque hanc artem Minos Jovis filius, a patre didicit, ut Plato ait, indicans jus recte administrare, rectamque juris administrationem intelligere non posse, qui eam scientiam discendo non fuerit consecutus. Etenim et eæ leges, quæ ab hominibus ponuntur, non ubique habent rationem eorum quæ præcipiuntur illustrem, imo quædam videntur omnino ridicula. Ut quod Lacedæmone Ephori statim ab initio magistratu edicunt *ne quis mystacem alat: et ut legibus obtemperent, ne eæ ipsis sint difficiles.* Romani quos in libertatem vindicant, eorum corporibus stipulam tenuem injiciunt : et ubi testamentum condunt, alii scribuntur hæredes, aliis vendunt bona : quod videtur alienum a ratione. Alienissimum illud Solonis, qui in seditione neutri se parti adjungentem ignominia notavit. Et plane multas legum absurdas esse dixerit, qui auctoris mentem, et causam scriptorum singulatim non cognoverit. Quid ergo miremur, ubi humana ita difficulter a nobis intelliguntur, si non facile explicatu nobis est quanam de causa dii peccantium aliis maturius, aliis serius supplicia imponant?

V. Quæ dixi, ea non tergiversationis sunt præscriptio, sed veniæ petitio : ut disputatio nostra portum quasi et tutum effugienti locum respiciens, probabilia ad explicandas quæstionis difficultates tanto animosius possit consectari. Proinde hoc primum considerate,

παράδειγμα θέμενος, τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν, ἐξομοίωσιν οὖσαν ἁμωσγέπως πρὸς αὐτὸν, ἐνδίδωσι τοῖς ἕπεσθαι θεῷ δυναμένοις. Καὶ γὰρ ἡ πάντων φύσις ἄτακτος οὖσα, ταύτην ἔσχε τὴν ἀρχὴν τοῦ μεταβαλεῖν, καὶ γενέσθαι κόσμος, ὁμοιότητι καὶ μεθέξει τινὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἰδέας καὶ ἀρετῆς. Καὶ τὴν ὄψιν αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ ἀνάψαι φησὶ τὴν φύσιν ἐν ἡμῖν, ὅπως ὑπὸ θέας τῶν ἐν οὐρανῷ φερομένων καὶ θαύματος ἀσπάζεσθαι καὶ ἀγαπᾷν ἐθιζομένη τὸ εὐσχημον ἡ ψυχὴ καὶ τεταγμένον, ἀπεχθάνηται τοῖς ἀναρμόστοις καὶ πλανητοῖς πάθεσι, καὶ φεύγῃ τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν, ὡς κακίας καὶ πλημμελείας ἁπάσης γένεσιν. Οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι μεῖζον ἄνθρωπος ἀπολαύειν θεοῦ πέφυκεν, ἢ τὸ μιμήσει καὶ διώξει τῶν ἐν ἐκείνῳ καλῶν καὶ ἀγαθῶν εἰς ἀρετὴν καθίστασθαι. Διὸ καὶ τοῖς πονηροῖς ἐν χρόνῳ καὶ σχολαίως τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, οὐκ αὐτός τινα τοῦ ταχὺ κολάζειν ἁμαρτίαν δεδιὼς ἢ μετάνοιαν, ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον ἀφαιρῶν, καὶ διδάσκων, μὴ σὺν ὀργῇ, μηδ' ὅτε μάλιστα φλέγεται καὶ σφαδάζει

Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω,

καθάπερ δίψαν ἢ πεῖναν ἀποπιμπλάντας, ἐπιπηδᾷν τοῖς λελυπηκόσιν, ἀλλὰ μιμουμένους τὴν ἐκείνου πραότητα καὶ τὴν μέλλησιν, ἐν τάξει καὶ μετ' ἐμμελείας, τὸν ἥκιστα μετανοίᾳ προσοισόμενον χρόνον ἔχοντας σύμβουλον, ἅπτεσθαι τῆς δίκης. Ὕδατι γὰρ τεταραγμένῳ προσπεσόντα χρῆσθαι δι' ἀκρασίαν, ἧττόν ἐστι κακὸν, ὡς Σωκράτης ἔλεγεν, * ἢ θολερὸν ὄντα καὶ διάπλεων τὸν λογισμὸν ὀργῆς καὶ μανίας, πρὶν ἢ καταστῆναι καὶ γενέσθαι καθαρὸν, ἐμφορεῖσθαι τιμωρίας συγγενοῦς καὶ ὁμοφύλου σώματος. Οὐ γὰρ ἐγγυτάτω τὸ ἀμύνασθαι τοῦ παθεῖν, ὡς Θουκυδίδης ἔλεγεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπωτάτω κείμενον, ἀπολαμβάνει τὸ προσῆκον. Ὡς γὰρ ὁ θυμὸς, κατὰ τὸν Μελάνθιον,

Τὰ δεινὰ πράττει τὰς φρένας μετοικίσας·

οὕτω καὶ ὁ λογισμὸς τὰ δίκαια πράττει καὶ μέτρια, τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἐκποδὼν θέμενος. Ὅθεν ἡμεροῦνται καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις παραδείγμασιν, ἀκούοντες, ὡς Πλάτων τε τὴν βακτηρίαν ἀνατεινάμενος τῷ παιδὶ, πολὺν ἔστη χρόνον, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν θυμὸν κολάζων· καὶ Ἀρχύτας οἰκετῶν τινα πλημμέλειαν ἐν ἀγρῷ καὶ ἀταξίαν καταμαθὼν, εἶτα ἑαυτοῦ συναισθανόμενος ἐμπαθέστερον ἔχοντος καὶ τραχύτερον πρὸς αὐτοὺς, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον, ἀπιὼν, Εὐτυχεῖτε, εἶπεν, ὅτι ὀργίζομαι ὑμῖν. Εἴπερ οὖν ἀνδρῶν λόγοι μνημονευόμενοι καὶ πράξεις λεγόμεναι τὸ τραχὺ καὶ σφοδρὸν ἀπαρύτουσι τῆς ὀργῆς, πολὺ μᾶλλον εἰκὸς ἡμᾶς τὸν θεὸν ὁρῶντας, ᾧ δέος οὐδὲν, οὐδὲ μετάνοια πράγματος οὐδενὸς, ὅμως ἐν τῷ μέλλοντι τὴν τιμωρίαν κατατιθέμενον, καὶ περιμένοντα τὸν χρόνον, εὐλαβεῖς περὶ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι, καὶ θεῖον ἡγεῖσθαι μόριον ἀρετῆς, τὴν πραότητα καὶ τὴν μεγαλοπάθειαν, ἣν ὁ θεὸς ἐνδείκνυται, τῷ μὲν κολάζειν ὀλίγους ἐπα-

quod, Platone auctore, deus se in medio exemplar omnium bonorum cum proposuisset, humanam virtutem, qua homo similis dei aliquo modo saltem redditur, parandam concessit his qui deum sequi possunt. Etenim ipsa hujus universi natura cum omni careret ordine, habuit principium suæ mutationis ut hic mundus fieret, quod similis particepsque facta est cujusdam ideæ et virtutis quæ in deo erat. Idem ille Plato visum in nobis a natura fuisse accensum ait, ut spectandis admirandisque cœlestium corporum motibus, anima nostra amplecti condocefacta decorum et ordinem, odium conciperet incompositorum et vagorum motuum, temeritatemque et casui fidentem levitatem fugeret, tanquam omnis vitii et erroris originem. Non est enim major alius fructus quem ex deo possit capere homo, quam quod imitatione pulchrorum et bonorum quæ divinæ naturæ insunt, virtute potitur. Propterea deus malis interposita mora ac tarde pœnas infligit, non quod vereatur, ne accelerando supplicio erret, aut committat cujus pœnitentia aliquando ducatur, sed ut in vindicandis aliorum peccatis sævitiam et vehementiam nobis hoc exemplo suo eximat: docens non per iram, aut cum maxime fervet et palpitat

Animus, super rationem se saltu efferens,

tunc nos debere quasi famis sitisve replendæ gratia invadere in eos qui nos irritaverunt, sed imitatione ductos ejus mansuetudinis et cunctationis, ordine et accuratione, adhibito temporis spatio in consilium, quod minime locum parabit pœnitentiæ, ad puniendum nos conferre. Nam, ut Socrates dicebat, *si in aquam turbatam incidens, eam ob incontinentiam bibas, minus mali est, quam si animo conturbato, iræque et furoris pleno, priusquam subsistat et purus fiat, eo te des, ut supplicio cognati et ad eamdem gentem pertinentis, eum expleas.* Non enim ultio proxime injuriam, ut voluit Thucydides, sed longissime potius ab ea dissita, convenientem sibi locum obtinuerit. Nam sicut ira, ut est apud Melanthium,

Migrare coacta ratione malas res agit:

ita ratio vicissim ira et excandescentia submotis juste moderateque agit. Hinc est quod etiam humanis exemplis auditis homines fiunt placidiores. Quale est Platonis, qui cum sublato baculo plagam puero intentasset, aliquandiu constitit, iram (ut ipse aiebat) puniens: et Archytæ, qui ruri deprehensa servorum suorum socordia et ordinis neglectione, ut sensit se asperius adversum eos animo esse commotum, nihil egit, nisi quod discedens dixit: *Bona vestra fortuna fit quod iratus sum vobis.* Quod si commemoratio humanorum dictorum factorumque iræ vehementiam asperitatemque potest adimere, multo magis convenit nos in deum intuentes (qui tametsi nullius rei metu pœnitentiave ducatur, tamen supplicium differt et in futurum rejicit tempus) caute in hoc genere versari, et mansuetudinem graviumque læsionum tolerantiam pro divina habere virtutis parte; quam deus nobis demonstrat, pu-

νορθοῦσαν, τῷ δὲ βραδέως πολλοὺς ὠφελοῦσαν καὶ νουθετοῦσαν.

6. Δεύτερον τοίνυν τοῦτο διανοηθῶμεν, ὡς αἱ μὲν δικαιώσεις αἱ παρὰ ἀνθρώπων μόνον ἔχουσι τὸ ἀντιλυποῦν, καὶ ἐν τῷ κακῶς τὸν δεδρακότα παθεῖν ἵστανται, περαιτέρω δ' οὐκ ἐξικνοῦνται· διὸ τοῖς ἁμαρτήμασι κυνὸς δίκην ἐφυλακτοῦσαι κατακολουθοῦσι, καὶ τὰς πράξεις ἐκ ποδὸς ἐπιδιώκουσι· τὸν θεὸν δ' εἰκὸς, ἧς ἂν ἐφάπτηται τῇ δίκῃ ψυχῆς νοσούσης, τά τε πάθη διορᾶν, εἴ πῃ τι καμπτόμενα πρὸς μετάνοιαν ἐνδίδωσι, καὶ χρόνον γε [πρὸς ἐπανόρθωσιν], οἷς οὐκ ἄκρατος οὐδ' ἄτρεπτος ἡ κακία πέφυκε, προσιζάνειν. Ἅτε γὰρ εἰδὼς, ὅσην μοῖραν ἀρετῆς ἀπ' αὐτοῦ φερόμεναι πρὸς γένεσιν αἱ ψυχαὶ βαδίζουσι, καὶ τὸ γενναῖον ὡς ἰσχυρὸν αὐταῖς καὶ οὐκ ἐξίτηλον ἐμπέφυκεν, ἐξανθεῖ δὲ παρὰ φύσιν τὴν κακίαν ὑπὸ τροφῆς καὶ ὁμιλίας φαύλης φθειρόμενον, εἶτα θεραπευθὲν ἐνίοις καλῶς, ἀπολαμβάνει τὴν προσήκουσαν ἕξιν, οὐ πᾶσι κατεπήγει τὴν τιμωρίαν ὁμοίως· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνήκεστον εὐθὺς ἐξεῖλε τοῦ βίου καὶ ἀπέκοψεν, ὡς ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, αὑτῷ τε βλαβερώτατον, ἀεὶ συνεῖναι μετὰ πονηρίας· οἷς δὲ ὑπ' ἀγνοίας τοῦ καλοῦ μᾶλλον, ἢ προαιρέσει τοῦ αἰσχροῦ, τὸ ἁμαρτητικὸν εἰκὸς ἐγγεγονέναι, δίδωσι μεταβαλέσθαι χρόνον. Ἐὰν δ' ἐπιμένωσι, καὶ τούτοις ἀπέδωκε τὴν δίκην· οὐ γάρ που δέδιε, μὴ διαφύγωσι. Σκόπει δὲ, ὅσαι μεταβολαὶ γεγόνασιν εἰς ἦθος ἀνδρῶν καὶ βίον· ᾗ καὶ τρόπος ὠνομάσθη τὸ μεταβάλλον αὐτοῦ καὶ ἦθος, ὡς πλεῖστον αὐτοῦ ἐνδύεται τὸ ἔθος, καὶ κρατεῖ μάλιστα καθαπτόμενον. Οἶμαι μὲν οὖν, καὶ τὸν Κέκροπα διφυᾶ προσαγορεῦσαι τοὺς παλαιοὺς, οὐχ, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ χρηστοῦ βασιλέως ἄγριον καὶ δρακοντώδη γενόμενον τύραννον, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐν ἀρχῇ σκολιὸν ὄντα καὶ φοβερὸν, εἶθ' ὕστερον ἄρξαντα πρᾴως καὶ φιλανθρώπως. Εἰ δὲ τοῦτ' ἄδηλον, ἀλλὰ Γέλωνά γ' ἴσμεν καὶ Ἱέρωνα, τοὺς Σικελιώτας, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτους, ὅτι πονηρίᾳ κτησάμενοι τυραννίδας, * ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς, καὶ παρανόμως ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐλθόντες, ἐγένοντο μέτριοι καὶ δημωφελεῖς ἄρχοντες· οἱ μὲν εὐνομίαν τε πολλὴν καὶ γῆς ἐπιμέλειαν παρασχόντες, αὐτούς τε σώφρονας τοὺς πολίτας καὶ φιλεργοὺς ἐκ πολυγέλων καὶ λάλων κατασκευάσαντες. Γέλων δὲ καὶ προπολεμήσας ἄριστα καὶ κρατήσας μάχῃ μεγάλῃ Καρχηδονίων, οὐ πρότερον εἰρήνην ἐποιήσατο πρὸς αὐτοὺς δεομένους, ἢ καὶ τοῦτο ταῖς συνθήκαις περιλαβεῖν, ὅτι παύσονται τὰ τέκνα τῷ Κρόνῳ καταθύοντες. Ἐν δὲ Μεγάλῃ πόλει Λυδιάδας ἦν τύραννος, εἶτ' ἐν αὐτῷ τῷ τυραννεῖν μεταβαλόμενος καὶ δυσχεράνας τὴν ἀδικίαν, ἀπέδωκε μὲν τοὺς νόμους τοῖς πολίταις, μαχόμενος δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἐπιφανῶς ἔπεσεν. Εἰ δέ τις ἢ τύραννον ἀπέκτεινε Μιλτιάδην ἐν Χεῤῥονήσῳ πρότερον, ἢ Κίμωνα συνόντα τῇ ἀδελφῇ διώξας εἷλεν, ἢ Θεμιστοκλέους ἐφ' οἷς ἀσελγαίνων ἐκώμαζε καὶ ὕβριζε δι' ἀγορᾶς, ἀφείλετο τὴν

niendo paucos emendantem, tarde puniendo multos juvantem atque corrigentem.

VI. Secundum porro hoc consideremus. Humanæ malefactorum ultiones legitimæ id duntaxat habent, quod vicissim ægre faciunt, repositoque maleficio subsistunt, neque ulterius progrediuntur. Quæ causa est, quod delicta canum instar cum latratu persequuntur, et facinora extemplo ulciscuntur. Atqui deum credibile est, quamcunque vitio captam animam justo suo judicio aggreditur, ejus motus perspicere, sicubi ad pœnitentiam inflectantur, tempusque correctionis definire iis, quibus non mera et incurabilis inolevit nequitia. Videlicet sciens quantam virtutis portionem animæ ab ipso ad hominis ortum proficiscentes secum ferant, et quam valida eis, minimeque evanida generositas sit innata : utque eædem contra suam naturam vitia proferant cum sunt victu consuetudineque malis corruptæ : ita quidem ut nonnullæ recte curatæ, sibi convenientem recuperent habitum, non omnibus eodem modo pœnam accelerat : sed quod insanabile est, statim præcidit vitaque privat; quia et omnino aliis nocent, et sibi multo maxime, qui semper in vitiis vivunt : quibus autem ignoratione boni potius quam appetitione mali peccata fere obrepunt, iis tempus vitia mutandi largitur : quod si persistant in vitiis, ipsos quoque punit; non enim periculum est ullum, ne ipsius manibus elabantur. Considera vero quam multorum hominum mores et vita fuerint mutata : qua de causa Græci mores *tropos* a mutando, et *ethe* a consuetudine nominant, quæ in hac re semel adhibita plurimum potest. Equidem ita sentio, Cecropem a priscis fuisse biformem dictum, non quod e bono rege immanis et draconis naturam imitans sit factus tyrannus, sed contra, quod perversus ab initio et terribilis, postmodo benigne humaniterque imperaverit. Quod si hoc incertum est, certe Gelonem novimus et Hieronem Siculos, et Pisistratum Hippocratis F. qui tyrannide per malitiam parta usi sunt secundum virtutis rationes, et injuste potiti imperiis, modeste iis et cum utilitate publica functi sunt : nam et optimarum usu legum, et agriculturæ studio commendando, cives de captatoribus risuum ac garrulis modestos ac industrios reddiderunt : et Gelo adversus Carthaginienses gesto optime bello, cum eos magno vicisset prælio, pacem petentibus non ante concessit, quam id quoque insertum ejus fuit conditionibus, finem facturos Carthaginienses Saturno suos immolandi liberos. Megalopoli tyrannus fuit Lydiades : is ipsa in tyrannide consilio mutato et improbata injustitia, civibus rempublicam et leges restituit, et pro patria in hostes pugnans, illustrem oppetiit mortem. Jam si quis Miltiadem in Chersoneso tyrannidem gerentem interfecisset, aut Cimonem cum sorore concumbentem in judicio reum tanti criminis peregisset, aut Themistoclem lascive comessantem, petulanterque per forum bacchan-

πόλιν, ὡς ὕστερον Ἀλκιβιάδου, γραψάμενος, ἆρ' οὐκ ἂν ἀπολώλεισαν ἡμῖν οἱ Μαραθῶνες; οἱ Εὐρυμέδοντες; τὸ καλὸν Ἀρτεμίσιον,

ὅθι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν
κρηπῖδ' ἐλευθερίας;

Οὐδὲν γὰρ αἱ μεγάλαι φύσεις μικρὸν ἐκφέρουσιν, οὐδ' ἀργεῖ δι' ὀξύτητα τὸ σφοδρὸν ἐν αὐταῖς καὶ δραστήριον, ἀλλ' ἐν σάλῳ διαφέρονται, πρὶν εἰς τὸ μόνιμον καὶ καθεστηκὸς ἦθος ἐλθεῖν. Ὥσπερ οὖν ὁ γεωργίας ἄπειρος οὐκ ἂν ἀσπάσαιτο χώραν ἰδὼν λόχμης ἔμπλεων δασείας καὶ φυτῶν ἀγρίων, καὶ θηρία πολλὰ καὶ ῥεύματα καὶ πολὺν ἔχουσαν πηλὸν, ἀλλὰ τῷ μεμαθηκότι διαισθάνεσθαι καὶ κρίνειν, αὐτὰ ταῦτα τὴν ἰσχὺν καὶ πάνθ' ὅσα ὑποδείκνυσι, καὶ τὴν μαλακότητα τῆς γῆς· οὕτως ἄτοπα πολλὰ καὶ φαῦλα προεξανθοῦσιν αἱ μεγάλαι φύσεις, ὧν ἡμεῖς μὲν εὐθὺς τὸ τραχὺ καὶ νύττον οὐ φέροντες, ἀποκόπτειν οἰόμεθα δεῖν καὶ κολούειν· ὁ δὲ βελτίων κριτὴς, καὶ ἀπὸ τούτων ἐνορῶν τὸ χρηστὸν καὶ γενναῖον, περιμένει λόγου καὶ ἀρετῆς συνεργὸν ἡλικίαν καὶ ὥραν, ᾗ τὸν οἰκεῖον ἡ φύσις καρπὸν ἀποδίδωσι.

7. Ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ· τὸν δ' ἐν Αἰγύπτῳ νόμον ἆρ' οὐκ εἰκότως ὑμῖν ἀπογράψασθαι δοκοῦσιν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων, ὃς κελεύει τὴν ἔγκυον, ἂν ἁλῷ θανάτου, μέχρι τέκῃ, φυλάττειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφασαν· εἶπον οὖν ἐγώ· Εἰ δὲ παιδία μὴ κύῃ τις, ἀλλὰ πρᾶξιν ἢ βουλὴν ἀπόῤῥητον εἰς φῶς ἡλίου δυνατὸς ᾖ προαγαγεῖν χρόνῳ καὶ ἀναδεῖξαι, κακόν τι μηνύσας λανθάνον, ἢ σωτηρίου γνώμης γενόμενος σύμβουλος, ἢ χρείας εὑρετὴς ἀναγκαίας, οὐκ ἀμείνων ὁ περιμείνας τῆς τιμωρίας τὸ χρήσιμον τοῦ προανελόντος; Ἐμοὶ μὲν γὰρ, ἔφην, δοκεῖ. Καὶ ἡμῖν, ὁ Πατροκλῆς εἶπεν. Ὀρθῶς, ἔφην. Σκόπει γὰρ, εἰ Διονύσιος ἐν ἀρχῇ τῆς τυραννίδος ἔδωκε δίκην, ὡς οὐδεὶς ἂν Ἑλλήνων ᾤκει Σικελίαν ἀνάστατον ὑπὸ Καρχηδονίων γενομένην, ὥσπερ οὐδ' Ἀπολλωνίαν, οὐδ' Ἀνακτόριον, οὐδὲ τὴν Λευκαδίων χεῤῥόνησον ᾤκουν ἂν Ἕλληνες, εἰ Περίανδρος ἐκολάσθη μὴ μετὰ πολὺν χρόνον. Οἶμαι δὲ καὶ Κασάνδρῳ γενέσθαι τῆς δίκης ἀναβολὴν, ὅπως αἱ Θῆβαι συνοικῶνται πάλιν. Τῶν δὲ τουτὶ τὸ ἱερὸν συγκαταλαβόντων ξένων οἱ πολλοὶ Τιμολέοντι συνδιαβάντες εἰς Σικελίαν, ὅτε Καρχηδονίους ἐνίκησαν καὶ κατέλυσαν τὰς τυραννίδας, ἐξώλοντο κακοὶ κακῶς ὕστερον. Ἐνίοις γὰρ ἀμέλει καὶ κολασταῖς ἑτέρων πονηρῶν, οἷον δημοκοίνοις, ἀπεχρήσατο τὸ δαιμόνιον, εἶτ' ἐπέτριψε, καθάπερ, οἶμαι, τοὺς πλείστους τυράννους. Ὥσπερ γὰρ ὑαίνης χολὴ, * καὶ φώκης πυτία, θηρίων τἄλλα μιαρῶν, ἔχουσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον, οὕτως ἐνίοις δηγμοῦ δεομένοις καὶ κολάσεως, ἐμβαλὼν ὁ θεὸς πικρίαν τινὰ τυράννου δυσμείλικτον, καὶ τραχύτητα χαλεπὴν ἄρχοντος, οὐ πρότερον ἐξεῖλε τὸ λυποῦν καὶ ταράττον, ἢ τὸ νοσοῦν ἀπαλλάξαι καὶ καθᾶραι. Τοιοῦτο καὶ Φάλαρις ἦν Ἀκραγαντίνοις φάρμακον, καὶ Ῥωμαίοις Μά-

tem Athenis expulisset, sicut postmodo de Alcibiade reo facto statutum fuit: nonne periissent nobis Marathon, Eurymedon, et pulchrum Artemisium, ubi

— Pubes Attica jecit
illustre fundamentum libertatis?

Nihil enim præstantes naturæ exiguum efferunt, et ob acumen vehementia earum atque efficacitas otiosa esse non potest, sed quasi æstu fluctibusque jactantur, donec mores stabiles atque compositos sibi parent. Sicut ergo rudis aliquis agriculturæ nullo modo probet locum, quem videat densa obsitum silva, agrestibus stirpibus, et multis feris ac rivis lutoque repletum: perito autem et judicandi gnaro hæc ipsa virtutem mollitiemque agri demonstrent: sic multa inepta et prava magnæ naturæ primo efferunt, quorum nos asperitatem et aculeos initio non ferentes, putamus statim exscindi opprimique debere: qui vero melior est ratiocinator harum rerum, vel in his generosa agnoscens, ætatem tempusque præstolatur quod rationi et virtuti auxilium fert, quo etiam tempore indoles suum profert fructum.

VII. Hæc quidem hactenus. Legem autem Ægyptiam nonne vobis videntur recte quidam Græcorum descripsisse, quæ jubet, *gravidam, si mortis fuerit damnata, asservari donec pariat*? Plane assensum ab iis est. Tum ego: Quid si prægnans aliquis non sit, sed progressu temporis actionem aut consilium arcanum in lucem possit producere, aut occulti alicujus mali indicium deferre, vel salutaris auctor fieri consilii, aut necessarii usus inventor, nonne rectius facit qui dilato supplicio eam utilitatem operitur, quam qui præmature eum interficiat? Mihi quidem sic videtur. Nos quoque idem sentimus, respondit Patrocles. Recte, inquam ego, statuitis. Hoc enim reputa: si de Dionysio sub initium tyrannidis sumptum fuisset supplicium, nemo utique Græcorum Siciliam fuerat inhabitaturus, a Carthaginiensibus evastatam. Neque vel Apolloniam, vel Anactorium, vel peninsulam Leucadiam quisquam Græcorum incoluisset, si Periandri pœna non fuisset in bene longum dilata tempus. Existimo etiam Cassandro obtigisse moram debiti supplicii, ut rursus Thebæ civibus frequentarentur. Barbarorum, qui in hoc templo occupando suam sacrilegis navarunt operam, bona pars cum Timoleonte profecti, postquam ibi Carthaginienses devicissent ac tyrannides destruxissent, mali male perierunt. Nimirum enim deus quibusdam malis tanquam carnificibus uti solet ad sumendas de aliis malis pœnas, deinde eos perdere: quod verum esse de plerisque tyrannis arbitror. Quemadmodum enim fel hyænæ, et phocæ coagula, fœdorum alioquin animalium, aliquid habent ad morbos sanandos utile: sic nonnullis morsu et pœna indigentibus deus injiciens tyranni alicujus sævitiam implacabilem, aut magistratus molestam asperitatem, non ante id quod excruciabat ac turbabat sustulit, quam vitiosos morbo liberasset ac purgasset. Tale medicamentum fuit Agrigentinis Phalaris, Ma-

ριος. Σικυωνίοις δὲ καὶ διαῤῥήδην ὁ θεὸς προεῖπε μαστιγονόμων δεῖσθαι τὴν πόλιν, ὅτε Τελητίαν παῖδα στεφανούμενον ἐν Πυθίοις ἀφαιρούμενοι Κλεωναίων, ὡς ἴδιον πολίτην, διέσπασαν. Ἀλλὰ Σικυωνίοις μὲν Ὀρθαγόρας γενόμενος τύραννος, καὶ μετ' ἐκεῖνον οἱ περὶ Μύρωνα καὶ Κλεισθένη, τὴν ἀκολασίαν ἔπαυσαν· Κλεωναῖοι δὲ, τῆς αὐτῆς οὐ τυχόντες ἰατρείας, εἰς τὸ μηδὲν ἥκουσι. Καὶ Ὁμήρου δέ που λέγοντος ἀκούετε,

Τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων
παντοίην ἀρετήν·

καίτοι λαμπρὸν οὐδὲν, οὐδ' εὐπρεπὲς ἔργον ἐκεῖνος ὁ τοῦ Κοπρέως παρέσχεν· ἀλλὰ τὸ Σισύφου καὶ τὸ Αὐτολύκου καὶ τὸ Φλεγύου γένος ἤνθησεν ἐν δόξαις καὶ ἀρεταῖς μεγάλων βασιλέων. Γέγονε δὲ καὶ Περικλῆς Ἀθήνησιν ἐναγοῦς οἰκίας· καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἐν Ῥώμῃ Στράβωνος ἦν υἱὸς, οὗ τὸν νεκρὸν ὁ Ῥωμαίων δῆμος ὑπὸ μίσους ἐξέβαλε καὶ κατεπάτησε. Τί οὖν ἄτοπον, εἰ, καθάπερ γεωργὸς οὐκ ἐκκόπτει τὴν ἄκανθαν, ἂν μὴ λάβῃ τὸν ἀσπάραγον, οὐδ' οἱ Λίβυες τὸ φρύγανον ἐπικαίουσι πρότερον, ἢ τὸ λήδανον ἀπ' αὐτοῦ συναγαγεῖν, οὕτως ὁ θεὸς ἐνδόξου καὶ βασιλικοῦ γένους ῥίζαν πονηρὰν καὶ τραχεῖαν οὐκ ἀναιρεῖ πρότερον, ἢ φῦναι τὸν προσήκοντα καρπὸν ἀπ' αὐτῆς; Μυρίας γὰρ Ἰφίτου βοῦς καὶ ἵππους ἀπολέσθαι κρεῖττον ἦν Φωκεῦσι, καὶ πλείονα χρυσὸν ἐκ Δελφῶν οἴχεσθαι καὶ ἄργυρον, ἢ μήτ' Ὀδυσσέα, μήτ' Ἀσκληπιὸν φῦναι, μήτε τοὺς ἄλλους ἐκ κακῶν καὶ πονηρῶν ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ μεγαλωφελεῖς γενομένους.

8. Τὸ δ' ἐν καιρῷ καὶ τρόπῳ τῷ προσήκοντι γενέσθαι τὰς τιμωρίας, οὐ βέλτιον εἶναι τοῦ ταχὺ καὶ παραχρῆμα νομίζετε; Οἷόν ἐστι τὸ κατὰ Κάλλιππον, ᾧ ξιφιδίῳ φίλος εἶναι δοκῶν ἀπέκτεινε Δίωνα, τούτῳ πάλιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν φίλων ἀποθανεῖν· καὶ τὸ, Μιτίου τοῦ Ἀργείου κατὰ στάσιν ἀναιρεθέντος, ἀνδριάντα χαλκοῦν ἐν ἀγορᾷ, θέας οὔσης, ἐμπεσεῖν τῷ κτείναντι τὸν Μίτιον, καὶ ἀνελεῖν. Καὶ τὰ περὶ τὸν Βέσσον τὸν Παίονα, καὶ Ἀρίστωνα, τὸν Οἰταῖον ξεναγὸν, οἶσθα δήπουθεν, ὦ Πατρόκλεις. Μὰ Δί', εἶπεν, ἀλλὰ δέομαι μαθεῖν. Ὁ μὲν Ἀρίστων, ἔφην, τὸν Ἐριφύλης κόσμον ἐνταῦθα κείμενον καθελὼν τῶν τυράννων διδόντων, ἐκόμισε τῇ γυναικὶ δῶρον· ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ πρὸς τὴν μητέρα διοργισθεὶς ἔκ τινος αἰτίας, ὑφῆψε τὴν οἰκίαν, καὶ πάντας ἐν τῷ αὐτῷ κατέκαυσεν. Ὁ δὲ Βέσσος, ὡς ἔοικεν, ἀπεκτονὼς τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, πολὺν χρόνον ἐλάνθανεν, ὕστερον δὲ πρὸς ξένους ἐπὶ δεῖπνον ἐλθὼν, χελιδόνων τινὰ νεοσσιὰν τῇ λόγχῃ νύξας κατέβαλε, καὶ τοὺς νεοσσοὺς διέφθειρε. Λεγόντων δὲ, οἷον εἰκὸς, τῶν παρόντων· Ἄνθρωπε, τί παθὼν ἔργον οὕτως ἀλλόκοτον ἔπραξας; Οὐ γὰρ, ἔφη, μου πάλαι καταμαρτυροῦσιν αὗται ψευδῶς καὶ καταβοῶσιν, ὡς ἀπεκτονότος τὸν πατέρα; Θαυμάσαντες δὲ οἱ παρόντες τὸν λόγον, ἐμήνυ-

rius Romanis. Sicyoniis Deus disertis verbis prædixit, *flagella incutientibus urbem opus habere:* quando ii Teletiam puerum ludis Pythiis coronatum, tanquam suum civem Cleonæis auferentes, discerpserunt. Et vero Orthagoras tyrannus, ac post eum Myron et Cleisthenes, Sicyoniorum lasciviæ finem imposuerunt : Cleonæi, quibus eadem medela non obtigit, pessum eunt. Audivistis etiam Homerum alicubi sic loquentem:

Filius hoc patre est permultum deteriore
editus, omnigenis potior virtutibus.

Et tamen filius iste Coprei nullum præclarum edidit aut memorabile facinus : Sisyphi, Autolyci, et Phlegyæ posteri gloria et virtute inter magnos reges floruerunt. Quin et Pericles Athenis natus fuit e familia scelerata : et Pompeius magnus Romæ patre Strabone, cujus cadaver populus Romanus odio victus dejecit atque calcavit. Quid ergo absurdi est, si quo modo agricola spinam non exscindit nisi prius sumpto ex ea asparago : et Afri sarmentum non ante comburunt, quam ladanum inde collegerint : sic deus nobilis ac regii generis radicem malam atque asperam non prius abolet, quam debitus ex ea fructus provenerit? Præstabat enim Phocensibus aliquot millia boum Iphiti et equorum perire, plusque auri et argenti Delphis ablatum esse, quam non nasci Ulyssem, non Æsculapium, non alios, qui e malis et pravis hominibus præstantes et utilissimi in publicum viri nati sunt.

VIII. Nonne autem sic statuendum est, tempore et modo convenienti irrogatas pœnas præstare celeriter ac subito immissis? Quale est Callippi, qui quo pugione Dionem sub amici specie interfecit, eodem rursus est a sociis suis necatus : et Mitii Argivi, qui cum in seditione esset interemptus, ærea ejus statua in foro, cum exhiberentur spectacula, incidit in percussorem Mitii, eumque occidit. Quid Besso Pæoni, et Aristoni Œtæo ductori peregrinorum militum evenerit, scis, opinor, Patrocles? Non profecto, aiebat Patrocles, sed cupio audire. Ariston, inquam ego, mundum Eriphylæ hic depositum, permissu tyrannorum abstulit, donoque suæ mulieri apportavit : filius autem ipsius certa quadam de causa iratus matri, domum succendit, in eaque totam familiam combussit. Bessus, ut narratur, cum patrem suum necasset, diuque id scelus clam fuisset, postea temporis ad hospites quosdam cum ivisset cœnatum, nidum quemdam hirundinum hasta incussa dejecit, pullosque interfecit : cumque ii qui aderant quærerent, ut fieri assolet, quanam re impulsus rem tam insolentem egisset : *Non*, inquit, *auditis hirundines falso de me vociferari et testari, me patris mei esse interfectorem?* Mirati qui intererant, hunc sermonem

σαν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦ πράγματος ἐξελεγχθέντος, ἔτισεν ὁ Βέσσος τὴν δίκην.

9. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἔφην, ἡμεῖς λέγομεν, ὥσπερ ἠξίωται, γίγνεσθαί τινα τῆς τιμωρίας ἀναβολὴν ὑποθέμενοι τοῖς πονηροῖς· τὰ λοιπὰ δὲ Ἡσιόδου χρὴ νομίζειν ἀκροᾶσθαι, λέγοντος, οὐχ ἢ Πλάτων ἀκόλουθον εἶναι τιμωρίαν ἀδικίας πάθην, * ἀλλ' ἡλικιῶτιν ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμόθεν χώρας καὶ ῥίζης συνυποφυομένην· Ἡ γὰρ κακὴ, φησὶ,

Βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη·

καὶ,

Ὅς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

Ἡ μὲν γὰρ κανθαρὶς ἐν αὐτῇ λέγεται τὸ βοηθητικὸν ἔκ τινος ἀντιπαθείας ἔχειν συγκεκραμένον· ἡ δὲ πονηρία συγγεννῶσα τὸ λυποῦν ἑαυτῇ καὶ κολάζον, οὐχ ὕστερον, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ὕβρει, τὴν δίκην τοῦ ἀδικεῖν δίδωσι· καὶ τῷ μὲν σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος κακούργων ἐκφέρει τὸν αὑτοῦ σταυρόν· ἡ δὲ κακία τῶν κολαστηρίων ἐφ' ἑαυτὴν ἕκαστον ἐξ αὑτῆς τεκταίνεται, δεινή τις οὖσα βίου δημιουργὸς οἰκτροῦ, καὶ σὺν αἰσχύνῃ φόβους τε πολλοὺς καὶ πάθη χαλεπὰ καὶ μεταμελείας καὶ ταραχὰς ἀπαύστους ἔχοντος. Ἀλλ' οὐδὲν ἔνιοι διαφέρουσι παιδαρίων, ἃ τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις θεώμενα πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους καὶ πυῤῥιχίζοντας, ἄγαται καὶ τέθηπεν, ὡς μακαρίους· ἄχρις οὗ κεντούμενοι καὶ μαστιγούμενοι καὶ πῦρ ἀνιέντες ἐκ τῆς ἀνθινῆς ἐκείνης καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ὀφθῶσιν. Οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν πονηρῶν οἰκίας περιβεβλημένοι μεγάλας, καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις περιφανεῖς, λανθάνουσιν ὅτι κολάζονται, πρὶν ἂν ὀφθῶσιν ἀποσφαγέντες ἢ κατακρημνισθέντες· ἅπερ ἄν τις οὐ τιμωρίαν εἴποι, πέρας δὲ τιμωρίας καὶ συντέλειαν. Ὥσπερ γὰρ Ἡρόδικον τὸν Σηλυμβριανὸν, εἰς φθίσιν, ἀνήκεστον πάθος, ἐμπεσόντα, καὶ μίξαντα πρῶτον ἀνθρώπων γυμναστικὴν ἰατρικῇ, φησὶν ὁ Πλάτων, μακρὸν ποιῆσαι τὸν θάνατον αὑτῷ καὶ τοῖς ὁμοίως νοσοῦσιν· οὕτω καὶ τῶν πονηρῶν ὅσοι τὴν παραυτίκα πληγὴν ἐκφυγεῖν ἔδοξαν, οὐ μετὰ πλείονα χρόνον, ἀλλ' ἐν πλείονι χρόνῳ, τιμωρίαν μακροτέραν, οὐ βραδυτέραν τίνουσιν· οὐδὲ γηράσαντες ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ἐγήρασαν κολαζόμενοι. Λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸν πολὺν χρόνον· ἐπεὶ τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάστημα τὸ μηδέν ἐστι· καὶ τὸ νῦν, ἀλλὰ μὴ πρὸ ἐτῶν τριάκοντα, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ δείλης, ἀλλὰ μὴ πρωῒ, στρεβλοῦν ἢ κρεμαννύναι τὸν πονηρόν· ἄλλως τε καὶ φρουρούμενον ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ εἱρκτῇ, μηδεμίαν μετανάστασιν ἐχούσῃ μηδὲ διάφευξιν, εὐωχίας δὲ πολλὰς διὰ μέσου καὶ πραγματείας καὶ δόσεις καὶ χάριτας ἀμέλει καὶ παιδιάς, ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ κυβευόντων ἢ πεττευόντων, ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ σχοινίου κρεμαμένου.

10. Καίτοι τί κωλύει, μηδὲ τοὺς ἐπὶ θανάτῳ καθειργνυμένους φάναι κολάζεσθαι, μέχρις οὗ τις ἀποκόψῃ

ad regem detulerunt : reque certis indiciis comperta, pœnas luit Bessus.

IX. Verum hæc ita a me dicta sunt, posito, quod pro certo sumptum fuerat, moram aliquam intercipere malorum supplicia. Quod reliquum est, statuamus audiendum esse Hesiodum, qui non ut Plato affectionem quamdam molestam animi sentit esse ultionem peccati comitem : sed ultionem delicti æqualem facit, simulque ait eodem e loco eademque radice enasci. Sic enim inquit :

Molitur damnum ipse sibi, qui intentat alii.

Et :

Consiliumque malum auctori fert maxima damna.

Cantharidem ferunt in se habere quoddam damni, quod injunxit, remedium, adverso modo afficientibus præditam facultatibus : sic malitia simul secum gignens id quod animum mordet atque vexat, non subsequentem, sed in ipso malefacto præsentem pœnam habet. Et quemadmodum malefici cum ad supplicium educuntur, quisque suam effert crucem : sic vitiositas ad singula peccata ex sese fabricatur singula tormenta : solertissima opifex vitæ miserabilis, et in qua præter turpitudinem terrores multi, animique motus graves, pœnitentia, tumultusque continentes, insint. Sed plerique plane agunt instar puerorum, sæpenumero maleficos in theatris spectantium in vestibus auro pertextis et lænis purpureis coronatos saltare, stupentium utque beatos admirantium, tantisper dum compungi eos ac flagellari et e pretiosa ista veste ignem edere cernant. Etenim malorum multos magnis familiis circumdatos, magistratibusque gestis et potentia illustres, non apparet pœnas dare, donec conflagrent jugulati aut præcipites dejecti : quod non tam recte pœnam, quam extremum et perfectionem pœnæ dixeris. Est apud Platonem : *Herodicum Selymbrianum, cum incidisset in tabem, morbum insanabilem, et primus hominum arti medicæ artem corporis exercendi miscuisset, diuturnam sibi aliisque eodem modo ægrotantibus mortem reddidisse.* Sic et mali homines, cum in præsentia effugisse ictum vindictæ putantur, non post longius tempus, sed longiore temporis tractu, supplicium non serius, sed diuturnius, perferunt : neque senes facti puniuntur, sed in toleranda pœna consenescunt. De tempore longo cum dixi, intelligendum est hoc, ut ad humanam refertur naturam. Nam diis quidem omne humanæ vitæ spatium pro nihilo est : et quod nunc, non ante triginta annos, tale est, atque hoc, quod non mane, sed vesperi cruciatur aut suspenditur sceleratus : maxime qui in hac vita captivus detineatur, tanquam in carcere unde migrare aut effugere non possit, utcunque interim multum conviviorum, negotiorum, munerum, officiorumque obtingat : scilicet ea sunt similia ludorum, quos alea aut talis in carcere captivi ludunt, fune super capita pendente.

X. Quanquam quid impedit dicere, neque eos qui ad mortem in carcere inclusi tenentur, puniri antequam

τὸν τράχηλον; μηδὲ τὸν πεπωκότα τὸ κώνειον, εἶτα περιιόντα καὶ προσμένοντα βάρος ἐγγενέσθαι τοῖς σκέλεσιν αὐτοῦ, πρὶν ἢ τὴν συνάπτουσαν ἀναισθησίᾳ σβέσιν καὶ πῆξιν καταλαβεῖν; Εἰ τὸν ἔσχατον τῆς τιμωρίας καιρὸν ἡγούμεθα τιμωρίαν, τὰ δ' ἐν μέσῳ παθήματα καὶ φόβους καὶ προσδοκίας καὶ μεταμελείας, οἷς ἀδικήσας ἕκαστος ἐνέχεται τῶν πονηρῶν, παραλείπομεν· ὥσπερ ἰχθὺν καταπεπωκότα τὸ ἄγκιστρον οὐ φάσκοντες ἑαλωκέναι, πρὶν ὑπὸ τῶν μαγείρων ὀπτώμενον ἴδωμεν ἢ κατατεμνόμενον. Ἔχεται γὰρ ἕκαστος ἀδικήσας τῇ δίκῃ, καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ἀδικίας, ὥσπερ δέλεαρ, εὐθὺς ἐξεδήδοκε· τὸ δὲ συνειδὸς ἐγκείμενον ἔχων καὶ ἀποτίνον,

Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διαστροβεῖ.

Ἡ γὰρ ἰταμότης ἐκείνη καὶ τὸ θρασὺ τῆς κακίας ἄχρι τῶν ἀδικημάτων * ἰσχυρόν ἐστι καὶ πρόχειρον, εἶτα τοῦ πάθους ὥσπερ πνεύματος ὑπολείποντος, ἀσθενὲς καὶ ταπεινὸν ὑποπίπτει τοῖς φόβοις καὶ ταῖς δεισιδαιμονίαις· ὥστε πρὸς τὰ γινόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὑτωσί πως λέγοντα·

Τᾷδε δράκων μὲν ἔδοξε μολεῖν βεβροτωμένος ἄκρον,
ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Καὶ γὰρ ὄψεις ἐνυπνίων, καὶ φάσματα μεθημερινὰ, καὶ χρησμοὶ, καὶ καταιβασίαι, καὶ ὅ τι δόξαν ἔσχεν αἰτίᾳ θεοῦ περαίνεσθαι, χειμῶνας ἐπάγει καὶ φόβους τοῖς οὕτω διακειμένοις. Οἷον φασὶν Ἀπολλόδωρόν ποτε κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾷν ἐκδερόμενον ἑαυτὸν ὑπὸ Σκυθῶν, εἶτα καθεψόμενον, τὴν δὲ καρδίαν ἐκ τοῦ λέβητος ὑποφθεγγομένην καὶ λέγουσαν· Ἐγώ σοι τούτων αἰτία· καὶ πάλιν τὰς θυγατέρας διαπύρους καὶ φλεγομένας τοῖς σώμασι κύκλῳ περὶ αὐτὸν περιτρεχούσας. Ἵππαρχον δὲ τὸν Πεισιστράτου, μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς, αἷμα προσβαλοῦσαν αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην ἔκ τινος φιάλης πρὸς τὸ πρόσωπον· οἱ δὲ Πτολεμαίου τοῦ Κεραυνοῦ φίλοι καλούμενον αὐτὸν ἑώρων ἐπὶ δίκην ὑπὸ Σελεύκου, γυπῶν καὶ λύκων δικαζόντων, καὶ κρέα πολλὰ τοῖς πολεμίοις διανέμοντα. Παυσανίας δὲ Κλεονίκην ἐν Βυζαντίῳ παρθένον ἐλευθέραν ὕβρει μεταπεμψάμενος, ὡς ἕξων διὰ νυκτὸς, εἶτα προσιοῦσαν ἔκ τινος ταραχῆς καὶ ὑποψίας ἀνελὼν, ἑώρα πολλάκις ἐν τοῖς ὕπνοις λέγουσαν αὐτῷ·

Βαῖνε δίκης ἆσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις·

οὐ παυομένου δὲ τοῦ φάσματος, ὡς ἔοικε, πλεύσας ἐπὶ τὸ ψυχοπομπεῖον εἰς Ἡράκλειαν, ἱλασμοῖς τισι καὶ χοαῖς ἀνεκαλεῖτο τὴν ψυχὴν τῆς κόρης· ἐλθοῦσα δ' εἰς ὄψιν, εἶπεν, ὅτι παύσεται τῶν κακῶν, ὅταν ἐν Λακεδαίμονι γένηται· γενόμενος δὲ, εὐθὺς ἐτελεύτησεν.

11. Ὥστ', εἰ μηδέν ἐστι τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν τελευτὴν, ἀλλὰ καὶ χάριτος πέρας ἁπάσης καὶ τιμωρίας ὁ θάνατος, μᾶλλον ἄν τις εἴποι τοῖς ταχὺ κολαζομένοις τῶν

cervices præcidantur? Neque eum qui cicutam biberit, jamque obambulet et exspectet dum cruribus ingruat gravitas, prius quam exstinctio caloris et concretio cum sensu spolient? Si extremum duntaxat supplicii articulum pro supplicio deputamus, animi autem intervenientes tumultus, terrores, metus, pœnitentias, quibus malorum unusquisque commissa culpa devincitur, omittimus : quod perinde est ac si piscem qui hamum voravit, negemus captum, antequam a coquis assatum aut in frusta concisum videamus. Nam ut primum quis improbe egit, jam obstrictus pœnæ tenetur, et suavitate flagitii, veluti esca, illico devorata, conscientiam intus urgentem plectentemque habens

Agitatur, ut mare thynni fluctuat impetu.

Etenim protervitas illa et ferocia pravitatis usque ad perpetrandum facinus vim suam perfert atque exstat : deinde motu animi, tanquam vento, sensim deficiente, imbecilla et humilis reddita terroribus se et superstitionibus submittit. Ut ad rerum ipsarum eventum et veritatem Stesichorus somnium Clytæmnestræ effinxisse videatur, in hanc sententiam :

Visus adesse draco, tabo caput oblitus atrum,
ex illo se rex promere Plisthenides.

Quippe somnia, et spectra diurna, oracula, de cœlo observationes, et quidquid aliud divinitus objici videtur, tempestatibus et terroribus percellit male sibi conscios. Hoc modo narrant Apollodorum aliquando in somnis vidisse, cutim sibi a Scythis detrahi, deinde elixari se, et cor ex ipso lebete sibi tacite dicere : *Ego tibi horum sum causa;* rursumque filias ignitas et ardentes in orbem circa ipsum discurrere. Hipparchum Pisistrati F. paulo ante mortem, Venerem sanguinem ipsi e patera quadam in faciem conjicere. Ptolemæum Ceraunum amici per quietem imaginati sunt a Seleuco in jus vocari, vulturibus et lupis disceptationi præfectis, ipsumque multas carnes inter hostes distribuere. Pausanias Cleonicam virginem liberam Byzantii per libidinem ad se vocavit, ut ea per noctem potiretur : deinde accedentem perturbatione quadam et sinistra suspicione concitus interfecit : hanc sæpe dormiens vidit sibi dicere :

Perge ad supplicium : valde est damnosa libido :

quod visum cum sane non desineret, Heracleam navigavit ad Psychopompion (qui locus est curandis animabus destinatus), puellæque animam deprecationibus inferiisque certis evocavit : atque ea in conspectum venit, ac finem ei malorum fore prædixit, ubi Spartam venisset : reversus autem Lacedæmonem, statim periit.

XI. Ac profecto, si nihil animæ post corpus reliquum est, sed morte omne et beneficium et supplicium finitur, celeriter sua flagitia luentibus et morientibus

πονηρῶν καὶ ἀποθνήσκουσι μαλακῶς καὶ ῥαθύμως χρῆσθαι τὸ δαιμόνιον. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τις ἂν ἐν τῷ βίῳ καὶ τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν παρέχειν κακὸν, ἀλλ' ἐξελεγχομένης τῆς ἀδικίας, πράγματος ἀκάρπου καὶ ἀχαρίστου, καὶ χρηστὸν οὐδὲν οὐδ' ἄξιον σπουδῆς ἀναφέροντος ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων, ἡ αἴσθησις αὐτῶν ἀνατρέπει τὴν ψυχήν. Οἷον ἱστοροῦσι δήπου Λυσίμαχον ὑπὸ δίψης ἐκβιασθέντα, καὶ παραδόντα τοῖς Γέταις τὸ σῶμα καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἔπιεν ὑποχείριος γενόμενος, εἰπεῖν· Φεῦ τῆς ἐμῆς κακίας, ὃς δι' ἡδονὴν οὕτω βραχεῖαν ἐστέρημαι βασιλείας τηλικαύτης. Καίτοι γε πρὸς φυσικὴν πάθους ἀνάγκην ἀντιβῆναι, παγχάλεπόν ἐστιν· ὅταν δ' ἄνθρωπος ἢ χρημάτων ἕνεκεν πλεονεξίας, ἢ φθόνῳ πολιτικῆς δόξης καὶ δυνάμεως, ἢ δι' ἡδονήν τινα συνουσίας, ἄνομον ἔργον ἐργασάμενος καὶ δεινὸν, εἶτα τοῦ πάθους ἀφιεὶς τὸ διψῶδες καὶ μανικὸν, ἐν χρόνῳ καθορᾷ τὰ αἰσχρὰ καὶ φοβερὰ τῆς ἀδικίας πάθη παραμένοντα, χρήσιμον δὲ μηδὲν, μηδ' ἀναγκαῖον, μηδ' ὀνησιφόρον, ἆρ' οὐκ εἰκὸς ἐμπίπτειν αὐτῷ πολλάκις λογισμὸν, ὡς ὑπὸ κενῆς δόξης, ἢ δι' ἡδονὴν ἀνελεύθερον καὶ ἀχάριστον, ἀνατρέψας τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις δικαίων, ἐμπέπληκεν αἰσχύνης καὶ ταραχῆς τὸν βίον; Ὥσπερ γὰρ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε παίζων, τὴν τοῦ ἀργυρίου κιβωτὸν εὑρίσκειν ἀεὶ πλήρη, τὴν δὲ τῶν χαρίτων κενήν, οὕτως οἱ πονηροὶ τὴν κακίαν ἐν ἑαυτοῖς διορῶντες, δι' ἡδονῆς μὲν εὐθὺς κενὴν χάριν ἐχούσης, ἐλπίδος ἔρημον εὑρίσκουσι, * φόβων δὲ καὶ λυπῶν καὶ μνήμης ἀτερποῦς καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑποψίας, ἀπιστίας δὲ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ γέμουσαν. Ὥσπερ τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν, ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης·

Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
δράσασα μηδέν;

ταὐτα ἑκάστου τῶν πονηρῶν [εἰκὸς] τὴν ψυχὴν ἀναπολεῖν ἐν αὐτῇ, καὶ διαλογίζεσθαι πῶς ἂν ἐκβᾶσα τῆς μνήμης τῶν ἀδικημάτων, καὶ τὸ συνειδὸς ἐξ ἑαυτῆς ἐκβαλοῦσα, καὶ καθαρὰ γενομένη, βίον ἄλλον ἐξ ἀρχῆς βιώσειεν. Οὐ γάρ ἐστι θαῤῥαλέον, οὐδ' ἄτυφον, οὐδὲ μόνιμον καὶ βέβαιον, ἐν οἷς προαιρεῖται τὸ πονηρὸν, εἰ μὴ νὴ Δία σοφούς τινας εἶναι φήσομεν τοὺς ἀδικοῦντας· ἀλλ' ὅπου φιλοπλουτία καὶ φιληδονία περιμάχητος καὶ φθόνος ἄκρατος ἐνοικίζεται μετὰ δυσμενείας ἢ κακοηθείας, ἐνταῦθα καὶ δεισιδαιμονίαν σκοπῶν ἂν εὑρήσεις ὑποκαθημένην, καὶ μαλακίαν πρὸς πόνον, καὶ δειλίαν πρὸς θάνατον, καὶ μετάπτωσιν ὀξεῖαν ὁρμῶν, καὶ χαυνότητα πρὸς δόξαν ὑπὸ ἀλαζονείας· καὶ τοὺς ψέγοντας φοβοῦνται, καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας δεδίασι, ὡς ἀδικουμένους τῇ ἀπάτῃ, καὶ μάλιστα τοῖς κακοῖς πολεμοῦντας, ὅτι τοὺς δοκοῦντας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦσι προθύμως. Τὸ γὰρ σκληρὸν ἐν κακίᾳ, καθάπερ ἐν φαύλῳ σιδήρῳ, σαθρόν ἐστι, καὶ τὸ ἀντίτυπον εὔθραυστον.

malis benigne et indulgenter fieri a diis dixeris rectius. Nam ut vitam et tempus nihil aliud mali flagitiosis afferre dicas, tamen ubi vitiositas convincitur esse res sterilis et ingrata, ac quæ operæ pretium nullum persolvat tam multis et magnis ærumnis, harum ipsarum rerum sensus animam subvertit. Quo modo narrant Lysimachum siti victum Getis corpus imperiumque suum in manus dedisse, cumque dedititius jam bibisset, dixisse : *Proh me hominem pravum! qui tantillæ voluntatis gratia tantum amiserim regnum.* At enim perdifficile erat homini adversus necessariam naturæ affectionem pertendere. Verum ubi homo aut ob avaritiam, aut gloriæ potentiæque civilis invidiam, aut Venereæ voluptatis causa facinus injustum atque atrox commisit, ac deinde furiosa siti libidinis suæ dissipata, sumpto tempore perspicit reliquos mansisse fœdos et horrendos flagitii impetus, utile autem, necessarium, aut conducibile nihil iis partum; nonne in eam, ut sæpenumero incidat cogitationem necesse est, se vanæ gloriæ aut illiberalis ingratæque voluptatis causa, perversis pulcherrimis et maximis inter homines juribus, vitam turpitudine tumultibusque implevisse? Jocans dicebat Simonides, *se argenti cistam semper invenire plenam, beneficiorum autem vacuam.* Sic etiam pravi homines malitiam in se suam contemplantes, ob voluptatem vanam statim gratiam habentem inveniunt spei inanem esse : eamdemque semper abundare metu, dolore, memoria tristi, et de præsenti statu diffidentiæ, de futuro sinistrarum suspicionum plenam esse. In theatris Inonem audimus dicere, pœnitentia factorum ductam :

Quonam modo, caræ mulieres, denuo
Athamantis incolam domum, quæ sunt retro,
factis diffictis?

Nonne hoc modo etiam quævis impia anima secum versat atque rationes init, quomodo excussa delictorum memoria, ejectaque conscientia, puritiem nacta, aliam alio ab initio vitam posset vivere? Nisi enim omnino sapientiæ titulum deferimus injustitiæ, profecto malitiæ consiliis atque ad agendum propositis nihil fiduciæ, nihil gravitatis, nihil stabilitatis, nihil constantiæ adest : verum ubi vel divitiarum vel voluptatum cupiditas effusior, vel invidia ardentior cum hostili malignitate atque improbitate conjuncta insederit; ibi, re considerata diligentius, deprehendes et superstitionem delitescere, et mollitiem labores subterfugientem, et mortis metum, et animi impetuum celerem mutationem, et vanitatem animi ob arrogantiam hiantis : hoc genus hominum et terretur si reprehendatur, et laudatores metuit, ut impostura ipsorum læsos, eoque ve maxime improbis infestos, quia etiam hos alacriter laudent, qui boni videntur. Durities enim malitiæ, iti-

Ὅθεν ἐν χρόνῳ πολλῷ μᾶλλον ὡς ἔχουσιν αὐτοὺς καταμανθάνοντες, ἄχθονται καὶ δυσκολαίνουσι, καὶ προβάλλονται τὸν ἑαυτῶν βίον. Οὐ γὰρ δήπου παρακαταθήκην μὲν ἀποδοὺς, καὶ γνώριμον ἐγγυησάμενος, καὶ πατρίδι μετὰ δόξης καὶ φιλοτιμίας ἐπιδοὺς καὶ συνεισενεγκὼν ὁ φαῦλος, εὐθύς ἐστιν ἐν μεταμελείᾳ, καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀνιᾶται, διὰ τὸ πάντη εὐμετάπτωτον αὐτοῦ καὶ πλανώμενον τῆς γνώμης· καὶ κροτούμενοί τινες ἐν τοῖς θεάτροις, εὐθὺς στένουσιν, ὑπονοστούσης τῆς φιλοδοξίας εἰς τὴν φιλαργυρίαν· οἱ δὲ καταθύοντες ἀνθρώπους ἐπὶ τυραννίσι καὶ συνωμοσίαις, ὡς Ἀπολλόδωρος, καὶ χρήματα φίλων ἀποστεροῦντες, ὡς Γλαῦκος ὁ Ἐπικύδους, οὐ μετενόουν, οὐδ' ἐμίσουν ἑαυτοὺς, οὐδ' ἠνιῶντο τοῖς γεγενημένοις; Ἐγὼ μὲν (εἰ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν) οὔτε τινὸς θεῶν, οὔτ' ἀνθρώπων, δεῖσθαι κολαστοῦ νομίζω τοὺς ἀνοσιουργοῦντας, ἀλλὰ τὸν βίον αὐτῶν ἐξαρκεῖν ὑπὸ τῆς κακίας διεφθαρμένον ὅλον καὶ συντεταραγμένον.

12. Ἀλλὰ σκοπεῖτε τὸν λόγον, ἔφην, μὴ τοῦ καιροῦ πορρωτέρω πρόεισι. Καὶ ὁ Τίμων, Τυχὸν, ἔφη, πρὸς τὸ μέλλον καὶ τὸ λειπόμενον αὐτῷ μῆκος. Ἤδη γὰρ ὥσπερ ἔφεδρον ἀνίστημι τὴν τελευταίαν ἀπορίαν, ἐπεὶ ταῖς πρώταις διηγώνισται μετρίως. Ἃ γὰρ Εὐριπίδης ἐγκαλεῖ καὶ παῤῥησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους τρέποντας, αἰτιᾶσθαι νόμιζε καὶ τοὺς σιωπῶντας ἡμῶν. Εἴτε γὰρ οἱ δράσαντες αὐτοὶ δίκην ἔδοσαν, οὐδὲν ἔτι δεῖ κολάζειν τοὺς μὴ ἀδικήσαντας, ὅπου δὶς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς οὐδὲ τοὺς δράσαντας δίκαιον· εἴτε ῥᾳθυμίᾳ καταπροέμενοι τὴν τιμωρίαν ἐν τοῖς πονηροῖς, ὀψὲ παρὰ τῶν ἀναιτίων εἰσπράττουσιν, οὐκ εὖ τῷ ἀδίκως τὸ βραδέως ἀναλαμβάνουσιν. Οἷον ἐνταῦθα δήπουθεν λέγεται ἐλθεῖν Αἴσωπον, ἔχοντα παρὰ Κροίσου χρυσίον, ὅπως τε θύσηται τῷ θεῷ μεγαλοπρεπῶς, καὶ Δελφῶν ἑκάστῳ διανείμῃ μνᾶς τέσσαρας. Ὀργῆς δέ τινος, ὡς ἔοικε, καὶ διαφορᾶς αὐτῷ γενομένης πρὸς τοὺς αὐτόθι, τὴν μὲν θυσίαν ἐποιήσατο, * τὰ δὲ χρήματα ἀνέπεμψεν εἰς Σάρδεις, ὡς οὐκ ἀξίων ὄντων ὠφεληθῆναι τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ συνθέντες αἰτίαν ἐπ' αὐτὸν ἱεροσυλίας, ἀπέκτειναν, ὤσαντες ἀπὸ τῆς πέτρας ἐκείνης, ἣν Ὑάμπειαν καλοῦσιν. Ἐκ δὲ τούτου λέγεται μηνῖσαι τὸ θεῖον αὐτοῖς, ἀφορίαν τε γῆς ἐπαγαγεῖν, καὶ νόσων ἀτόπων ἰδέαν πᾶσαν, ὥστε περιιόντας ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πανηγύρεσι κηρύσσειν καὶ καλεῖν ἀεὶ τὸν βουλόμενον ὑπὲρ Αἰσώπου δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν. Τρίτη δὲ γενεᾷ Σάμιος Ἴδμων ἀφίκετο, γένει μὲν οὐδὲν Αἰσώπου προσήκων, ἀπόγονος δὲ τῶν πριαμένων αὐτὸν ἐν Σάμῳ γεγονώς· καὶ τούτῳ τινὰς δίκας δόντες οἱ Δελφοὶ, τῶν κακῶν ἀπηλλάγησαν. Ἐξ ἐκείνου δέ φασι καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν ἱεροσύλων ἐπὶ τὴν Ναυπλίαν ἀπὸ τῆς Ὑαμπείας μετατεθῆναι. Καὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὐδὲ οἱ πάνυ φιλοῦντες, ὧν ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς, ἐπαινοῦσι, τὸ Βραγχιδῶν ἄστυ συγχέαντα, καὶ διαφθείραντα πᾶσαν ἡλικίαν διὰ τὴν γενομένην τοῦ περὶ Μίλητον ἱεροῦ

dem ut ferri vitiosi, putrida est, rigorque ejus facillime retunditur. Inde fit, ut longo temporis decursu plenius se ipsos cognoscentes, ægre ferant culpentque vitæ suæ statum. Scilicet aliquis vitiosus homo ubi depositum reddidit, auf pro amico fidejussit, vel in patriam aliquid ambitiose impendit, statim pœnitentia ducitur, factumque ei suum est molestum, ob vagam usquequaque animi mobilitatem : et nonnulli plausu in theatro excepti, extemplo ingemiscunt, ambitione in avaritiam recidente : qui vero tyrannidis et conspirationis gratia homines mactaverunt, ut Apollodorus, aut amicos pecuniis spoliaverunt, ut Glaucus Epicydis F., credemus non mutasse factum, non in se ipsos odium concepisse, nulla ob facinus affectos fuisse molestia? Ego, si fas est dicere, censeo scelestos nullo neque deo neque homine indigere qui supplicia ipsis imponat : ipsam ad hoc eorum existimo sufficere vitam, totam a pravitate corruptam atque conturbatam.

XII. Vos tamen, inquam, videritis, ne ultra quam convenit nostra progrediatur oratio. Hic Timon : Fortasse, inquit, longius progressa videatur, si ad ea quæ restant eorumque longitudinem respiciatur. Jam enim ego ultimam dubitationem, quæ exitum priorum quæstionum, mediocriter sane solutarum, præstolata est, in medium adduco. Quæ Euripides libero ore incusans Diis objicit, *majorum delicta posteris imputantibus*, eadem existima nos quoque tacentes vitio iis dare. Sive enim sontes puniti sunt, injustum est porro etiam ab insontibus pœnas exigi; cum bis ob idem delictum ne eum quidem puniri qui in noxa fuit, æquitas sinat : sive socordia quadam prætermissam pœnam noxiorum sero ab innocentibus exigunt, non recte tarditatem suam injustitia exsarciunt. Cujus generis est, quod hic actum fertur, Æsopum huc advenisse allato a Crœso auro, ut et magnifico sacrificio Apollinem veneraretur, et Delphis viritim quaternas minas distribueret : cum vero ei offensa et discordia quædam cum Delphicis esset oborta, sacris quidem eum fuisse operatum, sed pecuniam Sardes remisisse, ut qui homines istos beneficio indignos judicaret : Delphos e composito sacrilegii insimulatum eum interfecisse præcipitatum de saxo, quod Hyampiam nominant. Ex eo deum iras in ipsos exercuisse, et cum solo sterilitatem, tum hominibus omnis generis tetros morbos intulisse : ita ut Delphi singulis Græcorum conventibus edixerint, se paratos esse, si quis Æsopi gratia pœnas ab ipsis exigere vellet. Tertia demum ætate venisse Idmonem Samium, qui genere Æsopum nequaquam attingeret, sed prognatus ab his esset qui Æsopum Sami emissent : huic pro delicto satis dedisse Delphos, itaque eos malis liberatos fuisse. Ferunt ex hac re tractum, ut supplicium sacrilegorum ab Hyampia in Naupliam petram transferretur. Alexandrum porro ne hi quidem qui vel maxime amant, quorum et nos sumus, laudant, quod Branchidarum urbem evertit, omnisque ætatis homines interfecit, propter proditionem Milesii templi, a pro-

προδοσίαν ὑπὸ τῶν προπάππων αὐτῶν. Ἀγαθοκλῆς δὲ, ὁ Συρακουσίων τύραννος, καὶ σὺν γέλωτι χλευάζων Κερκυραίους ἐρωτῶντας, διὰ τί πορθοίη τὴν νῆσον αὐτῶν· Ὅτι νὴ Δία, εἶπεν, οἱ πατέρες ὑμῶν ὑπεδέξαντο τὸν Ὀδυσσέα. Καὶ τῶν Ἰθακησίων ὁμοίως ἐγκαλούντων, ὅτι πρόβατα λαμβάνουσιν αὐτῶν οἱ στρατιῶται· Ὁ δὲ ὑμέτερος, ἔφη, βασιλεὺς ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸν ποιμένα προσεξετύφλωσεν. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀτοπώτερος τούτων ὁ Ἀπόλλων, εἰ Φενεάτας ἀπόλλυσι τοὺς νῦν, ἐμφράξας τὸ βάραθρον καὶ κατακλύσας τὴν χώραν ἅπασαν αὐτῶν, ὅτι πρὸ χιλίων ἐτῶν, ὥς φασιν, ὁ Ἡρακλῆς ἀνασπάσας τὸν τρίποδα τὸν μαντικὸν εἰς Φενεὸν ἀπήνεγκε; Συβαρίταις δὲ φράζων ἀπόλυσιν τῶν κακῶν, ὅταν τρισὶν ὀλέθροις ἱλάσωνται τὸ μήνιμα τῆς Λευκαδίας Ἥρας; Καὶ μὴν οὐ πολὺς χρόνος, ἀφ' οὗ Λοκροὶ πέμποντες εἰς Τροίαν πέπαυνται τὰς παρθένους,

Αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσὶν, ἠΰτε δοῦλαι,
ἠοῖαι σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμὸν,
νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι·

διὰ τὴν Αἴαντος ἀκολασίαν. Ποῦ δὴ ταῦτα τὸ εὔλογον ἴσχει καὶ δίκαιον; Οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν, ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας· οὐδὲ τοὺς περὶ Ἠριδανὸν βαρβάρους, μελανοφοροῦντας ἐπὶ πένθει τοῦ Φαέθοντος, ὥσπερ λέγουσιν. Ἔτι δ' ἂν, οἶμαι, γελοιότερον ἦν, εἰ, τῶν τότ' ἀνθρώπων, ὅτε διεφθάρη Φαέθων, παραμελησάντων, οἱ πέντε γενεαῖς ἢ δέκα τοῦ πάθους ὕστερον γεγονότες, ἤρξαντο τὴν ἐσθῆτα μεταβάλλειν ἐπ' αὐτῷ καὶ πενθεῖν. Καίτοι τοῦτο ἀβελτερίαν μὲν ἔχει μόνον, οὐδὲν δὲ δεινὸν, οὐδ' ἀνήκεστον· αἱ δὲ τῶν θεῶν ὀργαὶ τίνι λόγῳ παραχρῆμα δυόμεναι, καθάπερ ἔνιοι τῶν ποταμῶν, εἶτα ὕστερον ἐπ' ἄλλους ἀναφερόμεναι, πρὸς ἐσχάτας συμφορὰς ἀποτελευτῶσιν;

13. Ὡς δὲ πρῶτον ἐπέσχε, δείσας ἐγὼ, μὴ πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ἐπαγάγῃ πλείονας καὶ μείζονας ἀτοπίας, εὐθὺς ἠρόμην αὐτόν· Εἶεν, ἔφην, ταῦτα γὰρ πάντα ἀληθινὰ ἡγῇ; Κἀκεῖνος, Εἰ δὲ μὴ πάντα, εἶπεν, ἀλλ' ἔνια, τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ἔχειν οὐ νομίζεις τὸν λόγον; Ἴσως, ἔφην ἐγὼ, καὶ τοῖς σφόδρα πυρεττουσιν, ἐάν τε ἓν ἱμάτιον, ἐάν τε πολλὰ περιβεβλημένοι τυγχάνωσι, ταὐτὸ καῦμα καὶ παραπλήσιον, ὅμως δὲ δεῖ εἰς παραμυθίαν ἀφελεῖν τὸ πλῆθος· εἰ δὲ μὴ βούλει, τοῦτο μὲν ἔασον· καίτοι τὰ πλεῖστα μύθοις ἔοικε καὶ πλάσμασιν· ἀναμνήσθητι δὲ τῶν ἔναγχος, τῶν Θεοξενίων καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μερίδος, ἣν ἀφαιροῦντες * τοὺς Πινδάρου κηρύττουσι λαμβάνειν ἀπογόνους, ὡς σοι τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐφάνη καὶ ἡδύ. Τίς δ' οὐκ ἂν, εἶπεν, ἡσθείη τῇ χάριτι τῆς τιμῆς, οὕτως Ἑλληνικῶς καὶ ἀφελῶς ἀρχαϊζούσης, εἰ μὴ μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται ψυχρᾷ φλογὶ, κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον; Ἐῶ τοίνυν, ἔφην, ὅμοιον ἐν Σπάρτῃ κήρυγμα τούτῳ τὸ Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν, ἐπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ Τερπάνδρου τοῦ παλαιοῦ

avis horum factam. Agathocles vero Syracusanorum tyrannus etiam cum risu subsannans Corcyræos, quærentes cur ipsorum insulam popularetur, respondit : *Quia mehercle majores vestri Ulyssem hospitio exceperunt :* et Ithacensibus itidem expostulantibus quod milites ipsius eorum oves auferrent : *At vester*, inquit, *rex cum ad nos venisset, præterea etiam excæcavit pastorem.* Quid? nonne his insolentior Apollo, si Pheneatas qui nunc sunt perimit obturato barathro, et universo eorum agro illuvie perdito, quia ante annos, ut aiunt, mille, Hercules, hinc abrepto tripode, oraculum ad Pheneum transtulit? Idemque Sybaritis *finem malorum* prædicens, *postquam tribus exitiis iram Junonis Leucadiæ expiassent?* Neque diu est quod Locri desierunt virgines ad Trojam mittere,

Quæ pedibus nudis, ceu servæ, corpore nudo,
sub lucem circum verrebant Palladis aram
vittarum exsortes, gelidam quoque ad usque senectam,

ob Ajacis libidinem. Ubinam hæc rationem habent? Quo jure fiunt? Neque enim Thraces laudamus, qui in hanc usque diem suas compungunt uxores ulciscendi Orphei causa : neque barbaros ad Eridanum accolentes, qui atris vestibus amicti Phaethontem lugent, si vera est fama. Magis etiam, puto, ridiculum hoc fuerit, si eorum hominum, qui vixerunt pereunte Phaethonte, nemine id curante, nati quinque aut decem post ejus casum ætatibus cœpissent ejus gratia vestem mutare et lugere. Quanquam hæc stulta duntaxat sunt, cum nulla pernicie conjuncta : deorum autem iræ quanam ratione subito occultatæ, veluti nonnulli amnium, deinde rursum in alios erumpunt, et in eorum extremas calamitates desinunt?

XIII. Ut primum inhibuit vocem : Ego metuens ne de integro orsus plura et graviora proferret absurda, statim interrogavi hominem : Esto, inquam. Hæc enim tu omnia vera putas? Tum ille : An, inquit, si non omnia, quædam tamen vera sint, non putas eodem absurdo rem laborare? Fortasse, inquam : sicut vehementer febricitantibus sive unica, sive multis vestibus sint amicti, idem aut similis ardor adest : tamen recreandi gratia multitudo est amolienda. Sed, si ita videtur, ista sic relinque, quanquam pleraque fabulis et commentis videntur similia. In mentem vero revoca nuper celebrata Theoxenia, et præclaram illam portionem, quam eximiam præco edicit Pindari posteros accipere debere : et quam tibi res ea fuerit visa pulchra, quam jucunda. Quis vero, inquit, non delectaretur venustate honoris, ita Græcanice et simpliciter antiquitatem referentis; nisi si *cujus atrum cor*, ut cum ipso illo Pindaro loquar, *frigida flamma sit fabricatum*? Missum facio igitur, inquam ego, hujus simile edictum Spartæ, *secundum Lesbium cantorem*, quod proclama-

κηρυττόμενον· ὁ γὰρ αὐτός ἐστι λόγος. Ἀλλ' ὑμεῖς γε δήπου πλέον ἔχειν ἑτέρων ἔν τε Βοιωτοῖς Ὀφελτιάδαι γένος ὄντες ἀξιοῦτε, καὶ παρὰ Φωκεῦσι, διὰ Δαΐφαντον, ἐμοὶ δὲ καὶ παρῆτε καὶ συνελαμβάνεσθε πρῶτον, ὅτε Λυκόρμαις καὶ Σατιλαίοις τὴν πάτριον Ἡρακλειδῶν μετιοῦσι τιμὴν καὶ στεφανηφορίαν συνανασώζων, ἔλεγον, ὅτι δεῖ μάλιστα τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους γεγονόσι τὰς τιμὰς ὑπάρχειν βεβαίους καὶ τὰς χάριτας, ὧν τοὺς Ἕλληνας εὐεργετήσας, οὐκ ἔτυχεν αὐτὸς ἀξίας χάριτος οὐδ' ἀμοιβῆς. Καλοῦ γε, εἶπεν, ἡμᾶς ἀγῶνος καὶ φιλοσοφίᾳ πρέποντος μάλα ἀνέμνησας. Ἄφες οὖν, εἶπον, ὦ τᾶν, τὸ σφοδρὸν τοῦτο τῆς κατηγορίας, καὶ μὴ φέρε πικρῶς, εἰ κολάζονταί τινες ἐκ κακῶν γεγονότες ἢ πονηρῶν, ἢ μὴ χαῖρε μηδ' ἐπαίνει τιμωμένης εὐγενείας. Δεῖ γὰρ, εἰ τὴν χάριν ἐν τῷ γένει τῆς ἀρετῆς ἀνασώζομεν, εὐλόγως μηδὲ τὴν κόλασιν οἴεσθαι δεῖν ἀπαυδᾶν καὶ προαπολείπειν ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις, ἀλλὰ συνεκτρέχειν ἐκείνῃ τὸ κατ' ἀξίαν ἀντιστρόφως ἀποδιδούσῃ. Ὁ δὲ τοὺς ἀπὸ Κίμωνος ἡδέως ὁρῶν Ἀθήνησι τιμωμένους, τῶν Λαχάρους ἢ Ἀρίστωνος ἐκγόνων ἐλαυνομένων, ἀχθόμενος καὶ ἀγανακτῶν, ὑγρός ἐστι λίαν καὶ ῥάθυμος, μᾶλλον δὲ φιλαίτιος ὅλως καὶ δύσκολος πρὸς τὸ θεῖον· ἐγκαλῶν μὲν, ἂν ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ πονηροῦ παῖδες ἐκ παίδων εὐτυχεῖν δοκῶσιν, ἐγκαλῶν δὲ πάλιν, ἂν τὰ γένη κολούηται καὶ ἀφανίζηται τῶν φαύλων· αἰτιώμενος δὲ τὸν θεὸν, ὁμοίως μὲν, ἂν χρηστοῦ πατρὸς τέκνα πράττῃ κακῶς, ὁμοίως δὲ, ἂν πονηροῦ.

14. Καὶ ταῦτα μὲν, ἔφην, ὥσπερ ἀντιφράγματά σοι κείσθω πρὸς τοὺς ἄγαν πικροὺς καὶ κατηγορικοὺς ἐκείνους. Ἀναλαβόντες δ' αὖθις ὥσπερ ἀρχὴν κλωστῆρος, ἐν σκοτεινῷ καὶ πολλοὺς ἑλιγμοὺς καὶ πλάνας ἔχοντι τῷ περὶ τοῦ θεοῦ λόγῳ, καθοδηγῶμεν αὐτοὺς μετ' εὐλαβείας ἀτρέμα πρὸς τὸ εἰκὸς καὶ πιθανόν· ὡς τό γε σαφὲς καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐδ' ἐν οἷς αὐτοὶ πράττομεν, ἀσφαλῶς εἰπεῖν ἔχομεν. Οἷον, διὰ τί τῶν ὑπὸ φθίσεως ἢ ὑδέρου διαφθαρέντων τοὺς παῖδας εἰς ὕδωρ τὼ πόδε βρέχοντας καθίζεσθαι κελεύομεν, ἕως ἂν ὁ νεκρὸς κατακαῇ; Δοκεῖ γὰρ οὕτω τὸ νόσημα μὴ μεθίστασθαι, μηδὲ προσπελάζειν αὐτοῖς. Ἢ πάλιν, δι' ἣν αἰτίαν, αἰγὸς τὸν ἠρυγγίτην λαβούσης εἰς τὸ στόμα, ὅλον ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον, ἄχρις ἂν ἐξέλῃ προσελθὼν ὁ αἰπόλος; Ἄλλαι τε δυνάμεις ἀφὰς ἔχουσι καὶ διαδόσεις ἀπίστους ὀξύτησι καὶ μήκεσι δι' ἑτέρων εἰς ἕτερα περαίνουσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς τὰ κατὰ τοὺς χρόνους διαλείμματα θαυμάζομεν, οὐ τὰ κατὰ τοὺς τόπους. Καίτοι θαυμασιώτερον, εἰ, πάθους ἐν Αἰθιοπίᾳ λαβόντος ἀρχὴν, ἀνεπλήσθησαν αἱ Ἀθῆναι, καὶ Περικλῆς ἀπέθανε, καὶ Θουκυδίδης ἐνόσησεν, ἢ εἰ, Δελφῶν καὶ Συβαριτῶν γενομένων πονηρῶν, ἡ δίκη φερομένη περιῆλθεν εἰς τοὺς παῖδας. Ἔχουσι γάρ τινας αἱ δυνάμεις ἀναφορὰς ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ συνάψεις· ὧν ἡ αἰτία, κἂν ὑφ' ἡμῶν ἀγνοῆται, σιωπῇ περαίνει τὸ οἰκεῖον.

batur in honorem et memoriam Terpandri : eadem est enim utriusque ratio. Sed et vos nimirum inter Bœotos aliis potiores haberi vultis, ut qui Opheltiadæ genere sitis; et apud Phocenses, propter Daiphantum. Et mihi primum adfuistis causamque meam juvistis, quando Lycormis et Satilæis avitam Heraclidarum dignitatem et coronæ gestationem ambientibus, contendi, maxime posteris Herculis beneficia et honores oportere sartos tectos curari, cum ipsi pro collatis in Græcos beneficiis gratia par relata non fuerit. Egregii, inquit, nobis certaminis et philosophia digni memoriam renovasti. Mitte ergo, inquam, sodes, vehementiam istam accusationis, neque inique fer si qui malis aut improbis prognati puniuntur, aut lætari ac probare noli si bonis natalibus honor habetur. Nam si gratiam quæ virtuti refertur arbitramur ad posteros debere propagari; consentaneum omnino rationi est ut sentiamus debere etiam pœnas flagitiorum non intercidere, aut ante gratiam desinere, sed eodem usque se extendere, ut utrinque pari suum cuique tribuatur ratione. Qui vero Cimonis posteros Athenis honorari cum voluptate videt, Lacharis contra vel Aristonis stirpem exulare indignatur, is nimis quam mollis est et socors; aut potius querelarum captator et morosus adversus deos : incusans eos si injusti malique hominis posteritas videatur rebus uti secundis : incusans rursum si familiæ improborum atterantur et aboleantur : et sive boni, sive mali patris proli res contingant adversæ, deos culpans.

XIV. Atque hæc, aiebam, posita tibi sunto veluti sæpes objecta nimis acerbis istis et ad vituperandum propensis. Nunc autem quasi glomeris initio repetito, in tenebricosa, et multas involutiones, multos errores habente de diis disputatione, caute nosmet et paulatim evolvamus filo deducente ad ea quæ probabilia videntur. Veritatem enim et de quo constet, ne in his quidem quæ ipsi nos agimus, certo possumus habere. Verbi gratia, cur tabe aut intercute aqua exstinctorum liberos, tantisper dum cadaver comburitur, sedere jubemus pedibus in aquam demissis? Creditur enim sic effici, ut morbus in eos non transeat, neque eos attingat. Aut quæ causa est quod, capra eryngium in os sumente, totus subsistit grex, tantisper dum accedens caprarius eximat? Aliæ quoque sunt facultates ansis ac propagationibus prædītæ, et incredibili celeritate etiam in longinquum penetrantes. Sed nos temporum intervalla miramur, non locorum. Atqui plus admirationis meretur, si lue in Æthiopia exorta Athenæ sunt impletæ, mortuusque est Pericles, et morbo correptus Thucydides, quam si, Delphis ac Sybaritis prava usis vivendi ratione, pœna in eorum liberos incubuit. Est enim facultatibus suus quidam recursus et continuatio ab extremis ad prima pertinens : quorum causa, etiamsi a nobis ignoretur, tacite suum peragit officium.

15. Οὐ μὴν ἀλλά γε τὰ δημόσια τῶν πόλεων μηνίματα τὸν τοῦ δικαίου λόγον ἔχει πρόχειρον. * Ἕν γάρ τι πρᾶγμα καὶ συνεχὲς ἡ πόλις, ὥσπερ ζῷον οὐκ ἐξιστάμενον αὑτοῦ ταῖς καθ' ἡλικίαν μεταβολαῖς, οὐδ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου τῷ χρόνῳ γινόμενον, ἀλλὰ συμπαθὲς ἀεὶ καὶ οἰκεῖον αὑτῷ, καὶ πᾶσαν ὧν πράττει κατὰ τὸ κοινὸν, ἢ ἔπραξεν, αἰτίαν καὶ χάριν ἀναδεχόμενον, μέχρις ἂν ἡ [ἑνο]ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία, τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ. Τὸ δὲ πολλὰς πόλεις διαιροῦντα τῷ χρόνῳ ποιεῖν, μᾶλλον δ' ἀπείρους, ὅμοιόν ἐστι τῷ πολλοὺς τὸν ἕνα ποιεῖν ἄνθρωπον, ὅτι νῦν πρεσβύτερός ἐστι, πρότερον δὲ νεώτερος, ἀνωτέρω δὲ μειράκιον ἦν. Μᾶλλον δὲ ὅλως ταῦτά γε τοῖς Ἐπιχαρμείοις ἔοικεν, ἐξ ὧν ὁ αὐξόμενος ἀνέφυ τοῖς σοφισταῖς λόγος· ὁ γὰρ λαβὼν πάλαι τὸ χρέος, νῦν οὐκ ὀφείλει γεγονὼς ἕτερος· ὁ δὲ κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ἐχθὲς, ἄκλητος ἥκει τήμερον· ἄλλος γάρ ἐστι. Καίτοι μείζονάς γε παραλλαγὰς αἱ ἡλικίαι περὶ ἕκαστον ἡμῶν ποιοῦσιν, ἢ κοινῇ περὶ τὰς πόλεις. Γνοίη γὰρ ἄν τις ἰδὼν τὰς Ἀθήνας ἔτει τριακοστῷ· καὶ τὰ νῦν ἤθη, καὶ κινήματα, παιδιαί τε καὶ σπουδαὶ καὶ χάριτες καὶ ὀργαὶ τοῦ δήμου πάνυ γε τοῖς παλαιοῖς ἐοίκασι· ἀνθρώπου δὲ μόλις ἄν τις οἰκεῖος ἢ φίλος ἐντυχὼν διὰ χρόνου μορφὴν γνωρίσειεν· αἱ δὲ τῶν ἠθῶν μεταβολαὶ παντὶ λόγῳ καὶ πόνῳ καὶ πάθει καὶ νόμῳ ῥᾳδίως τρεπόμεναι, καὶ πρὸς τὸν ἀεὶ συνόντα τὴν ἀτοπίαν καὶ τὴν καινότητα θαυμαστὴν ἔχουσιν. Ἀλλ' ἄνθρωπός τε λέγεται μέχρι τέλους εἷς ἀπὸ γενέσεως, πόλιν τε τὴν αὐτὴν ὡσαύτως διαμένουσαν ἐνέχεσθαι τοῖς ὀνείδεσι τῶν προγόνων ἀξιοῦμεν, ᾧ δικαίῳ μέτεστιν αὐτῇ δόξης τε τῆς ἐκείνων καὶ δυνάμεως· ἢ λήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὔ φησι δὶς ἐμβῆναι, τῷ πάντα κινεῖν καὶ ἑτεροιοῦν τὴν φύσιν μεταβάλλουσαν.

16. Εἰ δ' ἔστι τι πόλις ἓν πρᾶγμα καὶ συνεχὲς, ἔστι δήπου καὶ γένος ἐξηρτημένον ἀρχῆς μιᾶς, καὶ δύναμίν τινα καὶ κοινωνίαν διαπεφυκυῖαν ἀναφερούσης· καὶ τὸ γεννηθὲν οὐχ ὥς τι δημιούργημα πεποιημένον ἀπήλλακται τοῦ γεννήσαντος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ, οὐχ ὑπ' αὐτοῦ, γέγονεν· ὥστ' ἔχει τι καὶ φέρεται τῶν ἐκείνου μέρος ἐν ἑαυτῷ, καὶ κολαζόμενον προσηκόντως καὶ τιμώμενον· εἰ δὲ μὴ δόξαιμι παίζειν ἐγὼ, φαίην ἂν ἀνδριάντα Κασάνδρου καταχαλκευόμενον ὑπ' Ἀθηναίων πάσχειν ἀδικώτατα, καὶ τὸ Διονυσίου σῶμα μετὰ τὴν τελευτὴν ἐξοριζόμενον ὑπὸ Συρακουσίων, ἢ τοὺς ἐκγόνους αὐτῶν δίκην τίνοντας. Τῷ μὲν γὰρ ἀνδριάντι τῆς Κασάνδρου φύσεως οὐδέν ἐστι, καὶ τὸν νεκρὸν ἡ Διονυσίου ψυχὴ προλέλοιπε. Νυσαίῳ δὲ καὶ Ἀπολλοκράτει καὶ Ἀντιπάτρῳ καὶ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως παισὶ τῶν πονηρῶν τὸ κυριώτατον ἐμπέφυκε καὶ πάρεστι μέρος, οὐχ ἡσυχαῖον, οὐδ' ἀργὸν, ἀλλὰ ζῶσιν αὐτῷ καὶ τρέφονται, καὶ διοικοῦνται καὶ φρονοῦσι. Καὶ οὐδὲν δεινὸν οὐδ' ἄτοπον, ἂν ἐκείνων ὄντες ἔχωσι τὰ ἐκείνων· καθόλου δ' εἰπεῖν, ὥσπερ ἐν ἰατρικῇ

XV. Enimvero publicæ urbium ob iras deorum calamitates, rationem in promptu sitam habent. Est enim civitas res quædam unica et continens, animalis instar, quod mutationibus secundum ætates suam non exuit naturam, aut ratione temporis aliud fit ex alio; sed semper easdem in se affectiones et naturæ suæ consentaneas servat, omnesque eorum quæ publice agit aut egit causas et vices in se continet, quamdiu communitas, quæ mutuis complexibus devincit unumque corpus efficit, unitatem suam conservaverit. Qui vero ex una urbe, ratione temporis instituta divisione, plures atque adeo infinitas facit; is perinde agit ac si unum hominem in multos diducat, propterea quod nunc senex est, ante juvenis, olim adolescens fuit. Imo isthæc planissime cum Epicharmeis istis quadrant, ex quibus sophistæ ratiocinandi formulam desumpserunt, *auxomenon* (id est augescentem) appellatam : qua, qui dudum pecuniam sumpsit mutuam, is nunc eam non debet, cum sit factus alius : et, qui heri est ad cœnam invitatus, is hodie invocatus venit; est enim alius. Et vero ætates discrimina majora in quovis nostrum efficiunt, quam in urbibus. Qui enim Athenas vidit, anno post trigesimo agnoscat : et mores, motus, ludi, seria, gratia, iræ populi, quæ nunc sunt, priscorum sunt admodum similia. Hominis diu non visi formam vix domesticus aut amicus agnoverit occurrens : morum ea est ad quemvis sermonem, laborem, affectionem, ac legem mutatio, ut etiam ei qui semper una sit, miranda insolentia hominis atque novitas videri possit. Et tamen unicus homo ab ortu usque ad mortem dicitur. Ergo urbem quoque eodem jure perdurantem volumus opprobriis majorum suorum obnoxiam esse, quo etiam sibi gloriam eorum et potentiam vindicat : nisi imprudentes omnia velimus in Heracliteum illum injicere fluvium, in quem ille negabat bis posse eumdem descendere, natura subinde omnia mutante atque alterante.

XVI. Quod si urbs una res est et continua, est nimirum etiam genus a principio pendens uno, quod vim quamdam et communionem assiduam in se habeat, et quod inde nascitur, non ita a procreante liberatur, quomodo opificium ab opifice : non enim ab ipso, sed ex ipso fit; itaque aliquam convenienter a sua origine partem trahit, sive honore, sive pœna afficiatur. Ac nisi vererer, ne quis jocari me putaret, dicerem gravissimam injuriam Cassandri statuæ factam ab Atheniensibus, cum eam conflaverunt : aut Dionysii cadaveri, cum est a Syracusanis extra fines ipsorum projectum, multo justius eorum posteros pœnas luisse. Nam statuæ quidem Cassandri nihil inerat naturæ, et cadaver Dionysii ab anima fuit desertum. Nysæo autem, Apollocrati, Antipatro, Philippo, aliisque itidem filiis malorum princeps innata est inhæretque portio, non quieta aut otiosa illa, sed per eam vivunt, aluntur, gubernantur, sentiunt : et iniquum minime est, si illorum cum sint, habeant quæ illorum sunt. In universum denique, sicut

τὸ χρήσιμον καὶ δίκαιόν ἐστι, καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἄδικον εἶναι, τῶν ἰσχίον πονούντων, καίειν τὸν ἀντίχειρα, καὶ τοῦ ἥπατος ὑπούλου γεγονότος, ἀμύσσειν τὸ ἐπιγάστριον, καὶ τῶν βοῶν, ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων· οὕτως ὁ περὶ τὰς κολάσεις ἄλλο τι δίκαιον ἢ τὸ θεραπεύειν τὴν κακίαν ἡγούμενος, καὶ ἀγανακτῶν, ἐάν τις δι' ἑτέρων ἐφ' ἑτέρους ἀναφέρῃ τὴν ἰατρείαν, ὥσπερ οἱ τὴν φλέβα διαιροῦντες, ἵνα τὴν ὀφθαλμίαν κουφίσωσιν, οὐδὲν ἔοικε περαιτέρω τῆς αἰσθήσεως ἐφορᾶν· οὐδὲ μνημονεύει, ὅτι καὶ διδάσκαλος παίδων ἑνὸς καθικόμενος, ἑτέρους ἐνουθέτησε, * καὶ στρατηγὸς ἐκ δεκάδος ἀνελὼν ἕνα, πάντας ἐνέστρεψε. Καὶ οὕτως οὐ μέρει διὰ μέρους ἑτέρου μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ διὰ ψυχῆς γίνονταί τινες διαθέσεις καὶ κακώσεις καὶ ἐπανορθώσεις, μᾶλλον ἢ σώματι διὰ σώματος. Ἐκεῖ μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ αὐτὸ δεῖ πάθος ἐγγίνεσθαι καὶ τὴν αὐτὴν μεταβολήν· ἐνταῦθα δ' ἡ ψυχὴ ταῖς φαντασίαις ἀγομένη, κατὰ τὸ θαῤῥεῖν καὶ δεδιέναι χεῖρον ἢ βέλτιον διαγίγνεσθαι πέφυκεν.

17. Ἔτι δέ μου λέγοντος, ὑπολαβὼν ὁ Ὀλυμπικὸς, Ἔοικας, ἔφη, τῷ λόγῳ μεγάλην ὑπόθεσιν ὑποτίθεσθαι, τὴν ἐπιμονὴν τῆς ψυχῆς. Καὶ ὑμῶν γε, εἶπον ἐγὼ, διδόντων, μᾶλλον δὲ δεδωκότων. Ὡς γὰρ τοῦ θεοῦ τὸ κατ' ἀξίαν νέμοντος, ἡμῖν ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς δεῦρο προελήλυθε. Κἀκεῖνος, Εἶτα δ', ἔφη, νομίζεις ἕπεσθαι τῷ τοὺς θεοὺς ἐπιβλέπειν καὶ νέμειν ἕκαστα τῶν καθ' ἡμᾶς, τὸ τὰς ψυχὰς ὑπάρχειν ἢ πάμπαν ἀφθάρτους, ἢ χρόνον τινὰ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπιμενούσας; Οὐκ, ὦ 'γαθὲ, εἶπον, ἀλλὰ μικρὸς οὕτω καὶ κενόσπουδος ὁ θεός ἐστιν, ὥστε μηδὲν ἡμῶν ἐχόντων θεῖον ἐν αὐτοῖς, μηδὲ προσόμοιον ἀμωσγέπως ἐκείνῳ, καὶ διαρκὲς καὶ βέβαιον, ἀλλὰ φύλλοις, ὡς Ὅμηρος ἔφη, παραπλησίως ἀπομαραινομένων παντάπασι, καὶ φθινόντων ἐν ὀλίγῳ, ποιεῖσθαι λόγον τοσοῦτον, ὥσπερ αἱ τοὺς Ἀδώνιδος κήπους ἐπ' ὀστράκοις τισὶ τιθηνούμεναι καὶ θεραπεύουσαι γυναῖκες, ἐφημέρους ψυχὰς ἐν σαρκὶ τρυφερᾷ καὶ βίου ῥίζαν ἰσχυρὰν οὐ δεχομένῃ βλαστανούσας, εἶτα ἀποσβεννυμένας ἀεὶ ὑπὸ τῆς τυχούσης προφάσεως. Εἰ δὲ βούλει, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἐάσας, σκόπει τουτονὶ τὸν ἐνταυθοῖ τὸν ἡμέτερον, εἴ σοι δοκεῖ, τὰς ψυχὰς τῶν τελευτώντων ἀπολλυμένας ἐπιστάμενος εὐθὺς, ὥσπερ ὁμίχλας ἢ καπνοὺς ἀποπνεούσας τῶν σωμάτων, ἱλασμούς τε πολλοὺς προσφέρειν τῶν κατοιχομένων, καὶ γέρα μεγάλα καὶ τιμὰς ἀπαιτεῖν τοῖς τεθνηκόσιν, ἐξαπατῶν καὶ φενακίζων τοὺς πιστεύοντας. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν προείμην τῆς ψυχῆς τὴν διαμονὴν, εἰ μή τις, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς, ὑφελὼν τὸν τρίποδα τῆς Πυθίας, ἀναιρήσει καὶ διαφθερεῖ τὸ χρηστήριον. Ἄχρι [δὲ] τοῦ πολλὰ τοιαῦτα προθεσπίζεσθαι καὶ καθ' ἡμᾶς, οἷα καὶ Κόρακι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγουσιν, οὐχ ὅσιόν ἐστι τῆς ψυχῆς καταγνῶναι θάνατον. Καὶ ὁ Πατροκλῆς, Τί δ' ἦν, ἔφη, τὸ χρησθὲν, ἢ τίς ὁ Κόραξ οὗτος; ὡς ἐμοὶ καὶ

in medicina id quod utile est, justum etiam censetur : ridiculus enim sit qui injuste fieri dicat quod coxendicibus laborantibus, pollices uruntur : et jecinore vitiato, incidere ventrem circa umbilicum : et boum extrema cornua inungere, quando eorum ungulæ mollitie tentantur : ita qui aliud jus in suppliciis quærit quam malitiæ curationem, et indignatur si medicina per alios aliis adhibeatur (veluti cum lippitudinis levandæ gratia vena secatur), videtur nihil ultra ea quæ sentiri possunt prospicere : neque meminit magistrum uno puerorum cæso reliquos officii monere, et decimatione facta imperatorem totum plectere exercitum. Atque sic quidem non tantum uni parti per aliam, sed et animæ per animam accidunt quædam affectiones, vitia, et correctiones, magis quam corpori per corpus. Ibi enim, uti par est, oportet eamdem affectionem, eamdem mutationem evenire : hic anima visis ducta ut fidendo metuendove melius aut deterius afficiatur, a sua habet natura.

XVII. Nondum ego finem dicendi feceram, cum Olympicus sermonem excipiens : Videris, inquit, huic disputationi quasi fundamentum magnum supposuisse, animæ permansionem. Sane, inquam, vobis dantibus, aut potius jam ante largitis : sermo enim huc processit ab eo principio, quo dare deus cuique quod eo dignum est ponebatur. Tum ille : Ergo, ait, censes ex hoc, quod deus singulas res nostras inspicere, ac distribuere pro meritis ponitur, sequi animas aut omnino interitus esse expertes, aut aliquandiu saltem a morte corporis superesse? Non sane, inquam : sed scilicet sordidus admodum est deus, et inanem sumere voluit operam, qui nostrum nihil in nobis divinum, nihil habentium ipsius simile quocunque modo, et permanens ac stabile, sed foliorum instar, ut est apud Homerum, brevi temporis spatio emarcescentium atque pereuntium, tantam habeat rationem, cum quidem quomodo mulieres Adonidis hortos in testis colunt atque educant, ita nos animas in diem victuras in carne delicata vitaque non durabili germinantes habeamus, et qualibet occasione exstinguendas. Quod si lubet, reliquis diis omissis, Apollinem hic degentem nostrum considera. Videturne is tibi compertum habens animas mortuorum statim interire, ac fumi instar aut nebulæ a corporibus exspirare, tam multas expiationes vita defunctorum, ac tot tantaque præmia et honores iis habendos exigens, credulis hominibus fraudem facere et ora sublinere velle? Ipse profecto animæ perpetuitatem nunquam sim inficiaturus, nisi quis Herculis in morem erepto Pythiæ tripode abolebit ac perdet hoc oraculum. Quod enim multa id genus hic dantur responsa, quale Coraci Naxio ferunt edictum esse, impium est animam morte damnare. Ibi Patrocles : Quid, inquit, hoc oraculi est, aut quis Corax iste? nam et res mihi ignota,

τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα ξένον. Οὐδαμῶς, εἶπον· ἀλλ' αἴτιος ἐγὼ, παρωνύμῳ χρησάμενος ἀντὶ τοῦ ὀνόματος. Ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλώνδης, ὡς ἔοικεν, ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. Ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισι καὶ προτροπαῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν, ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. Τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος· ἐκεῖ γάρ φασιν ἐλθόντα μετὰ στόλου Τέττιγα τὸν Κρῆτα πόλιν κτίσαι, καὶ κατοικῆσαι παρὰ τὸ ψυχοπομπεῖον. Ὁμοίως δὲ καὶ Σπαρτιάταις χρησθὲν ἱλάσασθαι τὴν Παυσανίου ψυχὴν, ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντες οἱ ψυχαγωγοὶ, καὶ θύσαντες, ἀπεσπάσαντο τοῦ ἱεροῦ τὸ εἴδωλον.

18. Εἷς οὖν ἐστιν, ἔφην, λόγος ὁ τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἅμα καὶ τὴν διαμονὴν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς βεβαιῶν, καὶ θάτερον οὐκ ἔστιν ἀπολιπεῖν, ἀναιροῦντα θάτερον. Οὔσῃ δὲ τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν τελευτὴν μᾶλλον εἰκός ἐστι καὶ τιμὰς ἀποδίδοσθαι καὶ τιμωρίας.* Ἀγωνίζεται γὰρ, ὥσπερ ἀθλητὴς, κατὰ τὸν βίον· ὅταν δὲ διαγωνίσηται, τότε τυγχάνει τῶν προσηκόντων. Ἀλλὰ ἃς μὲν ἐκεῖ καθ' ἑαυτὴν οὖσα κομίζεται τῶν προβεβιωμένων χάριτας, ἢ τινας κολάσεις, οὐδέν εἰσι πρὸς ἡμᾶς τοὺς ζῶντας, ἀλλ' ἀπιστοῦνται καὶ λανθάνουσιν· αἱ δὲ διὰ τῶν παίδων ἰοῦσαι καὶ διὰ γένους, ἐμφανεῖς τοῖς δεῦρο γενόμεναι, πολλοὺς ἀποτρέπουσι καὶ συστέλλουσι τῶν πονηρῶν· ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αἰσχίων οὐδὲ λυποῦσα μᾶλλον ἑτέρα κόλασις, ἢ τοὺς ἐξ ἑαυτῶν κακὰ πάσχοντας δι' αὐτοὺς ὁρᾷν, καὶ ὅτι ψυχὴν ἀνδρὸς ἀσεβοῦς καὶ παρανόμου μετὰ θάνατον ἐφορῶσαν οὐκ ἀνδριάντας οὐδὲ τιμάς τινας ἀνατρεπομένας, ἀλλὰ παῖδας, ἢ φίλους, ἢ γένος οἰκεῖον αὐτῆς ἀτυχήμασι χρωμένους μεγάλοις δι' αὐτὴν, καὶ δίκην τίνοντας, οὐδεὶς ἂν ἀγαπήσειεν αὖθις ἐπὶ ταῖς τοῦ Διὸς τιμαῖς, ἄδικον γενέσθαι καὶ ἀκόλαστον. Ἔγω μέν τινα καὶ λόγον εἰπεῖν, ἔναγχος ἀκηκοὼς, ὀκνῶ δὲ, μὴ φανῇ μῦθος ὑμῖν· μόνῳ οὖν χρῶμαι τῷ εἰκότι. Μηδαμῶς, εἶπεν ὁ Ὀλυμπικός· ἀλλὰ δίελθε κἀκεῖνον. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ τῶν ἄλλων δεομένων, Ἐάσατε, εἶπον, ἀποδοῦναί με τῷ λόγῳ τὸ εἰκός· ὕστερον δὲ τὸν μῦθον, ἐὰν δόξῃ, κινήσομεν, εἴ γε δὴ μῦθος ἐστίν.

19. Ὁ γὰρ Βίων τὸν θεὸν, κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν, γελοιότερον εἶναί φησιν ἰατροῦ, διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς, ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος. Ἔστι δὲ πῇ μὲν ἀνόμοια τὰ πράγματα, πῇ δ' ἐοικότα καὶ ὅμοια. Νόσου μὲν γὰρ ἄλλος ἄλλον οὐ παύει θεραπευόμενος, οὐδὲ βέλτιόν τις ἔσχε τῶν ὀφθαλμιώντων, ἢ πυρεττόντων, ἰδὼν ἄλλον ὑπαλειφόμενον ἢ καταπλαττόμενον· αἱ δὲ τιμωρίαι τῶν πονηρῶν διὰ τοῦτο δείκνυνται πᾶσιν, ὅτι δίκης κατὰ λόγον περαινομένης ἔργον ἐστὶν, ἑτέρους δι' ἑτέρων κολαζομένων ἐπισχεῖν. Ἡ δὲ προσέοικε τῷ ζητουμένῳ τὸ παραβαλλόμενον ὑπὸ τοῦ Βίωνος ἔλαθεν αὐτόν· ἤδη γὰρ

et inauditum est nomen. Nequaquam vero, inquam, sed ego in causa sum loco nominis cognomine usus. Is enim qui Archilochum in pugna interfecit, Calondas nomine fuit, cognomento Corax : is primum ejectus a Pythia, ut qui Musis sacrum virum necasset, usus deinde supplicibus precibus et obsecrationibus cum excusatione sui, jussus est proficisci ad Tettigis habitationem, ibique animam Archilochi placare. Is autem locus erat Tænarus, quo fertur Tettix Cretensis cum classe appulisse, et urbe condita habitasse prope Psychopompeum (qui est locus animis demulcendis sacer). Similiter cum Spartani oraculo essent jussi placare animam Pausaniæ, exciti ex Italia animarum lustratores, facto sacrificio simulacrum templo avellerunt.

XVIII. Una igitur, aiebam, eademque ratione et Providentia dei, et animæ humanæ permansio stabilitur, neque potest relinqui altero sublato alterum. Ergo animæ post mortem exstanti magis probabile est vel præmia vel pœnas reddi. Vitam enim quasi certamen quoddam obit, et certamine peracto consequitur quod meruit. Enimvero quos ibi honores, aut quæ supplicia ob actam vitam percipit ea sola existens, nihil ista ad nos qui vivimus attinent, sed ignorantur, fidesque iis derogatur : quæ liberos stirpemque pervadunt pœnæ, viventibus conspicuæ, multos malorum dehortantur atque reprimunt. Non esse autem fœdiorem ullam pœnam aut quæ majorem afferat dolorem, quam si quis videat sua culpa suis posteris male esse : et cum quis viderit impii sceleratique animam hominis post mortem inspectare non statuas suas aliquas everti aut honores antiquari, sed propter sua ipsius flagitia liberos suos, aut amicos, aut necessarios gravibus premi calamitatibus et pœnas dare : talem igitur animam qui viderit neminem vel Jovis honoribus inductum iri ut intemperans denuo fiat et injustus : possim vobis sermone quodam demonstrare, quem nuper audivi, nisi verear ne vos fabulam putaretis : itaque tantum utar probabilibus. Quin tu, inquit Olympicus, eum nobis narra. Eadem reliquis orantibus : Sinite, inquam, me probabilia persequi : deinde, si ita videbitur, fabulam, si quidem fabula est, proferemus.

XIX. Etenim Bion deum qui malorum liberis supplicia inferret, magis aiebat ridiculum esse medico, qui filio aut nepoti ob morbum patris vel avi medicinam adhiberet. Sunt vero hæ res aliquatenus dissimiles, aliquatenus etiam similes. Alius enim dum sanatur, alium qui simili est in morbo, nihil juvat : neque quisquam ex oculis aut febre laborans levatus est malo, quod alium videret ungi aut emplastro illini : malorum autem supplicia omnibus hoc demonstrant, Justitiæ ratione pergentis opus esse aliis puniendis alios coercere. Neque sensit Bion, quid in hac similitudine conveniret propositæ quæstioni. Quippe viri qui in

ἀνδρὸς εἰς νόσημα μοχθηρὸν, οὐ μὴν ἀνίατον, ἐμπεσόντος, εἶτ' ἀκρασίᾳ καὶ μαλακίᾳ προεμένου τῷ πάθει τὸ σῶμα καὶ διαφθαρέντος, υἱὸν οὐ δοκοῦντα νοσεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς τὴν αὐτὴν νόσον, ἰατρὸς, ἢ οἰκεῖος, ἢ ἀλείπτης καταμαθὼν, ἢ δεσπότης χρηστὸς, ἐμβαλὼν εἰς δίαιταν αὐστηρὰν, καὶ ἀφελὼν ὄψα καὶ πέμματα καὶ πότους καὶ γύναια, φαρμακείαις δὲ χρησάμενος ἐνδελεχέσι, καὶ διαπονήσας τὸ σῶμα γυμνασίοις, ἐσκέδασε καὶ ἀπέπεμψε, μεγάλου πάθους σπέρμα μικρὸν οὐκ ἐάσας εἰς μέγεθος προελθεῖν. Ἦ γὰρ οὐχ οὕτω παρακελευόμεθα, προσέχειν ἀξιοῦντες ἑαυτοῖς καὶ παραφυλάττεσθαι, καὶ μὴ παραμελεῖν, ὅσοι γεγόνασιν ἐκ πατέρων ἢ μητέρων νοσηματικῶν, ἀλλ' εὐθὺς ἐξωθεῖν τὴν ἐγκεκραμένην ἀρχὴν εὐκίνητον οὖσαν καὶ ἀκροσφαλῆ προκαταλαμβάνοντας; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφασαν. Οὐ τοίνυν ἄτοπον, εἶπον, ἀλλ' ἀναγκαῖον, οὐδὲ γελοῖον, ἀλλ' ὠφέλιμον πρᾶγμα ποιοῦμεν, ἐπιληπτικῶν παισὶ καὶ μελαγχολικῶν καὶ ποδαγρικῶν γυμνάσια καὶ διαίτας καὶ φάρμακα προσάγοντες, οὐ νοσοῦσιν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ μὴ νοσῆσαι. Τὸ γὰρ ἐκ πονηροῦ σώματος γινόμενον σῶμα τιμωρίας μὲν οὐδεμιᾶς, ἰατρείας δὲ καὶ φυλακῆς ἄξιόν ἐστιν· ἣν εἴ τις, ὅτι τὰς ἡδονὰς ἀφαιρεῖ, καὶ δηγμὸν ἐπάγει καὶ πόνον, τιμωρίαν ὑπὸ δειλίας καὶ μαλακίας ἀποκαλεῖ, χαίρειν ἐατέον. Ἆρ' οὖν σῶμα μὲν ἔκγονον φαύλου σώματος ἄξιόν ἐστι θεραπεύειν καὶ φυλάττειν, κακίας δὲ ὁμοιότητα συγγενικὴν * ἐν νέῳ βλαστάνουσαν ἤθει καὶ ἀναφυομένην ἐᾶν δεῖ, καὶ περιμένειν καὶ μέλλειν, ἄχρις ἂν ἐκχυθεῖσα τοῖς πάθεσιν ἐμφανὴς γένηται κακόφρονά τ' ἀμφάνῃ πραπίδων καρπὸν, ὥς φησι Πίνδαρος;

20. Ἦ κατὰ τοῦτο μὲν ὁ θεὸς οὐδὲν τοῦ Ἡσιόδου σοφώτερος; διακελευομένου καὶ παρεγγυῶντος,

Μηδ' ἀπὸ δυστήνοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτὸς,

ὡς οὐ κακίαν μόνον οὐδ' ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ λύπην καὶ χαρὰν καὶ πάνθ' ὅσα ἀναδεχομένης τῆς γενέσεως, ἱλαροὺς καὶ ἡδεῖς καὶ διακεχυμένους ἄγειν πρὸς τὴν τέκνωσιν. Ἐκεῖνο δ' οὐκ ἔστι, καθ' Ἡσίοδον, οὐδ' ἀνθρωπίνης ἔργον σοφίας, ἀλλὰ θεοῦ, τὸ διορᾷν καὶ διαισθάνεσθαι τὰς ὁμοιοπαθείας καὶ τὰς διαφορὰς, πρὶν εἰς μεγάλα τοῖς πάθεσιν ἐμπεσούσας ἀδικήματα, γενέσθαι καταφανεῖς. Ἄρκτων μὲν γὰρ ἔτι νήπια, καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων, εὐθὺς ἐμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος, ὑπὸ μηδενὸς ὑπαμπεχόμενον μηδὲ καταπλαττόμενον· ἡ δ' ἀνθρώπου φύσις, εἰς ἔθη καὶ δόγματα καὶ νόμους ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα, κρύπτει τὰ φαῦλα, καὶ τὰ καλὰ μιμεῖται πολλάκις, ὥστ' ἢ παντάπασιν ἐξαλεῖψαι καὶ διαφυγεῖν ἐγγενῆ κηλῖδα τῆς κακίας, ἢ διαλαθεῖν πολὺν χρόνον, οἷον ἔλυτρόν τι ἑαυτῇ τὴν πανουργίαν περιβαλοῦσαν· διαλαθεῖν δὲ ἡμᾶς, τοὺς ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς ἢ δήγματος ἑκάστου τῶν ἀδικημάτων μόλις αἰσθανομένους τῆς κακίας, μᾶλλον δὲ ὅλως τότε

morbum gravem, neque tamen immedicabilem, inciderit, ac deinde ob intemperantiam et mollitiem prodito corpore perierit, filium non ægrotare, sed proclivem duntaxat ad idem morbi genus creditum medicus, aut necessarius aliquis, aut alipta sentiens, aut bonus dominus, in victus rationem austeram conjiciens, adimensque obsonia, bellaria, potationes, scorta, utensque continentibus medicationibus, exercitationibusque corpus durans, magnum malum exiguo semine dissipando averterit non passus progrediendo augeri. Nonne enim sic præcipimus, animadvertendos, non negligendos esse qui patre aut matre morbosa nati sunt, statimque innatum mali principium mobile et ad lædendum in proclivi situm ejiciendum esse antevertendo? Omnino quidem, respondebant. Non ergo absurdam rem, inquam ego, sed necessariam, neque ridiculam, sed utilem agimus, quando filiis, comitiali morbo, melancholia, aut podagra detentorum, exercitationes, victus rationem, et medicamenta accommodamus, non quod ægrotent, sed ut ne hoc fiat. Natum enim e malo corpore corpus supplicium sane nullum, sed medicinam tamen et custodiam meretur : quam quia voluptatibus abstinet, morsumque et dolorem infert, qui ob mollitiem et timiditatem supplicii afficit nomine, missus est faciendus. An ergo corpus e vitioso natum corpore curare et custodire convenit? Malitiæ innatam similitudinem in tenera indole germinantem et enascentem negligere debemus, et moras nectere tantisper dum se effundat, motibusque pravis *malignum occulti animi fructum detegat*, ut ait Pindarus?

XX. An hac ratione nihilo deus sapientior videbitur quam Hesiodus, qui sic præcipit :

Non serito rediens tristi de funere prolem :
da natis operam divum convivia linquens :

scilicet non vitii modo et virtutis, sed gaudii etiam ac tristitiæ, omniumque id genus rerum capax quia esset genitura, ideo ad procreationem prolis jubens nos hilari animo serenoque aggredi? Illud vero non a sententia Hesiodi proficiscitur, neque humanæ est opus sapientiæ, sed dei, perspicere ingeniorum similitudines, et discrimina, priusquam ab animorum motibus in magna erumpentibus flagitia detegantur. Sane ursorum catuli, et luporum ac simiarum, statim suam ostendunt indolem, nulla velatam aut oblitam re : humanum ingenium in mores, opiniones, legesque se conjiciens, sæpenumero vitiis occultatis bona imitatur, ut aut omnino tandem eluat innatam vitii maculam, aut versutia tanquam exuvio quodam tectum longo tempore delitescat, ac nos fallat : nos, inquam, qui velut icti aut morsi uno quovis flagitiorum vix tandem nequitiam sentimus, imo tum demum injustos fieri

γίγνεσθαι νομίζοντας ἀδίκους, ὅτε ἀδικοῦσιν· ἀκολάστους, ὅτε ὑβρίζουσιν· καὶ ἀνάνδρους, ὅτε φεύγουσιν· ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο, τοῖς σκορπίοις ἐμφύεσθαι τὸ κέντρον, ὅτε τυπτουσι, καὶ ταῖς ἐχίδναις τὸν ἰὸν, ὅτε δάκνουσιν· εὐήθως οἰόμενος. Οὐ γὰρ ἅμα γίγνεται καὶ φαίνεται τῶν πονηρῶν ἕκαστος· ἀλλ' ἔχει μὲν ἐξ ἀρχῆς τὴν κακίαν, χρῆται δὲ, καιροῦ καὶ δυνάμεως ἐπιλαβόμενος, τῷ κλέπτειν ὁ κλέπτης, καὶ τῷ παρανομεῖν ὁ τυραννικός. Ἀλλ' ὁ θεὸς οὔτ' ἀγνοεῖ δήπου τὴν ἑκάστου διάθεσιν καὶ φύσιν, ἅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πεφυκὼς, οὔτ' ἀναμένει τὴν βίαν ἐν χερσὶ γενομένην, καὶ τὴν ἀναίδειαν ἐν φωνῇ, καὶ τὴν ἀκολασίαν ἐν αἰδοίοις κολάζειν. Οὐ γὰρ ἀμύνεται τὸν ἀδικήσαντα κακῶς παθὼν, οὐδ' ὀργίζεται τῷ ἁρπάσαντι βιασθεὶς, οὐδὲ μισεῖ τὸν μοιχὸν ὑβρισθείς· ἀλλ' ἰατρείας ἕνεκα τὸν μοιχικὸν καὶ τὸν πλεονεκτικὸν καὶ ἀδικητικὸν κολάζει πολλάκις, ὥσπερ ἐπιληψίαν, τὴν κακίαν, πρὶν ἢ καταλαβεῖν, ἀναιρῶν.

21. Ἡμεῖς δ' ἀρτίως μὲν ἠγανακτοῦμεν, ὡς ὀψὲ καὶ βραδέως τῶν πονηρῶν δίκην διδόντων· νῦν δὲ, ὅτι καὶ πρὶν ἀδικεῖν ἐνίους, τὴν ἕξιν αὐτῶν κολούει καὶ τὴν διάθεσιν, ἐγκαλοῦμεν, ἀγνοοῦντες, ὅτι τοῦ γενομένου πολλάκις τὸ μέλλον, καὶ τὸ λανθάνον τοῦ προδήλου, χεῖρόν ἐστι καὶ φοβερώτερον· οὐ δυνάμενοι δὲ συλλογίζεσθαι τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἐνίους μὲν καὶ ἀδικήσαντας ἐᾷν βέλτιόν ἐστιν, ἐνίους δὲ καὶ διανοουμένους προκαταλαμβάνειν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ φάρμακα ἐνίοις μὲν οὐχ ἁρμόζει νοσοῦσιν, ἐνίοις δὲ λυσιτελεῖ καὶ μὴ νοσοῦσιν, ἐπισφαλέστερον ἐκείνων ἔχουσιν. Ὅθεν οὐδὲ πάντα τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐκ φαύλου γένηται χρηστὸς, ὥσπερ εὐεκτικὸς ἐκ νοσώδους, ἀφεῖται τῆς τοῦ γένους ποινῆς, οἷον ἐκποίητος τῆς κακίας γενόμενος. Νέῳ δ' εἰς ὁμοιότητα μοχθηροῦ γένους ἀναφερομένῳ προσήκει δήπουθεν, ὡς χρέα κληρονομίας, διαδέχεσθαι τῆς πονηρίας τὴν κόλασιν. Οὐ γὰρ Ἀντίγονός γε διὰ Δημήτριον, οὐδὲ τῶν πονηρῶν Φυλεὺς δι' Αὐγέαν, * οὐδὲ Νέστωρ διὰ Νηλέα δίκας ἔδωκαν· ἐκ κακῶν μὲν γὰρ, ἀγαθοὶ δ' ἦσαν· ἀλλ' ὅσων ἡ φύσις ἔστερξε καὶ προσήκατο τὸ συγγενὲς, τούτων ἡ δίκη διώκουσα τὴν ὁμοιότητα τῆς κακίας διεξῆλθεν. Ὡς γὰρ ἀκροχορδόνες καὶ μελάσματα καὶ φακοὶ πατέρων ἐν παισὶν ἀφανισθέντες, ἀνέκυψαν ὕστερον ἐν υἱωνοῖς καὶ θυγατριδοῖς· καὶ γυνή τις Ἑλληνὶς τεκοῦσα βρέφος μέλαν, εἶτα κρινομένη μοιχείας, ἐξανεῦρεν αὐτὴν Αἰθίοπος οὖσαν γενεὰν τετάρτην· τῶν δὲ Πύθωνος τοῦ Νισιβέως παίδων, ὃς ἔναγχος τέθνηκε, λεγομένου τοῖς Σπαρτοῖς προσήκειν, ἐξανήνεγκε λόγχης τύπον ἐν τῷ σώματι, διὰ χρόνων τοσούτων ἀνασχούσης καὶ ἀναδύσης, ὥσπερ ἐκ βυθοῦ, τῆς πρὸς τὸ γένος ὁμοιότητος· οὕτω πολλάκις ἤθη καὶ πάθη ψυχῆς αἱ πρῶται κρύπτουσι γενέσεις καὶ καταδύουσιν· ὕστερον δέ ποτε καὶ δι' ἑτέρων ἐξήνθησε καὶ ἀπέδωκε τὸ οἰκεῖον εἰς κακίαν καὶ ἀρετὴν ἡ φύσις.

putamus homines, cum injuria nos afficiunt, intemperantes cum libidinem exercent, timidos cum fugiunt : non aliter quam si quis opinetur scorpiis stimulum innasci quando pungunt, et viperis venenum quando mordent. Quæ quidem stulta est opinio. Non enim simul et fit malus aliquis, et malus esse cernitur : sed jam inde ab initio præditus pravitate, occasionem facultatemque nactus furatur fur, leges violat tyrannicæ indolis homo. At vero deus non ignorat cujusque ingenium et naturam, ut qui animam suapte natura magis quam corpus sentiat, neque eo rem differt, ut violentiam jam manibus, impudentiam voce, libidinem pudendis preditam puniat. Non enim ulciscitur se accepta injuria, neque raptori irascitur vim passus, aut mœchum odit affectus injuria : sed medicinæ faciendæ causa sæpe plectit ad adulterium, avaritiam, vel injuriam faciendam proclivem, vitium veluti morbum comitialem antevertens priusquam erumpat.

XXI. Nos interim qui paulo ante indignabamur ob sera sontium supplicia, nunc id culpamus, quod deus ante quam committantur flagitia ipsum pravum animi habitum coercet; quippe ignorantes sæpe futura factis, et occulta apertis deteriora majorique digna metu esse : neque docti ratiocinari causas, propter quas nonnullos expedit etiam perpetrato scelere missos facere, alios etiamnum meditantes maleficium pœna anteverti : quomodo medicamentorum quædam non congruunt ægrotantibus, conducunt autem aliis non laborantibus, sed in periculo quam ægroti versantibus majore. Hinc est, quod non omnia parentum peccata dii in liberos convertunt : sed si quis de malo nascitur bonus, tanquam bene affectus corpore natus de morboso, is generis pœna liberatur, veluti e malitia adoptatus in familiam virtutis : at juveni, qui morbo in similitudinem generis refertur atque redigitur vitiosi, ei nimirum convenit tanquam hæredi debitas pœnas vitii persolvere. Non enim profecto Antigonus propter Demetrium, non Phyleus propter Augeam, non Nestor propter Neleum sustinuit pœnam : nati enim hi malis, boni ipsi fuerunt : sed quorum natura amplexa est cognatam malitiam, hos justitia similitudinem pravitatis persequens supplicio affecit. Verrucæ, nævi, lentes, parentum in filiis non visi, aliquando in nepotibus denuo apparuerunt : et quædam mulier Græca cum nigrum peperisset infantulum, adulterii postulata invenit se quarto gradu progeniei ab Æthiope procreatam : ac Pythonis Nisibensis, qui nuper commutavit vitam cum morte, dictus genus a Spartis (hi sunt homines e satis a Cadmo draconis dentibus enati) ducere, filiorum quidam hastæ figuram in corpore suo in lucem extulit, similitudine generis tam multis post ætatibus tanquam e profundo emergente. Eodem modo sæpe animi affectiones in prima prole occultantur : in posterioribus propaginibus natura demum similitudinem vitii aut virtutis instaurat.

22. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησα, διαμειδιάσας Ὀλυμπικὸς, Οὐκ ἐπαινοῦμέν σε, εἶπεν, ὅπως μὴ δόξωμεν ἀφιέναι τὸν μῦθον, ὡς τοῦ λόγου πρὸς ἀπόδειξιν ἱκανῶς ἔχοντος, ἀλλὰ τότε δώσομεν τὴν ἀπόφασιν, ὅταν κἀκεῖνον ἀκούσωμεν. Οὕτως οὖν ἔφην, ὅτι ὁ Σολεὺς Θεσπέσιος, ἀνὴρ ἐκείνου τοῦ γενομένου μεθ' ἡμῶν ἐνταῦθα Πρωτογένους οἰκεῖος καὶ φίλος, ἐν πολλῇ βιώσας ἀκολασίᾳ τὸν πρῶτον χρόνον, εἶτα ταχὺ τὴν οὐσίαν ἀπολέσας, ἤδη χρόνον τινὰ καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην ἐγένετο πονηρὸς, καὶ τὸν πλοῦτον ἐκ μετανοίας διώκων, ταὐτὸ τοῖς ἀκολάστοις ἔπασχε πάθος, οἳ τὰς γυναῖκας ἔχοντες μὲν οὐ φυλάττουσι, προέμενοι δὲ πειρῶσιν αὖθις ἀδίκως ἑτέροις συνούσας διαφθείρειν. Οὐδενὸς οὖν ἀπεχόμενος αἰσχροῦ φέροντος εἰς ἀπόλαυσιν ἢ κέρδος, οὐσίαν μὲν πολλὴν, δόξαν δὲ πονηρίας ἐν ὀλίγῳ πλείστην συνήγαγε· μάλιστα δ' αὐτὸν διέβαλεν ἀνενεχθεῖσά τις ἐξ Ἀμφιλόχου μαντεία. Πέμψας γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτα τὸν θεὸν, εἰ βέλτιον βιώσεται τὸν ἐπίλοιπον βίον· ὁ δ' ἀνεῖλεν, ὅτι πράξει βέλτιον, ὅταν ἀποθάνῃ. Καὶ δὴ τρόπον τινὰ τοῦτο μετ' οὐ πολὺν χρόνον αὐτῷ συνέπεσε. Κατενεχθεὶς γὰρ ἐξ ὕψους τινὸς εἰς τράχηλον, οὐ γενομένου τραύματος, ἀλλὰ πληγῆς μόνον, ἐξέθανε, καὶ τριταῖος ἤδη περὶ τὰς ταφὰς αὐτὰς ἀνήνεγκε. Ταχὺ δὲ ῥωσθεὶς, καὶ παρ' αὐτῷ γενόμενος, ἄπιστόν τινα τοῦ βίου τὴν μεταβολὴν ἐποίησεν. Οὔτε γὰρ δικαιότερον περὶ τὰ συμβόλαια γινώσκουσιν ἕτερον Κίλικες ἐν τοῖς τότε χρόνοις γενόμενον, οὔτε πρὸς τὸ θεῖον ὁσιώτερον, οὔτε λυπηρότερον ἐχθροῖς, ἢ βεβαιότερον φίλοις· ὥστε καὶ ποθεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτῷ τὴν αἰτίαν ἀκοῦσαι τῆς διαφορᾶς, οὐκ ἀπὸ τοῦ τυχόντος οἰομένους γεγονέναι διακόσμησιν εἰς ἦθος τοσαύτην, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο τῷ τε Πρωτογένει καὶ τοῖς ὁμοίως ἐπιεικέσι τῶν φίλων. Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσε τὸ φρονοῦν τοῦ σώματος, οἷον ἄν τις ἐκ πλοίου κυβερνήτης εἰς βυθὸν ἀποῤῥιφεὶς πάθοι τοπρῶτον, οὕτως ὑπὸ τῆς μεταβολῆς ἔσχεν· εἶτα μικρὸν ἐξαρθεὶς, ἔδοξεν ἀναπνεῖν ὅλος, καὶ περιορᾶν πανταχόθεν, ὥσπερ ἑνὸς ὄμματος ἀνοιχθείσης τῆς ψυχῆς. Ἑώρα δὲ τῶν προτέρων οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τὰ ἄστρα παμμεγέθη, καὶ ἀπέχοντα πλῆθος ἀλλήλων ἄπλετον, αὐγήν τε τῇ χροιᾷ θαυμαστὴν ἀφιέντα καὶ τόνον ἔχουσαν· ὥστε τὴν ψυχὴν ἐποχουμένην, λείως οἷον ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ φωτὶ ῥᾳδίως πάντῃ καὶ ταχὺ διαφέρεσθαι. Τὰ δὲ πλεῖστα τῶν θεαμάτων παραλιπὼν, ἔφη, τὰς ψυχὰς τῶν τελευτώντων κάτωθεν ἀνιούσας πομφόλυγα φλογοειδῆ ποιεῖν ἐξισταμένου * τοῦ ἀέρος, εἶτα ῥηγνυμένης ἀτρέμα τῆς πομφόλυγος, ἐκβαίνειν τύπον ἐχούσας ἀνθρωποειδῆ, τὸν δ' ὄγκον εὐσταλεῖς· κινουμένας δ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκπηδᾶν ἐλαφρότητι θαυμαστῇ, καὶ διάττειν ἐπ' εὐθείας ἄνω, τὰς δὲ, ὥσπερ οἱ ἄτρακτοι, περιστρεφομένας ἅμα κύκλῳ καὶ τοτὲ μὲν κάτω, τοτὲ δ' ἄνω ῥεπούσας μικτήν τινα φέρεσθαι καὶ τεταραγμένην κίνησιν, καὶ πολλῷ πάνυ χρόνῳ καὶ μόλις ἀποκαθισταμένην. Τὰς μὲν οὖν πολ-

XXII. His dictis ego cum conticuissem, subridens Olympicus: Non, inquit, laudamus te, ne quasi satis demonstrato proposito videamur fabulam dimittere: hac demum audita, pronuntiabimus. Tum ego narrationem sic sum prosecutus. Thespesius Solensis, vir Protogenis, ejus qui hic nobiscum fuit, familiaris atque amicus, cum primis temporibus perquam dissolute vixisset, atque exinde rem familiarem celeriter perdidisset, aliquandiu etiam necessitate impellente malis se dedit artibus, et pœnitentia ductus, dum divitias sectatur, idem est expertus, quod usu venire intemperantibus solet, qui uxores dum habent, non custodiunt, dimissasque et aliis conjunctas improbe corrumpere conantur. Is ergo Thespesius dum nulla turpi re abstinet, quæ voluptatem aut quæstum videretur conciliatura, brevi temporis spatio opes quidem magnas, opinionem autem malitiæ summam sibi paravit. Maxime autem eum notavit oraculum ab Amphilocho allatum : cum enim, ut fertur, misisset ad deum scitatum, *An reliquum vitæ victurus esset melius* : responsum fuit, *Melius habiturum postquam mortuus foret*. At sane hoc illi quodam modo non post multum temporis accidit. De sublimi enim in cervicem delapsus, ictu absque ullo vulnere accepto mortuus est, tertiaque post die sub ipsam funerationem revixit. Mox recuperatis viribus ad se reversus, incredibilem quamdam vitæ mutationem instituit. Nam neque justiorem in contractibus ullum eo tempore noverunt Cilices, neque majore adversum deos pietate, neque hostibus molestiorem, neque magis fidum amicis. Quo factum est, ut quibus res cum ipso erat, causam cognoscere tantæ diversitatis averent, non vilem aut vulgarem eam fuisse arbitrantes. Quam eorum fuisse veram opinionem, intelligi potest ex his quæ ipse Protogeni, aliisque bonis amicis narravit. Nam simul atque mens corpore excidit, principio ejusmodi sensit mutationem, qualis eveniat gubernatori e navi in profundum mare abjecto. Deinde paulum elatus, visus est sibi totus respirare, et anima veluti unico oculo aperta undiquaque circumspicere. Conspexit autem nihil eorum quæ antea : sed stellas ingentes, et inter se immensis distantes intervallis, splendoremque admirabilis coloris emittentes efficacitate præditum, ita ut anima eo leviter vecta, tanquam in serenitate in lumine usquequaque celeriter vagaretur. Prætereo hic plurima spectacula ab eo commemorata : animas autem morientium narrabat cum sursum ascendunt, aere cedente bullam efficere flammeam : qua deinde sensim rupta, exeant forma præditæ humana, mole exigua, et motu non ejusdem omnibus modi : quasdam enim celeritate admirabili exsilire, et ad rectam lineam sursum emicare : alias fusorum instar in orbem conversas, alias sursum, alias deorsum vergendo, mixta quadam et turbida moveri agitatione, vix longo admodum temporis tractu

λας ἠγνόει, τίνες εἰσί· δύο δὲ ἢ τρεῖς ἰδὼν γνωρίμους ἐπειρᾶτο προσμῖξαι καὶ προσειπεῖν· αἱ δ' οὔτ' ἤκουον, οὔτ' ἦσαν παρ' ἑαυταῖς, ἀλλ' ἔκφρονες καὶ διεπτοημέναι, πᾶσαν ὄψιν ἀποφεύγουσαι καὶ ψαῦσιν, ἐῤῥέμβοντο πρῶτον αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς, εἶτα πολλαῖς ὁμοίως διακειμέναις ἐντυγχάνουσι καὶ περιπλεκομέναις, φοράς τε πάσας πρὸς οὐδὲν ἀκρίτως ἐφέροντο, καὶ φωνὰς ἵεσαν ἀσήμους, οἷον ἀλαλαγμοὺς, θρήνου καὶ φόβου μεμιγμένας. Ἄλλαι δ' ἄνωθεν ἐν ἄκρῳ τοῦ περιέχοντος, ὀφθῆναί τε φαιδραὶ, καὶ πρὸς ἀλλήλας ὑπ' εὐμενείας θαμὰ πελάζουσαι, τὰς δὲ θορυβώδεις ἐκείνας ἐκτρεπόμεναι, διεσήμαινον, ὡς ἔοικεν, συστολῇ μὲν εἰς ἑαυτὰς τὸ δυσχεραῖνον, ἐπεκτάσει δὲ καὶ διαχύσει τὸ χαῖρον καὶ προσιέμενον. Ἐνταῦθα μίαν ἔφη συγγενοῦς τινος ἰδεῖν, οὐ μέντοι σαφῶς· ἀποθανεῖν γὰρ, ἔτι παιδὸς ὄντος· ἀλλ' ἐκείνην προσανάγουσαν ἐγγὺς, εἰπεῖν· Χαῖρε, Θεσπέσιε. Θαυμάσαντος δ' αὐτοῦ, καὶ φήσαντος, ὡς οὐ Θεσπέσιος, ἀλλ' Ἀριδαῖός ἐστι· Πρότερόν γε, φάναι, τὸ δ' ἀπὸ τοῦδε Θεσπέσιος. Οὐδὲ γάρ τοι τέθνηκας, ἀλλὰ μοίρᾳ τινὶ θεῶν ἥκεις δεῦρο τῷ φρονοῦντι· τὴν δ' ἄλλην ψυχὴν, ὥσπερ ἀγκύριον, ἐν τῷ σώματι καταλέλοιπας· σύμβολον δέ σοι καὶ νῦν καὶ αὖθις ἔστω τὸ τὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων μήτε σκιὰν ποιεῖν, μήτε σκαρδαμύττειν. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Θεσπέσιος, ἤδη τε μᾶλλον ἑαυτὸν τῷ λογίζεσθαι συνήγαγε, καὶ διαβλέψας, εἶδεν ἑαυτῷ μέν τινα συναιωρουμένην ἀμυδρὰν καὶ σκιώδη γραμμὴν, ἐκείνους δὲ περιλαμπομένους κύκλῳ καὶ διαφανεῖς ἐντὸς, οὐ μὴν ὁμοίως ἅπαντας· ἀλλὰ τοὺς μὲν, ὥσπερ ἡ καθαρωτάτη πανσέληνος, ἓν χρῶμα λεῖον καὶ συνεχὲς καὶ ὁμαλῶς ἱέντας· ἑτέρων δὲ φολίδας τινὰς διατρεχούσας, ἢ μώλωπας ἀραιούς· ἄλλους δὲ κομιδῇ ποικίλους καὶ ἀτόπους τὴν ὄψιν, ὥσπερ οἱ ἔχεις, μελάσμασι κατεστιγμένους· ἄλλους δέ τινας, ἀμβλείας ἀμυχὰς ἔχοντας. Ἔλεγεν οὖν ἕκαστα φράζων ὁ τοῦ Θεσπεσίου συγγενὴς (οὐδὲν γὰρ οὕτω κωλύει τὰς ψυχὰς ὀνόματι τῶν ἀνθρώπων προσαγορεύειν) ὡς Ἀδράστεια μὲν, Ἀνάγκης καὶ Διὸς θυγάτηρ, ἐπὶ πᾶσι τιμωρὸς ἀνωτάτω τέτακται τοῖς ἀδικήμασι· καὶ τῶν πονηρῶν οὔτε μέγας οὐδεὶς, οὔτε μικρὸς γέγονεν, ὥστ' ἢ λαθὼν διεκφεύγειν, ἢ βιασάμενος. Ἄλλη δὲ ἄλλη τιμωρία τριῶν οὐσῶν φύλακι καὶ χειρουργῷ προσήκει. Τοὺς μὲν γὰρ εὐθὺς ἐν σώματι καὶ διὰ σωμάτων κολαζομένους μεταχειρίζεται Ποινὴ ταχεῖα, πράῳ τινὶ τρόπῳ καὶ παραλείποντι πολλὰ τῶν καθαρμοῦ δεομένων· ὧν δὲ μεῖζόν ἐστιν ἔργον ἡ περὶ τὴν κακίαν ἰατρεία, τούτους Δίκῃ μετὰ τὴν τελευτὴν ὁ δαίμων παραδίδωσι· τοὺς δὲ πάμπαν ἀνιάτους ἀπωσαμένης τῆς Δίκης, ἡ τρίτη καὶ ἀγριωτάτη τῶν Ἀδραστείας ὑπουργῶν, Ἐρινὺς, μεταθέουσα πλανωμένους καὶ περιφεύγοντας ἄλλον ἄλλως, οἰκτρῶς τε καὶ χαλεπῶς ἅπαντας ἠφάνισε καὶ κατέδυσεν * εἰς τὸ ἄῤῥητον καὶ ἀόρατον. Τῶν δ' ἄλλων, ἔφη, δικαιώσεων, ἡ μὲν ὑπὸ τῆς Ποινῆς ἐν τῷ βίῳ, ταῖς βαρβαρικαῖς ἔοικεν. Ὡς γὰρ ἐν Πέρσαις τῶν κολαζομένων τὰ ἱμάτια καὶ

subsistente. Plerasque earum ignorabat, ut retulit, quorum essent : duas aut tres notas sibi cum conspexisset, conatus est accedere et alloqui : illæ autem neque audiebant, neque apud se erant, sed mentis expertes ac consternatæ, omnem conspectum tactumque fugientes vagabantur primum seorsim unaquæque, deinde multis eodem modo affectis obviam factæ et inter se nexis, motibus promiscuis et temerariis ciebantur, vocesque edebant obscuras, quasi vociferationes ejulatu et pavore mixtas. Aliæ autem supra in summo ambientis erant aspectu splendidæ, et invicem ob benevolentiam coeuntes, tumultuantibus istis vitatis : significabant nimirum sese in se contrahendo molestiam, extendendo autem et pangendo gaudium et approbationem. Ibi aiebat quamdam cujusdam cognatorum animam, quem utpote ipso puero mortuum, non satis bene agnosceret, prope accessisse, ac dixisse : *Salve, Thespesi.* Miratum se respondisse : *Non Thespesius ego sum, sed Aridæus.* Tum animam intulisse : *Prius quidem Aridæus fuisti, postmodo autem Thespesius eris : non enim mortem obiisti, sed divino quodam fato tua huc venit mens, reliquis animæ facultatibus veluti ancora in corpore relictis : atque rursum nunc tibi argumento hoc sit, quod animæ defunctorum neque umbram faciunt, neque connivent.* His auditis Thespesius jam et magis colligere se et ad rationis usum redire cœpit, et cum perspexisset, animadvertit sibi comitari appendicis loco obscuram quamdam et umbrosam lineam, illas vero animas fulgore circumdari et intus esse pellucidas, non omnes tamen eodem modo : nimirum alias plenæ instar purissimæ lunæ unum colorem lævem ac continentem æquabiliter exhibere : alias squamis quibusdam exilibus ac vibicibus percurrentibus maculatas : alias admodum vario et insolenti aspectu, nigris notis viperarum instar compunctas : alias etiam obtusis distinctas fissuris. Cæterum singula enarrans Thespesii ille cognatus (nihil enim impedit, quin hominum nominibus animas afficiamus) docuit Adrasteam Jovis et Necessitatis filiam omnibus flagitiis vindicem supremo loco collocatam esse : neque malorum quemquam ita vel magnum vel parvum unquam fuisse, ut aut latendo aut vim faciendo pœnæ subducere se potuerit. Porro aliam alii suppliciorum generi (sunt enim tria) præesse, vel inspicientem vel repetentem per se. Quosdam enim, aiebat, statim in corpore et per corpora plectendos Pœna velox arripit miti quadam ratione, et quæ multa omittat expiationis indigentia. Quorum vero malitia operosiorem flagitat medicinam, eos genius post mortem Justitiæ tradit. Prorsus autem insanabiles Justitia repellente, tertia et sævissima Adrasteæ administrarum Erinnys hinc inde vagantes atque fugientes cursu assequens, miserabiliter atque immaniter universos abolet, inque locum demergit qui neque narrari, neque visu adiri potest. De cæteris vindictis, ea quam in hac vita Pœna infligit, barbaricarum est similis. Sicut enim

τὰς τιάρας ἀποτίλλουσι καὶ μαστιγοῦσιν, οἱ δὲ παύσασθαι δακρύοντες ἀντιβολοῦσιν· οὕτως αἱ διὰ χρημάτων καὶ διὰ σωμάτων κολάσεις ἁφὴν οὐκ ἔχουσι δριμεῖαν, οὐδ' αὐτῆς ἐπιλαμβάνονται τῆς κακίας, ἀλλὰ πρὸς δόξαν αἱ πολλαὶ καὶ πρὸς αἴσθησιν αὐτῶν εἰσίν. Ὃς δ' ἂν ἐκεῖθεν ἀκόλαστος ἐνταῦθα καὶ ἀκάθαρτος ἐξίκηται, τοῦτον ἡ Δίκη διαλαβοῦσα τῇ ψυχῇ καταφανῆ γυμνὸν, εἰς οὐδὲν ἔχοντα καταδῦναι καὶ ἀποκρύψασθαι καὶ περιστεῖλαι τὴν μοχθηρίαν, ἀλλὰ πανταχόθεν καὶ ὑπὸ πάντων καὶ πάντα καθορώμενον, ἔδειξε πρῶτον ἀγαθοῖς γονεῦσιν, ἄνπερ ὦσι, προγόνοις αὐτοῦ πρόσπτυστον ὄντα καὶ ἀνάξιον· ἐὰν δὲ φαῦλοι, κολαζομένους ἐπιδὼν ἐκείνους καὶ ὀφθεὶς, δικαιοῦται πολὺν χρόνον ἐξαιρούμενος ἕκαστον τῶν παθῶν ἀλγηδόσι καὶ πόνοις, οἳ τοσούτῳ μεγέθει καὶ σφοδρότητι τοὺς διὰ σαρκὸς ὑπερβάλλουσιν, ὅσῳ τὸ ὕπαρ ἂν εἴη τοῦ ὀνείρατος ἐναργέστερον. Οὐλαὶ δὲ καὶ μώλωπες ἐπὶ τῶν παθῶν ἑκάστου τοῖς μὲν μᾶλλον ἐμμένουσι, τοῖς δὲ ἧσσον. Ὅρα δὲ, εἶπε, τὰ ποικίλα ταῦτα καὶ παντοδαπὰ χρώματα τῶν ψυχῶν· τὸ μὲν ὄρφνιον καὶ ῥυπαρὸν, ἀνελευθερίας ἀλοιφὴν καὶ πλεονεξίας· τὸ δὲ αἱματωπὸν καὶ διάπυρον, ὠμότητος καὶ πικρίας· ὅπου δὲ τὸ γλαύκινόν ἐστιν, ἐντεῦθεν ἀκρασία τις περὶ ἡδονὰς ἐκτέτριπται μόλις· κακόνοια δ' ἐνοῦσα μετὰ φθόνου τουτὶ τὸ ἰῶδες καὶ ὕπουλον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν, ἀφίησιν. Ἐκεῖ γὰρ ἡ μὲν κακία τῆς ψυχῆς τρεπομένης ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ τρεπούσης τὸ σῶμα τὰς χρόας ἀναδίδωσιν, ἐνταῦθα δὲ καθαρμοῦ καὶ κολάσεως πέρας ἐστὶ, τούτων ἐκλεανθέντων, [ὥστε] παντάπασι τὴν ψυχὴν αὐγοειδῆ καὶ σύγχρουν γίνεσθαι. Μέχρι δὲ οὗ ταῦτα ἔνεστι, γίνονταί τινες ὑποτροπαὶ τῶν παθῶν, σφυγμοὺς ἔχουσαι καὶ πήδησιν, ἐνίαις μὲν ἀμυδρὰν καὶ ταχὺ κατασβεννυμένην, ἐνίαις δὲ νεανικῶς ἐντείνουσαν· ὧν αἱ μὲν πάλιν καὶ πάλιν κολασθεῖσαι τὴν προσήκουσαν ἕξιν καὶ διάθεσιν ἀναλαμβάνουσι· τὰς δ' αὖθις εἰς σώματα ζῴων ἐξήνεγκε βιαιότης ἀμαθίας καὶ φιληδονίας εἶδος· ἡ μὲν γὰρ ἀσθενείᾳ λόγου καὶ δι' ἀργίαν τοῦ θεωρεῖν ἔρρεψε τῷ πρακτικῷ πρὸς γένεσιν· ἡ δ' ὀργάνου τοῦ ἀκολάστου δεομένη, ποθεῖ τὰς ἐπιθυμίας συρράψαι ταῖς ἀπολαύσεσι, καὶ συνεπαίρεσθαι διὰ σώματος· ἐνταῦθα γὰρ οὐδὲν, ἢ σκιά τις ἀτελὴς καὶ ὄναρ ἡδονῆς πλήρωσιν οὐκ ἐχούσης, πάρεστι. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἦγεν αὐτὸν ταχὺ μὲν, ἄπλετον δέ τινα τόπον, ὡς ἐφαίνετο, διεξιόντα ῥᾳδίως καὶ ἀπλανῶς, οἷον ὑπὸ πτερῶν τῶν τοῦ φωτὸς αὐγῶν ἀναφερόμενον· μέχρις οὗ πρός τι χάσμα μέγα καὶ κάτω διῆκον ἀφικόμενος, ὑπὸ τῆς ἐχούσης ἀπελείφθη δυνάμεως, καὶ τὰς ἄλλας ψυχὰς ἑώρα τοῦτο πασχούσας ἐκεῖ· συστελλόμεναι γὰρ, ὥσπερ αἱ ὄρνιθες, καὶ καταφερόμεναι, κύκλῳ τὸ χάσμα περιῄεσαν· ἄντικρυς δὲ περᾶν οὐκ ἐτόλμων. Εἴσω μὲν ὀφθῆναι, τοῖς βακχικοῖς ἄντροις ὁμοίως ὕλῃ καὶ χλωρότητι καὶ χλόαις ἀνθέων ἁπάσαις διαπεποικιλμένον· ἐξέπνει δὲ μαλακὴν καὶ πραεῖαν αὖραν, ὀσμὰς ἀναφέρουσαν ἡδονῆς τε θαυμα-

apud Persas eorum qui puniuntur vestes atque tiaras convellunt ac flagellant, ipsis plorantibus et ut desistatur cœpto obsecrantibus : ita supplicia quæ a facultatibus et corporibus exiguntur, vehementem non inferunt ictum, neque ipsam attingunt malitiam, sed pleraque tantum opinionem quamdam sensumque externum pœnæ præbent. Qui vero hinc pœna evitata et inexpiatus eo pervenit, hunc excipiens Justitia conspicuum atque nudum, ac qui pravitatem suam nulli rei immergere, nullo velare modo possit, sed undiquaque ab omnibus talis qualis est perspiciatur, primum parentibus ac majoribus suis probis, si quidem tales sint, demonstrat, indignum ipsis atque conspuendum : sin mali fuerunt, pœnas eorum videns, ipsis vicissim cernentibus plectitur per longum satis tempus, singula vitia iis luens doloribus ac cruciatibus, qui magnitudine et vehementia tanto superant corporis dolores, quanto res vera est quam somnium efficacior. Cicatrices autem et vibices restant a singulis vitiis, majores aliis, aliis minores. Jam mihi, aiebat, considera varios istos animarum et omnigenos colores. Squalidus iste et caliginosus, illiberalium sordium est pigmentum atque avaritiæ : sanguinolentus et igneus, crudelitatis atque sævitiæ : cœruleus intemperantiæ circa voluptates : lividus ac violaceus, et qualis atramenti quod sepia emittit, invidiæ ac malignitatis. Etenim ut hic vitiositas per animæ motus in corpora certos colores didit : ita ibi color finis est lustrationis atque pœnæ. His coloribus omnino detersis, anima splendida et macularum expers redditur. Quandiu autem inhærent, reciprocant affectus cum saltu quodam et agitatione, quæ in quibusdam languidior est ac facile exstinguitur, in aliis vehementer se intendit. Atque harum animarum aliæ iterum iterumque punitæ convenientem sibi habitum affectionemque tandem adipiscuntur : alias rursum in corpora animalium expellit violentia quædam inscitiæ et cupiditatis voluptatum genus : hæc rationis imbecillitate et ob contemplatricis facultatis socordiam activam inclinat ad procreationem : alia cum instrumentum intemperantiæ desideret, cupit suos appetitus ad fruendum perducere, et per corpus implere ; isthic enim nihil nisi umbra quædam imperfecta et somnium voluptatis nunquam implendæ adest. Hæc locutus, Thespesium celeriter sane, cæterum per immensum spatium, ut apparebat, produxit, facile atque expedite pergentem, quippe qui splendore luminis tanquam alis veheretur, donec ad magnum quemdam hiatum deorsum penetrantem fuit perventum : ibi desertus a vi eum tenente, vidit alias idem pati animas. Instar avium enim coeuntes eo, atque in orbem circum hiatum obambulantes, recta transire non audebant. Ipse hiatus intus bacchici in morem antri conspiciebatur materia, viriditate, et floribus omnis generis varie ornatus : exhalabat autem lenem auram quæ odorem exhibebat suavitatis

σίας, καὶ κρᾶσιν, οἵαν ὁ οἶνος τοῖς μεθυσκομένοις, ἐμποιοῦσαν· εὐωχούμεναι γὰρ αἱ ψυχαὶ ταῖς εὐωδίαις, διεχέοντό τε καὶ πρὸς ἀλλήλας ἐφιλοφρονοῦντο· καὶ τὸν τόπον ἐν κύκλῳ κατεῖχε βακχεία καὶ γέλως, καὶ πᾶσα μοῦσα παιζόντων καὶ * τερπομένων. Ἔλεγε [δὲ] ταύτῃ τὸν Διόνυσον ἀνελθεῖν εἰς θεοὺς, καὶ τὴν Σεμέλην ανάγειν ὕστερον· καλεῖσθαι δὲ Λήθης τὸν τόπον. Ὅθεν οὐδὲ διατρίβειν βουλόμενον εἶα τὸν Θεσπέσιον, ἀλλ' ἀφεῖλκε βίᾳ, διδάσκων ἅμα καὶ λέγων, ὡς ἐκτήκεται καὶ ἀνυγραίνεται τὸ φρονοῦν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· τὸ δ' ἄλογον καὶ σωματοειδὲς ἀρδόμενον καὶ σαρκούμενον, ἐμποιεῖ τοῦ σώματος μνήμην, ἐκ δὲ τῆς μνήμης ἵμερον καὶ πόθον ἕλκοντα πρὸς γένεσιν, ἣν οὕτως ὠνομάσθαι νεῦσιν ἐπὶ γῆν οὖσαν, ὑγρότητι βαρυνομένης τῆς ψυχῆς. Ἄλλην οὖν τοσαύτην διελθὼν ὁδὸν, ἔδοξεν ἀφορᾶν κρατῆρα μέγαν, εἰς δὲ τοῦτον ἐμβάλλοντα ῥεύματα, τὸ μὲν, ἀφροῦ θαλάσσης ἢ χιόνων λευκότερον, τὸ δὲ, ὁποῖον ἶρις ἐξανθεῖ τὸ ἁλουργὸν, ἄλλα δ' ἄλλαις βαφαῖς κεχρωσμένα, πρόσωθεν ἴδιον ἐχούσαις φέγγος· ὡς δὲ πλησίον ἦλθεν, ὁ κρατὴρ ἐκεῖνος, ἀφανισθέντος μᾶλλον τοῦ περιέχοντος, τῶν τε χρωμάτων ἀμαυρουμένων, τὸ ἀνθηρότερον ἀπέλιπε, πλὴν τῆς λευκότητος. Ἑώρα δὲ τρεῖς δαίμονας ὁμοῦ καθημένους ἐν σχήματι τριγώνου, πρὸς ἀλλήλους τὰ ῥεύματα μέτροις τισὶν ἀνακεραννύντας. Ἔλεγεν οὖν ὁ τοῦ Θεσπεσίου ψυχοπομπὸς, ἄχρι τούτου τὸν Ὀρφέα προσελθεῖν, ὅτε τὴν ψυχὴν τῆς γυναικὸς μετῄει, καὶ μὴ καλῶς διαμνημονεύσαντα λόγον εἰς ἀνθρώπους κίβδηλον ἐξενεγκεῖν, ὡς κοινὸν εἴη μαντεῖον ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος καὶ Νυκτός· οὐδενὸς γὰρ Ἀπόλλωνι νύκτα κοινωνεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη, Νυκτός ἐστι καὶ Σελήνης μαντεῖον κοινὸν, οὐδαμοῦ τῆς γῆς περαῖνον, οὐδ' ἔχον ἕδραν μίαν, ἀλλὰ πάντῃ πλανητὸν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐνυπνίοις καὶ εἰδώλοις· ἐκ τούτου γὰρ οἱ ὄνειροι μιγνύμενοι, ὡς ὁρᾷς, τῷ ἀπατηλῷ καὶ ποικίλῳ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς παραλαμβάνοντες, διασπείρουσι. Τὸ δ' Ἀπόλλωνος οὐ κάτοιδας, εἶπεν, οὐδὲ κατιδεῖν ἔσῃ δυνατός· ἀνωτέρω γὰρ οὐχ ἐπιδίδωσιν οὐδὲ χαλᾷ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπίγειον, ἀλλὰ κατατείνει τῷ σώματι προσηρτημένον. Ἅμα δ' ἐπειρᾶτο προσάγων ἐπιδεικνύειν αὐτῷ τὸ φῶς ἐκ τοῦ τρίποδος, ὡς ἔλεγε, διὰ τῶν κόλπων τῆς Θέμιδος ἀπερειδόμενον εἰς τὸν Παρνασόν· καὶ προθυμούμενος ἰδεῖν, οὐκ εἶδεν ὑπὸ λαμπρότητος, ἀλλ' ἤκουε παριὼν φωνὴν ὀξεῖαν γυναικὸς, ἐν μέτρῳ φράζουσαν ἄλλα [τέ] τινα, καὶ χρόνον, ὡς ἔοικε, τῆς ἐκείνου τελευτῆς. Ἔλεγε δὲ ὁ δαίμων, τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης· ᾄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων ἐν τῷ προσώπῳ τῆς σελήνης περιφερομένην. Βουλόμενος οὖν ἀκροᾶσθαι πλείονα, τῇ ῥύμῃ τῆς σελήνης εἰς τοὐναντίον, ὥσπερ ἐν ταῖς δίναις, ἐξεώσθη, καὶ βραχέα κατήκουσεν· ὧν ἦν καὶ τὸ περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος καὶ τὴν Δικαιαρχείας ὑπὸ πυρὸς φθορὰν γενησομένην· καί τι κομμάτιον περὶ τοῦ τότε ἡγεμόνος, ὡς Ἐσθλὸς ἐὼν, νούσῳ τυραννίδα λείψει. Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν θέαν τῶν κολαζομένων

admirabilis, eamque temperiem afferebat fruentibus, quam vinum solet ebriis; nam fragrantia illa perfruentes animæ, lætitia perfundebantur, sibique invicem blandiebantur. Circa eum locum in orbem erat bacchatio, risus, omnisque jocantium et sese oblectantium musa. Atque ea cognatus ille Thespesii dicebat Bacchum in deos abiisse, Semelenque postea eodem adduxisse : vocari autem *Lethæ* (id est Oblivionis) locum. Itaque cupientem non passus est ibi commorari Thespesium, sed vi abstraxit, simul docens, præ voluptate colliquari et humectari mentem : brutam vero partem rigatam et carne indutam, memoriam corporis excitare : ex ea desiderium nasci, quod trahat ad generationem, quæ sic dicatur γένεσις cum sit ἐπὶ γῆν νεῦσις, inclinatio in terram. Tantumdem porro itineris ubi confecit Thespesius, visus est sibi videre ingentem craterem, inque eum rivos influere, quorum alius candidior maris spuma aut nivibus esset, alius purpuram arcus cœlestis referret, alii aliis coloribus infecti eminus suum perhiberent splendorem : ut propius accessit, crater ambiente aere magis abolito, et obscuratis coloribus, floridissimum deposuit absque albedine colorem. Vidit autem tres genios ibi in formam trianguli considentes, qui aquam influentem inter se mensuris quibusdam dimetirentur. Huc usque, aiebat Thespesii animæ ductor, Orpheum pervenisse, quo tempore animam uxoris quæsivit : et non probe memoria suggerente falsum hunc ad homines sparsisse sermonem, *Oraculum quod apud Delphos est, Apollini esse cum Nocte commune;* cum quidem commune Apollini cum nocte sit nihil. Verum hoc, addebat, Noctis est et Lunæ commune oraculum, nullo terræ fine inclusum, neque una certa fixum sede, sed quod usquequaque inter homines visis somniisque vagetur. Hinc enim somnia, ut vides, temperata, cum fallaci ac vario simplex verumque asciscentia disseminant. Apollinis autem neque vidisti, neque videre poteris : altius enim se non effert neque concedit animæ terrestris portio, sed deorsum tendit a corpore dependens. Simulque conatus est adducto Thespesio ostendere lumen, quod, ut narrabat, e tripode per sinus Themidis enititur in Parnassum : sed cum id is videre cuperet, præ splendore non conspexit : audivit tamen præteriens vocem acutam mulieris, carmine edentis cum alia quædam, tum tempus etiam quo ipse extremum esset vitæ diem confecturus. Dicebat autem genius vocem hanc esse Sibyllæ, quæ in facie lunæ circumvehens futura caneret. Cum autem plura vellet audire, impetu lunæ veluti fluctu in diversam partem compulsus, pauca percepit : e quibus fuit etiam vaticinium de monte Vesuvio, et Dicæarcheæ conflagratione, ac de principe ejus temporis versiculum hunc : *Bonus cum sit, morbo tyrannidem finiet.* Secundum hæc ad spectanda supplicia se conver-

ἐτρέποντο. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, δυσχερεῖς καὶ οἰκτρὰς εἶχον ὄψεις μόνον· ἐπεὶ δὲ καὶ φίλοις καὶ οἰκείοις καὶ συνήθεσιν ὁ Θεσπέσιος οὐκ ἂν προσδοκήσας κολαζομένοις ἐνετύγχανε, οἳ καὶ δεινὰ παθήματα καὶ τιμωρίας ἀσχήμονας καὶ ἀλγεινὰς ὑπομένοντες, ᾠκτίζοντο πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἀνεκλαίοντο· τέλος δὲ τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ κατεῖδεν ἔκ τινος βαράθρου στιγμάτων καὶ οὐλῶν μεστὸν ἀναδυόμενον, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας αὐτῷ, καὶ σιωπᾶν οὐκ ἐώμενον, ἀλλ' ὁμολογεῖν ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταῖς τιμωρίαις, ὅτι περὶ ξένους τινὰς μιαρὸς γενόμενος χρυσίον ἔχοντας, φαρμάκοις διαφθείρας, καὶ ἐκεῖ διαλαθὼν ἅπαντας, ἐνταῦθ' ἐξελεγχθεὶς, τὰ μὲν ἤδη πέπονθε, * τὰ δ' ἄγεται πεισόμενος. Ἱκετεύειν μὲν [οὖν] ἢ παραιτεῖσθαι περὶ τοῦ πατρὸς οὐκ ἐτόλμα, δι' ἔκπληξιν καὶ δέος· ὑποστρέψαι δὲ καὶ φυγεῖν βουλόμενος, οὐκ ἔτι τὸν πρᾶον ἐκεῖνον ἑώρα καὶ οἰκεῖον ξεναγὸν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρων τινῶν φοβερῶν τὴν ὄψιν εἰς τὸ πρόσθεν ὠθούμενος, ὡς ἀνάγκην οὖσαν οὕτω διεξελθεῖν, ἐθεᾶτο τῶν μὲν γνωρίμως πονηρῶν γενομένων, ἢ κολασθέντων αὐτόθι τὴν σκιὰν οὐκέτ' εἶναι χαλεπῶς οὐδ' ὁμοίως τριβομένην ἀτελῆ περὶ τὸ ἄλογον καὶ παθητικὸν, ἐπίπονον οὖσαν· ὅσοι δὲ πρόσχημα καὶ δόξαν ἀρετῆς περιβαλλόμενοι διεβίωσαν κακίᾳ λανθανούσῃ, τούτους ἐπιπόνως καὶ ὀδυνηρῶς ἠνάγκαζον ἕτεροι περιεστῶτες ἐκτρέπεσθαι τὰ ἐντὸς ἔξω τῆς ψυχῆς, ἰλυσπωμένους παρὰ φύσιν καὶ ἅμα καμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς· ἐνίους δ' ἀναδέροντες αὐτῶν καὶ ἀναπτύσσοντες, ἀπεδείκνυσαν ὑπούλους καὶ ποικίλους, ἐν τῷ λογιστικῷ καὶ κυρίῳ τὴν μοχθηρίαν ἔχοντας. Ἄλλας δ' ἔφη ψυχὰς ἰδεῖν, ὥσπερ τὰς ἐχίδνας περιπεπλεγμένας σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ πλείονας, ἀλλήλας ἐσθιούσας ὑπὸ μνησικακίας καὶ κακοθυμίας ὧν ἔπαθον ἐν τῷ ζῆν ἢ ἔδρασαν. Εἶναι δὲ καὶ λίμνας παραλλήλας, τὴν μὲν χρυσοῦ περιζέοντος, τὴν δὲ μολίβδου ψυχροτάτην, ἄλλην δὲ τραχεῖαν σιδήρου· καί τινας ἐφεστάναι δαίμονας, ὥσπερ οἱ χαλκεῖς, ὀργάνοις ἀναλαμβάνοντας καὶ καθιέντας ἐν μέρει τὰς ψυχὰς τῶν δι' ἀπληστίαν καὶ πλεονεξίαν πονηρῶν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ χρυσῷ διαπύρους καὶ διαφανεῖς ὑπὸ τοῦ φλέγεσθαι γενομένας, ἐνέβαλλον εἰς τὴν τοῦ μολίβδου βάπτοντες· ἐκπαγείσας δ' αὐτόθι καὶ γενομένας σκληρὰς, ὥσπερ αἱ χάλαζαι, πάλιν εἰς τὴν τοῦ σιδήρου μεθίστασαν· ἐνταῦθα δὲ μέλαιναί τε δεινῶς ἐγίνοντο, καὶ περικλώμεναι διὰ σκληρότητα, καὶ συντριβόμεναι, τὰ εἴδη μετέβαλλον· εἶθ' οὕτω πάλιν εἰς τὸν χρυσὸν ἐκομίζοντο, δεινὰς, ὡς ἔλεγεν, ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀλγηδόνας ὑπομένουσαι. Πάντων δὲ πάσχειν ἔλεγεν οἰκτρότατα τὰς ἤδη δοκούσας ἀφεῖσθαι τῆς Δίκης, εἶτ' αὖθις συλλαμβανομένας· αὗται δ' ἦσαν, ὧν εἴς τινας ἐκγόνους ἢ παῖδας ἡ ποινὴ περιῆλθεν. Ὁπότε γάρ τις ἐκείνων ἀφίκοιτο καὶ περιτύχοι, προσέπιπτεν ὀργῇ καὶ κατεβόα, καὶ τὰ σημεῖα τῶν παθῶν ἐδείκνυεν, ὀνειδίζουσα καὶ διώκουσα φεύγειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι

terunt. Atque initio quidem tantum difficilia et miserabilia visa ipsis sunt oblata : post in amicos etiam, familiares, et socios præter omnem suam exspectationem incidit Thespesius, qui graves cruciatus, ac fœda supplicia durissimaque perferentes, ipsum cum lamentatione et ploratu compellarent : denique etiam patrem suum conspexit e voragine quadam emergentem, plenum puncturarum atque cicatricum, manus adversus se intendentem, ac silere non passum, sed coactum a præfectis suppliciorum fateri, nefarie se hospites quosdam auro præditos veneno sustulisse, et cum isthic latuisset omnes, hic sceleris convictum partim dedisse pœnas, et jam duci ut reliqua patiatur. Deprecari ibi aut intercedere pro patre non ausus præ metu et terrore Thespesius, cum referre pedem et fugere vellet, non jam amplius benignum illum et familiarem vidit ductorem : sed ab aliis quibusdam aspectu terribilibus propulsus, veluti necessitas esset ita progredi, reliqua spectavit. Eorum qui aperte mali fuerant, aut in vita pœnas dederant, animadvertit umbram non ita jam difficilem subire pœnam, sed fere irrita ac laboriosa versari cupiditate partis animæ irrationalis et affectibus subjectæ. Qui vero sub prætextu et opinione virtutis vitam latente improbitate exegissent, hos alii astantes cogebant magno cum labore et dolore interiora animæ foras obvertere, contra naturam torquentes sese et flectentes, quomodo marinæ scolopendræ hamo vorato sese volventes invertunt : quosdam cute derepta explicantes, ostendebant intus vitiosos, et qui nequitiam in ratione animæ partis principe tectam gessissent. Alias quoque se vidisse animas perhibebat, quæ viperarum instar binæ, ternæ, aut etiam plures complicatæ, invicem se manderent, ob memoriam injuriarum et mœstitiam de rebus in vita actis aut toleratis. Esse etiam lacus juxta se positos, unum ferventis auri, alium frigidissimi plumbi, tertium asperi ferri : his astare quosdam genios, qui fabrorum ærariorum in morem instrumentis suis animas eorum qui ob avaritiam et habendi inexpletam cupiditatem malefici fuissent lacubus qua demitterent, qua extraherent. Nam in aureo lacu cum candentes ac vi ignis perspicuæ essent redditæ, plumbeo injectæ congelabant : et grandinis ritu duratæ, in ferreo nigerrimæ fiebant, ac confringebantur conterebanturque ob duritiem, formaque mutata rursum ad aureum lacum rejiciebantur, atroces, ut aiebat, hisce in mutationibus cruciatus perferentes. Omnium autem miserrime excruciari eas, quæ jam missæ factæ cum viderentur, ad supplicium retrahebantur : hæ autem erant, quarum pœnæ in posteros redundarent. Cum enim harum aliqua eodem pervenit, irata incidit, et clamore obtundit, signa ostendens eorum quæ passa est, exprobratque et insequitur

βουλομένην, οὐ δυναμένην δέ. Ταχὺ γὰρ μετέθεον οἱ κολασταὶ πρὸς τὴν Δίκην, καὶ ἐξ ἀρχῆς ἤπειγον ὀλοφυρομένας, τῷ προγινώσκειν τὴν τιμωρίαν. Ἐνίας δὲ καὶ πολλὰς ἅμα τῶν ἐκγόνων ἔλεγε συνηρτῆσθαι, καὶ καθάπερ μελίττας ἢ νυκτερίδας ἀτεχνῶς ἐχομένας καὶ τετριγυίας ὑπὸ μνήμης καὶ ὀργῆς, ὧν ἔπαθον δι' αὐτάς. Ἔσχατα δὲ ὁρῶντος αὐτοῦ τὰς ἐπὶ δευτέραν γένεσιν τρεπομένας ψυχάς, εἴς τε ζῷα παντοδαπὰ καμπτομένας βίᾳ καὶ μετασχηματιζομένας ὑπὸ τῶν ταῦτα δημιουργούντων ὀργάνοις τισὶ καὶ πληγαῖς, τῶν μὲν ὅλα τὰ μέρη συνελαυνόντων, τὰ δ' ἀποστρεφόντων, ἔνια δ' ἐκλεαινόντων καὶ ἀφανιζόντων παντάπασιν, ὅπως ἐφαρμόσειεν ἑτέροις ἤθεσι καὶ βίοις. Ἐν ταύταις φανῆναι τὴν Νέρωνος ψυχὴν τά τ' ἄλλα κακῶς ἔχουσαν ἤδη, καὶ διαπεπαρμένην ἥλοις διαπύροις. Προκεχειρισμένων δὲ καὶ ταύτῃ τῶν δημιουργῶν Πινδαρικῆς ἐχίδνης εἶδος, ἐν ᾧ κυηθεῖσα καὶ διαφαγοῦσα τὴν μητέρα βιώσεσθαι, φῶς ἔφασκεν ἐξαίφνης διαλάμψαι μέγα, καὶ φωνὴν ἐκ τοῦ φωτὸς γενέσθαι, προστάττουσαν εἰς ἄλλο γένος ἡμερώτερον μεταβαλεῖν, ᾠδικόν τι μηχανησαμένους περὶ ἕλη καὶ λίμνας ζῷον· ὧν μὲν γὰρ ἠδίκησε, δέδωκε δίκας· ὀφείλεσθαι δέ τι καὶ χρηστὸν αὐτῷ παρὰ θεῶν,* ὅτι τῶν ὑπηκόων τὸ βέλτιστον καὶ θεοφιλέστατον γένος ἠλευθέρωσε, τὴν Ἑλλάδα. Μέχρι μὲν οὖν τούτων εἶναι θεατής· ὡς δ' ἀναστρέφειν ἔμελλεν, ἐν παντὶ γενέσθαι κακῷ διὰ φόβον. Γυναῖκα γάρ τινα λαβομένην αὐτοῦ, θαυμαστὴν τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος· Δεῦρο δή, εἶπεν, οὗτος, ὅπως ἕκαστα μᾶλλον μνημονεύσῃς. Καί τι ῥαβδίον, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, διάπυρον προσάγειν, ἑτέραν δὲ κωλύειν· αὐτὸν δὲ ὥσπερ ὑπὸ σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ, τῷ σώματι προσπεσεῖν, καὶ ἀναβλέψαι σχεδὸν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μνήματος.

fugere et se subducere frustra conantem : celeriter enim tortores accurrunt ad Justitiam, et denuo compellunt ejulantes ob prænotionem pœnæ. Nonnullas quoque et multas posterorum animas ferebat a se invicem pendere, et apum aut vespertilionum modo, majorum animam insectari ac stridere ob memoriam eorum, quæ ipsis propter eos eveniunt. Extremo loco vidit animas quæ ad secundum ortum conversæ in varia animalia vi flecterentur atque transformarentur instrumentis ac verberibus, ab iis quibus illud opificium commissum est : qui integra membra aut contundunt, aut avertunt, aut etiam omnino dedolant atque abolent, ut alii vitæ congruere possint. In his conspexit etiam Neronis animam, male jam cum alias affectam, tum clavis confixam ignitis. Huic cum jam opifices formam viperæ Pindaricæ præberent, in qua gestata in utero et matre peresa viveret, subito, ut narrabat, magnum effulsit lumen, et vox ex eo edita jussit *in aliud mansuetius animal mutari, quod circum paludes et lacus caneret : dedisse enim pœnas flagitiorum, et aliquod ei a diis deberi beneficium, quod subditorum optimam piissimamque gentem, Græcos, liberasset.* Atque hactenus fuit spectator. Reversurus autem, præ metu in extremum mali venit. Quædam enim mulier mirabili forma ac magnitudine eum arripiens : *Huc*, ait, *ades, ut singula rectius memoria complectaris :* et bacillum quoddam, quali pictores utuntur, candens ingessit : alia autem prohibuit. Ipse, tanquam a fistula, subito vento vehementi impulsus in corpus incidit, et oculos aperuit, tantum non jam in sepulcrum conditus.

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

Τὰ περὶ τῆς Εἱμαρμένης δοκοῦντα ἡμῖν, ὡς οἷόν τε σαφῶς καὶ συντόμως πειράσομαι ἐπιστεῖλαί σοι, φίλτατε Πείσων, ἐπειδὴ σὺ τοῦτο ἠξίωσας, οὐκ ἀγνοῶν, ἣν ἔχω πρὸς τὸ γράφειν εὐλάβειαν.

1. Πρῶτον τοίνυν ἴσθι, ὅτι Εἱμαρμένη διχῶς καὶ λέγεται καὶ νοεῖται. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἐνέργεια, ἡ δ' οὐσία. Πρῶτον μὲν οὖν ἐνέργειαν τύπῳ ὑπέγραψεν ὁ Πλάτων, ἔν τε τῷ Φαίδρῳ λέγων· Θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν [ψυχὴ] θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη· ἐν δὲ τῷ Τιμαίῳ· Νόμους, οὓς ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς φύσει ὁ θεὸς εἶπε ταῖς ἀθανάτοις ψυχαῖς· ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ· Ἀνάγκης θυγατρὸς Κόρης Λαχέσεως λόγον φησὶν εἶναι τὴν Εἱμαρμένην, οὐ τραγικῶς, ἀλλὰ θεολογικῶς, τὸ ἀρέσκον αὐτῷ ἀποφαινόμενος. Εἰ δὲ κοινότερον ἐθέλοι τις ταῦτα μεταλαβὼν ὑπογράψαι, ὡς μὲν ἐν Φαίδρῳ, λέγοιτ' ἂν ἡ εἱμαρμένη, λόγος θεῖος ἀπαρά-

DE FATO.

Nostram de Fato sententiam qua fieri potuit perspicuitate ac brevitate conscriptam, ad te mitto, carissime Piso : quando ita tu flagitasti, non ignarus quam caute me ad scribendum conferam.

I. Primum hoc scito, fatum dupliciter et dici et intelligi : vel ut *Actionem* (sic enim *energeian* Græcorum liceat interpretari) : vel ut *substantiam* (sive naturam). *Actionem* in Phædro adumbravit Plato, sic scribens : *Lexque hæc est Adrasteæ, ut quæcunque anima deo comes*, etc.; et in Timæo : *Leges, quas de natura Universi deus sanxit animis immortalibus :* et in Republica, *Fatum* ait *esse orationem virginis Lachesis, quæ Necessitatis sit filia :* non tragice, sed theologice suam opinionem enuntians. Quod si quis hæc velit magis vulgaribus verbis exprimi, dicamus in Phædro fatum describi, ut sit divina oratio quæ ob causam ab omni

ἕατος δι' αἰτίαν ἀνεμπόδιστον· ὡς δ' ἐν τῷ Τιμαίῳ, νόμος ἀκόλουθος τῇ τοῦ παντὸς φύσει, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα. Τοῦτο γὰρ ἡ Λάχεσις ἐργάζεται, ἡ τῆς Ἀνάγκης ἀληθῶς θυγάτηρ, ὡς καὶ πρότερον παρελάβομεν, καὶ ὕστερον ἔτι μᾶλλον εἰσόμεθα ἐν τοῖς κατὰ σχολὴν λόγοις. Ἥδε μὲν οὖν ἡ κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένη.

2. Ἡ δὲ κατ' οὐσίαν ἔοικεν εἶναι σύμπασα ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ τριχῇ διανεμηθεῖσα, εἴς τε τὴν ἀπλανῆ μοῖραν, καὶ εἰς τὴν πλανᾶσθαι νομιζομένην, καὶ τρίτην εἰς τὴν ὑπουράνιον τὴν περὶ γῆν ὑπάρχουσαν· ὧν ἡ μὲν ἀνωτάτω, Κλωθὼ προσαγορεύεται· ἡ δὲ μετ' αὐτὴν, Ἄτροπος· ἡ κατωτάτω δ' αὖ, Λάχεσις, δεχομένη μὲν τὰς οὐρανίας τῶν ἀδελφῶν ἐνεργείας, συμπλέκουσα δὲ καὶ διαδιδοῦσα ταύτας εἰς τὰ ἐπ' αὐτῆς τεταγμένα τὰ ἐπίγεια. Δυνάμει μὲν οὖν εἴρηται, ὁποία χρὴ λέγεσθαι περὶ τῆς κατ' οὐσίαν εἱμαρμένης· καὶ γὰρ ἥτις ἐστὶ, καὶ πόση τις, καὶ ὁποία, καὶ ὅπως τέτακται, καὶ ὅπως ἔχει αὐτή τε πρὸς ἑαυτὴν καὶ δὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς, ὡς ἐν ἐπιτομῇ εἴρηται· τὰ δὲ καθ' ἕκαστα περὶ τούτων, ὁ ἕτερος μῦθος ὁ ἐν τῇ Πολιτείᾳ μετρίως αἰνίττεται, καὶ ἡμεῖς εἰς δύναμίν σοι ταῦτα ἐπειράθημεν ἐξηγήσασθαι.

3. Πάλιν γε μὴν τὴν κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένην ἀναλαβόντες λέγωμεν· περὶ γὰρ ταῦτα τὰ πολλὰ ζητήματα φυσικά τε καὶ ἠθικὰ καὶ διαλεκτικὰ τυγχάνει ὄντα. Τίς μὲν οὖν ἐστιν, ἐπιεικῶς ἀφώρισται· * ὁποία δέ ἐστιν, ἑξῆς ῥητέον, εἰ καὶ πολλοῖς ἄτοπον φαίνεται. Ἀπείρων γὰρ ἐξ ἀπείρου, καὶ εἰς ἄπειρον [ὄντων] τῶν γενομένων, τὰ πάντα περιβαλοῦσα ἐν κύκλῳ ἡ εἱμαρμένη, οὐκ ἄπειρος, ἀλλὰ πεπερασμένη ἐστίν. Οὔτε γὰρ νόμος, οὔτε λόγος, οὔτε τι θεῖον ἄπειρον ἂν εἴη. Ἔτι δ' ἂν μάθοις τὸ λεγόμενον, νοήσας τήν τε ὅλην περίοδον, καὶ τὸν σύμπαντα χρόνον, ὅταν τῶν ὀκτὼ περιόδων, ὥς φησιν ὁ Τίμαιος, τὰ πρὸς ἄλληλα συμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν, τῷ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος αναμετρηθέντα κύκλῳ. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ λόγῳ ὡρισμένῳ τε ὄντι καὶ θεωρουμένῳ, πάντα, ὅσα τε κατ' οὐρανὸν, ἅ τ' ἐπὶ τὴν γῆν ἐξ ἀνάγκης ἄνωθεν συνίσταται, πάλιν μὲν εἰς τὸ αὐτὸ καταστήσεται, πάλιν δ' ἐξ ἀρχῆς [ὅλα] κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἀποδοθήσεται. Μόνη γοῦν ἡ κατ' οὐρανὸν σχέσις, αὐτή τε πρὸς ἑαυτὴν κατὰ πάντα τεταγμένη πρός τε τὴν γῆν καὶ πρὸς τὰ ἐπίγεια πάντα, διὰ μακρῶν περιόδων πάλιν ἐπανήξει ποτέ· αἵ τε μετ' αὐτὴν ἐφεξῆς καὶ ἐχόμεναι, ἀλλήλαις ἐχομένως, παρέσονται, ἑκάστη τὰ αὑτῆς ἐξ ἀνάγκης φέρουσαι. Ἔστω δὲ πρὸς τὸ σαφὲς τῶν περὶ ἡμᾶς νῦν ὄντων, ὅτι οὐ συμβαίνει ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ὡς πάντων αἰτιῶν ὄντων, καὶ τὸ ἐμὲ γράφειν νυνὶ τάδε, καὶ ὡδὶ σέ τε πράττειν, ἅπερ καὶ ὅπως τυγχάνεις πράττων· πάλιν τοίνυν ἐπειδὰν ἡ αὐτὴ ἀφίκηται αἰτία, τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως, οἱ αὐτοὶ γενόμενοι πράξομεν. Οὕτω δὲ καὶ πάντες ἄνθρωποι, καὶ τά γε ἑξῆς κατὰ τὴν ἑξῆς αἰτίαν γενήσεται καὶ πραχθήσεται, καὶ πάνθ' ὅλα καὶ [κατὰ] μίαν τὴν

impedimento immunem, invicta nec migrari possit: in Timæo, Legem appellari comitem naturæ Universi, secundum quam omnia quæ fiunt transigantur: hoc enim efficit Lachesis, vere Necessitatis filia, ut et ante commemoravimus, et postea plenius aperietur per disputationes in schola habendas. Et hoc quidem erat fatum, secundum Actionem.

II. At fatum, secundum substantiam, est, ut apparet, universa mundi anima, in tres partes quasi distributa: scilicet in portionem non errantem, in eam quæ errare sive vagari putatur, et in eam quæ infra cœlum circa terram versatur. Harum suprema Clotho appellatur: proxima Atropos: infima Lachesis, quæ sororum suarum cœlestes actiones excipiens connectit, et in terrestria, quibus præfecta est, didit. Quid, quotuplex, et quale sit fatum, quod Substantia censetur, quis ejus ordo, quis ad se invicem, quis ad nos respectus, compendio diximus: singula autem per aliam in Republica fabulam mediocriter significat Plato: et nos pro virili conati sumus tibi ea enarrare.

III. Nobis ad fatum quod in Actione est, referatur oratio: nam de hoc sunt illæ tam multæ naturalium, moralium, et ad dialecticam pertinentium rerum quæstiones. Satis definitum est, quid sit hoc fatum. Dicendum ergo deinceps, quale sit: quanquam hoc multis videtur absurdum. Fatum enim cum suo orbe omnia, quæ infinita ex infinito in infinitum fiunt, complectatur, infinitum ipsum non est, sed finitum. Nam neque lex, neque oratio, neque divinum quicquam infinitum esse potest. Idque rectius percipies, quod dixi, si consideres totam conversionem, et universum tempus quando octo orbium, ut ait Timæus, inter se finibus continuis conjunctæ celeritates ad caput redeunt, dimensæ circulo ejusdem et eodem semper modo moti orbis. Hac enim ratione, quæ definita et est et spectatur, omnia quæ in cœlo et in terra ex necessitate a primordio efficiuntur, et rursum in eumdem statum constituentur, et rursum tota eadem et eodem modo reddentur. Itaque solus cœli habitus et erga se, et erga terram ac terrena omnia ita est constitutus, ut longis temporum circuitionibus omnia revolvantur atque revertantur: quique illi cœli habitui proximi deinceps sunt habitus, unus alteri continuatus, sua quisque necessario afferens eventa et effectus, aderunt. Atque hoc nunc evidentiæ gratia in nostris rebus intellige, non efficacitate cœlestium, ut causarum unicarum, vel me nunc scribere isthæc, vel te quidquid agis, eo modo agere quo agis. Rursum tamen, cum eadem redibit causa, ii ipsi nos eadem ista eodemque modo agemus: idemque de omnibus hominibus et omnibus deinceps rebus valet quæ suis deinceps ipsæ causis et fient

ὅλην περίοδον καὶ καθ' ἑκάστην τῶν ὅλων ὡσαύτως, ἀποδοθήσεται. Φανερὸν τοίνυν ἤδη, ὅτι ἔφαμεν, τὴν εἱμαρμένην, ἄπειρον τρόπον τινὰ οὖσαν, μὴ ἄπειρον εἶναι, καὶ τό γε ῥηθὲν, ὅτι κύκλος τις ἐστὶ, μετρίως που κατῶπται· ὡς γὰρ καὶ ἡ τοῦ κύκλου κίνησις, ὅ τε ταύτην παραμετρῶν χρόνος κύκλος τις ἐστὶν, οὕτω καὶ τῶν κατὰ κύκλον γινομένων ὁ λόγος, κύκλος ἂν νομισθείη.

4. Σχεδὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο δηλοῖ, ὁποῖόν τι τυγχάνει ἡ εἱμαρμένη, πλὴν οὐχ ἥ γε κατὰ μέρος, οὐδ' ἡ καθ' ἕκαστα. Ποία τις οὖν καὶ ἥδε κατὰ τόδε τὸ εἶδος τοῦ λόγου; Ἔστι τοίνυν, ὡς ἄν τις εἰκάσαι, οἷος ὁ πολιτικὸς νόμος· [ὃς] πρῶτον μὲν τὰ πλεῖστα, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐξ ὑποθέσεως προστάττει· ἔπειτα μὴν καθόλου τὰ πόλει προσήκοντα εἰς δύναμιν περιλαμβάνει. Πάλιν δὲ τούτων ἑκάτερον ὁποῖόν τι ἐστὶ, σκεπτέον. Ἀκολούθως τοίνυν ὁ πολιτικὸς νόμος περί τ' ἀριστέως καὶ λιποτάκτου διαλέγεται, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως· ἀλλ' οὐ περὶ τοῦδε ἢ τοῦδε [ἢ] νόμιμόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ μὲν καθόλου, προηγουμένως· τὰ δὲ ὑποπίπτοντα τούτων, ἑπομένως. Καὶ γὰρ τὸ τιμῆσαι τόνδε τινὰ ἠριστευκότα, καὶ τὸ κολάσαι τόνδε τινὰ λιποτακτήσαντα νόμιμον ἂν φήσαιμεν, ὡς δυνάμει καὶ περὶ τούτων διατεταγμένου τοῦ νόμου· ὃν τρόπον ὁ ἰατρικὸς καὶ ὁ γυμναστικὸς ὡς εἰπεῖν νόμος, δυνάμει τὰ καθ' ἕκαστα τοῖς ὅλοις συμπεριλαμβάνει· οὕτω δὲ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου, προηγουμένως, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα, ἑπομένως. Ἔστι τε εἱμαρμένα τρόπον τινὰ καὶ ταῦτα πάντα ἐκείνοις συνειμαρμένα. Τάχα δ' ἄν τις τῶν ἄγαν ἀκριβολογουμένων τὰ τοιαῦτα, καὶ τοὐναντίον φαίη προηγούμενα συντετάχθαι τὰ καθ' ἕκαστα, εἶναί τε τούτων ἕνεκα καὶ τὸ καθόλου, προηγεῖσθαι δὲ τῶν ἕνεκά του τὸ οὗ ἕνεκα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις σκεπτέον. Ὅτι δ' οὐ πάντα καθαρῶς οὐδὲ διαῤῥήδην ἡ εἱμαρμένη περιέχει, ἀλλ' ὅσα καθόλου, τοῦτο δὴ ἐν τῷ παρόντι ῥηθὲν, πρός τε τὸν ἑξῆς λόγον, καὶ τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν, χώραν ἔχει.* Τὸ μὲν γὰρ ὡρισμένον οἰκεῖον τῇ θείᾳ φρονήσει, ἐν τῷ καθόλου μᾶλλον θεωρεῖται· τοιοῦτος καὶ ὁ θεῖος νόμος. Ὁ μέντοι γε πολιτικὸς, τὸ δ' ἄπειρον ἐν τῷ καθ' ἕκαστα. Μετὰ δὴ ταῦτα, οἷον μέν ἐστιν [ἐξ] ὑποθέσεως· ὅτι δὲ τοιοῦτον καὶ ἡ εἱμαρμένη, ῥητέον. Ἐξ ὑποθέσεως δὴ ἔφαμεν τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ τιθέμενον, ἀλλὰ πρὸς ἑτέρῳ τινὶ ὡς ἀληθῶς ὑποτεθὲν, ὁπόσα ἀκολουθίαν σημαίνει. «Θεσμός τ' Ἀδραστείας ὅδε· ἥτις ἂν ψυχὴ συνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν μέχρι τῆς ἑτέρας περιόδου, εἶναι ἀπήμονα· κἂν ἀεὶ δύνηται τοῦτο ποιεῖν, ἀβλαβῆ εἶναι.» Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἅμα καὶ καθόλου. Ὅτι δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη τοιοῦτον τυγχάνει ὂν, ἔκ τε τῆς οὐσίας αὐτῆς, καὶ ἐκ τῆς προσηγορίας δῆλον. Εἱμαρμένη τε γὰρ προσαγορεύεται, ὡς ἂν εἱρομένη τις· θεσμὸς δὲ καὶ νόμος ὑπάρχει, τῷ τὰ ἀκόλουθα τοῖς γινομένοις πολιτικῶς διατετάχθαι.

5. Ἑξῆς δὲ σκεπτέον καὶ τὰ κατὰ τὸ πρός τι, πῶς

et agentur : et omnia tota cum in una tota conversione, tum in unaquaque totarum eodem modo redibunt. Manifestum ergo jam est quod diximus, fatum quodam modo infinitum, non esse tamen infinitum : ac satis potuit perspici esse circulum quemdam. Ut enim et motus circularis, et tempus eum metiens circulus item est : ita ratio etiam eorum quæ circulo fiunt, est pro circulo habenda.

IV. Fere id quoque ostendit, qualis res sit, fatum, nec tamen, qualis sit res fatum particulare, et singulare. Quale ergo est secundum hanc nostræ disputationis rationem? Est, quantum conjici potest, simili civili legi. Primum enim si non omnia, tamen pleraque conditione certa mandat : deinde quidem universe sua potentia omnia complectitur, quæ ad civitatem pertinent : quorum utrumque quale sit, agedum consideremus. Universe civilis lex legitimum significat de eo qui rem fortiter gesserit, et de eo qui ordinem deseruerit, eodemque modo etiam de aliis : non autem de certis personis : sed quæ universa sunt, ea principe loco, consequenter ea quæ sub iis continentur, proponit. Itaque legitimum dicemus esse, ut iste vel iste ob rem præclare gestam honore afficiatur, alius ob desertam aciem puniatur : scilicet quia lex facultate significationis et non expressis quidem verbis, sed tamen ita ut istos ea comprehendant, de iis sanxerit : sicut medicorum quoque et corpora exercentium leges, singularia in universalibus potestate inclusa proponunt : ita naturæ etiam lex universalia primarie ac præcipue, consequenter singularia instituit : ut ista fatalia sint quodam modo, quippe quæ universalium fatis conjuncta sint, et, fatis, ut sic dicam, confatalia. Sed fortassis eorum aliquis qui isthæc nimis accurate examinant, subtiliusque rimantur, contra dixerit, fato præcipue singularia, propter hæc universalia demum tanquam confatalia destinari, quæ horum gratia sunt : præcedit enim id propter quod reliqua sunt et posteriora sunt quæ alterius gratia sunt iis propter quæ sunt. Verum de hoc alibi agetur : non omnia autem simpliciter atque expresse fato contineri, sed tantum universalia, id in præsentia dictum et ad sequentes et ad præcedentes nostræ disputationis partes congruit. Quod enim definitum est, id divinæ convenit prudentiæ : et vero in universali conspicitur : talis ergo est et divina lex, et civilis : in singularibus infinitas locum habet. Videamus nunc, quid sit *cum conditione poni* (quod *ex hypothesi* Græcis dicitur) : et tale esse fatum intelligamus. *Poni* ergo *certa quadam conditione* dicitur, quod non per se vel absolute, sed ad aliud relatum, eo posito ponitur ipsum, atque hac ratione judicatur, hoc illius esse consequens. Quale est illud apud Platonem : *Hæc est Adrasteæ sanctio : Quicunque animus Dei comes factus aliquid veri perspexerit, is usque ad alteram circuitionem a supplicio sit immunis : et si possit perpetuo id facere, perpetuo sit illæsus.* Hoc et *universe* dictum est, et *cum conditione.* Ipsum autem fatum tale esse, e natura ejus, et appellatione constat. *Himarmene* etiam dicitur, quasi nexa et conserta : et sanctio est ac lex, quia civili modo constitutum habet quid ex factis consequatur.

V. Deinceps consideremus ea quæ ad mutuam rela-

μὲν πρὸς τὴν πρόνοιαν ἡ εἱμαρμένη ἔχει, πῶς δὲ πρὸς τὴν τύχην, καὶ τό γε ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· πρὸς δὲ τούτῳ διωρίσθω, πῇ μὲν ἀληθὲς, πῇ δὲ ψεῦδος, τὸ Πάντα καθ' εἱμαρμένην. Εἰ μὲν οὖν τὸ ἐν τῇ εἱμαρμένῃ πάντα περιέχεσθαι δηλοῖ, συγχωρητέον εἶναι ἀληθές· εἴτε ὅσα περὶ ἀνθρώπους, εἴτε περὶ γῆν ἅπαντα, εἴτε κατ' οὐρανὸν γινόμενα, βούλεταί τις ἐν τῇ εἱμαρμένῃ τίθεσθαι, καὶ ταῦτα ὡς πρὸς τὸ παρὸν συγκεχωρήσθω. Εἰ δ', ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐμφαίνει, τὸ καθ' εἱμαρμένην οὐχ ἅπαντα, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ ἑπόμενον αὐτῷ σημαίνει, οὐ πάντα ῥητέον καθ' εἱμαρμένην, οὐδ' εἰ καθ' εἱμαρμένην πάντα. Οὐδὲ γὰρ νόμιμα, οὐδὲ κατὰ νόμον πάντα, ὁπόσα περιείληφεν ὁ νόμος· καὶ γὰρ προδοσίαν, καὶ λιποταξίαν, καὶ μοιχείαν, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα περιλαμβάνει, ὧν οὐδὲν ἄν τις εἴποι νόμιμον· ὁπότε οὐδὲ τὸ ἀριστεῦσαι, ἢ τυραννοκτονῆσαι, ἤ τι ἄλλο κατορθῶσαι, φαίην ἂν ἔγωγε νόμιμον. Τὸ μὲν γὰρ δὴ νόμιμον, πρόσταγμα νόμου ἐστί· τὸ δ' εἴπερ ὁ νόμος προστάττει, πῶς οὐκ ἂν ἀπειθοῖεν καὶ παρανομοῖεν οἵ γε μὴ ἀριστεύοντες, καὶ τυραννοκτονοῦντες, καὶ ὅσοι τὰ τοιαῦτα μὴ κατορθοῦσιν; ἢ πῶς, εἰ παράνομοι οἵδε, οὐ δίκαιον κολάζειν τοὺς τοιούτους; Εἴ γε μὴν ταῦτα λόγον οὐκ ἔχει, μόνα ῥητέον νόμιμά τε καὶ κατὰ νόμον τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου ὁρισθέντα ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν πραττομένοις· μόνα δὲ εἱμαρμένα καὶ καθ' εἱμαρμένην, τὰ ἀκόλουθα τοῖς ἐν τῇ θείᾳ διατάξει προηγησαμένοις. Ὥστε πάντα μὲν τὰ γινόμενα ἡ εἱμαρμένη περιλαμβάνει, πολλὰ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ, καὶ σχεδὸν ὅσα προηγεῖται, οὐκ ὀρθὸν λέγειν καθ' εἱμαρμένην.

6. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἑξῆς ῥητέον, ὡς τό γ' ἐφ' ἡμῖν καὶ ἡ τύχη, τό τε δυνατὸν καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ τὰ τούτων συγγενῆ ταχθέντα ἐν τοῖς προηγουμένοις, αὐτά τε σώζοιτ' ἂν, καὶ τὴν εἱμαρμένην σώζοι. Ἡ μὲν γὰρ εἱμαρμένη πάντα περιέχει, καθάπερ καὶ δοκεῖ· τὰ δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης γενήσεται, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν, οἷον καὶ πέφυκεν εἶναι. Πέφυκε δὲ τὸ δυνατὸν, ὡς γένος προϋφεστάναι τοῦ ἐνδεχομένου· τὸ δ' ἐνδεχόμενον, ὡς ὕλη τῶν ἐφ' ἡμῖν προϋποκεῖσθαι· τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν, ὡς κύριον χρῆσθαι τῷ ἐνδεχομένῳ· ἡ δὲ τύχη παρεμπίπτει τῷ ἐφ' ἡμῖν διὰ τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὴν τοῦ ἐνδεχομένου. Μάθοις δ' ἂν τὸ λεγόμενον σαφῶς ἐννοήσας, ὡς τὸ γινόμενον ἅπαν καὶ ἡ γένεσις αὐτὴ, οὐ δίχα δυνάμεως, * ἡ δὲ δύναμις, οὐκ ἄνευ οὐσίας. Οἷον, ἀνθρώπου εἴτε γένεσις, εἴτε γεννητὸν, οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως· αὕτη δὲ περὶ ἄνθρωπον, οὐσία δὲ ὁ ἄνθρωπος. Ἀπὸ δὲ τῆς δυνάμεως μεταξὺ οὔσης, ἡ μὲν οὐσία δυνάμενον, ἡ δὲ γένεσις καὶ τὸ γινόμενον, ἄμφω δυνατά. Τριῶν τοίνυν τούτων, δυνάμεως καὶ δυναμένου καὶ δυνατοῦ, δυνάμεως μὲν ὡς τὸ εἶναι προϋπόκειται τὸ δυνάμενον, δυνατοῦ δὲ ἡ δύναμις προϋφίσταται. Σαφὲς μὲν οὖν καὶ οὕτω τὸ δυνατόν. Τύπῳ δ' ἂν ἀφορισθείη, κοινότερον μὲν, τὸ κατὰ δύναμιν πεφυκὸς γίνεσθαι· κυριώτερον δὲ, ταὐτὸ τοῦτο,

tionem seu affectionem attinent : id est, quo pacto Fatum cum Providentia, cum Fortuna, cum Eo quod in Nostra est Potestate, cum Contingentia comparetur atque componatur : addendumque est, quatenus verum sit, quatenus falsum, *Omnia fato fieri*. Hæc ergo enuntiatio, siquidem id notat, *Fato omnia contineri*, prorsus est concedenda, sive quis de rebus humanis et terrestribus, sive de cœlestibus velit intelligi : atque hoc in præsentia, quod ad nostram attinet disputationem, concessum esto. Sin, quod multo magis illa vox præ se fert, Fatum non omnia, sed illud potissimum significat, quod *Fati est consequens* : non dicendum est omnia fieri secundum fatum, ne si comprehenderentur quidem fato. Non enim legitima sunt, neque juxta leges fiunt omnia, quæ legibus continentur. Nam et proditionem, et ordinis desertionem, et adulterium aliaque id genus multa leges complectuntur : quæ legitima esse nemo dixerit. Et ego ne rem quidem egregie gerere, aut tyrannum interficere, aut tale aliquid dixerim esse legitimum. Quod enim legitimum est, legis est mandatum : at si ista leges juberent, quomodo non contumaces ac legibus adversi judicarentur ii, qui nullum præclarum edunt facinus, qui non cædunt tyrannos, qui nihil id genus rerum gerunt? aut si hi nihil contra leges delinquunt, cur non justum est illos alteros puniri? Proinde cum his nulla faveat ratio, ista tantum dicemus legitima esse, et secundum leges fieri, quæ legibus sunt expressa, quocunque alias modo acta sint. Eodemque jure illa tantum fatalia censebimus, et fato fieri dicemus, quæ consequuntur causas in divina dispositione causarum antegressas. Hinc concluditur, omnia quæcunque fiunt, Fato contineri : multa autem, atque adeo pleraque antecedentibus causis effecta, non recte Fato addici.

VI. His ita constitutis, porro dicendum est, quomodo Potestas in rebus et actionibus nostra, Fortuna, Possibile, et Contingens, et quæ alia his cognata in antegredientibus ponuntur causis, constare constante Fato possint. Etenim Fatum omnia continet, sicut etiam videtur : neque tamen propterea omnia necessario evenient, sed unumquodque pro suæ naturæ modo. Natura porro ita comparatum est, ut Possibile tanquam genus Contingenti sit prius : Contingens veluti materia subjiciatur iis quæ in Nostra sunt Potestate, et Nostra Potestas quasi dominium exerceat in Contingentia. At Fortuna iis quæ in Nostra sunt Potestate incidit, ob libera in utramque partem eventus momenta Contingentiæ. Atque id quod dixi, palam intelliges, si hoc consideres, omne generatum ipsamque generationem, non esse absque facultate (id est Potentia) : Potentiam non absque Substantia. Veluti hominis sive generatio sive generatum, absque Potentia est : ista autem circa hominem est, homo Substantia est. Proxime vero sunt Potentiæ veluti in medio positæ, Substantia ut Potens, Generatio vero et generatum ut Possibilia. Ergo, cum tria hæc sint, Potentia, Potens, Possibile : Potens, instar Substantiæ, prius est quam Potentia, et Potentia item prior est quam Possibile. Atque sic existimo quid Possibile sit, explicatum esse satis perspicue. Rudi autem Minerva Possibile dividas licet, in id quod usitatius sic dicitur, cujus natura fert ut per Potentiam fiat : et in id quod magis proprie ita appellatur illud ipsum, cujus natura

ὁπόταν μηδὲν ἔξωθεν ἔχῃ πρὸς τὸ γίνεσθαι ἐμποδών. Τῶν δὲ δυνατῶν τὰ μὲν οὐκ ἂν κωλυθείη ποτὲ, ὥσπερ τὰ κατ' οὐρανὸν, ἀνατολαὶ καὶ δύσεις καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· τὰ δὲ οἷά τε κωλυθῆναί ἐστιν, ὡς πολλὰ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων, πολλὰ δὲ καὶ τῶν μεταρσίων. Τὰ μὲν οὖν πρότερα ὡς ἐξ ἀνάγκης γινόμενα, ἀναγκαῖα προσαγορεύεται· τὰ δὲ πρὸς τοὐναντίον ἐπιδέχεται, ἐνδεχόμενα. Ἀφορίζοιτο δ' ἂν καὶ ταῦτα· τὸ μὲν ἀναγκαῖον δυνατὸν, τὸ ἀντικείμενον ἀδυνάτῳ· τὸ δ' ἐνδεχόμενον δυνατὸν, οὗ καὶ τὸ ἀντικείμενον δυνατόν. Τὸ μὲν γὰρ καταδῦναι τὸν ἥλιον, ἀναγκαῖόν τε ἅμα καὶ δυνατόν· ἀντίκειται ἀδύνατον τὸ μὴ καταδῦναι· τὸ δὲ, καταδύντος ἡλίου, ὄμβρον γενέσθαι, καὶ μὴ γενέσθαι, ἀμφότερα δυνατὰ καὶ ἐνδεχόμενα. Πάλιν δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνδεχομένου, τὸ μὲν ὡς ἐπιτοπολὺ, τὸ δὲ, ὡς ἐπ' ἔλαττον, τὸ δὲ ὡς ἐπίσης, καὶ ὁπότερον ἔτυχεν· τοῦτο [μὲν] φανερὸν ὡς αὐτὸ αὐτῷ ἀντιτέτακται· τὸ δὲ ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ ἐπ' ἔλαττον ἀλλήλοις· καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει τὸ πλεῖστον, ἐφ' ἡμῖν τε τὸ ἐπίσης. Τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ κύνα καῦμα, ἢ ψῦχος, ὧν τὸ [μὲν] ὡς ἐπιτοπολὺ, τὸ δ' ὡς ἐπ' ἔλαττον, τῇ φύσει ἄμφω ὑποτέτακται· τὸ δὲ περιπατεῖν καὶ μὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὧν ἑκάτερον ἐπὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ὁρμῇ ὑποτέτακται, ὃ δὴ ἐφ' ἡμῖν καὶ κατὰ προαίρεσιν λέγεται. Γενικώτερον δὲ μᾶλλον τὸ ἐφ' ἡμῖν· δύο γὰρ εἶναι εἴδη, τό τ' ἐκ πάθους καὶ θυμοῦ, ἢ ἐπιθυμίας, τό τ' ἐξ ἐπιλογισμοῦ, ἢ διανοίας, ὅπερ ἤδη κατὰ προαίρεσίν τις εἴποι. Ἔχει δὲ λόγον μὴ τὸ δυνατὸν καὶ ἐνδεχόμενον τοῦτο, ὅπερ καθ' ὁρμὴν καὶ ἐφ' ἡμῖν εἴρηται, μὴ τὸ αὐτὸ κατ' ἄλλο λέγεται. Κατὰ μὲν γὰρ τὸ μᾶλλον, δυνατόν τε καὶ ἐνδεχόμενον, κατὰ δὲ τὸ παρὸν, ἐφ' ἡμῖν τε καὶ καθ' ὁρμήν. Ἀφορίζοιτο δ' ἂν ὧδε· τὸ μὲν ἐνδεχόμενον, ὅπερ αὐτό τε καὶ τὸ ἀντικείμενον· τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν, θάτερον μέρος τοῦ ἐνδεχομένου τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν ὁρμὴν ἤδη γινόμενον. Ὅτι μὲν οὖν τὸ δυνατὸν τοῦ ἐνδεχομένου πρότερον τῇ φύσει, τὸ δ' ἐνδεχόμενον τοῦ ἐφ' ἡμῖν προϋφίσταται, καὶ οἷον αὐτῶν τυγχάνει ὂν ἕκαστον, καὶ πόθεν ὀνομάζεται, καὶ τά γε παρακείμενα αὐτοῖς, σχεδὸν εἴρηται.

7. Περὶ δὲ τῆς τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου, καὶ εἴ τι παρὰ ταῦτα θεωρεῖται, νῦν ἡμῖν λεκτέον. Αἴτιον μὲν δή τι ἡ τύχη. Τῶν δ' αἰτίων τὰ μὲν καθ' αὑτὰ, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός· οἷον, οἰκίας, ἢ νεὼς, καθ' αὑτὸ μὲν αἴτιον τὸ οἰκοδομικὸν, καὶ τὸ ναυπηγικόν· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, τὸ μουσικὸν, ἢ γεωμετρικὸν, καὶ πᾶν, ὅ τι ἂν τῷ οἰκοδομικῷ ἢ ναυπηγικῷ εἴδει συμβεβήκῃ, εἴτε κατὰ σῶμα, εἴτε κατὰ ψυχὴν, εἴτε κατὰ τὰ ἐκτός. Ὅθεν καὶ δῆλον, ὡς τὸ καθ' αὑτὸ, ὡρισμένον καὶ ἕν. Τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, οὐχ ἕν τε, καὶ ἀόριστον· * πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ ἑνὶ ὑπάρχει παντάπασιν ἀλλήλων διαφέροντα. Τὸ μέντοι κατὰ συμβεβηκὸς, ὅταν μὴ μόνον ἐν τοῖς ἕνεκά του γίγνηται, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς ἡ προαίρεσις, τότε δὴ καὶ τὸ ἀπὸ τύχης προσαγορεύεται· οἷον, τὸ εὑρεῖν χρυσίον σκάπτοντα ἵνα φυτεύσῃ, ἢ παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι τῶν παρὰ τὸ ἔθος φεύγοντα, ἢ διώκοντα, ἢ

fert ut per Potentiam fiat, si nil ei obsit extrinsecus, quominus fiat. Nam Possibilium quædam nunquam possunt prohiberi, ut ortus occasusque cœlestium corporum, et id genus alia : quædam possunt prohiberi, ut pleraque humana, multa eorum etiam quæ in sublimi fiunt. Ac prioris quidem generis quæ sunt, Necessaria nominantur, quia necessario fiunt : posterioris Contingentia, quia contingere potest, ut in diversam partem eveniant. Sic etiam distinguere licet. Necessarium Possibile est, cui opponatur Impossibile : Contingens tale Possibile, cujus etiam contrarium sit Possibile. Nam *solem occidere* cum necessarium est, tum possibile : quod autem ei adversatur *solem non occidere*, id impossibile est. *Occidente sole imbrem fieri*, contingens est, et possibile : itidemque contingens et possibile *sole obeunte non delabi imbrem*. Rursum eorum quæ contingentia diximus, alia plerumque, alia raro, alia æque, seu æqualibus in utramque partem momentis et utrum fors tulerit, fiunt. Quorum hoc sibi invicem opponi, satis est manifestum : sicut et quod plerumque, et quod raro fit, inter se pugnant : quæ duo maxime in rebus naturalibus : quod æque fit, seu æqualia utroque momenta habet, in nostris locum habet actionibus. Nam quod sub ortum caniculæ æstus est aut frigus, quorum hoc raro, illud plerumque contingit, naturæ ambo subjecta sunt : deambulare aut non deambulare possumus, et alia similia nostræ voluntati sunt subjecta, et in nostra esse potestate, et consilio delectuve nostro dicuntur fieri. Generalius tamen est id quod in nostra potestate esse dicimus : cujus duæ sunt species : una eorum quæ subito animi motu, aut ex ira, vel concupiscentia fiunt : altera, ubi ratiocinatio et deliberatio præcessit, quæ jam consilio et delectu agi dicuntur. Habet idem nominis diversitatem, qua hoc possibile et contingens, et id quod in nostra potestate est atque appetitu nostro incitante fit, non eodem modo de rebus diversis dicitur : nam ratione futuri *possibile* et *contingens* dicitur : ratione præsentis temporis, in *nostra potestate* et *secundum appetitum*. Atque sic etiam discernere possis. *Contingens* est quod et ipsum et ejus contrarium fieri potest : *in nostra potestate*, altera jam contingentiæ pars quæ appetitu nostro jam fit. Ergo contingenti possibile ordine naturæ anteire, contingensque eo quod in nostra esse potestate dicitur prius existere, qualia sint, quæ nominum ratio, quæ adjuncta, fere explicatum jam est.

VII. Proinde de fortuna et casu, et quæ in his spectantur, dicendum est. Est itaque fortuna ex causarum numero. Causæ autem aliæ *per se* sunt causæ, aliæ *per accidens*. Verbi gratia, domus aut navis causa *per se* est ars ædificandi vel naves compingendi : *per accidens*, musica, geometrica, et quidquid omnino arti domum navimve fabricandi sive corporis, sive animi, sive externarum respectu rerum accidit. Unde perspicuum fit, quod per se est, id unicum esse et finitum : id quod per accidens, neque unum esse, et infinitum. Nam uni rei infinita inter se differentia accidere possunt. Cæterum quod per accidens est in iis, quæ non modo propter aliquid fiunt, sed etiam ubi consilium locum habet, id jam fortunæ appellationem habet : ut si quis plantandi causa fodiens, aurum reperiat : aut si quid præter morem tibi eveniat fugienti, insequenti, ambulanti,

ἄλλως βαδίζοντα, ἢ αὐτὸ μόνον ἐπιστραφέντα, οὐ τούτου ἕνεκα, ὅπερ συνέπεσεν, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς χάριν. Διὸ καὶ ἀπρονόητον αἰτίαν καὶ ἄδηλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὴν τύχην ἀπέδοσαν τῶν πάλαι ἔνιοι. Κατὰ δὲ τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος, ἔγγιον ἔτι προσιόντας αὐτῆς τῷ λόγῳ, οὕτως ἀφώρισται ἡ τύχη, αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς τῶν ἕνεκά του ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν· ἔπειτα ἤδη καὶ τὸ ἀπρονόητον καὶ τὸ ἄδηλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ προστιθέασι· καίτοι γε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ σπάνιον καὶ παράλογον ἐμφαίνεται τῷ κατὰ συμβεβηκός· οἷον δέ ἐστι τοῦτο, εἰ καὶ μὴ ἐκ τῶν ἀντιῤῥηθέντων, ἀλλ' ἔκ γε τῶν ἐν τῷ Φαίδωνι γεγραμμένων, σαφέστατα προσπίπτει. Γέγραπται δὲ ὧδε· Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθοντο ὃν τρόπον ἐγένετο; Ναί. Ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις· καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι, πάλαι αὐτῆς γενομένης, ὕστερον φαίνεται ἀποθανών· τί ἦν τοῦτο, ὦ Φαίδων; Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη. Ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν. Ἐν γὰρ τούτοις τὸ συνέβη οὐκ ἀντὶ τοῦ γέγονεν ἀκουστέον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐκ συνδρομῆς τινος αἰτιῶν ἀπέβη, ἄλλου πρὸς ἄλλο γεγονότος. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς ἔστεφε τὸ πλοῖον ἄλλου χάριν, ἀλλ' οὐ Σωκράτους· οἱ δὲ δι' ἑτέρου κατεψηφίσαντο αὐτοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ἀποβὰν, παράλογον καὶ τοιοῦτο ἀπέβη, οἷον κἂν ἐκ προνοίας ἐγεγόνει ἤτοι ἀνθρωπίνου τινὸς, ἢ τῶν ἔτι κρειττόνων. Καὶ περὶ μὲν τῆς τύχης ταῦτα ἱκανὰ, ὡς συνυφίστασθαι ἀνάγκη, τὸ μὲν ἀπ' αὐτοῦ παρωνύμως καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν προϋποκεῖσθαι ἐλέχθη. Τὸ δ' αὐτόματον, ἐπὶ πλεῖον τῆς τύχης· εἰ γὰρ καὶ αὐτὴν περιλαβὸν ἔχει, καὶ πολλὰ τῶν ἄλλοτε ἄλλως συμπίπτειν πεφυκότων. Ἔστι δὲ κατ' ὄνομα, ὅπερ αὐτόματον λέγεται τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ ἐκεῖνο παρ' ** ἐπεφύκει. Οἷον δοκεῖ τὸ ὑπὸ κύνα ψῦχος. Ποτὲ γὰρ ψῦχος οὐ μάτην, οὐδὲ ** Τὸ δὲ ὅλον, ὡς τὸ ἐφ' ἡμῖν μέρος τοῦ ἐνδεχομένου, οὕτως ἡ τύχη τοῦ αὐτομάτου. Ἔστι δὲ ἑκατέρου ἑκάτερον σύμπτωμα· τὸ μὲν αὐτόματον τοῦ ἐνδεχομένου· ἡ δὲ τύχη τοῦ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τούτου οὐχ ἅπαντος, ἀλλ' ὅπερ ἂν καὶ κατὰ προαίρεσιν ᾖ, ὡς προείρηται. Διὸ καὶ τὸ μὲν αὐτόματον, κοινὸν ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων· ἡ δὲ τύχη ἴδιον ἀνθρώπου, ἤδη πράττειν δυναμένου. Τεκμήριον δὲ, ὅτι τὸ εὐτυχεῖν καὶ εὐδαιμονεῖν ταὐτὰ εἶναι δοξάζεται· ἡ δὲ εὐδαιμονία, εὐπραξία τις· ἡ δ' εὐπραξία περὶ μόνον καὶ τέλειον ἄνθρωπον.

8. Καὶ τὰ μὲν ἐντὸς τῆς εἱμαρμένης, τοιαῦτα, τό τ' ἐνδεχόμενον καὶ δυνατὸν, ἥ τε προαίρεσις, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἥ τε τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, τά τε παρακείμενα αὐτοῖς, ὧν καὶ τὸ τάχα, καὶ τὸ ἴσως· ἃ δὴ πάντα περιέχει μὲν ἡ εἱμαρμένη, οὐδὲν δ' αὐτῶν ἐστι καθ' εἱμαρμένην· λοιπὸν δ' ἂν εἴη καὶ περὶ προνοίας εἰπεῖν, ὡς αὐτή γε περιείληφε τὴν εἱμαρμένην.

9. Ἔστιν οὖν πρόνοια, ἡ μὲν ἀνωτάτω καὶ πρώτη, τοῦ πρώτου θεοῦ νόησις, εἴτε καὶ βούλησις οὖσα, εὐερ-

te obvertenti, cujus gratia tu istud non susceperis. Propterea veterum nonnulli fortunam causam dixerunt esse, quæ humana provideri ratione non possit. De Platonicorum vero sententia, qui propius ad rei explicationem accesserunt, definitur fortuna *causa per accidens eorum quæ propter aliquid in iis fiunt quæ consilio aguntur*, adduntque eam *improvisam et ignotam humanæ rationi* esse. Et quidem iisdem de causis etiam *rarum* et *nec opinatum* inhærent ei quod per accidens fit. Quod quale sit, si non ex disputatis, saltem ex Platonis verbis liquido intelligi potest. Sic enim scribit in Phædone : PH. *Ergo ne de judicio quidem inaudivistis, quo modo fuerit peractum?* ECH. *Imo : nam renuntiavit quidam nobis : ac mirati sumus, quod dudum eo confecto tam multo post sit mortuus : quidnam hoc rei est, cedo, Phædo?* PH. *Fortuna ei, o Echecrates, quædam evenit. Pridie enim ejus diei, qua judicatum est, casu puppis coronata fuit ejus navis, quam Athenienses quotannis in Delum mittunt.* In his verbis vocabulum EVENIT non significat factum aliquid fuisse, sed multo magis concursu quodam causarum obtigisse, alio alius gratia facto. Nam sacerdos navem coronavit non Socratis, sed alius rei causa : illi autem aliam ob causam Socratem damnaverunt. Id ipsum vero quod evenit, præter rationem, ac tale evenit, quale etiam providentia vel hominis vel divina effici potuisset. Atque hæc de fortuna sufficiant dicta, et quibuscum una subsistere eam necesse est et ante eam subsistere id quod in nostra est potestate. Id vero quod ab ea efficitur eodem nomine fortuna nominatur. Casus autem latius patet quam fortuna : quando et eam complectitur, et multa alia quæ alias aliter accidere suapte natura possunt. Ipsum nomen hoc indicat. Est enim *Automaton* Græcis quod *ipsum frustra* fit, quum illud, quod alterius rei causa erat, non illam efficiat rem cujus tamen causa et erat et per naturam suam est : quale frigus sub caniculæ ortum esse videtur. Aliquando enim frigus non frustra nec.... Denique, sicut quod est in nostra potestate, pars est contingentis : sic fortuna pars est casus; utque casus contingenti, ita iis quæ in nostra sunt potestate fortuna accidit : non omnibus tamen, sed in quibus consilium delectusque adhibentur : uti diximus. Proinde casus communis est animatorum et animæ expertium : fortuna hominis est propria, ejus qui jam agere possit. Idque hinc constat quod fortunatum esse et felicem esse pro eodem habentur : et Felicitas est quædam agendi dexteritas : hæc autem solius est perfecti hominis.

VIII. Quæ ergo fato comprehenduntur, hæc sunt, contingens, possibile, delectus, in nostra situm potestate, fortuna, casus, iisque adjuncta, de quibus est etiam fortassis, et perinde : quæ omnia continentur quidem fato, nullum autem eorum fatale est. Restat ut de providentia etiam dicamus, quomodo hæc fatum complectatur.

IX. Est itaque providentia, suprema quidem et prima, primi dei intelligentia sive mavis voluntas be-

γέτις ἁπάντων, καθ' ἣν πρώτως ἕκαστα τῶν θείων διαπαντὸς ἄριστά τε καὶ κάλλιστα κεκόσμηται. Ἡ δὲ δευτέρα, δευτέρων θεῶν τῶν κατ' οὐρανὸν ἰόντων, * καθ' ἣν τά τε θνητὰ γίνεται τεταγμένως, καὶ ὅσα πρὸς διαμονὴν καὶ σωτηρίαν ἑκάστων τῶν γενῶν. Τρίτη δ' ἂν εἰκότι ῥηθείη πρόνοιά τε καὶ προμήθεια τῶν ὅσοι περὶ γῆν δαίμονες τεταγμένοι τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων φύλακές τε καὶ ἐπίσκοποί εἰσι. Τριττῆς τοίνυν τῆς προνοίας θεωρουμένης, κυριώτατα δὲ καὶ μάλιστα τῆς πρώτης λεγομένης, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμεν εἰπεῖν, εἰ καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι τἀναντία λέγειν δόξαιμεν, ὡς πάντα μὲν καθ' εἱμαρμένην καὶ κατὰ πρόνοιαν, οὐ μὴν καὶ κατὰ φύσιν· ἀλλ' ἔνια μὲν κατὰ πρόνοιαν, καὶ ἄλλα γε κατ' ἄλλην, ἔνια δὲ καθ' εἱμαρμένην· καὶ ἡ μὲν εἱμαρμένη πάντως κατὰ πρόνοιαν, ἡ δὲ πρόνοια οὐδαμῶς καθ' εἱμαρμένην. Ἔστω δὲ ὁ λόγος τανῦν περὶ τῆς πρώτης καὶ ἀνωτάτω. Τὸ μὲν κατά τι ὕστερον ἐκείνου, καθ' ὅ τι ἂν καὶ λέγηται· οἷον τὸ κατὰ νόμον, τοῦ νόμου, καὶ τὸ κατὰ φύσιν, τῆς φύσεως· οὕτω δὲ καὶ τὸ καθ' εἱμαρμένην, τῆς εἱμαρμένης νεώτερον ἂν εἴη. Ἡ δ' ἀνωτάτω πρόνοια πρεσβύτατον ἁπάντων, πλὴν οὗπέρ ἐστιν εἴτε βούλησις, εἴτε νόησις, εἴτε καὶ ἑκάτερον. Ἔστι δ', ὡς πρότερον εἴρηται, τοῦ πάντων πατρός τε καὶ δημιουργοῦ. Λέγωμεν γὰρ δή, φησὶν ὁ Τίμαιος, δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς οὐδέποτε περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος. Τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια ἑαυτῷ. Ταύτην δὴ γενέσεως καὶ κόσμου μάλιστα ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρὰ ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος, ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. Βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν, ὅσον ἦν ὁρατόν, παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τοῦδε πάντως ἄμεινον. Θέμις δὲ οὔτ' ἦν, οὔτε ἐστὶ τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο, πλὴν τὸ κάλλιστον. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτων ἐχόμενα μέχρι ψυχῶν ἀνθρωπίνων, κατὰ πρόνοιαν νομιστέον τήν γε πρώτην συνεστηκέναι· τὰ δὲ ἐντεῦθεν, οὕτω λεγόμενα, Ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν, ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις ἔταξε, ** διεῖλέ τε ψυχὰς ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους [εἶπεν αὐταῖς]. Ταῦτα δὲ τίς οὐκ ἂν διαῤῥήδην καὶ σαφέστατα οἰηθείη τὴν εἱμαρμένην δηλοῦν, ὥσπερ τινὰ βάσιν, καὶ πολιτικὴν νομοθεσίαν, ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς προσήκουσαν, ἧς δὴ καὶ τὴν αἰτίαν ἑξῆς ἐπιφέρει; Τὴν δὲ δευτέραν πρόνοιαν ὧδέ πως ἐπισημαίνεται λέγων, διαθεσμοθετήσας πάντα αὐτοῖς, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς τὴν γῆν, τοὺς δ' εἰς τὴν σελήνην, τοὺς δ' εἰς τὰ ἄλλα ὄργανα χρόνου. Τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό τ' ἐπίλοιπον, ὅσον ἐστὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι,

nefica erga res omnes, qua primum singulæ divinæ res omnino optime ac pulcherrime sunt ordinatæ. Secunda vero, secundorum est deorum, qui per cœlum ingrediuntur, qua et mortalium res ordinate fiunt, et singulorum generum permansio atque salus procuratur. Tertia non absurde dicetur providentia atque procuratio geniorum, qui circa terram collocati humanarum sunt custodes inspectoresque actionum. Cum ergo triplex spectetur providentia, quarum prima præcipue et potissimum sic nominatur, non verear dicere, tametsi hoc philosophorum sententiis repugnans videri poterit, omnia quæ fato fiant, fieri item providentia : non autem omnia quæ natura fiant, fieri item fato : sed omnia fieri providentia, alia quidem secundum aliam, quædam fato : et fatum omnino subesse providentiæ, hanc fato nequaquam : loquimur autem hic de principe providentia et summa. Quod autem fit secundum aliquid, posterius eo est secundum quod fieri dicitur : ut quod secundum legem fit posterius est lege, et quod secundum naturam, natura est posterius : ita et quod fit secundum fatum, fato est posterius. Summa autem providentia, omnium est antiquissimum, eo excepto, cujus est sive intelligentia, sive voluntas, sive utrumque. Est autem, ut ante dixi, patris et opificis omnium. *Dicamus enim*, inquit Timæus, *causam, cur Universum hoc machinatus sit auctor. Bonus erat : in bonum autem nulla adversus quicquam aut ulla de re cadit invidia. Ea itaque vacuus, voluit omnia sibi quam maxime fieri similia. Hanc de origine mundi sententiam potissimam a prudentibus traditam rectissime amplecteris. Volens enim Deus omnia bona, nihil, quantum omnino fieri posset, malum esse, ita omne id quod cernitur assumens non quietem, sed motibus citatum incompositis et vitiosis, in ordinem disposuit : ratus hunc utique confusione meliorem esse. Fas enim neque fuit neque est, ut optimus aliquid faceret nisi pulcherrimum.* Hæc et quæ sequuntur usque ad disputationem de animis humanis, de prima sunt accipienda providentia, quæ principio omnia constituerit. Post ita loquitur : *Igitur postquam Universum condidisset, animas distribuit æquali cum stellis numero, et cuique suam dedit, ac tanquam in vehicula imposuit, naturamque Universi monstravit, et leges fati eis dixit.* Hæc quis non censeat expresse ac planissime de fato dici, tanquam fundamento quodam et civili lege, quæ humanis conveniat animis : cujus etiam causam deinceps explicat. Secundam vero providentiam his indicat verbis : *Cum vero ita legibus latis omnia constituisset, ut si quid postmodo accideret mali, ipse ejus culpa vacaret, alios in solem, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta disseminavit : ac post factam sementem junioribus diis tradidit, ut ii mortalia effingerent corpora, et quod reliquum est animæ humanæ indigens*

τοῦτο, καὶ πάντα, ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις, ἀπεργασαμένους ἄρχειν καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾷν ζῶον, εἴ τι μὴ κακῶν αὐτὸ αὑτῷ γίνοιτο αἴτιον. Ἐν γὰρ τούτοις τὸ μὲν, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἀναίτιος ἑκάστῳ, σαφεστάτην αἰτίαν σημαίνει τῆς εἱμαρμένης· ἡ δὲ τῶν νέων θεῶν τάξις καὶ δημιουργία τὴν δευτέραν πρόνοιαν δηλοῖ· καί πως καὶ τρίτης παρεφάπτεσθαι ἔοικεν, εἴ γε δὴ τούτου χάριν ἡ θεσμοθεσία, ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστῳ ἀναίτιος· θεὸς δὲ κακίας ἄμοιρος, οὔτε νόμων, οὔτε εἱμαρμένης ἐπιδέοιτ' ἂν, ἀλλὰ τῇ προνοίᾳ τοῦ γεννήσαντος συνεπισπώμενος ἕκαστος αὐτῶν πράττει τὰ αὑτοῦ· * ταῦτα δ' ἀληθῆ καὶ ἀρέσκοντα τῷ Πλάτωνι, φανερά μοι δοκεῖ μαρτύρια εἶναι, τὰ πρὸς τοῦ νομοθέτου ἐν τοῖς νόμοις οὕτω λεγόμενα· ἐπεὶ ταῦτα εἴ ποτέ τις ἀνθρώπων, φύσει ἱκανὸς, θείᾳ μοίρᾳ γεννηθεὶς, παραλαβεῖν δυνατὸς εἴη, νόμων οὐδὲν ἂν δέοιτο αὐτοῦ ἀρξόντων· ἐπιστήμης γὰρ οὔτε νόμος, οὔτε τάξις οὐδεμία κρείττων, οὐδὲ θέμις ἐστὶ νοῦν οὐδενὸς ὑπήκοον οὐδὲ δοῦλον, ἀλλὰ πάντων ἄρχοντα εἶναι, ἐάνπερ ἀληθινὸς ἐλεύθερός τε ὄντως ᾖ κατὰ φύσιν.

10. Ἐγὼ μὲν οὖν τὰ πρὸς τοῦ Πλάτωνος ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ λαμβάνω. Τριττῆς γὰρ οὔσης τῆς προνοίας, ἡ μὲν, ἅτε γεννήσασα τὴν εἱμαρμένην, τρόπον τινὰ αὐτὴν περιλαμβάνει· ἡ δὲ συγγεννηθεῖσα τῇ εἱμαρμένῃ, πάντως αὐτῇ συμπεριλαμβάνεται· ἡ δὲ ὡς ὕστερον τῆς εἱμαρμένης γενομένη, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἐμπεριέχεται ὑπ' αὐτῆς, καθὰ καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἡ τύχη εἴρηται. Οἷς γὰρ ἂν συλλάβηται τῆς συνουσίας ἡ τοῦ δαιμονίου δύναμις, ὥς φησι Σωκράτης, μονονουχὶ θεσμόν τινα καὶ τοιοῦτον Ἀδραστείας διεξιὼν πρὸς τὸν Θεάγην, οὗτοί εἰσιν, ὧν καὶ σὺ ᾔσθησαι· ταχὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδόασιν. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ, τὸ μὲν συλλαμβάνειν τισὶ τὸ δαιμόνιον, κατὰ τὴν τρίτην πρόνοιαν ἀναθετέον· τὸ δὲ ταχὺ παραχρῆμα ἐπιδιδόναι, καθ' εἱμαρμένην· τὸ δὲ ὅλον οὐκ ἄδηλον, ὡς αὐτὸ τοῦτο εἱμαρμένη τίς ἐστιν. Τάχα δ' ἂν οὕτω πολὺ πιθανώτερον δόξειε καὶ τὴν δευτέραν πρόνοιαν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης περιέχεσθαι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ γινόμενα· εἴ γε καὶ ἡ κατ' οὐσίαν εἱμαρμένη ὀρθῶς ἡμῖν εἰς τὰς τρεῖς μοίρας διανενέμηται, καὶ ὁ τῆς ἁλύσεως λόγος τὰς περὶ οὐρανὸν περιόδους τοῖς ἐξ ὑποθέσεως ἀποβαίνουσι συγκαταλέγει. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔγωγ' ἐπὶ πλέον διενεχθείην πρότερον ἐξ ὑποθέσεως λεγόμενα, ἢ ὡς μᾶλλον σὺν εἱμαρμένῃ προκατάρχοντος αὐτῆς τῆς εἱμαρμένης εἱμαρμένου.

11. Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος λόγος, ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν, τοιοῦτός τις ἂν εἴη· ὁ δὲ τούτων ἐναντίος οὐ μόνον ἐν εἱμαρμένῃ, ἀλλὰ καὶ καθ' εἱμαρμένην πάντα τίθεται· πάντα δὲ θατέρῳ συνᾴδει· τὰ δὲ τῷ ἑτέρῳ συνῳδὰ, δῆλον, ὅτι καὶ θάτερον. Κατὰ μὲν οὖν τόνδε τὸν λόγον τὸ ἐνδεχόμενον εἴρηται· καὶ τό γ' ἐφ' ἡμῖν δεύτερον· καὶ τρίτον, ἥ τε τύχη καὶ τὸ αὐτόματον, καὶ ὅσα κατ' αὐτά· ἔπαινος δὲ καὶ ψόγος, καὶ τὰ τούτων

illis apponerent : reliquisque horum consequentia quæ essent perfectis, præessent, animalque mortale gubernarent quam fieri omnino posset optime, nisi id sibi ipsi mala ascisceret. His enim vocibus : *Ut si quid postmodo accideret mali, ipse ejus culpa vacaret*, luculentissimam fati causam reddidit. Juniorum porro deorum ordo et ministerium, secundam declarat providentiam, videturque simul etiam tertiam attingere : siquidem propterea legibus ita omnia sanxit, ut extra culpam mali esset, quod singulis erat eventurum. Deus autem vitii et malitiæ exsors, neque legibus neque fato opus habebat : sed providentia conditoris unusquisque tractus suas res agit. Hæc autem vera, et Platoni placentia, manifeste id testari videntur mihi, quod in Legibus auctor legum sic dicit : *Quod si quis homo ingenio his sufficiat, divino natus fato, nihil illi opus fuerit legibus quibus pareat. Nulla enim legum constitutio scientiæ ejus præstat : neque fas est ulli parere aut subditum esse eum, sed omnibus præesse et imperare debet, qui vere liber est natura.*

X. Atque ego proinde Platonis sententiam hac imagine complector. Cum triplex sit providentia : una quidem, quippe quæ fatum genuerit, quodam modo illud complectitur : ea quæ una cum fato est genita, omnino in illa simul cum fato continetur : reliqua, utpote post fatum genita, ab illo comprehenditur, sicut et de eo quod in nostra potestate est, et de fortuna dictum fuit. *Quorum enim consuetudinem genius suscipit, iisque opem fert, ii* (ut ad Socratem loquitur Theages, tantum non hinc quoque sanctionem quamdam Adrasteæ proponens) *sunt quos etiam tu sentis : ii celeriter proficiunt.* Quibus in verbis quod ait *quosdam divinitus adjuvari*, id utique tertiæ providentiæ ascribendum est : atque id ipsum *velox incrementum* fato debetur : neque obscurum est quin hoc totum sit aliquod fatum. Ac fortasse multo probabilius videbitur, etiam secundam providentiam a fato contineri, atque adeo omnia, quæ fiunt : siquidem recte a nobis fatum quod substantia definitur, in tres divisum fuit partes seu *Parcas* : et illa catenæ fabula cœlestes orbium circuitiones cum iis recenset, quæ conditione quadam eveniunt. Verum de his quidem ego nolim vehementius contendere utrum ea quæ *cum conditione* fiunt, fatalia sint, an potius confatalia, ita ut ipsum fatum causam fatalem sequatur.

XI. Nostra ergo ratio, ut in summa dicam, talis fere est. Quæ autem contraria huic est ratio, non tantum in fato includit omnia, sed et fato fieri omnia affirmat : alteri item (id est Stoicæ) ad omnia congruit : atqui alteri congruens, ipsum idem est quod alterum. Ac ad hanc rationem dictum est quod sit contingens : quid in nostra potestate, secundum ; atque tertium, quid fortuna, casus, et alia quæ ab iis pendent : quarto loco dicendum est de laudibus, vituperationi-

συγγενῆ, τέταρτα· πέμπτον δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσιν εὐχαὶ θεῶν καὶ θεραπεῖαι λεγέσθω· ἀργοὶ δὲ καὶ θερίζοντες λόγοι, καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμενος, σοφίσματα ὡς ἀληθῶς κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τυγχάνει ὄντα. Κατὰ δὲ τὸν ἐναντίον, μάλιστα μὲν καὶ πρῶτον εἶναι δόξειε, τὸ μηδὲν ἀναιτίως γίγνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ προηγουμένας αἰτίας· δεύτερον δὲ, τὸ φύσει διοικεῖσθαι τόνδε τὸν κόσμον, σύμπνουν καὶ συμπαθῆ αὐτὸν αὑτῷ ὄντα· τρίτον δὲ, ἃ πρὸς τούτοις μαρτύρια μᾶλλον ἔοικεν εἶναι, μαντικὴ μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμος ὡς ἀληθῶς θεῷ ὑπάρχουσα· ἡ δὲ τῶν σοφῶν πρὸς τὰ συμβαίνοντα εὐαρέστησις, ὡς πάντα κατὰ μοῖραν γιγνόμενα δεύτερα. Τρίτον δὲ τὸ πολυθρύλητον τοῦτο, ὅτι πᾶν ἀξίωμα ἢ ἀληθές ἐστιν, ἢ ψευδές. Τούτων γε μὴν τοσοῦτον ἐμνήσθημεν, ἵνα ὡς ἐπὶ βραχὺ τὰ τῆς εἱμαρμένης [κεφάλαια δηλωθείη]· ἃ χρὴ διερευνήσασθαι κατὰ τὴν ἀκριβῆ βάσανον ἑκατέρου τῶν λόγων, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα τούτων ἐσαῦθις μέτιμεν. (Λείπει.)

---

* ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΔΑΙΜΟΝΙΟΥ.

Πρόσωπα τοῦ διαλόγου.

ΠΡΩΤΑ, Η ΔΙΗΓΗΤΙΚΑ.

ΚΑΦΕΙΣΙΑΣ, ΤΙΜΟΘΕΟΣ, ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ, ΑΡΧΙΝΟΥ ΠΑΙΔΕΣ, ΛΥΣΙΘΕΙΔΗΣ, ΑΛΛΟΙ ΕΤΑΙΡΟΙ.

ΔΕΥΤΕΡΑ, Η ΔΡΑΜΑΤΙΚΑ.

Θηβαίων φυγάδες καὶ φίλοι αὐτῶν.

ΚΑΦΕΙΣΙΑΣ, ΓΑΛΑΞΙΔΩΡΟΣ, ΣΙΜΜΙΑΣ, ΒΑΚΧΥΛΙΔΑΣ, ΘΕΑΝΩΡ, ΔΑΜΟΚΛΕΙΔΑΣ, ΔΙΟΤΟΝΟΣ, ΜΕΛΩΝ, ΕΥΜΟΛΠΙΔΑΣ, ΧΑΡΩΝ, ΦΥΛΛΙΔΑΣ, ΠΟΛΥΜΝΙΣ, ΙΣΜΗΝΟΔΩΡΟΣ, ΙΠΠΟΣΘΕΝΕΙΔΑΣ, ΠΕΛΟΠΙΔΑΣ, ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣ, ΣΑΜΙΔΑΣ, ΓΟΡΓΙΔΑΣ, ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ, ΦΕΙΔΟΛΑΟΣ, ΕΠΑΜΕΙΝΩΝΔΑΣ, ΜΕΛΙΣΣΟΣ, ΧΛΙΔΩΝ, ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ, ΛΥΣΙΘΕΟΣ, ΦΕΡΕΝΕΙΚΟΣ, ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

Θηβαίων τύραννοι, Λακωνισταί.

ΑΡΧΙΑΣ, ΦΙΛΙΠΠΟΣ, ΛΕΟΝΤΙΔΗΣ, ΥΠΑΤΗΣ, ΚΑΒΙΡΙΧΟΣ, ΛΥΣΑΝΟΡΙΔΑΣ ΑΡΜΟΣΤΗΣ, ΕΙΡΚΤΟΦΥΛΑΞ.

I. ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ. Ζωγράφου τινὸς, ὦ Καφεισία, **περὶ τῶν θεωμένων τοὺς γεγραμμένους πίνακας λόγον οὐ φαῦλον ἀκούσας ἐν εἰκόνι λελεγμένον. Ἔφη γὰρ, ἐοικέναι τοὺς μὲν ἰδιώτας καὶ ἀτέχνους θεατὰς ὄχλον ὁμοῦ πολὺν ἀσπαζομένοις, τοὺς δὲ κομψοὺς καὶ φιλοτέχνους καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ τῶν ἐντυγχανόντων προσαγορεύουσι. Τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἀκριβὴς, ἀλλὰ τύπῳ τινὶ γίνεται μόνον ἡ τῶν ἀποτελεσμάτων σύνοψις· τοὺς δὲ τῇ κρίσει κατὰ μέρος τὸ ἔργον διαλαμβάνοντας, οὐδὲν ἀθέατον οὐδ' ἀπροσφώνητον ἐκφεύγει τῶν καλῶς ἢ τοὐναντίον γεγονότων. Οἶμαι δὴ καὶ περὶ τὰς ἀληθινὰς πράξεις ὁμοίως τῶν μὲν ἀργοτέρων τῇ δια-

bus, et quæ his sunt cognata : quinto loco ponamus vota ad deos, eorumque cultum. Nam istæ argutiunculæ, quæ *Ignava Ratio*, et *Metens*, et is qui *Præter Fatum* appellatur, revera fallaces sunt conclusiunculæ e disputatione de fato tractæ. Ex opinione contraria, id maxime primoque videbitur sequi : Nihil fieri sine causa, omnia causis antegressis ; deinde : A Natura hunc mundum gubernari, conspirantem secum, mutuisque obnoxium affectionibus. Tertio loco, videbuntur iis quædam favere testimonia : Divinationem puta, quæ ut vere a deo profecta in summo est apud homines honore : tum secundo loco, sapientium ad quasvis res accidentes Æquanimitas, tanquam si omnia fato eveniant. Tertium est pervulgatum illud : Omne enuntiatum aut verum esse, aut falsum. Atque horum hactenus mentionem fecimus, ut summa brevitate quæstionis de fato capita significaremus : quæ oportet perscrutari, et utriusque contrariæ rationis momenta subtilissima statera perpendere. Jam nunc ad singularia excutienda veniendum est nobis. Sed hæc singulatim alio tempore persequemur. [*Nihil deesse videtur.*]

DE GENIO SOCRATIS.

PERSONÆ COLLOQUII.

Primæ, seu narrationis.

CAPHISIAS, TIMOTHEUS, ARCHIDAMUS, ARCHINI FILII, LYSITHIDES, ALII FAMILIARES.

Secundæ, seu actionis.

Thebanorum exules eorumque amici.

CAPHISIAS, GALAXIDORUS, SIMMIAS, BACCHYLIDAS, THEANOR, DAMOCLIDAS, DIOTONUS, MELO, EUMOLPIDAS, CHARON, PHYLLIDAS, POLYMNIS, ISMENODORUS, HIPPOSTHENIDAS, PELOPIDAS, CEPHISODORUS, SAMIDAS, GORGIDAS, THEOCRITUS, PHIDOLAUS, EPAMINONDAS, MELISSUS, CHLIDON, THEOPOMPUS, LYSITHEUS, PHERENICUS, AMPHITHEUS.

Thebanorum tyranni e Laconum partibus.

ARCHIAS, PHILIPPUS, LEONTIDES, HYPATES, CABIRICHUS, LYSANORIDAS PRÆFECTUS LACO, CUSTOS CARCERIS.

I. ARCHIDAMUS. Pictoris cujusdam, Caphisia, verba recordor, quæ is de spectantibus pictas tabulas pronuntiavit neque inepte, et cum quadam similitudine. Aiebat enim rudes et artis ignaros spectatores similes esse eorum, qui magnam simul turbam salutant : scitos autem et artificii studiosos eorum, qui singulatim obvios compellant : illos nimirum non exacte in artificum opera inspicere, sed inchoatam quamdam eorum concipere imaginem : hos judicio partes operis perlustrantes, nihil inspectatum, nihil non observatum relinquere eorum quæ vel bene vel male facta sunt. Existimo autem de seriis etiam actionibus ignavorum

νοίᾳ ἐξαρκεῖν πρὸς ἱστορίαν, εἰ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ καὶ τὸ πέρας πύθοιντο τοῦ πράγματος· τὸν δὲ φιλότιμον καὶ φιλόκαλον τὸν ὑπ' ἀρετῆς, ὥσπερ τέχνης μεγάλης, ἀπειργασμένων θεατὴν, τὰ καθ' ἕκαστα μᾶλλον εὐφραίνειν, τοῦ μὲν τέλους πολλὰ κοινὰ πρὸς τὴν τύχην ἔχοντος, τοῦ δὲ ταῖς αἰτίαις, καὶ τοῖς ** μέρους ἀγῶνας ἀρετῇ πρὸς τὰ συντυγχάνοντα, καὶ τόλμας ἔμφρονας παρὰ τὰ δεινὰ καθορῶντα, καιρῷ καὶ πάθει μεμιγμένου λογισμοῦ. Τούτου δὴ τοῦ γένους τῶν θεατῶν καὶ ὑμᾶς ὑπολαμβάνων εἶναι, δίελθέ τε τὴν πρᾶξιν ἥτις ἀπ' ἀρχῆς ὡς ἐπράχθη, καὶ τοῦ λόγου ** γενέσθαι ** παρόντος, ὡς ἐμοῦ μηδ' ἂν εἰς Θήβας ἐπὶ τούτῳ κατοκνήσαντος ἐλθεῖν, εἰ μὴ καὶ νῦν Ἀθηναίοις πέρα τοῦ δέοντος ἐδόκουν βοιωτίζειν.

ΚΑΦΕΙΣΙΑΣ. Ἀλλὰ ἔδει μὲν, ὦ Ἀρχίδαμε, σοῦ δι' εὔνοιαν, οὕτω προθύμως τὰ πεπραγμένα μαθεῖν σπουδάζοντος, ἐμὲ καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θέσθαι, κατὰ Πίνδαρον, τὸ δεῦρο ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν διήγησιν· τὸ δὲ, πρεσβείας ἀφιγμένους ἕνεκα, καὶ σχολὴν ἄγοντας, ἄχρις οὗ τὰς ἀποκρίσεις τοῦ δήμου λάβωμεν, ἀντιτείνειν καὶ ἀγροικίζεσθαι πρὸς εὐγνώμονα καὶ φιλέταιρον, δοκεῖν ἀνεγείρειν τὸ κατὰ Βοιωτῶν ἀρχαῖον εἰς μισολογίαν ὄνειδος ἤδη μαραινόμενον παρὰ Σωκράτη τὸν ὑμέτερον· ἡμεῖς δὲ παρὰ δυσὶ τῶν ἱερῶν σπουδάζοντες, οὕτω διεφάνημεν. Ἀλλ' ὅρα τοὺς παρόντας, εἰ πρὸς ἀκρόασιν ἅμα πράξεων καὶ λόγων τοσούτων εὐκαίρως ἔχουσιν· οὐ γὰρ βραχὺ μῆκός ἐστι τῆς διηγήσεως, ἐπεὶ σὺ καὶ τοὺς λόγους προσπεριβαλέσθαι κελεύεις.

ΑΡΧΙΔ. Ἀγνοεῖς, ὦ Καφεισία, τοὺς ἄνδρας, ἦ μὴν ἄξιον εἰδέναι, πατέρων ὄντας ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ὑμᾶς οἰκείως ἐχόντων. Ὁδὶ μέν ἐστιν ἀδελφιδοῦς Θρασυβούλου, Λυσιθείδης· ὁδὶ δὲ Τιμόθεος, Κόνωνος υἱός· οὗτοι δ' Ἀρχίνου παῖδες· οἱ δ' ἄλλοι τῆς ἑταιρίας τῆς ἡμετέρας πάντες· ὥστε σοι θέατρον εὔνουν καὶ οἰκείαν ἔχον τὴν διήγησιν.

ΚΑΦ. Εὖ λέγεις· ἀλλὰ τίς ἂν ὑμῖν μέτριος ἀρχὴ γένοιτο τῆς διηγήσεως, πρὸς ἃς ἴστε πράξεις;

ΑΡΧΙΔ. Ἡμεῖς, ὦ Καφεισία, σχεδὸν, ὡς εἶχον αἱ Θῆβαι πρὸ τῆς καθόδου τῶν φυγάδων, ἐπιστάμεθα. Καὶ γὰρ, ὡς οἱ περὶ Ἀρχίαν καὶ Λεοντίδην Φοιβίδαν πείσαντες ἐν σπονδαῖς καταλαβεῖν τὴν Καδμείαν, * τοὺς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, τοὺς δὲ φόβῳ κατεῖργον, ἄρχοντες αὐτοὶ παρανόμως καὶ βιαίως, ἔγνωμεν ἐνταῦθα τῶν περὶ Μέλωνα καὶ Πελοπίδαν, ὡς οἶσθα, ἰδιόξενοι γενόμενοι, καὶ παρ' ὃν χρόνον ἔφευγον ἀεὶ συνδιατρίβοντες αὐτοῖς· καὶ πάλιν ὡς Λακεδαιμόνιοι Φοιβίδαν μὲν ἐζημίωσαν ἐπὶ τῷ τὴν Καδμείαν καταλαβεῖν, καὶ τῆς εἰς Ὄλυνθον στρατηγίας ἀπέστησαν, Λυσανορίδαν δὲ τρίτον αὐτὸν ἀντ' ἐκείνου πέμψαντες, ἐγκρατέστερον ἐφρούρουν τὴν ἄκραν, ἠκούσαμεν· ἔγνωμεν δὲ καὶ τὸν Ἰσμηνίαν οὐ τοῦ βελτίστου θανάτου τυχόντα εὐθὺς ἀπὸ τῆς δίκης τῆς περὶ αὐτοῦ γενομένης, Γοργίδου πάντα τοῖς φυγάσι δεῦρο διὰ γραμμάτων ἐξ-

sufficere cognitioni, si summam rei exitumque audiant: eleganti autem et liberali spectatori operum a virtute, tanquam arte, absolutorum, magna jucundiorem esse singularum deinceps partium considerationem : quandoquidem exitus multa communia habet cum fortuna : causarum autem effectuumque contemplatio spectatorem rebus gestis veluti præsentem constituit, cernentem virtutis habita certamina adversus subitos casus, prudentemque in periculis audaciam, et rationem cum temporis affectu commixtam. De horum spectatorum numero nos quoque esse existimans, narra totam ab initio rem ut gesta sit, et qui sermones habiti te præsente : nam hujus auditionis gratia ne Thebas quidem proficisci gravarer : nisi jam nunc Atheniensibus viderer justo amplius Bœotis studere.

CAPHISIAS. Oportebat sane, Archidame, in tuam gratiam, qui rem gestam tanto studio cupis cognoscere, me etiam posthabito, ut ait Pindarus, negotio huc ad narrandum venire. Nunc cum legationis causa adsim, otiumque suppeditet dum-responsum a populo accipimus : si relucter, inciviliterque me geram adversus tam æquanimum et amicum auditorem, videar mihi antiquum illud crimen, quo Bœotis disserendi odium exprobratur, renovare : quod crimen per Socratem vestrum jam evanescit, cui nos per duos discipulos revera disserendi studiosi visi sumus. Sed vide an iis qui una adsunt, audire tantas res orationesque sit tempestivum : non enim brevis erit narratio, cum tu orationes quoque habitas ei velis inseri.

ARCHIDAMUS. Ignoras, o Caphisia, istos : et quidem digni sunt notitia, bonis nati parentibus, et nobis familiaritate junctis. Hic est Lysithides, Thrasybuli sobrinus; iste Timotheus, Cononis F.; hi Archini filii : cæteri omnes de nostro sunt sodalitio : ut scias theatrum tibi benevolum et auditioni aptum esse paratum.

CAPHISIAS. Bene narras. Sed quodnam narrandarum rerum opportunum sumemus initium?

ARCHIDAMUS. Nos, Caphisia, fere novimus quis Thebarum fuerit status ante exulum reditum. Nam quomodo Archias et Leontides, Phœbidæ Spartano cum persuasissent Cadmeam pacis tempore et fœderis occupare, alios civium ejecerint, alios metu represserint, ipsi summam rerum per vim et injuste gerentes, novimus, ut qui hic Melonem et Pelopidam privato exceperimus hospitio, et quandiu hi exulaverunt assidue una versati simus : porro, ut Lacedæmonii Phœbidam mulctaverint propter occupatam Cadmeam, et a ducendo ad Olynthum exercitu removerint, Lysanoridaque in ejus locum cum duobus aliis misso arcem majori tenuerint præsidio, audivimus. Rescivimus etiam Ismeniam statim post factum de ipso judicium morte non optima sublatum : Gorgida hæc exulibus huc omnia

αγγείλαντος· ὥστε σοι λείπεται τὰ περὶ τὴν κάθοδον αὐτῶν τῶν φίλων, καὶ τὴν ἅλωσιν τῶν τυράννων διηγεῖσθαι.

2. ΚΑΦ. Καὶ μὴν ἐκείναις γε ταῖς ἡμέραις, ὦ Ἀρχίδαμε, πάντες οἱ τῶν πραττομένων μετέχοντες εἰώθειμεν εἰς τὴν Σιμμίου συνιόντες οἰκίαν, ἔκ τινος πληγῆς περὶ τὸ σκέλος ἀναλαμβάνοντος αὑτὸν, ἐντυγχάνειν μὲν ἀλλήλοις, εἴ του δεήσειε, φανερῶς δὲ διατρίβειν ἐπὶ λόγοις καὶ φιλοσοφίᾳ, πολλάκις ἐφελκόμενοι τὸν Ἀρχίαν καὶ τὸν Λεοντίδην εἰς τὸ ἀνύποπτον, οὐκ ὄντας ἀλλοτρίους παντάπασι τῆς τοιαύτης διατριβῆς. Καὶ γὰρ ὁ Σιμμίας πολὺν χρόνον ἐπὶ τῆς ξένης γεγονὼς, καὶ πεπλανημένος ἐν ἀλλοδαποῖς ἀνθρώποις, ὀλίγῳ πρόσθεν εἰς Θήβας ἀφῖκτο, μύθων δὲ παντοδαπῶν καὶ λόγων βαρβαρικῶν ὑπόπλεως· ὧν, ὁπότε τυγχάνοι σχολὴν ἄγων ὁ Ἀρχίας, ἡδέως ἠκροᾶτο συγκαθιεὶς μετὰ τῶν νέων, καὶ βουλόμενος ἡμᾶς ἐν λόγοις διάγειν μᾶλλον, ἢ προσέχειν τὸν νοῦν οἷς ἔπραττον ἐκεῖνοι. Τῆς δὲ ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ σκότους ἔδει γενομένου τοὺς φυγάδας ἥκειν κρύφα πρὸς τὸ τεῖχος, ἀφικνεῖταί τις ἐνθένδε, Φερενίκου πέμψαντος, ἄνθρωπος οὐδενὶ, ἢ Χάρωνι, τῶν παρ' ἡμῖν γνώριμος· ἐδήλου δὲ, τῶν φυγάδων ὄντας δώδεκα τοὺς νεωτάτους μετὰ κυνῶν περὶ τὸν Κιθαιρῶνα θηρεῦσαι, ὡς πρὸς ἑσπέραν ἀφιξομένους· αὐτὸς δὲ πεμφθῆναι ταῦτα προερῶν, καὶ τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ κρυβήσονται παρελθόντες, ὃς παρέξει, γνωσόμενος, ὡς ἂν εἰδότες εὐθὺς ἐκεῖ βαδίζοιεν. Ἀπορουμένων δὲ ἡμῶν καὶ σκοπούντων, αὐτὸς ὡμολόγησεν ὁ Χάρων παρέξειν. Ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ἔγνω πάλιν ἀπελθεῖν σπουδῇ πρὸς τοὺς φυγάδας.

3. Ἐμοῦ δὲ ὁ μάντις Θεόκριτος τὴν χεῖρα πιέσας σφόδρα, καὶ πρὸς τὸν Χάρωνα βλέψας προερχόμενον, Οὗτος, εἶπεν, ὦ Καφεισία, φιλόσοφος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μετείληφε παιδείας διαφόρου καὶ περιττῆς, ὥσπερ Ἐπαμεινώνδας, ὁ σὸς ἀδελφός· ἀλλ' ὁρᾷς, ὅτι φύσει πρὸς τὸ καλὸν ὑπὸ τῶν νόμων ἀγόμενος, τὸν μέγιστον ὑποδύεται κίνδυνον ἑκουσίως ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Ἐπαμεινώνδας δὲ Βοιωτῶν ἁπάντων τῷ πεπαιδεῦσθαι πρὸς ἀρετὴν ἀξιῶν διαφέρειν, ἀμβλύς ἐστι, καὶ ἀπρόθυμος, ** τοῦτον ἢ τινα βελτίονα καιρὸν αὐτῷ πεφυκότι καὶ παρεσκευασμένῳ καλῶς οὕτω χρησόμενος. Κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, Ὦ προθυμότατε, εἶπον, Θεόκριτε, τὰ δεδογμένα πράττομεν ἡμεῖς. Ἐπαμεινώνδας δὲ μὴ πείθων, ὡς οἴεται βέλτιον εἶναι ταῦτα μὴ πράσσειν, εἰκότως ἀντιτείνει πρὸς ἃ μὴ πέφυκε, μηδὲ δοκιμάζει παρακαλούμενος. Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν, ἄνευ σιδήρου καὶ πυρὸς ὑπισχνούμενον τὸ νόσημα παύσειν, εὐγνωμονοίης ἂν, οἶμαι, τέμνειν, ἢ ἀποκαίειν, βιαζόμενος ** οὐκ οὖν καὶ οὗτος ** δήπου μηδὲ διὰ τῶν πολιτῶν ** ἄκριτον, ἀλλὰ καὶ αἵματος ἐμφυλίου καὶ σφαγῆς τὴν πόλιν ἐλευθεροῦσι συναγωνιεῖσθαι προθύμως. Ἐπεὶ δ' οὐ πείθει τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ ταύτην ὡρμήκαμεν τὴν ὁδὸν, ἐᾷν αὐτὸν κελεύει φόνου καθαρὸν ὄντα καὶ ἀναίτιον ἐφε-

per litteras renuntiante. Itaque tibi restat narratio de reditu amicorum, utque tyrannos oppresserint.

II. CAPHISIAS. Enimvero iis ipsis diebus, Archidame, omnes conspirationis socii solebamus in domo Simmiæ convenire, qui e vulnere quodam in crus accepto convalescebat, ac de rebus necessariis colloqui: palam autem disputationibus et philosophando tempus terere: sæpenumero, ut suspicione res vacaret, una perducentes Archiam et Leontidam, non admodum alienos ab hujusmodi exercitatione. Nam Simmias longum tempus peregrinatus et apud exteros vagatus, paulo ante redierat Thebas, plenus omnis generis fabularum et narrationum barbaricarum. Itaque Archias, ubi erat otiosus, libenter eum audiebat, inter adolescentes assidens: malebatque nos litteras tractare, quam observare illorum actiones. Ea vero die, qua constitutum erat ut tenebris ingruentibus exules clam ad mœnia adessent, quidam huc venit missus a Pherenico, nemini inter nos, dempto Charone, notus: is nuntiat, exulum duodecim ætate reliquis minores cum canibus apud Cithæronem venari, sub vesperam huc venturos, seque missum ut hoc prædiceret, ac, quis domum præbiturus esset venientibus, cognosceret, in qua occultarentur, ut ea indicata statim eo se possent recipere ipsi. Hæsitantibus nobis, et deliberantibus, ipse Charon domum se præbiturum promisit. Atque is quidem nuntius statim ad exules redire properabat.

III. Meam autem manum Theocritus vates vehementius premens, et Charonem intuens prætereuntem: Hic, aiebat, philosophus non est, Caphisia, neque institutus singulariter et accurate ut frater tuus Epaminondas: vides tamen ut natura per leges ad honestatem ducente, ultro maximum pro patria subit periculum. Epaminondas autem, qui se omnibus Bœotis ad virtutem rectius instructum putat, segnis est, animique remissi: nisi ad præsens tempus, ad quodnam tandem melius tempus usurus illis naturæ et institutionis subsidiis? Tum ego: Alacerrime, inquam, Theocrite, nos, quod decrevimus, agimus. Epaminondas autem non persuadens nobis præstare hanc actionem omittere, quæ ipsius est sententia, haud injuria refragatur, ad societatem eorum ad quæ factus non est, neque ea probat, vocatus. Nam neque medicum sine ferro et igne promittentem se morbo medicaturum modeste feceris si ad secandam atque urendam affectam partem adigas. Igitur et Epaminondas ratione et oratione institutum opus perficiendum judicans, nec probans ut quisquam unus civis indicta causa interficiatur, non sane socium se iis adjungat promptum qui patriam civili sanguine ac cædibus liberare volunt. Et quoniam plerosque non pertrahit in suam sententiam, nosque hanc viam ingressi sumus; vult ut ipsum cædis purum atque

στάναι* τοῖς καιροῖς, μετὰ τοῦ δικαίου καὶ τῷ συμφέροντι προσοισόμενον. Οὐδὲ γὰρ ὅρον ἕξειν τὸ ἔργον, ἀλλὰ Φερένικον μὲν ἴσως καὶ Πελοπίδαν ἐπὶ τοὺς αἰτίους μάλιστα τρέψεσθαι καὶ πονηρούς· Εὐμολπίδαν δὲ καὶ Σαμίδαν, ἀνθρώπους διαπύρους πρὸς ὀργὴν καὶ θυμοειδεῖς, ἐν νυκτὶ λαβόντας ἐξουσίαν, οὐκ ἀποθήσεσθαι τὰ ξίφη, πρὶν ἐμπλῆσαι τὴν πόλιν ὅλην φόνων, καὶ διαφθεῖραι πολλοὺς τῶν ἰδίᾳ διαφερόντων.

4. Ταῦτά μου διαλεγομένου πρὸς τὸν Θεόκριτον, διακούων ὁ Ἀναξίδωρος, ἐγγὺς γὰρ** καὶ Λυσανορίδαν τὸν Σπαρτιάτην ἀπὸ τῆς Καδμείας, ὥσπερ εἰς ταὐτὸν ἡμῖν σπεύδοντας. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐπέσχομεν. Ὁ δ' Ἀρχίας καλέσας τὸν Θεόκριτον, καὶ τῷ Λυσανορίδᾳ προσαγαγὼν ἰδίᾳ, λαλεῖ πολὺν χρόνον ἐκνεύσας τῆς ὁδοῦ μικρὸν ὑπὸ τὸ Ἄμφιον· ὥσθ' ἡμᾶς ἀγωνιᾶν, μή τις ὑπόνοια προσπέπτωκεν ἢ μήνυσις αὐτοῖς, περὶ ἧς ἀνακρίνουσι τὸν Θεόκριτον. Ἐν τούτῳ Φυλλίδας, ὃν οἶσθα, ὦ Ἀρχίδαμε, τότε τοῖς περὶ τὸν Ἀρχίαν πολεμαρχοῦσι γραμματεύων** ἥξειν καὶ τῆς πράξεως μετέχων· λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, ὥσπερ εἰώθει, φανερῶς ἔσκωπτεν εἰς τὰ γυμνάσια καὶ τὴν πάλην. Εἶτα πόῤῥω τῶν ἄλλων ἀπαγαγὼν ἐπυνθάνετο περὶ τῶν φυγάδων, εἰ τὴν ἡμέραν φυλάττουσιν. Ἐμοῦ δὲ φήσαντος, Οὐκοῦν, εἶπεν, ὀρθῶς ἐγὼ τὴν ὑποδοχὴν παρεσκεύασα σήμερον, ὡς δεξόμενος Ἀρχίαν, καὶ παρέξων ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ τοῖς ἀνδράσιν εὐχείρωτον. Ἄριστα μὲν οὖν, εἶπον, ὦ Φυλλίδα, καὶ πειράθητι πάντας ἢ πλείους εἰς ταὐτὸ τῶν ἐχθρῶν συναγαγεῖν. Ἀλλ' οὐ ῥάδιον, ἔφη, μᾶλλον δ' ἀδύνατον· ὁ γὰρ Ἀρχίας ἐλπίζων τινὰ τῶν ἐν ἀξιώματι γυναικῶν ἀφίξεσθαι τηνικαῦτα πρὸς αὐτὸν, οὐ βούλεται παρεῖναι τὸν Λεοντίδην· ὥσθ' ἡμῖν δίχα διαιρετέον αὐτοὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας· Ἀρχίου γὰρ ἅμα καὶ Λεοντίδου προκαταληφθέντων, οἶμαι τοὺς ἄλλους ἐκποδὼν ἔσεσθαι φεύγοντας, ἢ μενεῖν μεθ' ἡσυχίας, ἀγαπῶντας, ἄν τις διδῷ τὴν ἀσφάλειαν. Οὕτως, ἔφην, ποιήσομεν. Ἀλλὰ τί πρᾶγμα τούτοις πρὸς Θεόκριτόν ἐστιν, ὑπὲρ οὗ διαλέγονται; Καὶ ὁ Φυλλίδας οὐ σαφῶς εἶπεν, οὐδὲ ὡς ἐπιστάμενος· ἤκουον δὲ σημεῖα καὶ μαντεύματα δυσχερῆ καὶ χαλεπὰ προστίθεσθαι τῇ Σπάρτῃ. ** Φειδόλαος ὁ Τῖος ἀπαντήσας, Μικρὸν, εἶπεν, ὑμᾶς ἐνταῦθα περιμεῖναι Σιμμίας. Ἐντυγχάνει γὰρ διὰ Λεοντίδην περὶ Ἀμφιθέου παραιτούμενος μεῖναι τὸ διαπράξασθαι φυγὴν ἀντὶ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ.

5. Καὶ Θεόκριτος, Εἰς καιρὸν, ἔφη, καὶ ὥσπερ ἐπίτηδες· καὶ γὰρ ἐβουλόμην πυθέσθαι, τίνα ἦν τὰ εὑρεθέντα, καὶ τίς ὅλως ἡ ὄψις τοῦ Ἀλκμήνης τάφου παρ' ὑμῖν ἀνοιχθέντος· εἰ δὴ παρεγένου καὶ αὐτὸς, ὅτε πέμψας Ἀγησίλαος εἰς Σπάρτην τὰ λείψανα μετεκόμιζε. Καὶ ὁ Φειδόλαος, Οὐ γὰρ, ἔφη, παρέτυχον, καὶ πολλὰ δυσανασχετῶν καὶ ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς πολίτας ἐγκατελείφθην ὑπ' αὐτῶν. Εὑρέθη δ' οὖν [οὐδὲν] σώματος, ψέλιον δὲ χαλκοῦν οὐ μέγα καὶ δύο ἀμφορέες κεράμειοι γῆν ἔχοντες ἐντὸς ὑπὸ χρόνου λελιθωμένην ἤδη

innocentem sinamus suis intentum esse occasionibus, cum justitia utilitatem consectaturum. Non enim rem suis se contenturam finibus, Pherenicum quidem fortassis et Pelopidam in sontes maxime et malos impetum facturos : Eumolpidam autem et Samidam, homines ardentissimæ iræ, et audaces, nocturnam adeptos licentiam, gladios non ante posituros, quam totam urbem cædibus impleverint, et multos præcipuos viros interfecerint.

IV. Hæc me cum Theocrito colloquente, inaudiens Anaxidorus (pone enim erat) cavere jubebat Archiam et Lysanoridam Spartanum a Cadmea, veluti eodem pergentes, quo nos contendebamus. Itaque sermonem inhibuimus. Archias autem Theocritum ad se vocans, et ad Lysanoridam seorsim adducens, diu collocutus est, paululum a via cum declinassent juxta Amphium : ita ut anxie nos vereremur, ne ad eos suspicio aliqua aut indicium esset delatum, de quo Theocritum percunctarentur. Interim Phyllidas, quem nosti, Archidame, polemarchi magistratum tum gerenti Archiæ scribam fuisse, veniens ad nos et ipse conspirationis socius, me manu more suo apprehensum, cum palam gymnasia et luctam dicteriis impetivisset, procul ab aliis abductum interrogat de exulibus, an ad diem dictum præsto essent futuri. Cumque ego ita esse respondissem : Recte ergo, inquit, ego convivium institui hodie, Archiam invitaturus, et inter pocula facilem captu iis exhibiturus. Optime, inquam ego, mi Phyllida, et operam da, ut vel omnes vel plerosque hostium in unum cogas. Id vero, aiebat ille, non facile, adeoque impossibile factu est : nam Archias sperans tunc quamdam nobilem matronam ad ipsum venturam, non vult Leontidam interesse : itaque bifariam nobis secundum domos sunt nostri dividendi : Archia enim simul et Leontida oppressis, puto reliquos aut fuga se subducturos, aut bene secum agi existimaturos, si securis esse concedatur. Ita, inquam ego, agemus. Sed quid hoc rei est, de quo cum Theocrito colloquuntur? Non plane novi, ait : audivi autem signa et vaticinia sinistra Spartæ obtigisse. Interea Phidolaus Haliartius occurrens : Paululum, inquit, exspectare vos hic jubet Simmias : intercedit enim opera Leontidæ pro Amphitheo, ut mortis supplicium ei decretum in exilium mutetur petens.

V. Tum Theocritus : Tempestive, inquit, et veluti dedita opera : volebam enim scire quænam inventa, et omnino quæ facies Alcmenæ sepulcri apud vos aperti esset, siquidem tu quoque interfuisti, cum Agesilaus eo misit qui reliquias Spartam transferrent. Interfui vero, inquit ille : et valde indignans ac quiritans adversus cives, ab iis intus relictus sum. Inventa est igitur corporis pars nulla, at armilla ærea non magna, et duæ amphoræ figlinæ, terram continentes jam præ vetustate in saxum concretam : in monumento porro,

καὶ συμπεπηγυιαν ** τοῦ μνήματος ** πίναξ χάλκεος ἔχων γράμματα πολλὰ θαυμαστὰ ὡς παμπάλαια· γνῶναι γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐδὲν παρεῖχε, καίπερ ἐκφανέντα τοῦ χαλκοῦ καταπλυθέντος, ἀλλ' ἴδιός τις ὁ τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων ἐμφερέστατος Αἰγυπτίοις· διὸ καὶ Ἀγησίλαος, ὡς ἔφασαν, ἐξέπεμψεν ἀντιγραφὰς τῷ βασιλεῖ, δεόμενος δεῖξαι τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ ξυνήσουσιν. Ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν ἴσως ἂν ἔχοι τι καὶ Σιμμίας * ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι, κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ τοῖς ἱερεῦσι διὰ φιλοσοφίαν συγγενόμενος. Ἁλιάρτιοι δὲ τὴν μεγάλην ἀφορίαν καὶ τὴν ἐπίβασιν τῆς λίμνης οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου γενέσθαι νομίζουσιν, ἀλλὰ μήνιμα τοῦ τάφου τοῦτο περιελθεῖν ἀνασχομένους ὀρυττόμενον. Καὶ ὁ Θεόκριτος μικρὸν διαλιπὼν, Ἀλλ' οὐδ' αὐτοῖς, ἔφη, Λακεδαιμονίοις ἀμήνιτον ἔοικεν εἶναι τὸ δαιμόνιον, ὡς προδείκνυσι τὰ σημεῖα, περὶ ὧν ἄρτι Λυσανορίδας ἡμῖν ἐκοινοῦτο· καὶ νῦν μὲν ἄπεισιν εἰς Ἁλίαρτον ἐπιχώσων αὖθις τὸ σῆμα καὶ χοὰς ποιησόμενος Ἀλκμήνῃ καὶ Ἀλέῳ, κατά δή τινα χρησμὸν, ἀγνοῶν τὸν Ἄλεον, ὅστις ἦν· ἐπανελθὼν δ' ἐκεῖθεν, οἷός ἐστι τὸν Δίρκης ἀναζητεῖν τάφον, ἄγνωστον ὄντα τοῖς Θηβαίοις, πλὴν τῶν ἱππαρχηκότων. Ὁ γὰρ ἀπαλλαττόμενος τὸν παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν μόνος ἄγων μόνον ἔδειξε νύκτωρ, καί τινας ἐπ' αὐτῷ δράσαντες ἀπύρους ἱερουργίας, ὧν τὰ σημεῖα συγχέουσι καὶ ἀφανίζουσιν, ὑπὸ σκότος ἀπέρχονται χωρισθέντες. Ἐγὼ δέτ ** μὲν, ὦ Φειδόλαε, ** καλῶς ἐξευρήσειν αὐτοὺς νομίζω. Φεύγουσι γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἱππαρχηκότων νομίμως, μᾶλλον δὲ πάντες, πλὴν Γοργίδου καὶ Πλάτωνος, ὧν οὐδ' ἂν ἐπιχειρήσειαν ἐκπυνθάνεσθαι δεδιότες τοὺς ἄνδρας· οἱ δὲ νῦν ἄρχοντες ἐν τῇ Καδμείᾳ τὸ δόρυ καὶ τὴν σφραγῖδα παραλαμβάνουσιν, οὔτ' εἰδότες οὐδὲν, οὔτε **

6. Ταῦτα τοῦ Θεοκρίτου λέγοντος, ὁ Λεοντίδης ἐξῄει μετὰ τῶν φίλων· ἡμεῖς δ' εἰσελθόντες ἠσπαζόμεθα τὸν Σιμμίαν ἐπὶ τῆς κλίνης καθεζόμενον, οὐ κατατετευχότα τῆς δεήσεως, οἶμαι, μάλα σύννουν καὶ διαλελυπημένον· ἀποβλέψας δὲ πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ἀγρίων καὶ βαρβάρων ἠθῶν· εἶτ' οὐχ ὑπέρευ Θαλῆς ὁ παλαιὸς ἀπὸ ξένης ἐλθὼν διὰ χρόνου, τῶν φίλων ἐρωτώντων, ὅ τι καινότατον ἱστορήκοι, Τύραννον, ἔφη, γέροντα. Καὶ γὰρ ᾧ μηδὲν ἰδίᾳ συμβέβηκεν ἀδικεῖσθαι, τὸ βάρος αὐτὸ καὶ τὴν σκληρότητα τῆς ὁμιλίας δυσχεραίνων, ἐχθρός ἐστι τῶν ἀνόμων καὶ ἀνυπευθύνων δυναστειῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως θεῷ μελήσει· τὸν δὲ ξένον ἴστε τὸν ἀφιγμένον, ὦ Καφεισία, πρὸς ὑμᾶς, ὅστις ἐστίν; Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγὼ, τίνα λέγεις. Καὶ μὴν, ἔφη, Λεοντίδης [φησὶν] ἄνθρωπον ὦφθαι παρὰ τὸ Λύσιδος μνημεῖον ἐκ νυκτῶν ἀνιστάμενον, ἀκολουθίας πλήθει καὶ κατασκευῇ σοβαρὸν, αὐτόθι κατηυλισμένον ἐπὶ στιβάδων· φαίνεσθαι γὰρ ἄγνου καὶ μυρίκης χαμεύνας, ἔτι δ' ἐμπύρων λείψανα, καὶ χοὰς γάλακτος· ἕωθεν δὲ πυνθάνεσθαι τῶν ἀπαντώντων, εἰ τοὺς Πολύμνιος παῖδας

tabula ærea, litteras continens permultas, et admirandas, utpote vetustissimas : agnosci enim non potuerunt, quanquam abluto ære exstarent : sed forma peculiaris fuit et barbarica, Ægyptiis maxime similis : itaque etiam Agesilaus exempla earum regi Ægyptio misit, rogans ut sacerdotibus exhiberet, si forte ii possent intelligere. Verum de his forte Simmias aliquid nobis potest indicare, qui ob philosophiam frequenter isto tempore sacerdotes Ægyptios convenit. Haliartii vero magnam illam sterilitatem et paludis exundationem non fortuito putant accidisse, sed ira numinis adversum ipsos, quod effodi sepulcrum passi essent. Et Theocritus paululum moratus : Videtur, inquit, ipsis quoque Lacedæmoniis succensuisse genius, quod ostenta monstrant, de quibus modo nobiscum sermones contulit Lysanoridas : is nunc proficiscitur Haliartum, rursum terra ingesta sepulcrum obruturus, ac parentaturus Alcmenæ et Aleo, jussu oraculi cujusdam, cum quidem nesciat quis ille sit Aleus : reversus autem quæret Dirces sepulcrum, Thebanis ignotum, exceptis qui magisterium equitum gesserunt ; nam magistratu eo decedens successorem solus solum eo noctu adducens id ostendit : ibique sacrificiis quibusdam sine igne factis, quorum vestigia confundunt et abolent, per tenebras discedunt atque a se invicem separantur. Ego autem sepulcrum quidem, o Phidolae, non facile eos inventuros existimo. Exulant enim plerique eorum qui magistri equitum fuerunt secundum leges, imo omnes, Gorgida dempto et Platone, quos non conabuntur interrogare metu ipsorum. Qui vero nunc præfecti sunt in Cadmea hastam et sigillum ad se recipiunt, nec scientes quidquam nec discentes.

VI. Hæc cum dixisset Theocritus, Leontidas cum amicis exiit. Nos autem ingressi Simmiam convenimus, ob infectam, ut videbatur, rem sollicitum admodum ac mœstum, in lecto sedentem. Oculos enim conjiciens in omnes nos : Dii boni, aiebat, quam feri et barbari sunt mores isti ! Ergo non præclarissime Thales ille priscus, cum longo post tempore a peregrinatione domum rediisset, amicis interrogantibus quid maxime rarum vidisset, respondit : Senem tyrannum. Nam etiam is, ad quem nulla privatim injuria pervenit, ipsam importunitatem et asperitatem tyrannidis ægre ferens, inimicus fit injustarum et nulli juri se sistentium dominationum. Sed hæc fortasse diis curæ erunt. Hospes vero, Caphisia, qui ad nos venit, nostisne quis sit ? Nescio, aiebam, de quo loquare. Tum ille : Leontidas, inquit, visum dicit apud Lysidis monumentum a nocte surgentem hominem, comitatus multitudine et apparatu splendidum, qui in thoro ibi pernoctasset : nam inventos fuisse humi stratos lectos e vitice et myrica factos, igneorum quoque sacrificiorum reliquias, et liba lactis : eumque mane ex obviis quæsivisse, an

ἐνδημοῦντας εὑρήσει. Καὶ τίς ἄν, εἶπον, ὁ ξένος εἴη; περιττῷ γάρ, ἀφ' ὧν λέγεις, τινὶ καὶ οὐκ ἰδιώτῃ προσέοικεν.

7. Οὐ γὰρ οὖν, εἶπεν ὁ Φειδόλαος, ἀλλὰ τοῦτον μέν, ὅταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς, δεξόμεθα. Νυνὶ δὲ ὑπὲρ ὧν ἀρτίως ἠποροῦμεν, ὦ Σιμμία, γραμμάτων, εἴ τι γινώσκεις πλεῖον, ἐξάγγειλον ἡμῖν· λέγονται γὰρ οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς τὰ γράμματα συμβαλεῖν τοῦ πίνακος, ἃ παρ' ἡμῶν ἔλαβεν Ἀγησίλαος, τὸν Ἀλκμήνης τάφον ἀνασκευασάμενος. Καὶ ὁ Σιμμίας εὐθὺς ἀναμνησθείς, Οὐκ οἶδα, ἔφη, τὸν πίνακα τοῦτον, ὦ Φειδόλαε· γράμματα δὲ πολλὰ παρὰ Ἀγησιλάου κομίζων Ἀγητορίδας ὁ Σπαρτιάτης ἧκεν εἰς Μέμφιν ὡς Χόνουφιν τὸν προφήτην, [παρ' ᾧ] ποτὲ συμφιλοσοφοῦντες διετρίβομεν ἐγὼ καὶ Πλάτων καὶ Ἑλλοπίων ὁ Πεπαρήθιος. Ἧκε δέ, πέμψαντος βασιλέως, καὶ κελεύσαντος τὸν Χόνουφιν, εἴ τι συμβάλλοι τῶν γεγραμμένων, ἑρμηνεύσαντα ταχέως ἀποστεῖλαι· πρὸς ἑαυτὸν δὲ τρεῖς ἡμέρας ἀναλεξάμενος βιβλίων τῶν παλαιῶν παντοδαποὺς χαρακτῆρας, * ἀντέγραψε τῷ βασιλεῖ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔφρασεν, ὡς Μούσαις ἀγῶνα κελεύει συντελεῖσθαι τὰ γράμματα· τοὺς δὲ τύπους εἶναι τῆς ἐπὶ Πρωτεῖ βασιλεύοντι γραμματικῆς· Ἡρακλέα [δὲ] τὸν Ἀμφιτρύωνος ἐκμαθεῖν· ὑφηγεῖσθαι μέντοι καὶ παραινεῖν τοῖς Ἕλλησι διὰ τῶν γραμμάτων τὸν θεὸν ἄγειν σχολὴν καὶ εἰρήνην, διὰ φιλοσοφίας ἀγωνιζομένους ἀεί, Μούσαις καὶ λόγῳ διακρινομένους περὶ τῶν δικαίων, τὰ ὅπλα καταθέντας. Ἡμεῖς δὲ καὶ τότε λέγειν καλῶς ἡγούμεθα τὸν Χόνουφιν, καὶ μᾶλλον ὁπηνίκα κομιζομένοις ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου περὶ Καρίαν Δηλίων τινὲς ἀπήντησαν, δεόμενοι Πλάτωνος ὡς γεωμετρικοῦ, λῦσαι χρησμὸν αὐτοῖς ἄτοπον ὑπὸ τοῦ θεοῦ προβεβλημένον. Ἦν δὲ χρησμός, Δηλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι παῦλαν τῶν παρόντων κακῶν ἔσεσθαι διπλασιάσασι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. Οὔτε δὲ τὴν διάνοιαν ἐκεῖνοι συμβάλλειν δυνάμενοι, καὶ περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες (ἑκάστης γὰρ τῶν τεσσάρων πλευρῶν διπλασιαζομένης, ἔλαθον τῇ αὐξήσει τόπον στερεὸν ὀκταπλάσιον ἀπεργασάμενοι, δι' ἀπειρίαν ἀναλογίας, ἣ τῷ μήκει διπλάσιον παρέχεται), Πλάτωνα τῆς ἀπορίας ἐπεκαλοῦντο βοηθόν. Ὁ δέ, τοῦ Αἰγυπτίου μνησθείς, προσπαίζειν ἔφη τὸν θεὸν Ἕλλησιν, ὀλιγωροῦσι παιδείας, οἷον ἐφυβρίζοντα τὴν ἀμαθίαν ἡμῶν, καὶ κελεύοντα γεωμετρίας ἅπτεσθαι μὴ παρέργως· οὐ γάρ τοι φαύλης οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι, καὶ δυοῖν μέσον ἀνάλογον λῆψιν· ᾗ μόνῃ διπλασιάζεται σχῆμα κυβικοῦ σώματος, ἐκ πάσης ὁμοίως αὐξόμενον διαστάσεως· τοῦτο μὲν οὖν Εὔδοξον αὐτοῖς τὸν Κνίδιον, ἢ τὸν Κυζικηνὸν Ἑλίκωνα, συντελέσειν· μὴ τοῦτο δὲ οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησι πᾶσι, πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους, Μούσαις ὁμιλεῖν, καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ μαθημάτων τὰ πάθη καταπραΰνοντας, ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἀλλήλοις συμφέρεσθαι.

Polymnis filios domi esset inventurus. Quis vero, dicebam, ille hospes fuerit? nam ex iis quæ tu refers, non vulgarem aliquem, sed eximium fuisse apparet.

VII. Non sane, inquit Phidolaus. Sed istum nos, ubi venerit, excipiemus. Nunc autem, o Simmia, de quibus recens dubitatio nobis incidit, si quid habes non vulgare, id nobis aperi : traditum est enim Ægyptios sacerdotes litteras intellexisse tabulæ ejus, quam nobis abstulit Agesilaus, cum sepulcrum Alcmenæ diruisset. Hic Simmias statim re in memoriam revocata : Tabulam, inquit, istam non novi : sed Agetoridas Spartanus multis cum litteris Memphin venit ad Chonuphin prophetam, cum ibi tunc una philosopharemur ego, Plato, et Ellopio Peparethius : miserat autem Agetoridam rex petens a Chonuphi, ut si quid scriptorum intelligeret, statim hoc interpretatum ad se remitteret. Ergo Chonuphis cum per triduum seorsim de antiquis libris omnis generis litterarum formas collegisset, rescripsit ad regem, nobisque indicavit, his litteris significari : *Musis Græcos debere certamen edere;* esse autem litterarum formas ejus grammaticæ, quam Proteo regnante Hercules Amphitryonis F. didicerit : et moneri Græcos his litteris a deo ut armis positis pacatam quietamque vitam ducant, et philosophice concertantes de jure, erudite et cum ratione inter se lites transigant. Nos et tum Chonuphis sententiam probavimus, et magis etiam cum nobis ex Ægypto avectis, et circa Cariam navigantibus occurrerunt Delii quidam, qui a Platone, utpote rerum geometricarum perito, flagitarent oraculi explicationem, quod insolens ipsis deus edidisset. Erat autem oraculi hæc sententia : *Deliis et ceteris Græcis calamitatum finem fore præsentium, si aram quæ in Delo erat cubica duplicarent.* Cujus cum sententiam assequi non possent, et in altaris structura ridicule eis hoc evenisset, ut pro dupla ara, ignoratione proportionis octuplam excitarent; Platonis opem in hac difficultate explicanda imploraverunt. Ille vero Ægyptii istius recordatus, Ludi a deo Græcos dixit, qui eruditionem negligerent, eorumque insultari inscitiæ, mandarique ut serio geometriæ operam darent; non enim ignavi aut segniter in tractandis lineis perspicacis ingenii opus esse, datis duabus lineis, aliam quæ continente proportione inter has intercedat invenire : quæ quidem unica sit cubi duplicandi ratio, ex æquo omnibus ejus auctis dimensionibus : rem iis ab Eudoxo Cnidio, aut Helicone Cyziceno confectum iri. Neque vero putandum esse deum hanc aræ duplicationem requirere, sed universis præcipere Græcis ut bellis et miseriis ea comitantibus vitatis, Musis sese dedant, ac litterarum et doctrinæ usu sedatis animi turbulentis motibus, innoxie et utiliter inter se conversentur.

8. Μεταξὺ δὲ τοῦ Σιμμίου λέγοντος, ὁ πατὴρ ἡμῶν, Πολύμνις, ἐπεισῆλθε, καὶ καθίσας παρὰ τὸν Σιμμίαν, Ἐπαμεινώνδας, ἔφη, καὶ σὲ καὶ τούτους παρακαλεῖ πάντας, εἰ μή τις ἀσχολία μείζων, ἐνταῦθα περιμεῖναι· βουλόμενος ἡμῖν γνωρίσαι τὸν ξένον, ἄνδρα γενναῖον μὲν αὐτὸν ** μετὰ γενναίας καὶ καλῆς ἀφιγμένον τῆς προαιρέσεως ** ἐξ Ἰταλίας τῶν Πυθαγορικῶν· ἀφῖκται δὲ Λύσιδι τῷ γέροντι χοὰς χέασθαι περὶ τὸν τάφον, ἔκ τινων ἐνυπνίων, ὥς φησι, καὶ φασμάτων ἐναργῶν· συχνὸν δὲ κομίζων χρυσίον, οἴεται δεῖν Ἐπαμεινώνδᾳ τὰς Λύσιδος γηροτροφίας ἀποτίνειν, καὶ προθυμότατός ἐστιν, οὐ δεομένων οὐδὲ βουλομένων ἡμῶν, τῇ πενίᾳ βοηθεῖν. Καὶ ὁ Σιμμίας ἡσθεὶς πάνυ, Θαυμαστόν γε λέγεις, εἶπεν, ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας ἄξιον· ἀλλὰ τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν οὐκ εὐθὺς ἥκει πρὸς ἡμᾶς; Ἐκεῖνον, ἔφη, νυκτερεύσαντα περὶ τὸν τάφον, ἐμοὶ δοκεῖ, τὸν Λύσιδος ἦγεν Ἐπαμεινώνδας πρὸς τὸν Ἰσμηνὸν ἀπολουσόμενον, εἶτ' ἀφίξονται δεῦρο πρὸς ἡμᾶς· πρὶν δ' ἐντυχεῖν ἡμῖν, ἐνηυλίσατο τῷ τάφῳ, διανοούμενος ἀνελέσθαι τὰ λείψανα τοῦ σώματος καὶ κομίζειν εἰς Ἰταλίαν, εἰ μή τι νύκτωρ ὑπεναντιωθείη δαιμόνιον. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ταῦτ' εἰπὼν ἐσιώπησεν.

9. Ὁ δὲ Γαλαξίδωρος, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἄνδρα καθαρεύοντα τύφου καὶ δεισιδαιμονίας. Οἱ μὲν γὰρ ἄκοντες ὑπὸ τῶν παθῶν τούτων ἁλίσκονται δι' ἀπειρίαν ἢ δι' ἀσθένειαν· οἱ δὲ, ὡς θεοφιλεῖς καὶ περιττοί τινες εἶναι δοκοῖεν, ἐπιθειάζουσι τὰς πράξεις, ὀνείρατα καὶ φάσματα, καὶ τοιοῦτον ἄλλον ὄγκον προϊστάμενοι τῶν ἐπὶ νοῦν ἰόντων. * Ὃ πολιτικοῖς μὲν ἀνδράσι, καὶ πρὸς αὐθάδη καὶ ἀκόλαστον ὄχλον ἠναγκασμένοις ζῆν, οὐκ ἄχρηστον ἴσως ἐστὶν, ὥσπερ ἐκ χαλινοῦ τῆς δεισιδαιμονίας πρὸς τὸ συμφέρον ἀντισπάσαι καὶ μεταστῆσαι τοὺς πολλούς· φιλοσοφίας δ' οὐ μόνον ἔοικεν ἀσχήμων ὁ τοιοῦτος εἶναι σχηματισμὸς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν ἐναντίος, ἣ πᾶν ἐπαγγειλαμένη λόγῳ τἀγαθὸν καὶ τὸ συμφέρον διδάσκειν, εἰς θεοὺς ἐπαναχωρεῖ τῆς τῶν πράξεων ἀρχῆς, ὡς τοῦ λόγου καταφρονοῦσα, καὶ τὴν ἀπόδειξιν, ᾗ δοκεῖ διαφέρειν, ἀτιμάσασα, πρὸς μαντεύματα τρέπεται καὶ ὀνειράτων ὄψεις· ἐν οἷς ὁ φαυλότατος οὐχ ἧττον τῷ κατατυγχάνειν πολλάκις φέρεται τοῦ κρατίστου. Διὸ καὶ Σωκράτης ὁ ὑμέτερος, ὦ Σιμμία, δοκεῖ μοι φιλοσοφώτερον χαρακτῆρα παιδείας καὶ λόγου περιβάλλεσθαι, τὸ ἀφελὲς τοῦτο καὶ ἄπλαστον, ὡς ἐλευθέριον καὶ μάλιστα φίλον ἀληθείας ἑλόμενος, τὸν δὲ τῦφον, ὥσπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσκεδάσας. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Θεόκριτος, Τί γὰρ, εἶπεν, ὦ Γαλαξίδωρε; καὶ σὲ Μέλιτος πέπεικεν, ὅτι Σωκράτης ὑπερεώρα τὰ θεῖα; τοῦτο γὰρ αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους κατηγόρησεν. Οὐδαμῶς, ἔφη, τά γε θεῖα· φασμάτων δὲ, καὶ μύθων, καὶ δεισιδαιμονίας ἀνάπλεω φιλοσοφίαν ἀπὸ Πυθαγόρου ** Ἐμπεδοκλέους δεξάμενος, εὖ μάλα βεβακχευμένην εἴθισεν ὥσπερ πρὸς

VIII. Adhuc loquente Simmia, pater noster Polymnis ingreditur, et juxta eum assidens : Epaminondas, inquit, te et hos omnes rogat, ut, nisi gravius aliquod urgeat negotium, hic ipsum exspectetis; vult enim vobis hospitem ostendere, virum præclarum, et præclaro honestoque proposito huc profectum. Is est unus de Italicis Pythagoreis, venitque ut Lysidi seni ad sepulcrum parentet, quibusdam somniis, ut ait, ac spectris motus manifestis : affert autem secum magnam vim auri, paratissimusque est nobis quantumvis recusantibus persolvere nutrimenta a nobis seni præbita, et paupertatem nostram, minime id nobis petentibus, sublevare. Mirum, aiebat Simmias lætus, hominem narras, dignumque philosophia, sed quid causæ est quod non recta ad nos accedit? Eum, inquit pater, quia ad sepulcrum Lysidis noctem exegit, ut puto, Epaminondas ad Ismenum duxit, ibi se abluturum : postea ad vos venient. Antequam vero vos conveniret, ad sepulcrum pernoctavit : statuit enim reliquias corporis secum in Italiam asportare, nisi noctu genius aliqua adversaretur. His dictis pater conticuit.

IX. Tum Galaxidorus : Dii boni, inquit, quam difficile est hominem invenire fastus vacuum et superstitionis! Alii enim inviti ob imperitiam aut imbecillitatem hisce affectibus capiuntur : alii ut diis cari et singulares videantur, divinitatem quamdam suis actionibus affingunt, somnia, spectra, aliamque id genus pompam ac speciem prætexentes suis ipsi cogitatis. Quod quidem civilibus viris, et quibus necesse est vitam suam ad contumacem et dissolutam turbam accommodare, fortasse non est inutile; ut superstitione quasi freno multitudinem compescant, et ad utilia torqueant. Philosophiam autem non modo dedecet hic prætextus, sed et professioni ipsius repugnat : siquidem professa bonum omne et utile ratione docere, dein ab hoc actionum initio se ad deos refert, veluti spernens rationem, ac demonstrationem qua excellere videtur contemnens, ad oracula se recipit, ac somnia, quæ sæpenumero deterrimo cuique non viliora offeruntur quam præstantissimis. Itaque Socrates vester, Simmia, videtur mihi philosophiæ convenientiorem doctrinæ habitum indutus fuisse, simplex et figmentorum expers disputandi genus ut liberale et maxime amicum veritati amplexus : fastumque veluti fumum quemdam a philosophia in sophistas abigens. Hic Theocritus interpellans : Quid, inquit, Galaxidore? An tibi quoque fidem fecit Melitus, Socratem divina contempsisse? Hoc enim crimen ei apud Athenienses impegit. Nequaquam, aiebat Galaxidorus, divina. Sed cum accepisset philosophiam spectris, fabulis, et superstitione obsitam a Pythagora et Empedocle, et admodum bacchantem, assuefecit eam ad

τὰ πράγματα πεπύσθαι καὶ λόγῳ νήφοντι μετεῖναι τὴν ἀλήθειαν.

10. Εἶεν, εἶπεν ὁ Θεόκριτος· τὸ δὲ δαιμόνιον, ὦ βέλτιστε, τὸ Σωκράτους, ψεῦδος, ἢ τί φαμέν; Ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν περὶ Πυθαγόρου λεγομένων εἰς μαντικὴν ἔδοξε καὶ θεῖον· ἀτεχνῶς γὰρ οἷον Ὅμηρος Ὀδυσσεῖ πεποίηκε τὴν Ἀθηνᾶν ἐν πάντεσσι πόνοισι παρισταμένην, τοιαύτην ἔοικε τῷ Σωκράτει τοῦ βίου προποδηγὸν ἐξ ἀρχῆς τινα συνάψαι τὸ δαιμόνιον ὄψιν, ἢ μόνη τοι πρόσθεν ἰοῦσα, τίθει φάος ἐν πράγμασιν ἀδήλοις, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην ἀσυλλογίστοις φρόνησιν, [ἐν] οἷς αὐτῷ συνεφθέγγετο πολλάκις τὸ δαιμόνιον ἐπιθειάζον ταῖς αὐτοῦ προαιρέσεσι. Τὰ μὲν οὖν πλείονα καὶ μείζονα Σιμμίου χρὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐκπυνθάνεσθαι Σωκράτους ἑταίρων· ἐμοῦ δὲ παρόντος, ὅτε πρὸς Εὐθύφρονα τὸν μάντιν ἧκον, ἔτυχε μέν, ὦ Σιμμία (μέμνησαι γάρ), ἄνω πρὸς τὸ Σύμβολον Σωκράτης καὶ τὴν οἰκίαν τὴν Ἀνδοκίδου βαδίζων, ἅμα τι διερωτῶν καὶ διασείων τὸν Εὐθύφρονα μετὰ παιδιᾶς· ἄφνω δ' ἐπιστὰς καὶ συμπείσας προσέσχεν αὐτῷ συχνὸν χρόνον· εἶτ' ἀναστρέψας ἐπορεύετο τὴν διὰ τῶν κιβωτοποιῶν, καὶ τοὺς προκεχωρηκότας ἤδη τῶν ἑταίρων ** γεγονέναι τὸ δαιμόνιον. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ συνανέστρεφον, ἐν οἷς κἀγὼ τοῦ Εὐθύφρονος ἐχόμενος. Νεανίσκοι δέ τινες τὴν εὐθεῖαν βαδίζοντες, ὡς δὴ τὸ Σωκράτους ἐλέγξοντες δαιμόνιον, ἐπεσπάσαντο Χάριλλον τὸν αὐλητήν, ἥκοντα καὶ αὐτὸν μετ' ἐμοῦ εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέβητα· πορευομένοις δ' αὐτοῖς διὰ τῶν ἑρμογλυφῶν παρὰ τὰ δικαστήρια, σύες ἀπαντῶσιν ἀθρόοι βορβόρου περίπλεοι, καὶ κατ' ἀλλήλων ὠθούμεναι διὰ πλῆθος· ἐκτροπῆς δὲ μὴ παρούσης, τοὺς μὲν ἀνέτρεψαν ἐμβαλοῦσαι, τοὺς δ' ἀνεμόλυναν. Ἧκεν οὖν καὶ ὁ Χάριλλος οἴκαδε, τά τε σκέλη καὶ τὰ ἱμάτια βορβόρου μεστός, ὥστ' ἀεὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου μεμνῆσθαι μετὰ γέλωτος ** θαυμάζοντας, εἰ μηδαμοῦ προλείπει τὸν ἄνδρα, μηδ' ἀμελεῖ τὸ θεῖον αὐτοῦ.

11. Καὶ ὁ Γαλαξίδωρος, Οἴει γάρ, ἔφη, Θεόκριτε, τὸ Σωκράτους δαιμόνιον ἰδίαν καὶ περιττὴν ἐσχηκέναι δύναμιν; οὐχὶ τῆς κοινῆς μόριόν τι ἀνάγκης τὸν ἄνδρα πείρᾳ βεβαιωσάμενον, ἐν τοῖς ἀδήλοις καὶ ἀτεκμάρτοις τῷ λογισμῷ ῥοπὴν ἐπάγειν; Ὡς γὰρ ὁλκὴ μία καθ' αὑτὴν οὐκ ἄγει τὸν ζυγόν, * ἰσορροποῦντι δὲ βάρει προστιθεμένη κλίνει τὸ σύμπαν ἐφ' ἑαυτήν· οὕτως ἐφαρμόσει κληδὼν, ἤ τι τοιοῦτον σύμβολον ** καὶ κοῦφον, ἐμβριθῆ διάνοιαν ἐπισπάσασθαι πρὸς πρᾶξιν· δυοῖν δ' ἐναντίων λογισμῶν θατέρῳ προσελθών, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, τῆς ἰσότητος ἀναιρεθείσης, ὥστε κίνησιν γίνεσθαι καὶ ὁρμήν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ πατήρ, Ἀλλὰ μήν, ἔφη, καὶ αὐτός, ὦ Γαλαξίδωρε, Μεγαρικοῦ τινος ἤκουσα, Τερψίωνος δὲ ἐκείνος, ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον πταρμὸς ἦν, ὅ τε παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ παρ' ἄλλων· ἑτέρου μὲν πταρόντος ἐκ δεξιᾶς, εἴτ' ὄπισθεν, εἴτ' ἔμπροσθεν, ὁρμᾶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν· εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, ἀποτρέπεσθαι· τῶν δ' αὐτοῦ πταρμῶν τὸν μὲν ἔτι μέλλοντος

rerum prudentiam et veritatis indagationem sobria ratione peragendam.

X. Sint isthæc, inquit Theocritus. Genium vero Socratis, mi homo, an pro fabula habebimus? Mihi quidem, nil tam magnum ac divinum ad laudem divinationis de Pythagora celebrari videtur. Nam plane, sicut Homerus Ulyssi Minervam in omnibus ærumnis facit præsentem auxilio esse, ita videtur Genius Socrati visum quoddam vitæ quod anteiret ab initio statim adjunxisse: quod visum solum præcedens Socratem, lucem rebus obscuris inferret et humana ratione non penetrabilibus, inter quas sæpe Genius ipsum allocutus est, divino quodam instinctu proposita animi ejus dirigens. Horum pleraque et præcipua a Simmia licet, aliisque Socratis sociis cognoscere. Me autem præsente, cum ad Euthyphronem vatem irem, jam Socrates, ut meministi, Simmia, superne apud Symbolum et Andocidis domum ambulabat, simul et interrogans, et per jocum exagitans Euthyphronem: subito autem subsistens, reliquisque etiam ut starent persuadens, diu sane commoratus, deinde conversus per vicum Fabrorum Arcariorum abiit, et socios qui præcesserant revocavit, indicans se a Genio monitum ut hac diverteret. Ac plerique quidem una cum ipso converterunt se, inter quos et ipse fui Euthyphroni adhærens. Quidam autem adolescentuli recta procedentes, nimirum ut Socratis Genium redarguerent, Charillum tibicinem sibi adjunxerunt, qui et ipse mecum Athenas ad Cebetem venerat. Cum autem ambularent per vicum Sculptorum juxta curias judiciarias, turba iis suum occurrit cœno oppletarum, quæ ob multitudinem sese trudentes, cum decedendi spatium hominibus non esset, alios impetu suo prostraverunt, alios commaculaverunt. Venit etiam Charillus domum crura et vestes luto plenus: ut cum risu Genii Socratis mentionem facere libuerit, nusquam hominem relinquentis, nusquam negligentis.

XI. Et Galaxidorus: Putas vero, aiebat, Theocrite, Socratis Genium peculiarem aliquam et eximiam habuisse vim, non particulam aliquam communis necessitatis eum experientia exploratam habuisse, unde in rebus obscuris et conjectu gravibus rationis momenta fecerit? Ut enim unica drachma pro se lancem trutinæ non commovet, adjecta autem æquali ponderi ad se totum inclinat: ita omen, aliudve id genus signum leviusculum non percellit animum gravem aut ad agendum incitat: sed cum animus cogitationibus diverse trahitur, alteri parti accedens, æqualitate sublata, dubitationem dirimit, movetque et impellit. Sub hæc pater: Enimvero, inquit, Galaxidore, ipse audivi Megaricum dicentem se e Terpsione audivisse, Genium Socratis fuisse sternutationem cum ipsius, tum aliorum: alio quidem sternutante a dextra, sive ante, sive post ipsum, solitum se fuisse ad agendum conferre: sin a sinistra fieret, cessasse: de ipsius sternutationibus quæ fieret acturo aliquid, confirmasse ejus proposi-

βεβαιοῦν, τὸν δ' ἤδη πράσσοντος ἐπέχειν καὶ κωλύειν τὴν ὁρμήν. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δοκεῖ θαυμαστὸν, εἰ πταρμῷ χρώμενος, οὐ τοῦτο τοῖς ἑταίροις, ἀλλὰ δαιμόνιον εἶναι τὸ κωλύον ἢ κελεῦον, ἔλεγε· τύφου γὰρ αὖ τινος, ὦ φίλε, κενοῦ καὶ κόμπου τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἀληθείας καὶ ἁπλότητος, οἷς τὸν ἄνδρα μέγαν ὡς ἀληθῶς καὶ διαφέροντα τῶν πολλῶν γεγονέναι δοκοῦμεν, ὑπὸ φωνῆς ἔξωθεν ἢ πταρμοῦ τινος, ὁπηνίκα τύχοι, θορυβούμενον ἐκ τῶν πράξεων ἀνατρέπεσθαι, καὶ προΐεσθαι τὸ δεδογμένον. Αἱ δὲ Σωκράτους αὖ ὁρμαὶ τὸ βέβαιον ἔχουσαι καὶ σφοδρότητα φαίνονται πρὸς ἅπαν, ὡς ἂν ἐξ ὀρθῆς καὶ ἰσχυρᾶς ἀφειμέναι κρίσεως καὶ ἀρχῆς. Πενίᾳ γὰρ ἐμμεῖναι παρὰ πάντα τὸν βίον ἑκουσίως, σὺν ἡδονῇ καὶ χάριτι τῶν διδόντων ἔχειν δυνάμενον· καὶ φιλοσοφίας μὴ ἐκστῆναι πρὸς τοσαῦτα κωλύματα· καὶ τέλος εἰς σωτηρίαν καὶ φυγὴν αὐτῷ σπουδῆς ἑταίρων καὶ παρασκευῆς εὐμηχάνου γενομένης, μήτε καμφθῆναι λιπαροῦσι, μήτε ὑποχωρῆσαι τῷ θανάτῳ, παίζοντα δὲ χρῆσθαι ἀτρέπτῳ τῷ λογισμῷ πρὸς τὸ δεινὸν, οὐκ ἔστιν ἀνδρὸς ἐκ κληδόνων ἢ πταρμῶν μεταβαλλομένην ὅτε τύχοι γνώμην ἔχοντος, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος ἐπιστασίας καὶ ἀρχῆς ἀγομένου πρὸς τὸ καλόν. Ἀκούω δὲ καὶ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως φθορὰν προειπεῖν αὐτὸν ἐνίοις τῶν φίλων. Καὶ πρότερον ἔτι τούτων Πυριλάμπης ὁ Ἀντιφῶντος ἁλοὺς ἐν τῇ διώξει περὶ Δήλιον ὑφ' ἡμῶν δορατίῳ τετρωμένος, ὡς ἤκουσε τῶν ἐπὶ τὰς σπονδὰς ἀφικομένων Ἀθήνηθεν, ὅτι Σωκράτης μετ' Ἀλκιβιάδου καὶ Λάχητος ἐπὶ Ῥηγίστης καταβὰς ἀπονενοστήκοι, πολλὰ μὲν τοῦτον ἀνεκαλέσατο, πολλὰ δὲ φίλους τινὰς καὶ λοχίτας, οἷς συνέβη μετ' αὐτοῦ παρὰ τὴν Πάρνηθα φεύγουσιν ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἵππων ἀποθανεῖν, ὡς τοῦ Σωκράτους δαιμονίου παρακούσαντας, ἑτέραν ὁδὸν, οὐχ ἣν ἐκεῖνος ἦγε, τρεπομένους ἀπὸ τῆς μάχης. Ταῦτα δ' οἶμαι καὶ Σιμμίαν ἀκηκοέναι. Πολλάκις, ὁ Σιμμίας ἔφη, καὶ πολλῶν· διεβοήθη γὰρ οὐχ ἠρέμα τὸ Σωκράτους Ἀθήνησιν ἐκ τούτων δαιμόνιον.

12. Τί οὖν, ὁ Φειδόλαος εἶπεν, ὦ Σιμμία, Γαλαξίδωρον ἐάσωμεν παίζοντα καταβάλλειν τοσοῦτο μαντείας ἔργον εἰς πταρμοὺς καὶ κληδόνας, οἷς καὶ οἱ πολλοὶ καὶ ἰδιῶται περὶ μικρὰ προσχρῶνται καὶ παίζοντες; ὅταν δὲ κίνδυνοι βαρύτεροι καὶ μείζονες καταλάβωσι πράξεις, ἐκεῖνο γίνεται τὸ Εὐριπίδειον·

Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Καὶ ὁ Γαλαξίδωρος, Σιμμίου μὲν, ἔφη, Φειδόλαε, περὶ τούτων, εἴ τι Σωκράτους αὐτὸς λέγοντος ἤκουσεν, ἕτοιμος ἀκροᾶσθαι καὶ πείθεσθαι μεθ' ὑμῶν· τὰ δ' ὑπὸ σοῦ λελεγμένα καὶ Πολύμνιος, οὐ χαλεπὸν ἀνελεῖν. Ὡς γὰρ ἐν ἰατρικῇ σφυγμὸς ἢ φλύκταινα, μικρὸν, οὐ μικροῦ δὲ σημεῖόν ἐστι· καὶ κυβερνήτῃ πελάγους φθόγγος, [ἢ] ὄρνιθος, * ἢ διαδρομὴ κνηκίδος ἀραιᾶς, πνεῦμα σημαίνει καὶ κίνησιν τραχυτέραν θαλάσσης·

tum : quæ inter agendum, inhibuisse. Sed hoc mihi mirum videtur, si sternutatione utens, non ab hac, sed a Genio se juberi aut prohiberi sociis dixit. Fastus enim, amice, inanis hoc et arrogantiæ fuerit, non veritatis et simplicitatis : quibus vere magnum hunc virum et multis præstantiorem fuisse arbitramur : a voce externa aut sternutatione fortuita turbatum actiones deserere, et institutum omittere. Socratis autem videntur in omni re primitus incitationes ad agendum fuisse graves ac vehementes, utpote a recto et solido judicio profectæ. Nam sponte sua in paupertate totam vitam exigere, cum essent qui optima cum gratia et voluptate dare opes cuperent : deinde a philosophando non desistere, tot objectis impedimentis : denique salute ipsi et fuga opera amicorum commode parta, nullis precibus flecti, neque morti concedere, sed ad eam obeundam hilari constantique ratione pergere : hæc non sunt hominis qui ominibus aut sternutationibus de sententia sua dimoveretur : sed qui a majore quodam præsidio et principio ad virtutem duceretur. Audio etiam Siciliensem Atheniensium cladem eum quibusdam amicorum prædixisse. Et ante ista Pyrilampes Antiphontis F. in fuga apud Delium a nobis captus, pilo vulneratus, cum ex iis qui fœderis feriundi gratia Athenis venerant, audivisset Socratem cum Alcibiade et Lachete per Retistam descendisse ac domum evasisse, multis illum appellavit, multis amicos suos quosdam et manipulares qui cum ipso præter Parnetem fugientes a nostris equitibus occisi erant, quod Socratis Genio non obtemperantes alia quam ipse ducebat via a prælio profecti essent. Hæc Simmiam quoque audivisse puto. Sæpe, inquit Simmias, audivi, et e multis; nam ex illa re Socratis Genii fama non leviter Athenis increbuit.

XII. Cur ergo, aiebat Phidolaus, o Simmia, Galaxidorum sinamus jocose tantum divinationis opus in sternutationem et omina dejicere, quibus vulgo etiam in rebus levibus ludentes utuntur? nam ubi pericula graviora, et majores incidunt actiones, tum Euripideum illud fit :

Non inter arma quisquam hæc nugari volet.

Ego quidem, inquit Galaxidorus, Simmiam, Phidolae, si quid is ex ipso auditum Socrate hac de re narrare vult, vobiscum et audire et credere paratus sum : quæ vero sunt abs te et Polymni dicta, nullo negotio refelluntur. Ut enim in medicina pulsus aut pustula, parvæ res, non parvæ rei signa sunt, et gubernatori sonitus maritimæ avis, aut discursus raræ nubeculæ, ventum præmonstrant et maris asperiorem exagita-

οὕτω μαντικῇ ψυχῇ πταρμὸς ἢ κληδὼν, οὐ μέγα καθ' αὑτὸ, [μεγάλου δὲ σημεῖον] συμπτώματος. Οὐδεμιᾶς γὰρ τέχνης καταφρονεῖται τὸ μικροῖς μεγάλα καὶ δι' ὀλίγων πολλὰ προμηνύειν. Ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ἄπειρος γραμμάτων δυνάμεως, ὁρῶν ὀλίγα πλήθει καὶ φαῦλα τὴν μορφὴν, ἀπιστοίη, ἄνδρα γραμματικὸν ἐκ τούτων ἀναλέγεσθαι πολέμους μεγάλους, οἳ τοῖς πάλαι συνέτυχον, καὶ κτίσεις πόλεων, πράξεις τε καὶ παθήματα βασιλέων, εἶτα φανῆναι ὅμοιόν τι μηνύειν καὶ καταλέγειν ἐκείνῳ τῷ ἱστορικῷ τούτων ἕκαστον, ἡδὺς ἂν, ὦ φίλε, γέλως σοὶ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀπειρίας ἐπέλθοι. Οὕτω σκόπει, μὴ καὶ ἡμεῖς, τῶν μαντικῶν ἑκάστου τὴν δύναμιν ἀγνοοῦντες, ᾗ συμβάλλει πρὸς τὸ μέλλον, εὐήθως ἀγανακτῶμεν, εἰ νοῦν ἔχων ἄνθρωπος ἐκ τούτων ἂν ἀποφαίνηταί τι περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ταῦτα, φάσκων αὐτὸς οὐ πταρμὸν οὐδὲ φωνὴν, ἀλλὰ δαιμόνιον αὐτῷ τῶν πράξεων ὑφηγεῖσθαι. Μέτειμι γὰρ ἤδη πρὸς σὲ, ὦ Πολύμνι, θαυμάζοντα Σωκράτους, ἀνδρὸς ἀτυφίᾳ καὶ ἀφελείᾳ μάλιστα δὴ φιλοσοφίαν ἐξανθρωπίσαντος, εἰ μὴ πταρμὸν μηδὲ κληδόνα τὸ σημεῖον, ἀλλὰ τραγικῶς πάνυ τὸ δαιμόνιον ὠνόμαζεν. Ἐγὼ γὰρ ἂν τοὐναντίον ἐθαύμαζον ἀνδρὸς ἄκρου διαλέγεσθαι καὶ κρατεῖν ὀνομάτων, ὥσπερ Σωκράτης, εἰ μὴ τὸ δαιμόνιον, ἀλλὰ τὸν πταρμὸν αὐτῷ σημαίνειν ἔλεγεν· ὥσπερ εἴ τις ὑπὸ τοῦ βέλους φαίη τετρῶσθαι, μὴ τῷ βέλει ὑπὸ τοῦ βαλόντος, μεμετρῆσθαι δ' αὖ τὸ βάρος ὑπὸ τοῦ ζυγοῦ, μὴ τῷ ζυγῷ ὑπὸ τοῦ ἱστάντος. Οὐ γὰρ τοῦ ὀργάνου τὸ ἔργον, ἀλλ' οὗ καὶ τὸ ὄργανον, ᾧ χρῆται πρὸς τὸ ἔργον· ὄργανον δέ τι καὶ τὸ σημεῖον, ᾧ χρῆται τὸ σημαῖνον· ἀλλ', ὅπερ εἶπον, εἴ τι Σιμμίας ἔχοι λέγειν, ἀκουστέον, ὡς εἰδότος ἀκριβέστερον.

13. Καὶ ὁ Θεόκριτος, Πρότερόν γε, ἔφη, τοὺς εἰσιόντας, οἵτινές εἰσιν, ἀποσκεψαμένοις, μᾶλλον δὲ τὸν ξένον ἔοικεν ἡμῖν Ἐπαμεινώνδας ὁδὶ κομίζειν. Ἀποβλέψαντες οὖν πρὸς τὰς θύρας, ἑωρῶμεν ἡγούμενον μὲν τὸν Ἐπαμεινώνδαν καὶ συνεστώτων φίλων Ἰσμηνόδωρον καὶ Βακχυλίδαν, καὶ Μέλισσον τὸν αὐλητὴν, ἑπόμενον δὲ τὸν ξένον, οὐκ ἀγεννῆ τὸ εἶδος, ἀλλὰ πρᾳότητα καὶ φιλοφροσύνην τοῦ ἤθους ὑποφαίνοντα, καὶ σεμνῶς ἀμπεχόμενον τὸ σῶμα. Καθίσαντος οὖν ἐκείνου μὲν παρὰ τὸν Σιμμίαν, τοῦ δ' ἀδελφοῦ παρ' ἐμὲ, τῶν δ' ἄλλων, ὡς ἕκαστος ἔτυχε, καὶ γενομένης σιωπῆς, ὁ Σιμμίας τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καλέσας, Εἶεν, εἶπεν, ὦ Ἐπαμεινώνδα, τίνα χρὴ τὸν ξένον, καὶ πῶς, καὶ πόθεν προσαγορεύειν; Ἀρχὴ γάρ τις ἐντυχίας καὶ γνώσεως αὕτη συνήθης. Καὶ ὁ Ἐπαμεινώνδας, Θεάνωρ, εἶπεν, ὦ Σιμμία, ὄνομα μὲν τῷ ἀνδρὶ, γένος δὲ Κροτωνιάτης, τῶν ἐκεῖ φιλοσόφων, οὐ καταισχύνων τὸ μέγα Πυθαγόρου κλέος· ἀλλὰ καὶ νῦν ἥκει δεῦρο μακρὰν ὁδὸν ἐξ Ἰταλίας, ἔργοις καλοῖς καλὰ δόγματα βεβαιῶν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ ξένος, Οὐκοῦν, ἔφη, σὺ κωλύεις, ὦ Ἐπαμεινώνδα, τῶν ἔργων τὸ κάλλιστον. Εἰ γὰρ εὖ ποιεῖν φίλους καλὸν, οὐκ αἰσχρὸν εὖ πάσχειν ὑπὸ φί-

tionem : sic animæ divinatrici sternutatio aut omen, res per se non magna, signum est magni accidentis. Nam nulli arti hoc neglectui est, e parvis magna, et paucis multa prænoscere. Sane si quis litterarum ignarus videret numero paucas et forma ineleganti litteras, neque crederet hominem grammaticum ex his relegere posse magna priscorum bella, urbium primordia, acta et eventa regum, affirmaretque Genium significare illi unamquamque rerum gestarum; suaviter, amice, tibi imperitiam hominis ridere utique subiret. At videsis, ne eodem modo nos singulorum quæ ad divinandum faciunt vim ignorantes, qua ad futurum ea præsciendum conducunt, stulte succenseamus si cordatus homo ex his aliquid de re abdita pronuntiet : idque adeo dicens non sternutationem aut vocem, sed Genium sibi esse agendi ducem. Jam enim ad te, Polymni, me converto, mirantem cur Socrates, qui unus vacuitate fastus et simplicitate maxime humanam reddidit philosophiam, signum id non sternutationis aut ominis, sed tragice admodum Genii nomine affecerit. Ego autem mirarer contra, si Socrates, homo disserendi et verba recte usurpandi callidissimus, non a Genio, sed a sternutatione se moneri dixisset : perinde ac si quis a jaculo se vulneratum dicat, non jaculo ab eo qui id conjecit : aut pondus a libra exploratum dicat, non libra ab appendente per libram. Non enim instrumento opus imputari debet, sed ei cujus est instrumentum, ac qui eo utitur. Signum vero est ex instrumentorum numero, eoque is utitur qui aliquid significat. Sed, ut dixi, audiamus si quid habet Simmias; rem enim is novit absolutius.

XIII. Et Theocritus : Prius, inquit, videamus qui sint qui intrant : atque adeo videtur hospitem illum Epaminondas adducere. Ergo ad januam respicientes, præcedere vidimus Epaminondam, cumque eo amicos Ismenodorum, Bacchylidam, Melissum tibicinem : sequi hospitem, specie neutiquam illiberali, sed qui vultu mansuetudinem ingenii comitatemque præ se ferret, honesto vestitu. Is cum juxta Simmiam, frater pone me, reliqui ut cuique locus obveniret, consedissent, facto silentio, fratrem meum Simmias compellans : Agedum, Epaminonda, inquit, quem, quomodo, et cujum, debemus hospitem hunc salutare? Is enim receptus compellationis et no itiæ contrahendæ mos est. Tum sic respondit Epaminondas: Theanor, ô Simmia, hic vocatur, genere Crotoniata, unus de ibi philosophantibus, magnam Pythagoræ gloriam haud dedecorans : nam et nunc longum iter huc profectus est ex Italia, ut pulchris factis pulchras sententias confirmaret. Ibi hospes sermonem excipiens : Ergo tu, inquit, Epaminonda, pulcherrimum factum impedis. Nam si pulchrum est amicis benefacere, non est turpe ab amicis beneficium accipere. Gratia enim non minus acci-

λων· ἡ γὰρ χάρις οὐχ ἧττον δεομένη τοῦ λαμβάνοντος, ἢ τοῦ διδόντος, ἐξ ἀμφοῖν τελειοῦται πρὸς τὸ καλόν· ὁ δὲ μὴ δεξάμενος, ὥσπερ σφαῖραν εὖ φερομένην κατήσχυνεν ἀτελῆ πεσοῦσαν. Ποίου γὰρ οὕτω σκοποῦ βάλλοντα καὶ τυχεῖν ἡδὺ, καὶ διαμαρτάνειν ἀνιαρὸν, ὡς ἀνδρὸς εὖ παθεῖν ἀξίου διὰ χάριτος ἐφιέμενον; Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ὁ τοῦ σκοποῦ μένοντος ἀτυχήσας, σφάλλεται δι' αὑτόν· ἐνταυθοῖ δὲ ὁ παραιτούμενος καὶ ὑποφεύγων ἀδικεῖ τὴν χάριν εἰς ὃ ἔσπευκε μὴ περαίνουσαν. * Σοὶ μὲν οὖν τὰς αἰτίας ἤδη διῆλθον, ὑφ' ὧν ἔπλευσα δεῦρο· βούλομαι δὲ καὶ τούτοις διελθὼν χρήσασθαι πρός σε δικασταῖς. Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρίαι τῶν Πυθαγορικῶν στάσει κρατηθέντων, τοῖς δ' ἔτι συνεστῶσιν ἐν Μεταποντίῳ συνεδρεύουσιν ἐν οἰκίᾳ πῦρ οἱ Κυλώνειοι περιένησαν καὶ διέφθειραν ἐν τούτῳ πάντας, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι ῥώμῃ, καὶ κουφότητι διωσαμένων τὸ πῦρ, Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγὼν, ἐκεῖθεν ἀνεσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους ἤδη πάλιν ἀθροιζομένους καὶ κρατοῦντας τῶν Κυλωνείων· Λύσις δὲ ὅπου γέγονεν, ἠγνοεῖτο πολὺν χρόνον· πλήν γε δὴ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀναπλέων εἰς Σικελίαν, ἀπήγγειλε τοῖς περὶ Ἄρκεσον βεβαίως, Λύσιδι συγγεγονέναι διατρίβοντι περὶ Θήβας. Ὥρμησε δὲ ὁ Ἄρκεσος πόθῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτὸς, ὡς εἶχε, πλεῦσαι· κομιδῇ δὲ διὰ γῆρας καὶ ἀσθένειαν ἐλλείπων, ἐπέσκηψε μάλιστα μὲν ζῶντα κομίσαι τὸν Λύσιν εἰς Ἰταλίαν, ἢ τὰ λείψανα τεθνηκότος. Οἱ δ' ἐν μέσῳ πόλεμοι, καὶ στάσεις, καὶ τυραννίδες ἐκώλυσαν αὐτῷ ζῶντι συντελέσαι τοὺς φίλους τὸν ἆθλον. Ἐπεὶ δὲ ἡμῖν τὸ Λύσιδος δαιμόνιον ἤδη τεθνηκότος ἐναργῶς προὐπέφαινε τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς παρ' ὑμῖν, ὦ Πολύμνι, θεραπείας καὶ διαίτας τοῦ ἀνδρὸς οἱ σαφῶς εἰδότες ἀπήγγελον, ὅτι πλουσίας ἐν οἴκῳ πένητι γηροκομίας τυχὼν, καὶ πατὴρ τῶν υἱέων ἐπιγραφεὶς, οἴχοιτο μακαριστὸς, ἀπεστάλην ἐγὼ νέος καὶ εἷς ὑπὸ πολλῶν καὶ πρεσβυτέρων, ἐχόντων οὐκ ἔχουσι χρήματα διδόντων, πολλὴν χάριν καὶ φιλίαν ἀντιλαμβανόντων. Λύσις δὲ καὶ κεῖται καλῶς ὑφ' ὑμῶν, καὶ τάφου καλοῦ κρείττων αὐτῷ χάρις ἐκτινομένη φίλοις ὑπὸ φίλων καὶ οἰκείων.

14. Ταῦτα τοῦ ξένου λέγοντος, ὁ μὲν πατὴρ ἐπεδάκρυσε τῇ μνήμῃ τοῦ Λύσιδος πολὺν χρόνον· ὁ δ' ἀδελφὸς ὑπομειδιῶν, ὥσπερ εἰώθει, πρὸς ἐμὲ, Πῶς, ἔφη, ποιοῦμεν, ὦ Καφεισία; προϊέμεθα τὴν πενίαν τοῖς χρήμασι, καὶ σιωπῶμεν; Ἥκιστ', ἔφην ἐγὼ, τὴν φίλην καὶ ἀγαθὴν κουροτρόφον· ἀλλ' ἄμυνε· σὸς γὰρ ὁ λόγος. Καὶ μὴν ἐγὼ, εἶπεν, ὦ πάτερ, ταύτῃ μόνῃ τὴν οἰκίαν ἐδεδίειν ἁλώσιμον ὑπὸ χρημάτων εἶναι, κατὰ τὸ Καφεισίου σῶμα, καλῆς μὲν ἐσθῆτος δεόμενον, ἵνα τοῖς ἐρασταῖς ἐγκαλλωπίσηται τοσούτοις οὖσιν, ἀφθόνου δὲ καὶ πολλῆς τροφῆς, ἵν' ἀντέχῃ πρὸς τὰ γυμνάσια καὶ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς παλαίστραις ἀγῶνας· ὁπηνίκα δὲ οὗτος οὐ προδίδωσι τὴν πενίαν, οὐδὲ ὡς βαφὴν ἀνίησι τὴν πάτριον πενίαν, ἀλλὰ, καίπερ ὢν μειρά-

piente quam dante opus habet; ab utrisque perficitur ad pulchritudinem. Qui vero non accipit, tanquam pilam recte objectam dedecorat, decidentem frustra. Quis autem scopus est, quem tangere sit jucundius, aut aberrare molestius, quam si quis virum beneficio dignum demereri cupit? Sed hoc interest, quod qui a manente scopo aberrat, ipse culpam sustinet: hic qui recusat beneficium, injuriam facit gratiæ eo quo tendit pervenire nequeunti. Tibi quidem causas exposui, propter quas huc navigavi: volo autem etiam his eas narrare, iisque adversum te uti judicibus. Postquam sodalitia Pythagoricorum per seditiones ex urbibus ejecta fuerunt, et superstitibus Metaponti consessum agentibus quadam in domo, ignem Cylonii circumposuerunt, omnesque ibi interfecerunt, Philolao et Lyside demptis, qui juvenes robore et agilitate freti flammas evaserunt; Philolaus quidem in Lucanos aufugit, eoque incolumis pervenit, et aliis sese adjunxit amicis, qui jam rursum coibant, Cyloniosque viribus superabant. Lysis autem quorsum abiisset, longo tempore ignoratum fuit: donec Gorgias Leontinus e Græcia in Italiam navigio revertens, Arceso nuntiavit constanter, in Lysidem se incidisse Thebis commorantem. Arcesus hominis desiderio impulsus, recta se ad navigandum contulit: sed cum ob senectutem et imbecillitatem plane conficere propositum nequiret, amicis negotium dedit, ut, si omnino id fieri posset, vivum Lysidem, sin vero, ejus reliquias in Italiam reportarent. Interea temporis quæ inciderunt bella, seditiones, tyrannides, in causa fuerunt ne vivo ipso amici rem effectam darent. Cum autem nobis Lysidis vita jam defuncti Genius evidenter mortem ejus significavisset, et vestra, Polymni, in eum officia, vitamque ejus apud vos actam narrassent quibus prope ista erant comperta, et quomodo in paupere domo curationem senectutis liberalissimam adeptus, filiorumque pater scriptus, beatissime diem suum obivisset; juvenis ego missus sum et unus a multis et natu grandioribus, qui loco beneficii magni accepti amicis indigentibus pecuniam de suis copiis largirentur. Lysis vero a vobis conditus est recte, honestoque sepulcro donatus: pro quibus vobis gratiam omnino ab amicis et familiaribus ejus persolvi par est.

XIV. Hæc locuto hospite, pater memoriæ Lysidis aliquandiu illacrymavit. Frater autem more suo subridens ad me: Quid facimus, Caphisia, inquit? tacitine paupertatem divitiis prodimus? Minime, inquam ego, caram istam et probam puerorum educatricem: proinde tu ei patrocinare; tuum enim est dicendi munus. At enim, dicebat, mi pater, hoc unum erat quo metuebam ne divitiæ domum nostram caperent, Caphisiæ corpus; nam et vestitu opus habet pulchro, ut tot tantisque amatoribus cum fastu se ostentare possit, et copioso nutrimento, ut gymnasia et palæstricos labores perferre queat: quando autem is quoque paupertatem non prodit, nec, a patre ductam, veluti colorem exuit, sed quantumvis adolescens frugalitate se exor-

κιον, εὐτελείᾳ καλλωπίζεται καὶ στέργει τὰ παρόντα, τίς ἂν ἡμῖν γένοιτο τῶν χρημάτων διάθεσις καὶ χρῆσις; Ἦπου καταχρυσώσομεν τὰ ὅπλα, καὶ τὴν ἀσπίδα πορφύρᾳ συμμεμιγμένῃ πρὸς χρυσίον, ὥσπερ Νικίας ὁ Ἀθηναῖος, διαποικιλοῦμεν; σοὶ δὲ, ὦ πάτερ, Μιλησίαν χλαμύδα, τῇ δὲ μητρὶ παραλουργὸν ὠνησόμεθα χιτώνιον; Οὐ γὰρ εἰς γαστέρα δήπου καταχρησόμεθα τὴν δωρεὰν, εὐωχοῦντες αὐτοὺς πολυτελέστερον, ὥσπερ ξένον ὑποδεδεγμένοι βαρύτερον τὸν πλοῦτον. Ἄπαγε, εἶπεν ὁ πατὴρ, ὦ παῖ· μηδέποτε τοιαύτην ἐπίδοιμι μετακόσμησιν τοῦ βίου ἡμῶν. Καὶ μὴν οὐδ' ἀργὸν, ἔφη, καθισόμεθα φρουροῦντες οἴκοι τὸν πλοῦτον· ἄχαρις γὰρ ἂν οὕτως ἡ χάρις καὶ ἄτιμος ἡ κτῆσις. Ἐπὶ τί μήν; εἶπεν ὁ πατήρ. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἐπαμεινώνδας, Ἰάσωνι μὲν τῷ Θετταλῶν ταγῷ πέμψαντι δεῦρο πολὺ χρυσίον ἔναγχος πρὸς ἡμᾶς καὶ δεομένῳ λαβεῖν, ἀγροικότερος ἐφάνην ἀποκρινόμενος, ἀδίκων χειρῶν αὐτὸν κατάρχειν, ὅτι μοναρχίας ὢν ἐραστὴς, ἄνδρα δημότην ἐλευθέρας καὶ αὐτονόμου * πόλεως ἐπείρα διὰ χρημάτων. Σοῦ δ', ὦ ξένε, τὴν μὲν προθυμίαν, καλὴ γὰρ καὶ φιλόσοφος, δέχομαι καὶ ἀγαπῶ διαφερόντως· ἥκεις δὲ φάρμακα φίλοις μὴ νοσοῦσι κομίζων. Ὥσπερ οὖν εἰ πολεμεῖσθαι πυθόμενος ἡμᾶς, ἔπλευσας ὅπλοις καὶ βέλεσιν ἡμᾶς ὠφελήσων, εἶτα φιλίαν καὶ εἰρήνην εὗρες, οὐκ ἂν ᾤου δεῖν ἐκεῖνα διδόναι καὶ ἀπολείπειν μὴ δεομένοις· οὕτω σύμμαχος μὲν ἀφῖξαι πρὸς πενίαν ὡς ἐνοχλουμένοις ὑπ' αὐτῆς, ἡ δ' ἐστὶ ῥάστη φέρειν ἡμῖν, καὶ φίλη σύνοικος. Οὔκουν δεῖ χρημάτων οὐδὲ ὅπλων ἐπ' αὐτὴν, μηδὲν ἀνιῶσαν· ἀλλ' ἀπάγγελλε τοῖς ἐκεῖ γνωρίμοις, ὅτι κάλλιστα μὲν αὐτοὶ πλούτῳ χρῶνται, καλῶς δὲ πενίᾳ χρωμένους αὐτόθι φίλους ἔχουσι, *τὰς δὲ Λύσιδος ἡμῖν τροφὰς καὶ ταφὰς αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ Λῦσις ἀπέδωκε, τά τ' ἄλλα καὶ πενίαν διδάξας μὴ δυσχεραίνειν.

15. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Θεάνωρ, Ἆρ' οὖν, ἔφη, τὸ πενίαν δυσχεραίνειν ἀγεννές ἐστι; τὸ δὲ πλοῦτον δεδιέναι καὶ φεύγειν οὐκ ἄτοπον; [Ἄτοπον,] εἰ μὴ λόγῳ τις αὐτὸν, ἀλλὰ σχηματιζόμενος, ἢ δι' ἀπειροκαλίαν, ἢ τῦφόν τινα, διωθεῖται. Καὶ τίς ἂν, ἔφη, λόγος ἀπείργοι τὴν ἐκ καλῶν καὶ δικαίων κτῆσιν, ὡς ὁ Ἐπαμεινώνδας; Μᾶλλον δὲ (πρᾳότερον γὰρ ἡμῖν ἢ τῷ Θετταλῷ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ἐνδίδου σαυτὸν ὑπὲρ τούτων) εἰπέ μοι, πότερον ἡγῇ, δόσιν μὲν εἶναί τινα χρημάτων ὀρθὴν, λῆψιν δὲ μηδεμίαν; ἢ καὶ τοὺς διδόντας ἁμαρτάνειν πάντως καὶ τοὺς λαμβάνοντας; Οὐδαμῶς, εἶπεν ὁ Ἐπαμεινώνδας· ἀλλ' ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἐγὼ καὶ πλούτου χάριν τε καὶ κτῆσιν εἶναι νομίζω, τὴν μὲν αἰσχρὰν, τὴν δ' ἀστείαν. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Θεάνωρ, ὁ δ', ἃ [τις] ὀφείλων, διδοὺς ἑκουσίως καὶ προθύμως οὐ καλῶς δίδωσιν; Ὡμολόγησεν. Ὁ δ', ἅ τις καλῶς δίδωσι, δεξάμενος, οὐ καλῶς εἴληφεν; ἢ γένοιτ' ἂν δικαιοτέρα χρημάτων λῆψις τῆς παρὰ τοῦ δικαίως διδόντος; Οὐκ ἂν, ἔφη, γένοιτο. Δυοῖν ἄρα φίλων, εἶπεν, ὦ Ἐπαμεινώνδα, εἰ θατέρῳ δοτέον, θατέρῳ δήπου ληπτέον· ἐν μὲν γὰρ

nat et contentus est præsentibus ; ecquis erit pecuniæ usus, quæ dispositio ? Nimirum, arma auro obducemus, et scutum permixto purpuræ auro, ut Nicias Atheniensis, distinguemus? Tibi autem, pater, Milesiam chlamydem, matri prætextam purpura tunicam ememus? Non enim, puto, in ventrem insumemus donum, splendidius convivantes, ut qui hospitem aliquem exceperimus graviorem nobis, divitias. Apage hoc, dicebat pater! Absit, fili, ut istam ego unquam vitæ nostræ mutationem videam! Atqui, inquit, otiosi quoque sedere nolemus, domi pecuniam custodientes : sic enim et ingrata fuerit gratia, et inhonesta possessio. Quorsum ergo tandem nobis pecunia? subjiciebat pater. Hic Epaminondas : Sane, inquit, inurbanior visus sum nuper, cum Jasoni Thessalorum duci huc ad nos multum auri mittenti utque acciperemus roganti, respondi : *Injuriam mihi ab ipso oriri, qui unius in republica dominationi studens, mei hominis popularis et liberæ civis civitatis pecunia sollicitaret animum.* Tuam vero, hospes, promptitudinem, honestam eam et philosopham, probo, majoremque in modum amplector : venis autem medicamenta amicis non ægrotantibus apportans. Ergo quemadmodum si rumore allato nos bello peti, navigasses arma nobis et tela præsidio afferens, et huc delatus pacata omnia invenisses, non equidem putares danda nobis et relinquenda arma esse nihil eorum indigentibus : ita auxilio quidem nobis venire voluisti adversus paupertatem, quod ab ea nos infestari putabas : illam vero nos ferimus facillime, et cara nobis est contubernalis ; ut nihil opus sit pecunia aut armis contra eam, nihil molestiæ nobis afferentem. Proinde amicis tuis isthic renuntiato, ipsos divitiis optime uti, hic amicos ipsis esse qui paupertate recte utantur. Lysidis autem alimenta et funerationem ipse pro se Lysis persolvit, cum alia, tum paupertatem docens æquo animo ferre.

XV. Sub hæc Theanor : Ergo, inquit, paupertatem graviter ferre illiberale est, divitias metuere et fugere non absurdum? Absurdum sane, inquit Epaminondas, siquidem non ratione, sed simulatione quis divitias, aut imperitia rerum aut fastu aliquo respuat. Quæ vero ratio, inquit Theanor, possessionem honestam et justam ita repudiat, mi Epaminonda? Imo potius leniorem te mihi ad respondendum de his rebus præbe quam Thessalo illi, ac dic, utrum statuas pecuniæ donationem quidem rectam esse, non autem acceptionem? an neutrum rectum, et peccare tam dantes quam accipientes? Nequaquam, ait Epaminondas, sed ut aliarum rerum, sic et pecuniæ donationem et acceptionem puto esse aliam turpem, aliam honestam. Tum Theanor : Nonne ergo quæ quis debet ultro et alacri dans animo, recte dat? Assensit Epaminondas. Qui vero, inquit Theanor, accipit quod recte aliquis dat, nonne recte accipit? aut justius accipi potest pecunia quam a juste dante? Nullo, inquit, modo. Ergo, mi Epaminonda, si de duobus amicis dare alter, utique alter accipere debet.

ταῖς μάχαις τὸν εὖ βάλλοντα τῶν πολεμίων ἐκκλιτέον, ἐν δὲ ταῖς χάρισι τὸν καλῶς διδόντα τῶν φίλων οὔτε φεύγειν, οὔτ' ἀπωθεῖσθαι δίκαιον· εἰ γὰρ ἡ πενία μὴ δυσχερὲς, οὐδ' αὖ πάλιν ὁ πλοῦτος οὕτως ἄτιμος καὶ ἀπόβλητος. Οὐ γὰρ οὖν, εἶπεν ὁ Ἐπαμεινώνδας, ἀλλ' ἔστιν ὅτῳ μὴ διδόντι τὸ καλῶς διδόμενον τιμιώτερον ὑπάρχει καὶ κάλλιον· οὑτωσὶ δ' ἐπίσκεψαι μεθ' ἡμῶν. Εἰσὶ δήπουθεν ἐπιθυμίαι πολλαὶ, καὶ πολλῶν, ἔνιαι μὲν ἔμφυτοι λεγόμεναι, καὶ περὶ τὸ σῶμα βλαστάνουσαι, πρὸς τὰς ἀναγκαίας ἡδονάς· αἱ δὲ ἐπήλυδες, αἳ ἕνεκεν κενῶν δοξῶν, ἰσχὺν δὲ καὶ βίαν ὑπὸ χρόνου καὶ συνηθείας ἐν τροφῇ μοχθηρᾷ λαβοῦσαι, πολλάκις ἕλκουσι καὶ ταπεινοῦσι τὴν ψυχὴν ἐῤῥωμενέστερον τῶν ἀναγκαίων· ἔθει δὲ καὶ μελέτῃ πολὺ μέν τις ἤδη καὶ τῶν ἐμφύτων ἀπαρύσαι παθῶν τῷ λόγῳ παρέσχε· τὸ δὲ πᾶν τῆς ἀσκήσεως κράτος, ὦ φίλε, ταῖς ἐπεισοδίοις καὶ περιτταῖς προσαγαγόντας ἐπιθυμίαις, ἐκπονεῖν χρὴ, καὶ ἀποκόπτειν αὐτὰς ἀνείρξεσι καὶ κατοχαῖς ὑπὸ τοῦ λόγου κολαζομένας. Εἰ γὰρ δίψαν ἐκβιάζεται καὶ πεῖναν ἡ πρὸς τροφὴν καὶ ποτὸν ἀντίβασις τοῦ λογισμοῦ, μακρῷ δήπου ῥᾷόν ἐστι φιλοπλουτίαν κολοῦσαι καὶ φιλοδοξίαν, ἀποχαῖς ὧν ἐφίενται καὶ ἀνείρξεσιν εἰς τέλος καταλυθείσας· ἢ οὐ δοκεῖ σοι; Ὡμολόγησεν ὁ ξένος. Ἆρ' οὖν, ἔφη, διαφορὰν ὁρᾷς ἀσκήσεως καὶ τοῦ πρὸς ὃ ἡ ἄσκησις ἔργου; Καὶ καθάπερ ἀθλητικῆς ἔργον μὲν ἂν εἴποις τὴν τοῦ στεφάνου πρὸς τὸν ἀντίπαλον ἅμιλλαν, ἄσκησιν δὲ, τὴν ἐπὶ τοῦτο διὰ τῶν γυμνασίων παρασκευὴν τοῦ σώματος· οὕτω καὶ ἀρετῆς ὁμολογεῖς τὸ μὲν ἔργον εἶναι, τὸ δ' ἄσκησιν. Ὁμολογήσαντος δὲ τοῦ ξένου· Φέρε τοίνυν πρῶτον εἰπὲ, τῆς ἐγκρατείας τὸ τῶν αἰσχρῶν καὶ παρανόμων ἡδονῶν * ἀπέχεσθαι, πότερον ἄσκησιν, ἢ μᾶλλον ἔργον καὶ ἀπόδειξιν ἀσκήσεως εἶναι νομίζεις; Ἔργον, εἶπεν, ἐγὼ καὶ ἀπόδειξιν. Ἄσκησιν δὲ καὶ μελέτην μετὰ ἐγκρατείας, οὐχ ἥπερ ἔτι νῦν ἐφείλκυσθε πάντες ὑμεῖς, ὅταν γυμναζόμενοι, καὶ κινήσαντες, ὥσπερ ζῷα, τὰς ὀρέξεις, ἐπιστῆτε λαμπραῖς τραπέζαις καὶ ποικίλοις ἐδέσμασι πολὺν χρόνον, εἶτα ταῦτα τοῖς οἰκέταις ὑμῶν εὐωχεῖσθαι παραδόντες, αὐτοὶ τὰ λιτὰ καὶ ἁπλᾶ προσφέρησθε, κεκολασμέναις ἤδη ταῖς ἐπιθυμίαις· ἡ γὰρ, ἐν οἷς ἔξεστιν, ἀποχὴ τῶν ἡδονῶν ἄσκησίς ἐστι πρὸς ἃ κεκώλυται. Πάνυ μὲν οὖν, εἶπεν. Ἔστιν οὖν τις, ὦ φίλε, καὶ δικαιοσύνη πρὸς φιλοπλουτίαν καὶ φιλαργυρίαν ἄσκησις, οὐ τὸ μὴ κλέπτειν ἐπιόντα νύκτωρ τὰ τῶν πέλας, μηδὲ λωποδυτεῖν· οὐδ' εἰ μὴ προδίδωσί τις πατρίδα καὶ φίλους δι' ἀργύριον, οὗτος ἀσκεῖ πρὸς φιλαργυρίαν (καὶ γὰρ ὁ νόμος ἴσως ἐνταῦθα καὶ ὁ φόβος ἀπείργει τὴν πλεονεξίαν τοῦ ἀδικεῖν)· ἀλλ' ὁ τῶν δικαίων καὶ συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου κερδῶν πολλάκις ἀφιστὰς ἑαυτὸν ἑκουσίως, ἀσκεῖ καὶ προσεθίζεται μακρὰν εἶναι παντὸς ἀδίκου καὶ παρανόμου λήμματος. Οὔτε γὰρ ἐν ἡδοναῖς μεγάλαις μὲν, ἀτόποις δὲ καὶ βλαβεραῖς, οἷόν τε τὴν διάνοιαν ἠρεμεῖν, μὴ πολλάκις ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ ἀπολαύειν καταφρονήσασαν, οὔτε λήμ-

In pugna enim hostis qui bene telum jecerit declinandus est : in beneficio qui recte id præstat amicum fugere et repellere non est justum. Nam si paupertas molesta non est, vicissim divitiæ quoque non ita sunt infames aut aspernandæ. Sane, inquit Epaminondas : accidit tamen nonnunquam ut beneficium recte datum, rectius et honestius sit non accipere : sed rem nobiscum sic perpende. Multæ sunt cupiditates, ac multorum : aliæ quæ innatæ dicuntur, et circa corpus pullulant ad necessarias voluptates incitantes : aliæ inquilinæ, e vanis ortæ opinionibus, tempore et consuetudine in mala educatione corroboratæ, sæpe animum trahentes ac deprimentes magis quam necessariæ. Atqui assuescendo et meditando magnam etiam insitarum cupiditatum partem rationi abolendam quis præbuit : omnis autem exercitationis vis, amice, adversum adventitias illas et supervacaneas est adhibenda concupiscentias, eæque amputandæ, arcendæ, ac ratione profligandæ atque opprimendæ sunt. Nam si rationis adversus cibum et potum reluctatio sitim famemque compescit : longe nimirum facilius est divitiarum, aut gloriæ cupiditatem elidere, abstinendo ab his quæ appetunt et retrahendo plane abolitas. Nisi tibi contra videtur. Assensit Theanor. Ergo, inquit Epaminondas, discrimen cernis exercitationis, et rei ob quam exercitatio suscipitur? Sicut enim athleticæ opus diceres conflictationem cum adversario coronæ causa, exercitationem autem, corporis per gymnasia ad hoc præparationem : sic virtutis etiam, puto, das aliud esse opus, aliud exercitationem. Assenso Theanore : Age jam, inquit Epaminondas, jam, ut primum de continentia loquamur, abstinere a turpibus et injustis voluptatibus, exercitationemne an exercitationis opus et demonstrationem censes? Opus ego, inquit Theanor, et demonstrationem. Exercitationem autem, ait Epaminondas, et meditationem continentiæ, non item putas esse qualem vos omnes etiamnum asciscitis, qui a gymnasiis, ubi appetitus, veluti animatos, excitavistis, lautis mensis et variis cibis astantes aliquandiu, deinde servis ista vescenda dantes, ipsi utimini vilibus et frugalibus, jam fracto appetitu : nam abstinentia a licitis voluptatibus exercitatio est condocefaciens ad abstinendum vetitis. Omnino, respondit Theanor. Est ergo, inquit Epaminondas, amice, quædam etiam justitiæ exercitatio adversus opum studium et avaritiam : non, quando noctu aliquis proximorum res obiens nihil furatur, neque intervertit aliena, neque patriam non prodit et amicos pecuniæ causa, exercet se adversus avaritiam : ubi lex etiam fortassis et metus cupiditatem a maleficio deterrent : sed qui justis et lege licitis lucris sæpenumero abstinet, is ultro se exercet ac assuefacit ad longe vitandum omnem injustam et illicitam capturam. Nam neque in magnis, absurdis autem et damnosis, voluptatibus quiescere animus potest, qui non ante sæpenumero licitam earum fruitionem contempserit : neque lucra turpia et magnas ca-

ματα μοχθηρὰ καὶ πλεονεξίας μεγάλας εἰς ἐφικτὸν ἠκούσας ὑπερβῆναι ῥᾴδιον, ᾧτινι μὴ πόρρωθεν ἐνδέδωκε καὶ κεκόλασται τὸ φιλοκερδὲς, ἀλλ' αἷς ἔξεστιν ἀνέδην εἰς τὸ κερδαίνειν ἀνατεθραμμένον, ὅταν σπαργᾷ περὶ τῆς ἀδικίας μάλα μόλις καὶ χαλεπῶς τοῦ πλεονεκτεῖν ἀπεχόμενον. Ἀνδρὶ δὲ μὴ φίλων προϊεμένῳ χάρισι, μὴ βασιλέων δωρεαῖς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τύχης κλῆρον ἀπειπαμένῳ, καὶ θησαυροῦ φανέντος ἐπιπηδῶσαν ἀποστήσαντι τὴν φιλοπλουτίαν, οὐκ ἐπανίσταται πρὸς τὰς ἀδικίας, οὐδὲ θορυβεῖ τὴν διάνοιαν· ἀλλ' εὐκόλως χρῆται πρὸς τὸ καλὸν αὐτῷ μέγα φρονῶν, καὶ τὰ κάλλιστα τῇ ψυχῇ συνειδώς. Τούτων ἐγὼ καὶ Καφεισίας ἐρασταὶ τῶν ἀνθρώπων ὄντες, ὦ φίλε Σιμμία, παραιτούμεθα τὸν ξένον ἐᾶν ἡμᾶς ἱκανῶς ἐγγεγυμνάσθαι τῇ πενίᾳ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐκείνην.

16. Ταῦτα τοῦ ἀδελφοῦ διελθόντος, ὁ Σιμμίας δὶς ἢ τρὶς ἐπινεύσας τῇ κεφαλῇ, Μέγας, ἔφη, μέγας ἀνήρ ἐστιν Ἐπαμεινώνδας· τούτου δ' αἴτιος οὑτοσὶ Πολύμνις, ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀρίστην τροφὴν ἐν φιλοσοφίᾳ τοῖς παισὶ παρασκευασάμενος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὐτὸς διαλύεσθαι πρὸς αὐτοὺς, ὦ ξένε· τὸν δὲ Λύσιν, ἡμῖν εἰ θέμις ἀκοῦσαι, πότερον ἄρα κινεῖς ἐκ τοῦ τάφου καὶ μετοικίζεις εἰς Ἰταλίαν, ἢ καταμένειν ἐνταῦθα παρ' ἡμῖν ἐάσεις εὐμενέσι καὶ φίλοις, ὅταν ἐκεῖ γενώμεθα, συνοίκοις χρησόμενον; Καὶ ὁ Θεάνωρ ἐπιμειδιάσας, Ἔοικεν, ἔφη, Λύσις, ὦ Σιμμία, φιλοχωρεῖν, οὐδενὸς τῶν καλῶν ἐνδεὴς γεγονὼς δι' Ἐπαμεινώνδαν. Ἔστι γάρ τι γενόμενον ἰδίᾳ περὶ τὰς ταφὰς τῶν Πυθαγορικῶν ὅσιον, οὗ μὴ τυχόντες, οὐ δοκοῦμεν ἀπέχειν τὸ μακαριστὸν καὶ οἰκεῖον τέλος. Ὡς οὖν ἔγνωμεν ἐκ τῶν ὀνείρων τὴν Λύσιδος τελευτὴν (διαγινώσκομεν δὲ σημείῳ τινὶ φαινομένῳ κατὰ τοὺς ὕπνους, εἴτε τεθνηκότος, εἴτε ζῶντος εἴδωλόν ἐστιν), ἔννοια πολλοῖς ἐπεισῆλθεν, ὡς ἐπὶ ξένης ὁ Λύσις ἄλλως κεκήδευται, καὶ κινητέος ἐστὶν ἡμῖν, ὅπως ἐκεῖ μεταλάχῃ τῶν νομιζομένων. Τοιαύτῃ δὲ διανοίᾳ παραγενόμενος, καὶ πρὸς τὸν τάφον εὐθὺς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὁδηγηθεὶς, ἑσπέρας ἤδη χοὰς ἐχεόμην, ἀνακαλούμενος τὴν Λύσιδος ψυχὴν κατελθεῖν, ἀποθεσπίσουσαν, ὡς χρὴ ταῦτα πράσσειν. Προϊούσης δὲ τῆς νυκτὸς, εἶδον μὲν οὐδὲν, ἀκοῦσαι δὲ φωνῆς ἔδοξα, τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν· ὁσίως γὰρ ὑπὸ τῶν φίλων κεκηδεῦσθαι τὸ Λύσιδος σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἤδη κεκριμένην ἀφεῖσθαι πρὸς ἄλλην γένεσιν, ἄλλῳ δαίμονι συλλαχοῦσαν. Καὶ μέντοι * καὶ συμβαλὼν ἕωθεν Ἐπαμεινώνδᾳ, καὶ τὸν τρόπον ἀκούσας ᾧ θάψειε Λύσιν, ἐπέγνων, ὅτι καλῶς ἄχρι τῶν ἀπορρήτων πεπαιδευμένος ὑπ' ἐκείνου τἀνδρὸς εἴη, καὶ χρῷτο ταυτῷ δαίμονι πρὸς τὸν βίον, εἰ μὴ κακὸς ἐγὼ τεκμήρασθαι τῷ πλῷ τὸν κυβερνήτην. Εὐρεῖαι μὲν γὰρ ἀτραποὶ βίων, ὀλίγαι δὲ, ἃς δαίμονες ἀνθρώπους ἄγουσιν. Ὁ μὲν οὖν Θεάνωρ ταῦτ' εἰπὼν τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ προσέβλεψεν, οἷον ἐξ ὑπαρχῆς ἀναθεώμενος αὐτοῦ τὴν φύσιν καὶ τὸ εἶδος.

17. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ μὲν ἰατρὸς προσελθὼν περιέλυσε

pluras legibus adversas facile respuere est ei, qui non eminus studium lucri et habendi cupiditatem ex animo exciderit: sed apud quem licitis utilitatibus affatim enutritum ad lucrum faciendum fertur, cum injusto appetitu excitatum turget, difficillime ab injusta captura abstinetur. Qui autem neque amicorum beneficiis locum dat, neque regum munera admittit, ipsam quoque fortunæ sortem respuens, et insultantem thesauro exhibito repellens, nunquam hunc jam divitiarum cupiditas turbabit, aut ad injustitiam stimulabit: sed facile se ipso utitur ad honestatem, magno animo, et sibi pulcherrime conscio. Horum, Simmia, hominum ego et Caphisias admiratores et amatores, hospitem rogamus, ut nobis concedat, ut ad virtutem istam paupertate nos sufficienter condocefecerimus.

XVI. Hæc locuto fratre meo, Simmias bis terve capite annuens: Magnus, inquit, magnus vir est Epaminondas: in causa est Polymnis hic, qui ab initio liberis suis optimam in philosophia paravit educationem. Verum de hoc, hospes, tute cum ipsis transiges. Lysidem vero, si tamen dicere tibi fas est, numnam e sepulcro moves, et in Italiam transfers, aut hic apud nos restare sinis, amicis et benevolis contubernalibus usurum, cum istuc pervenerimus? Tum subridens Theanor: Apparet, aiebat, Lysidem hac regione delectari, cui opera Epaminondæ nihil bonorum defuerit. Habent autem Pythagorici quemdam sepulturæ peculiarem sacrumque ritum: quo qui carent, eos non putamus assecutos esse beatum illum et proprium finem. Postquam ergo ex somniis de morte Lysidis facti sumus certiores (est autem signum quod apparet nobis in somniis, unde percipimus simulacrum vivine sit an mortui), venimus fere in eam cogitationem, Lysidem apud exteros aliter sepultum fuisse, ideoque corpus ejus transferendum, ut apud nos rite condatur. Hoc ego consilio cum huc appulissem, essemque ab incolis recta ad sepulcrum Lysidis deductus, libavi jam vespera facta, Lysidis animam evocans, quæ quid quove modo agendum esset vaticinaretur. Progrediente nocte, nihil vidi, sed visus sum mihi audire vocem, quæ juberet *immobilia non movere; nam corpus Lysidis sancte humatum esse, animam jam nunc secretam ad alium ortum esse demissam, aliique Genio sorte obtigisse.* Et quidem prima luce cum Epaminonda congressus, audito modo quo Lysidem sepelivisset, intellexi eum præclare usque ad ea quæ efferri nefas est a Lyside fuisse institutum, eodemque uti in vita Genio, quo usus est ille: nisi male ego ex navigatione de gubernatore conjecturam facio. Latæ enim sunt vitarum semitæ: paucæ, per quas a Geniis homines ducuntur. Hæc fatus, Epaminondam intuitus est, quasi de integro formam ejus et naturam contemplans.

XVII. Sub hæc medicus accedens, tanquam curandi

τοῦ Σιμμίου τὸν ἐπίδεσμον, ὡς θεραπεύσων τὸ σῶμα· Φυλλίδας δ' ἐπεισελθὼν μεθ' Ἱπποσθενείδου, καὶ κελεύσας ἐμὲ καὶ Χάρωνα καὶ Θεόκριτον ἐξαναστῆναι, προσῆγεν εἴς τινα γωνίαν τοῦ περιστύλου, σφόδρα τεταραγμένος, ὡς διεφαίνετο τῷ προσώπῳ. Κἀμοῦ, Μή τι καινότερον, ὦ Φυλλίδα, προσπέπτωκεν, εἰπόντος, Ἐμοὶ μὲν οὐδὲν, ἔφη, καινὸν, ὦ Καφεισία· καὶ γὰρ προῄδειν καὶ προὔλεγον ὑμῖν τὴν Ἱπποσθενείδου μαλακίαν, δεόμενος μὴ ἀνακοινοῦσθαι μηδὲ παραλαμβάνειν εἰς τὴν πρᾶξιν. Ἐκπλαγέντων δὲ τὸν λόγον ἡμῶν, ὁ Ἱπποσθενείδας, Μὴ λέγε πρὸς θεῶν, ἔφη, Φυλλίδα, ταῦτα· μηδὲ τὴν προπέτειαν εὐτολμίαν οἰόμενος, ἀνατρέψῃς καὶ ἡμᾶς καὶ τὴν πόλιν· ἀλλ' ἔασον ἀσφαλῶς, εἴπερ εἵμαρται, κατελθεῖν τοὺς ἄνδρας. Καὶ ὁ Φυλλίδας παροξυνόμενος, Εἰπέ μοι, φησὶν, ὦ Ἱπποσθένειδα, πόσους οἴει μετέχειν τῶν ἀπορρήτων εἰς τὴν πρᾶξιν ἡμῖν; Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, οὐκ ἐλάσσους ἢ τριάκοντα γινώσκω. Τί οὖν, ἔφη, τοσούτων τὸ πλῆθος ὄντων, τὰ πᾶσι δόξαντα μόνος ἀνῄρηκας καὶ διακεκώλυκας, ἐκπέμψας ἱππέα πρὸς τοὺς ἄνδρας ἤδη καθ' ὁδὸν ὄντας, ἀναστρέφειν κελεύσας καὶ μὴ κατατεῖναι σήμερον, ὅτε τῶν πρὸς τὴν κάθοδον αὐτοῖς τὰ πλεῖστα καὶ τὸ αὐτόματον συμπαρεσκεύασεν. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Φυλλίδου, πάντες μὲν διεταράχθημεν· ὁ δὲ Χάρων τῷ Ἱπποσθενείδᾳ πάνυ σκληρῶς τὴν ὄψιν ἐνερείσας, Ὦ μοχθηρὲ, εἶπεν, ἄνθρωπε, τί δέδρακας ἡμᾶς; Οὐδὲν, ἔφη, δεινὸν, ὁ Ἱπποσθενείδας, ἐὰν ἀνεὶς τὴν τραχύτητα τῆς φωνῆς, ἀνδρὸς ἡλικιώτου καὶ πολιὰς παραπλησίως ἔχοντος λογισμῶν μετάσχῃς. Εἰ μὲν γὰρ εὐψυχίαν φιλοκίνδυνον ἀποδείξασθαι τοῖς πολίταις καὶ θυμὸν ὀλιγωροῦντα τοῦ βίου προῃρήμεθα, Φυλλίδα, πολὺ τὸ τῆς ἡμέρας μῆκος ἔτι· καὶ τὴν ἑσπέραν μὴ περιμένωμεν, ἀλλ' ἤδη βαδίζωμεν ἐπὶ τοὺς τυράννους τὰ ξίφη λαβόντες· ἀποκτιννύωμεν, ἀποθνήσκωμεν, ἀφειδῶμεν ἑαυτῶν. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν οὔτε δρᾶσαι χαλεπὸν οὔτε παθεῖν, ἐξελέσθαι δὲ τὰς Θήβας ὅπλων, τοσούτων πολεμίων περιεχόντων, καὶ τὴν Σπαρτιατῶν φρουρὰν ἀπώσασθαι δυσὶ νεκροῖς ἢ τρισὶν οὐ ῥᾴδιον (οὐδὲ γὰρ τοσοῦτον εἰς τὰ συμπόσια καὶ τὰς ὑποδοχὰς παρεσκεύακε Φυλλίδας ἄκρατον, ὥστε τοὺς χιλίους καὶ πεντακοσίους Ἀρχίᾳ μεθυσθῆναι δορυφόρους· ἀλλὰ κἂν ἐκεῖνον ἀνέλωμεν, ἐφεδρεύει τῇ νυκτὶ νήφων Ἡριππίδας καὶ Ἄρκεσος), τί σπεύδομεν κατάγειν φίλους καὶ οἰκείους ἄνδρας ἐπὶ προὖπτον ὄλεθρον; καὶ τοῦτο, μηδ' ἀγνοούντων τῶν ἐχθρῶν παντάπασι τὴν κάθοδον. Διὰ τί γὰρ Θεσπιεῦσι μὲν παρήγγελται τρίτην ἡμέραν ταύτην ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, καὶ προσέχειν, ὅταν οἱ Σπαρτιατῶν ἡγεμόνες καλῶσιν; Ἀμφίθεον δὲ σήμερον, ὡς πυνθάνομαι, μέλλουσιν ἀνακρίναντες, ὅταν Ἀρχίας ἐπανέλθῃ, διαφθερεῖν. Οὐ μεγάλα ταῦτα σημεῖα τοῦ μὴ λανθάνειν τὴν πρᾶξιν; οὐ κράτιστον ἐπισχεῖν χρόνον οὐχὶ πολὺν, ἀλλ' ὅσον ἐξοσιώσασθαι τὰ θεῖα; Καὶ γὰρ οἱ μάντεις τῇ Δήμητρᾳ τὸν βοῦν θύοντες, πολὺν θόρυβον καὶ κίνδυνον λέ-

corporis causa tæniam qua crus Simmiæ erat religata, abstulit. Phyllidas autem cum Hipposthenida intro veniens, in angulum atrii quemdam me, Charonem, et Theocritum surgere jussos abducit, admodum, quod ex vultu apparebat, perturbatus : cumque ego quæsivissem: Ecquid novi accidit, Phyllida? Nihil, inquit, novi mihi quidem, qui prævidens ac prædicens vobis Hipposthenidæ mollitiem, rogavi ne cum homine rem communicaretis, aut in societatem ipsum ascisceretis. Perterritis nobis hoc sermone, Hipposthenidas : Noli, obsecro, inquit, ista dicere, neque temeritatem pro audacia habens nos et civitatem evertere : sed si in fatis est, tuto sine exules reditum sibi parare. Tum Phyllidas irritatus : Dic mihi, inquit, Hipposthenida, quot numero esse putes, qui nobis secretæ hujus actionis sint conscii? Ego, aiebat, triginta non pauciores novi. Cur ergo, dicebat Phyllidas, quæ in tanta multitudine omnibus placuerunt, ea solus sustulisti atque impedivisti, equite misso ad viros qui jam erant in itinere reverti jubens, neque hodie Thebas petere, cum quidem ad reditum plurima iis etiam casus commoda paravisset. Hæc fato Phyllida, et omnibus nobis turbatis, Charon acerbo admodum vultu in Hipposthenidam conversus : Pessime, inquit, homo, quid fecisti nobis? Nihil mali, ait Hipposthenidas, si asperitate verborum missa, sententiam hominis æqualis ætate, itidemque canos edentis ponderes. Nam si hoc nobis, Phyllida, propositum est, civibus ostendere fortitudinem periculis se objicientem, iramque vitæ contemptricem, multum adhuc superest diei, neque exspectanda nobis vespera : sed jam nunc arreptis gladiis eamus ad tyrannos, occidamus, occidamur, vitæ nostræ non parcamus. Si verò hæc quidem factu et perpessu non sunt difficilia : Thebas autem liberare tot munitas hostilibus armis, et præsidium Spartanorum profligare duobus aut tribus hominibus interfectis non est in proclivi (non enim tantum meri in convivium paravit Phyllidas, ut universi mille et quingenti Archiæ stipatores eo se sint inebriaturi : et ut hunc interficiamus, tamen sobrii per noctem excubias agent Herippidas et Arcissus) : quorsum festinamus amicos et familiares in certissimam adducere perniciem : præsertim cum hostes non plane reditus eorum sint ignari? Cur enim Thespiensibus tertium jam hunc diem mandatum est, ut sint in armis, exspectentque Spartanorum ducum jussa? Et Amphitheum audio hodie, ubi reversus fuerit domum Archias, interemptum iri, quæstione prius habita. Non videntur hæc vobis magna signa esse detectæ aliqua actionis nostræ? Non præstat aliquantulam rei moram producere, dum numina placantur? Etenim haruspices cum Cereri bovem immolassent, exta portendere magnum tumultum ac periculum publicum pronuntiave-

γουσι δημόσιον ἀποσημαίνειν τὰ ἔμπυρα. Καὶ τὸ σοὶ πλείστης δεόμενον, ὦ Χάρων, εὐλαβείας, ἐχθὲς ἐξ ἀγροῦ μοι συνοδεύων Ὑπατόδωρος ὁ Ἐριάνθους, χρηστὸς μὲν ἄλλως καὶ οἰκεῖος ἀνὴρ, οὐδὲν δὲ τῶν πραττομένων συνειδὼς, * Ἔστι σοι, φησὶν, ὦ Ἱπποσθενείδα, Χάρων ἑταῖρος, ἐμοὶ δ' οὐ πάνυ συνήθης· ἐὰν οὖν δοκῇ σοι, φράσον αὐτῷ φυλάττεσθαί τινα κίνδυνον ἐξ ἐνυπνίου μάλα δυσχεροῦς καὶ ἀτόπου· τῆς γὰρ ἄλλης νυκτὸς ᾤμην αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ὠδίνειν, ὥσπερ κύουσαν· αὐτὸν δὲ καὶ τοὺς φίλους συναγωνιῶντας εὔχεσθαι, καὶ κύκλῳ παρεῖναι· τὴν δὲ μυκᾶσθαι, καὶ ἀφιέναι φωνάς τινας ἀνάρθρους, τέλος δὲ πῦρ λάμψαι πολὺ καὶ δεινὸν ἐξ αὐτῆς ἔνδοθεν, ὡς τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως φλέγεσθαι, τὴν δὲ Καδμείαν καπνῷ μόνῳ περιέχεσθαι, τὸ δὲ πῦρ ἄνω μὴ ἐπιπολάζειν. Ἡ μὲν οὖν ὄψις, ὦ Χάρων, ἣν ὁ ἄνθρωπος διεξῆλθε, τοιαύτη τις ἦν· ἐγὼ δὲ καὶ παραχρῆμα κατέδεισα, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἀκούσας σήμερον, ὡς εἰς τὴν σὴν οἰκίαν οἱ φυγάδες καταίρειν μέλλουσιν, ἀγωνιῶ, μὴ μεγάλων κακῶν ἐμπλήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, οὐδὲν ἀξιόλογον τοὺς πολεμίους δράσαντες, ἀλλ' ὅσον διαταράξαντες. Τὴν γὰρ πόλιν πρὸς ἡμῶν τίθεμαι, τὴν δὲ Καδμείαν, ὥσπερ ἐστὶ, πρὸς ἐκείνων.

18. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Θεόκριτος, καὶ κατασχὼν τὸν Χάρωνα βουλόμενον εἰπεῖν τι πρὸς τὸν Ἱπποσθενείδαν, Ἀλλ' ἔμοιγε, εἶπεν, ἀπ' οὐδενὸς οὕτως οὐδέποτε θαῤῥῆσαι πρὸς τὴν πρᾶξιν, ὦ Ἱπποσθενείδα, παρέστη, καίπερ ἱεροῖς ἀεὶ χρησαμένῳ καλοῖς ὑπὲρ τῶν φυγάδων, ὡς ἀπὸ τῆς ὄψεως ταύτης· εἴγε φῶς μὲν πολὺ καὶ λαμπρὸν ἐν τῇ πόλει λέγεις ἐξ οἰκίας φίλης ἀνασχεῖν, καπνῷ δὲ συμμελανθῆναι τὸ τῶν πολεμίων οἰκητήριον, οὐδὲν οὐδέποτε δακρύων καὶ ταραχῆς φέροντι κρεῖττον· ἀσήμους δὲ φωνὰς ἐκφέρεσθαι παρ' ἡμῶν, ὥστε κἂν εἴ τις ἐπιχειρῇ κατηγορεῖν περὶ φωνῆς, ἵν' ἀσαφῆ καὶ τυφλὴν ὑπόνοιαν ἡ πρᾶξις λαβοῦσα μόνον ἅμα καὶ φανήσεται καὶ κρατήσῃ. Δυσιερεῖν δέ γε θύοντας εἰκός· ἡ γὰρ ἀρχὴ καὶ τὸ ἱερεῖον οὐ δημόσιον, ἀλλὰ τῶν κρατούντων ἐστίν. Ἔτι δὲ τοῦ Θεοκρίτου λέγοντος, λέγω πρὸς τὸν Ἱπποσθενείδαν· Τίνα πρὸς τοὺς ἄνδρας ἐξαπέστειλας; Εἰ γὰρ οὐ πολὺ προείληφας, διωξόμεθα. Καὶ Ἱπποσθενείδας, Οὐκ οἶδ', εἶπεν, ὦ Καφεισία (δεῖ γὰρ ὑμῖν τἀληθῆ λέγειν), εἰ καταλάβοις ἂν τὸν ἄνθρωπον ἵππῳ χρώμενον τῶν ἐν Θήβαις κρατίστῳ· γνώριμος δ' ὑμῖν ὁ ἄνθρωπός ἐστι, τῶν Μέλωνος ἁρματηλατῶν ἐπιστάτης, καὶ διὰ Μέλωνα τὴν πρᾶξιν ἀπ' ἀρχῆς συνειδώς. Κἀγὼ κατιδὼν τὸν ἄνθρωπον, Ἆρ' οὐ Χλίδωνα λέγεις, εἶπον, ὦ Ἱπποσθενείδα, τὸν κέλητι τὰ Ἡραῖα νικῶντα πέρυσιν; Ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν, ἔφησε. Καὶ τίς οὗτος, ἔφην, ἐστὶν, ὁ πρὸς ταῖς αὐλείοις θύραις ἐφεστὼς πάλαι καὶ προσβλέπων ἡμῖν; Ἐπιστρέψας οὖν ὁ Ἱπποσθενείδας, Χλίδων, ἔφη, νὴ τὸν Ἡρακλέα· φεῦ, μή τι χαλεπώτερον συμβέβηκε; Κἀκεῖνος, ὡς εἶδεν ἡμᾶς προσέχοντας αὐτῷ, ἀπὸ τῆς θύρας ἡσυχῇ προσῆγε. Τοῦ δ' Ἱπποσθενείδου νεύσαν-

runt. Et, quod tibi, Charon, maxime animadvertendum est, heri Hypatodorus Erianthis F. e rure mihi factus comes, bonus alioqui vir et necessarius, sed nostri instituti omnino ignarus : Est tibi, aiebat, o Hipposthenida, amicus Charon, mihi non admodum familiaris : si tibi ita videtur, mone eum ut a periculo sibi caveat, propter somnium meum valde minax et insolens : præterita enim nocte per quietem sum imaginatus ipsius domum parturire, ut gravidæ solent : ipsum et amicos una anxios in orbem circum assistere et vota facere, domum vero mugire, et incompositas quasdam voces edere, tandem ignem copiosum et terribilem emicuisse e penetralibus ejus, quo major pars urbis accensa fuerit, Cadmea solo fumo circumventa, igni ad fastigii superficiem se non efferente. Hoc quidem, Charon, ille sic mihi narravit somnium. Ego et tum statim perterritus sum : et multo magis cum hodie audirem exules in tuam domum diversuros, anxie metuere cœpi ne nobis ipsis magnum malum simus confecturi, nullum hostibus memorabile, nisi quod eos conturbabimus. Urbem enim nobis attribuo, Cadmeam, ut est, illis.

XVIII. Hic Theocritus, inhibito Charone dicere aliquid adversus Hipposthenidam molientem, interfatus : Mihi vero, inquit, nulla res majorem, Hipposthenida, agendi fiduciam paravit (quanquam semper pro exulibus sacrificia addixerint) atque hoc ipsum somnium; siquidem in urbe lumen copiosum et splendidum ex amica domo ais erupisse : fumo autem obfuscatum fuisse hostium receptaculum, qui nihil unquam melius quam lacrymas et trepidationem secum trahit : voces autem a nobis exivisse obscuras, ut etiamsi quis aliqua de voce nos accusare velit, incerta tantum cæcaque suspicio simul et oriatur et dissipetur. Jam illud non perlitare haruspices, sane consentaneum est; nam nec victima nec magistratus sunt civitatis, sed tyrannorum. Nondum finierat sermonem Theocritus, cum ego ad Hipposthenidam : Quem, inquam, ad homines exules ablegasti? Si enim non dudum hoc factum est, consequar eum. Et Hipposthenidas : Haud scio, ait, an assecuturus hominem sis (verum enim vobis dicere opus habeo) equo vehentem qui Thebis sunt equorum optimo : notus vobis is est, Melonis aurigarum præfectus, et per Melonem totius conscius ab initio inde rei. Ego autem qui jam hominem conspexissem : Nonne, inquam, Chlidonem dicis, Hipposthenida, qui superiore anno Junonia solo equo vicit? Hunc ipsum, aiebat. Quis ergo, subjeci, is est quem jampridem ad atrii astare ostium, et in nos respicere video? Conversus Hipposthenidas : Mehercle is est, ille ipse Chlidon, aiebat! Vah! ne quid gravius acciderit! Chlidon autem ubi sensit se a nobis animadverti, paulatim ab ostio cœpit progredi, innuente vero Hipposthenida, et coram omnibus rem

τος αὐτῷ, καὶ λέγειν κελεύσαντος εἰς ἅπαντας, ** Οἶδ', ἔφη, τοὺς ἄνδρας ἀκριβῶς, Ἱπποσθενείδα· καί σε μήτε κατ' οἶκον εὑρὼν, μήτ' ἐπ' ἀγορᾶς, δεῦρο πρὸς τούτους ἐτεκμαιρόμην ἥκειν, καὶ συνέτεινον εὐθὺς, ἵνα μηδὲν ἀγνοῆτε τῶν γεγονότων. Ὡς γὰρ ἐκέλευσας τάχει παντὶ χρησάμενον ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀπαντῆσαι τοῖς ἀνδράσιν, εἰσῆλθον οἴκαδε ληψόμενος τὸν ἵππον· αἰτοῦντι δέ μοι τὸν χαλινὸν οὐκ εἶχεν ἡ γυνὴ δοῦναι, ἀλλὰ διέτριβεν ἐν τῷ ταμείῳ πολὺν χρόνον· ὡς δὲ ζητοῦσα καὶ σκαιωρουμένη τὰ ἔνδον, ἱκανῶς ἀπολαύσασά μου, τέλος ὡμολόγησε κεχρηκέναι τῷ γείτονι τὸν χαλινὸν ἑσπέρας, αἰτησαμένης αὐτοῦ τῆς γυναικός. Ἀγανακτοῦντος δ' ἐμοῦ καὶ κακῶς αὐτὴν λέγοντος, τρέπεται πρὸς δυσφημίας ἀποτροπαίους, * ἐπαρωμένη κακὰς ὁδοὺς, κακὰς δ' ἐπανόδους· ἃ νὴ Δία πάντα τρέψειαν εἰς αὐτὴν ἐκείνην θεοί· τέλος δὲ μέχρι πληγῶν προαχθεὶς ὑπ' ὀργῆς, εἶτα ὄχλου γειτόνων καὶ γυναικῶν συνδραμόντος, αἴσχιστα ποιήσας καὶ παθὼν, μόλις ἀφῖγμαι πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ἄλλον ἐκπέμπητε πρὸς τοὺς ἄνδρας, ὡς ἐμοῦ παντάπασιν ἐκστατικῶς ἐν τῷ παρόντι καὶ κακῶς ἔχοντος.

19. Ἡμᾶς δέ τις ἔσχεν ἄτοπος μεταβολὴ τοῦ πάθους. Μικρὸν γὰρ ἔμπροσθεν τῷ κεκωλῦσθαι δυσχεραίνοντες, πάλιν διὰ τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ καὶ τὸ τάχος, ὡς οὐκ οὔσης ἀναβολῆς, εἰς ἀγωνίαν ὑπηγόμεθα καὶ φόβον. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐγὼ προσαγορεύσας τὸν Ἱπποσθενείδαν καὶ δεξιωσάμενος, ἐθάῤῥυνον, ὡς καὶ τῶν θεῶν παρακαλούντων ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Ἐκ δὲ τούτου Φυλλίδας μὲν ᾤχετο τῆς ὑποδοχῆς ἐπιμελησόμενος, καὶ τὸν Ἀρχίαν εὐθὺς ἐνσείσων εἰς τὸν πότον· Χάρων δὲ τῆς οἰκίας, ** ἐγὼ δὲ καὶ Θεόκριτος πάλιν πρὸς τὸν Σιμμίαν ἐπανήλθομεν, ὅπως τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ καιρὸν λαβόντες ἐντύχοιμεν.

20. Οἱ δ' ἦσαν ἤδη πρόσω ζητήσεως οὐκ ἀγεννοῦς, ἀλλ' ἧς ὀλίγον ἔμπροσθεν οἱ περὶ Γαλαξίδωρον καὶ Φειδόλαον ἥψαντο, διαποροῦντες τίνος οὐσίας καὶ δυνάμεως εἴη τὸ Σωκράτους λεγόμενον δαιμόνιον. Ἃ μὲν οὖν πρὸς τὸν Γαλαξιδώρου λόγον ἀντεῖπεν ὁ Σιμμίας, οὐκ ἠκούσαμεν· αὐτὸς δὲ Σωκράτη μὲν ἔφη περὶ τούτων ἐρόμενός ποτε, μὴ τυχεῖν ἀποκρίσεως, διὸ μηδ' αὖθις ἐρέσθαι· πολλάκις δ' αὐτῷ παραγενέσθαι τοὺς μὲν δι' ὄψεως ἐντυχεῖν θείῳ τινὶ λέγοντας, ἀλαζόνας ἡγουμένῳ, τοῖς δ' ἀκοῦσαί τινος φωνῆς φάσκουσι προσέχοντι τὸν νοῦν, καὶ διαπυνθανομένῳ μετὰ σπουδῆς. Ὅθεν ἡμῖν παρίστατο, σκοπουμένοις ἰδίᾳ πρὸς ἀλλήλους, ὑπονοεῖν, μήποτε τὸ Σωκράτους δαιμόνιον οὐκ ὄψις, ἀλλὰ φωνῆς τινος αἴσθησις, ἢ λόγου νόησις εἴη, συνάπτοντος ἀτόπῳ τινὶ τρόπῳ πρὸς αὐτόν· ὥσπερ καὶ καθ' ὕπνον οὐκ ἔστι φωνὴ, λόγων δέ τινων δόξας καὶ νοήσεις λαμβάνοντες, οἴονται φθεγγομένων ἀκούειν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ὡς ἀληθῶς ὄναρ ἡ τοιαύτη σύνεσις γίνεται, δι' ἡσυχίαν καὶ γαλήνην τοῦ σώματος, ὅταν καθεύδωσι ** μόλις ἐπήκοον ἔχουσι τὴν ψυχὴν τῶν κρειττόνων· καὶ πεπνιγμένοι γε θορύβῳ τῶν παθῶν,

exponere jubente : Novi, inquit, probissime hos viros, Hipposthenida : et cum te neque domi neque in foro offendissem, huc recta contendi, quod hic te esse conjicerem : ne quid vos eorum quæ acta sunt lateret. Nam cum tu mihi mandasses, ut quanta omnino possem celeritate apud montem exulibus occurrerem, domum me contuli, ut equum sumerem : petenti autem mihi frenum uxor non habuit quod daret, diuque in cella commorata est quærens, et omnem sus deque vertens supellectilem : denique ubi satis diu mihi illusum fuit, fassa est se frenum vicino commodato dedisse, vesperi ab ejus rogatam uxore : cumque ego indignarer, et maledicta ingererem : conversa ad diras imprecationes, malam itionem, malam reditionem mihi optavit, quæ omina dii, precor, in ipsam convertant : tandem cum iratus usque ad verbera pervenissem, turba vicinorum et mulierum concurrente, turpissime re gesta et pudens ad vos ægre perveni ; quo alium ad illos emittendum sciretis : ego enim in præsentia plane mihi non consto, et pessime sum affectus.

XIX. Nos vero maxima invasit mutatio. Paulo enim ante indigne ferentes impedimentum actioni injectum, tunc rursum ob articulum temporis tam celeriter appetentem et dilationis impatientem, in anxietatem et metum fuimus conjecti. Ego tamen Hipposthenidam comiter amplexus, bono esse animo jussi : quippe diis ipsis nos ad rem gerendam exhortantibus. Secundum hæc Phyllidas abiit, ut convivium appararet, et ad potum Archiam statim injiceret : Charon, ut domum adornaret. Ego autem et Theocritus ad Simmiam rediimus, ut Epaminondam per occasionem alloqueremur.

XX. Illi vero jam processerant longe in tractanda quæstione non ignobili, sed quam paulo ante Galaxidorus et Phidolaus attigerant, disquirentes cujusnam substantiæ aut facultatis fuisset Genius ille qui Socratis dicitur. Quæ ad Galaxidori argumentum responderit Simmias, non audivimus. Aiebat autem Simmias aliquando hac de re ipsum Socratem fuisse abs se interrogatum, sed nullum dedisse responsum : ideoque posthac nunquam quæsivisse. Sæpe autem se interfuisse, cum Socrates eos qui visum quoddam divinum sibi oblatum dicerent, arrogantes judicaret ; iis vero animum adverteret, qui vocem aliquam se dicerent audivisse, et de ea serio percunctaretur. Itaque nobis, cum seorsim inter nos ista consideraremus, subiit suspicari, Socratis Genium non visum aliquod, sed vocis cujusdam aut mentis observationem esse, ad ipsum mira quadam ratione delatæ : sicut in somniis quoque vox non est, sed orationum quarumdam opiniones concipientes putant se loquentes audire. Verum his quidem revera ista perceptio somnium fit ob quietem et tranquillitatem corporis dum dormiunt : nam et vigilantes adeo plurimi vix audiunt deorum voces, sed defatigati tumultu per-

καὶ περιαγωγῇ τῶν χρειῶν, εἰσακοῦσαι καὶ παρασχεῖν τὴν διάνοιαν οὐ δύνανται τοῖς δηλουμένοις. Σωκράτει δὲ ὁ νοῦς καθαρὸς ὢν καὶ ἀπαθὴς, τῷ σώματι μικρὰ τῶν ἀναγκαίων χάριν καταμιγνὺς αὑτὸν, εὐαφὴς ἦν καὶ λεπτὸς ὑπὸ τοῦ προσπεσόντος ὀξέως μεταβαλεῖν· τὸ δὲ προσπῖπτον, οὐ φθόγγον, ἀλλὰ λόγον ἄν τις εἰκάσειε δαίμονος, ἄνευ φωνῆς ἐφαπτόμενον αὐτῷ τῷ δηλουμένῳ τοῦ νοοῦντος. Πληγῇ γὰρ ἡ φωνὴ προσέοικε τῆς ψυχῆς, δι' ὤτων βίᾳ τὸν λόγον εἰσδεχομένης, ὅταν ἀλλήλοις ἐντυγχάνωμεν. Ὁ δὲ τοῦ κρείττονος νοῦς ἄγει τὴν εὐφυᾶ ψυχὴν, ἐπιθιγγάνων τῷ νοηθέντι, πληγῆς μὴ δεομένην· ἡ δ' ἐνδίδωσιν αὐτῷ χαλῶντι καὶ συντείνοντι τὰς ὁρμὰς, οὐ βιαίως ὑπὸ παθῶν ἀντιτεινόντων, ἀλλ' εὐστρόφους καὶ μαλακὰς ὥσπερ ἡνίας ἐνδούσας. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν ὁρῶντας, τοῦτο μὲν, ὑπὸ μικροῖς οἴαξι μεγάλων περιαγωγὰς ὁλκάδων, τοῦτο δὲ, τροχῶν κεραμικῶν δίνησιν ἄκρᾳ παραψαύσει χειρὸς ὁμαλῶς περιφερομένων· ἄψυχα μὲν γὰρ, ἀλλ' ὅμως τροχαλὰ ταῖς κατασκευαῖς ὑπὸ λειότητος ἐνδίδωσι πρὸς τὸ κινοῦν ῥοπῆς γενομένης. Ψυχὴ δ' ἀνθρώπου μυρίαις ὁρμαῖς, οἷον ὑσπλήξιν, ἐντεταμένη, μακρῷ πάντων ὀργάνων εὐστροφώτατόν ἐστιν, ἄν τις κατὰ λόγον ἅπτηται, ῥοπὴν λαβοῦσα πρὸς τὸ νοηθὲν * κινεῖσθαι· ἐνταῦθα γὰρ εἰς τὸ νοοῦν αἱ τῶν παθῶν καὶ ὁρμῶν κατατείνουσιν ἀρχαί· τούτου δὲ σεισθέντος, ἑλκόμεναι σπῶσι καὶ συντείνουσι τὸν ἄνθρωπον. Ἧ καὶ μάλιστα τὸ νοηθὲν ἡλίκην ἔχει ῥώμην, καταμαθεῖν δίδωσιν· ὀστᾶ γὰρ ἀναίσθητα καὶ νεῦρα καὶ σάρκες ὑγρῶν περίπλεαι, καὶ βαρὺς ὁ ἐκ τούτων ὄγκος ἡσυχάζων καὶ κείμενος, ἅμα τῷ τὴν ψυχὴν ἐν νῷ τι βαλέσθαι, καὶ πρὸς αὐτὸ κινῆσαι τὴν ὁρμὴν, ὅλος ἀναστὰς καὶ συνταθεὶς, πᾶσι τοῖς μέρεσιν οἷον ἐπτερωμένος φέρεται πρὸς τὴν πρᾶξιν. Οὐδὲ ὁ τῆς κινήσεως καὶ συνεντάσεως καὶ παραστάσεως τρόπος χαλεπὸς, ἢ παντελῶς ἄπορος συνοφθῆναι, καθ' ὃν ἡ ψυχὴ νοήσασα ἐφέλκεται ταῖς ὁρμαῖς τὸν ὄγκον, ἀλλ' ἐν ὅσῳ μάλα δίχα φωνῆς ἐννοηθεὶς κινεῖ λόγος ἀπραγμόνως, οὕτως οὐκ ἂν, οἶμαι, δυσπείστως ἔχοιμεν ὑπὸ νοῦ κρείσσονος νοῦν καὶ ψυχῆς θειοτέρας ἀγαγέσθαι θύραθεν ἐφαπτομένη, ᾗ πέφυκεν ἐπαφὴν ὁ λόγος ἴσχειν πρὸς λόγον, ὥσπερ φῶς ἀνταύγειαν. Τῷ γὰρ ὄντι τὰς μὲν ἀλλήλων νοήσεις οἷον ὑπὸ σκότῳ διὰ φωνῆς ψηλαφῶντες γνωρίζομεν· αἱ δὲ τῶν δαιμόνων φέγγος ἔχουσαι, τοῖς δυναμένοις ἐλλάμπουσιν, οὐ δεόμεναι ῥημάτων οὐδ' ὀνομάτων, οἷς χρώμενοι πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι συμβόλοις εἴδωλα τῶν νοουμένων καὶ εἰκόνας ὁρῶσιν, αὐτὰ δ' οὐ γινώσκουσι πλὴν οἷς ἔπεστιν ἴδιόν τι καὶ δαιμόνιον, ὥσπερ εἴρηται, φέγγος. Καίτοι τὸ περὶ τὴν φωνὴν γινόμενον ἐστιν ἣ παραμυθεῖται τοὺς ἀπιστοῦντας· ὁ γὰρ ἀὴρ φθογγοις ἐνάρθροις τυπωθεὶς καὶ γενόμενος δι' ὅλου λόγος καὶ φωνὴ πρὸς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀκροωμένου περαίνει τὴν νόησιν. Ὥστε θαυμάζειν [οὐκ] ἄξιον, εἰ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ νοηθὲν ὑπὸ τῶν ἀμει ** ὁ ἀὴρ τρεπόμενος δι' εὐπάθειαν, ἐνσημαίνεται τοῖς θείοις καὶ περιττοῖς ἀνδράσι

turbationum et occupatione multiplici rerum necessariarum, exaudire ea quæ significantur iisque mentem advertere nequeunt. Socratis autem mens pura et perturbationum vacua, paulumque habens cum corpore commercii necessitatis gratia, facile tangebatur, et ab eo quod accideret, celeriter mutabatur. Quod autem accidit, id non sonum, sed orationem Genii fuisse probabile est, quæ sine sono ipsum intellectum eo quod significabat attingeret. Vox quidem ictui animi similis est, nobis per aures orationem vi penetrantem recipientibus dum colloquimur. Præstantioris vero naturæ mens animum idoneum ducit attingens eo quod intelligitur, neque ad hoc ictu opus habet : animus concedit ei intendenti aut laxanti appetitiones, non vi ob perturbationes animi reluctantes, sed quæ facile tanquam habena circumagantur. Neque mirum hoc haberi debet, cum videamus magnas onerarias naves exiguis clavis circumduci : et rotam figuli summa manu leviter tactam pulchre in gyrum volvi : quæ quanquam anima carent, tamen ad cursum apte facta, ob levitatem moventi concedunt impulsione facta. Animus autem hominis innumeris appetitionibus quasi rudentibus constrictus, longe est quam ullum aliud instrumentum versatilior, facilique momento ab eo quod intellexit impellitur si quis ratione tangat. Hic enim in mentem principia affectionum et appetitionum desinunt : eaque exagitata, trahunt intenduntque hominem. Quo loco maxime perspici potest, quantam vim conceptus intellectus habeat. Ossa quippe sensus expertia, et nervi, et carnes humorum plenæ, gravisque moles corporis ex his compacta quiescens ac jacens, simul atque animus cogitatum concipit, ad idque appetitionem movet, tota surgens contentis viribus, omnibusque membris veluti alata fertur ad agendum. Quod si aut omnino nequit, aut adeo difficulter potest, cerni modus motionis istius atque intentionis et excitationis, quo animus intelligens aliquid, appetitionibus suis corpus secum trahit : et tamen sine voce oratio mente concepta nullo negotio corpus movet; sic, puto, non difficulter nobis persuaderi patiemur, a mente præstantiori foris attingente mentem, et ab anima diviniore animam, cieri, attingentibus quidem eo tactu quo oratio divinior orationem humanam movet, ut lux resplendescentiam. Revera enim animorum nostrorum sensa invicem per voces tanquam in tenebris palpantes cognoscimus. Geniorum cogitationes lucem habent, affulgentque idoneis, nihil opus habentes verbis aut vocabulis : quibus invicem utuntur homines ut tesseris et imaginibus animo conceptorum : ipsa hæc non percipiunt, nisi quibus pecu-liaris quidam adest et divinus, ut dixi, splendor. Jam quod in voce fit, est quatenus fidem derogantibus persuaderi possit. Aer nimirum sonis articulatis informatus, totusque in vocem mutatus, notionem mentis ad animum audientis perfert. Ut mirandum non sit, si hac ratione etiam præstantioris mentis conceptu aer ob facilitatem patiendi conversus, divinis et singularibus

τὸν τοῦ νοήσαντος λόγον. Ὥσπερ γὰρ αἱ πληγαὶ τῶν ** ὄντων ἀσπίσι χαλκαῖς ἁλίσκονται διὰ τὴν ἀντήχησιν, ὅταν ἐκ βάθους ἀναφερόμεναι προσπέσωσι, τῶν δ' ἄλλων ἀδήλως διεκθέουσαι λανθάνουσιν· οὕτως οἱ τῶν δαιμόνων λόγοι διὰ πάντων φερόμενοι, μόνοις ἐνηχοῦσι τοῖς ἀθόρυβον ἦθος καὶ νήνεμον ἔχουσι τὴν ψυχήν· οὓς δὴ καὶ ἱεροὺς καὶ δαιμονίους ἀνθρώπους καλοῦμεν. Οἱ δὲ πολλοὶ καταδαρθοῦσιν οἴονται τὸ δαιμόνιον ἀνθρώποις ἐπιθειάζειν· εἰ δ' ἐγρηγορότας καὶ καθεστῶτας ἐν τῷ φρονεῖν ὁμοίως κινοῦσι, θαυμαστὸν ἡγοῦνται καὶ ἄπιστον· ὥσπερ ἂν εἴ τις οἴοιτο, τὸν μουσικὸν ἀνειμένῃ τῇ λύρᾳ χρώμενον, ὅταν συστῇ τοῖς τόνοις ἢ καθαρμοσθῇ, μὴ ἅπτεσθαι μηδὲ χρῆσθαι. Τὸ γὰρ αἴτιον οὐ συνορῶσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀναρμοστίαν καὶ ταραχήν, ἧς ἀπήλλακται Σωκράτης, ὁ ἑταῖρος ἡμῶν· ὥσπερ ὁ δοθεὶς ἔτι παιδὸς ὄντος αὐτοῦ τῷ πατρὶ χρησμὸς ἀπεθέσπισεν· ἐᾶν γὰρ αὐτὸν ἐκέλευσεν, ὅ τι ἂν ἐπὶ νοῦν ἴῃ πράττειν, καὶ μηδὲ βιάζεσθαι, μηδὲ παράγειν, ἀλλ' ἐφιέναι τὴν ὁρμὴν τοῦ παιδὸς, εὐχόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ Διὶ ἀγοραίῳ, καὶ Μούσαις, τὰ δ' ἄλλα μὴ πολυπραγμονεῖν περὶ Σωκράτους, ὡς κρείττονα δήπουθεν ἔχοντος ἐν αὑτῷ μυρίων διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν ἡγεμόνα πρὸς τὸν βίον.

21. Ἡμῖν μὲν, ὦ Φειδόλαε, καὶ ζῶντος Σωκράτους καὶ τεθνηκότος, οὕτως ἐννοεῖν περὶ τοῦ δαιμονίου παρίσταται, τῶν κληδόνας ἢ πταρμοὺς ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο [εἰρηκότων] καταφρονοῦσιν· ἃ δὲ Τιμάρχου τοῦ Χαιρωνέως ἠκούσαμεν ὑπὲρ τούτου διεξιόντος, οὐκ οἶδα μὴ μύθοις ** λογίσονται, σιωπᾶν ἄμεινον. Μηδαμῶς, εἶπεν ὁ Θεόκριτος, ἀλλὰ δίελθε αὐτά· καὶ γὰρ εἰ μὴ λίαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἔστιν ὅπῃ ψαύει τῆς ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες· πρότερον δὲ, τίς ἦν οὗτος ὁ Τίμαρχος, φράσον· * οὐ γὰρ ἔγνων τὸν ἄνθρωπον. Εἰκότως γε, εἶπεν ὁ Σιμμίας, ὦ Θεόκριτε· νέος γὰρ ὢν κομιδῇ [ἐτελεύτησε], καὶ τοῦ Σωκράτους δεηθεὶς ταφῆναι παρὰ Λαμπροκλέα, τὸν Σωκράτους υἱὸν, [ὀλίγ]αις πρότερον ἡμέραις αὐτοῦ τεθνηκότα, φίλον καὶ ἡλικιώτην γενόμενον. Οὗτος οὖν ποθῶν γνῶναι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον ἣν ἔχει δύναμιν, ἅτε δὴ νέος οὐκ ἀγεννὴς, ἄρτι γεγευμένος φιλοσοφίας, ἐμοὶ καὶ Κέβητι κοινωσάμενος μόνοις εἰς Τροφωνίου κατῆλθε, δράσας τὰ νομιζόμενα περὶ τὸ μαντεῖον· ἐμμείνας δὲ δύο νύκτας κάτω καὶ μίαν ἡμέραν, τῶν πολλῶν ἀπεγνωκότων αὐτὸν ἤδη, καὶ τῶν οἰκείων ὀδυρομένων, πρωῒ μάλα φαιδρὸς ἀνῆλθε· προσκυνήσας δὲ τὸν θεὸν, ὡς πρῶτον διέφευγε τὸν ὄχλον, διηγεῖτο ἡμῖν θαυμάσια πολλὰ καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι.

22. Ἔφη δὲ, καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον, περιτυχεῖν σκότῳ πολλῷ τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐπευξάμενος κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς, εἴτ' ἐγρήγορεν, εἴτ' ὠνειροπόλει· πλὴν δόξαι γε, τῆς κεφαλῆς ἅμα ψόφῳ προσπεσόντι πληγείσης, τὰς ῥαφὰς διαστάσας μεθιέναι τὴν ψυχήν. Ὡς δ' ἀναχωροῦσα κατεμίγνυτο πρὸς ἀέρα διαυγῆ καὶ καθαρὸν ἀσμένη, πρῶτον

viris orationem mentis intro annuntiet. Sicut enim contorum ictus, scutis æreis excepti exaudiuntur ob resonantiam, cum e profundo elati accidunt, reliquos homines obscure transeunt et fallunt : sic Geniorum orationes feruntur per omnia, in solis tamen resonant tranquillis et perturbationum vacuis animis : quos homines jam sacros et divinos nuncupamus. Cæterum plerique putant Genium dormienti homini divinum aliquid inspirare : mirum et incredibile iis videtur, vigilantibus etiam ac mente sibi constantibus tales motus contingere : quod perinde est, ac si quis musicum putet lyra remissos habenti nervos utentem, si ea concinnetur atque suis tonis componatur, non usurum. Causam scilicet hi non perspiciunt, animi sui tumultus et inconcinnitatem, quorum vacuus fuit socius noster Socrates : quod patri de puero eo etiamnum datum oraculum prædixit : mandabat enim patri, *ut sineret eum agere quidquid in mentem venisset, et neque vim faceret, neque alio abduceret, sed liberam pueri appetitionem ferri pateretur : ac pro eo vota faceret Jovi Forensi et Musis; de cætero in Socratem nihil curiose inquireret, nimirum qui in se ducem vitæ haberet sexcentis magistris et pædagogis præstantem.*

XXI. Atque hic quidem meus, Phidolae, vivo ac mortuo Socrate, de Genio ejus fuit sensus, spretis omnibus, sternutationibus, aliis talibus rebus. Quæ autem Timarchum Chæronensem audivimus hac de re disserere, haud scio an pro fabulis habituri sitis, præstetque ea reticere. Nequaquam, inquit Theocritus, sed narra isthæc : nam ut non planissime, alicubi tamen etiam fabulæ veritatem attingunt. Prius tamen quis ille fuerit Timarchus expedi : non enim novi hominem. Consentaneum est, aiebat Simmias, mi Theocrite. Admodum enim adolescens mortuus, cum quidem a Socrate petiisset ut sepeliretur juxta Lamproclem Socratis F. paucis ante diebus mortuum, amicum et æqualem suum. Is ergo cupiens Socratis Genius quam vim haberet cognoscere, utpote juvenis generosa indole, et qui recens philosophiam gustavisset : re mecum et cum Cebete tantum communicata, in oraculum Trophonii descendit rite peractis omnibus : cumque duas noctes et unum diem ibi exegisset, jam plerisque actum de eo esse putantibus, et familiaribus eum deplorantibus, mane admodum hilaris rediit : deumque comprecatus, ut primum turbam evasit, nobis mira multa narravit visa sibi et audita.

XXII. Aiebat se, cum descendisset in oraculum, initio in magnas incidisse tenebras : votis deinde factis diu jacuisse, non satis sentientem vigilaretne an somniaret : visum autem sibi caput strepitu una accidente percussum fuisse, et suturis invicem discedentibus animum exivisse. Qui simul atque recedens, aeri pellucido et puro permixtus fuit, idque lubens, tunc pri-

μὲν ἀναπνεῦσαι τότε δοκεῖν διὰ χρόνου συχνοῦ, τεινομένην τέως καὶ πλείονα γίνεσθαι τῆς πρότερον, ὥσπερ ἱστίον ἐκπεταννυμένην. Ἔπειτα κατακούειν ἀμαυρῶς ῥοίζου τινὸς ὑπὲρ κεφαλῆς περιελαυνομένου φωνὴν ἡδεῖαν ἱέντος· ἀναβλέψας δὲ, τὴν μὲν γῆν οὐδαμοῦ καθορᾶν, νήσους δὲ λαμπομένας μαλακῷ πυρὶ, κατ' ἀλλήλων ἐξαμειβούσας ἄλλην ἄλλοτε χρόαν, ὥσπερ βαφὴν, ἄγειν τῷ φωτὶ ποικιλλομένῳ κατὰ τὰς μεταβολάς. Φαίνεσθαι δὲ, πλήθει μὲν ἀναρίθμους, μεγέθει δὲ ὑπερφυεῖς, οὐκ ἴσας δὲ πάσας, ἀλλ' ὁμοίως κυκλοτερεῖς· οἴεσθαι δὲ ταύταις τὸν αἰθέρα κύκλῳ φερομέναις ὑποῤῥοιζεῖν ** εἶναι γὰρ ὁμολογουμένην τῇ τῆς κινήσεως λειότητι τὴν πρᾳότητα τῆς φωνῆς ἐκείνης ἐκ πασῶν συνηρμοσμένης. Διὰ μέσου δ' αὐτῶν θάλασσαν, ἢ λίμνην, ὑποκεχύσθαι τοῖς χρώμασι διαλάμπουσαν διὰ τῆς γλαυκότητος ἐπιμιγνυμένοις· καὶ τῶν νήσων ὀλίγας μὲν ἐκπλεῖν κατὰ πόρον, καὶ διακομίζεσθαι πέραν τοῦ ῥεύματος, ἄλλας δὲ πολλὰς ** ἐφέλκεσθαι τῇ ** σχεδὸν ὑποφερομένης. Εἶναι δὲ τῆς θαλάσσης πῇ μὲν πολὺ βάθος κατὰ νότον, μάλιστα δ' ἀραιὰ τενάγη καὶ βραχέα, πολλαχῆ δὲ καὶ ὑπεργεῖσθαι, καὶ ἀπολιπεῖν αὖθις οὐ μεγάλας ἐκβολὰς λαμβάνουσαν, καὶ τὰς χρόας, τὸ μὲν ἄκρατον καὶ πελάγιον, τὸ δ' οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ συγκεχυμένον καὶ λιμνῶδες. Τῶν δὲ ῥοθίων τὰς νήσους ἅμα περαινομένας ἐπανάγειν, οὐδὲν εἰς ταὐτὸ συνάπτειν τὸ πέρας τῇ ἀρχῇ, οὐδὲ ποιεῖν κύκλον, ἀλλ' ἡσυχῆ παραλλάσσειν τὰς ἐπιβολὰς ἕλικα ποιούσας μίαν ἐν τῷ περιστρέφεσθαι. Τούτων δὲ πρὸς τὸ μέσον μάλιστα περιέχοντος καὶ μέγιστον ἐγκεκλίσθαι τὴν θάλασσαν ὀλίγῳ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ παντὸς ἔλαττον, ὡς αὐτῷ κατεφαίνετο· δύο δ' αὐτὴν ἔχειν ἀναστομώσεις πυρὸς ἐμβαλόντος ἐναντίους ποταμοὺς δεχομένας, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀνακοπτομένην κολάζειν καὶ ἀπολευκαίνεσθαι τὴν γλαυκότητα. Ταῦτα μὲν οὖν ὁρᾶν τερπόμενος τῇ θέᾳ· κάτω δ' ἀπιδόντι φαίνεσθαι χάσμα μέγα στρογγύλον, οἷον ἐκτετμημένης σφαίρας, φοβερὸν δὲ δεινῶς καὶ βαθὺ, πολλοῦ σκότους πλῆρες οὐχ ἡσυχάζοντος, ἀλλ' ἐκταραττομένου καὶ ἀνακλύζοντος πολλάκις· ὅθεν ἀκούεσθαι μυρίας μὲν ὠρυγὰς καὶ στεναγμοὺς ζώων, μυρίων δὲ κλαυθμὸν βρεφῶν, καὶ μεμιγμένους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὀδυρμοὺς, ψόφους δὲ παντοδαποὺς, καὶ θορύβους ἐκ βάθους πόῤῥωθεν ἀμυδροὺς ἀναπεμπομένους· * οἷς οὐ μετρίως αὐτὸς ἐκπεπλῆχθαι. Χρόνου δὲ προϊόντος, εἰπεῖν τινα πρὸς αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον· Ὦ Τίμαρχε, τί ποθεῖς πυθέσθαι; Φράσαι δ' αὐτὸν ὅτι, Πάντα, τί γὰρ οὐ θαυμάσιον; Ἀλλ' ἡμῖν, φάναι, τῶν ἄνω μέτεστι μικρόν· ἄλλων γὰρ θεῶν ἐκεῖνα· τὴν δὲ Φερσεφόνης μοῖραν, ἣν ἡμεῖς διέπομεν, τῶν τεττάρων μίαν οὖσαν, ὡς ἡ Στὺξ ὁρίζει, βουλομένῳ σοὶ σκοπεῖν πάρεστιν. Ἐρομένου δ' αὐτοῦ, τίς ἡ Στύξ ἐστιν; Ὁδὸς εἰς ᾅδου, φάναι, καὶ πρόεισιν [ἐξ] ἐναντίας, αὐτῇ σχίζουσα τῇ κορυφῇ τῷ ὡς· ἀνατείνουσα δ', ὡς ὁρᾷς, ἐκ τοῦ ᾅδου κάτωθεν ᾗ ψαύει περιφερομένη καὶ τοῦ φωτὸς, ἀφορίζει τὴν ἐσχάτην μερίδα

mum longo post tempore sibi respirare est visus, hactenus oppressus : majorque pristino factus fuit, instar veli expansus. Audivi, aiebat, deinde obscure quemdam strepitum supra caput circumagitatum, et suavem emittentem vocem. Suspiciens autem, terram nusquam vidi, sed insulas splendentes molli igni, mutantes alium ex alio colorem, unde varie quasi tingeretur lumen istis mutationibus. Visæ sunt mihi insulæ numero infinitæ, magnitudine immodica, non æquales omnes inter se, sed similiter rotundæ. His putabam in orbem circumvectis, substrepere ætherem : nam levitati motus respondebat vocis illius lenitas, ex omnibus concinnatæ. Per medias insulas mare aut palus diffundebatur, coloribus glauco admixtis refulgens. Insularum paucæ per fretum enabant, et trans paludem efferebantur : aliæ multæ impetu freti attrahebantur fere submersæ. Maris profunditas quibusdam in locis versus Austrum magna, *versus Arctum* stagna et brevia erant : passim etiam effundebatur et recedebat non magnis æstibus : color alibi sincerus et marinus, alibi impurus, confusus et palustris. Insulæ simul etiam trajicientes impetu fluctuum revertebantur : neque motus earum finis ad principium redibat, neque circulum conficiebant, sed conversione sua paulatim loco excedentes gyrum in se non redeuntem trahebant. Harum ad medium maxime ambientis inclinatum erat mare, paulo minus octava Universi parte, ut mihi, aiebat, videbatur. Habet autem duos apertos meatus, quibus adversi fluvii ignis irrumpentis excipiuntur : quo igni magna pars glauci coloris in albedinem fervet. Hoc mihi spectaculum fuit jucundum. Deorsum autem intuenti, apparuit hiatus ingens, teres, veluti exciso globo, terribilis valde et profundus, et plenus tenebrarum non quiescentium, sed subinde conturbatarum et exæstuantium. Hinc exaudiebantur infiniti rugitus et gemitus animalium, vagitus infantium, mixti virorum et mulierum ejulatus, omnis generis soni et tumultus eminus e profundo sursum obtuse elati : quibus haud mediocriter fui perterritus. Procedente tempore quidam a me non conspectus dixit mihi : O Timarche, quid cupis cognoscere? Omnia, inquam ego : quid enim non est admirabile? Tum ille : Ad nos quidem, inquit, superiorum istorum pars exigua pertinet : sunt enim aliorum deorum. Proserpinæ autem portionem, quam nos administramus, unam de quatuor, ut Styx discernit, licet tibi si vis contemplari. Cumque interrogassem quidnam Styx esset, respondit : Viam esse ad inferos, quæ progreditur in contrarium, vertice lucem scindens, et, ut vides, ex Orco sursum tendens, qua lumen attingens, ultimam portionem universarum rerum determinat. Sunt autem, dicebat, qua-

τῶν ὅλων. Τέσσαρες δέ εἰσιν ἀρχαὶ πάντων· ζωῆς μὲν ἡ πρώτη, κινήσεως δὲ ἡ δευτέρα, γενέσεως δὲ ἡ τρίτη, φθορᾶς δὲ ἡ τελευταία· συνδεῖ δὲ τῇ μὲν δευτέρᾳ τὴν πρώτην Μονὰς κατὰ τὸ ἀόρατον, τὴν δὲ δευτέραν τῇ τρίτῃ Νοῦς καθ' ἥλιον, τὴν δὲ τρίτην πρὸς τετάρτην Φύσις κατὰ σελήνην· τῶν δὲ συνδέσμων ἑκάστου Μοῖρα κλειδοῦχος Ἀνάγκης θυγάτηρ κάθηται, τοῦ μὲν πρώτου Ἄτροπος, τοῦ δὲ δευτέρου Κλωθώ, τοῦ δὲ πρὸς σελήνην Λάχεσις, περὶ ἣν ἡ καμπὴ τῆς γενέσεως. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι νῆσοι θεοὺς ἔχουσι· σελήνη δέ, δαιμόνων ἐπιχθονίων οὖσα, φεύγει τὴν Στύγα μικρὸν ὑπερφέρουσα· λαμβάνεται δὲ ἅπαξ ἐν μέτροις δευτέροις ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἑπτά· καὶ τῆς Στυγὸς ἐπιφερομένης αἱ ψυχαὶ βοῶσι δειμαίνουσαι· πολλὰς γὰρ ὁ ᾅδης ἀφαρπάζει περιολισθανούσας· ἄλλας δ' ἀνακομίζεται κάτωθεν ἡ σελήνη προσνηχομένας, αἷς εἰς καιρὸν ἡ τῆς γενέσεως τελευτὴ ἐνέπεσε, πλὴν ὅσαι μιαραὶ καὶ ἀκάθαρτοι· ταύτας δ' ἀστράπτουσα καὶ μυκωμένη φοβερὸν οὐκ ἐᾷ πελάζειν, ἀλλὰ θρηνοῦσαι τὸν ἑαυτῶν πότμον ἀποσφαλλόμεναι φέρονται κάτω πάλιν ἐπ' ἄλλην γένεσιν, ὡς ὁρᾷς. Ἀλλ' οὐδὲν ὁρῶ, τὸν Τίμαρχον εἰπεῖν, ἢ πολλοὺς ἀστέρας περὶ τὸ χάσμα παλλομένους, ἑτέρους δὲ καταδυομένους εἰς αὐτό, τοὺς δὲ λάμποντας αὖ κάτωθεν. Αὐτοὺς ἄρα, φάναι, τοὺς δαίμονας ὁρῶν ἀγνοεῖς. Ἔχει γὰρ ὧδε· ψυχὴ πᾶσα νοῦ μετέσχεν· ἄλογος δὲ καὶ ἄνους οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὅσον ἂν αὐτῆς σαρκὶ μιχθῇ καὶ πάθεσιν, ἀλλοιούμενον τρέπεται καθ' ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας εἰς τὸ ἄλογον. Μίγνυται δ' οὐ πᾶσα τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ' αἱ [μὲν] ὅλαι κατέδυσαν εἰς σῶμα, καὶ δι' ὅλων ἀναταραχθεῖσαι τὸ σύμπαν ὑπὸ παθῶν διαφέρονται κατὰ τὸν βίον· αἱ δὲ πῇ μὲν ἀνεκράθησαν, πῇ δ' ἔλιπον ἔξω τὸ καθαρώτατον, οὐκ ἐπισπώμενον, ἀλλ' οἷον ἀκρόπλουν ἐπιψαῦον ἐκ κεφαλῆς τοῦ ἀνθρώπου, καθάπερ ἐν βυθῷ δεδυκότος ἄρτημα κορυφαῖον ὀρθουμένης περὶ αὐτὸ τῆς ψυχῆς ἀνέχον, ὅσον ὑπακούει καὶ οὐ κρατεῖται τοῖς πάθεσιν. Τὸ μὲν οὖν ὑποβρύχιον ἐν τῷ σώματι φερόμενον Ψυχὴ λέγεται· τὸ δὲ φθορᾶς λειφθέν, οἱ πολλοὶ Νοῦν καλοῦντες, ἐντὸς εἶναι νομίζουσιν αὐτῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐσόπτροις τὰ φαινόμενα κατ' ἀνταύγειαν· οἱ δ' ὀρθῶς ὑπονοοῦντες, ὡς ἐκτὸς ὄντα, Δαίμονα προσαγορεύουσι. Τοὺς μὲν οὖν ἀποσβέννυσθαι δοκοῦντας ἀστέρας, ὦ Τίμαρχε, φάναι, τὰς εἰς σῶμα καταδυομένας ὅλας ψυχὰς ὁρᾶν νόμιζε· τοὺς δὲ οἷον ἀναλάμποντας πάλιν καὶ ἀναφαινομένους κάτωθεν, ἀχλύν τινα καὶ ζόφον, ὥσπερ πηλόν, ἀποσειομένους, τὰς ἐκ τῶν σωμάτων ἐπαναπλεούσας μετὰ τὸν θάνατον· οἱ δ' ἄνω διαφερόμενοι δαίμονές εἰσι τῶν νοῦν ἔχειν λεγομένων ἀνθρώπων. Πειράθητι δὲ κατιδεῖν ἑκάστου τὸν σύνδεσμον, ᾗ τῇ ψυχῇ συμπέφυκε. Ταῦτ' ἀκούσας αὐτὸς ἀκριβέστερον προσέχειν καὶ θεᾶσθαι τῶν ἀστέρων ἀποσαλεύοντας, τοὺς μὲν ἧττον, τοὺς δὲ μᾶλλον, * ὥσπερ τοὺς τὰ δίκτυα διασημαίνοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ φελλοὺς ὁρῶμεν ἐπιφερομένους· ἐνίους δὲ τοῖς κλωθομένοις ἀτράκτοις ὁμοίως ἐγκατατεταραγμένην καὶ ἀνώ-

tuor partes : prima vitæ, motus secunda, tertia ortus, interitus quarta. Colligat autem primam cum secunda, Unitas, secundum id quod visum fugit : secundam cum tertia, Mens, secundum solem : tertiam cum quarta, Natura, secundum lunam. Singulis harum compagum assidet Parca, Necessitatis filia, clavem tenens : primæ Atropos, secundæ Clotho, tertiæ Lachesis, circa quam flexus est originis rerum. Nam reliquæ sane insulæ deos habent : luna, quæ est Geniorum in terra degentium, Stygem effugit paululum sublimius elata : semel ab ea occupatur in secundis mensuris centum septuaginta septem. Itaque Styge appetente ad lunam, animæ vociferantur præ metu. Multas enim Pluto rapit delabentes : alias luna adnatantes sursum evehit, quibus in tempus nascendi interitus incidit, exceptis quæ sceleribus sunt pollutæ; has enim fulminans et mugiens horrendum, non sinit appropinquare : sed suum lamentantes exitium, inde prolapsæ deorsum feruntur rursum ad alium ortum, ut vides. Atqui nihil video, aiebam, quam multas stellas circa hiatum agitari, aliasque in eum demergentes, alias sursum tendentes. Ipsos ergo, inquit ille, Genios videns ignoras. Res enim ita habet. Omnis anima mentis est particeps : neque rationis et mentis expers est, nisi quantum carni permixta anima et perturbationibus mutata voluptatibus et doloribus ad brutam desciscit naturam. Non omnis autem anima eodem modo miscetur. Nam aliæ totæ in corpora se demergunt, prorsumque in vita perturbationibus corrumpuntur. Aliæ vero interdum vel se emergunt, vel foris relinquunt purissimam partem, non plane subsidentem in corpus, sed veluti in superficie navigans capite hominem quæ tangat : eique veluti in profundum demerso supra verticem suspensa et recta manet anima, quatenus menti parens non vincitur a corporis affectibus. Ergo id quod quasi demersum in homine fertur, Anima dicitur. Quod autem ab interitu immune est, plerique Mentem vocantes intra ipsos esse opinantur : quasi in speculis sint ea, quæ in iis resplendent : qui recte intelligunt, ii foris esse sentiunt, Geniumque appellant. Proinde cum cernis stellas quæ exstingui videntur, Timarche, animas intellige quæ totæ in corpora se abdunt : rursum vero emicantes effulgentesque sursum, caliginem quamdam et tenebras veluti cœnum excutientes, eas scito, quæ a morte e corporibus huc redeunt : quæ superne differuntur, Genii sunt hominum, quos sapientes dicunt. Conare autem unius cujuslibet vinculum quocum anima constringitur perspicere. His ego auditis, accuratius spectavi, stellas alias magis, minus alias fluctuantes : quo modo in mari videmus differri hinc inde suberis taleas quibus retia indicantur : alias fusis conglomeratis similes motu agi-

μαλον ἕλκοντας, οὐ δυναμένους καταστῆσαι τὴν κίνησιν ἐπ' εὐθείας. Λέγειν δὲ τὴν φωνὴν, τοὺς μὲν εὐθεῖαν καὶ τεταγμένην κίνησιν ἔχοντας, εὐηνίοις ψυχαῖς χρῆσθαι διὰ τροφὴν καὶ παίδευσιν ἀστείαν, οὐκ ἄγαν σκληρὸν καὶ ἄγριον παρεχομέναις τὸ ἄλογον· τοὺς δ' ἄνω καὶ κάτω πολλάκις ἀνωμάλως καὶ τεταραγμένως ἐγκλίνοντας, οἷον ἐκ δεσμοῦ σπαραττομένους, δυσπειθέσι καὶ ἀναγώγοις δι' ἀπαιδευσίαν ζυγομαχεῖν ἤθεσι, πῇ μὲν κρατοῦντας καὶ περιάγοντας ἐπὶ δεξιὰν, πῇ δὲ καμπτομένους ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ συνεφελκομένους τοῖς ἁμαρτήμασιν, εἶτα πάλιν ἀντιτείνοντας καὶ βιαζομένους· τὸν μὲν γὰρ σύνδεσμον οἷα χαλινὸν τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς ἐμβεβλημένον, ὅταν ἀντισπάσῃ τὴν λεγομένην μεταμέλειαν ἐπάγειν ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς ἡδοναῖς, ὅσαι παράνομοι καὶ ἀκρατεῖς, αἰσχύνην, ἀλγηδόνα καὶ πληγὴν οὖσαν ἐνθένδε τῆς ψυχῆς ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος καὶ ἄρχοντος ἐπιστομιζομένης· μέχρις ἂν οὕτω κολαζομένη, πειθήνιος γένηται καὶ συνήθης, ὥσπερ θρέμμα πρᾶον, ἄνευ πληγῆς καὶ ἀλγηδόνος ὑπὸ συμβόλων ὀξέως καὶ σημείων αἰσθανομένη τοῦ δαίμονος. Αὗται μὲν οὖν ὀψέ ποτε καὶ βραδέως ἄγονται, καὶ καθίστανται πρὸς τὸ δέον. Ἐκ δὲ τῶν εὐηνίων ἐκείνων καὶ κατηκόων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς καὶ γενέσεως τοῦ οἰκείου δαίμονος, καὶ τὸ μαντικόν ἐστι καὶ θεοκλυτούμενον γένος· ὧν τὴν Ἑρμοδώρου τοῦ Κλαζομενίου ψυχὴν ἀκήκοας δήπουθεν, ὡς ἀπολείπουσα παντάπασι τὸ σῶμα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπλανᾶτο πολὺν τόπον, εἶτ' αὖθις ἐπανῄει, πολλοῖς τῶν μακρὰν λεγομένων καὶ πραττομένων ἐντυχοῦσα καὶ παραγενομένη· μέχρις οὗ τὸ σῶμα, τῆς γυναικὸς προδούσης, λαβόντες οἱ ἐχθροὶ ψυχῆς ἔρημον οἴκοι κατέπρησαν. Τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἀληθές ἐστιν· οὐ γὰρ ἐξέβαινεν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος· ὑπείκουσα δ' ἀεὶ καὶ χαλῶσα τῷ δαίμονι τὸν σύνδεσμον ἐδίδου περιδρομὴν καὶ περιφοίτησιν, ὥστε πολλὰ συνορῶντα καὶ κατακούοντα τῶν ἐκτὸς εἰσαγγέλλειν· οἱ δ' ἀφανίσαντες τὸ σῶμα κοιμωμένου, μέχρι νῦν δίκην ἐν τῷ ταρτάρῳ τίνουσι. Ταῦτα δ' εἴσῃ, φάναι, σαφέστερον, ὦ νεανία, τρίτῳ μηνί· νῦν δ' ἄπιθι. Παυσαμένης δὲ τῆς φωνῆς, βούλεσθαι μὲν αὐτὸν ὁ Τίμαρχος ἔφη θεάσασθαι περιστρέφοντα, τίς ὁ φθεγγόμενος εἴη· σφόδρα δὲ τὴν κεφαλὴν αὖθις ἀλγήσας, καθάπερ βίᾳ συμπιεσθεῖσαν, οὐδὲν ἔτι γινώσκειν οὐδ' αἰσθάνεσθαι τῶν καθ' ἑαυτόν· εἶτα μέντοι μετὰ μικρὸν ἀνενεγκὼν, ὁρᾶν αὐτὸν ἐν Τροφωνίου παρὰ τὴν εἴσοδον, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς κατεκλίθη, κείμενον.

23. Ὁ μὲν οὖν Τιμάρχου μῦθος οὗτος. Ἐπεὶ δ' ἐλθὼν Ἀθήναζε τρίτῳ μηνὶ κατὰ τὴν γενομένην φωνὴν ἐτελεύτησεν, ἡμεῖς δὲ Σωκράτει θαυμάζοντες ἀπηγγέλλομεν, ἐμέμψατο Σωκράτης ἡμᾶς, ὅτι μὴ, ζῶντος ἔτι τοῦ Τιμάρχου, διήλθομεν· αὐτοῦ γὰρ ἂν ἡδέως ἐκείνου πυθέσθαι καὶ προσανακρῖναι σαφέστερον. Ἀπέχεις, ὦ Θεόκριτε, μετὰ τοῦ λόγου τὸν μῦθον· ἀλλ' ὅρα, μὴ καὶ τὸν ξένον ἡμῖν παρακλητέον ἐπὶ τὴν ζήτησιν·

tari inæquabili et conturbato, neque posse eum in recta constituere linea. Tum vox ista dixit: Quæ recto et ordinato motu feruntur stellæ, eas ob bonam educationem et conveniens alimentum corporum, animis uti obsequentibus, et quorum bruta facultas non sit plane obstinata et fera. Quæ vero sus deque crebro inæqualiter et conturbate vergunt, velut ruptis vinculis palpitantes, eas conflictari cum refractariis et indomitis ob pravam institutionem ingeniis, et aliquando vincere, et ad dextrum redigere ea latus, interdum flecti perturbationibus, et ad peccandi societatem pertrahi, rursum deinde eniti: nam copulam, veluti frenum brutæ parti animæ injectum, quando retrahit, pœnitentiam peccatis inducere, et voluptatibus injustis atque intemperantibus pudorem: hunc esse dolorem ictumque animæ a principe parte illatum refrenante animam; donec ita castigata obtemperare discat, et, cicurata pecudis instar, absque ictu et dolore sentiat se tesseris signisque a Genio alacriter duci. Atque hæ quidem, aiebat vox illa, sero et tarde ducuntur, constituunturque in statu ipsas decente. Ex obsequentibus autem istis et menti ultro parentibus ab ortu et initio Genii sui, sunt divinatrices illæ et cum numinibus colloquentes animæ. Qualis fuit Hermotimi Clazomenii anima, quam audivisti nimirum, corpore omnino deserto, noctes diesque multa pervagatam loca, rursum in corpus rediisse, cum præsens multis in longinquo dictis ac factis intervenisset: donec inimici corpus animæ vacuum prodente uxore nacti domi combusserunt. Hoc quidem verum non est: non enim egressa est e corpore anima; sed identidem concedens et laxans Genio compagem, circumcursitationem admisit, ut is multa foris audita ac visa intro annuntiaret. Qui vero dormientis corpus cremaverunt, etiamnum in tartaro supplicium pendunt. Verum hæc tu adolescens, tertio post mense plenius scies: nunc abi. Ego autem voce finiente, aiebat Timarchus, convertens me videre volui quis loqueretur: sed denuo gravi capitis dolore correptus tanquam vi compressi, nihil sentire, nihil intelligere eorum quæ circa me erant potui: deinde paulatim ad me rediens, vidi me in antro Trophonii apud introitum, ubi initio procubueram, jacere.

XXIII. Atque hæc est Timarchi fabula. Qui cum Athenas venisset, et tertio mense post auditam vocem mortuus esset, Socrates, cum admiratione ducti rem ei narraremus, increpavit nos, quod non vivo Timarcho hoc fecissemus; per eum enim libenter se auditurum ista et diligentius examinaturum fuisse. Habes, Theocrite, expositam fabulam. Sed vide, an non hospes quoque nobis exhortandus sit ad hanc quæstionem tractandam:

οἰκεία γὰρ πάνυ καὶ προσήκουσα θείοις ἀνδράσι. Τί δ', εἶπεν, Ἐπαμεινώνδας οὐ συμβάλλεται γνώμην ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀναγόμενος ἡμῖν; Καὶ ὁ πατὴρ μειδιάσας, Τοιοῦτον, ἔφη, τὸ ἦθος, ὦ ξένε, τὸ τούτου, σιωπηλὸν, καὶ πρὸς τοὺς λόγους εὐλαβὲς, ἄπληστον δὲ τοῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι· διὸ καὶ Σπίνθαρος ὁ Ταραντῖνος οὐκ ὀλίγον αὐτῷ συνδιατρίψας ἐνταῦθα χρόνον, ἀεὶ δήπου λέγει, μηδενί πη τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐντετυχηκέναι,* μήτε πλείονα γινώσκοντι, μήτ' ἐλάττονα φθεγγομένῳ. Σὺ οὖν ἃ φρονεῖς αὐτὸς δίελθε περὶ τῶν εἰρημένων.

24. Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, τὸν μὲν Τιμάρχου λόγον, ὥσπερ ἱερὸν καὶ ἄσυλον, ἀνακεῖσθαι τῷ θεῷ φημι χρῆναι· θαυμάζω δ', εἰ τοῖς ὑπὸ Σιμμίου λεγομένοις [περὶ] αὐτοῦ δυσπιστήσουσί τινες, κύκνους μὲν ἱεροὺς, καὶ δράκοντας, καὶ κύνας, καὶ ἵππους ὀνομάζοντες, ἀνθρώπους δὲ θείους εἶναι καὶ θεοφιλεῖς ἀπιστοῦντες, καὶ ταῦτα, τὸν θεὸν οὐ φίλορνιν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον, ἡγούμενοι. Καθάπερ οὖν ἀνὴρ φίλιππος οὐ πάντων ὁμοίως ἐπιμελεῖται τῶν ὑπ' αὐτὸ τὸ γένος, ἀλλ' ἀεί τινα ἄριστον ἐξαίρων καὶ ἀποκρίνων, καθ' αὑτὸν ἀσκεῖ, καὶ τρέφει, καὶ ἀγαπᾷ διαφερόντως· καὶ ἡμῶν, οἱ ὑπὲρ ἡμᾶς, τοὺς βελτίστους οἷον ἐξ ἀγέλης χαράξαντες, ἰδίας τινὸς καὶ περιττῆς παιδαγωγίας ἀξιοῦσι, οὐχ ὑφ' ἡνίας οὐδὲ ῥυτήρων, ἀλλὰ λόγῳ διὰ συμβόλων εὐθύνοντες· ὧν οἱ πολλοὶ καὶ ἀγελαῖοι παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσιν. Οὐδὲ γὰρ οἱ πολλοὶ κύνες τῶν θηρατικῶν σημείων, οὐδὲ οἱ πολλοὶ ἵπποι τῶν ἱππικῶν συνίασιν· ἀλλ' οἱ μεμαθηκότες, εὐθὺς ἀπὸ σιγμοῦ τοῦ τυχόντος, ἢ ποππυσμοῦ, τὸ προσταττόμενον αἰσθανόμενοι, ῥᾳδίως εἰς ὃ δεῖ καθίστανται. Φαίνεται δὲ γινώσκων καὶ Ὅμηρος ἣν λέγομεν διαφορὰν ἡμεῖς· τῶν γὰρ μάντεων οἰωνοπόλους τινὰς καλεῖ, καὶ ἱερεῖς, ἑτέρους δὲ τῶν θεῶν αὐτῶν διαλεγομένων συνιέντας, καὶ συμφρονοῦντας, ἀποσημαίνειν οἴεται τὸ μέλλον, ἐν οἷς λέγει·

Τῶν δ' Ἕλενος Πριάμοιο φίλος παῖς ξύνθετο θυμῷ
βουλὴν, ἥ ῥα θεοῖσιν ἐφήνδανε μητιόωσι·

καὶ,

Ὡς γὰρ ἐγὼν ὄπ' ἄκουσα θεῶν [αἰει]γενετάων.

Ὥσπερ γὰρ τῶν βασιλέων καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν διάνοιαν οἱ μὲν ἐκτὸς αἰσθάνονται καὶ γινώσκουσι πυρσοῖς τισι καὶ κηρύγμασι, καὶ ὑπὸ σαλπίγγων, τοῖς δὲ πιστοῖς καὶ συνήθεσιν αὐτοὶ φράζουσιν· οὕτω τὸ θεῖον ὀλίγοις ἐντυγχάνει δι' αὑτοῦ καὶ σπανίως, τοῖς δὲ πολλοῖς σημεῖα δίδωσιν, ἐξ ὧν ἡ λεγομένη μαντικὴ συνέστηκε. Θεοὶ μὲν γὰρ οὖν ὀλίγων ἀνθρώπων κοσμοῦσι βίον, οὓς ἂν ἄκρως μακαρίους τε καὶ θείους ὡς ἀληθῶς ἀπεργάσασθαι βουληθῶσιν· αἱ δ' ἀπηλλαγμέναι γενέσεως ψυχαὶ, καὶ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀπὸ σώματος, οἷον ἐλεύθεραι πάμπαν ἀφιέμεναι, δαίμονές εἰσιν ἀνθρώπων ἐπιμελεῖς, καθ' Ἡσίοδον. Ὡς γὰρ ἀθλητὰς καταλύσαντας ἄσκησιν ὑπὸ γήρως, οὐ τελέως ἀπολείπει τὸ φιλότιμον καὶ φιλοσώματον, ἀλλ' ἑτέρους ἀσκοῦν-

est enim omnino divinis conveniens viris. Quid, aicbat Theanor? Epaminondas suam sententiam non profert, eadem institutus disciplina? Tum pater renidens: Tale, inquit, est ejus ingenium, taciturnum, et caute ad loquendum se dans, audiendo et discendo inexsaturabile: itaque etiam Spintharus Tarentinus, cum eo hic non exiguum versatus tempus frequenter dicebat, In neminem se hominem suæ ætatis incidisse, qui et plura nosset, et pauciora loqueretur. Itaque tu quæ sentis hac de re edissere.

XXIV. Ibi Theanor ita dixit: Timarcheam quidem narrationem, tanquam sacram et inviolabilem, aio dedicandam esse numini. Miror autem si futuri sint qui a Simmia de eo dictis fidem denegent: et cum olores, dracones, canes, equos sacros nominent, homines divinos esse ac diis caros inficientur; cum quidem deum non avium, sed hominum amatorem censeant. Enimvero, sicut vir equorum studiosus, non omnibus eamdem equis curam impendit, sed aliquem semper optimum eximium habens seorsim exercet atque alit, et majore quam cæteros amore prosequitur: sic dii de nobis optimos veluti e grege notatos aliquos, peculiari dignantur institutione, non frenis aut habenis, sed doctrina et tesseris dirigentes, quarum vulgus et gregarii prorsus imperiti sunt. Nam neque canum plerique, indicia vestigiorum, neque equorum, artis equestris signa, intelligunt: sed qui didicerunt, quovis sibilo aut plausu percipiunt quid jubeantur, ac facile officium peragunt. Videtur autem mihi Homerus quoque hanc differentiam, quam dico, habuisse cognitam: nam vatum alios augures, alios sacerdotes nominans, quosdam facit qui ipsorum deorum colloquia intelligant et cum iis sentiant, itaque futura prædicant.

Istuc consilium Phœbo, glaucæque Minervæ
arridens, Helenus persensit mente sagaci:

et:

Namque meas talis superum vox venit ad aures.

Sicut enim regum et imperatorum sententiam exteri intelligunt e facibus quibusdam ardentibus, præconibus, tubis, quam fidis et familiaribus ipsi coram exponunt: sic numen paucos per se, idque raro, compellat, plerisque signa suggerit, e quibus signis divinatio est confecta. Nam dii paucorum hominum vitam exornant, quos summe beatos et vere divinos reddere volunt: animi autem ortu liberati, et vacantes postmodo a corpore, ut liberi prorsus emissi, Genii sunt, curam hominum gerentes, ut ait Hesiodus. Et sicut athletæ, senectute eis vacationem artis largita, non omne protinus abjiciunt laudis studium et curam cor-

τας ὁρῶντες ἥδονται, καὶ παρακαλοῦσι, καὶ συμπαραθέουσιν· οὕτως οἱ πεπαυμένοι τῶν περὶ τὸν βίον ἀγώνων δι' ἀρετὴν ψυχῆς γενόμενοι δαίμονες, οὐ παντελῶς ἀτιμάζουσι τὰ ἐνταῦθα πράγματα καὶ λόγους καὶ σπουδάς· ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ ταὐτὸ γυμναζομένοις τέλος εὐμενεῖς ὄντες, καὶ συμφιλοτιμούμενοι πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἐγκελεύονται καὶ συνεξορμῶσιν, ὅταν ἐγγὺς ἤδη τῆς ἐλπίδος ἁμιλλωμένους καὶ ψαύοντας ὁρῶσιν. Οὐ γὰρ οἷς ἔτυχε συμφέρεται τὸ δαιμόνιον· ἀλλ' οἷον ἐπὶ τῶν νηχομένων ἐν θαλάττῃ, τοὺς μὲν πελαγίους ἔτι καὶ πρόσω τῆς γῆς φερομένους οἱ ἐπὶ γῆς ἑστῶτες σιωπῇ θεῶνται μόνον, τοὺς δ' ἐγγὺς ἤδη παραθέοντες καὶ παρεμβαίνοντες, ἅμα καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ βοηθοῦντες ἀνασώζουσιν· οὕτως, ὦ ** τοῦ δαιμονίου ὁ τρόπος ** ἡμᾶς βαπτιζομένους ὑπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ σώματα πολλὰ, καθάπερ ὀχήματα, μεταλαμβάνοντας, αὐτοὺς ἐξαμιλλᾶσθαι, καὶ μακροθυμεῖν, δι' οἰκείας πειρωμένους ἀρετῆς σώζεσθαι, καὶ τυγχάνειν λιμένος. Ἥτις δ' ἂν ἤδη διὰ μυρίων γενέσεων ἠγωνισμένη μακροὺς ἀγῶνας, εὖ καὶ προθύμως ψυχὴ τῆς περιόδου συμπεραινομένης κινδυνεύουσα, * καὶ φιλοτιμουμένη περὶ τὴν ἔκβασιν ἱδρῶτι πολλῷ ἄνω προσφέρηται, ταύτῃ τὸν οἰκεῖον οὐ νεμεσᾷ δαίμονα βοηθεῖν ὁ θεὸς, ἀλλ' ἀφίησι τῷ προθυμουμένῳ· προθυμεῖται δ' ἄλλος ἄλλην ἀνασώζειν ἐγκελευόμενος· ἡ δὲ συνακούει διὰ τὸ πλησιάζειν, καὶ σώζεται· μὴ πειθομένη δὲ, ἀπολιπόντος τοῦ δαίμονος, οὐκ εὐτυχῶς ἀπαλλάσσει.

25. Τούτων εἰρημένων, ὁ Ἐπαμεινώνδας ἀποβλέψας εἰς ἐμὲ, Σοὶ μὲν, εἶπεν, ὦ Καφεισία, σχεδὸν ὥρα βαδίζειν εἰς τὸ γυμνάσιον ἤδη, καὶ μὴ ἀπολείπειν τοὺς συνήθεις· ἡμεῖς δὲ Θεάνορος ἐπιμελησόμεθα, διαλύσαντες, ὅταν δοκῇ, τὴν συνουσίαν. Κἀγὼ ἔφην· Πράττωμεν ταῦτα· ἀλλὰ μικρὸν οἶμαί τι μετ' ἐμοῦ καὶ Γαλαξιδώρου βούλεταί σοι διαλεχθῆναι οὑτοσὶ ὁ Θεόκριτος. Ἀγαθῇ τύχῃ, εἶπε, διαλεγέσθω· καὶ προῆγεν ἀναστὰς εἰς τὸ ἐπικάμπειον τῆς στοᾶς. Καὶ ἡμεῖς περισχόντες αὐτὸν ἐπεχειροῦμεν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Ὁ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἔφη πάνυ σαφῶς εἰδέναι τῆς καθόδου τῶν φυγάδων, καὶ συντετάχθαι μετὰ Γοργίδου τοὺς φίλους πρὸς τὸν καιρόν· ἀποκτενεῖν δὲ τῶν πολιτῶν ἄκριτον οὐδένα, μὴ μεγάλης ἀνάγκης γενομένης· ἄλλως δὲ καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἁρμόζειν τὸ Θηβαίων εἶναί τινας ἀναιτίους καὶ καθαροὺς τῶν πεπραγμένων· [οἳ] μᾶλλον ἕξουσιν ἀνυπόπτως τὸν δῆμον ὡς ἀπὸ τοῦ βελτίστου παραινοῦντες. Ἐδόκει ταῦτα ἡμῖν. Κἀκεῖνος μὲν ἀνεχώρησεν αὖθις ὡς τοὺς περὶ [τὸν] Σιμμίαν· ἡμεῖς δὲ καταβάντες εἰς τὸ γυμνάσιον ἐνετυγχάνομεν τοῖς φίλοις, καὶ διαλαμβάνων ἄλλος ἄλλον ἐν τῷ συμπαλαίειν, τὰ μὲν ἐπυνθάνετο, τὰ δ' ἔφραζε, καὶ συνετάττετο πρὸς τὴν πρᾶξιν. Ἑωρῶμεν δὲ καὶ τοὺς περὶ Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον ἀληλιμμένους ἀπιόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ὁ γὰρ Φυλλίδας, δεδιὼς μὴ τὸν Ἀμφίθεον προανέλωσιν, εὐθὺς ἀπὸ τῆς Λυσανορίδου προπομπῆς τὸν Ἀρχίαν δεξάμενος, καὶ περὶ τῆς** γυ-

poris, sed delectantur cum alios exerceri vident. exhortantur, iisque præsto adsunt : ita confectis vitæ ærumnis animi ob præstantiam in Genios versi, non plane despiciunt res humanas, hominumque rationes et studia : sed propitii iis qui eumdem finem affectant, adjuvant honestos conatus, incitantes et provehentes, cum eos vident propinqua spe contendere ad finem, eumque jam attingere. Non enim quosvis Genius arripit. Sed sicut de iis qui natant in mari, eos qui in alto adhuc feruntur et procul a terra absunt, in terra stantes taciti spectant, littori autem appropinquantibus jam accurrentes et in aquam descendentes manu simul et voce succurrunt, eosque eripiunt : ita, amice, Genius vult nos jam obrutos a rebus, et multa corpora tanquam vehicula mutantes, ipsos eluctari, et tolerare, propria expertos virtute servari, et ad portum pervenire. Quæ vero per innumeros ortus ærumnis exactis gravibus anima, jam bene et alacriter circuitione absoluta, ad ipsum exitum laborat et periclitatur multo cum sudore enitens sursum : huic quin familiaris ejus Genius opituletur, non invidet deus, sed volentem sinit : studet autem alius aliam servare exhortando : et audit illa ob propinquitatem, ac servatur : non obtemperans autem, discedente Genio, misere agit.

XXV. His ita dictis, Epaminondas in me intuens : Tibi quidem, inquit, Caphisia, tempus adest jam in gymnasium eundi, neque destituendi familiares : nos Theanorem curabimus, et ubi visum fuerit concilium dimittemus. Tum ego : Agentur, inquam, ista : sed parumper me præsente et Galaxidoro tecum colloqui cupit hic noster Theocritus. Colloquatur, inquit, bona fortuna : simulque surgens ad anfractum porticus præcessit. Nosque circumfusi cœpimus eum ad societatem facinoris exhortari. Ille autem et probe sibi notum diem reditui exulum destinatum aiebat, et cum Gorgida amicis esse ad opportunitatem usurpandam omnia composita : se autem nolle quemquam civium indicta causa occidere, non gravi urgente necessitate : præterea etiam ad multitudinem Thebanorum esse hoc utile, inveniri quosdam facinoris innocentes, qui eo facilius citra suspicionem persuadere optima deinde possint. Hac sententia probata, frater ad Simmiam se recepit. Nos in gymnasium degressi amicos convenimus, atque cum uno post alterum concertans, alia quæsivit, alia composuit ad rem gerendam pertinentia. Vidimus etiam Archiam et Philippum unctos ad cœnam abire. Metuens enim Phyllidas ne ante cœnam Amphitheum tyranni interficerent, statim atque deducto Lysanorida

ναιχὸς, ἧς ἐπιθυμῶν ἐτύγχανεν, εἰς ἐλπίδας ἐμβαλὼν, ὡς ἀφιξομένης εἰς τὸν τόπον, ἔπεισε πρὸς ῥαθυμίαν καὶ ἄνεσιν τραπέσθαι μετὰ τῶν εἰωθότων αὐτῷ συνακολασταίνειν.

26. Ὀψὲ δ' ἤδη τότε ψῦχος ἐπέτεινε πνεύματος γενομένου, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πολλῶν τάχιον εἰς τὰς οἰκίας ἀνακεχωρηκότων, ἡμεῖς μὲν τοῖς περὶ Δαμοκλείδαν καὶ Πελοπίδαν καὶ Θεόπομπον ἐντυχόντες, ἀνελαμβάνομεν, ἄλλοι δ' ἄλλους· ἐσχίσθησαν γὰρ εὐθὺς ὑπερβάλλοντες τὸν Κιθαιρῶνα, καὶ παρέσχεν αὐτοῖς ὁ χειμὼν τὰ πρόσωπα συγκεκαλυμμένοις ἀδεῶς διελθεῖν τὴν πόλιν· ἐνίοις δ' ἐπήστραψε δεξιὸν ἄνευ βροντῆς εἰσιοῦσι διὰ τῶν πυλῶν· καὶ τὸ σημεῖον ἐδόκει καλὸν πρὸς ἀσφάλειαν καὶ δόξαν, ὡς λαμπρῶν, ἀκινδύνων δὲ τῶν πράξεων ἐσομένων.

27. Ὡς οὖν ἅπαντες ἔνδον ἦμεν, πεντήκοντα δυοῖν δέοντες, ἤδη τοῦ Θεοκρίτου καθ' ἑαυτὸν ἐν οἰκίσκῳ τινὶ σφαγιαζομένου, πολὺς ἦν τῆς θύρας ἀραγμός· καὶ μετὰ μικρὸν ἧκέ τις, ἀγγέλλων, ὑπηρέτας τοῦ Ἀρχίου δύο κόπτειν τὴν αὔλειον, ἀπεσταλμένους σπουδῇ πρὸς Χάρωνα, καὶ κελεύειν ἀνοίγειν, καὶ ἀγανακτεῖν, βράδιον ὑπακουόντων. Θορυβηθεὶς οὖν ὁ Χάρων, ἐκείνοις μὲν εὐθὺς ἀνοιγνύναι προσέταξεν, αὐτὸς δ' ἀπαντήσας, ἔχων στέφανον, ὡς τεθυκὼς καὶ πίνων, ἐπυνθάνετο τῶν ὑπηρετῶν, ὅ τι βούλοιντο. Λέγει δὲ ἅτερος· Ἀρχίας καὶ Φίλιππος ἔπεμψαν ἡμᾶς κελεύοντες ὡς τάχιστά σε ἥκειν πρὸς αὐτούς. Ἐρομένου δὲ αὖ τοῦ Χάρωνος, τίς ἡ σπουδὴ τῆς τηνικαῦτα μεταπέμψεως αὐτοῖς, καὶ μή τι καινότερον· Οὐδὲν ἴσμεν, ὁ ὑπηρέτης ἔφη, πλέον· ἀλλὰ τί λέγωμεν αὐτοῖς; Ὅτι νὴ Δία, εἶπεν ὁ Χάρων, θεὶς τὸν στέφανον ἤδη, καὶ λαβὼν τὸ ἱμάτιον, ἕπομαι· μεθ' ὑμῶν γὰρ τηνικαῦτα βαδίζων διαταράξω τινὰς, ὡς ἀγόμενος. Οὕτως, ἔφησαν, ποίει· * καὶ γὰρ ἡμᾶς δεῖ τοῖς ὑπὸ πόλιν φρουροῖς κομίσαι τι πρόσταγμα παρὰ τῶν ἀρχόντων. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ᾤχοντο. Τοῦ δὲ Χάρωνος εἰσελθόντος πρὸς ἡμᾶς, καὶ ταῦτα φράσαντος, ἔκπληξις ἅπαντας ἔσχεν, οἰομένους μεμηνῦσθαι· καὶ τὸν Ἱπποσθενείδαν ὑπενόουν οἱ πλεῖστοι, κωλῦσαι μὲν ἐπιχειρήσαντα τὴν κάθοδον διὰ τοῦ Χλίδωνος, ἐπεὶ δ' ἀπέτυχε, καὶ συνῆπται τῷ καιρῷ τὸ δεινὸν, ἐξενηνοχέναι πιθανὸν ὄντα τὴν πρᾶξιν ὑπὸ δέους· οὐ γὰρ ἀφίκετο μετὰ τῶν ἄλλων εἰς τὴν οἰκίαν, ἀλλ' ὅλως ἐδόκει πονηρὸς γεγονέναι καὶ παλίμβολος. Οὐ μὴν ἀλλὰ τόν γε Χάρωνα πάντες ᾠόμεθα χρῆναι βαδίζειν, καὶ ὑπακούειν τοῖς ἄρχουσι καλούμενον. Ὁ δὲ κελεύσας τὸν υἱὸν ἐλθεῖν, κάλλιστον ὄντα Θηβαίων, ὦ Ἀρχίδαμε, παῖδα καὶ φιλοπονώτατον περὶ τὰ γυμνάσια, πεντεκαιδεκέτη μὲν σχεδὸν, πολὺ δὲ ῥώμῃ καὶ μεγέθει διαφέροντα τῶν ὁμηλίκων· Οὗτος, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, ἐμοὶ μόνος ἐστὶ, καὶ ἀγαπητὸς, ὥσπερ ἴστε· τοῦτον ὑμῖν παραδίδωμι· πρὸς θεῶν ἅπασι, πρὸς δαιμόνων ἐπισκήπτων, εἰ φανείην ἐγὼ πονηρὸς περὶ ὑμᾶς, ἀποκτείνατε, μὴ φείσησθε ἡμῶν· τὸ δὲ λοιπὸν, ὦ ἄνδρες ἀγαθοὶ, πρὸς τὸ συμπεσὸν ἀντιτάξασθε, μὴ πρόησθε τὰ

rediit, Archiam salutans, et de muliere quam is concupiscebat spem injiciens, eam istuc venturam, persuasit ut cum suarum libidinum sociis animo otioso subsequeretur.

XXVI. Sub vesperam jam frigus se intendit vento oborto. Ideoque plerisque maturius domum se conferentibus, nos Damoclidam, Pelopidam, et Theopompum obvii facti ad nos recepimus, alii alios. Nam statim, trajecto Cithærone, divulserant sese : et tempestas hoc eis conferebat, ut facie quisque velata citra metum per urbem incederet : quibusdam etiam per portas intrantibus fulgur a dextra sine tonitru affulsit : quod videbatur securitatem portendere ac gloriam, facinus illustre sine periculo confecturis.

XXVII. Cum omnes jam in domo Charonis essemus, numero duodequinquaginta, jam Theocrito in quodam conclavi seorsim hostiam mactante, fores vehementius concrepuerunt : venitque mox quidam nuntians, duos Archiæ apparitores pulsare ostium, festinanter ad Charonem missos, qui aperiri juberent, indignarenturque id non esse actutum factum. Turbatus hic Charon, aperiri illis statim jussit : ipse coronatus eis occurrens, tanquam qui sacrificasset et potaret, quæsivit ex apparitoribus, quid vellent. Alter eorum respondit, Missos se ab Archia et Philippo, ipsum quam celerrime ad se venire jubentibus. Cumque interrogaret, cur ita serio ipsum hoc tempore arcesserent, et an quid novi : Nihil, ait apparitor, nobis præterea notum est : sed quid renuntiabimus eis? Nimirum, ait Charon, me posita corona et veste sumpta vos subsecuturum : nam si nunc vobiscum eam, quosdam turbabo, qui me captum duci putabunt. Sic ergo, dicebant, facito : nam et nos oportet custodibus urbis mandatum aliquod magistratus afferre. Cum hi abiissent, et ad nos Charon esset ingressus, hæcque significasset, perterriti omnes sunt, indicium rei delatum esse putantes, et plerisque suspectus erat Hipposthenidas, quasi qui conatus reditum exulum opera Chlidonis impedire, infecta hac re et periculi jam tempore imminente indicium conspirationis detulisset præ metu : atque hoc fiebat probabile, cum in Charonis domum se cum aliis non contulisset, totusque videretur improbus et desertor. Nos tamen universi Charonem censuimus ire debere, et vocantibus magistratibus obtemperare. Charon autem filium arcessens, pulcherrimum, o Archidame, Thebanorum, et in gymnasiis laborum studiosissimum, annos natum fere quindecim, sed æqualibus robore et magnitudine multo anteeuntem : Hic, inquit, amici, unicus meus est filius, et, quod nostis, carus : hunc ego vobis trado, vosque, per deos omnes, omnes genios, obtestor, si quid mala fide vobiscum agere me sentietis, ut eum nulla habita nostrum ratione interficiatis : vos autem porro adversus eventum vosmet parate, viri, neque committite ut a pessimis hominibus corpora vestra in-

σώματα διαφθεῖραι τοῖς αἰσχίστοις ἀνάνδρως καὶ ἀκλεῶς, ἀλλ' ἀμύνασθε, τὰς ψυχὰς ἀηττήτους τῇ πατρίδι φυλάττοντες. Ταῦτα τοῦ Χάρωνος λέγοντος, τὸ μὲν φρόνημα καὶ τὴν καλοκἀγαθίαν ἐθαυμάζομεν, πρὸς δὲ τὴν ὑποψίαν ἠγανακτοῦμεν, καὶ ἀπάγειν ἐκελεύομεν τὸν παῖδα. Τὸ δ' ὅλον, εἶπεν ὁ Πελοπίδας, οὐδ' εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖς ἡμῖν, ὦ Χάρων, μὴ μεταστησάμενος εἰς οἰκίαν ἑτέραν τὸν υἱόν· τί γὰρ αὐτὸν δεῖ κινδυνεύειν μεθ' ἡμῶν ἐγκαταλαμβανόμενον; Καὶ νῦν ἐκπεμπτέος, ἵν' ἡμῖν, ἐάν τι πάσχωμεν, εὐγενὴς ὑποτρέφηται τιμωρὸς ἐπὶ τοὺς τυράννους. Οὐκ ἔστιν, εἶπεν ὁ Χάρων, ἀλλ' αὐτοῦ παραμενεῖ, καὶ κινδυνεύσει μεθ' ὑμῶν· οὐδὲ γὰρ τούτῳ καλὸν ὑποχείριον γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς· ἀλλὰ τόλμα παρ' ἡλικίαν, ὦ παῖ, γευόμενος ἄθλων ἀναγκαίων, καὶ κινδύνευε μετὰ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν πολιτῶν ὑπὲρ ἐλευθερίας καὶ ἀρετῆς· πολλὴ δ' ἐλπὶς ἔτι λείπεται· καί που τις ἐφορᾷ θεῶν ἡμᾶς ἀγωνιζομένους περὶ τῶν δικαίων.

28. Δάκρυα πολλοῖς ἐπῆλθεν, ὦ Ἀρχίδαμε, πρὸς τοὺς λόγους τοῦ ἀνδρός. Οὗτος δ' ἄδακρυς καὶ ἄτεγκτος, ἐγχειρίσας Πελοπίδᾳ τὸν υἱὸν, ἐχώρει διὰ θυρῶν δεξιούμενος ἕκαστον ἡμῶν καὶ παραθαῤῥύνων. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἂν ἠγάσω τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὴν φαιδρότητα καὶ τὸ ἀδεὲς πρὸς τὸν κίνδυνον, ὥσπερ τοῦ Νεοπτολέμου, μήτ' ὠχριάσαντος, μήτ' ἐκπλαγέντος, ἀλλ' ἕλκοντος τὸ ξίφος τοῦ Πελοπίδου, καὶ καταμανθάνοντος. Ἐν τούτῳ, Κηφισοδώρῳ Διότονος, εἷς τῶν φίλων, παρῆν πρὸς ἡμᾶς ξίφος ἔχων, καὶ θώρακα σιδηροῦν ὑπενδεδυμένος· καὶ πυθόμενος τὴν Χάρωνος ὑπ' Ἀρχίου μετάπεμψιν, ᾐτιᾶτο τὴν μέλλησιν ἡμῶν, καὶ παρώξυνεν ἐπὶ τὰς οἰκίας βαδίζειν· φθήσεσθαι γὰρ ἐμπεσόντας αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ, βέλτιον εἶναι προελθόντας ἐν ὑπαίθρῳ, συμπλέκεσθαι πρὸς ἀλλήλους ἀσυντάκτους καὶ σποράδας, ἢ μένειν ἐν οἰκίσκῳ καθειρξάντας αὑτοὺς, ὥσπερ σμῆνος ἐξαιρεθησομένους ὑπὸ τῶν πολεμίων. Ἐνῆγε δὲ καὶ ὁ μάντις Θεόκριτος, ὡς τῶν ἱερῶν σωτηρίων καὶ καλῶν, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἐχεγγύων αὐτῷ γεγονότων.

28. Ὁπλιζομένων δὲ ἡμῶν καὶ συντατtομένων, αὖθις ἀφικνεῖται Χάρων ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ· καὶ μειδιῶν καὶ προσβλέπων εἰς ἡμᾶς, θαῤῥεῖν ἐκέλευεν, ὡς δεινοῦ μηδενὸς ὄντος, ἀλλὰ τῆς πράξεως ὁδῷ βαδιζούσης. Ὁ γὰρ Ἀρχίας, ἔφη, καὶ ὁ Φίλιππος, ὡς ἤκουσαν, ἥκειν ἐμὲ κεκλημένον, * ἤδη βαρεῖς ὑπὸ τῆς μέθης ὄντες, καὶ συνεκλελυμένοι τοῖς σώμασι τὰς ψυχὰς, μόλις διαναστάντες, ἔξω προῆλθον ἐπὶ τὰς θύρας. Εἰπόντος δὲ τοῦ Ἀρχίου· Φυγάδας, ὦ Χάρων, ἀκούομεν ἐν τῇ πόλει κρύπτεσθαι παρεισελθόντας· οὐ μετρίως ἐγὼ διαταραχθεὶς, Ποῦ δ', εἶπον, εἶναι λέγονται, καὶ τίνες; Ἀγνοοῦμεν, ὁ Ἀρχίας εἶπε· καί σε τούτου χάριν ἐλθεῖν ἐκελεύσαμεν, εἴ δή τι τυγχάνοις σαφέστερον ἀκηκοώς. Κἀγὼ μικρὸν, ὥσπερ ἐκ πληγῆς ἀναφέρων τὴν διάνοιαν, ἐλογιζόμην, λόγον εἶναι τὴν μήνυσιν, οὐ βέβαιον, οὐδὲ ὑπὸ τῶν συνειδότων ἐξενηνέχθαι τὴν

terficiantur re parum viriliter et sine decore gesta : sed ulciscimini hostes, invictosque animos patriæ servate. Ista locuto Charone, magnitudinem quidem animi et probitatem hominis admirati sumus : sed quod suspectum se nobis putabat, inique tulimus, atque abducere filium jussimus. Omnino autem, dicebat Pelopidas, non bono usus consilio videre nobis, Charon, qui non aliam in domum transtuleris filium : quid enim attinet eum hic una nobiscum deprehensum periclitari? Atque adeo etiamnum ablegandus est, ut si quid nobis adversi contingat, generosus vindex in tyrannos clam educetur. Minime gentium, aiebat Charon, sed hic manebit, et una vobiscum in discrimine versabitur : nam ne hunc quidem expedit in potestatem hostium pervenire. Tu vero, fili, etiam ante ætatem degusta certamina necessaria, et cum multis bonisque civibus pro libertate et virtute periculum adi. Multum quidem adhuc spei superest, ac fortasse aliquis nos deus respicit decertantes pro justitia.

XXVIII. Hæc, Archidame, verba hominis lacrymas multis excusserunt. Ipse nihil lacrymans, nihil emollitus, tradito in manus Pelopidæ filio, per fores exibat, dextram unicuique nostrum injiciens, et cohortans ad fiduciam. Magis etiam pueri ipsius admiratus fuisses alacritatem et confidentiam adversus periculum, Neoptolemi æmulam : non enim expalluit, non pavit, sed gladium Pelopidæ extraxit atque contemplatus est. Interim ad nos venit Diotonus Cephisodori amicus gladium gestans, et loricam ferream indutus : qui cum audiret Charonem ad Archiam esse vocatum, culpabat nostram cunctationem, instigabatque ut ad ædes iremus; fore enim, ut anteverteremus eos subito irruentes : aut, si res secus caderet, præstare sub dio congredi cum hostibus incompositis et palantibus, quam in domuncula inclusos manere, donec apum examinis instar ab hostibus eximeremur. Sed et Theocritus vates instabat, quod ei sacra salutaria, pulchra, et securitatem spondentia evenissent.

XXIX. Cum jam nos armaremus et componeremus, redit Charon hilari vultu, ac renidens, et in nos intuens : Bono, inquit, este animo : res periculo caret, et succedit probe. Archias enim et Philippus ut audiverunt me vocatum adesse, jam vino graves, et animis juxta ac corporibus dissolutis, ægre surgentes foras ad ostium processerunt. Hic cum dixisset Archias : Audimus, o Charon, exules in urbem subrepsisse, inquo ea occultari; ego non leviter perturbatus : Ubinam, inquam, esse, et qui dicuntur? Tum Archias : Ignoramus, ait, ideoque te venire jussimus, si quid tu fortasse certius inaudivisses. Ego parumper veluti consternatus animum recolligens, rumorem ratiocinatus sum esse hoc indicium, nihil certi, neque rem ab ullo con-

πρᾶξιν οὐδενός· οὐ γὰρ [ἂν] ἀγνοεῖν τὴν οἰκίαν αὐτούς, εἴ τις εἰδὼς ἀκριβῶς ἐμήνυεν· ἄλλως δὲ ὑποψίαν ἢ λόγον ἄσημον ἐν τῇ πόλει περιφερόμενον ἥκειν εἰς ἐκείνους. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι, Ζῶντος μὲν Ἀνδροκλείδου, πολλάκις ἐπίσταμαι φήμας τοιαύτας ῥυείσας διακενῆς καὶ λόγους ψευδεῖς ἐνοχλήσαντας ἡμῖν· νυνὶ δὲ, ἔφην, οὐδὲν ἀκήκοα τοιοῦτον, ὦ Ἀρχία· σκέψομαι δὲ τὸν λόγον, εἰ κελεύεις· κἂν πύθωμαί τι φροντίδος ἄξιον, οὐ λήσεται ὑμᾶς. Πάνυ μὲν οὖν, ὁ Φυλλίδας εἶπεν, μηδὲν, ὦ Χάρων, ἀδιερεύνητον μηδ' ἄπυστον ὑπὲρ τούτων ἀπολίπῃς· τί γὰρ κωλύει μηδενὸς καταφρονεῖν, ἀλλὰ πάντα φυλάττεσθαι, καὶ προσέχειν; καλὸν γὰρ ἡ πρόνοια, καὶ τὸ ἀσφαλές. Ἅμα δὲ τὸν Ἀρχίαν ὑπολαβὼν, ἀπῆγεν εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ πίνοντες τυγχάνουσιν. Ἀλλὰ μὴ μέλλωμεν, ἄνδρες, ἔφη, προσευξάμενοι δὲ τοῖς θεοῖς ἐξίωμεν. Ταῦτα τοῦ Χάρωνος εἰπόντος, εὐχόμεθα τοῖς θεοῖς, καὶ παρακαλοῦμεν ἀλλήλους.

30. Ὥρα μὲν οὖν ἦν, καθ' ἣν ἄνθρωποι μάλιστα περὶ δεῖπνόν εἰσι· τὸ δὲ πνεῦμα μᾶλλον ἐπιτεῖνον ἤδη νιφετὸν ὑπεκίνει ψεκάδι λεπτῇ μεμιγμένον· ὥστε πολλὴν ἐρημίαν εἶναι διὰ τῶν στενωπῶν διεξιοῦσιν. Οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τὸν Λεοντίδην καὶ τὸν Ὑπάτην ταχθέντες ἐγγὺς ἀλλήλων οἰκοῦντας, ἐν ἱματίοις ἐξῄεσαν, ἔχοντες οὐδὲν ἕτερον τῶν ὅπλων ἢ μάχαιραν ἕκαστος· ἐν δὲ τούτοις ἦν καὶ Πελοπίδας, καὶ Δαμοκλείδας, καὶ Κηφισόδωρος. Χάρων δὲ καὶ Μέλων, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν ἐπιτίθεσθαι τοῖς περὶ Ἀρχίαν μέλλοντες, ἡμιθωράκια ἐνδεδυμένοι, καὶ στεφάνους δασεῖς ἔχοντες, οἱ μὲν ἐλάτης, οἱ δὲ πεύκης, ἔνιοι δὲ καὶ χιτώνια τῶν γυναικῶν ἀμπεχόμενοι, μεθύοντας ἀπομιμούμενοι κώμῳ χρωμένους μετὰ γυναικῶν. Ἡ δὲ χείρων, ὦ Ἀρχίδαμε, τύχη καὶ τὰς τῶν πολεμίων μαλακίας καὶ ἀγνοίας ταῖς ἡμετέραις ἐπανισοῦσα τόλμαις καὶ παρασκευαῖς, καὶ καθάπερ δρᾶμα τὴν πρᾶξιν ἡμῶν ἀπ' ἀρχῆς διαποικίλλουσα κινδυνώδεσιν ἐπεισοδίοις, εἰς αὐτὸ συνέδραμε τὸ ἔργον, ὀξὺν ἐπιφέρουσα καὶ δεινὸν ἀνελπίστου περιπετείας ἀγῶνα. Τοῦ γὰρ Χάρωνος, ὡς ἐνέπεσε τοῖς περὶ Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἀναχωρήσαντος οἴκαδε, καὶ διασκευάζοντος ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἧκεν ἐνθένδε παρ' ὑμῶν ἐπιστολὴ παρ' Ἀρχίου, τοῦ ἱεροφάντου, πρὸς Ἀρχίαν ἐκεῖνον, ὄντα φίλον αὐτῷ καὶ ξένον, ὡς ἔοικεν, ἐξαγγέλλουσα τὴν κάθοδον καὶ τὴν ἐπιβουλὴν τῶν φυγάδων, καὶ τὴν οἰκίαν, εἰς ἣν παρεληλύθεισαν, καὶ τοὺς συμπράττοντας αὐτοῖς. Ἤδη δὲ καὶ τῇ μέθῃ κατακεκλασμένος ὁ Ἀρχίας, καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῶν γυναικῶν ἀνεπτοημένος, ἐδέξατο μὲν τὴν ἐπιστολὴν, τοῦ δὲ γραμματοφόρου φήσαντος, ὑπὲρ τῶν σπουδαίων αὐτῷ γεγράφθαι· Τὰ σπουδαῖα τοίνυν εἰς αὔριον, ἔφη. Καὶ τὴν μὲν ἐπιστολὴν ὑπέθηκεν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον· αἰτήσας δὲ ποτήριον, ἐκέλευσεν ἐγχεῖν, καὶ τὸν Φυλλίδαν ἐξέπεμπε συνεχῶς ἐπὶ θύρας σκεψόμενον, εἰ τὰ γύναια πρόσεισι.

31. Τοιαύτης δὲ τὸν πότον ἐλπίδος διαπαιδαγωγη-

sciorum elatam : non enim domum eos ignoraturos fuisse, si quis rem compertam detulisset : sed alias suspicionem aut obscurum rumorem urbem pervagatum ad eos pervenisse. Dixi ergo Archiæ : Vivente quidem Androclida sæpenumero memini tales rumores inanes et falsos sermones nobis obturbasse : nunc autem nihil tale audivi, Archia : tamen, si jubes, inquiram, ac si quid dignum cura comperero, non patiar id a vobis ignorari. Plane, aiebat Phyllidas, nihil, o Charon, hac de re non vestigatum et inquisitum relinque : quid enim obstat, quin nihil contemnamus, sed omnia caveamus et observemus? Expedit prudentes esse et tutos. Simulque Archiam apprehensum in conclave ubi potabant reduxit. Proinde, viri, ne cessemus, sed deos comprecati exeamus. Hæc locuto Charone, diis vota fecimus, et invicem nos cohortati sumus.

XXX. Hora erat ea, qua maxime homines cœnæ vacant : et ventus sese intendens nivem tenuis pluviæ guttulis permixtam edebat : itaque magna solitudo passim erat nobis per vicos euntibus. Qui in Leontidam et Hypaten, horum enim ædes erant vicinæ, mittebantur, tunicati ibant, nihil armorum præter gladios secum gerentes : erant in his Damoclidas, Pelopidas, et Cephisodorus. Charon autem, Melon, et qui cum iis adorturi Archiam erant, semithoraces induti, coronas gestabant densas, abiegnas alii, alii piceas, quidam et muliebribus induti amiculis, et ebrios simulantes qui cum mulieribus comessatum irent. At enim fortuna maligna, Archidame, hostium mollitiem et ignorantiam nostræ exæquans audaciæ atque industriæ, actionemque nostram ludi in morem scenici jam inde ab initio periculosis varians accidentibus, in ipsum rei gerendæ articulum præcipitem et summo cum discrimine conjunctum nostro casum intulit. Cum enim Charon ab Archia et Philippo domum reversus nos ad facinus instrueret : ecce tibi venit Athenis epistola ab Archia sacerdote ad Archiam tyrannum amicum, ut apparet, hospitemque ejus, reditum exulum, et insidias, et domum quam subiissent, et nomina adjutorum nuntians. Sed Archias jam vino fractus, et mulierum exspectatione dementatus, acceptam epistolam, cum tabellarius de rebus seriis scriptam diceret : *In crastinum ergo seria*, inquiens, pulvinari subjecit, poculumque poposcit, et infundere jussit : crebro interim Phyllidam ad fores mittens speculatum an mulieres accederent.

XXXI. Hac spe convivium producente, supervenimus

σάσης, προσμίξαντες ἡμεῖς καὶ διὰ τῶν οἰκετῶν εὐθὺς ὠσάμενοι πρὸς τὸν ἀνδρῶνα, μικρὸν ἐπὶ * ταῖς θύραις ἔστημεν, ἐφορῶντες τῶν κατακειμένων ἕκαστον. Ἡ μὲν οὖν τῶν στεφάνων καὶ τῆς ἐσθῆτος ὄψις παραλογιζομένη τὴν ἐπιδημίαν ἡμῶν, σιγὴν ἐποίησεν· ἐπεὶ δὲ πρῶτος ὁ Μέλων ὥρμησε διὰ μέσου, τὴν χεῖρα τῇ λαβῇ τοῦ ξίφους ἐπιβεβληκὼς, Καβίριχος, ὁ κυάμιστος ἄρχων, τοῦ βραχίονος αὐτὸν παραπορευόμενον ἀντισπάσας, ἀνεβόησεν· Οὐ Μέλων οὗτος, ὦ Φυλλίδα; Τούτου μὲν οὖν ἐξέκρουσε τὴν ἐπιβολὴν ἅμα τὸ ξίφος ἀνέλκων, διανιστάμενον δὲ χαλεπῶς τὸν Ἀρχίαν ἐπιδραμὼν οὐκ ἀνῆκε παίων, ἕως ἀπέκτεινε. Τὸν δὲ Φίλιππον ἔτρωσε μὲν Χάρων παρὰ τὸν τράχηλον· ἀμυνόμενον δὲ τοῖς παρακειμένοις ἐκπώμασιν, ὁ Λυσίθεος ἀπὸ τῆς κλίνης χαμαὶ καταβαλὼν ἀνεῖλε. Τὸν δὲ Καβίριχον ἡμεῖς κατεπραΰνομεν, ἀξιοῦντες, μὴ τοῖς τυράννοις βοηθεῖν, ἀλλὰ τὴν πατρίδα συνελευθεροῦν, ἱερὸν ὄντα, καὶ τοῖς θεοῖς καθωσιωμένον ὑπὲρ αὐτῆς. Ὡς δὲ καὶ διὰ τὸν οἶνον οὐκ ἦν εὐπαρακόμιστος τῷ λογισμῷ πρὸς τὸ συμφέρον, ἀλλὰ μετέωρος καὶ τεταραγμένος ἀνίστατο, καὶ τὸ δόρυ προεβάλλετο κατ᾽ αἰχμὴν, ὅπερ ἐξ ἔθους ἀεὶ φοροῦσιν οἱ παρ᾽ ἡμῖν ἄρχοντες· ἐγὼ μὲν ἐκ μέσου διαλαβὼν τὸ δόρυ, καὶ μετεωρίσας ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐβόων ἀφεῖναι, καὶ σώζειν ἑαυτὸν, εἰ δὲ μὴ, πεπλήξεσθαι. Θεόπομπος δὲ παραστὰς ἐκ δεξιῶν, καὶ τῷ ξίφει πατάξας αὐτὸν, Ἐνταῦθα, ἔφη, κεῖσο μετὰ τούτων, οὓς ἐκολάκευες· μὴ γὰρ ἐν ἐλευθέραις στεφανώσαιο ταῖς Θήβαις, μηδὲ θύσειας ἔτι τοῖς θεοῖς, ἐφ᾽ ὧν κατηράσω πολλὰ τῇ πατρίδι πολλάκις ὑπὲρ τῶν πολεμίων εὐχόμενος. Πεσόντος δὲ τοῦ Καβιρίχου, τὸ μὲν ἱερὸν δόρυ Θεόκριτος παρὼν ἀνήρπασεν ἐκ τοῦ φόνου· τῶν δὲ θεραπόντων ὀλίγους, τολμήσαντας ἀμύνασθαι, διεφθείραμεν ἡμεῖς· τοὺς δὲ ἡσυχίαν ἄγοντας εἰς τὸν ἀνδρῶνα κατεκλείσαμεν, οὐ βουλόμενοι διαπεσόντας ἐξαγγεῖλαι τὰ πεπραγμένα, πρὶν εἰδέναι, καὶ τὰ τῶν ἑταίρων εἰ καλῶς κεχώρηκεν.

32. Ἐπράχθη δὲ κἀκεῖνα τοῦτον τὸν τρόπον· ἔκοψαν οἱ περὶ Πελοπίδαν τοῦ Λεοντίδου τὴν αὔλειον, ἡσυχῇ προσελθόντες, καὶ πρὸς τὸν ὑπακούσαντα τῶν οἰκετῶν ἔφασαν ἥκειν Ἀθήνηθεν, γράμματα τῷ Λεοντίδῃ παρὰ Καλλιστράτου κομίζοντες. Ὡς δ᾽ ἀπαγγείλας καὶ κελευσθεὶς ἀνοῖξαι τὸν μοχλὸν ἀφεῖλε, καὶ μικρὸν ἐνέδωκε τὴν θύραν, ἐμπεσόντες ἀθρόοι, καὶ ἀνατρέψαντες τὸν ἄνθρωπον, ἵεντο δρόμῳ διὰ τῆς αὐλῆς ἐπὶ τὸν θάλαμον. Ὁ δ᾽ εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἐξενεχθεὶς τῇ ὑπονοίᾳ, καὶ σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ὥρμησε πρὸς ἄμυναν, ἄδικος μὲν ἀνὴρ καὶ τυραννικὸς, εὔρωστος δὲ τῇ ψυχῇ, καὶ κατὰ χεῖρα ῥωμαλέος· οὐ μὴν ἔγνω γε τὸν λύχνον καταβαλεῖν, καὶ διὰ σκότους συμμῖξαι τοῖς ἐπιφερομένοις, ἀλλ᾽ ἐν φωτὶ καθορώμενος ὑπὸ τούτων ἅμα τῆς θύρας ἀνοιγομένης, παίει τὸν Κηφισόδωρον εἰς τὸν λαγόνα· καὶ δευτέρῳ τῷ Πελοπίδᾳ συμπεσὼν, μέγα βοῶν ἀνεκαλεῖτο τοὺς θεράποντας. Ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν οἱ περὶ τὸν Σαμίδαν ἀνεῖργον, οὐ παρακινδυνεύον-

nos, et recta per famulos perrumpentes ad virorum conclave accessimus, paululumque ad fores substitimus, singulos accumbentium contemplantes. Cæterum coronarum et vestium conspectus in adventu nostro decipiens adversarios, silentium fecit. Ut vero primus Melon per medium sese intulit manu capulo ensis admota, Cabirichus, fabarum sorte archon creatus, prætereuntem brachio apprehendit, et exclamavit: Nonne hic est Melon, Phyllida? Hujus itaque Melon excussit manum, strictoque gladio in Archiam ægre assurgentem irruens, non ante finem feriendi fecit quam necavit. Philippum Charon in collum vulneravit: et poculis adjacentibus se defendere aggressum, Lysitheus a lecto in terram deturbans interfecit. Nos autem Cabirichum demitigabamus, orantes ne tyrannis vellet opitulari, sed patriæ liberandæ adjumento esse, homo sacer, et diis propter eam consecratus. Cum autem ob merum non facile in mentem ei veniret quid utile esset, et dubius animi surgeret perturbatusque, atque hastæ, quam pro more gerunt semper apud nos archontes, cuspidem objiceret; ego mediam arripui et supra caput elevavi, clamans ut dimitteret, suæque saluti consuleret, alias percussum iri. Theopompus autem a dextra astans, gladio eum feriit; et: Hic, inquit, jace cum iis, quibus adulatus es; non enim tu liberatis Thebis coronam geres, neque porro diis sacrificabis, a quibus patriæ sæpenumero mala es imprecatus pro hostibus vota faciens. Occiso Cabiricho, Theocritus, qui una nobiscum aderat, sacram hastam statim e cæde rapuit: famulorum paucos resistere aggressos nos interfecimus: eos qui se continebant, in conclave inclusimus; quod nollemus eos dilapsos rem actam enuntiare antequam sciremus an reliquis etiam sociis res bene successisset.

XXXII. Ii vero sic egerunt. Pulsavere qui erant cum Pelopida januam Leontidæ, ad quam tacite accesserant: et famulo qui exaudiverat eos, dixerunt, venire se Athenis, Leontidæ litteras a Callistrato afferentes: is ubi renuntiavit, jussusque aperire amovit repagulum, paululumque fores aperuit; confertim irruerunt, subversoque homine per aulam ad cubile accurrerunt. Leontidas vero confestim id quod res erat suspicatus, stricto pugione irrupit ad vim profligandam, vir sane injustus et tyrannicus, sed animi corporisque robore præditus. Non tamen sensit sibi lucernam esse subvertendam, et per tenebras cum irruentibus depugnandum; itaque in luce a nostris conspectus, simul atque fores aperuit, Cephisodorum in ilia ferit, moxque cum Pelopida congressus, servos magno clamore invocat. Hos autem Sa-

τας εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἀνδράσιν ἐπιφανεστάτοις τῶν πολιτῶν, καὶ κατ' ἀλκὴν διαφέρουσιν. Ἀγὼν δ' ἦν τῷ Πελοπίδᾳ πρὸς τὸν Λεοντίδην, καὶ διαξιφισμὸς ἐν ταῖς θύραις τοῦ θαλάμου στεναῖς οὔσαις, καὶ τοῦ Κηφισοδώρου πεπτωκότος ἐν μέσοις αὐτοῖς, καὶ θνήσκοντος, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς ἄλλους προσβοηθεῖν. Τέλος δ' ὁ ἡμέτερος λαβὼν μὲν εἰς τὴν κεφαλὴν οὐ μέγα τραῦμα, δοὺς δὲ πολλὰ, καὶ καταβαλὼν τὸν Λεοντίδην, ἐπέσφαξε θερμῷ τῷ Κηφισοδώρῳ. Καὶ γὰρ εἶδε πίπτοντα τὸν ἐχθρὸν ὁ ἀνὴρ, καὶ τῷ Πελοπίδᾳ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε· καὶ τοὺς ἄλλους ἀσπασάμενος ἅμα ἵλεως ἐξέπνευσε. Γενόμενοι δ' ἀπὸ τούτων, ἐπὶ τὸν Ὑπάτην τρέπονται, καὶ τῶν θυρῶν ὁμοίως αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν, φεύγοντα τὸν Ὑπάτην ὑπὲρ τέγους τινὸς εἰς τοὺς γείτονας ἀποσφάττουσιν.

33. * Ἐκεῖθεν δὲ πρὸς ἡμᾶς ἠπείγοντο, καὶ συμβάλλουσιν ἡμῖν ἔξωθεν παρὰ τὴν πολύστυλον. Ἀσπασάμενοι δ' ἀλλήλους καὶ συλλαλήσαντες, ἐχωροῦμεν ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον. Ἐκκαλέσας δὲ [τὸν] ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς ὁ Φυλλίδας, Ἀρχίας, ἔφη, καὶ Φίλιππος κελεύουσί σε ταχέως ἄγειν ἐπ' αὐτοὺς Ἀμφίθεον. Ὁ δὲ ὁρῶν καὶ τῆς ὥρας τὴν ἀτοπίαν, καὶ τὸ μὴ καθεστηκότα λαλεῖν αὐτῷ τὸν Φυλλίδαν, ἀλλὰ θερμὸν ὄντα τῷ ἀγῶνι καὶ μετέωρον, ὑπειδόμενος τὸ πλάσμα· Πότε, ἔλεγεν, ὦ Φυλλίδα, τηνικαῦτα μετεπέμψαντο δεσμώτην οἱ πολεμάρχοι; πότε δὲ διὰ σοῦ; τί δὲ κομίζεις παράσημον; Ἅμα δὲ τῷ λόγῳ ξυστὸν ἱππικὸν ἔχων διῆκε τῶν πλευρῶν, καὶ κατέβαλε πονηρὸν ἄνθρωπον, ᾧ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπενέβησαν καὶ προσέπτυσαν οὐκ ὀλίγαι γυναῖκες. Ἡμεῖς δὲ τὰς θύρας τῆς εἱρκτῆς κατασχίσαντες ἐκαλοῦμεν ὀνομαστὶ, πρῶτον μὲν τὸν Ἀμφίθεον, εἶτα τῶν ἄλλων πρὸς ὃν ἕκαστος ἐπιτηδείως εἶχεν. Οἱ δὲ τὴν φωνὴν γνωρίζοντες ἀπεπήδων ἐκ τῶν χαμευνῶν ἄσμενοι τὰς ἁλύσεις ἐφέλκοντες· οἱ δὲ τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ δεδεμένοι τὰς χεῖρας ὀρέγοντες ἐβόων, δεόμενοι μὴ ἀπολειφθῆναι. Λυομένων δὲ τούτων, ἤδη πολλοὶ προσεφέροντο τῶν ἐγγὺς οἰκούντων, αἰσθανόμενοι τὰ πραττόμενα καὶ χαίροντες. Αἱ δὲ γυναῖκες, ὡς ἑκάστη περὶ τοῦ προσήκοντος ἤκουσεν, οὐκ ἐμμένουσαι τοῖς Βοιωτῶν ἔθεσιν, ἐξέτρεχον πρὸς ἀλλήλας, καὶ διεπυνθάνοντο παρὰ τῶν ἀπαντώντων· αἱ δ' ἀνευροῦσαι πατέρας ἢ ἄνδρας αὐτῶν ἠκολούθουν· οὐδεὶς δ' ἐκώλυε· ῥοπὴ γὰρ ἦν μεγάλη πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁ παρ' αὐτῶν ἔλεος, καὶ δάκρυα καὶ δεήσεις σωφρόνων γυναικῶν.

34. Ἐν δὲ τούτῳ τῶν πραγμάτων ὄντων, πυθόμενος τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἐγὼ καὶ τὸν Γοργίδαν ἤδη μετὰ τῶν φίλων συναθροίζεσθαι περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἐπορευόμην πρὸς αὐτούς· ἧκον δὲ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τῶν πολιτῶν ὁμοῦ, καὶ συνέῤῥεον ἀεὶ πλείονες. Ὡς δ' ἀπήγγειλα καθ' ἕκαστον αὐτοῖς τὰ πεπραγμένα, καὶ παρεκάλουν βοηθεῖν ἐλθόντας εἰς τὴν ἀγορὰν, ἅμα πάντες εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐκήρυττον τοὺς πολίτας. Τοῖς δὲ τότε ὄχλοις τῶν συνισταμένων ὅπλα πα-

midas et qui cum ipso erant represserunt, non ausos manum conserere cum nobilissimis et fortissimis civium. Digladiabatur in janua cubilis cum Leontida Pelopidas acriter, quæ arcta erat, et jacebat in medio Cephisodorus animam agens, ita ut reliqui opem ferre Pelopidæ non possent. Tandem noster in caput accepto non magno vulnere, multis illatis dejecit Leontidam, supraque calentem etiamnum Cephisodorum jugulavit. Vidit enim cadere hostem Cephisodorus, et Pelopidæ dextram injecit, reliquisque consalutatis placide simul exspiravit. Hoc confecto ad Hypaten contendunt, foribusque eodem ipsis pacto apertis, Hypaten per tectum quoddam ad vicinos fugientem obtruncant.

XXXIII. Inde ad nos properant, forisque ad porticum polystylum conveniunt. Hic mutuo dicta salute, de rebus collocuti, ad carcerem contendimus. Tum Phyllidas carceris præfectum evocans: Archias, inquit, et Philippus jubent te continuo Amphitheum ad ipsos ducere. Ille vero et temporis absurditatem considerans, et Phyllidam parum composite loqui animadvertens, utpote adhuc calentem a certamine et æstuantem, suspicatus fraudem: Quando, inquit, o Phyllida, polemarchi hoc temporis ad se captivum vocaverunt? quando per te? quam affers tesseram? Loquentis adhuc latus Phyllidas conto equestri, quem gerebat, trajecit, improbumque hominem prostravit, quem etiam interdiu calcaverunt et conspuerunt haud paucæ mulieres. Nos foribus carceris diffissis nominatim evocavimus, primum Amphitheum, deinde reliquos, ut quisque cuique notus aut necessarius erat, captivos. Qui voce agnita læti e stratis in quibus humi procumbebant se proripuere, catenas secum trahentes: quibus vero pedes in ligno erant inclusi, ii manus intendentes obsecrabant ne relinquerentur. His solutis, jam multi in vicinia habitantium accurrebant, sentientes quid actum esset, et gaudentes. Mulieres quoque, ut quæque e suis audivit, non servato Bœotico more una ad aliam excurrerunt, et quid rei esset ex obviis quæsiverunt: aliæ patres aut maritos suos reperientes, secutæ sunt. Neque prohibebat quisquam: multum enim ad obviorum veniam impetrandam cum ipsorum commiseratio valebat, tum lacrymæ, et obsecrationes castarum mulierum.

XXXIV. Hoc modo rebus habentibus, ego audiens Epaminondam et Gorgidam jam cum amicis congregari ad Minervæ, ad eos me contuli. Veniebant autem multi confertim et boni cives, ac subinde plures confluebant. Itaque cum illis ordine singula uti gesta erant narravi, hortatusque sum ut in forum progressi patriæ opitularentur: simul omnes cives ad libertatem publico præconio vocaverunt. Turbæ coeunti arma sup-

ρεῖχον αἵ τε στοαὶ πλήρεις οὖσαι παντοδαπῶν λαφύρων, καὶ τὰ τῶν ἐγγὺς οἰκούντων ἐργαστήρια μαχαιροποιῶν. Ἧκε δὲ καὶ Ἱπποσθενείδας μετὰ τῶν φίλων καὶ οἰκετῶν τοὺς ἐπιδεδημηκότας κατὰ τύχην πρὸς τὰ Ἡράκλεια σαλπιγκτὰς παραλαμβάνων. Εὐθέως δὲ οἱ μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐσήμαινον, οἱ δὲ κατ' ἄλλους τόπους, πανταχόθεν ἐκταράττοντες τοὺς ὑπεναντίους, ὡς πάντων ἀφεστώτων, οἱ μὲν καὶ καπνίζοντες *** τὴν Καδμείαν ἔφευγον ἐπισπασάμενοι καὶ τοὺς κρείττους λεγομένους, εἰωθότας δὲ περὶ τὴν ἄκραν κάτω νυκτερεύειν· οἱ δ' ἄνω, τούτων μὲν ἀτάκτως καὶ τεθορυβημένως ἐπιγεομένων, ἡμᾶς δὲ περὶ τὴν ἀγορὰν ἀφορῶντες, οὐδενὸς μέρους ἡσυχάζοντος, ἀλλὰ πανταχόθεν ψόφων καὶ θορύβων ἀναφερομένων, καταβαίνειν μὲν οὐ διενοοῦντο, καίπερ περὶ πεντακισχιλίους τὸ πλῆθος ὄντες· ἐκπεπληγμένοι δὲ τὸν κίνδυνον, ἄλλως προὐφασίζοντο Λυσανορίδαν. Παραμένειν γὰρ *** ἡ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Διὸ καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον, ὡς πυνθανόμεθα, χρήμασιν οὐκ ὀλίγοις ἐζημίωσαν τῶν Λακεδαιμονίων οἱ γέροντες· Ἑρμιππίδαν δὲ καὶ Ἄρκεσον ἀπέκτειναν εὐθὺς ἐν Κορίνθῳ λαβόντες, τὴν δὲ Καδμείαν ὑπόσπονδον παραδόντες ἡμῖν, ἀπήλλαττον μετὰ τῶν στρατιωτῶν.

peditabant cum porticus omnis generis spoliorum plenæ, tum tabernæ fabrorum gladiariorum vicinæ. Venit etiam Hipposthenidas cum amicis et servis, ascitis qui tum forte ad Herculis festum advenerant Thebas tubicinibus. Statim vero alii e foro signum cecinerunt, alii aliunde, undique adversariis terrorem objicientes; ita ut omnibus desistentibus, aliis etiam fumum edentibus ad Cadmeam fugerent, [secum trahentes etiam hos qui meliores dicuntur, solitos circa arcem infra pernoctare. Qui arcem supra tenebant, his incomposite et trepide accurrentibus, cum nos in foro viderent nullibi quiescere, undique tumultus et strepitus edi, de descendendo nullum iniverunt consilium, quanquam erant numero ad quinquies mille : sed metu periculi se continentes, Lysanoridæ reditum se exspectare prætexebant. *** Itaque hunc Spartani postea, ut audivimus, magna pecunia mulctaverunt : Hermippidam et Arcissum Corinthi adepti statim interfecerunt. Cadmeam autem nobis certo pacto inito reddiderunt, et præsidium abduxerunt.

* ΠΕΡΙ ΦΥΓΗΣ.

1. Τῶν λόγων ἀρίστους καὶ βεβαιοτάτους, ὥσπερ τῶν φίλων, φασὶν εἶναι τοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς παρόντας ὠφελίμως καὶ βοηθοῦντας· ἐπεὶ πάρεισί γε πολλοὶ καὶ προσδιαλέγονται τοῖς ἐπταικόσιν, ἀλλ' ἀχρήστως, μᾶλλον δὲ βλαβερῶς· καθάπερ ἀκόλυμβοι πνιγομένοις ἐπιχειροῦντες βοηθεῖν, περιπλεκόμενοι καὶ συγκαταδύνοντες· δεῖ δὲ τὸν παρὰ τῶν φίλων καὶ τῶν βοηθούντων λόγον παρηγορίαν εἶναι, μὴ συνηγορίαν, τοῦ λυποῦντος. Οὐ γὰρ συνδακρυόντων καὶ συνεπιθρηνούντων, ὥσπερ χορῶν τραγικῶν, ἐν τοῖς ἀβουλήτοις χρείαν ἔχομεν, ἀλλὰ παρρησιαζομένων, καὶ διδασκόντων, ὅτι τὸ λυπεῖσθαι καὶ τὸ ταπεινοῦν ἑαυτὸν ἐπὶ παντὶ μὲν ἄχρηστόν ἐστι καὶ γινόμενον κενῶς καὶ ἀνοήτως· ὅπου δ' αὐτὰ τὰ πράγματα δίδωσιν ὑπὸ τοῦ λόγου ψηλαφηθέντα καὶ ἀνακαλυφθέντα πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν,

Οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ·

κομιδῇ γελοῖόν ἐστι, μὴ τῆς σαρκὸς πυνθάνεσθαι, τί πέπονθε, μηδὲ τῆς ψυχῆς, εἰ διὰ τὸ σύμπτωμα τοῦτο χείρων γέγονεν, ἀλλὰ τοῖς ἔξωθεν συναχθομένοις καὶ συναγανακτοῦσι, διδασκάλοις χρῆσθαι τῆς λύπης.

2. Ὅθεν αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς γινόμενοι [περὶ] τῶν συμπτωμάτων, ὥσπερ φορτίων, ἑκάστου τὸν θυμὸν ἐξετάζωμεν. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα πιέζεται τῷ τοῦ βαρύνοντος ἄχθει, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς πράγμασι πολλάκις τὸ βάρος ἐξ αὑτῆς προστίθησιν. Ὁ λίθος φύσει σκληρός, ὁ κρύ-

DE EXILIO.

I. Quod de amicis dicitur, idem etiam de oratione recte usurpatur, eam esse optimam atque fidissimam, quæ rebus adversis utiliter adest, auxiliumque suggerit. Nam multi esse præsto solent calamitate aliqua ictis, cumque his colloqui, sed inutiliter, atque adeo damnose : sicut natare nescientes, dum in aquis demergi incipientibus conantur opem ferre, iisque complexu nectuntur, una etiam infra aquas deferuntur. Oportet autem dolenti orationem ab amicis et opem ferentibus adhiberi, non quæ assentetur, sed quæ consoletur. Quippe in rebus adversis non opus nobis est qui una nobiscum tragici in modum chori plorent atque lamententur, sed qui libere nos moneant, doceantque nos, quod cum alias dolori indulgere, et animo concidere inutile sit atque futile et fatuum, tum, ubi res ipsæ ratione tractatæ atque ante oculos expositæ monent te sic te ipsum debere compellare : *Non facta tibi est, si dissimules, injuria :* nimis quam ridiculum est non carnem interrogare aliquidne ei acciderit, non animum an iste eum casus deteriorem fecerit, sed extraneis nobiscum dolentibus atque indignantibus magistris lugendi uti.

II. Itaque ipsi cum soli sumus, calamitatum tanquam onerum pondera examinemus cum animo nostro. Nam corpus premitur mole imposita : animus plerumque a se gravitatem rebus adjicit. Lapis durus est, frigida

σταλλος φύσει ψυχρός ἐστιν, οὐκ ἔξωθεν εἰκῇ ταύτας τὰς ἀντιτυπίας ἐπιφέροντες καὶ τὰς πήξεις· φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας καὶ τιμῶν ἀποβολὰς, ὥσπερ αὖ τἀναντία, στεφάνους καὶ ἀρχὰς καὶ προεδρίας, οὐ τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν μέτρον ἔχοντα τοῦ λυπεῖν καὶ εὐφραίνειν, ἕκαστος ἑαυτῷ κοῦφα καὶ βαρέα καὶ ῥάδια φέρειν ποιεῖ· καὶ τοὐναντίον. Ἔξεστι δ' ἀκούειν τοῦ μὲν Πολυνείκους ἀποκρινομένου πρὸς τὸ ἐρώτημα τοῦτο·

Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα;
Μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ·

τοῦ δ' Ἀλκμᾶνος, ὡς ὁ γράψας τὸ ἐπιγραμμάτιον πεποίηκε·

Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομὸς, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμην, κέλσας, ἢ τίς ἀνὴρ μακέλας
χρυσοφόρος, ῥήσσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
τοὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολίτης,
καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἵ με τυράννων
θῆκαν Δασκύλεω κρείσσονα καὶ Γύγεω.

Τὸ γὰρ αὐτὸ πρᾶγμα τῷ μὲν εὔχρηστον ἡ δόξα, καθάπερ νόμισμα δόκιμον, τῷ δὲ δύσχρηστον καὶ βλαβερὸν ἐποίησεν.

3. Ἔστω δὲ δεινὸν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ λέγουσι καὶ ᾄδουσιν, ἡ φυγή. Καὶ γὰρ τῶν βρωμάτων πικρὰ πολλὰ καὶ δριμέα καὶ δάκνοντα τὴν αἴσθησίν ἐστιν· ἀλλὰ μιγνύντες αὐτοῖς ἔνια τῶν γλυκέων καὶ προσηνῶν, τὴν ἀηδίαν ἀφαιροῦμεν. Ἔστι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὄψει, πρὸς ἃ γίνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίατον. * Εἰ τοίνυν ἴαμα τῆς δυσχρηστίας ἐκείνης ἐμίξαμεν τὴν σκιὰν αὐτοῖς, ἢ τὴν ὄψιν ἀπεστρέψαμεν ἐπί τι τῶν χλοερῶν καὶ προσηνῶν, τοῦτο ἔξεστι ποιεῖν καὶ πρὸς τὰ συμπτώματα, κεραννύντας αὐτοῖς τὰ χρήσιμα καὶ φιλάνθρωπα τῶν νυνί σοι παρόντων, εὐπορίαν, φίλους, ἀπραγμοσύνην, τὸ μηδὲν ἐνδεῖν τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν βίον. Οὐ γὰρ οἶμαι πολλοὺς εἶναι Σαρδιανῶν, οἳ μὴ τὰ σὰ πράγματα καὶ μετὰ φυγῆς μᾶλλον ἐθελήσουσιν αὐτοῖς ὑπάρχειν, καὶ ἀγαπήσουσιν ἐπὶ ξένης οὕτω διάγοντες, ἢ, καθάπερ οἱ κοχλίαι τοῖς ὀστράκοις συμφυεῖς ὄντες, ἄλλο δὲ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχοντες, τῶν οἴκοι μετέχειν ἀλύπως.

4. Ὥσπερ οὖν ἐν κωμῳδίᾳ τις ἠτυχηκότα φίλον θαρρεῖν καὶ τὴν τύχην ἀμύνεσθαι παρακαλῶν, ἐρομένου, τίνα τρόπον, ἀποκρίνεται· Φιλοσόφως· οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτὴν ἀμυνώμεθα φιλοσοφοῦντες ἀξίως·

Τὸν Δία δὲ πῶς ὕοντα; τὸν βορέαν δὲ πῶς;

Πῦρ ζητοῦμεν, βαλανεῖον, ἱμάτιον, στέγην· καὶ γὰρ οὐχ ὑόμενοι καθήμεθα, οὐδὲ κλαίομεν. Καὶ σοὶ τοίνυν παρ' ὀντιναοῦν ἐστὶ τὸ κατεψυγμένον τοῦτο τοῦ βίου μέρος ἀναζωπυρεῖν καὶ ἀναθάλπειν, ἑτέρων βοηθημάτων μὴ δεόμενον, ἀλλὰ χρώμενον εὐλογίστως τοῖς παροῦσιν. Αἱ μὲν γὰρ ἰατρικαὶ σικύαι τὸ φαυλότατον ἐκ

glacies : suapte utrumque natura, non extrinsecus istis ascitis suis qualitatibus. Sed exilia, ignominias, honorum amissiones, contraque coronas, magistratus, primum in consessu locum, quæ ut nobis vel gaudium vel mœstitiam afferant, non in ipsorum est situm natura, sed nostro judicio iis modus præscribitur : ea quivis nostrum sibi vel facilia toleratu, vel difficilia suo arbitratu facit : vel vice versa. Audire licet quid Polynices interrogatus,

Quid? Patria carere num magnum est malum?

respondeat :

Est maximum, et re majus quam dici queat.

Similiter quid in diversam sententiam Alcman dixerit, ut quidam de eo hoc epigrammate expressit :

O mea, majorumque meorum, patria Sardes,
mihi in te si obtigisset educarier,
rumperem in aurata cava nunc ego tympana veste,
magnæ sacerdos matris, aut fœdus spado:
Alcmanem nunc me Lacedæmon nomine civem
agnoscit, eruditum Graiis litteris :
quæ me non paulo vestris fecere tyrannis
præstantiorem, seu Gyge, sive Dascyle.

Ita eamdem rem numismatis instar vel utilem vel inutilem et damnosam redigit opinio.

III. Esto tamen, ut plurimi dicunt atque cantant, exilium res gravis atque dura. Atqui multi sunt cibi amari et acres, mordentesque palatum, aut linguam vellicantes : quibus tamen dum dulcia quædam et grata admiscemus, id quod offendebat adimitur. Sunt et colores aspectu molesti, ad quos ob vehementiam nimiamque vim oculorum acies confunditur et hebetatur. Quodsi pro remedio iis adjicere solemus umbras, aut avertere oculos ad viridia et jucundum habentia colorem : idem hoc facere potes in tuo casu, ut cum eo temperes quæ tibi in præsentia commoditates adsunt atque oblectamenta, divitiæ, puta, amici, otium et quod nulla res ad vitam necessaria tibi deest. Paucos enim Sardianos puto esse, qui non malint cum tuis fortunis etiam extorres esse optimeque secum actum putent, si ita potius apud exteros iis detur vivere, quam domo affixos, testudinis instar, nihil aliud habere boni quo absque molestia perfrui possint.

IV. Quemadmodum ergo in comœdia quidam amicum fortunæ iniquitate læsum bono animo esse, fortunamque ulcisci jubet, quærentique quonam id facere modo posset, *Philosophice* faciendum respondet : ita et nos eam, ut dignum est nobis, *philosophice* ulciscamur. Quid enim? quomodo pluviarum et Aquilonis injurias defendimus? Non equidem sedemus pluvia vel Borea incidente, aut flemus, sed ignem, balneum, vestem, tectum quærimus. Tibi vero ita, ut non facile ulli alteri, hanc vitæ quasi occupatam frigore partem datum est refocillare, atque recalefacere : non qui indigeas adminiculis externis, sed ut rationi convenienter utaris iis quæ tibi parata sunt. Nam cucurbitulæ medicorum

τοῦ σώματος ἀναλαμβάνουσαι, κουφίζουσι καὶ σώζουσι τὸ λοιπόν· οἱ δὲ φιλόλυποι καὶ φιλαίτιοι τῷ τὰ χείριστα τῶν ἰδίων συνάγειν ἀεὶ καὶ διαλογίζεσθαι καὶ προστετηκέναι τοῖς ἀνιαροῖς, ἄχρηστα καὶ τὰ χρήσιμα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς, ἐν ᾧ μάλιστα καιρῷ βοηθεῖν πέφυκε. Τοὺς γὰρ δοιοὺς πίθους, ὦ φίλε, οὓς Ὅμηρος ἔφη κηρῶν ἐμπλείους ἐν οὐρανῷ κεῖσθαι, τὸν μὲν ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων, οὐχ ὁ Ζεὺς ταμιεύων κάθηται, καὶ μεθιεὶς τοῖς μὲν ἤπια καὶ μεμιγμένα, τοῖς δ' ἄκρατα ῥεύματα τῶν κακῶν· ἀλλὰ ἡμῶν αὐτῶν οἱ μὲν νοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν ἀγαθῶν τοῖς κακοῖς ἐπαρυτόμενοι τὸν βίον ποιοῦσιν ἡδίω καὶ ποτιμώτερον· τοῖς δὲ πολλοῖς, ὥσπερ ἠθμοῖς, ἐμμένει καὶ προσίσχεται τὰ φαυλότατα, τῶν βελτιόνων ὑπεκρεόντων.

5. Διὸ κἂν ἀληθῶς κακῷ τινι καὶ λυπηρῷ περιπέσωμεν, ἐπάγεσθαι δεῖ τὸ ἱλαρὸν καὶ τὸ εὔθυμον ἐκ τῶν ὑπαρχόντων καὶ ὑπολειπομένων ἀγαθῶν, τῷ οἰκείῳ τὸ ἀλλότριον ἐκλεαίνοντας· ὧν δὲ ἡ φύσις οὐδὲν ἔχει κακὸν, ἀλλὰ ὅλον καὶ πᾶν τὸ λυποῦν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται, ταῦτα δεῖ, καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦντες καὶ ἀναστρέφοντες ἐθίζομεν καταφρονεῖν, οὕτως ἐγγὺς ἁπτομένους καὶ συνερείδοντας τὸν λογισμὸν, τὸ σαθρὸν καὶ τὸ κενὸν καὶ τετραγῳδημένον ἀποκαλύπτειν. Οἷόν ἐστιν ἡ νῦν σοι παροῦσα κατάστασις ἐκ τῆς νομιζομένης πατρίδος. Φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πατρὶς, ὥσπερ οὐδ' οἶκος, οὐδ' ἀγρὸς, οὐδὲ χαλκεῖον, ὡς Ἀρίστων ἔλεγεν, οὐδ' ἰατρεῖον· ἀλλὰ γίνεται, μᾶλλον δ' ὀνομάζεται καὶ καλεῖται τούτων ἕκαστον ἀεὶ πρὸς τὸν οἰκοῦντα καὶ χρώμενον. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων, φυτὸν οὐκ ἔγγειον, οὐδ' ἀκίνητον, ἀλλ' οὐράνιόν ἐστιν, ὥσπερ ἐκ ῥίζης τὸ σῶμα τῆς κεφαλῆς ὀρθὸν ἱστώσης, πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνεστραμμένον. Ὅθεν εὖ μὲν ὁ Ἡρακλῆς εἶπεν·

Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος· οὐ γὰρ εὔχομαι
μιᾶς· ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων, πατρίς.

Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ κόσμιος εἶναι φήσας, ὡς ἄν τις Ῥόδιος εἶπεν, * ἢ Κορίνθιος· ὅτι μηδὲ Σουνίῳ, μηδὲ Ταινάρῳ, μηδὲ τοῖς Κεραυνίοις ἐνέκλεισεν ἑαυτόν.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;

Οὗτοι τῆς πατρίδος ἡμῶν ὅροι εἰσὶ, καὶ οὐδεὶς οὔτε φυγὰς ἐν τούτοις, οὔτε ξένος, οὔτ' ἀλλοδαπὸς, ὅπου τὸ αὐτὸ πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, ἄρχοντες οἱ αὐτοὶ καὶ διοικηταὶ καὶ πρυτάνεις, ἥλιος, σελήνη, φωσφόρος· οἱ αὐτοὶ νόμοι πᾶσι, ὑφ' ἑνὸς τάγματος καὶ μιᾶς ἡγεμονίας τροπαὶ βόρειοι, τροπαὶ νότιοι, ἰσημερία, Πλειὰς, Ἀρκτοῦρος, ὧραι σπόρων, ὧραι φυτειῶν· εἷς δὲ βασιλεὺς καὶ ἄρχων, θεὸς, ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντὸς, εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἕπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου

humorem e corpore pessimum ad se [illegible]ahentes, allevant et servant reliquum : qui vero ægritudini animi nimis sunt dediti, ii dum pessima quæque suarum rerum conquirunt, de iis secum soli disputant, inhærentque iis unde ad ipsos molestia pervenit, ii etiam ea, ex quibus utilitatem capere poterant, inutilia sibi reddunt. Quo quidem tempore potissimum iis opitulandum est. Duobus enim istis doliis, quæ fatalium eventuum plena Homerus in cœlo ait jacere, non Jupiter promus assidet, ut aliis lenia et temperata, aliis sincera malorum exhibeat fluenta : sed nostrum unusquisque, si sapimus, haurientes de bonis quo mala temperemus, vitam facimus jucundiorem et tolerabiliorem : plurimis tanquam colis aut cribris intus manent atque inhærent, optimis per foramina aut rimas ejectis.

V. Quapropter, si in veram aliquam incidimus calamitatem, id quod ad hilaritatem animique tranquillitatem facit, ex iis quæ in nostra sunt potestate arcessere debemus, et bonorum quæ nobis adhuc supersunt consideratione aliunde oblatum incommodum mitigare. Ubi vero in ipsa re nihil inest mali, sed omnis dolor inanis opinionis errore confictus est, ibi quemadmodum larvas pueris metuentibus propius adhibemus retectas, inque manus tradimus, ut assuescant eas contemnere : ita nos quoque rationis lumine propius admoto detegemus quidquid præter rem putridum, vanum, et tragice inflatum nobis objicitur. Talis autem est tua e patria, quam putas, nunc tibi imperata commigratio. Natura enim patriam nullam cuiquam fecit, ut neque domum, neque agrum, neque ærariam, ut Ariston dicebat, neque medicam officinam : sed fit, aut potius nominatur modo horum unumquodque quovis tempore ab eo qui possidet et utitur. Quippe homo, si Platoni credimus, planta est non terræ infixa aut immobilis, sed cœlestis, cujus tanquam e radice caput sursum erectum in cœlum dirigatur. Inde bene Hercules dixit :

Argivus, aut Thebanus? Haud unam mihi
ascribo : patria est, Graia qua tellus patet.

Sed Socrates melius, qui non Atheniensem, non Græcum, sed Mundanum (seu mundi civem) se esse dixit, quomodo Rhodius aut Corinthius aliquis diceretur : neque enim se incluserat Sunio, Tænaro, aut Ceraunìis montibus.

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
qui tenero terram circumvectu amplectitur?

Isti patriæ nostræ sunt termini, neque hic quisquam exul, hospes, peregrinus est, ubi idem ignis, aqua, aer, ubi iidem gubernatores atque dispensatores, sol, luna, Lucifer, ubi eædem omnibus leges, sub eodem magistratu, solstitium æstivum, bruma, æquinoctium, Pleias, Arcturus, tempora serendi, tempora plantandi, ubi unus rex et princeps deus, principium, medium, finemque complexus Universi recta pergit, et secundum naturam circumiens : hunc comitatur Justitia ultrix eorum qui divinam legem deseruerunt : hac omnes

νόμου τιμωρὸς, ᾗ χρώμεθα πάντες ἄνθρωποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὥσπερ πολίτας.

6. Τὸ δέ σε μὴ κατοικεῖν Σάρδεις, οὐδέν ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες κατοικοῦσι Κολυττὸν, οὐδὲ Κορίνθιοι Κράνειον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες· ἆρα οὖν ξένοι καὶ ἀπόλιδές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διωμίδα, ὅπου καὶ μῆνα Μεταγειτνιῶνα καὶ θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τοῦ μετοικισμοῦ τὰ Μεταγείτνια, τὴν πρὸς ἑτέρους γειτνίασιν εὐκόλως καὶ ἱλαρῶς ἐκδεχόμενοι καὶ στέργοντες; Οὐκ ἂν εἴποις. Τί οὖν τῆς οἰκουμένης μέρος ἢ τῆς γῆς ἁπάσης ἕτερον ἑτέρου μακράν ἐστιν, ἣν ὑποδεικνύουσιν οἱ μαθηματικοὶ σημείου λόγον ἔχουσαν ἀδιαστάτου πρὸς τὸν οὐρανόν; Ἀλλ' ἡμεῖς, ὥσπερ μύρμηκες ἢ μέλιτται, μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντες ἀδημονοῦμεν καὶ ξενοπαθοῦμεν, οὐκ εἰδότες οἰκεῖα πάντα ποιεῖσθαι καὶ νομίζειν, ὥσπερ ἐστί. Καίτοι γελῶμεν τὴν ἀβελτερίαν τοῦ φάσκοντος, ἐν Ἀθήναις βελτίονα σελήνην εἶναι τῆς ἐν Κορίνθῳ· τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ πάσχοντες, ὅταν ἀμφιγνοῶμεν ἐπὶ ξένης γενόμενοι τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὸν ἀέρα, τὸν οὐρανὸν, ὡς ἕτερα καὶ διαφέροντα τῶν συνήθων. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐλευθέρους ἡμᾶς καὶ λελυμένους ἀφίησιν· ἡμεῖς δ' αὐτοὶ συνδέομεν ἑαυτοὺς, συστενοχωροῦμεν, ἐγκατοικοδομοῦμεν, εἰς μικρὰ καὶ γλίσχρα συνελαύνομεν. Εἶτα τῶν μὲν Περσῶν βασιλέων καταγελῶμεν, εἴ γε δὴ ἀληθὲς, [ὅτι] τὸ τοῦ Χοάσπου μόνον ὕδωρ πίνοντες, ἄνυδρον αὑτοῖς τὴν ἄλλην ποιοῦσιν οἰκουμένην· ὅταν δὲ μεταστῶμεν εἰς ἕτερα χωρία, τοῦ Κηφισοῦ γλιχόμενοι, καὶ τὸν Εὐρώταν, ἢ τὸν Ταΰγετον, ἢ τὸν Παρνασὸν ἐπιποθοῦντες, ἄπολιν καὶ ἀοίκητον αὑτοῖς τὴν οἰκουμένην ποιοῦμεν.

7. Αἰγυπτίων μὲν οὖν οἱ δι' ὀργήν τινα καὶ χαλεπότητα τοῦ βασιλέως εἰς Αἰθιοπίαν μετοικιζόμενοι, πρὸς τοὺς δεομένους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐπιδεικνύντες τὰ αἰδοῖα κυνικώτερον, οὔτε γάμων ἔφασαν οὔτε παίδων ἀπορήσειν, ἄχρις οὗ ταῦτα μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσιν· εὐπρεπέστερον δέ ἐστι καὶ σεμνότερον εἰπεῖν, ὡς, ὅπου καὶ ὅτῳ μετρίων πρὸς τὸν βίον εὐπορεῖν συμβέβηκεν, ἐνταῦθα οὗτος οὔτ' ἄπολις, οὔτ' ἀνέστιος, οὔτε ξένος ἐστί· μόνον ἔχειν δεῖ πρὸς τούτοις νοῦν καὶ λογισμὸν, ὥσπερ ἄγκυραν καὶ κυβερνήτην, ἵνα παντὶ χρῆσθαι λιμένι προσορμισθεὶς δύνηται. Πλοῦτον μὲν γὰρ ἀποβαλόντα, ῥᾳδίως οὐκ ἔστι καὶ ταχέως συναγαγεῖν· πατρὶς δὲ γίνεται πᾶσα πόλις εὐθὺς ἀνθρώπῳ χρῆσθαι μεμαθηκότι, καὶ ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν τε καὶ τρέφεσθαι καὶ παντὶ τόπῳ προσφύεσθαι δυναμένας· οἵας εἶχε Θεμιστοκλῆς, οἵας Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Οὗτος μὲν γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ τὴν φυγὴν, πρῶτος ὢν τῶν Πτολεμαίου φίλων, οὐ μόνον αὐτὸς ἐν ἀφθόνοις διῆγεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις δωρεὰς ἔπεμπε. * Θεμιστοκλῆς δὲ χορηγίᾳ βασιλικῇ πρυτανευόμενος εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας· Ἀπωλόμεθα ἂν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα. Διὸ καὶ Διογένης ὁ Κύων πρὸς τὸν εἰπόντα,

homines, natura, adversus omnes utuntur tanquam cives.

VI. Quod autem non habitas Sardibus, nihil est. Nam ne Athenienses quidem omnes Colyttum inhabitant, neque universi Corinthii Cranium, neque Pitanam Lacones. Ergone tibi peregrini atque extorres videbuntur Athenienses, qui ex Melita in Diomeam commigraverunt? Ubi et mensem Metagitnionem, et sacrificia Metagitnia peragunt,| commigrationem in viciniam e suis sedibus, unde illis nomen, æquo hilarique animo ferentes. Non dixeris. Quæ autem terræ pars ab altera longe potest distare, cum ipsam totam mathematici demonstrent cum cœlo comparatam puncti loco esse? Nos autem, instar formicarum aut apum, si ex uno nido aut alveari excidimus, in mœrore sumus, et peregrinos nos esse factos ægre ferimus, ignari omnia, ut sunt, nostra putare atque usurpare. Ridemus quidem eum, qui dixit meliorem Athenis esse lunam quam Corinthi : et tamen idem quodam modo nobis evenit, cum extra patriam constituti, terram, mare, aerem, cœlum dubii consideramus, tanquam diversa ab iis quibus assueveramus. Quippe natura nos liberos solutosque dimittit : ipsi nosmet devincimus, in angustias concludimus, inque arctum compingimus. Ergo Persarum reges subsannamus, qui, siquidem hoc vere narratur, solam Choaspis aquam bibentes, totum reliquum orbem terrarum aquæ expertem sibi faciunt : ipsi interim alio locorum translati, Cephisi, Eurotæ, Taygeti, Parnassive desiderio mundum nobis ad habitandum non satis idoneum reddimus.

VII. Sane quidam Ægyptiorum ab offenso et irato rege in Æthiopiam demigrantes, hortantibus ut ad liberos et uxores suas redirent, pudenda (caninum quidem satis hoc) ostendentes responderunt : *Quandiu hæc secum essent habituri, neque uxores ipsis neque liberos defore.* Honestius hoc et majori cum gravitate dixeris, Hominem ubicunque mediocriter suppeditabunt res ad vitam tolerandam necessariæ, neque urbe, neque lare cariturum : tantum adsit mens et ratio, ancoræ et gubernatoris vice, ut quovis portu, ad quem delatus fuerit, uti possit. Ut enim divitiæ amissæ non facile aut celeriter possunt reparari : ita patria fit quævis urbs homini qui rebus uti possit, radicesque habeat, quibus vivere ubique et ali, et adnasci queat, quales habuit Themistocles, habuit Demetrius Phalereus. Hic enim postquam in exilium fuit actus, Alexandriæ primo inter Ptolemæi regis amicos loco, non ipse modo* vixit in abundantia rerum, sed Atheniensibus etiam dona misit. Themistocles cum regio sumptu omnia suppeditarentur, ad uxorem et liberos dixisse fertur : *Periissemus, nisi periissemus.* Ideo Diogenes etiam di-

Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν· Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐκείνων ἐν Πόντῳ μονὴν,

Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου Πόντου.

Στρατόνικος δὲ τὸν ἐν Σερίφῳ ξένον ἠρώτησεν, ἐφ' ὅτῳ τῶν ἀδικημάτων φυγὴ τέτακται παρ' αὐτοῖς ἐπιτίμιον· ἀκούσας δ', ὅτι τοὺς ῥᾳδιουργοὺς φυγαδεύουσι· Τί οὖν, εἶπεν, οὐκ ἐρᾳδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς στενοχωρίας ταύτης μεταστῇς; Ὅπου φησὶν ὁ κωμικὸς τὰ σῦκα ταῖς σφενδόναις τρυγᾶσθαι, καὶ πάντα ἔχειν, ὅσων δεῖ, τὴν νῆσον.

8. Ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν, ὁ μίαν πόλιν ἔχων, ξένος ἐστὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν καὶ ἀλλότριος. Οὐ γὰρ δοκεῖ καλὸν οὐδὲ δίκαιον εἶναι, καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ, νέμειν ἑτέραν. Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει, κἂν ἄδοξος ᾖ, κἂν νοσώδης, κἂν ταράττηται στάσεσιν ὑφ' ἑαυτῆς καὶ πράγμασι μὴ ὑγιαίνουσιν. Οὗ δὲ ἡ τύχη τὴν ἰδίαν ἀφήρηται, τούτῳ δίδωσιν ἔχειν τὴν ἀρέσασαν. Τὸ γὰρ καλὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τῶν Πυθαγορείων, Ἑλοῦ βίον ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, κἀνταῦθα σοφόν ἐστι καὶ χρήσιμον· Ἑλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην, πατρίδα δ' αὐτὴν ὁ χρόνος ποιήσει· καὶ πατρίδα μὴ περισπῶσαν, μὴ ἐνοχλοῦσαν, μὴ προστάττουσαν· Εἰσένεγκαι, πρέσβευσον εἰς Ῥώμην, ὑπόδεξαι τὸν ἡγεμόνα, λειτούργησον. Ἂν γάρ τούτων τις μνημονεύῃ φρένας ἔχων καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος, αἱρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος, Γύαρον, ἢ Κίναρον σκληρὰν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακὴν, οὐκ ἀθυμῶν, οὐδ' ὀδυρόμενος, οὐδὲ λέγων ἐκεῖνα τὰ τῶν παρὰ Σιμωνίδῃ γυναικῶν·

Ἴσχει δέ με πορφυρέας ἁλὸς ἀμφιταρασσομένης
ὀρυμαγδός·

ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τοῦ Φιλίππου λογιζόμενος· πεσὼν γὰρ ἐν παλαίστρᾳ, καὶ μεταστραφεὶς, ὡς εἶδε τοῦ σώματος τὸν τύπον· Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς μικροῦ μέρους τῆς γῆς φύσει μετέχοντες, ὅλης ἐφιέμεθα τῆς οἰκουμένης.

9. Οἶμαί σε τῆς Νάξου γεγονέναι θεατήν· εἰ δὲ μὴ, τῆς γ' Ὑρίας ἐνταῦθα πλησίον οὔσης. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐχώρει τὸν Ἐφιάλτην καὶ τὸν Ὦτον, αὕτη δὲ τοῦ Ὠρίωνος ἦν οἰκητήριον. Ὁ δ' Ἀλκμαίων ἰλὺν νεοπαγῆ τοῦ Ἀχελώου προσχωννύντος ἐπῴκησεν ὑποφεύγων τὰς Εὐμενίδας, ὥς οἱ ποιηταὶ λέγουσιν· ἐγὼ δὲ κἀκεῖνον εἰκάζω, φεύγοντα πολιτικὰς ἀρχὰς καὶ στάσεις καὶ συκοφαντίας ἐρινυώδεις, ἑλέσθαι βραχὺ χώριον ἀπραγμόνως ἐν ἡσυχίᾳ κατοικεῖν. Τιβέριος δὲ Καῖσαρ ἐν Καπρέαις ἑπτὰ ἔτη διητήθη μέχρι τῆς τελευτῆς· καὶ τὸ τῆς οἰκουμένης ἡγεμονικὸν ἱερὸν, ὥσπερ εἰς καρδίαν συνηγμένον, οὐδαμοῦ μετέστη τοσοῦτον χρόνον. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αἱ τῆς ἡγεμονίας φροντίδες ἐπιχεόμεναι καὶ προσφερόμεναι πανταχόθεν, οὐ καθαρὸν παρεῖχον οὐδ' ἀμύμονα τὴν νησιῶτιν ἡσυχίαν· ᾧ δ' ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον, οὐ μικρῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν,

centi, Sinopenses te exilio e Ponto damnaverunt, respondit : *Et ego illos mansione in Ponto*,

Ad Euxini maris prærupta littora.

Stratonicus autem in Seripho ex hospite quæsivit, quodnam flagitium apud ipsos exilio puniretur, respondentique, eos qui mala fraude egissent : *Cur*, inquit, *ergo non falsum committis, ut ex his angustiis emigres?* Et tamen Comicus ibi ait ficus fundis dejici, omniaque habere necessaria insulam.

VIII. Enimvero si ipsam veritatem remota inani opinione consideres, qui uni urbi se addicit, is a reliquis omnibus est alienus, et peregrinus in iis. Non enim justum videtur, sua relicta eum habitare aliam. Spartam nactus es, eam orna : etiamsi obscura sit, si morbis obnoxia, si seditionibus malisque rebus turbetur. Cui vero suam urbem fortuna adimit, ei concedit habitare quam delegerit. Pulchrum enim illud Pythagoreorum præceptum : *Delige vitæ rationem optimam, suavem eam consuetudo faciet :* etiam hic sapienter potest usurpari. Urbem delige optimam et tibi jucundissimam, patriam eam tibi tempus faciet, et quidem patriam, quæ te non distrahat occupationibus, non molesta sit interpellando, non jubeat modo tributa ferre, modo Romam ire legatum, excipere modo præfectum, alias publica obire ministeria. Quæ si quis memoria repetat sanus nec plane fastu inflatus, sua patria ejectus vel insulam sibi pro domicilio deliget, Gyaron, puta, aut Cinarum asperam, sterilem, atque cultu difficilem : idque non animo æger, non lugens, neque ista mulierum apud Simonidem usurpans verba :

Tenet me purpurei maris
fremitus circum exagitati :

sed illud Philippi potius secum reputabit, qui cum aliquando in palæstra cecidisset, postquam conversus in pulvere suam vidit imaginem : *Dii boni*, dixit, *universum terræ orbem appetimus, tam exigua terræ portione a natura nobis tributa!*

IX. Existimo Naxum abs te spectatam, aut saltem Hyriam hic vicinam : atqui illa Otum et Ephialtem cepit, hæc Orionis fuit domicilium. Et Alcmæo in limo recens compacto quem Achelous aggesserat, sedem posuit, cum, ut est apud poetas, Eumenides fugeret. Ego autem arbitror eum quoque civiles fugisse magistratus et seditiones furiosasque calumnias, ac sibi delegisse exiguam sedem, ubi in otio tranquille viveret. Tiberius sane Cæsar septennium usque ad mortem Capreis vixit, tantoque tempore totius orbis terrarum imperii sacra ut in uno corde conclusa, locum nusquam mutaverunt. Verum ei quidem curæ imperii circumfusæ et undiquaque ingruentes, non concesserunt puram et tranquillam quietem insularem : cui vero licet in exiguam digresso insulam non parvis liberari malis,

οὗτος ἄθλιός ἐστι, μὴ προσλαλῶν ἑαυτῷ τὰ Πινδαρικὰ, μηδ' ἐπᾴδων πολλάκις,

Ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέειν,
ἐᾶν δὲ νομὸν Κρήτας περιδαίων·
ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς δέδοται, ὅθεν ἄδρυς,
πενθέων δ' οὐκ ἔλαχον [οὐδὲ] στασίων,

οὐδὲ προσταγμάτων ἡγεμονικῶν, οὐδὲ ὑπουργιῶν ἐν πολιτικαῖς χρείαις, καὶ λειτουργιῶν δυσπαραιτήτων.

10. Ὅπου γὰρ οὐ φαύλως δοκεῖ λέγειν ὁ Καλλίμαχος, τὸ,

Μὴ [μετρεῖν] σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην,

ἧπου τὴν εὐδαιμονίαν σχοίνοις καὶ παρασάγγαις μετροῦντες,* ἐὰν νῆσον οἰκῶμεν διακοσίων σταδίων, ἀλλὰ μὴ τεσσάρων ἡμερῶν, ὥσπερ ἡ Σικελία, περίπλουν ἔχουσαν, ὀδυνᾶν ἑαυτοὺς καὶ θρηνεῖν ὀφείλομεν, ὡς κακοδαιμονοῦντες; Τί γὰρ ἡ πλατεῖα χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Ταντάλου λέγοντος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ·

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον.

εἶτα μετ' ὀλίγον λέγοντος

Θυμὸς δέ ποθ' ἁμὸς οὐρανῷ κυρῶν ἄνω,
ἔραζε πίπτει, καί με προσφωνεῖ τάδε·
Γίνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

Ὁ δὲ Ναυσίθοος τὴν εὐρύχωρον Ὑπέρειαν καταλιπὼν διὰ τὸ γειτνιᾶν τοὺς Κύκλωπας αὐτῇ, καὶ μεταστὰς εἰς νῆσον

— ἑκὰς ἄλλων ἀλφηστάων,

καὶ κατοικῶν ἀνεπίμικτος

Ἀνθρώπων ἀπάνευθε, πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,

τὸν ἥδιστον παρεσκεύασε βίον τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. Τὰς δὲ Κυκλάδας πρότερον μὲν οἱ Μίνω παῖδες, ὕστερον δὲ οἱ Κόδρου καὶ Νείλεω κατῴκησαν· ἐν αἷς τανῦν οἱ ἀνόητοι φυγάδες οἴονται κολάζεσθαι. Καίτοι ποία φυγαδικὴ νῆσος οὐκ ἔστι πλατυτέρα τῆς Σκιλλουντίας χώρας, ἐν ᾗ Ξενοφῶν μετὰ τὴν στρατείαν τὸ λιπαρὸν εἶδε γῆρας; Ἡ δ' Ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον· πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν. Ἀριστοτέλην δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας,

Εἵλετο ναίειν
ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλην, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι. Τὰς δὲ νήσους ὥσπερ ἐπίτηδες ὑμνῶν καὶ συνιστὰς ἡμῖν ὁ ποιητής·

is miser est, si non secum Pindarica ista loquitur, ac sæpe cantillat :

Amabo levem cupressum,
omissis Cretæ pascuis,
terræ mihi datum est parum:
careo interim doloribus:

et vero absunt seditiones, mandata principum, ministeria publica, et officia difficulter excusanda.

X. Si enim recte dixit Callimachus, *Non debere nos sapientiam schœno Persica metiri*, cur beatitatem schœnis aut parasangis metientes, si insulam incoleremus bis centum stadiorum, non ut Sicilia quatridui ambitu contentam, deploraremus nosmet tanquam infelices? Quid enim confert loci amplitudo ad molestiæ vacuitatem? Non audis quid in tragœdia dicat Tantalus :

Bis sex dierum mensura consero ego agros,
Berecyntia arva;

ac paulo post dicentem:

Animus meus sursum usque evectus ad polum,
decidit humi, et me sic videtur alloqui:
« Disce haud nimis magni facere mortalia? »

Et Nausithous amplam spatiis Hyperian deserens quod vicini ei essent Cyclopes, in insulam commigravit,

Quæ procul a reliquis mortalibus usque remota,
solaque in undosi sedes foret æquore ponti,

et evitatis aliorum hominum commerciis, suavissimam suis civibus vivendi rationem paravit. Jam Cyclades insulas olim Minois filii, postea Codri et Nelei progenies inhabitaverunt : hodie in iis fatui exules supplicium se perferre putant. Quanquam quæ tandem exulibus destinata insula non est amplior Scilluntio prædio, in quo Xenophon post expeditionem illam nobilem præclare consenuit? Academia tribus drachmarum millibus empta, domicilium fuit Platonis, Xenocratis, Polemonis ibi disputantium ac totam ætatem conterentium: unica dempta die, qua Xenocrates quotannis in Astu ivit Liberalibus, novis tragœdis certantibus, ut, quod aiunt, condecoraret festivitatem. Aristoteli etiam exprobravit Theocritus Chius, quod Philippi et Alexandri convictum amans,

Spreta Academia, loca qua se Borborus amnis
effundit, posthæc maluerit colere.

Est enim fluvius apud Pellam, qui Macedonibus dicitur Borborus (cum Græce ea vox cœnum significet). Quid quod Homerus insulas nobis quasi ex professo prædicat atque celebrat?

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο Θόαντος·

καὶ,

Ὅσσον Λέσβος ἄνω μακάρων ἕδος ἐντὸς ἐέργει·

καὶ,

Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον·

καὶ,

Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων
νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα.

Καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν νῆσον οἰκεῖν φασι τὸν θεοφιλέστατον Αἴολον, τὸν σοφώτατον Ὀδυσσέα, τὸν ἀνδρειότατον Αἴαντα, τὸν φιλοξενώτατον Ἀλκίνουν.

11. Ὁ μὲν οὖν Ζήνων, πυθόμενος, ἣν ἔτι λοιπὴν εἶχε ναῦν μετὰ τῶν φορτίων καταπεπομένην ὑπὸ τῆς θαλάσσης· Εὖγε, εἶπεν, ὦ τύχη, ποιεῖς, εἰς τρίβωνα καὶ βίον φιλόσοφον συνελαύνουσα ἡμᾶς. Ἀνὴρ δὲ, μὴ τετυφωμένος παντάπασι, μηδ' ὀχλομανῶν, οὐκ ἄν, οἶμαι, τὴν τύχην μέμφαιτο συνελαυνόμενος εἰς νῆσον, ἀλλ' ἐπαινέσειεν, ὅτι τὸν πολὺν ἄλυν καὶ ῥέμβον ἑαυτοῦ, καὶ πλάνας ἐν ἀποδημίαις, καὶ κινδύνους ἐν θαλάσσῃ, καὶ θορύβους ἐν ἀγορᾷ περιελοῦσα, μόνιμον καὶ σχολαῖον καὶ ἀπερίσπαστον καὶ ἴδιον βίον ὡς ἀληθῶς δίδωσι, κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράψασα τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν. Ποία γὰρ νῆσος οἰκίαν οὐκ ἔχει, περίπατον, λουτρὸν, ἰχθῦς, λαγωοὺς, ἄγρᾳ καὶ παιδιᾷ χρῆσθαι βουλομένοις; Τὸ μέγιστον, ἡσυχίας, ἧς διψῶσιν ἕτεροι, σοὶ πολλάκις τυχεῖν ἔνεστιν· ἀλλὰ πεττεύοντας καὶ ἀποκρυπτομένους οἴκοι συκοφάνται καὶ πολυπράγμονες ἐξιχνεύοντες καὶ διώκοντες ἐκ τῶν προαστείων καὶ τῶν κήπων, εἰς ἀγορὰν καὶ εἰς αὐλὴν βίᾳ κατάγουσιν· εἰς δὲ νῆσον οὐκ ἐνοχλῶν τις, οὐκ αἰτῶν, οὐ δανειζόμενος, οὐκ ἐγγυήσασθαι παρακαλῶν, οὐ συναρχαιρεσιάσαι, * δι' εὔνοιαν δὲ καὶ πόθον οἱ βέλτιστοι τῶν ἀναγκαίων καὶ οἰκείων πλέουσιν· ὁ δ' ἄλλος βίος ἄσυλος καὶ ἱερὸς ἀνεῖται τῷ βουλομένῳ καὶ μεμαθηκότι σχολάζειν. Ὁ δὲ τοὺς περιτρέχοντας ἔξω, καὶ τοῦ βίου τὸ πλεῖστον ἐν πανδοκείοις καὶ πορθμίοις ἀναλίσκοντας εὐδαιμονίζων, ὅμοιός ἐστι τῷ τοὺς πλάνητας οἰομένῳ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων πράττειν ἄμεινον· καίτοι τῶν πλανήτων ἕκαστος ἐν μιᾷ σφαίρᾳ, καθάπερ ἐν νήσῳ, περιπολῶν, διαφυλάττει τὴν τάξιν· ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος· εἰ δὲ μὴ, Ἐρινύες μιν Δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν.

12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ φίλε, καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς ἐκείνους λέγωμεν, κἀκείνοις ἐπᾴδωμεν, οἷς εἰς νῆσον ἀπῳκισμένοις ἀνεπίμικτα ποιεῖ τὰ ἄλλα

Πόντος ἁλὸς, ὃ πολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει·

σοὶ δ' οὐχ ἑνὸς δεδομένου μόνον, ἀλλὰ ἀπειρημένου τόπου, πασῶν ἐστιν ἐξουσία πόλεων ἢ μιᾶς κώλυσις. Ἀλλὰ μὴν τῷ, Οὐκ ἄρχομεν, οὐδὲ βουλεύομεν, οὐδ'

Lemnum divini venit inde Thoantis in urbem;

item:

Et quæ Lesbus habet sedes præclara deorum;

et:

Scyron Enyei celsam cum cepimus urbem;

rursum:

At qui Dulichium sacras et Echinadas alto
incoluere mari, claræ e regione jacentis
Elidis.

Ac de illustribus viris habitasse in insulis aiunt, diis carissimum Æolum, sapientissimum Ulyssem, fortissimum Ajacem, hospitalitatis laude clarissimum Alcinoum.

XI. Zeno, cum narratum ei esset, navim, quam unam reliquam habuerat, una cum mercibus esse a mari absorptam: *Bene*, inquit, *ô fortuna, facis, in pallium me et vitam compellens philosophicam.* Homo autem non fastu tumens, neque plane insaniens turbæ hominum amore, non, puto, culpabit fortunam si ab ea in insulam aliquam detrudatur, sed gratias aget, quod ipsi multas istas molestias, vagosque errores, et jactationes peregrinationum, pericula navigationum, tumultusque forenses adimens, stabilem et quietam, otiosamque et suavissimam revera vitam dederit, rerum necessariarum mensuram veluti circino describens. Quæ enim insula est, quæ non habeat domum, ambulationem, lavacrum, pisces, lepores, si quis venatione et animi oblectatione parum seria uti velit? Et quod est potissimum, quies, cujus sitis plerosque tenet, tibi plerumque in manu tua erit. Tesseris ludentes, et domi sese occultantes, investigant sycophantæ et curiosi homines, consectanturque, et ex suburbanis hortisque in forum et aulam vi pertrahunt: in insulam nemo interpellandi, petendi, æs alienum contrahendi aut ad fidejussionem exorandi causa, vel comitiorum officia oratum navigat: sed hoc facit necessariorum et familiarium optimus quisque, benevolentia et desiderio impulsus: reliquum vitæ tanquam in asylo constituti et sacrosancti est ei, qui velit et didicerit liberali otio frui. At qui foris discurrentes, vitæque majorem partem in diversoriis publicis et teloniis consumentes beatos prædicant, similes sunt eorum qui planetas non errantibus stellis meliore putant esse conditione. Et tamen unusquisque planetarum suo in orbe tanquam insula aliqua ita circumvertitur, ut suum servet ordinem. *Sol enim*, inquit Heraclitus, *nunquam suos fines transgredietur: si peccaverit, Furiæ eum Justitiæ adjutrices invenient.*

XII. Verum enimvero hæc, amice, his dicamus atque accinamus, quibus cum in insulam commigratum est, commercia cum aliis præcidit

Unda maris, multos invitos illa repellens:

tibi, cum non sit unus assignatus locus, sed uno prohibitum, dum uno interdicitur, omnium aliorum potestas est data. Porro autem his cogitationibus: *Non gero magistratum, non sum in senatu, non præmicrum*

ἀγωνοθετοῦμεν, ἂν ἀντιθῇς τὸ Οὐ στασιάζομεν, οὐκ ἀναλίσκομεν, οὐδὲ προσηρτήμεθα θύραις ἡγεμόνος· οὐδὲ νῦν μέλει ἡμῖν, ὅστις ὁ κεκληρωμένος τὴν ἐπαρχίαν ἐστὶν, εἰ ἀκρόχολος, εἰ ἐπαχθής· ἀλλ' ἡμεῖς καθάπερ Ἀρχίλοχος τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόπεδα παρορῶν, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον, διέβαλε τὴν νῆσον, εἰπών·

Ἥδε δ' ὥστ' ὄνου ῥάχις
ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής,

οὕτω τῆς φυγῆς πρὸς ἓν μέρος τὸ ἄδοξον ἐντεινόμενοι, παρορῶμεν τὴν ἀπραγμοσύνην καὶ τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Καίτοι τούς γε Περσῶν βασιλέας ἐμακάριζον, ἐν Βαβυλῶνι τὸν χειμῶνα διάγοντας, ἐν δὲ Μηδίᾳ τὸ θέρος, ἐν δὲ Σούσοις τὸ ἥδιστον τοῦ ἔαρος. Ἔξεστι δήπου καὶ τῷ μεθεστῶτι, μυστηρίοις ἐν Ἐλευσῖνι διατρίβειν, Διονυσίοις ἐν Ἄργει πανηγυρίζειν, Πυθίων ἀγομένων, εἰς Δελφοὺς παρελθεῖν, Ἰσθμίων, εἰς Κόρινθον, ἄνπερ ᾖ φιλοθέωρος· εἰ δὲ μὴ, σχολὴ, περίπατος, ἀνάγνωσις, ὕπνος ἀθορύβητος· τὸ τοῦ Διογένους· Ἀριστοτέλης ἀριστᾷ, ὅταν δοκῇ Φιλίππῳ, Διογένης, ὅταν Διογένει· μήτε πραγματείας, μήτ' ἄρχοντος, μήτε ἡγεμόνος τὴν συνήθη δίαιταν περισπῶντος.

13. Διὰ τοῦτο τῶν φρονιμωτάτων καὶ σοφωτάτων ὀλίγους ἂν εὕροις ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κεκηδευμένους· οἱ δὲ πλεῖστοι, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι, μεθωρμίσαντο τοὺς βίους καὶ μετέστησαν, οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δ' ἐξ Ἀθηνῶν. Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον, οἷον Εὐριπίδης;

Ἧ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν [ἐξ]αγώγιμοι.
Εἰ δὲ πάρεργον χρή τι κομπάσαι, γυναῖκες,
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον·
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα,
τῆς [γε] δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν·

ἀλλ' ὁ ταῦτα γράψας εἰς Μακεδονίαν ᾤχετο, καὶ παρ' Ἀρχελάῳ κατεβίωσεν. Ἀκήκοας δι' ἐπῶν καὶ τουτὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον·

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.

Καὶ γὰρ καὶ οὗτος εἰς Σικελίαν ἀπῆρε, καὶ Σιμωνίδης πρότερον. Τὸ δὲ, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε, πολλοὶ μεταγράφουσιν, Ἡροδότου Θουρίου. Μετῴκησε γὰρ εἰς Θούρους, καὶ τῆς ἀποικίας ἐκείνης μετέσχε. * Τὸ δὲ ἱερὸν καὶ δαιμόνιον

Ἐν Μούσαις πνεῦμα, Φρυγίας κοσμήτορα μάχας,
Ὅμηρον, οὐ τοῦτο πεποίηκε πολλαῖς ἀμφισβητήσιμον

in certaminibus sum arbiter, si hæc opponas: *Non intersumus seditionibus, non sumptus facimus, non fores præfecti observamus, non curæ nobis est cui nunc provincia nostra obtigerit, iracundusne sit an importunus.* Sed quemadmodum Archilochus Thasi insulæ frugifera arva et vineta silentio prætermittens, eam ob asperitatem et inæqualitatem traduxit, ita scribens:

—Illa asini dorsum velut
stat, materie silvestri prorsus obsita:

sic nos exilii unam partem acrius consideramus, in qua est obscuritas et ignominia, ab altera otium, quietem, et libertatem negligimus. At enim reges Persarum eo nomine felices prædicabant, quod hiemem Babylone, æstatem in Media, Susis suavissimum veris tempus exigerent. Licet vero exuli mysteriorum tempore Eleusine degere, Liberalibus *Athenis*, *Nemeis* Argi interesse, Pythiis Delphos, Isthmiis Corinthum se conferre, si quidem spectaculis delectatur: sin vero, otium in manibus est, deambulatio, lectio, somnus absque interturbatione, Diogenis illud: *Prandet Aristoteles quando Philippo lubet, Diogenes quando Diogeni:* cum neque negotium, neque magistratus, neque præfectus victus rationem usitatam tibi interrumpat.

XIII. Ob hanc adeo causam paucos de prudentissimis et sapientissimis invenies in sua patria sepultos. Plerique nemine cogente revulsis ancoris vitæ navim ad alium portum applicuerunt, alii Athenas, alii ex Athenis. Quis enim ita patriam suam laudavit, ut Euripides? cujus hæc sunt:

Primum, nec inquilinus nos populus sumus,
sed indigenæ, natique in hoc adeo solo:
cum cæteræ urbes tesserarum instar citæ
aliis aliæ cives mittant identidem.
Quodsi quid extra propositum me, feminæ,
jactare fertis, cœlum temperie optima
tellurem apud nos ambit: haud æstus gravis
nos urget: haud hiems gelu nimio premit.
Tum quidquid habet Asia, aut jucundum Græcia,
hoc omne consectamur genii gratia.

Et tamen is ipse, qui hæc scripsit, in Macedoniam abiit, atque apud Archelaum vitæ reliquum exegit. Audivisti, puto, etiam hoc epigramma:

Æschylus Euphorionis, Athenis natus, in arvis
frugiferi jacet hic post sua fata Gelæ.

Nam et hic in Siciliam abiit, et ante eum Simonides. Tum illud: *Herodoti Halicarnassei historiæ editio hæc*, sunt qui sic scribant: *Herodoti Thurii.* Migravit enim Thurios, parsque fuit ejus coloniæ. Jam sacrum illum et divinum Musarum spiritum, Phrygiæ exornatorem pugnæ, Homerum, nonne hæc est causa cur tam multæ urbes sibi vindicare voluerint, quod non unam ali-

πόλεσιν, ὅτι μὴ μιᾶς ἐστιν ἐγκωμιαστής; Καὶ ξενίου Διὸς πολλαὶ τιμαὶ καὶ μεγάλαι.

14. Εἰ δὲ φήσει τις, ὅτι δόξαν οὗτοι καὶ τιμὰς ἐθήρευον, ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διατριβάς· ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοὰν, τὸ Παλλάδιον, τὸ Ὠδεῖον. Εἰ τὴν Περιπατητικὴν ἀσπάζῃ μάλιστα καὶ τεθαύμακας, Ἀριστοτέλης ἦν ἐκ Σταγείρων, Θεόφραστος ἐξ Ἐρέσου, Στράτων ἐκ Λαμψάκου, Γλύκων ἐκ Τρωάδος, Ἀρίστων ἐκ Κέω, Κριτόλαος, Φασηλίτης· εἰ τὴν Στωϊκὴν, Ζήνων, Κιττιεύς· Κλεάνθης, Ἄσσιος· Χρύσιππος, Σολεύς· Διογένης, Βαβυλώνιος· Ἀντίπατρος, Ταρσεύς· ὁ δ' Ἀθηναῖος Ἀρχέδημος εἰς τὴν Πάρθων μεταστὰς, ἐν Βαβυλῶνι Στωϊκὴν διαδοχὴν ἀπέλιπε. Τίς οὖν τούτους ἐδίωξεν; Οὐδείς· ἀλλ' αὐτοὶ διώκοντες ἡσυχίαν, ἧς οὐ πάνυ μέτεστιν τοῖς ἡντιναοῦν δόξαν ἢ δύναμιν ἔχουσι, τὰ μὲν ἄλλα λόγοις, τοῦτο δ' ἔργοις ἡμᾶς διδάσκουσι. Καὶ γὰρ νῦν οἱ δοκιμώτατοι καὶ κράτιστοι ζῶσιν ἐπὶ ξένης, οὐ μετασταθέντες, ἀλλὰ μεταστάντες, οὐδὲ φυγαδευθέντες, ἀλλὰ φυγόντες αὐτοὶ πράγματα καὶ περισπασμοὺς καὶ ἀσχολίας, ἃς αἱ πατρίδες φέρουσι. Καὶ γὰρ τοῖς παλαιοῖς, ὡς ἔοικεν, αἱ Μοῦσαι τὰ κάλλιστα τῶν συνταγμάτων καὶ δοκιμώτατα, φυγὴν λαβοῦσαι συνεργὸν, ἐπετέλεσαν. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην· Ξενοφῶν, ἐν Σκιλλοῦντι τῆς Ἠλείας· Φίλιστος, ἐν Ἠπείρῳ· Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης, ἐν Ἀθήναις· Ἀνδροτίων Ἀθηναῖος, ἐν Μεγάροις· Βακχυλίδης ὁ ποιητής, ἐν Πελοποννήσῳ. Πάντες οὗτοι καὶ πλείονες ἄλλοι τῶν πατρίδων ἐκπεσόντες, οὐκ ἀπέγνωσαν, οὐδ' ἔρριψαν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐχρήσαντο ταῖς εὐφυΐαις, ἐφόδιον παρὰ τῆς τύχης μὲν [τὴν] φυγὴν λαβόντες, δι' ἣν πανταχοῦ καὶ τεθνηκότες μνημονεύονται· τῶν δ' ἐκβαλόντων καὶ στασιασάντων οὐδὲ εἷς λόγος οὐδενὸς ἀπολέλειπται.

15. Διὸ καὶ γελοῖός ἐστιν ὁ νομίζων ἀδοξίαν τῇ φυγῇ προσεῖναι. Τί λέγεις; ἄδοξός ἐστι Διογένης; ὃν ἰδὼν Ἀλέξανδρος ἐν ἡλίῳ καθήμενον, ἐπιστὰς ἠρώτησεν, εἴ τινος δεῖται· τοῦ δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ σμικρὸν ἀποσκοτίσαι κελεύσαντος, ἐκπλαγεὶς τὸ φρόνημα, πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν· Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην. Ἠδόξει δὲ Κάμιλλος ἐκ τῆς Ῥώμης ἐλαυνόμενος, ἧς δεύτερος κτίστης νῦν ἀναγορεύεται; Καὶ μὴν Θεμιστοκλῆς οὐ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησι δόξαν φυγὼν ἀπέβαλεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς βαρβάροις προσέλαβε· καὶ οὐδείς ἐστιν οὕτως ἀφιλότιμος, οὐδ' ἀγεννής, ὃς μᾶλλον ἂν ἐβούλετο Λεωβάτης ὁ γραψάμενος, ἢ Θεμιστοκλῆς ὁ φυγαδευθεὶς εἶναι· καὶ Κλώδιος ὁ ἐκβαλὼν, ἢ Κικέρων ὁ ἐκβληθείς· καὶ Ἀριστοφῶν ὁ κατηγορήσας, ἢ Τιμόθεος ὁ μεταστὰς ἐκ τῆς πατρίδος.

16. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλοὺς τὰ τοῦ Εὐριπίδου κινεῖ δυνατῶς τῆς φυγῆς κατηγορεῖν δοκοῦντος, ἴδωμεν, ἃ λέγει καθ' ἕκαστον ἐρωτῶν καὶ ἀποκρινόμενος·

quam laudat? Ac Jovi quoque Hospitali multi habentur magnique honores.

XIV. Quodsi quis dicat, istos gloriam et honores captasse, ad Sapientes animum refer, sapientesque illas Atheniensium scholas et disputationes tecum recense, Lycei, Academiæ, Stoæ, Palladii, Odei. Si Peripateticam reliquis præfers philosophiam, Stagira patriam habuit Aristoteles, Eresum Theophrastus, Lampsacum Straton, Troadem Glycon, Ceum Ariston, Phaselites fuit Critolaus. Si Stoicam probas : Citiensis erat Zeno, Cleanthes Assius, Chrysippus Solensis, Diogenes Babylonius, Antipater Tarsensis : adeoque Atheniensis Archidemus ad Parthos abiit, ac Babylone Stoicæ scholæ successionem reliquit. Quis autem illos extorres egit? Nemo : sed ultro otium sectantes honestum, quod non temere contingit iis qui in patria alicujus nominis sunt aut potentia pollent, reliqua verbis, nos docent hoc factis. Atque etiam hodie celeberrimi et præstantissimi viri vivunt extra patriam, non indicto, sed ultro suscepto exilio : neque jussi fugere, sed sponte sua fugientes negotia, occupationes, molestias, quas patria affert. Etenim Musæ, quantum video, veteribus pulcherrima et nobilissima scripta ut componerent, exilium pro adjumento assumpserunt. Thucydides Atheniensis bellum Peloponnesiorum et Atheniensium conscripsit in Thracia apud Scapten Hylen : Xenophon in Scillunte Elidis : Philistus in Epiro : Timæus Tauromenii in Sicilia natus, Athenis : Androtion Atheniensis Megaræ : Bacchylides poeta in Peloponneso. Hi omnes, iisque adhuc plures, patria sua amissa non desponderunt animos, neque sese projecerunt, sed bonitate suorum ingeniorum usi, tanquam commeatum fortuna exilium suppeditante, ex quo apud omnes etiam post mortem fama sunt celebri : neque eorum qui illos ejecerunt, ulla ullius a posteris habetur ratio.

XV. Quare is quidem ridiculus est, qui exilium putat cum ignominia conjunctum. Quid enim dices? obscurus fuit Diogenes? quem cum Alexander vidisset in sole apricantem, et quæsivisset aliquane re indigeret; isque respondisset : *Nulla, nisi ut paulum secedens solis radios non intercipias :* miratus animi magnitudinem, amicis dixit : *Nisi Alexander essem, Diogenes vellem esse.* Obscurusne fuit Camillus Roma ejectus, qui nunc alter Romæ conditor dicitur? Et quidem Themistocles solum Græciæ coactus vertere, non amisit partam apud Græcos gloriam, sed apud barbaros novam est adeptus. Neque adeo quisquam est humili animo, qui non mallet esse Themistocles ejectus, quam Leobates qui de eo retulit ejiciendo : aut qui Clodius potius rogationem de Cicerone in exilium mittendo ferens, quam Cicero exulare jussus : vel Aristophon accusator quam Timotheus patria extrusus.

XVI. Cæterum, quando multos verba Euripidis movent, qui vehementer accusare exilium videtur, videamus quidnam ille singulatim dicat, interrogante et respondente introductis.

Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα;
Μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ.
Τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσι τὸ δυστυχές;
Ἓν μὲν μέγιστον· οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν.
Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ.
* Τὴν τῶν κρατούντων ἀμαθίαν φέρειν χρεών.

Ταῦτα πρώτως οὐκ ὀρθῶς οὐδ' ἀληθῶς ἀξιοῦται. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ δούλου, τὸ μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ, ἀλλὰ νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐν καιροῖς καὶ πράγμασιν ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς δεομένοις, ὥσπερ αὐτὸς ἀλλαχόθι βέλτιον εἴρηκε·

Σιγᾷν θ', ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλές.

Ἔπειτα τὴν τῶν κρατούντων ἀμαθίαν οὐχ ἧττον οἴκοι μένοντας ἢ φεύγοντας ἀνάγκη φέρειν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πολλάκις οἱ μένοντες τῶν ἀπαλλαγέντων τοὺς ἰσχύοντας ἐν πόλεσιν ἀδίκως τῷ συκοφαντεῖν ἢ βιάζεσθαι δεδίασι. Τὸ δὲ μέγιστον καὶ ἀτοπώτατον, εἰ παῤῥησίαν τῶν φυγάδων ἀφαιρεῖται. Θαυμαστὸν γάρ, εἰ Θεόδωρος ἀπαῤῥησίαστος ἦν, ὅς, Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, Ἡ πατρίς σε τοιοῦτον ὄντα ἐξέβαλε; Ναὶ, εἶπε, μὴ δυναμένη φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον. Ἐπιδείξαντος δ' αὐτῷ Τελεσφόρον ἐν γαλεάγρᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορωρυγμένον, καὶ περικεκομμένον τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτετμημένον, καὶ εἰπόντος, Οὕτως ἐγὼ διατίθημι τοὺς κακῶς με ποιοῦντας.[**] Τί δὲ, Διογένης οὐκ εἶχε παῤῥησίαν; ὃς εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον παρελθὼν, ὁπηνίκα μαχούμενος ἐχώρει τοῖς Ἕλλησι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναχθεὶς ὡς κατάσκοπος, ἔφη τῆς ἀπληστίας ἀφῖχθαι αὐτοῦ καὶ τῆς ἀφροσύνης, ἥκοντος ἐν βραχεῖ καιρῷ διακυβεῦσαι περὶ τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τοῦ σώματος. Τί δὲ, Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος οὐκ ἐχρῆτο παῤῥησίᾳ πρὸς Ἀντίοχον, βασιλέα ὄντα, φυγὰς ὤν; ὁπηνίκα, καιροῦ διδόντος, ἐκέλευεν αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· τοῦ δὲ θυσαμένου καὶ τὰ σπλάγχνα κωλύειν φάσκοντος, ἐπετίμησεν, εἰπών· Σὺ τί κρέας λέγει ποιεῖς, οὐ τί νοῦν ἔχων ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐδὲ γεωμετρῶν φυγὴ παῤῥησίαν οὐδὲ γραμμικῶν ἀφαιρεῖται, περὶ ὧν ἴσασι καὶ μεμαθήκασι διαλεγομένων· πόθεν γε δὴ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων; Ἀλλὰ τὸ ἀγεννὲς πανταχοῦ τὴν φωνὴν ἐμφράττει, τὴν γλῶσσαν ἀποστρέφει, ἄγχει, σιωπᾷν ποιεῖ. Τὰ δ' ἑξῆς τοῦ Εὐριπίδου ποῖά τινά ἐστιν;

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.

Καὶ τοῦτο τῆς ἀβελτερίας ἔγκλημα μᾶλλον ἢ τῆς φυγῆς ἐστιν. Οὐ γὰρ οἱ μαθόντες οὐδ' ἐπιστάμενοι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' οἱ ἀεὶ τοῦ μέλλοντος ἐκκρεμάμενοι, καὶ γλιχόμενοι τῶν ἀπόντων, ὡς ἐπὶ σχεδίας διαφέρονται τῆς ἐλπίδος, κἂν μηδέποτε τοῦ τείχους ἐκτὸς προέλθωσι.

Φίλοι δὲ πατρὸς καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν;

JOCASTA. Quid, patria carere num magnum est malum?
POLYNICES. Est maximum, et re majus, quam dici queat.
JOC. Modus exili quis est? quid exulibus grave est?
POL. Hoc maximum unum est, libertate quod carent.
JOC. Servile sane est, non dicere quod sentias.
POL. Dominorum ad hæc oportet ferre inscitiam.

Hæc neque recte, neque vere concedi sibi ille postulat. Principio enim non servi hoc est, non dicere quod sentias, sed viri cordati, cum occasio et res silentium taciturnitatemve desiderant : quod ipse alio loco melius pronuntiavit :

Tacere, ubi res poscit: cum tutum est, loqui.

Deinde dominorum, sive eorum penes quos potestas rerum est, inscitiam non minus ii coguntur ferre, qui domi sunt, quam qui exulant : imo illi metu calumniarum aut violentiæ magis plerumque tolerare istam coguntur. Illud vero gravissimum est et absurdissimum peccatum, exulibus libertatem adimi. Mirum enim si dicendi libertas Theodoro Cyrenæo fuit adempta, qui, cum ei rex Lysimachus diceret, Te talem patria ejicit? *Omnino*, respondit, *neque enim me ferre poterat, sicut et Bacchum Semele ejecit, cum ferre nequiret amplius.* Cumque ei rex Telesphorum ostendisset, qui oculis, naribus, auribus, lingua mutilatus in cavea continebatur, ac diceret, Sic ego tracto eos qui mihi male faciunt: * Quid? an Diogeni libertas fuit adempta? qui cum in castra Philippi bellum Græcis inferentis venisset essetque ad ipsum pro exploratore adductus, fassus est se venisse exploratum Philippi inexplebilem avaritiam ac dementiam, qui eo iret, ut momento horæ de imperio suo atque etiam vita pugnæ aleam subiret. An vero Annibal non usus est libertate dicendi adversus Antiochum, exul adversus regem? quem cum oblata occasione jussisset hostes aggredi, isque mactata hostia negaret exta addicere, cum reprehendit : *Tu carnis jussa facis, non hominis prudentis?* Porro autem cum soli mutatio neque geometris neque litteratoribus libertatem adimat de rebus sibi perceptis disserendi : bonis atque honestis viris eam adimet? Enimvero futile ingenium ubique et vocem intercludit, et linguam pervertit, suffocat, silere cogit. Qualia vero sunt quæ sequuntur apud Euripidem?

JOC. Spes anne pascunt exulem, fama ut refert?
POL. Blando tuentes ore, sed tarde nimis.

Id crimen profecto stultitiæ potius intentetur, quam exilio. Qui enim non didicerunt, neque norunt rebus præsentibus recte uti, ii semper a futuris pendentes, et absentia desiderantes, spe tanquam rate feruntur atque fluctuant, etiam si nunquam extra muros prodeant.

JOC. Patris juvere nil amici et hospites?

Εὖ πρᾶσσε· τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.
Οὐδ' ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Κακὸν τὸ μὴ 'χειν· τὸ γένος δ' οὐκ ἔβοσκέ με.

Ταῦτ' ἤδη καὶ ἀχάριστα τοῦ Πολυνείκους, ἀτιμίαν μὲν εὐγενείας, ἀφιλίαν δὲ τῆς φυγῆς κατηγοροῦντος, ὃς διὰ τὴν εὐγένειαν ἠξιώθη μὲν φυγὰς ὢν γάμων βασιλικῶν· φίλων δὲ συμμαχίᾳ καὶ δυνάμει τοσαύτῃ πεφραγμένος ἐστράτευσεν, ὡς αὐτὸς μετὰ μικρὸν ὁμολογεῖ·

Πολλοὶ [δὲ] Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι
πάρεισι, λυπρὰν χάριν, ἀναγκαίαν δ' ἐμοὶ
διδόντες.

Ὅμοια δὲ καὶ τὰ τῆς μητρὸς ὀλοφυρομένης·

Ἐγὼ δέ σοι οὔτε πῦρ ἀνῆψα
γόνιμον ἐν γάμοις,
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
λουτροφόρου χλιδᾶς.

Ταύτην ἔδει χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν πυνθανομένην ναίοντα βασίλεια τηλικαῦτα τὸν υἱόν· ἡ δὲ θρηνοῦσα τὴν οὐκ ἀναφθεῖσαν λαμπάδα καὶ τὸν οὐ παρασχόντα λουτρὸν Ἰσμηνὸν, * ὡς ἐν Ἄργει μήτε ὕδωρ τῶν γαμούντων μήτε πῦρ ἐχόντων, τὰ τοῦ τύφου κακὰ καὶ τῆς ἀβελτερίας τῇ φυγῇ περιτίθησιν.

17. Ἀλλ' ἐπονείδιστον ὁ φυγάς ἐστι; Παρά γε τοῖς ἄφροσιν, οἳ καὶ τὸν πτωχὸν λοιδόρημα ποιοῦνται, καὶ τὸν φαλακρὸν, καὶ τὸν μικρὸν, καὶ, νὴ Δία, τὸν ξένον, καὶ τὸν μέτοικον. Ἀλλὰ μὴν οἱ μὴ τούτοις ὑποφερόμενοι θαυμάζουσι τοὺς ἀγαθοὺς, κἂν πένητες ὦσι, κἂν ξένοι, κἂν φυγάδες. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶμεν, ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα καὶ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θησεῖον ἅπαντας προσκυνοῦντας; Καὶ μὴν ἔφυγε Θησεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, δι' ὃν οἰκοῦσι νῦν εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι, καὶ πόλιν ἀπέβαλεν, ἣν οὐκ ἔσχεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐποίησε. Τῇ δ' Ἐλευσῖνι τί λείπεται καλὸν, ἂν αἰσχυνώμεθα τὸν Εὔμολπον, ὃς ἐκ Θράκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας; Κόδρος δὲ τίνος ὢν ἐβασίλευσεν; οὐ Μελάνθου φυγάδος ἐκ Μεσσήνης; Τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς; πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ· Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. Τί οὖν οὐ καὶ σὺ λοιδορούμενος φυγὰς, ἀποκρίνει· Καὶ γὰρ ὁ τοῦ Ἡρακλέους τοῦ καλλινίκου πατὴρ φυγὰς ἦν; καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος, ὡς ἐξεπέμφθη τὴν Εὐρώπην ἀνευρεῖν, οὐδ' αὐτὸς ἐπανῆλθε,

Φοῖνιξ πεφυκὼς, ἐκ δ' ὀρίζεται γένος,

εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος, Εὔϊον ὀρσιγυναῖκα Διόνυσον μαινομέναις θύοντα τιμαῖς. Καὶ περὶ μὲν ὧν Αἰσχύλος ἠνίξατο καὶ ὑπεδήλωσεν, εἰπὼν,

Ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεὸν,

εὔστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον. Ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας,

Ἔστι τ' ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν,
εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
δαίμονες οἵ τε μακραίωνες λελόγχασι βίοιο·

POL. Felix vide ut sis: nil miseros isti juvant.
JOC. Non nobilitas in altum te tua extulit?
POL. Malum est habere nihil: me non aluit genus.

Hæc vero jam Polynices ingrate dicit, ignominiam nobilitati, amicorum inopiam exilio inscribens, qui et ob generis splendorem exul regiis est dignatus nuptiis, et amicorum sociorumque tanta stipatus multitudine bellum suscepit: quod ipsum ipse paulo post sic fatetur:

Multi Mycenæorum, multi principes
Danaorum et una nunc adsunt, mihi gratiam
dantes molestam hanc, qua mihi sit peropus tamen.

Qualis vero est illa lamentatio matris?

Non ego tibi pro more in nuptiis
facem succendi, non lavacra mollia
Ismenus præbuit tibi.

Enimvero gaudere debebat, ac gratissimum hoc habere quod inaudiret filium in tanta regia habitare: illa vero non accensam facem deplorans, et non suppeditatas ab Ismeno aquas, quasi vero Argis et aqua et ignis deessent nuptiis, fastus et stoliditatis mala exilio appingit.

XVII. Attamen, inquies, exprobratur exuli exilium. A quo tandem, nisi a fatuis? Qui et pauperiem, et calvitiem et brevitatem staturæ exprobrant, et pro flagitio deputant, si quis peregrinus sit, aut inquilinus. Verum qui in horum sententiam non descendunt, ii admirationi habent viros bonos, sive pauperes ii sint, sive peregrini, sive exules. Nonne autem videmus ut Parthenonem et Eleusinium, ita etiam Theseium ab omnibus adorari? Et tamen exulavit Athenis Theseus, cui hoc debent homines, quod Athenas inhabitant: urbeque excidit, quam non inquilinus tenuit, sed ipse condidit. Quid vero Eleusini præclarum relinquetur, si nos Eumolpi pudet, qui e Thracia Athenas profectus initiavit sacris, atque etiamnum initiat Græcos? Cujus denique filius Codrus Athenis regnavit? Nonne Melanthi, qui Messena extorris fuit? An non laudas Antisthenis dictum, qui objicienti matrem ipsius Phrygiam fuisse, respondit, *Etiam deorum matrem Phrygiam fuisse*. Tu quoque, si quis te probri causa exulem appellet, respondebis: Etiam Herculis, cui ob victoriarum pulchritudinem Callinico nomen factum est, pater exul erat: et avus Liberi patris, missus ad quærendum Europam, et ipse domum non rediit,

Phœnixque natus, exul mutavit genus,

Thebas veniens

— Bacchas cientem Liberum
gaudentem furiosis coli honoribus.

Quod vero Æschylus obscure significat dicens:

Castumque Apollinem, exulem cœlo deum,

de eo meum os, ut cum Herodoto loquar, continens esto. Empedocles porro sic orsus suam philosophiam:

Fata jubent, stant hæc decreta antiqua deorum,
si quid peccando longævi dæmones errant;
quisque luit pœnas, cœloque extorris ab alto

τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀ ἀλῆσθαι.

Τὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἶμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης·

οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μετανάστας ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας. Οὐ γὰρ αἷμα, φησὶν, ἡμῖν οὐδὲ πνεῦμα συγκραθὲν, ὦ ἄνθρωποι, ψυχῆς οὐσίαν καὶ ἀρχὴν παρέσχεν, ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ σῶμα συμπέπλασται, γηγενὲς καὶ θνητόν· τῆς δὲ ψυχῆς ἀλλαχόθεν ἡκούσης δεῦρο, τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται, τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' ἀληθέστατον, φεύγει καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις· εἶτα, ὥσπερ ἐν νήσῳ σάλον ἐχούσῃ πολὺν, καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων, ὀστρέου τρόπον ἐνδεδεμένη τῷ σώματι, διὰ τὸ μὴ μνημονεύειν μηδ' ἀναφέρειν,

Ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου

μεθέστηκεν, οὐ Σάρδεων Ἀθήνας, οὐδὲ Κορίνθου Λῆμνον ἢ Σκῦρον, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ σελήνης γῆν ἀμειψαμένη καὶ τὸν ἐπὶ γῆς βίον, ἐὰν μικρὸν ἐνταῦθα τόπον ἐκ τόπου παραλλάξῃ, δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ, καθάπερ φυτὸν ἀγεννὲς ἀπομαραινομένη. Καίτοι φυτῷ μέν ἐστί τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρα πρόσφορος, ἐν ᾗ τρέφεται καὶ βλαστάνει βέλτιον· ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδ' ἀρετὴν, οὐδὲ φρόνησιν. Ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμὸν ἔγραφε, Σωκράτης δὲ φάρμακον πίνων ἐφιλοσόφει, καὶ παρεκάλει φιλοσοφεῖν τοὺς συνήθεις, εὐδαιμονιζόμενος ὑπ' αὐτῶν· τὸν δὲ Φαέθοντα καὶ τὸν Τάνταλον, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάντας, οἱ ποιηταὶ λέγουσι ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν διὰ τὴν ἀφροσύνην.

triginta horarum per terras millia oberrat:

Sic et ego nunc ipse vagor, divinitus exul:

ostendit non se modo, sed suo exemplo omnes homines hic exules et inquilinos esse. Hoc enim voluit intelligi: Non sanguis vobis, ô homines, non spiritus concretus animæ ortum naturamque præbuit; sed ex his corpus conformatum est terrigenum atque mortale. Originem animæ aliunde huc advenientis lenissimo vocabulo peregrinationis indicat: quæ, si verissime loqui velis, exulat et vagatur divinis ejecta decretis atque legibus. Deinde tanquam in insula quæ multis agitatur fluctibus, ostrei in morem, ut Plato ait, illigata corpori, quia non meminit, neque reminiscitur *ex quanto honore, et quanta beatitate demigraverit*, non Sardibus Athenas, non Corintho in Lemnum aut Scyrum, sed de cœlo et Luna in terram et terrestrem vitam delata, si exiguum subinde locum alio loco mutet, ægre fert insolentem sui mutationem, ac tanquam degener planta emarcescit. Quanquam plantæ quidem unus locus alio est crescendo germinandoque aptior: homini felicitatem nullus locus adimit: ut neque virtutem, neque prudentiam. Itaque et Anaxagoras in carcere quadraturam circuli descripsit: et Socrates venenum bibens philosophabatur, adque philosophandum familiares exhortabatur, beatusque ab iis prædicabatur. Phaethontem autem atque Tantalum, quum ii in cœlum ascendissent, poetæ in maximas tradunt ob stultitiam devenisse calamitates.

* ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.

1. Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ πράττειν. Ὃν ἔπεμψας ἀπαγγελοῦντα περὶ τῆς τοῦ παιδίου τελευτῆς, ἔοικε διημαρτηκέναι καθ' ὁδὸν εἰς Ἀθήνας πορευόμενος· ἐγὼ δ' εἰς Τάναγραν ἐλθὼν ἐπυθόμην παρὰ τῆς θυγατριδῆς. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν ταφὴν ἤδη νομίζω γεγονέναι· γεγονότα δ' ἐχέτω, ὥς σοι μέλλει καὶ νῦν ἀλυπότατα καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἕξειν. Εἰ δέ τι βουλομένη μὴ πεποίηκας, ἀλλὰ μένεις τὴν ἐμὴν γνώμην, οἴει δὲ κουφότερον οἴσειν γενομένου· καὶ τοῦτο ἔσται δίχα πάσης περιεργίας καὶ δεισιδαιμονίας· ὧν ἥκιστά σοι μέτεστι.

2. Μόνον, ὦ γύναι, τήρει κἀμὲ τῷ πάθει καὶ σεαυτὴν ἐπὶ τοῦ καθεστῶτος. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸ μὲν οἶδα καὶ ὁρίζω τὸ συμβεβηκὸς ἡλίκον ἐστίν· ἂν δέ σε τῷ δυσφορεῖν ὑπερβάλλουσαν εὕρω, τοῦτό μοι μᾶλλον ἐνοχλήσει τοῦ γεγονότος. Καίτοι οὐδ' αὐτὸς ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης ἐγενόμην· οἶσθα δὲ καὶ αὐτὴ, τοσούτων μοι τέκνων ἀνατροφῆς κοινωνοῦσα, πάντων ἐκτεθραμμένων οἴκοι δι' αὐτῶν ἡμῶν. Ταύτην δὲ, ὅτι καί

CONSOLATIO AD UXOREM.

PLUTARCHUS UXORI S.

I. Quem misisti mihi de obitu filiolæ nuntiaturum, eum apparet a via aberrasse cum Athenas iret. Ego autem Tanagram veniens, ex nepte inaudivi. Et quæ ad sepulturam quidem pertinent, existimo jam esse peracta: itaque velim facta omnia, ut et nunc et in posterum quam maxime tibi vacuitatem doloris præstent. Quodsi quid volens aliud, id prætermisisti, meamque exspectas sententiam, arbitrarisque te facilius laturam me præsente: hoc quoque fiet citra omnem curiositatem et superstitionem, a quibus alioquin longe abes.

II. Tantum, mea uxor, et me et te huic casui serva animo composito atque tranquillo. Ego enim ipse scio, atque definio quanta sit accepta calamitas: si vero te graviter ferendo modum excedentem offendero, id me magis etiam quam res ipsa perturbabit. Sane ipse quoque non sum (quod aiunt) e quercu natus aut saxo: quod tute scis, quæ me tot liberum educandorum adjutorem habuisti, quos omnes domi nostræ, nostraque

σοι ποθούσῃ θυγάτηρ μετὰ τέσσαρας υἱοὺς ἐγεννήθη, κἀμοὶ τὸ σὸν ὄνομα θέσθαι παρέσχεν ἀφορμὴν, οἶδα ἀγαπητὴν διαφερόντως γενομένην. Πρόσεστι δὲ καὶ δριμύτης ἰδία τις τῷ πρὸς τὰ τηλικαῦτα φιλοστόργῳ, τὸ εὐφραῖνον αὐτῆς καθαρόν τε ὂν ἀτεχνῶς, καὶ πάσης ἀμιγὲς ὀργῆς καὶ μέμψεως. Αὐτὴ δὲ καὶ φύσει θαυμαστὴν ἔσχεν εὐκολίαν καὶ πρᾳότητα, καὶ τὸ ἀντιφιλοῦν καὶ χαριζόμενον αὐτῆς, ἡδονὴν ἅμα καὶ κατανόησιν τοῦ φιλανθρώπου παρεῖχεν· οὐ γὰρ μόνον βρέφεσιν ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ σκεύεσιν, οἷς ἐτέρπετο, καὶ παιγνίοις τὴν τιτθὴν διδόναι καὶ προσφέρειν τὸν μαστὸν προεκαλεῖτο, καθάπερ πρὸς τράπεζαν ἰδίαν ὑπὸ φιλανθρωπίας μεταδιδοῦσα τῶν καλῶν ὧν εἶχε, καὶ τὰ ἥδιστα κοινουμένη τοῖς εὐφραίνουσιν αὐτήν.

3. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ, γύναι, διὰ τί ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ζώσης μὲν ἔτερπεν ἡμᾶς, νυνὶ δ' ἀνιάσει καὶ συνταράξει, λαμβάνοντας ἐπίνοιαν αὐτῶν. Ἀλλὰ δέδια πάλιν, μὴ συνεκβάλωμεν τῷ λυποῦντι τὴν μνήμην, ὥσπερ ἡ Κλυμένη λέγουσα·

Μισῶ δ' εὐάγκαλον
τόξον κρανείας, γυμνάσια δ' οἴχοιτο·

ἀεὶ φεύγουσα καὶ τρέμουσα τὴν ὑπόμνησιν τοῦ παιδὸς, ὅτι συμπαροῦσαν αὐτὴν εἶχεν· πᾶν γὰρ ἡ φύσις φεύγει τὸ δυσχεραινόμενον. Δεῖ δὲ, ὥσπερ αὐτὴ πάντων ἥδιστον ἡμῖν ἄσπασμα καὶ θέαμα καὶ ἄκουσμα παρεῖχεν ἑαυτὴν, οὕτω καὶ τὴν ἐπίνοιαν αὐτῆς ἐνδιαιτᾶσθαι καὶ συμβιοῦν ἡμῖν πλέον ἔχουσαν, μᾶλλον δὲ πολλαπλάσιον, τὸ εὐφραῖνον ἢ τὸ λυποῦν· εἴπερ ἄρα τι τῶν λόγων, οὓς πολλάκις εἰρήκαμεν πρὸς ἑτέρους, εἰκός ἐστι καὶ ἡμῖν ὄφελος ἐν καιρῷ γενέσθαι, καὶ μὴ καθῆσθαι μηδ' ἐγκαλεῖσθαι πολλαπλασίαις ταῖς ἡδοναῖς ἐκείναις λύπας ἀνταποδιδόντας.

4. Καὶ τοῦτο λέγουσιν οἱ παραγενόμενοι, καὶ θαυμάζουσιν, ὡς οὐδὲ ἱμάτιον ἀνείληφας πένθιμον, οὐδὲ σαυτῇ τινὰ προσήγαγες ἢ θεραπαινίσιν ἀμορφίαν καὶ αἰκίαν· οὐδ' ἦν παρασκευὴ πολυτελείας πανηγυρικῆς περὶ τὴν ταφὴν, ἀλλ' ἐπράττετο κοσμίως πάντα καὶ σιωπῇ μετὰ τῶν ἀναγκαίων. * Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐθαύμαζον, εἰ μηδέποτε καλλωπισαμένη περὶ θέατρον ἢ πομπὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡδονὰς ἄχρηστον ἡγησαμένη τὴν πολυτέλειαν, ἐν τοῖς σκυθρωποῖς διεφύλαξας τὸ ἀφελὲς καὶ λιτόν. Οὐ γὰρ ἐν βακχεύμασι δεῖ μόνον τὴν σώφρονα μένειν ἀδιάφθορον, ἀλλὰ μηδὲν οἴεσθαι ἧττον τὸν ἐν πένθεσι σάλον, καὶ τὸ κίνημα τοῦ πάθους ἐγκρατείας δεῖσθαι διαμαχομένης οὐ πρὸς τὸ φιλόστοργον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀκόλαστον τῆς ψυχῆς. Τῷ μὲν γὰρ φιλοστόργῳ χαριζόμεθα τὸ ποθεῖν καὶ τὸ τιμᾶν καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῶν ἀπογενομένων· ἡ δὲ θρήνων ἄπληστος ἐπιθυμία, καὶ πρὸς ὀλοφύρσεις ἐξάγουσα καὶ κοπετοὺς, αἰσχρὰ μὲν οὐχ ἧττον τῆς περὶ τὰς ἡδονὰς ἀκρασίας, λόγῳ δὲ συγγνώμης ἔτυχεν, ὅτι τὸ λυπηρὸν αὐτῆς καὶ πικρὸν ἀντὶ τοῦ τερπνοῦ τῷ αἰσχρῷ πρόσεστι. Τί γὰρ ἀλογώτερον,

opera educavimus. Hanc autem, quæ tibi desideranti filia post quatuor filios nata fuit, occasionemque mihi dedit ut tuum ei nomen imponerem, scio egregie caram fuisse. Et peculiaris dolori acrimonia inest apud animum liberorum amore flagrantem, cum consideratur quam illa delectaverit, quam ingenio fuerit mundo, et omnis iræ reprehensionisque puro. Tum naturalis illa bilis vacuitas et mansuetudo, mutuusque amor et gratia simul et voluptatem exhibebat et humanitatis contemplationem : non enim aliis modo infantibus, sed vasis etiam atque ludicris quibus delectabatur nutricem mammam præbere hortabatur, præ humanita tetanquam ad mensam suam ea vocans, suavissimisque rebus impertiens ea quæ habebat jucunda.

III. Verum non video, mea uxor, cur hæc et alia id genus vivente ea nos cum delectaverint, nunc in memoriam revocata perturbare et dolorem afferre debeant. Sed metuo vicissim, ne una cum dolore etiam memoriam abjiciamus, ut Clymene illa dicens:

Odi nunc arcum corneum habilem,
exercitationes pereant :

quia semper fugiebat et formidabat recordationem pueri qui una eas obiverat. Fugit enim natura omne id quod molestiam affert. Oportet autem, quemadmodum ipsa nobis fuit omnium jucundissimum oblectamentum et spectaculum atque auditio, ita recordationem quoque ipsius nobiscum assiduo esse atque vivere, quæ multo, imo multis modis plus afferat lætitiæ quam doloris : siquidem par est eorum sermonum, quos sæpenumero ad alios habuimus, suo tempore ad nos quoque aliquam redire utilitatem: neque nos desidere morosos, et multiplices iis quæ læta percepimus dolores opponere.

IV. Hoc quoque narrant qui interfuerunt, et admirantur, te neque lugubrem sumpsisse vestem, neque vel tibi vel ancillis ullam intulisse deformitatem, ullum planctum, neque fuisse in sepultura sumptum ullum insolentem aut magnificum adhibitum, sed cum necessariis omnia esse peracta modice et tacite. Atque id quidem mirum mihi non est visum, si, quæ ne ad theatrum quidem aut solemnes pompas unquam te comere aut ornare consuevisses, luxumque adeo ad ipsas inutilem voluptates putavisses, in tristi materia frugalitatem conservasses. Non enim in bacchationibus modo oportet modestam mulierem corruptelæ expertem manere, sed ita sentire, etiam in luctu quoque concussionem animi opus habere continentia, non quæ adversus naturalem in liberos parentum amorem pugnet, ut multi arbitrantur, sed contra incompositos intemperantesque animi motus. Condonamus enim dilectioni liberorum desiderium, honorem, et memoriam defunctorum : sed lugendi inexpleta cupiditas, ad lamentationes planctusque provehens, non minus turpis est quam intemperantia voluptatum : verbis tamen effectum est, ut veniam impetraret, quia loco delectationis dolor et acerbitas turpitudini conjunguntur.

ἢ τὸ γέλωτος μὲν ὑπερβολὰς καὶ περιχαρείας ἀφαιρεῖν, τοῖς δὲ κλαυθμῶν καὶ ὀδυρμῶν ῥεύμασιν ἐκ μιᾶς πηγῆς φερομένων εἰς ἅπαν ἐφιέναι; καὶ περὶ μύρου μὲν ἐνίους καὶ πορφύρας διαμάχεσθαι ταῖς γυναιξὶ, κουρὰς δὲ συγχωρεῖν πενθίμους, καὶ βαφὰς ἐσθῆτος μελαίνης, καὶ καθίσεις ἀμόρφους, καὶ κατακλίσεις ἐπιπόνους; καὶ, ὃ δὴ πάντων ἐστὶ χαλεπώτατον, ἂν οἰκέτας ἢ θεραπαινίδας κολάζωσιν ἀμέτρως καὶ ἀδίκως, ἐνίστασθαι καὶ κωλύειν αὐτὰς, ὑφ' ἑαυτῶν δ' ὠμῶς κολαζομένας καὶ πικρῶς, περιορᾶν ἐν πάθεσι καὶ τύχαις ῥᾳστώνης καὶ φιλανθρωπίας δεομέναις;

5. Ἀλλὰ ἡμῖν γε, γύναι, πρὸς ἀλλήλους οὔτ' ἐκείνης ἐδέησε τῆς μάχης, οὔτε ταύτης οἶμαι δεήσειν. Εὐτελείᾳ μὲν γὰρ τῇ περὶ τὸ σῶμα καὶ ἀθρυψίᾳ τῇ περὶ δίαιταν οὐδείς ἐστι τῶν φιλοσόφων, ὃν οὐκ ἐξέπληξας ἐν ὁμιλίᾳ καὶ συνηθείᾳ γενόμενον ἡμῖν· οὔτε τῶν πολιτῶν, ᾧ μὴ θέαμα παρέχεις ἐν ἱεροῖς καὶ θυσίαις καὶ θεάτροις τὴν σεαυτῆς ἀφέλειαν. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα πολλὴν εὐστάθειαν ἐπεδείξω, τὸ πρεσβύτατον τῶν τέκνων ἀποβαλοῦσα· καὶ πάλιν, ἐκείνου τοῦ καλοῦ Χαίρωνος ἡμᾶς προλιπόντος. Μέμνημαι γὰρ ἀπὸ θαλάσσης ξένους μοι συνοδεύσαντας, ἀπηγγελμένης τῆς τοῦ παιδίου τελευτῆς, καὶ συνελθόντας ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐς τὴν οἰκίαν· ἐπεὶ δὲ πολλὴν κατάστασιν ἑώρων καὶ ἡσυχίαν (ὡς ὕστερον διηγοῦντο καὶ πρὸς ἑτέρους), ᾤοντο μηδὲν εἶναι δεινὸν, ἀλλὰ κενὸν ἄλλως ἐξενηνέχθαι λόγον· οὕτω σωφρόνως κατεκόσμησας τὸν οἶκον, ἐν καιρῷ πολλὴν ἀκοσμίας ἐξουσίαν διδόντι, καίτοι τῷ σεαυτῆς ἐκεῖνον μαστῷ ἐξέθρεψας, καὶ τομῆς ἠνέσχου τῆς θηλῆς περίθλασιν λαβούσης. Γενναῖα γὰρ ταῦτα καὶ φιλόστοργα.

6. Τὰς δὲ πολλὰς ὁρῶμεν μητέρας, ὅταν ὑπ' ἄλλων τὰ παιδία καθαρθῇ καὶ γανωθῇ, καθάπερ παίγνια λαμβανούσας εἰς χεῖρας, εἶτ' ἀποθανόντων ἐκχεομένας εἰς κενὸν καὶ ἀχάριστον πένθος, οὐχ ὑπ' εὐνοίας (εὐλόγιστον γὰρ εὔνοια καὶ καλόν)· ἀλλὰ μικρῷ τῷ φυσικῷ πάθει πολὺ συγκεραννύμενον τὸ πρὸς κενὴν δόξαν, ἄγρια ποιεῖ καὶ μανικὰ καὶ δυσεξίλαστα πένθη. Καὶ τοῦτο φαίνεται μὴ λαθεῖν Αἴσωπον· ἔφη γὰρ οὗτος, ὅτι, τοῦ Διὸς τὰς τιμὰς διανέμοντος τοῖς θεοῖς, ᾔτει καὶ τὸ Πένθος. Ἔδωκεν οὖν αὐτῷ, παρὰ τοῖς αἱρουμένοις δὲ μόνοις καὶ θέλουσιν. Ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν οὕτω τοῦτο γινόμενόν ἐστιν· αὐτὸς γὰρ ἕκαστος εἰσάγει τὸ πένθος ἐφ' ἑαυτόν· ὅταν δὲ ἱδρυθῇ χρόνῳ, καὶ γένηται σύντροφον καὶ σύνοικον, οὐδὲ πάνυ βουλομένων ἀπαλλάττεται. Διὸ δεῖ μάχεσθαι περὶ θύρας αὐτῷ, καὶ μὴ προσίεσθαι φρουρὰν δι' ἐσθῆτος ἢ κουρᾶς, ἤ τινος ἄλλου τῶν τοιούτων, * ἃ καθ' ἡμέραν ἀπαντῶντα καὶ δυσωποῦντα, μικρὰν καὶ στενὴν καὶ ἀνέξοδον καὶ ἀμείλικτον καὶ ψοφοδεῆ ποιεῖ τὴν διάνοιαν· ὡς οὔτε γέλωτος αὐτῇ μετὸν, οὔτε φωτὸς, οὔτε φιλανθρώπου τραπέζης, τοιαῦτα περικειμένῃ καὶ μεταχειριζομένῃ διὰ τὸ πένθος. Ἀμέλειαι δὲ σώματος ἕπονται τῷ κακῷ τούτῳ, καὶ διαβολαὶ πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρὸν καὶ

Quid enim, quæso, magis est a ratione alienum, quam nimium risum et gaudium amputare, fletui et ejulatui ex eodem fonte promananti fluxum liberum permittere? aut de unguento et purpura nonnullos cum uxoribus delitigare, interim concedentes tonsuram lugubrem, atratam vestem, sessionem deformem, accubitum laboriosum? Aut, quod omnium est atrocissimum, si servos ancillasve dominæ aliquando immodice et inique puniant, obstare iis et prohibere; pati interim eas acerbe de se ipsis sumere ac crudeliter supplicium tali in casu, qui aliquam animi relaxationem humaniorem requirat?

V. Verum nobis, mea uxor, neque ista opus fuit lite, neque hac opus fore puto. Nam frugalitate quod vel ad cultum corporis, vel ad victus rationem attinet, nullus philosophorum est, quem nostra familiaritate ac consuetudine usum non in tui admirationem traxeris : neque civium, cui non in sacris, sacrificiis, et theatris tua cultus vilitas spectaculo fuerit. Jam vero etiam in simili re magnam animi gravitatem declaravisti, liberorum natu maximo amisso : et rursum, cum nos elegans iste Chæron reliquisset. Memini enim quando a mari cum hospitibus mihi domum redeunti allatus est de pueri morte nuntius, illique una mecum domum venerunt, aliis etiam comitantibus : eos cum omnia intus pacata, altamque offendissent tranquillitatem, opinatos fuisse, id quod postea etiam aliis narraverunt, nihil accidisse adversi, vanumque fuisse illum rumorem. Ita tu tum modeste domum adornaveras, eo tempore, quod magnam confusionis materiam præberet. Atque hunc quidem tuis uberibus lactaveras, ac mammæ collisionem passæ sectionem sustinueras. Hæc enim generosam et prolis suæ amantem decent.

VI. Alias plerasque matres videmus quando liberos suos exornatos ut ludicrum aliquod ab aliis in manus traditos sumunt, postea iis mortuis in vanum ingratumque luctum effundi : non ob amorem hoc; is enim honeste ac circumspecte agit : sed quod exiguæ naturali affectioni multum vanæ gloriæ studium admixtum, feros facit, et furiosos, implacabilesque luctus. Atque hoc videtur non ignorasse Æsopus. Ait enim ille, cum Jupiter diis honores divideret, et Luctus quoque sibi aliquid posceret : concessum ei esse ut honoraretur, sed tantum ab iis qui volentes ultroque id facerent. Et profecto ab initio luctus ita habet. Unusquisque luctum sibi ipse asciscit : qui ubi actis radicibus subsedit, familiarisque est factus, non jam volentibus his quos occupavit rursum abit. Ergo præ foribus ei repugnandum est, neque committendum, ut veste, tonsura, aliave consimili re nobis quasi præsidium imponat : quæ quotidie occurrentia, et fatuum incutientia pudorem, ita dejiciunt, inque angustias redigunt, et meticulosum faciunt animum, ut luctus gratia sic obsessus, neque risum, neque lucem, neque mensam humaniorem participet mœrens. Huic malo comitatur corporis neglectio, et aversatio unctionis, lavacri, ac reliquæ victus

τὴν ἄλλην δίαιταν· ὧν πᾶν τοὐναντίον, ἔδει τὴν ψυχὴν πονοῦσαν αὐτὴν βοηθεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐῤῥωμένου. Πολὺ γὰρ ἀμβλύνεται καὶ χαλᾶται τοῦ λυποῦντος, ὥσπερ ἐν εὐδίᾳ κῦμα, τῇ γαλήνῃ τοῦ σώματος διαχεομένου. Ἐὰν δ' αὐχμὸς ἐγγένηται καὶ τραχύτης ἐκ φαύλης διαίτης, καὶ μηδὲν εὐμενὲς μηδὲ χρηστὸν ἀναπέμπῃ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, πλὴν ὀδύνας καὶ λύπας, ὥσπερ τινὰς πικρὰς καὶ δυσχερεῖς ἀναθυμιάσεις, οὐδὲ βουλομένοις ἔτι ῥᾳδίως ἀναλαβεῖν ἐστι. Τοιαῦτα λαμβάνει πάθη τὴν ψυχὴν οὕτω κακωθεῖσαν.

7. Καὶ μὴν, ὅ γε μέγιστον ἐν τούτῳ καὶ φοβερώτατόν ἐστιν, οὐκ ἂν φοβηθείην, κακῶν γυναικῶν εἰσόδους καὶ φωνὰς καὶ συνεπιθρηνήσεις, αἳ ἐκτρίβουσι καὶ παραθήγουσι τὴν λύπην, οὔθ' ὑπ' ἄλλων, οὔτ' αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς, ἐῶσαι μαρανθῆναι. Γινώσκω γὰρ, ποίους ἔναγχος ἀγῶνας ἠγωνίσω, τῇ Θέωνος ἀδελφῇ βοηθοῦσα, καὶ μαχομένη ταῖς μετὰ ὀλοφυρμῶν καὶ ἀλαλαγμῶν ἔξωθεν ἐπιούσαις, ὥσπερ ἀτεχνῶς πῦρ ἐπὶ πῦρ φερούσαις. Τὰς μὲν γὰρ οἰκίας τῶν φίλων ὅταν καιομένας ἴδωσι, σβεννύουσιν ὡς ἔχει τάχους ἕκαστος ἢ δυνάμεως, τὰς δὲ ψυχὰς φλεγομένας αὐτοῖς προσφέρουσιν ὑπεκκαύματα. Καὶ τῷ μὲν ὀφθαλμιῶντι τὰς χεῖρας οὐκ ἐῶσι προσάγειν τὸν βουλόμενον, οὐδὲ ἅπτονται τοῦ φλεγμαίνοντος· ὁ δὲ πενθῶν κάθηται παντὶ τῷ προστυχόντι παρέχων ὥσπερ ῥεῦμα κινεῖν καὶ διαγριαίνειν τὸ πάθος, ἐκ μικροῦ τοῦ γαργαλίζοντος καὶ κινοῦντος εἰς πολλὴν καὶ δυσχερῆ κάκωσιν ἀναξηραινόμενον. Ταῦτα μὲν οὖν οἶδ' ὅτι φυλάξῃ.

8. Πειρῶ δὲ τῇ ἐπινοίᾳ μεταφέρουσα σεαυτὴν ἀποκαθιστάναι πολλάκις εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ, μηδέπω τοῦ παιδίου τούτου γεγονότος, μηδὲν ἔγκλημα πρὸς τὴν τύχην εἴχομεν· εἶτα τὸν νῦν καιρὸν τοῦτον ἐκείνῳ συνάπτειν, ὡς ὁμοίων πάλιν τῶν περὶ ἡμᾶς γεγονότων. Ἐπεὶ τὴν γένεσιν, ὦ γύναι, τοῦ τέκνου δυσχεραίνειν δόξομεν, ἀμεμπτότερα ποιοῦντες αὑτοῖς τὰ πρὶν ἐκείνην γενέσθαι πράγματα. Τὴν δ' ἐν μέσῳ διετίαν ἐξαιρεῖν μὲν οὐ δεῖ τῆς μνήμης, ὡς δὲ χάριν καὶ ἀπόλαυσιν παρασχοῦσαν, ἐν ἡδονῇ τίθεσθαι· καὶ μὴ τὸ μικρὸν ἀγαθὸν, μέγα νομίζειν κακόν· μηδὲ ὅτι τὸ ἐλπιζόμενον οὐ προσέθηκεν ἡ τύχη, καὶ περὶ τοῦ δοθέντος ἀχαριστεῖν. Ἀεὶ μὲν γὰρ ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐφημία καὶ τὸ πρὸς τὴν τύχην ἵλεων καὶ ἀμεμφὲς, καλὸν καὶ ἡδὺν ἀποδίδωσι καρπόν· ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις, ὁ μάλιστα τῆς μνήμης τῶν ἀγαθῶν ἀπαρυτόμενος, καὶ τοῦ βίου πρὸς τὰ φωτεινὰ καὶ λαμπρὰ μεταστρέφων καὶ μεταφέρων ἐκ τῶν σκοτεινῶν καὶ ταρακτικῶν τὴν διάνοιαν, ἢ παντάπασιν ἔσβεσε τὸ λυποῦν, ἢ τῇ πρὸς τοὐναντίον μίξει μικρὸν καὶ ἀμαυρὸν ἐποίησεν. Ὥσπερ γὰρ τὸ μύρον ἀεὶ μὲν εὐφραίνει τὴν ὄσφρησιν, πρὸς δὲ τὰ δυσώδη φάρμακόν ἐστιν· οὕτως ἡ ἐπίνοια τῶν ἀγαθῶν ἐν τοῖς κακοῖς καὶ βοηθήματος ἀναγκαίου παρέχεται χρείαν τοῖς μὴ φεύγουσι τὸ μεμνῆσθαι τῶν χρηστῶν, μηδὲ πάντα καὶ πάντως μεμφομένοις τὴν τύχην. Ὅπερ ἡμῖν παθεῖν οὐ προσ-

rationis : cum contra debeat anima a corpore bene habente sibi auxilium arcessere. Magna enim pars mœstitiæ retunditur atque laxatur, quando corpus veluti fluctus in tranquillitate maris diffusum est : ubi autem squalor et asperitas ex victus mala ratione obortus facit, ut corpus nihil commodum aut gratum animo suggerat, tantum dolores et molestias, tanquam acerbas quasdam et infensas exhalationes submittat ; ne volentes quidem facile ad quietem animi sese possunt recipere, tot pravis affectionibus animo læso.

VII. Id vero quod in tali re maximum est, et apprime metuendum, nihil me terret : scilicet malarum mulierum aditus, voces, et in lamentando societas : quibus illæ dolorem exacuunt, non sinentes eum vel aliis rebus, vel a se ipso confici atque elanguescere. Non enim nescio quantum nuper certamen certaveris, cum opem tulisti Theonis sorori, et pugnavisti contra mulieres, quæ extrinsecus cum ejulatibus et conclamationibus tanquam ignem inferentes accurrebant. Quippe amicorum ædes cum vident ardere homines, unusquisque ad exstinguendum incendium omnem suam celeritatem, omnem vim confert : cum animum vident ardere, ipsi fomites et alimenta incendio suggerunt. Et cui oculi dolent, illum non patiuntur, quantumvis cupientem, inflammationi manum adjungere, neque eam ipsi tangunt : qui in luctu est, sedet dolorem suum inhibens cuivis tanquam fluentum aliquod commovendum, atque exacerbandum : cum quidem is ex levi agitatione et titillatione in magnum ac difficillimum curatu morbum abeat. Verum ego satis scio, ab his te tibi cauturam.

VIII. At enim id te conari velim, ut frequenter te cogitatione in illud transferas tempus, quo tempore nondum nobis ista prole nata nihil erat quod cum fortuna conquereremur : deinde hanc cum illa continues tempestatem, atque sic ratiocinere, eumdem nunc esse nostrum, qui tunc fuit, statum. Alioqui videbimur, mea uxor, inique ferre illum filiolæ nostræ partum, si res nostras ante ortum ejus minus culpandas pronuntiemus fuisse. Biennium vero, quod intercessit, neutiquam eximendum est memoriæ, sed voluptati nobis ducendum, quod nobis gratam oblectationem præbuerit : neque debemus exiguum bonum pro magno malo deputare : aut adversus fortunam ingrati pro eo quod dedit esse, quia non adjecit id quod spe conceperamus. Semper quidem pulchrum suavemque fructum fert de diis bona verba dicere, fortunamque æquo animo et citra incusationem ferre : in tali autem casu qui bona in memoriam sibi revocat, et cogitationem ab obscuris et animum conturbantibus ad lucida ac splendida convertit; aut omnino is dolorem exstinguit, aut cum contrariis temperando exilem debilemque reddit. Sicut enim unguentum semper olfactui affert delectationem, adversus fœtida etiam remedii vim obtinet : sic bonorum in animo commemoratio rebus adversis usum quoque necessarii auxilii præbet iis qui non fugiunt meminisse commodorum præteriti temporis, neque ubique et semper culpam fortunant. Quod sane minime

ήκει, * συκοφαντοῦσι τὸν ἑαυτῶν βίον, εἰ μίαν ἔσχηκεν ὥσπερ βιβλίον ἀλοιφὴν ἐν πᾶσι καθαροῖς καὶ ἀκεραίοις τοῖς ἄλλοις.

9. Ὅτι μὲν γὰρ ἐξ ὀρθῶν ἐπιλογισμῶν εἰς εὐσταθῆ διάθεσιν τελευτώντων ἤρτηται τὸ μακάριον, αἱ δ' ἀπὸ τῆς τύχης τροπαὶ μεγάλας ἀποκλίσεις οὐ ποιοῦσιν, οὐδ' ἐπιφέρουσι συντυχικὰς ὀλισθήσεις τοῦ βίου, πολλάκις ἀκήκοας. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς, καθάπερ οἱ πολλοὶ, τοῖς ἔξωθεν κυβερνᾶσθαι πράγμασι, καὶ τὰ παρὰ τῆς τύχης ἀπαριθμεῖν, καὶ κριταῖς χρῆσθαι πρὸς εὐδαιμονίαν τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ἀνθρώποις, μὴ σκόπει τὰ νῦν δάκρυα καὶ τὰς ἐπιθρηνήσεις τῶν εἰσιόντων, ἔθει τινὶ φαύλῳ περαινομένας πρὸς ἕκαστον, ἀλλ' ἐννόει μᾶλλον, ὡς ζηλουμένη διατελεῖς ὑπὸ τούτων ἐπὶ τέκνοις καὶ οἴκῳ καὶ βίῳ· καὶ δεινόν ἐστιν, ἑτέρους μὲν ἡδέως ἂν ἑλέσθαι τὴν σὴν τύχην, καὶ τούτου προσόντος, ἐφ' ᾧ νῦν ἀνιώμεθα, σὲ δ' ἐγκαλεῖν καὶ δυσφορεῖν παρούσης, καὶ μηδ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δάκνοντος αἰσθάνεσθαι, πηλίκας ἔχει τὰ σωζόμενα χάριτας ἡμῖν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ τοὺς ἀκεφάλους καὶ μειούρους Ὁμήρου στίχους ἐκλέγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεποιημένων ὑπέρευ παρορῶντες, οὕτως ἐξακριβοῦν καὶ συκοφαντεῖν τοῦ βίου τὰ φαῦλα, τοῖς δὲ χρηστοῖς ἀνάρθρως καὶ συγκεχυμένως ἐπιβάλλουσαν, ὅμοιόν τι τοῖς ἀνελευθέροις καὶ φιλαργύροις πάσχειν, οἳ πολλὰ συνάγοντες οὐ χρῶνται παροῦσιν, ἀλλὰ θρηνοῦσι καὶ δυσφοροῦσιν ἀπολομένων. Εἰ δ' ἐκείνης ἔχεις οἶκτον ἀγάμου καὶ ἄπαιδος οἰχομένης, αὖθις ἔχεις ἐπ' ἄλλοις ἡδίω σεαυτὴν ποιεῖν, μηδενὸς τούτων ἀτελῆ μηδ' ἄμοιρον γενομένην. Οὐ γάρ ἐστι ταῦτα μεγάλα μὲν τοῖς στερομένοις ἀγαθὰ, μικρὰ δὲ τοῖς ἔχουσιν. Ἐκείνη δ' εἰς τὸ ἄλυπον ἥκουσα, λυπεῖν ἡμᾶς οὐ δεῖται· τί γὰρ ἡμῖν ἀπ' ἐκείνης κακὸν, εἰ μηδὲν ἐκείνῃ νῦν ἐστι λυπηρόν; Καὶ γὰρ αἱ τῶν μεγάλων στερήσεις ἀποβάλλουσι τὸ λυποῦν εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι παραγενόμεναι. Τιμοξένα δὲ ἡ σὴ μικρῶν μὲν ἐστέρηται (μικρὰ γὰρ ἔγνω, καὶ μικροῖς ἔχαιρε)· ὧν δ' οὔτ' αἴσθησιν ἔσχεν, οὔτ' εἰς ἐπίνοιαν ἦλθεν, οὔτ' ἔλαβεν ἐπιθυμίαν, πῶς ἂν στέρεσθαι λέγοιτο;

10. Καὶ μὴν ἃ τῶν ἄλλων ἀκούεις, οἳ πείθουσι πολλοὺς, λέγοντες, ὡς οὐδὲν οὐδαμῇ τῷ διαλυθέντι κακὸν οὐδὲ λυπηρόν ἐστιν, οἶδα, ὅτι κωλύει σε πιστεύειν ὁ πάτριος λόγος καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ κοινωνοῦντες. Ὡς οὖν ἄφθαρτον οὖσαν τὴν ψυχὴν διανοοῦ ταὐτὸ ταῖς ἁλισκομέναις ὄρνισι πάσχειν. Ἂν μὲν γὰρ πολὺν ἐντραφῇ τῷ σώματι χρόνον, καὶ γένηται τῷ βίῳ τούτῳ τιθασὸς ὑπὸ πραγμάτων πολλῶν καὶ μακρᾶς συνηθείας, αὖθις καταίρουσα, πάλιν ἐνδύεται, καὶ οὐκ ἀνίησιν οὐδὲ λήγει τοῖς ἐνταῦθα συμπλεκομένη πάθεσι καὶ τύχαις διὰ τῶν γενέσεων. Μὴ γὰρ οἴου, λοιδορεῖσθαι καὶ κακῶς ἀκούειν τὸ γῆρας, διὰ τὴν ῥυσότητα καὶ τὴν πολιὰν, καὶ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος· ἀλλὰ τοῦτο αὐτοῦ τὸ χαλεπώτατόν ἐστιν, ὅτι τὴν ψυχὴν ἕωλόν

nos decet, ut calumniam vitæ nostræ impingamus, si ea libri instar, reliquis omnibus puris et sinceris, unicam lituram habet.

IX. Sæpenumero hoc audivisti, beatitudinem pendere a rectis consiliis in affectionem animi constantem desinentibus, fortunæ autem mutationes nullum magnum momentum afferre ad summam vitæ. Si tamen opus sit nos quoque gubernari rebus externis, ac fortuita cum vulgo enumerare, judicibusque nostræ felicitatis uti quibusvis hominibus; noli respicere in præsentes lacrymas, et luctus hominum, qui ad te veniunt casum tuum miserantes, pravo quodam more susceptos : sed hoc potius considera, quomodo ii te singuli suspiciant ob liberos, domum, vitam. Turpe vero fuerit, cum alii tuam exoptent fortunam, etiam cum hoc quod nunc nobis molestiam affert conjunctam, te eam præsentem vituperare : neque ex ipso calamitatis morsu sentire, quantum habeant gratiæ ea quæ supersunt. An sicut nonnulli capite vel fine carentes Homeri versus seligunt, multis interim tot atque præclaris ejus poematum partibus supina oscitantia præteritis : ita incommoda vitæ calumniose conquiremus et enumerabimus, commodis promiscue neglectis? Imitabimurque avaros et sordidos homines, qui multa ubi quæsiverunt, non utuntur partis, sed amissa deplorant? Sin autem eam miseraris quod innupta atque sine sobole decesserit, alia habes quibus te consoleris, quorum nullius non particeps et compos fuit filiola. Non enim sunt hæc magna bona iis quibus desunt, et interim parva, habentibus. Illa vero cum jam eo venerit, ubi nullus est dolori locus, nihil nostro opus habet dolore. Quid enim nobis ab ea mali evenire potest, cum omni ipsa vacet molestia? Nam magnarum rerum amissiones dolorem abjiciunt, cum eo pertinuerint, ut rebus amissis non sit opus. Cæterum Timoxena tua paucis est privata rebus : pauca enim norat, paucisque gaudebat : quæ vero neque sensu neque cogitatione nec desiderio percepit, quomodo ei hæc adempta diceres?

X. Enimvero quæ alios audis dicere, quibus persuadent vulgo, *nullum malum, nullum incommodum esse iis qui soluti sunt corpore* : scio ne credas vera, impediri te doctrina a majoribus accepta, ac mysticis tesseris sacrorum Bacchi, quæ nobis inter nos notæ sunt, qui eas communicamus. Itaque ergo animam, utpote interitus expertem, cogita idem pati, quod accidit avibus captivis. Si enim multum temporis in corpore ea fuerit educata, multisque rebus et longa consuetudine cicurata huic vitæ se subdiderit : rursum avolans, denuo subit corpus, neque desinit novis ortibus subinde implicari hujus vitæ casibus atque eventis. Noli enim arbitrari propterea senectutem male audire et culpari, quia rugas, canos, imbecillitatemque corporis secum trahit : sed hoc habet molestissimum ea, quod per eam anima ad rerum divinarum memoriam quasi obsolescit ac præsentium corporearumque rerum nimio studio imbuitur, flectiturque et premitur, figuram

τε ποιεῖ ταῖς μνήμαις τῶν ἐκεῖ, καὶ λιπαρῆ περὶ ταῦτα, καὶ κάμπτει καὶ πιέζει, τὸν σχηματισμὸν, ὃν ἔσχεν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐν τῷ πεπονθέναι, διαφυλάττουσα· ἡ δὲ ληφθεῖσα μὲν *** ὑπὸ κρειττόνων ἔχεται, καθάπερ ἐκ καμπῆς ὑγρᾶς καὶ μαλθακῆς ἀναχαίτισμα, πρὸς ὃ πέφυκεν. Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ ἄν τις ἀποσβέσας εὐθὺς ἐξάπτῃ, πάλιν ἀναῤῥιπίζεται, καὶ ἀναλαμβάνει ταχέως *** ὅπως ὤκιστα πύλας αΐδαο περῆσαι, πλὴν ἔρωτα πολὺν ἐγγενέσθαι τῶν αὐτόθι πραγμάτων, καὶ μαλαχθῆναι πρὸς τὸ σῶμα, καὶ συντακῆναι καθάπερ ὑπὸ φαρμάκων.

II. * Τοῖς δὲ πατρίοις καὶ παλαιοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις ἐμφαίνεται μᾶλλον ἡ περὶ τούτων ἀλήθεια. Τοῖς γὰρ αὐτῶν νηπίοις ἀποθανοῦσιν οὔτε χοὰς ἐπιφέρουσιν, οὔτ' ἄλλα δρῶσι περὶ αὐτὰ, οἷα εἰκὸς ὑπὲρ θανόντων ποιεῖν τοὺς ἄλλους. Οὐ γὰρ μέτεστι γῆς οὐδὲν οὔτε τῶν περὶ γῆν αὐτοῖς· οὐδ' αὐτοῦ περὶ ταφὰς καὶ μνήματα, καὶ προθέσεις νεκρῶν φιλοχωροῦσι καὶ παρακάθηνται τοῖς σώμασιν· οὐ γὰρ ἐῶσιν οἱ νόμοι [θρηνεῖν] τοὺς τηλικούτους, ὡς οὐχ ὅσιον εἰς βελτίονα καὶ θειοτέραν μοῖραν ἅμα καὶ χώραν μεθεστηκότας ** ἐπεὶ δὲ τὸ ἀπιστεῖν χαλεπώτερόν ἐστιν αὐτοῖς, ἢ τὸ πιστεύειν, τὰ μὲν ἐκτὸς οὕτως, ὡς οἱ νόμοι προστάττουσιν, ἔχωμεν· τὰ δ' ἐντὸς ἔτι μᾶλλον ἀμίαντα καὶ καθαρὰ καὶ φρονα [διαφυλάττωμεν]. (Λείπει.)

quam affecta a corpore accepit, conservans. Illa autem anima quæ capta quidem est corpore, sed breve in eo tempus manet, liberata inde a diis, redit : tanquam e molli flexu metæ renitens ad suam naturam. Sicut enim ignis exstinctus, si quis illico accendat, rursum exsuscitatur, ac celeriter reficitur, at diutius exstinctus manens, difficilius reficitur : ita anima in hac mortali et obscura vita breve tempus versata celeriter ad prioris vitæ lucem instauratur. Quibus vero non obtigit secundum poetam, *citissime*

Plutonia tecta subire :

his nil nisi magnus amor rerum terrestrium ingeneratur, emolliunturque usu corporis et tanquam medicamentis colliquantur.

XI. Sed in acceptis a majoribus per manus moribus atque legibus magis elucet harum rerum veritas. Suis enim infantibus mortuis neque inferias libant, neque aliud quicquam faciunt eorum, quæ fieri mortuis apud alios solent : neque enim terræ, aut terrestrium infantes ullam partem percipiunt : neque hic in terra eorum animæ circum eorum sepulcra et monimenta ac cadaverum expositionem commorantur aut assident. Neque leges sinunt lugere eos, quippe nefas, utpote in meliorem ac diviniorem conditionem simul locumque delatos. Neque vero me latet, habere hanc doctrinam nonnullas dubitationes : quoniam vero difficilius est fidem iis derogare quam adhibere, externa quidem sicut leges præcipiunt constituamus : interna autem etiam magis incontaminata, pura atque moderata sunto.

